

<36602163760017

<36602163760017

Bayer. Staatsbibliothek

4° Diss. 1000.


NEC TEMERE NEC TIMIDE NEC TVMIDE
ANNO ÆTATIS XL. CHRISTI MDC.IC.
IOHANNES KLEIN. ICT9. PANDECTAR:
IN ALMA ROSTOCHIENSI PROFESSOR
REGIMINIS MECKL. CONSILIARI9 ET COL.
LEGII JUSTITIÆ, AC CONSISTORII DIRECTOR.
J. Lühn pinxit Hamb.
S. Blesendorff S.E.B. Sculptor Sc.

JOHANNIS KLEIN,

JCti & Profess. Pandect. Rostochiensis, Serenissimi Ducis Megapolensis regentis Consiliarii intimi, nec non Consistorii ac Collegii Justitiæ Directoris

VOLUMEN DISPUTATIONUM JURIDICARUM

DE

UTRIUSQUE JURIS MATERIIS

Gemmis, Officio JCtorum Sacerdotali, Dominio Interimistico, Beneficio Competentiæ, Diebus Criticis seu Decretoriis, Donatione Præsumpta, Invito nullo prævio facto Obligatorio, Contractus vel Delicti, Resignatione Judiciali, In- & Exculpatione Vulnerati Moribundi, Mitigatione Pœnarum Favore Matrimonii Contrahendi, Mitigatione Pœnarum Favore Matrimonii Contracti, Judice Suspecto, Inhibitione Judiciali in Causis Appellationum, Nundinis Solennioribus, Convenientiis Juris Culmensis & Gedanensis cum Jure Communi, Saxonico, Prutenico & Lubecensi, Foro Illustris Filii Delinquentis, Dubiæ Primogenituræ Jure, Innoxia Mulierum Juris Ignorantia, Præferentia Matrimonii in Concursu Duorum, Probatione, quæ fit per Libros Mercatorum, Prærogativis Principum Sacri Romani Imperii, Lege Vestiaria, ejusque Necessitate, Examine Juridico, Judicialis Lamiarum Confessionis, se ex nefando cum Satana coitu Prolem suscepisse Humanam, Executione in Cadavere Delinquentis, Inobedientia Impuni,

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

Publicæ Ventilationi Expositarum.

Accessit

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

BEROLINI,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, ANNO MDCCVI.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DN. FRIDERICO WILHELMO,

DUCI Megapolensi, PRINCIPI vetustæ Gentis Henetæ, Schwerini ac Ratzeburgi, COMITI Schwerinensi, Terrarum Rostochii & Stargardiæ DYNASTAE,

FELICITATEM PERENNATURAM!

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.

QUoties submissa animi gratitudine mecum reputo insignia illa Principalis Gratiæ argumenta, quæ non

una

una à multis jam annis in hunc usque diem, à *Serenitate Tua*, expertus ſum, toties rubore totus ſuffundor, quod commoda occaſione devotum pectus, illamque, quam animo recolui, venerationem, publico quodam indicio teſtandi, hactenus caruerim. Quapropter cum præſens Academicarum Diſſertationum Volumen luci dandum eſſet, hoc qualecunque Opus, quod in Tua natum Academia, Te Dominum ac Nutritium ſuum humillimè reſpicit, *Sereniſſimo Nomini Tuo* conſecrare ſuſtinui. Suſcipe, *Clementiſſime Princeps*, hanc grati animi, ac devotiſſimi cultus teſſeram, gratioſiſſimo illo affectu, quo in tanto faſtigio omnium animos demulces, meque immerentem clementiſſime complecteris, ac

eun-

eundem mihi ſerva nunquam non propitium, patereque ut hoc chartaceum munus in Bibliotheca Aulicâ locum aliquem occupet, gratisſimi apud poſteros obſequii, ac devotisſimi animi documentum exſtiturum. Deus interim *Te*, *Sereniſſime Princeps*, cum *Sereniſſima Conjuge* ac integra *Domo Tuâ* in ſinum tutelamqve ſuam receptum, contra quosvis novercantis fortunæ inſultus, ac funeſtos currentis ſeculi caſus potentisſime tueatur, & ad immortalem poſteritatis gloriam conſervatum, perpetua ac ſtabili felicitate frui patiatur, benedicatque novo Connubii fœderi, ut non deſit, ex ſuavisſimo illo *Mecklenburgici* ac *Haſſiaci Caſſellani* Sanguinis conſortio Progenies, decus

Mecklenburgicæ Domus ad ſeros Nepotes propagatura. Ita ex animo fovet

SERENITATIS TUÆ

Summa animi religione ſubjectiſſimus

Servus

Dabam Schwerini
ipſis Kal. Nov.
1705.

JOHANN. Klein.

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

INtegrum jam Lustrum est, ex quo Professoriô per octennium in Academia Patriâ Rostochiensi functus munere, gratiosissimâ *Serenissimi Ducis Megapolensis Regentis*, DN. FRIDERICI WILHELMI, *Domini mei longe Clementissimi* voluntate Aulicis Ministeriis sum admotus. Ex eo tempore variis Patronorum Amicorumque suasionibus, Bibliopolis etiam non-unis plus simplici vice impressionis sumptus ultroneo motu offerentibus, cœpi compellari, ut, quæ me vel *Authore*, vel *Præside* Eruditorum disquisitioni subjectæ, olim *separatim* publicam lucem conspexerunt, has novâ luce donatas, *unô Volumine junctim* prodire paterer *Disputationes*, ex non proletariis, aut tritis, sed rarioribus maximam partem utriusque juris materiis, â Politissimis Studiosæ juventutis ingeniis selectas, ac notabili industriâ elaboratas. Hæsi, fateor, diu dubius, utrum hisce interpellationibus locum darem, hocque Disputationum Volumen, quarum aliquæ jam deperierant, non nullæ verò, ingratiis nostris, non sine notabilioribus mendis, ipsum vix dictorum sensum Lecturis percipere permittentibus, alibi recusæ, circumferebantur, in

adſpectum lucemque Eruditorum proferrem, non defuturis, quæ facilè prævidebam, variis itinerum, Occupationum ac Operarum impedimentis, nullâ ratione ac ſolertia removendis; At verò vicit tandem hortatus quorundam Exterorum ac Familiarium rogatus, ſimulque cupidæ Legum juventuti promptus inſerviendi adfectus, permiſique *Johanni Michaeli Rüdigero, Bibliopolæ Berolinenſi*, integræ exiſtimationis Viro, ut edendi Voluminis inſtitutum, quod ipſe tantopere urgebat, ſuis impenſis perficeret, ac curam correctionis alii, cum in loco remotiori prælo utendum fuerit, committeret. Suſcipe igitur, *Lector benevole*, hunc diverſorum ingeniorum partum eô adfectu, quem ipſe mihi â Te promitto, propitiô videlicet, candidô ac humanô, eoque favore, quem immeritum ſub qualicunque meâ directione elaboratæ, publicoque examini ſubjectæ *ſingulæ* Diſputationes expertæ ſunt, uno nunc Codice *junctas*, quoque dignare, rigidam ac inhumanam cenſuram humaniſſimè deprecantibus, qui ingenii vires in hiſce juvenilibus conatibus alacri ſtudio excoluerunt, lapſum juvenilem monſtrantes, ac meliora monentes, promptô obſequio ſecuturi. Bene vale, & futuris Nundinis Lipſienſibus Bigam Diſſertationum, de *Cauto Teſtatore* & *De Jure Margaritarum* cum augmento *duorum Capitum*, quas ita auctas præteritis nundinis huic adjicere Volumini, notæ aliæ Occupationes non permiſere, nec non *Specimen noſtrarum Annotationum Theoretico-Practicarum*, exhibens *utriusque juris Hiſtoriam, cum Tit. 1. & 2. ff.* ad *Compendium Lauterbachianum*, ſpeciali Tractatu lucem viſura præſtolare. Schwerini ipſis Kalendis Novembr. 1705.

SERI-

SERIES TITULORUM,

QUA

DISPUTATIONES IN HOC OPERE EXHIBENTUR.

I. DE Gemmis. pag. 1
II. De Officio JCtorum Sacerdotali. 73
III. De Dominio Interimiſtico. 87
IV. De Beneficio Competentiæ. 133
V. De Diebus Criticis ſeu Decretoriis. 141
VI. De Præſumpta Donatione. 177
VII. De Invito nullo prævio facto Obligatorio, Contractus vel Delicti. 241
IIX. De Reſignatione Judiciali. 309
IX. De In- & Exculpatione Vulnerati Moribundi. 363
X. De Mitigatione Pœnarum Favore Matrimonii Contrahendi. 433
XI. De Mitigatione Pœnarum Favore Matrimonii Contracti. 475
XII. De Judice Suſpecto. 517
XIII. De Inhibitione Judiciali in Cauſis Appellationum. 617

XIV. De Nundinis Solennioribus. 671
XV. De Convenientiis Juris Culmensis & Gedanensis cum Jure Communi, Saxonico, Prutenico & Lubecensi. 687
XVI. De Foro Illustris Filii Delinquentis. 781
XVII. De Dubiæ Primogenituræ Jure. 829
XIIX. De Innoxia Mulierum Juris Ignorantia. 881
XIX. De Præferentia Matrimonii in Concursu Duorum. 917
XX. De Probatione, quæ fit per libros Mercatorum. 979
XXI. De Prærogativis Principum S. R. I. 1055
XXII. De Lege Vestiaria ejusque Necessitate. 1151
XXIII. De Judiciali Lamiarum Confessione, se ex nefando cum Satana coitu prolem suscepisse humanam, Examen Juridicum. 1187
XXIV. De Executione in Cadavere Delinquentis. 1223
XXV. De Inobedientia Impuni. 1265

Disputatio Juridica

De

GEMMIS,

QUAM

ADSPIRANTE DIVINI NUMINIS GRATIA
INDULTU AC CONSENSU
MAGNIFICI JCTORUM IN ACADEM. VIADRINA ORDINIS,

PRÆSIDE

DN. TOBIA Reimers/ J. U. L.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI PLACIDE SUBMITTIT

IOHANNES Klein/ Rostoch.
AUTOR ET RESP.

Die Octobr. Anno M DC LXXIX.

IN AUDITORIO JCTORUM HORIS CONSUETIS.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL RUDIGERI. ANNO 1705.
DISP. I.

CAP. I.

Continens Generalia

De

GEMMIS.

SUMMARIA.

INtroitus. n. 1. 2
Gemmæ & lapilli quomodo differant? 3 *seq.*
Appellatione Generis nonnunquam species designatur. 4
Gemmarum definitio. 5
Gemmarum vox unde dicta sit? 6
Gemmæ vox quid aliàs designet? 7
Gemmarum Materia purissima est, licet nonnunquam nubeculis dedecoretur. 8
Unde Gemmarum claritas? 9. & *seq.*
An omnes Gemmæ pellucidæ sint? 11
Gemmæ unde dicantur Edelgesteine 12
Gemmæ inter Res pretiosas & non inter merces minutatim vendendas referuntur. 13
Gemmæ quomodo coloribus differant? 14
Gemmæ aliæ aliis pretiosiores, aliæ Nobiles, aliæ Plebejæ. 15
Unde Gemmarum durities? 16
Utrum Gemmis certæ virtutes insint. 17. & *seqq.*
Chymicarum Pilularum Perpetuarum usus. 18
Gemmæ quo majores, eò rariores. 21
Unde Gemmarum gravitas? 22
An Vitrum pertineat ad Gemmas? 23. & *seqq.*
Exempla Regulam declarant & restringunt. 24. 29
An Materiæ semidiaphanæ ad Gemmas pertineant? 27
An plures Gemmæ sint, quam recen-

sentur in L. 19. §. 17. ff. de aur argent. 28
Quinam lapides Gemmarum nomine veniant? 30. *seq.*
Ex vulgi usu generali etiam opaciores nonnulli ad Gemmas referuntur. 32
De Patina admiranda Viennensi ex Agathe. 33
De Agathe Regis Pyrrhi. 34
Agathes, Jaspis, Turcois, Onyx in Rationali Aoronis fuere. 35
Chalcedonius nonnunquam pellucidus est. 36
Nephriticus an Gemmis accensendus? 37
Margaritha, Corallium, Alabastrum, Marmor, Cotes Pergamenses, Succinum, Murrhina, Numismata, Sal Gemmæ, & Lapides Medicinales ad Gemmas non pertinent. 38. *seqq.*
De locis, in quibus Gemmæ inveniantur? Remissive. 45
Gemmæ quomodo inveniantur? 46

1 LApides lapidibus præstantiores esse, tum sola Lapidum nobiliorum elegantia, tum raritas evincit. Turpes pedibus calcamus, elegantiores ex intimis terræ visceribus eruimus; Margarithamque è stercore vel gallus legit; Frequentes uti negligimus, ita rariores nobis sunt cariores, rarissimos quovis auri pondere ipsi Principes, terrarum lumina, sibi
2 comparatos auro includunt, dies noctesque gestandos; indeque præcipuas Magnatum delicias illos appellat *Heig. P. 1. quæst. 13. n. 9.* Viliores itaque & nos neligentes, aliquam in contemplatione pretiosorum lapidum Talenti nostri partem impendere non dubitamus; Non ipsos quidem magno ære emptos oculis lustrandos exhibituri, nec visos scriniis commendaturi, nec denique describendis illorum qualitatibus primario operam daturi sumus, id sc. Physicorum studio relinquentes; Sed ut eosdem ex variis, iisque rarioribus, Juris nostri Civilis textibus erutos, jurisque recentioris vel Consvetudinarii poli-
3 turâ exornatos sistamus, id operæ precium erit. Quod ut D. O. M. benè vertat, humillimè precamur.

Diximus de *Pretiosioribus* nos acturos esse *Lapidibus*, cum tamen Dissertationis Rubrum jura circa *Gemmas* promittat, Gemmas autem à *Lapillis* distingvat. *L. cum aurum. 19. §. gemmæ. 17. ff. de aur. arg. mund.* §. *item Lapilli. 18. J. de R. D.* Attamen ut *Lapidis* appellatione, in genere accepta, & viles, & pretiosi, & mediæ conditionis lapides & lapilli continentur *arg. L. fin. §. species 7. v. Lapis universus. ff. de Publ. vectig.*

Johann

Johann. Bolognetus ad L. 1. n. 54. ff. de Acquir. vel amitt. poss. Ita pretiosiores lapides specifice *Gemmas* appellari, *d. L. cum aurum 19. §. gemmæ. 17. ff. de Aur. arg. mund.* cæterosque viliores simplici *Lapidum* appellatione venire invaluit *Bart. in d. L. fin. §. species ff. de Public. Andr. Alciat. de V. S. Lib. 4. in refut 28. Laur. Vallæ.* Prout in jure non adeo infrequens est, appellatione Generis speciem sub genere contentam designare: Ita enim sub generali *hominis* appellatione servus nunquam non in Jure venit. *L. 13. §. 2. ff. de Reb. dubiis. L. 74. §. 1. L. 75. §. 1. §. 7. §. 8. L. si sic stipulatus. 93. ff. de V. O.* quamvis tamen Gemmas & lapillos sæpius quoque confundi, authoritate *Catulli & Plinii* probet *Alciatus d. Lib. 4. de V. S. Refut. 28. Laur. Vallæ.* 4

GEMMÆ itaque sunt Corpora lapidea, purioris & subtilioris substantiæ, radiis luminaribus utplurimum per via, quæ tum propter raritatem, tum elegantiam insignem, qua cæteros lapides superant, pro Nobilioribus habentur. *Gemmarum* vox unde dicta sit, haud magno studio inquiremus. Gemmas inde Nomen sortitas esse, quod instar *Gummi* luceant, asserit juxta *Isidorum Joh. Fungerus in Etymologico Trilingui Voce Gemma.* Sed unde *Gummi?* Veritati certè magis congruum videtur, id, quòd vilius est, â potiori denominationem accepisse, quàm quod potioris denominatio â viliori petita fuerit. *Barbos. locuplet. Lib. 4. Cap 14. Axiom 1.* Probabilius itaque Gemmam quasi *Geminam*, propter translucentem naturam, dictam existimat *Alciat. de V. S. Lib. 4. in Refut. 28. Laur. Vallæ. Schneidew. ad §. 18. J. de R. D.* 5 6

Gemmæ præterea appellationem id designare, quod in aliqua corporis parte pro pretiosiori ornamento, quod hodie Kleinod vulgo dicitur, gestatur, vel appenditur, colligi videtur ex *L. Numismatum 28. ff. de usufr.* Medicis verò Gemæ nonnunquam dicuntur Capitula seu oculi florum futurorum, die Knospen / daraus die Blumen aufbrechen. *Job. Schröder. in Pharmacop. Medico Chymica. Lib. 1. cap. 2. Lit. G. voce Gemma. & Lib. 2. cap. 10. voce Populi Gemmæ* Pappel-Knospen. Obiter *Gemmam* muliebre quoque prænomen esse observavimus *in Cap. Gemma Mulier. 29. X. de sponsalibus.* Quandoque Gemmam Cognominis vice fungi, tùm *Cornelii Gemmæ*, qui de Naturæ divinis characteribus, tum *Johannis Baptistæ Gemmæ*, qui de vera curandi Bubonis atque Carbunculi pestilentialis ratione scripsit, Nomina probant. 7

Tribuimus I. Gemmis primas præ cæteris lapidibus propter puritatem materiæ, é qua consistunt, subtilitatem. Utraque hæc Gemmarum propria est, neque enim impura vel crassa materia Gemmam 8

conſtituit, & quamvis maculis nonnunquam nubeculisve dedecoratæ appareant, id tamen potius vitio ſupervenienti, quam proprietati ipſarum tribuendum eſt.

9 Diximus II. Gemmarum Corpora utplurimum radiis luminaribus pervia eſſe; Ita enim JCtus Gemmas definit materias pellucidas in *d. L. cum aurum. 19. §. gemmæ. 17. ff. de Aur. arg. & mundi:* Gemmasque *Clariſſimas* laudat *Cic. Orat. 9. Sive in Verrem Lib. 4.* Hæc claritas puritatis & materiæ Gemmeæ ſubtilitatis effectus eſt; Neque enim Gem-
10 mas materiam liquidam fuiſſe, earumque particulas, dum liquidæ fuere, â penetrantibus lucis radiis ita diſpoſitas eſſe, ut concretæ vel coagulatæ deinde lucem perpetuo transmitterent, concedimus illuſtri *Domino Boyle in Tr. de Orig. & virtut. Gemm. Sect. 1. arg. 1. Conf. Anton. Le Grand in hiſtoria naturæ P. 4. art. 9. §. 1.* Reſtringimus autem in definitione per particulam *utplurimum* claritatem ad maximam Gemmarum partem. Plurimæ enim illarum ſunt integre pellucidæ, pauciores ſe-
11 mipellucidæ, opaciores pauciſſimæ.

Subjunximus III. Gem̃as eo â cæteris quoque lapillis differre, quod majoris vulgò, quam hi, æſtimentur. Fatemur equidem, hanc non eſſe ſpecificam, juxta Phyſicos, differentiam, attamen cum Gemmæ apud Germanos appellationem der Edelgeſteine promeruerint, *Vid. Beſoldi Theſ. Pract. Noviſſ. Tom. 1. voce.* Edelſteine. *pag. m. 201.* Po-
12 tius ad illam appellationis differentiam, quam genuinam Gemmarum, diverſamque â cæteris lapillis indolem reſpeximus. Ita enim & in jure Gemmæ inter res precioſas numerantur. *Text. in L. Lex quæ tutores, 22. in pr. C. de Adminiſtr. Tut.* Nec ſub appellatione mercium, minutatim vendendarum, eas contineri, Deciſum refert *Joh. à Sande Dec. Friſ. Lib. IV. Tit. 6. Def. 2. v. dubitatum quandoque p. 446.* Et propterea mercatori vili, ſi Gemmas ſe habere, vel habuiſſe aſſerat, fidem non habendam eſſe monet *Benevenutus Straccha de Mercatur. P. 2. n. 22.* Imo Gemmæ aliquando, quamvis minus proprie, pro ornatu precioſiori accipiuntur, ut in *L. Numiſmatum 28. ff. de Uſufr.*

13 Diſtinguimus Gemmas ratione *Qualitatis* (1.) in colore aliô atque aliô imbutas, veluti rubrô, cœruleô, viridi, luteô, flauô, purpureô, aureô, vel denique incertô. Quos colores qualitatibus ipſarum, accenſemus, cum facili negotio vel ſeparari vel alterari poſſint, adeòque Natura ipſa in Gemmis colorandis ludat, ut teſte *Domino Boyle in d. Tr. de Orig. & Virt. Gemm. Sect. 1. arg. 1. n. 5.* non deſint Rubini, qui
14 rubrô ſuô colore deſtituantur. Qualitatis hujus effectus eſt, ut aliæ Gem-

Gemmæ aliis elegantiores & precioſiores ſint. Ex ipſis enim Gem-
mis alias *Nobiles*, alias *Plebejas* dici refert *Tiraquell. de Nobilit. c. 2. n. 28.
voce Gemmam.* aliisque præcedentiæ præ aliis prærogativam tribuit
Caſſaneus in Catalog. Gloriæ Mundi. P. 12. Conſid. 92. prout & Smaragdi
& Hyacinthi reliquis præferuntur *in L. unic. C. Nulli licere in fren.* De
precio verò Gemmarum nonnullarum *vid. Act. Philoſ. Anglic. N. 23. Relatione.* 8.

Ratione *Qualitatis* (2) Gemmæ differunt duritie, prout enim 15
compactæ ſunt exquiſitius particulæ Gemmarum ſubtiliſſimæ, ita modò magis, modò minus duræ exiſtunt *Athanaſ. Kircherus in mundo
ſubterr. T. 2. Lib. 8. Sect. I. C. 7. p. 19.*

(3.) Ratione *Qualitatis* Gemmæ aliis virtutibus magis minusque 16
exornatæ diſtinguntur. *Caſpar. Klockius de ærar: Lib. 2. Cap. 34. n. 1.* Et 17
quamvis dubitari velit, Utrum Corporibus adeò compactis, & quaſi
inexpugnabilibus, ullæ virtutes inſint. Experientia tamen contrarium dudùm docuit, neque virtutes intra corpora dura ità concludi, quin ſe exſerere queant, Chymicorum Pilulæ, confectæ ex Regulo Antimonii dictæ *Pilulæ Perpetuæ*, probant, Operationes enim ſuas
abſumtæ abunde exſerunt, & cum excrementis iterum integræ ejiciuntur, poſteaque â quibusdam, parcis potius, quàm delicatis, lavan- 18
tur, lotæque pluribus vicibus in priſtinum uſum degluriuntur. Eò
usq; tamen etiam eruditis ſcriptoribus fidem non tribuimus, ut quæ- 19
cunque incongrua illi Gemmis aliquando adſcripſère, vera eſſe perſvadeamur. Sed quicunque ſenſerit, quædam illorum eſſe fabuloſa,
alia Hyperbolica: Nos potius adſtipulantes quàm adverſantes ea
in re compererit; Raritas enim Gemmarum, omni imprimis ex 20
parte pellucidarum, earumque nitor, ingensque pretium, quod iis
Raritas & hominum Opinio impoſuit, quorundam audaciam ad ſcribendum, aliorum credulitatem ad credendum movet, raras illas, nobilesque Naturæ productiones non poſſe non dotatas eſſe ſibi proportionatis, & per conſequens extra ordinariis qualitatibus, *prout Boylianis hiſce omninò aſſentimur. Conf. Kircher. Mund. ſubterr. Tom. 2. lib. 8.
Sect. 1. c. 7. pag. 21. p. in pr.*

Denuô *Quantitatis* ratione Gemmas (1) in ſuô genere vel majo- 21
res vel minores reperiri, notum eſt, Et ut majores plerumque rariores, ita majori quoque pretio *Geometrica* proportione augendo habentur. (3) *Quantitatis* ratione Gemmæ differunt pondere, vel pro
exquiſitiori particularum ſubtiliſſimarum conſtituentium nexu, & u-

nio-

nione, vel pro mineralium colorum abundantiâ, modò majori, modò minori.

22 Cæterùm cum â JCto ad Gemmas referantur materiæ pellucidæ veluti Smaragdi, Chrysolithi, Amethisti *L. cum aurum 19. §. Gemmæ 17. ff. de aur. arg. mund.* Dubium oriri videbatur, an *Vitrum* etiam, tanquam pellucida materia, ad Gemmas referendum sit? Sed cum JCtus de materiis pellucidis nativis, allegatis nativarum exemplis, loquatur, factitia corpora pellucida exclusisse videtur. Exempla enim Regulam declarant *arg. l. 3. §. 2. ibi quod dico exemplo ff. de collatione.* Et ad Similia restringunt. *Arg. §. Sed istæ quidem 3 ibi Etsi quæ sunt similes*

23 *J. de Act. §. hactenus ostendisse 7. v. namque ex his. J. de gradib. cogn.* Nec obstat, quod *Alciatus lib. 11. parer. c. 1* movet, quod scilicet vitrum ex ladibus conflatum sit. Nam (1) resp. Vitrum ex lapidibus fieri, non Gemmis, & proinde â Gemmis distinguendum esse *p. d. l. 19. §. 17. de aur. arg. mund.* (2) Gemmæ in littore maris legi & inveniri dicuntur. *§. item Lapilli 18. J. de R. D. L. 3. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Vitrum in furno vi ignis conflatur. *Vid. Anton. Neri de arte vitrariâ* indeque murrhina in Gemmis non esse dicuntur *L. cum aurum 19. §. murrhina 19 ff. de Aur. arg. mund.* quamvis alioqui in magnô pretiô sint. *L. suppellectili. 3. §. 4. ff. de suppell. leg.* (3) Vitra a Gemmis disertè satis distinguuntur *in l. Labeo. 7. §. 1 ff. de suppell. leg.* Et Specula ad mundum, Gemmæ ad ornamenta referuntur, *l. 25. §. 10. ff. de aur. arg. mund.* Quamvis nonnunquam, si Statuti ratio svadeat; vi-

24 tra quoque, Gemmas æmulantia, Gemmarum nomine venire posse putemus *arg. l. vellera 3. C. De vestib. holober. De quo tamen inferius plura.*

25 Pariter II. An materiæ, omni ex parte pellucidæ, Gemmarum saltem nomine comprehendantur; an verò semidiaphanæ etiam subintelligendæ sint? decidendum esse ex Regula, quâ qualitas potentior observari jubetur *L. quæritur 10. ff. de stat. hom.* existimat *Alciat. de V. S. lib. IV. refut. 28. Laurent. Vallæ.* Attamen cum JCtus *in d. l. 19. §. 17. ff. d. aur. arg. mund.* Amethystos Gemmis accenseat, quæ plerumque colore intensiori minusque pellucido tinctæ ipsis Opalis, qui semidiaphanis accenseri sôlent opaciores nonnunquam apparent, Semidiaphanas etiam materias Gemmarum nomine venire probabile videtur.

26 Quod autem III. præter enumeratas in *d. L. 19* Gemmarum species aliæ non sint Gemmæ, objici non poterit, cum, ut Legislatoribus Regulas exemplis illustrare frequens est, *arg. L. Prætor. 3. §. 2. verbis:*

Quod

Quod dico exemplo. ff. de collat. L. 1. pr. verbis: ne res exemplis egeat. ff. de præ- 29
script. verbis. Ita exemplorum relatione reliquas similes species ex-
cludere infrequens sit; Exempla enim, quoad similia, non restrin-
gunt *L 32. §. 6. ff. de Aur. arg. mund. L. 9. pr. ff. de supell. leg.* Sed decla-
rant. *arg. L. 9. §. 5. vers. & licet municipum. ff. de jur. & fact. ignor. L. ita*
vulneratus. 51. §. 2. vers. unum interim posuisse. ff. ad L. Aquil. Prout &
præterea Hyacinthi diserte Gemmis accensentur *in L. Seja. 6. §. 1. ff.*
de aur. arg. mundo.
Referimus itaque ex lapidibus inter Gemmas: *Adamantem, Sa-* 30
phirinum, Smaragdum, Hyacinthum, Beryllum, Sardonychem, (& sic etiam
Sardum & Onychem) *Chrysolithos, Ametisthos, Ceraunios,* quorum impri-
mis mentio fit *in L. cum aurum. 19. §. 17. ff. de aur. arg. l. 16. §. 7. ff. de*
Publican. & vectigal. & in L. unic. C. nulli licere in fren. & equestr. sell. &c.
lib. 11. t. 11. Crystalli, ad Gemmas quoque pertinentis, meminit *Pau-*
lus in L. suppellectili 3. §. 4. ff. de Supell. leg. præterea Gemmis hodie ac- 31
censentur: *Rubini, Balassii, Granati, Amandini, Prasii, Turcoides, Topasii,*
Opali, Jaspides, Nephritici, Chalcedonii, & Achates; Illarumque, quæ ha-
ctenus relatæ sunt, species distinctæ. Et quamvis nonnullæ ex his 32
opaciores, nec usque adeo pellucidæ sint, veluti: *Achates, Jaspis,*
Chalcedonius, Nephriticus &c. Sunt tamen subtilioris substantiæ, & in-
signis præ lapillis cæteris elegantiæ, & propterea â vulgo Gemmis
semper accensentur, auro inclusi gestantur, adeoque licet Gemmæ
juxta Ulpianum in *L. cum aurum. 19. §. 17. de aur. arg. & mund.* non
essent, generalis tamen vulgi opinio, etiamsi erronea, hac in parte
jus faceret. *arg. L. supellectili. 3. in fine ff. de supell. leg.* Imo Agathes in- 33
ter preciosa Principum asservari, omni jure meretur; naturales enim
ipsius venæ admirandas rerum figuras nonnunquam exhibent,
adeoque inter preciosissima Imperatoris Viennæ monstratur Patina
ex Agathe nigricante, in cujus medio literæ albicantes: B XRISTO
R J XXX diserte apparent; quæ certe omnem æstimationem supe-
rant; Describit eandem adjecto Icone *Dominus Lambecius in Commen-*
tario de Bibliothec. Cæsar. Lib. 1. p. 25. Nec minori admiratione dignum 34
est, quod de Agathe Regis Pyrrhi refert *Julius Solinus in Polyhistore*
cap. 11. Annulus (*inquit*) Pyrrhi Regis, qui adversus Romanos bella
gessit, non ignobilis famæ fuit, cujus *Gemma* Agathes erat, in quo
novem Musæ, cum insignibus suis singulæ, & Apollo, tenens Cytha-
ram, videbantur, non impressis figuris, sed ingenitis; Eademque

B Soli-

Solini *Marbodæus* imitatus allegatur â *Tiraquello in Annotat. ad Alex. ab
Alexandr. Genial. dier. Lib. 2. c. 19. p. 214.*

Rex Pyrrhus digito gessisse refertur Agathem,
Cujus plena novem signabat pagina Musas,
Et stans in medio Cytharam tangebat Apollo,
Naturæ, non artis opus mirabile dictu.

35 Agathem quoque, Jaspidem, Turcoidem & Onychem Aöronis
Rationali præter *Sardum, Topasium, Smaragdum, Rubinum, Saphirum,*
Adamantem, Ceraunium & Amethystum, insertos fuisse probat *Exod. c. 28.*
36 *v. 17. seqq.* Chalcedonius vero tam perspicuæ nonnunquam clarita-
tis deprehenditur, ut folio cæruleo vel rubro caute supposito, Sa-
37 phyrum vel Rubinum mentiatur; Nephriticus denique lapis non
omnino opacus dici meretur, parumque abest, quin Semidiaphanis
accenseri possit, & quamvis â Medicinali imprimis virtute nomen
traxerit, inter Gemmas tamen refertur â *Johann. Schrödero in Pharma-
cop. Medico-Chymica Lib. 3. c. 5. §. 4.* Et quotidie, auro inclusus, Gem-
mæ instar portatur. E contrario ad Gemmas non pertinent (1.) Mar-
38 garithæ *L. 19. §. 18. de auro arg. mund.* nec non Corallium, quia frutex
submarinus potius, quam pellucidi lapidis species est. *Vid. Olaus
Wormius in Museo lib. 2. c. 35.* quamvis ex eodem ornamenta confici
posse non negemus, *Vid. Carpzov. Part. 2. const. 14. Def. num. 4. 5.* (2.)
Alabastrum & Marmor; veluti Osidianum *d. L. 19. §. 17. ff. de aur. arg.
39 mund.* quo in probando auro usos fuisse Italos, probat *Thomas Nicols
in Tr. de Gemmis. P. 3. c. 70.* quamvis & marmora nonnullis saxa pre-
tiosa & rara dicantur. *Vid. Christinæus Vol. V. Dec. 67. n. 35. Sixtinus de
Regal. lib. 2. c. 16. n. 31.* Imo & *Cotes* in Pergamo effossas, *preciosas* quia
per universum orbem portentur, appellat *Paulus de Castro in l. Divor-
40 tio, §. si vir ff. solut. matrim. n. 4.* (3.) Succinum inter Gemmas minus
commode refertur *Mr. Chapuzeau en l' histoire des Joyaux. c. 4.* Cum
bitumen in eodem prævaleat, adeoque igni admotum flammam
concipiat, & consumatur; quamvis non desint, qui lapidibus id ac-
41 censere velint, *Vid. Wormius in histor. Rer. Rar. lib. 1. c. 13. p. 31.* (4.) Va-
sa Murrhina, quamvis in magno usu & precio sint *L. Suppellectili 3. §.
de murrhinis. 4 ff. de suppell. leg.* Gemmis tamen non accensentur; *l.
42 19. §. murrhina 19. de Aur. arg. mund. leg.* (5.) Gemmæ non sunt *Numis-
mata,* quibus pro Gemmis nonnullos uti apparet *ex l. numismatum. 28.
43 ff. de usufr.* (6.) Sal Gemmæ de quo *Vid. Löbneisen, P. 5.* der Bergord-

nung

nung *in fin.* inter Gemmas non referendum, licet enim pellucida ſit materia, contrariæ tamen eſt, cum allegatis in *d. l. 19. §. 17. ff. de aur. arg. &c.* naturæ, cum liquefieri poſſit. Nec denique (7.) Gemmis 44 accenſeri merentur lapides Medicinales, quique eo nomine in pharmacopæorum officinis proſtant.

Quoad loca, in quibus Gemmæ inveniuntur, remittimus *ad* 45 *Hiſtoriam Gemmarum du Chapuzeau*, quæ in ſuccinctam Relationem redacta *in Act. Philoſoph. Anglic. N. 23. Relat.* 8. Quibus *Suenckfeldius de Foſſilibus Sileſiæ, Johann Kentmannus de Foſſilibus Miſniæ, Chriſtophori Merreti Pinax Rer. natural. Brytannic. Boetius de Gemmis, Worm. hiſt. Rer. Rar.* ſimilesque jungi pro lubitu poterunt: Id generaliter notantes, quod Gemmæ vel in aquis, tum dulcibus, tum ſalſis, vel in terris, vel rupibus reperiantur; Et rudes vel ſeparata corpora conſtituant, vel 46 aliis impurioribus lapidibus, ceu matribus, cohæreant; Et vel politæ ſtatim, vel rudiori quaſi cortice obductæ appareant; Et denique vel in formas rotundiores & incertas, vel Geomethricas, veluti ſexangulares, abeant. Specialiora itaque hac de re Phyſicis relinquentes, nos potius ad jura circa inventionem Gemmarum deducenda convertimus. Sit itaque.

CAPUT II.

De

Gemmarum Inventione.

SUMMARIA.

Res nullius & ſic Gemmæ de jure civili primo occupanti acquiruntur. n. 1. 2. 22. 25.

Res nullius quæ ſint? 3

An Gemmæ in loco publico, ſacro, vel privato inventæ inventoris fiant? 4. *ſeqq.*

Gemmarum & Theſauri jura an differant? 10

An in alieno fundo, invito domino, captæ feræ capientis fiant? 11. *ſqq.*

An invito Domino ſaxa precioſa in agro ipſius inveſtigari poſſint? 14

An apprehenſio neceſſaria in inventione Gemmarum? 15. *ſqq.* 24

Gemma ab altero prius viſa, ab altero prius apprehenſa, cui debeatur? 17

Quare fictio longæ manus locum hic non habeat? 18. *ſqq.*

An Statuta, de invento loquentia, intelligenda sint de eo, qui visus est? 21. *sqq.*

Gemmæ ab altero perditæ inventori non acquiruntur 26. *sqq.*

Quid de Gemmis incendiô, ruinâ, naufragio ejectis dicendum? 27. *sqq.*

Nonnullis in locis Naufragorum bona in Commissum cadunt 29

An in Romano Imperio ejusmodi Consuetudines valeant? 30. *sqq.*

Rex Daniæ, sublata illa consuetudine, Dixisse fertur: sibi annua C. aureor. millia periisse. 23

Nonnullis in locis exigitur Bargegeld. 33

Abscondens Gemmas in terra an possessionem amittat, si loci memoriam non repetierit? 34

An furti teneatur, qui Gemmas alienas inventas celet vel reddere recuset: 35. *sqq.*

An talis furti pœna capitalis sit? 37

An furtum committatur in Gemmis pro derelicto habitis. 38

Furtum non committit, qui non furandi animo Gemmas inventas tollit. 39

An inventionis præmium inventor petere & accipere possit? 40

Quomodo hic de animo inventoris tollentis constare possit. 41. *seqq.*

Inventor inventionem publice denunciare an debeat? 43. *sqq.*

Domino non repetente, an præscriptio in Gemmis inventis locum habeat? 45. *sqq.*

An res inventa distribuenda sit Pauperibus? 49. *sqq.*

Quid si distributione facta dominus compareat? remissive 51

An hodie Gemmarum lectio ad Regalia pertineat? 53. *sqq.* 58

Venæ Gemmarum comparantur hodie cum metallifodinis. 54

Metallifodinæ spectant ad Regalia. 55

Ignobiliores non semper. 56

Ferrifodinæ non semper ad ignobiliores pertinent. 57

Gemmæ sunt Magnatum deliciæ. 59

Fodinæ in loco Cæsaris repertæ integræ illius sunt. 60

Quid in fodinis in privato fundo repertis? 61. *sqq.*

An Decima saltem Regalium nomine veniat? 62

Inspiciendæ consuetudines & statuta. 63

Quid in Gallia, Hispania, & Germania obtineat? 64. 65

Gemmarum lectio, ratione expensarum diversum jus constituere videtur à fodinis. 66

An Princeps omnes fodinas sibi appropriare possit? 67. *sqq.*

Juris Naturalis permissio an per Principem tolli possit? 70

Quando inprimis Princeps fodinas sibi applicare vel tertio concedere possit? 71. 72

Non injusta est prohibitio de succino in littoribus Borussiæ non legendo. 73

Nec Regale Saxonicum quoad thesauros

res, quos aratrum non attingit, iniquum est. 74
Quid in Regnis Orientalibus obtineat? 75. *sqq.*
An pœna capitali affici possit contra prohibitionem Principis Gemmas legens? 78. *sqq.*
Principis mandata an in Conscientia obligent? 79
Salomonis prohibentis Simejum è civitate egredi judicium. 80
Qui sciens contra prohibita facit, in pœnam consentire videtur. 81
Quare hic mitiori pœna afficiendi transgressores. 82. *sqq.*
An forenses à tali prohibitionis pœna excusentur? 84. *seqq.*

NAturali jure uti res, quæ nullius sunt, primo occupanti acquiruntur *§ feræ. 12. J. de R. D Hugo Grot. de J. B. & P. Lib. 2. c. 22.* §. 9. ipsa naturali ratione dictitante, nemini neganda esse beneficia, quibus nulli noceatur, secundum *Oldendorp. in Introduct. ad Class. 3. rubric. de acquir. rerum dom. n. 1.* Ita Gemmæ, cum ab initio nullius sint, illis quoque, qui primi ipsarum possessionem nanciscuntur, naturali jure acquiruntur *L. 3. ff. de D. R. L. 1. §. 1. de A. vel A. P. § 18. Inst. de R. D. Oswald Hilliger. in Donel. Enucl. Lib. IV. c. 10. circa fin. Johann. Bolognetus ad L. 1. n. 61. de A. vel A. P.* 1 2

Dicimus autem *Res nullius*, non quæ sacræ, religiosæ, sanctæve sunt, prout accipiuntur *in §. nullius 7. J. de R. D.* Tales enim ut alicujus fiant, obligatio nulla efficere valet, *L. quod nullius 182. & ibi Bronchorst. ff. de R. J.* Eamque ob causam Nullius dicuntur, quia nec actu nec potentia alicujus sunt, cum humano commercio civiliter exemptæ sint. *Manzius ad d. §. 7. J. de Rer. Divis. n. 2. Anton. Faber in Rationalibus ad L. 1. pr. v. quod autem de D. Rer.* Sed illæ *res nullius* nobis audiunt, quæ nullius hactenus acquisitæ sunt dominio, quæque occupationis non sunt incapaces. Tales enim inventione utique acquiruntur, *Hugo Grot. de J. B. & P. Lib. 2. c. 22. §. 9.* 3

Sufficit autem pro acquirendis Gemmis, si ipsæ in privatorum non sint dominio, quando inveniuntur, etiamsi locus, in quo inveniuntur, nullius non fuerit *Henric. à Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 90. n. 1.* Is enim licet vel publicus sit, adeoque ad Dominum Territorii vel rempublicam, *l. 3. pr. ff. ne quid in loco publico*, vel ad ipsum Imperatorem, non tanquam Mundi Dominum, ut dicitur in *L. 9 ff. de L. Rhodiâ de jactu. Vid Dominic. Soto de just. & Jur. lib. IV. Quæst. 4. art. 2.* Sed tanquam terrarum, ipsi subjectarum, Principem & possessorem spe- 4 5

ctet. *Vid. Zaſ. Conſ. 16. n. 11. Dominum à poſſeſſione diſtinguens*; vel etiamſi
6 ſacer aut religioſus *arg. §. 39. J. de R. D.* Vel privatorum ſit, Gemmas
tamen, in eo inventas, inventoris fieri, non dubitamus; Et quidem
7 (1.) quia ipſa Natura Gemmas in commodum hominum produxiſſe
cenſetur *arg. §. lapilli. 8. ibi Jure naturali ſtatim. J. de R. D.* adeoque
quod commune finxit, id induſtriæ præmium eſſe voluit. *Carpz. P.*
8 *2. C. 53. Def. 9. n. 2.* (2.) Quia Gemmas inventionis jure acquiri, Im-
9 perator generaliter decidit *in L. 1. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* (3.)
Quia littoris mentio ſit *in §. 18. J. de Rer. Diviſ.* Littus autem, in
quod Populus vel Princeps imperium habet, illius eſt. *L. Littora 3. pr. ff. ne quid in loc. publ.* eoque reſpectu locus Publicus dicitur *in §.*
10 *Littorum. 5. J. de R. D.* Concludimus exinde, quod Gemmarum in-
ventio, hoc caſu, theſauri naturam non ſapiat, nec proinde pars ali-
qua Gemmarum inventarum domino ſoli cedat, alioqui enim & in
loco publico, veluti littore, inventæ pro dimidia parte Imperatori
vel Populo dominanti cederent, juxta *§. 39. v. cui conveniens eſt. J. de R.*
11 *D.* (4.) Quia in ſimili Venator feras in alieno etiam fundo captas
ſibi acquirit. *d. §. feræ. 12. J. de R. D. Georg. Mohr de Nigromonte, de jure*
12 *Venandi. P. 1. c. 2. n. 15.* Nec obſtat, quod invito ac contradicente Do-
mino fundum alienum ingrediens in Legem committat, nec proin-
de ex facto, cui Lex reſiſtit, acquirere aliquid debeat. *arg. L. non du-*
13 *bium. 5. pr. C. de LLb9.* Diſtinguendus enim eſt actus ingreſſionis ab
actu occupationis; Ingreſſio enim, contra Domini voluntatem fa-
cta, injuriam infert, & prohibita ſolummodo eſt, non occupatio, per
dictum *§. feræ. 12. J. de J. R. D.* quapropter ab uno actu, tanquam
diverſo, & ſeparato, ad alium actum non valet illatio. *Carpz. d. P. 2.*
14 *C. 53. Def. 9. n. 5. & 6. Everh. loc. legali 18. à ſeparatis. per tot.* Prout & in-
vito domino ſaxa precioſa in agro ipſius ab alio inveſtigari poſſe,
concludit *Henric. à Roſenthal. de feud. c. 5. Concl. 90. n. 1.* Et Gemmas la-
pillosque in flumine colligi poſſe, ſtatuit *Joh. Bolognetus in L. 1. n. 55. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſione.*

15 Porro Inventionis jure acquiſitas dicimus Gemmas non viſas
ſolum, ſed ipſa re apprehenſas, *per ea, quæ tradit Oswald. Hilliger. in Donell. Enucl. Lib. V. c. 8. pr. Henr. à Stabenow. Exerc. Juſtin. Diſp. 5. th. 6. Lit. A.* Poſſeſſio enim earum ut acquiratur, in inventore expreſſe re-
quiritur *in L. 1. §. 1. de Acquir. vel amitt. poſſ. Hilliger in Donel. Enucl. P. 1. Lib. IV. c. 10. Lit. B. Diſſentit Johann. Bolognetus d. L. 1. n. 62. & 63. ff. de A.*

vel

vel A. P. Tum quia ſolo affectu poſſeſſio in rebus, quæ apprehendi 16
& loco moveri poſſunt, regulariter non acquiritur *l. 3. §. 1. L. 8. ff. de A. vel A. P. Petr. Friderus in Tr. de poſſeſſ. c. 11. n. 11.* Tum quia affectus 17
poſſidendi non præſumitur, niſi apprehendendo, vel æquivalenti ſigno declaretur; Hinc ſi unus Gemmam præviderit, alter prior apprehenderit, arripienti eam adjudicat *Magnif. Dn. D. Strykius in Annot. ad §. 18. J. de R. D.* niſi tamen is, qui prior viderit, eam alteri, qui poſtea præripuit, antequam eam tolleret, locove moveret, demonſtraverit, ſeque Gemmam invenire dixerit. *Magnific. Dn. D. Strykius in Tr. de jure Senſuum Diſp. 1. c. 3. n. 34.*

Nec obſtat (1.) quod per viſum poſſeſſionem acquirere, & ocu- 18
lis quaſi apprehendere poſſimus, & quod propterea corporalis apprehenſio non utique neceſſaria ſit, *per L. 1. §. 21. L. 18. §. 2. ff. de acqvir. vel amitt. poſſ. Petr. Friderus in d. Tr. de Poſſeſſ. c. 11. n. 21.*

Reſp. (1.) enim tales fictiones longæ manus, ſimilesve, à Jure 19
Civili introductas eſſe; Naturalia autem jura, tales fictiones ignorantia, naturalem apprehenſionem requirere; Ut itaque naturali jure Gemmæ, quæ nullius ſunt, poſſidendo acquiri dicuntur *in §. 18. J. de R. D.* Ita naturalis quoque Poſſeſſio, ſive corporalis apprehenſio, proculdubio requiritur (2.) uti jura Civilia earum rerum gratia, quæ 20
propter ponderis magnitudinem moveri non poſſunt, fictionem longæ manus, aliaque apprehenſioni æquivalentia media introduxerunt *L. 1. §. ſi juſſerim. 21. ibi, & argumento eſſe. ff. de A. vel A. P.* Ita hæc juris Civilis ratio in Gemmis plurimis ceſſat, pauciſſimæ enim tantæ molis exiſtunt, ut commode moveri loco nequeant.

Nec obſtat (2.) quod *Inventus* dicatur, qui viſus eſt, licet prehen- 21
ſus vel captus non ſit; Veluti ſi ſtatuto caveatur, inventum cum armis puniri debere, ibi enim Inventum, qui viſus eſt, cum armis, licet prehenſus non ſit, dicit ſecund. *Cujac. Libr. 11. Obſ. c. 38. Borcholt. ad d. §. 18. I. de R. D. n. 3.*

Diſtinguimus enim, an finis ſtatuti talis ſit, ne quis armatus in- 22
cedat; quo caſu in ſtatutum deliquiſſe eum conſtat, qui cum armis ingreſſus eſt, & proinde ſufficit, ſi ita viſus fuerit. *arg. §. furtorum. 3. verbis. quamdiu eam rem fur tenens viſus, Inſt. de Oblig. quæ ex del. naſ. L. 7. §. ſed Celſus. 2. ff. de Furt.* Cum & videntes delictum illud probare poſſint, æque ac ſi viſum comprehendiſſent. E contrario ſi præci- 23
puus Legis finis in apprehenſione conſiſtat, tunc viſus non ſufficit,

ſed

ſed *inventio* pro apprehenſione accipienda eſt, ut in *L. Si Barſatoram 13. C. de Fidejuſſoribus, ubi Lyſanias Decurio Barſatoram Latronem, quem* inventurum *ſe ſpoponderat, exhibere jubetur Conf. Emanuel Soarez. Recept. ſent. ſive Comm. Opin. Lit. I. voce Inventus n. 187. Jul. Clarus Recept. ſenteut.*
24 *Lib. 5. §. fin. quæſt. 82. Statut. 6. n. 1. & ſeq.* Ut itaque in Gemmarum inventione acquiſitio finis præcipuus eſt, quæ regulariter per poſſeſſionem fit. *Petr. Friderus d. Tr. de Poſſeſſ. c. 9. n. 1.* Ita certe viſus ſolus non ſufficit, ſed apprehenſio ſubſequi debet, *per L. 1. §. 1. ff. de A. vel. A. P. & ibi Jaſon. num. 13.*

25 Sed ut de Gemmis, quæ in nullius adhuc dominio exſtitere, hactenus diximus, ita easdem inventori ſaltem conceſſimus; inventio enim eſt earum rerum, quæ nullius ſunt. *Grot. de J. B. & P. Lib. 2. c. 21.*
26 *§. 9.* Illæ itaque, quas alter perdidit, alter invenit, inventionis Jure non acquiruntur, *arg. §. ult. in fin. I. de R. D. Henric. à Stabenow. Exerc. Juſt. Diſp. 5. th. 6. Lit. B.* Cum is, qui ſemel mediante occupatione rei alicujus Dominus factus eſt, Dominus eſſe non deſinat, niſi animum derelinquendi dominium habuerit, vel in numero rerum ſuarum ipſas amplius eſſe, noluerit *arg. L. quæcunque 58. ff. de A. R. D.* vel niſiforte ipſa Lex, poſſeſſione amiſſa, dominium quoque auferat; *arg. §. feræ. 12. de R. D.*

27 Unde concludimus I. quod Gemmæ, quæ vel incendii occaſione ſub dium exportantur, vel per ruinam terræve motum ex ædibus projiciuntur, vel levandæ navis cauſa in tempeſtate ejiciuntur, inventoris non fiant, *per L. 1. pr. ff. de incend. ruin. naufrag. Eman. Soarez.*
28 *Recept. ſentent ſ. Comm. Opin. Lit. T. voce Tempeſtas n. 3.* Cum palam ſit, eas eo non projici animo, quod quis eas habere nolit, ſed neceſſita-
29 tis injuria cogente, *§. ult. J. de R. D.* Et quamvis nonnullis in locis conſuetudines & ſtatuta talia obtineant, ut Naufragorum bona in Commiſſum cadant, dominove territorii cedant; Quemadmodum de Galliæ & Hiſpaniæ moribus tradit *Dominus Brunnem. ad L. 1. n. 4. & 5. C. de Naufragiis. Conferatur tamen Renatus Choppinus de domanio Franciæ Lib. 1. Tit. 15. n. 9.* Nec non de Siciliæ, Italiæ, & Angliæ littoribus atteſtatur *Choppinus d. L. 1. Tit. 15. n. 10. Regnerus Sixtinus de Regal. lib. 2. c. 3. n. 91.* Idemque de Bornholmia & Curlandia aſſeritur *in Beſoldi Theſ.*
30 *Pract. Noviſſ. Tom. 2. N. 87. voce* Grund-Ruhr-Recht. Attamen in Romano Imperio ejusmodi Conſuetudines, ſiquæ exſtitere, annullantur à *Carol. V. in Conſtit. Crim. art. 218. juncta Auth. Navigia. C. de furt.* Et

jure

jure Canon. ex Naufragiis emolumentum captantes, & naufragium passos Christianos spoliantes excommunicantur. *c. excommunicationi*
3. X. de Raptoribus, Sixtin. d. lib. 2. c. 3. n. 94. Et in Camerâ Imp. aliquan- 31
do contra hujusmodi Consvetudines Mandata sine Clausula, in Causa Consul. Civ. Hamburg. contra Duces Holsatiæ, decreta fuisse observat *Gail. lib. 1. Obs. 18. n. 6.* Dania quoque quatenus illi occupa- 32
tionis iniquitati abrogaverit, traditur *in Besold. Thes. Pract. Noviss. Dietherri Tom. I. in voce* Grund-Ruhr-Recht. Quamvis, abrogata illa de confiscandis Naufragorum bonis Lege, Regem Daniæ, sibi annua C. aureorum millia periisse, dixisse referat *Hugo Grotius de J. B. & P.*
lib. 2. c. 7. In Annot. ad §. *1.* Cujus etiam lucri non omnino amitten- 33
di gratia quibusdam in locis receptum est, ut non nisi soluto aliquo precio, quod Bargegeld appellant, Naufragis bona sua restituantur *Zieritzius ad Art. penult. Const. Crim. in verbis. si factum naufragium.*

Concludimus II. exinde, quod, si peregre profecturus pecu- 34
niam vel Gemmas in terra custodiæ causa condiderit, & reversus locum illum in memoria non repetierit, possessionis jus non illico exspiret, nec infirmitas memoriæ possessioni damnum inferat; neque enim per momenta servorum, quos non videmus, interit possessio, prout respondet *Papinianus in l. peregre 44. pr. ff. de A. vel A. P.*

Concludimus III. quod is, qui Gemmas alienas inventas lucri 35
faciendi causa vel celaverit, vel Domino vero restituere proterve recusaverit, de jure Civ. furti teneatur, sc. cum nihil ad furtum minuendum faciat, quod cujus sit, ignoret. *L. Falsus Creditor. 43. §. qui alienum 4. & seqq. ff. de Furtis. L. Pomponius 44. ff. de A. R. D. Colleg. Argent. Lib. 47. Tit. 2. Th. 16. n. 13. Berlich. P. 2. Concl. 66. n. 26. Carpz. P. 2.*
Const. 53. Def. 10. n. 3. & Def. 7. n. 4. Hinc si ut fieri solet, res perdita 36
proclametur, ut is, qui eam invenerit, Domino restituat, vel Magistratui vel Ecclesiæ exhibeat, is, qui non exhibuerit, furti utique
tenetur. *Matth. Wesenb. Parat. ff de furt. n. 10.* Attamen furti talis pœ- 37
nam haud capitalem, sed arbitrariam tantum esse, putat. *Berlich. P. 5. Concl. 44. n. 2. arg. L. de submersis. 5. C. de Naufragiis Barthol. Chassaneus ad consuetud. Burg. Tit. des justices & droictz.* § *5. vers. adverte quia in civitate Mediolani. p. 147.* & Jure Saxonico furem ejusmodi in duplum teneri, testatur *Berlich. d. l.*

Limitamus tamen præcedentia (1) in Gemmis â Domino pro 38
derelicto habitis; In his enim furtum non committitur, etiamsi fu-

randi animo tollantur *L. Falsus creditor. 43. §. 5. ff. de Furtis. Ludovic. de Ponte Roman. Consil. 390. n. 1.* Sed potius illæ statim, ac occupatæ fuerint, inventorem Dominum agnoscunt; desinit enim derelinquens esse Dominus, adeoque tales Gemmæ naturam rerum, quæ nullius sunt, recipiunt. §. *penult. Inst. de R. D.*

39 Limitamus (2.) prædicta, furtum scilicet non committi asserentes, si absque dolo malo Gemmæ inventæ tollantur, veluti si tollens ex justa causa pro derelictis eas habuerit, vel si animo eas reddendi vero Domino sustulerit *per d. l. 43. §. sed si non fuit. 6. & seq. ff.*

40 *de Furt.* A furti quoque actione absolvimus eum, qui inventionis quidem præmia lucrandi, non vero retinendi animo Gemmas alienas sustulerit furtum enim non committitur, quamvis prœmium non probe petatur, *per textum in d. l. 43. §. quid ergo. 9. ff. de Furtis. Henric. à Stabenow. Exerc. Just. Disp. 5. Th. 6. lit. B.* Hoc ipsum tamen, à Domino sponte datum, etiam in foro Conscientiæ juste retineri posse, putat *Johann. Valerus in differ. utriusque fori. in voc. Bona, differ. 6.*

41 Sed unde de inventoris animo constare possit: utrum lucrandi & retinendi? an vero Domino suo reddendi animo Gemmas alienas inventas sustulerit, quærere licebit? Distinguimus autem (1.) inter Gemmas rudes, prout à Natura produci solent, & Gemmas humana industria politas, illas hactenus nullius esse, facilis præsumtionis est, imo facta olim earum acquisitio difficilis probationis futura esset, nisi forte locus, in quo inveniuntur, contrarium suadeat; Politas vero aurove inclusas Gemmas, etiamsi in agro inventæ fuerint, ab alio jam tum possessas fuisse, quis non crediderit? *Johann.*

42 *Bolognet. ad l. 1. n. 16. ff. de A. vel A. P.* Ut itaque nemo suum jactare præsumitur, *l. cum de indebito 25. pr. ff. de probationib.* Ita & Inventor rem, ad se non pertinentem, ad alium spectare, eundemque non derelinquendi animo rem Gemmamve illam abjecisse, præsumere re-

43 galiter debebit. Quapropter (2.) talis inventor sibi consulet, si juxta *Ulpiani* vulgarem alias, & moribus receptam cautelam se ab omni sinistra suspicione liberaverit; Solent, *inquit*, plerique etiam hoc facere, ut libellum proponant, continentem, se invenisse & redditurum ei qui desideraverit. *d. l. Falsus creditor. 43. §. proinde. 8. ff. de furtis. Eman. Soarez. Recept. Sentent. s. Comm. opin. lit. J. voce inventores, num. 185.* Id quod Cautelæ loco civilia Jura commendant, juris Saxonici ne-

44 cessitas jubere videtur, ibi enim inventor, mediante denunciatione per

per personam publicam in foro facta, ita ut ad plurium notitiam perveniat, profiteri palam tenetur, se tales res tenere. *Carp. P. 2. C. 3. Def. 15. n. 4.* Alibi (prout etiam in Patria) talis proclamatio ex suggestu publice fieri consuevit. *Vid. Gosw. ab Esbach. in Add. ad Carpzov. d. def. 15. n 2.*

Sed quid, si proclamatione solemniter facta Dominus non
compareat, rem Gemmasve suas repetiturus? Jure civili res, quæ 45
pro derelicto habita non est, ab inventore regulariter usucapi ne-
quit. *L. Nemo potest. 6. ff. pro derelicto.* Attamen cum publica denun- 46
ciatione facta, vel libello publice ab inventore proposito, Dominus non compareat, adeoque rem suam negligere videatur, præscriptionem 30. annorum locum habere credimus, cum & post 30. annum furti actio non detur *per l. 1. §. 1. vers. nemo audeat. C. de annali Except.*
Et ibi Dn. Brunnem. n. 13. Jure Saxonico vero si denunciatione publi- 47
ce facta Dominus intra tres quaterdenas res Gemmasve deperditas non repetat, expensasve, si quæ in illas factæ fuerint, res Gemmæve inventæ inventori acquiruntur; Imo si rei inventæ Dominus a-
lienæ jurisdictioni subjectus fuerit, ipse duas saltem partes recipit, 48
tertia penes inventorem remanente. *Carpz. P. 2. C 3 Def. 15. n. 4. & 5.* In Regno Castellæ & Lusitaniæ lege lata res inventas Regis fieri, si post factas debitas & ordinarias diligentias Dominus non appareat,
refert *Joh. Valer. in diff. fori utriusque in verbis Bona. diff. 5. n. 2. vers. ad-* 49
vertendum. Alii distinguere solent, an Inventor pauper, an dives sit? Illo casu rem inventam, Domino non repetente, ab inventore retineri posse putant; Divitem vero inventorem res Gemmasve inventas pauperibus distribuendas exhibere debere, suadent. *Wesenb. in Parat. ff. de Furt. n. 10. Eman. Soarez. Recept. sent. s. Comm. Opin. lit. I. verb.*
inventores. n. 186. Attamen utroque casu rem inventam ab invento- 50
re retineri posse, tanquam à depositario, Domino deinceps apparenti rem inventam reddituro, defendit *Joh. Valer. d. loc. n. 2. vers. in foro*
vero Conscientiæ. Ubi & illud dubium decidit: An facta in pios usus 51
vel pauperes rei inventæ, vel precii illius, distributione, distribuens Domino postea apparenti in foro Conscientiæ ad restitutionem teneatur.

Sed missis Gemmis, quæ olim jam dominio alicujus acquisitæ 52
casu perduntur, redeamus necesse est ad illas, quas nullius esse, & proinde primo occupanti acquiri diximus, id quod secundum jura

Naturalia & Civilia asserere licuit, cum quibus Conscientiæ Leges
congruere, adeoque Gemmas inventas ab inventore in foro con-
scientiæ retineri, sibique appropriari posse, probat *Joh. Valer. in Differ.*
53 *utriusque fori. Sub verbo. Acquisitio dominii. differentia. 3. num. 1.* Attamen
hodie secundum Leges Regias & consuetudines plerarumque Pro-
vinciarum, quæ Gemmarum fertilitate se commendant, earundem
lectio seu inventio Regalibus annumeratur. *teste Valer. d. l. n. 2.*
Regner. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 16. n. 31. Matth. Polenio de Regal. Concl. 165.
54 *Petr. Heig. quæst. illustr. lib. 1. quæst. 13. n. 37.* Comparant enim hodie pre-
ciosorum lapidum & Gemmarum venas cum Metallifodinis Nobilio-
55 ribus. *Heig. d. l. n. 37. Peregrin. de jur. fisci lib. IV. Tit. 2. n. 13. 14.* Prout
itaque Metallifodinæ Regalibus regulariter accensentur, secundum
Andr. de Isernia in Tit. quæ sint Regal. 2. Feud. 56. in verb. argentaria. Ægi-
dium Bossium in Pract. Tit. de metallis. n. 2. 3. Zasium Resp. 16. n. 64. Matth.
de Afflict. Decis. Neapolit. 311. n. 2. 13. & 14. Matth. Wesenbec. P. 4. Cons. 198.
n. 20. Henric. à Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 88 seq. Renat. Choppinum. de
56 *Doman. Franciæ lib. 1. Tit. 2. n. 6.* Nisi forte ex ignobilioribus Metallo-
rum speciebus nonnullas, pro locorum consuetudine, excipi, adeo-
que Regalibus non adnumerari contigerit. *Vid. Wesemb. Volum. 2.*
Cons. 60. n. 30. Quemadmodum, de fodina ferri, vom Eisen-Stein/
in Aula Sereniss. Elect. Sax. Anno 1577. nec non de Calce, vom Kalck-
Stein/ â Wittenbergens. Anno 1585. dictitante Consuetudine Saxo-
nica, pronunciatum refert *Andr. Rauchbahr. quæst. Saxon. P. 1. quæst. 22.*
57 *n. 9. & 11.* Cum tamen Ferri Fodinæ Auri & Argenti fodinis compa-
rentur *in Constitutione Carol. IV. Imper. de Regno Bohem. de Anno* 1354. §.
Als ist durch 3. *circa fin. quæ exstat apud Goldast.* in Reichs-Satzung. *pag.*
150. & seqq. Adeoque consuetudines hac in re præprimis inspicien-
58 dæ sint. Ita Gemmarum quoque lectionem Regalibus, si non spe-
ciatim, sub numero tamen Metallifodinarum Nobiliorum hodie
accensere licebit. *Nicolaus Myler. de Princip. & Statib. Imper. Cap. 69.*
59 Sunt enim Magnatum delitiæ, ut dicit *Heigius P. 1. quæst 13. n. 9* Et
maximum in rebus humanis, nedum cæteris Metallis, precium
Gemmarum Princeps, Adamas, habet, ut secundum *Plin. lib. 37. c. 4.*
60 eundem laudat *Cassaneus in Catalog. Glor. Mund. P. 12. Consid. 91.* Quam-
vis autem plerique ex Dd. Regale Fodinarum Jus ad fodinas in locis,
ad Principem spectantibus, repertas restringant, ita, ut harum redi-
tus omnes Principi acquirantur. *Paul. Christinaus Vol. V. Decis. 67. n. 34.*

Ex illis vero Fodinis, quæ in locis privatis reperiantur, decima ſaltem pars illius, quod effoditur, & in lucidam formam per liquefactionem reducitur (ut declarat *Matth. de Afflict. Deciſ. Neapol. 321. n. 5.*) 61
Principi debeatur; Adeoque decima ſaltem illa Regalium nomine venire dicatur, *Roſenthal de Feud. d. c. 5. Conc. 88. n. 7. Peregrin. de Jur. Fiſc. Lib. IV. Tit. 2. n. 11. Andr. de Iſernia in d. c. unic. quæ ſint Regalia in voc. Argentariæ. Zaſius. d. Conſil. 16. n. 67. & ſeqq. Matth. de Afflict. d. deciſ. 321. n. 4. & 5. Herm. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 7. verſ. XVI. Argentariæ. pag. 74.* 62
Inſpiciendæ tamen præprimis hac in re ſunt receptæ locorum, in quibus fodinæ exiſtunt, conſuetudines *Paul. Chriſtin. Vol. V. Dec. 67. n. 27. Joh. Schönerus Diſp. Feud. Lib. I. Diſp. IV. th. 79.* Vel ſtatuta & ordinationes de Fodinis promulgatæ, *Vid. Roſenthal. d. c 5. concl. 90. n. 12. 13. 14.* 63
Ita enim vi gallici Edicti, de Anno 1563. ad Regem decimam ſaltem Foſſilium partem devolvi teſtatur *Choppin. de Domanio Franc. Lib. 1. Tit. 2. §. 6.* Legibus Hiſpaniæ venas Metallorum ubicunque inventas Regi tribui refert *Petr. Barboſa ad L. divortio 8 (quam Gothofredus junxit L. 7.) §. ſi vir in Fundo ff. ſoluto matrim. n. 19.* 64
De conſuetudine Germaniæ absque Imperatoris, vel ejus, qui de Fodinis inveſtitus eſt, conſenſu nemini, ne in ſuo quidem fundo, Metalla, præſertim Nobiliora, fodere licere, refert *Carpzov. P. 2. C. 5. Def. 1. n. 9. & 10. Dn. Brunneman. ad L. cuncti 3. C. de Metallar. & metall. n. 5.* nec easdem ſub utilitatibus Feudi contineri, aſſerit *Struvius in Syntagm. feud. c. 6. §. 26. n. 6. Sed diſſentit Ægidius. Boſſ. in Pract. de Metall. num. 11.* 65
Quamvis tamen Gemmarum lectio non utique eodem cum Fodinis jure, quoad decimam fiſco ſolvendam, judicari poſſit; Cum ratione expenſarum inter fodinas & Gemmas legendas longe diverſa ſit proportio. 66

Cæterum nulli dubitamus, quin in hiſce Princeps diſponere, quicquid viſum fuerit, adeoque omnes Fodinas, vel in ſuis vel in privatis fundis inventas ſibi tribuere poſſit. *Paul. Chriſtin. Vol. 5. Dec. 67. n. 11.* 67
Tum quia ſupremus territorii Dominus eſt, cui libera in eodem diſpoſitio competit, dummodo juri naturali non repugnet; Eoque fundamento nititur Edicti gallici modo allegati tenor ſc. *Quod jus decimæ pertineat ad Regem jure ſuperioritatis (de la ſouveraineté) in omnes mineras aliasve ſubſtantias terreſtres; Choppin. d. L. 1. Tit. 2. num. 6.* 68
Tum quia in hiſce non de damno ſubditorum vitando, ſed de lucro novo captando agitur, quod certe Princeps ſibi citra ſubdito- 69

rump præjudicium applicare non prohibetur; nec tale aurum: *adul-
terinum aurum* dici meretur, cum cum subjectorum lacrymis haud col-
ligatur; juxta *Dominicum Arumæum ad A. B. Cap. 9. Discursu. 5. th. 5.*
Nec reponi poterit, quod juris Naturalis permissio per Principem
70 tolli nequeat; permissionem enim juris naturalis dispositioni Prin-
cipis nos subjicimus. *Hugo Grot. de J. B. & P. L. 2. Cap. 2. § 5.* Commo-
dumque Reipublicæ vel Principis sæpius ex licito facit illicitum.
Hugo Grot. de J. B. & P. Lib. 3. Cap. 4. §. 15. Quamvis vicissim ea, quæ
jure naturæ prohibita sunt, non utique à Principe permitti possint.
Sebastian. Medices in Tr. de Venat. quæst. 5. n. 12. Grot. d. Lib. 2. cap. 2. §. 5.
71 Præcipue tamen illa, si superficies fundi, in quo Gemmæ vel metalla
inveniuntur, sublatis iis illæsa maneat, obtinere, si vero læsa fuerit,
Domino fundi damni illati vel inferendi ratione ut satis fiat, æquissi-
72 mum esse, putamus. *Sixt. de Regal. Lib. 2. Tit. 16. n. 77.* Quo facto vel
præsupposito, & illud consequens existimamus, licere Principi fo-
dinas, in privato fundo inventas, tertio concedere, etiamsi Domino
Decima non solvatur, quæ alioquin Domino fundi ex Metallis de-
betur ex *L. cuncti. 3. C. de Metall. & Metallar. Lib. 11. Paul de Castro in L. di-
vortio. §. si vir. ff. solut. matrim. num. 4. Peregrin. de Jur. fisci Lib. 4. Tit. 1.
num. 14.*

73 Hinc licet littora maris naturali jure omnibus communia in-
telligantur, adeoque lapilli, Gemmæ & cætera, in eo inventa, ex eo-
dem jure Inventori acquirantur; *§. 1. §. 18. J. de R. D. Baptista Aymus
in Tr. de Alluvionis jure Cap. 2. n. 10.* Non injusta tamen est Sereniss. ac
Potentiss. Dn. Elect. Brandenburg. prohibitio de Succino (*quod ta-
men Gemmis non accensemus*) in littoribus Borussiæ non legendo, nisi ab
iis, quibus lectionem illius locatam esse refert *Chapuzeau in Histor.
74 Gemm. c. 5.* Nec injustitiæ quicquam continet illa Saxonici Juris
dispositio, qua omnes terræ thesauri (*minus proprie ita dicti*) quos ara-
trum sulcando non attingit, Regalibus & Fisco attribuuntur, daß alle
Schätze/ so unter der Erden begraben/ tieffer dann ein Pflug gehet/ der
königlichen Gewalt/ und also denen Regalibus zugeeignet seyn sollen/
wodurch dann nicht die Thesauri absconditi, sondern Bergwercke ver-
75 standen werden; secundum *Const. Elect. 53. P. 2.* Sic in Persia quoque
Turcoides in *Rupi*, dicta *Veteri*, effodere non licere, præterquam pro
Rege Persiæ, refertur in *Actis Philosophicis Anglicanis. n. 23. Relat. 8. p. 41.*
76 Pariter in Insula Orientali *Borneo* Adamantes, qui in fluvio *Saccadan*
pul-

pulcherrimi leguntur, sibi Regina omnes vendicat; Agnoscunt enim Insulæ hujus Incolæ Muliebre Imperium propterea, quod in liberis à Regina imperante procreatis dubium illis nullum sit, quin ex Regio sanguine descendant; Id quod in iis, qui Masculis Regnantibus 77
gignerentur, non æque indubium ipsis esset, referente *Chapuzeau. in Hist. Gemm. c. 1.* Ubi quoque Principem in *Nage*, in Regno Bengalæ, eos, qui Adamantes sectantur, male tractare; In *Coulour* vero cuivis eos quærendi Licentiam esse, unico saltem nummo, qui *Pagod* ipsis dicitur, Regi pro integro, quo quærere placuerit, tempore soluto; Et vicissim Rubinos è Regno *Pegu* non ante exportari, quam eos Rex, pulcherrimos semper retinens, viderit, licere, testatur idem *Chapuzeau d. c. 1. 2.*

Concesso itaque, lectionem Gemmarum à Principe in omni 78
Territorii sui parte prohiberi posse; Quærere licebit: qua pœna Princeps prohibitionis suæ transgressores afficere possit? & quamvis Capitis pœnam, in eosdem dictatam, defendere possimus *L. 5. in fin. C. de Malef. L. un. v. sane si. C. Null. lic. in fren.* Non quidem, quod aliquam Gemmarum cum vita humana proportionem statuamus, sed quod contemtum Superioris ejusque Mandatorum coërcitioni capitali respondere posse putemus; *Sebast. Medices in Tr. de Venat. quæst. 5. n. 7. in fin.* Ut enim Principis Mandata, dummodo honestati non 79
fuerint contraria, subditis necessitatem obediendi, etiam in foro Conscientiæ, imponunt, per ea, quæ monentur *in Epist. Pauli ad Colossens. c. 3. vers. 22. 23. & 1. Petr. c. 2. vers. 18. & seqq. Dominicus Soto de Just. & Jur. Lib. 1. quæst. 6. art. 4.* Ita sapientissimi Salomonis de Simejo, 80
cum contra Regis prohibitionem urbem egressus fuisset, sumtum supplicium (*III. Reg. c. 2. v. 36. 37. 38. & 46.*) Nec in conscientiæ nec in Seculari Foro sinistram censuram meretur. Præcipue cum is, qui 81
contra prohibita nititur, in pœnam, etiamsi durior esset, per consequentiam quasi consentire videatur. *arg. L. Imperatores. 34. vers. omissa ff. de jure fisci. Hug. Grot. de J. B. & P. Lib. 2. Cap. 20. §. 2. vers. Atque hac in re.* Attamen, cum in præsenti casu permissio juris naturalis 82
ad occupanda ea, quæ naturaliter nullius sunt, contra prohibitionem superioris quasi invitet, *facit arg. L. 2. in fin. C. de indict. Viduit. & L. Jul. Misc. tollenda. Vid. Joh. Valer. in Different. utriusque fori in verbis acquisitio Dominii. Diff. 3. n. 1.* Et cum Reipublicæ satius sit, minui potius Gemmarum, quam personarum numerum *arg. L. 1. ff. Solut. matrim. L.*

cum

cum ratio. 7. §. Si plures ibi cum ampliari Imperium hominum adjectione, potius, quam pecuniarum copia malim. ff. de bon. damnator. Mitiori omnino coërcitioni Principalium prohibitionum de non legendis Gem-
83 mis transgressores subjiciendos esse monemus. Melius enim est, ut principes de misericordia, quam de rigore reprehendantur, pœnæque potius molliendæ, quam exasperandæ sunt *arg. L. penult. ff. de*
84 *pœn. Gothofred. à Bavo in Tr. Reatuum quæst. 19. n. 43. 44.* Imo Forenses, sive alterius fori subditos, licet regulariter per delicta jurisdictioni alterius territorii se subjiciant *Job. Baptista Zilettus Consil. Crim. Var. Tom. 2. Cons. 59. n. 21. Card. Tuschus Pract. Concl. Vol. 4. Lit. F. Concl. 440. n. 1.* Hoc tamen casu â pœna, in legentes Gemmas statuta, propter
85 ignorantiam prohibitionis, quæ nec generalis omnium locorum nec in jure Naturæ fundata est, absolvendos; vel pœnam saltem temperandam esse, putamus; Nisi tamen per tempus aliquod in illo loco versati fuerint. *secund. Dominum Mevium in Comm. ad J. Lubec. Quæst. Prælimin. 4. num. 11. Barth. Bertazzol. Decisiv. Consult. Crim. Lib. 1. Cons. 141. n. 1. & 2. Johann. Baptista Costa de fact. scient. & ignor. Centur. 2. dist. 98.*
86 *n. 1. & 2.* Prout & Forenses sæpius propter ignorantiam statutorum à pœna absolutos fuisse, testatur *Paul Christinaus Decis. Belgic. Vol. 2 Dec. 87. n. 12.*

Tantum de Jure circa Gemmarum Inventionem;
Sit itaque

CAPUT III.

De

Gemmis poliendis, insculpendis, excavandis, perforandis, & includendis.

SUMMARIA.

Gemmæ aliæ natura politæ aliæ non. n. 1
Politores Gemmarum qui dicantur? 2
Sculptores Gemm. qui sint? 3
Diatretarii qui sint? 4
Inclusio in aurum per quos fiat? 5

Qua-

Qualis contractus intercedat inter Gemmæ Dominum, & dictas personas, & quæ actio hinc inde descendat? 6. *seqq.*
An locatio & conductio sit, si Artifices ad locandas operas compellantur? 9. *sqq.*
An Meretrix in lupanari existens ad Venerem compelli possit? 15 *sqq.*
An pactum Artificum: ne alter polituram ab altero inchoatam perficiat, sustineri possit? 19
Quid Gemmæ Domino ab Artificibus præstandum sit? 20. *sqq.*
De dolo Artifices Gemm. etiam citra pactum tenentur. 21
An expressio clausulæ doli aliquid operetur? 22
Artifex, Domino viliores Gemmas pro melioribus dolose restituens, quatenus teneatur. 23. *sqq.*
Regulariter in locato levissima culpa non præstatur. 25. *seq.*
Sed quid in Gemm. politura, sculptura, &c. 27 *seq.*
Cautela pro Gemmæ Domino. 33. *sq.*
Levissima culpa, quando non præstetur ab artifice Gemm. 35. *sq.*
Quænam circa polituram, sculpturam, perforationem &c. Gemmarum IMPERITIÆ & CULPÆ nomine veniant. 37. *sqq.*
Gemmarii Artifices non tenentur Gemma vitio materiæ fracta. 50
Quid si id, quod singulare est in aliqua Gemmarum specie, artifex ignoret, & sic Gemmam frangat? 51
Exemplum. 52
Quatenus Gemmæ Dominus ratione damni dati indemnis servetur? 54 *seqq.*
Utrum Gemmæ Dominus culpam levissimam an vero Artifex vitium materiæ probare teneatur? 55 *seq.*
Qua ratione Artifex se à culpa liberare possit? 63
Quæ actio instituenda, & quæ duabus concurrentibus eligenda? 64. *seqq.*
An damnum Gemmis datum per juramentum in litem æstimari debeat? 73. *seqq.*
An ex duabus Gemmis insignibus alteram frangens in id teneatur, quanti depreciata est illa, quæ super est? 77. *seqq.*
Quid si Artificis facultates damno resarciendo non sufficiant? 80
Utrum propter Gemmam fractam pœna corporalis locum habeat? 81
De pactis inter Gemmæ Dominum & Artifices in Specie conventis. 82. *sqq.*
An conveniri possit, ut Artifices ad quemvis casum, etiam insolitum, & incogitatum, teneantur? 83 84
Quando æstimatio Gemmæ periculum transferat? 85 *seqq.*
An Artifices per pacta se ab omni periculo liberare possint? 87
An talibus pactis dolus remissus censeatur? 88
An lata culpa. 89 *sqq.*
Obligatio Domini Gemmæ in quo consistat? 93

An Artifices gaudeant jure retentionis, ratione mercedis? 94
Locati Actione quid consequi possint Artifices? 95
Si plures Gemmæ poliendæ datæ, an nonnullis imperfectis merces aliqua peti possit? 96
Quando actione præscriptis verbis merces petenda; 97
Instrumenta Artifices sibi ipsis comparare & rupta reficere debent; 98
An artifices teneantur in arte sua alios erudire? Remissive. 99
Qvomodo artificibus pueros informandos castigare liceat? Remissive 100

1 QVamvis Natura Gemmas nonnunquam adeo politas exhibeat, ut, quid addi illarum splendori possit, vix Artificum industria sciat; Attamen cum eadem Natura non semper humano voto ita exacte respondere satagat; Imo cum diversas Gemmarum species nulla politura instructas producat; Necesse fuit, ut proximo post Inventionem loco, de Gemmis poliendis, insculpendis, excavandis, perforandis, & auro, argentove includendis ageremus.

2 *Politores* itaque non dicimus, qui agros excolant, & poliant, secundum *Anton. Augustin. Lib. IV. Emendat. c. 9. p. 299.* nec, qui vestimenta curent, & poliant, hi enim Fullones dicuntur. §. *1. J. de Loc. & cond. L. 25. §. vel ff. eod.* Sed qui, mediante Rota lævigatoria, Gemmas aptant, lævigatasque splendori vel restituunt, vel eundem inducunt, qui nobis dicuntur Stein-Schneider.

3 *Sculptores* dicimus, ad exemplum fere sculptorum ligni, de quibus *in L. 1. vers. Architecti C. de Excusation. Artific. Lib. 10.* Scilicet, qui vel Insignia vel Nomina, eaque vel literis simplicibus, vel multis illigata flexuris, (qualia refert *Tiraquel. de Nobil. c. 2. n. 27.*) vel Emblemata, vel Figuras certas, tum excavatis, tum elevatis Gemmis, mediantibus subtilioribus Instrumentis, veloci motu rotatis, & pulvere plerumque Adamantino Petroleoque inunctis, inducunt; Quos vulgo appellare solemus Pitschier-Schneider. Meminit nonnullorum sculptorum Celebriorum *Plinius Histor. lib. 37. c.*

4 *Excavatio & Perforatio* Gemmarum ab illis fit, qui *Diatretarii* appellantur *in d. L. 1. C. de Excusat. artific.* Et Diatretum dicitur species Calicis ex lapide aliquo nobiliori Gemmave constantis, *L. Si Servus 27. §. Si calicem. 29. & ibi Gothofr. in verbo. diatretum ff. ad L. Aquil.* quale etiam describitur *à Cic. Orat. 9. Sive in verrem Lib. 4.* Erat, *inquit*, Vas Vinarium ex una Gemma prægrandi, trulla excavata cum manu-

nubrio aureo. Hæc excavatio & perforatio pariter, ac de ſculpendo dictum, per inſtrumenta, veloci motu rotata, expeditur, unde & *diatretarii* dicti; διατρέω enim torno laborare ſignificat, *Andr. Alciat. ad d. L. 1. C. de Excuſ. Artif. Oper. T. 2.*

Incluſio vero Gemmarum tum in aurum, tum argentum ab Aurifabris, qui & Aurifices appellantur *in d. L. 1. C. de excuſ. Artif.* expe- 5
diri ſolet; Quamvis Politores & Sculptores id ſæpenumero quoque ſimul perficere valeant & ſoleant.

Contractum, qui inter Gemmæ Dominum & modo dictas perſo- 6
nas intercedit, ad Locationem & Conductionem referimus, ſi inter ipſos ſtatim de mercede certa conveniat §. 1. *J. de Loc. & cond.* §. 1. *J. de empt. & vend.* vel ſi merces ex præteriti temporis conſuetudine certa ſit, *per L. 18. ubi Dn. Brunnemann. n. 4. C. de loc. & cond. Hilliger in Donel. Enucl. Lib. 13. c. 6. Lit. L. Benevenutus Straccha Tr. de Navib. P. 3. n. 9. 10. Paul. de Caſtro ad L. 1. num. 2. ff. Loc. cond. Emanuel. Soarez. in Theſ. Recept. ſent. Lit. C. in verb. conductio. n. 191. & 203.* Adeoque Gemmarum 7
domino adverſus dictos Artifices conducti, hiſce vero locati actionem ex hoc Contractu tribuimus *L. item quæritur 13.* §. *ſi Gemma 5. junct. L. 15. princ. ff. locat. Conduct. pr. verſ. & competit. J. de loc. & cond.* E contrario igitur, ſi nec certum pretium ab ipſis ſtatim Contrahen- 8
tibus, vel per relationem ad tertii perſonam ſtatutum ſit, nec de eodem ex Conſuetudine, & ſic tacita quaſi conventione, liqueat, ut contractus innominatus producitur, ita nec Locati vel conducti, ſed in factum, i. e. præſcriptis verbis, actio accommodanda erit *juxta* §. *1. J. de Loc. & Cond. L. Si tibi 22. ff. de præſcriptis verbis, Anton. Gomez Variar. Reſolut. Tom. 2. c. 3. n. 4.*

Sed utrum Locationis & conductionis Contractus ſit, ſi Artifi- 9
ces Gemmarii per Mandata Magiſtratus de locandis Gemmarum domino pro juſto precio operis compellantur? In dubium vocari videtur, quia in Locatione & Conductione, nec non omni Contractu, Conſenſus de ſubſtantia eſt. *Mozzius de Contr. Loc. Rubr. de ſubſtantialibus. n. 1. Vincent. Carocius in Tr. de Loc. & Cond. P. 1. Tit. de ſubſtantia Locat. n. 1. p. 5.* Conſenſus autem proprie dici nequit, qui â coacto 10
proficiſcitur. *arg. L. Si privatus, 17. pr. &* §. *1. ff. qui & â quib. manumiſſi. L. Noviſſime. 7.* § *1. ibi. quid ſi compulſus ff. quod falſo tutor. Authore.* Attamen ut is coactus proprie non dicitur, cui vis nulla, nec metus in conſtantem virum cadens infertur, *arg. L. 6. ff. quod met. cauſa.* Ma-

 giſtra-

gistratus autem jure suo legitime utens vim nullam infert, *L continet.*
12 *3. §.1. ff. quod met. caus.* Ita consensus Artificum Gemmariorum, nec Civili ratione coactus, nec propterea jussus Magistratus Locationis Contractum alterasse dici poterit; Professio enim Artificii ad locandas operas ex generali quasi consensu ipsum obligare videtur. *Arg. L. 1. pr. ff. de*
13 *administratione & periculo tut.* Inprimis vero hæc obtinere putamus (1.) si Gemmarii Artifices privilegium impetraverint, ne præter ipsos alii Artificium illo in loco, quo commorantur, exerceant; (quale privilegium citra Monopolii vitium ad accersendos in Rempubl. Artifices, quorum manuaria ars ibi hactenus exercita non fuit, æquo pre-
14 cio definito, concedi posse testatur *Dn. Mev. P. 3. Decis. 70.* Eo enim ipso munus ipsorum publicum existit, eosque coercitioni Magistratus subjicit. *Magnif. Dn. Mevius P. 2. Dec. 156. Conf. Ludov. Lopez. in Tr.*
15 *de Contractibus. Lib. 2. c. 25 in princ.* Imo non desunt, qui Meretricem in lupanari existentem ad Venerem compelli posse putent. *Decius in L. Invitus n. 9. ff. de R. J. Vid. Paris de Puteo. in Tr. de Syndicat. §. adulterum n. 3. pag. 148.* Nec illum, qui meretricem, etiam matrimonii vinculis alii constrictam, vi subagitaverit ac permoluerit, nullas omnino pœnas dare, de Communi Opinione testatur *Eman. Soarez. Recept.*
16 *sent. Lit. M. verbis Meretricis raptor. n. 137.* Sed illis recte contradicit *Alciat. ad L. Rogasti 11. ff. si certum pet. n. 14.* Licet enim ipse Pontifex Lupanaria *permitteret*, eo tamen non est procedendum, ut quæquam ad male turpiterque agendum cogatur; *Hippolibt. Bonacossa Tr. de*
17 *Servis & fam. quæst. 64. n. 2.* Ea enim quæ pietatem, honestatem, & verecundiam lædunt, nec facere nos posse credendum est. *L. filius 15. ff. de cond. Inst.* adeoque ad ea, quæ civili ratione impossibilia sunt, nemo obligari vel cogi potest *L. 13. L. impossibilium. 185. ff. de R. J.* Nec
18 obstat, quod palam se Meretricem profiteatur; Nam licet pacto se ad prostituendum obligasset, turpium tamen nulla est obligatio. *L. generaliter. 26. ff. de V. O.* Etiamsi jurata sit, *c. non est Obligatorium. 58. de*
19 *R. J. in 6. c. 18. c. 21. X. de jurejur.* (2.) Si Artifices inter se pacti fuerint, ne alter Gemmæ polituram, ab altero inchoatam perficiat, quod Monopolii damnati naturam sapit. *L. unic. C. de Monopoliis*, adeoque hoc pacto obligatis, polituramque ab altero inchoatam perficere recusantibus conniveri non debebit; Ne ipse aliquando judex pœna se obnoxium faciat *secund. Ordin. Polit. de Anno 1577., Tit. 15. §.* So in solchem Fall. *Conf. Daniel. Möller. Semestr. Lib. 2. c. 15.*

Cir-

Circa ea, quæ Gemmæ Domino â Gemmariis Artificibus præ- 20
ſtanda ſunt, diſtinguimus; An præter conventionem de mercede, & poliendis, inſculpendis, excavandis, perforandis, vel includendis, juxta formam præſcriptam, Gemmis ſpecialia quædam pacta adjecta, vel non ſint adjecta: Si pacta adjecta non ſint ea Artifices Gemmarii præſtare tenentur, quæ de Natura Contractus veniunt; Hinc 21
(1) de Dolo, etiamſi doli clauſula adjecta non fuerit, tenentur. *L. In judicio 28. C. de loc. & cond. L. Contractus, 23. ff. de R. J. Blanaſco ad § rei perſequendæ. verſ. earum Rubr. de Act. Loc. ſecund. cap. J. de Action. Petr. Nic. Mozzius de Contr. loc. & conduct. Tit. de Naturalibus loc. n. 8.* Doli enim clauſula in b. f. Contractibus, quibus locatio accenſetur, §. *Actionum autem 28. J de Act.* ſemper ſubintelligitur, adeoque ſuperfa- 22
cuo ſaltem exprimitur *Celſus Bargal. de dol. lib. 3. cap. 5. num. 20. & 21.* Quamvis tamen, ſi ea ipſa expreſſa ſit, actio ex ſtipulatu conductori competat *per L. 4. §. 16. ff. de dol mal. & met. Except. Anton. Faber in rational. ad L. ita demum 31. verſ. ſed ſi quidem compromiſſo ff. de Recept. qui arbit. Colleg. Argent. Lib. IV. Tit. 3. th. 71.* Si itaque Gemmarii Artifices 23
domino Gemmas ipſius veras non reſtituant, ſed alias viliores pro melioribus dolo malo ſupponant, non conducti ſolum judicio *per L. in judicio. 28. C. de loc. & cond.* Sed & doli & ſtellionatus actione, *arg. L. 1. §. 2. in fin. ff de pign. Act. l. 3. §. 1. ff. Stellionat.* Imo furti quoque conveniri eosdem poſſe, non dubitamus; Cum adverſus fraudulentam alterius pro altero ſuppoſitionem furti quoque actio prodita ſit. *L. cum as pignori. 20 pr. l. ſi is qui rem. 66. §. Si tu Titium. 4. l. ſi quis uxori. 52. §. 21. ff. de Furt.* Attamen ſi Artifices Gemmarii diverſorum forte Dominorum Gemmas citra dolum permutaverint, & alteri alterius ex errore dederint, non de dolo, nec furti, ſed ex Locato actionem dari apparet *ex L. item quæritur. 23. §. ſi fullo. 6. ff. Loc. cond,*

Ex ipſa II Contractus Natura non de Lata ſolum ſed & Levi 25
culpa Artifices Gemmarii Domino Gemmæ tenentur. *Mozzius de Contr. Locat. Tit. de Naturalib. n. 8. Card Tuſch Concl. Pract. Vol. 2. Lit. C. concl. 606. n. 1. Dn Brunnem. ad L. in judicio 28. n. 2. C. de loc. & cond.* Leviſſi- 26
mam vero culpam regulariter in locatione & conductione non præſtari generali fere ſuffragio aſſeritur. *Ludov. de Gozadinis Conſ. 63. n. 16. Gomez Var. Reſol. Tom. 2. c. 2. n. 21. Card. Tuſchus cit. Concl. 606. num 5.*

Carpzov. P. 2. C. 26. Def. 19. n. 1. Casp. Manz ad §. Conductor. 5. n. 19. 23.
27 *J. de loc. & conduct.* In Gemmarum tamen politura, Sculptura, &c. quæ omnia valde fabre facienda ut exactissima semper diligentia requiritur; Ita certe quævis negligentia, vel imperitia, seu levissima culpa, ab eo, qui polituram suscipit, præstanda venit, *pro ut in terminis dextre sensit, Ludov. Lopez. Tr. de Contr. P. 2. c. 28. §. qui columnam. ff. Locat. conduct. Card. Tuschus d. Vol. 2. Lit. C. Concl. 1092. n. 23. ff. de R. J.*
28 *Reg. 3. Casp. Caballinus de eo, quod interest, n. 182. vers. Et est ratio.* Eo enim ipso, quod ad operas circa res preciosas, & ex levissima culpa frangibiles se obligat, ad exactissimam simul diligentiam, qualem ejusmodi Artifices quovis tempore adhibere tenentur, se obligasse censetur. *Alciat. ad L. magna. 226. num. 14. ff. V. S. Casp. Caballin. de eo quod interest. 182. & 183. Anton. Delrio ad l. contractus 23. de R. J c. 11. in verbis*
29 *locatum. in analog. Interpret. pag. 203.* Imo generalis Artificii professio omnem imperitiam excludit, *l si quis domum 9. §. celsus. 5. ff. locat.* & negligentia in arte sua commissa nemini patrocinari debet. *Celsus*
30 *Bargal. de dolo lib. 3. c. 3. n. 100.* quo facit (1) quod nihil præter materiæ Gemmeæ vitium Artifices Gemmarios, fracta Gemma, excusare di-
31 catur *in l. item quæritur. 13. §. si Gemma. 5. ff locat.* Nec non (2) quod Gemmarii Artifices propter imperitiam ex L. Aquilia conveniri possint, per *l. 27. §. 29. ad l. Aquil.* Ubi levissima quoque culpa præstan-
33 da. *l. 44. pr. ff. ad l. Aquil.* Quamvis itaque Artifices, operas suas locando ipso Contractu, qui exactissimam diligentiam requirit, se peritos asserere, & ad levissimam culpam obligare censeantur. *Paul de Castro ad d. l. si merces. 28. §. qui columnam & ad l. opus 39. n. 4. ff. loc. cond. Casp. Caball. d. Tr. n. 182. vers. unde sufficit.*

34 Cautius tamen ex abundanti mercari student Gemmarum Domini, qui faciles ad laudandam peritiam Artifices, vel interrogando, vel quovis alio modo ad asserendam peritiam inducunt. Daß sie es so gut / als kein ander machen können und wollen. Ut hac vel simili assertione omne dubium, si quod esset, tollant, omnemque de levissima culpa exceptionem removeant. *Vincent. Carozius de loc. & Cond. P. 2. Tit. de dolo & culpa n. 2. 3. pag. 156. Dn. Brunneman. ad l. in judicio. 28. n. 5. C. locat. cond.*

35 Limitamus tamen prædicta, ea solum in iis articulis, quæ ipsum Artificium concernunt, procedere declarantes, *juxta Caballin. in d. Tr. de eo, quod interest. n. 183.* Adeoque de iis, quæ extra polituram, sculptu-

pturam, &c. obvenire possunt, veluti circa custodiam, culpam non nisi levem præstandam esse statuimus *cum Paulo de Castro ad d. l. opus, quod 39. num. 4. ff. locati Cond. & B. Dn. Mevius ad J. Lub. lib. 3. Tit. 8. art. XVI. n. 7.* Hinc si Gemma Artifici furto ablata fuerit, ipsum non de 36
levissima, sed de levi tantum culpa teneri conveniens est, quoniam non in specie pro custodia, sed pro arte mercedem accipit *arg. L. nauta & caupo. 5. pr. ff. Naut. caup. stabul. Hect. Felicius de societate c. 21. n. 12. in fin.*

Cæterum, quæ circa polituram, sculpturam, excavationem, per- 37
forationem, & inclusionem IMPERITIÆ CULPÆVE nomine veniant? speciatim quidem omnia recenseri nequeunt, cum minimæ quævis circumstantiæ imperitiæ arguendæ sufficere possint; Attamen, cum Gemmæ fractæ causam vel Artificis imperitiæ, vel materiæ vitio tribuat *Ulpianus in l. item quæritur. 13. §. si Gemma. 5. ff. loc. Cond. & in l. si Servus 27. §. si calicem 29. ff. ad leg. Aquil.* Pro declaratione illa- 38
rum legum IMPERITIÆ adnumeramus 1. Si Artifices vel temporis vel materiæ, pro lævigandis Gemmis in Rota lævigatoria necessariæ lucrum facturi extrema Gemmarum rudiora ferreo instrumento tollere velint, eoque ipso Gemmas imprudentius frangant, talis enim 39
procedendi modus ut minus tutus, & non usque adeo frequentandus est, Ita certè frangentes ad damni dati restitutionem obligat. Nihil enim repente fit summum, *juxta Augustin. in c. charitas. 14 §. Hæc quæ de charitate. Dist. 2 de Pœnit. causs. 33. quæst. 2.* Nec conqueri de se 40
potest, qui via Regia relicta, in insolita, minusque tuta damnum passus fuit. *Joh. Schneidew. ad §. his igitur 2. n. 2. J. de J. & J. Gail. 2. Obs. 64. Mynsing. cent. 5. obs. 70. n. 4.* Imo insolita culpam, *Hect. Felic. de Societ. c. 21. n. 87.* & nonnunquam fraudem arguunt. *Aymon. Gravet. lib. 2. Cons. 321. n. 3. & lib. 1. Cons. 100. n. 5. Francisc. Vivius. Decis. Neapol. 190. n. 1. Nicol. Everb. loc. leg. 104. ab usitato & solito. n. 6.* Prout è contrario is in culpa non est, qui id, quod fieri solitum est, facit, *arg. l. pignus. 9. C. de Pign. Act. Mascard. de Probat. Vol. 2. Concl. 815. n. 4.*

Pariter II. culpam committit, qui instrumento ferreo fissorio 41
Gemmas non solum in transversum (ut ita dicere liceat) *Grani*, sive contextum fissilis, sed cum *Grano* in duas partes æquales fissurus eas in plures particulas, usui & voto Domini Gemmarum non respondentes, frangat. Quamvis enim hoc non nulli felici successu tentent, *teste Dn. Boyle in Tr. de Orig. Gemm. Part. 1. in fundament. 3. pag. 8.*

Atta-

Attamen, cum successus non usque adeo certus sit, quin sæpius fal-
42 lat; Ita alio medio tutiori non deficiente (cum sc. Serra cuprea quæ pulvere Smiridis, vel etiam Adamantino & oleo inungitur, scissio sine periculo fieri possit) periculum quoque illius erit, qui tempori & sumptibus necessariis parcens, media minus tuta elegit *arg.* L.
43 *quod quis ex culpa. 203. de R J. Ut* enim culpa abesse non potest, nisi omnia facta fuerint, quæ diligentissimus quisque facturus fuisset. L. *si merces 25.* §. *qui columnam 7. ff. locati.* Ita nec damnum, quod diligens Artifex præcavere potuisset, in Gemmæ Dominum redundare, *arg.* L. *item quæritur. 13.* §. *6. ff. locati* L. *non debet 74. ff. de R. J.* Nec negligentia in arte sua commissa Artifici patrocinium præstare debet. *Celsus Bargal de dolo lib. 3. c. 3. n. 100.*

44 Quamvis Gemmæ III. inprimis minores, mediante Cœmento piceo, Capulis ligneis ad Candelam affigi necessum habeant; Prudentis tamen Artificis est, cavere (1.) ne Gemma candefiat, (2.) ne calefacta velocius nimis refrigeretur, (3.) ne calefacta aquæ immittatur, (4.) ne à Cœmento imprudentius purgetur; His enim non observatis, Gemmæ nonnullæ vel friabiles evadunt, vel perspicui splendoris & coloris nonnihil amittunt. *Vid. Dn Robert. Boyle in d. Tr. de Origin. Gemm. P. 1. fund. 4. circumstant.* 1. *p. 8. & sq.* Adeoque si vel fragantur, vel corrumpantur, artificem ad damni restitutionem obligant. L. *item quæritur. 13.* §. *si Gemma 5. ff. loc. cond.*

45 Ut IV. Prudentis Artificis est, Cœmento bene præparato cavere, ne Gemma à Capulis prosiliat; Ita ipse perdendæ illius Gemmæ periculum sustinet, perdita enim culpa Artificis Gemma ad restitutionem eundem obligat. L. *si merces 25.* §. *fin.* L. *60.* §. *2. ff. locat. cond.* Debuit enim Artifex ab ea re cavere, quæ poterat damnum vel interitum rei poliendæ inferre *arg.* L. *item quæritur. 13. Si fullo. 6. ff. Loc. cond.*

46 V. Artificis culpæ & imperitiæ adnumeramus, si magnitudini Gemmæ, ultra necessitatem, lævigando, poliendove quicquam detraxerit, vel si, quando dextre polita, eminentius ex auro elevari potuisset, ita polita fuerit, ut depressius auro includenda sit; Gemmarum enim precium tum ex magnitudine, tum ex elevatione ex auro æstimatur, in quantum itaque utroque casu Gemmæ pretium imminutum fuerit, in tantum damni ex imperitia dati ratione Artifex obligatus erit. *arg. d.* L. *Si quis domum. 9.* §. *Celsus 5. ff. Locat. cond.* Ut

enim

enim culpa absit, omnia, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset, observata fuisse necesse est, L. *si merces.* 25. §. *qui columnam* 7. *ff. Loc. cond.*

VI. Imperitiæ & culpæ annumeramus, si Gemmarii Artifices 46
formæ sibi præscriptæ non satisfecerint; Forma enim in omni actu tenaciter servanda, *Card. Tuschus. Pract. Concl. Vol.* 3. *Lit. F. Concl.* 416. *n.* 1. & formæ majus, quam materiæ peccatum esse, probat *Marcus de Mantua singulari* 608. Forma enim mutata, prope substantia interempta censetur. L. *Julianus.* 9. §. *Sed si quis.* 3. *ff. ad exhibendum.* Quapropter si forma præscripta observata non fuerit, dubium nullum est, quin cum eo, qui vitiosum opus fecit, ex Locato agi possit. *per* L. *ea Lege.* 51. §. 1. *ff. locat. cond.*

VII. Includentes Gemmas in aurum, si imprudentius eas fre- 47
gerint, Imperitiæ Rei dicuntur, *in L. item quæritur.* 13. §. *si Gemma.* 5. *ff. locat.* Idemque dicendum erit, si, dum minus caute ex auro Gemmæ excluduntur, læsæ fuerint. arg. L. *Si merces.* 25. §. *qui columnam.* 7. *ff. loc. Cond.*

VIII. Et illud Culpæ Artificis adscribimus, quod imperitia cul- 48
pave, etiam levissima, eorum, quibus utitur, in Gemmam imprudentius committitur. *arg. l. cum in plures.* 60. §. 7. *ff. loc. cond. Ludovi. Lopez. de Contract. lib.* 2. *c.* 18. *circa fin.* Mala enim istius modi hominum electio eligentem in culpam constituit. *Ludov. de Gozad. in Cons.* 63. *n.* 14. *Hippolithus Bonacossa. Tr. De Serv. & Fam. quæst.* 148. & *quæst.* 186. Quodque per alium quis facit, ipse fecisse existimatur. *c. qui facit.* 72. *de R. J. in* 6*to.* Et ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet, *L. ex qua persona.* 149. *ff. de R. J.*

E contrario ab omni culpa immunes sunt Artifices Gemmarii, 49
si Gemma materiæ vitio rupta fuerit. *l. item quæritur* 13. §. *si Gemma* 5. & *l. fin. ff. locat. cond.* veluti si Rimas habeat vitiosas. *l. Si Servus.* 27. §. *si calicem* 29. *ff. ad L. Aquil.* vel si forte de natura Gemmæ sit, ut non 50
nisi certo pulvere lævigari possit; quemadmodum de Adamantibus *Gazerpoliensibus* in Regno Golconda refert *Chapuzeau in histor. Gemmar. cap.* 1. Scil. quod iidem, non nisi mediante pulvere ejusdem fodinæ lævigari possint, alienoque pulvere lævigatæ illico rumpantur; Prout & Lusitano cuidam insignem illius Fodinæ Adamantem, 51
quem rudem saltim pro XII. millibus Imperial. vendere recusaverat, in Politura Venetiis in XX. circiter frustula ruptum narrat; Ut

 enim

enim is culpa carere videtur, qui id, quod fieri solitum est, facit, *arg. l. pignus. 9. c. de pign. Act. Mascard. de Prob. Vol. 2. Concl. 815. Hector. Felicius de Societ. c. 22. n. 2. Barthol. Bertazzolius Consil. Crim. 334. n. 15. 16.* Cum istud faciens existimare non potuerit, damnum inde orturum esse, *arg. l. argentum. 20. ff. Commod. Dn. Mevius P. 1. Decis. 221. n. 6.* Ita
52 certe is, qui id, quod Natura in una aliqua specie singulare esse voluit, ignorat, imperitiæ vel culpæ arguendus non est Natura enim plerumque de esse rerum magis sollicita est, quam de scientiis. *Barbos. locuplet. lib. 12. c. 3. ax. 7.* nullumque artificium est, quod incrementum non recipiat. *Bonev, Straccha de Mercatur. Part. 1. n. 70.* Dummodo tamen Artifex ex tali casu doctior factus, non iterato ad eundem imperitiæ lapidem impegerit *Andr. Tiraquell. Tr. de pœnis temperandis aut remittend. Caussa 10. n. 4. & seq.*

54 Diximus artifices Gemmarios ratione Culpæ, etiam levissimæ, ad casum inde proficiscentem teneri *arg. l. item quæritur. 13. §. si Gemma. 5. l. si merces. 25. §. penult. ff. loc. Cond. L. si Servus 27. §. si calicem 29. ff. ad L. Aquil.* Sed quatenus Gemmæ Dominus indemnis servetur?
55 specialius dictum non est. Quapropter I. Quærere licebit utrum Gemmæ Dominus culpam Artificis, an vero Artifex vitium materiæ probare teneatur? Et quamvis hæc quæstio ab omni controversia
56 non sit aliena; ut testatur *Carpz. P. 2. C. 26. Def. 18. n. 4.* cum regulariter culpa non præsumatur, sed ab allegante probari debeat. *Mascard. de Prob. Vol. 1. Concl. 467. n. 1. & seqq. Card. Tuschus. Pract. Concl. Vol. 2. lit. C. concl. 1093. n. 1. & seq. Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. V. præsumt. 3. n. 125.* Et quidem specifice, & quatenus illa ad casum ordinata fuerit,
57 *Benev. Straccha in Tr. de Mercat. Tit. de naut. nav. & navig. P. 4. n. 1.* Attamen cum versemur in terminis, ubi levissima culpa præstanda. *arg. l. si servus. 27. §. si calicem. 29. Junct. l. in l. Aquil. 44. pr. ff. ad L. Aquil.*
58 Et ubi artifex se ad polituram rei, ex levissima culpa frangibilis, obligans simul ad casum inde proficiscentem obligasse censetur. *Andr. Alciat. in l. magna 226. n. 14. ff. de V. S. Bronchorst ad l. contractus. 23. Reg. 3. ff. de R. J.* Inprimis vero, cum ejusmodi casus potius ex Culpa vel Imperitia Artificis, quam ex vitio materiæ regulariter proficiscatur, & ex actu, qui absque culpa committi non solet, culpa præsumenda sit *Hect. Felic. in Tr. de Societ. c. 21. n. 37.* Et denique cum Gemmæ
59 pleræque materiæ pellucidæ sint & sic Rimæ, si quas adesse contigerit, vel statim ab initio, vel Gemma ex parte polita, prævideri pos-

poſſint; easdem vero Artifex ante caſum demonſtrare vel nequeat
vel neglexerit; Indeque materiam Gemmeam vitio carere tacite
quaſi fateri cenſeatur; Concludimus Gemmarum fractarum Domi- 60
num culpæ Artificis probatione non eſſe onerandum, *per ea. quæ tra-*
dit Jacob. Menoch. de præſumpt. d. lib. 5. præſ. 3. n. 128. Vincent. Caroc in Tr.
de loc. & cond. P. 2. Tit de Caſib & peric. n. 11. Carpz. P. 2. c. 26. Def. 18. n. 10. 61
Sed Artificem potius exceptionem ſuam de vitio materiæ, vel non
culpam i. e. exactiſſimam diligentiam, probare teneri. *arg L. Si ven-*
dita. 11. ff. de peric. & commod. rei vend. Prout & ex vitio materiæ *excu-* 62
ſari notanter dicuntur, *in L. Si Servus 27. §. ſi calicem. 29. ff. ad L. Aquil.*
Excuſari enim dicitur is, qui propoſitis exceptionibus ſe liberat, ut
apparet *ex Rubr. & Tit. ff. & Inſt. de Excuſat. Tut.* Et ideo plerumque
Artifices convenire ſolere, cum ejusmodi materiæ dantur, non ſuo
periculo ſe facere, adjicitur *in d. L. ſi ſervus 27. §. 29. ff. ad l. Aquil.*

Qua autem ratione Artifex à culpa ſe commode vindicare poſ- 63
ſit? ex circumſtantiis facile apparebit, quæ ſi evidentes non fue-
rint, ad peritorum hac in re Artificum judicium, & fidem recurren-
dum erit! utpote quibus in ſua arte fides debetur. *L. 1. pr. ff. de in-*
ſpic. ventre. Paul. Pariſius Vol. 2. Conſ. 56. n. 13. Barnab. Sornazzanus Deciſ.
101. n. 1. Camill. Borellus Conſ. 60. n. 4. 5. etiamſi de Negativa deponant.
Maſcardus de prob. Vol. 3. Concl. 1169. n. 17. Franciſ. Herculan de Negativ.
proband. n. 225.

II. Quoad actionem, quam Gemmæ Dominus adverſus Ar- 64
tificem damni Gemmæ dati ratione habet diſtinguendum An Lo-
catio & Conductio vere contracta fuerit; quo caſu (1.) Ex Locato
& Conducto, nec non ex Lege Aquilia agi poterit, *per text in l. Si*
Servus 27. §. ſi calicem. 29. ff. ad L. Aquil. junct. l. item quæritur. 13. §. ſi
Gemmas. ff. locat. Neque enim infrequens eſt, actiones haſce in
eadem Cauſa ſimul dari, *uti apparet ex L. qui Inſulam. 30. § qui mulas.*
2. L. ſi merces. 25. §. ipſe quoque 5. l. ſi vulneraverit. 43. ff. loc. Cond. l. ſi
ſervus 27. §. Proculus 11. & §. penult. ff. ad L. Aquil. Non equidem ut 65
actiones illæ cumulentur, vel ſucceſſive proponantur, ſed ut altera
ſaltem electa agatur. *L. ſi ſervus 27. §. Proculus 11. ff. ad L. Aquil. junct.*
L. Nemo ex quis 43. § 1. ff. de R. J. Coll. Argent. ad ff. Lib. 9. Tit. 2. Th. 21.
n. 7. Quamvis nonnihil interſit, utrum ex L. Aquilia, an ex locato 66
agendum ſit? Nam (1) injuriæ, ſeu legis Aquiliæ actio ob ea ipſa
intentatur, per quæ non extrinſecus, alia cauſſa oblata, damno quis

affectus est, locati actio amplior est *per text. in l. qui domum 57. ff. lo-*
67 *cati.* Prout & (2) ex locato cum Artifice, etiamsi non ipse, sed is, cujus opera uti voluit, Gemmam fregerit, agi potest, ex lege Aquilia vero non nisi cum eo, qui fregit, agitur, *ut distinguitur in L. qui*
68 *Insulam 30. §. qui mulas. 2. D. loc. Cond.* Nisi tamen ipse Artifex, id in Gemmis fieri mandaverit, ex quo ruptura secuta, *arg. l. liber homo 37. pr. D. ad l. Aquil.* vel nisi noxiorum hominum servitio sciens usus
69 fuerit. *arg. l. si servus 27. §. Proculus 11. D. ad l. Aquil.* Quibus & reliquis casibus, ubi L. Aquiliæ actio obtinet, hanc potius, quam ex locato actionem contra Artificem instituendam esse monemus, tum quia in L. Aquil. ex inficiatione lis regulariter crescit, §. *sed furti. 26. J. de act. l. 2. § 1. l. inde Neratius. 23. §. 10. D. ad l. Aquil. l. contra negantem. 4. l. 5. C. Eod.* adeoque Reus ad confessionem facilior extiturus est, Tum quia ex l. Aquilia quanti intra 30. dies proximos Gemma fuerit, peti potest. §. *illud palam est. 14. & seq. J. de L. Aquil. l. quemadmodum. §. fin. D. eod.*

70 (2) In factum quoque actionem dari posse dixerimus. *arg. l. si servus 27. §. fin. D. ad L. Aquil.* Si ipsius L. Aquil. directæ actionem non prævalere contigerit *l. si servum. 33. D. ad L. Aquiliam.*

71 Altero vero casu, quando locatio & Conductio vere contracta non fuit, nulla nimirum mercede statim constituta; ut locationis & conductionis contractus deficit ita nec ex locato §. 1. *J. de loc. & con.* sed vel ex l. Aquilia *l. Si servus 27. §. si calicem. 29. D. ad leg. Aquil.* vel in factum, i. e. præscriptis verbis, agi potest. *l. si tibi polienda. 22. D. de præscript. Verb. & in fact. Act.*

72 Cæterum quod damni dati æstimationem attinet, juramentum quidem in litem in locatione & Conductione nonnunquam admitti apparet ex *l. si cui locaverim. 48. §. 1. D. loc. cond. Vicent. Carocius Tr. de loc. & cond. P. 3. Tit. de in litem jur. Cels. Bargal. de dolo lib. 3.*
73 *c. 3. n. 99. Card. Tuschus. Pr. Concl. Vol. 2. lit. C. Concl. 606. circ. fin.* Attamen cum in b. f. judiciis ob dolum solum, non utique ob culpam, præprimis levissimam, in litem juretur, æstimatione à judice facienda *l. in actionibus. 5. §. Sed in his. 3. l. videamus. 4. §. fin. D. de in litem jur. Coll. Argent. lib. 12. Tit. 3. Th. 6. Conf. Mascard. de probat. Vol. 1.*
74 *Concl. 471. n. 27.* Nec non in iis, quæ certam jam tum ex usu æstimationem habent, jusjurandum in litem non deferatur, *arg. l. nummis. 3. D. de in litem jur. Anton. Fabr. in Codice Decis. Sabaud. lib. V. tit. 23.*

Def.

Def. 2. Gemmas autem ex pondere certum, pro locorum tamen diversitate modo majus modo minus pretium habere, tum ex Gemmariorum assertione, tum *ex actis Phil. Anglic. N.* 23. *Relat.* 8. apparet. Concludimus: Artificem Gemmarium, Gemma fracta, non 75
de singulari Domini interesse, sed ad veram Gemmæ (& in actione ex l. Aquil. quanti plurimi) æstimationem teneri *Casp.* Caballin. *in Tr. de eo, quod interest. n.* 179. *vers. quarto probo. p.* 256.

Sed si quis duas insignes & magni pretii Gemmeas Inaures, 76
ejusdem omnino & quantitatis & qualitatis, in superiori forte parte perforandas diatretario dederit, isque alteram ex iis imprudentius fregerit, in controversiam venit: Utrumne diatretarius quoque in id, quanti depreciata est inauris Gemmea quæ superest, teneatur? Et distinguitur: An ejusdem quantitatis & qualitatis 79
alia Gemma restitui possit, quo casu Artifex ad restituendum condemnari poterit, *secundum ea, quæ decisa refert Anton. Faber in Codic. d. lib.* 5. *Tit.* 32. *Def.* 2. An vero alia restitui nullo modo possit? Ubi utiq; in condemnatione attendendum erit, quanti depreciata sit illa, quæ superest, *arg.* §. *illud non ex verbis.* 10. *J. de l. Aquil. l.* 38. *pr. vers. si juramenta.* & §. *fin.* D. *de Ædil. Edict.* cum proximam damno emer- 80
genti caussam præbens damnum ipsa re dedisse censeatur, etiamsi in levissima saltem culpa sit. *Card. Tusc. Pract. Concl. Vol.* 2. *lit.* C. *concl.* 6. *n.* 1. 2.

Sed quid tandem, si Artificis facultates damno, Gemmis dato, resarciendo non sufficiant? Breviter respondet *Ulpianus in l. Itaque fullo.* 12. *pr.* D. *de furtis.* Ejus, qui, quod perdat, non habet, periculo nihil esse; prorsus enim id, quod quis non habet, dare non cogitur. *ut dicitur in l. fin. vers. sed si quis juret. C. de fid Instr.* Neque 81
etiam is, qui in ære non habet ex culpa levissima ad pœnam corpori infligendam obligatur, *Robertus Maranta in spec. aur.* Advoc. *P.* 4. *Dist. judic.* 1. *n.* 89. Claud. *de Battandier. in Prax. Causs. Crimin. Reg.* 83. *n.* 1. 2. *conf. Barthol. Bertazzolius* Cons. *Crim.* 308. *n.* 11. Quapropter utili cautela sibi consulit, qui fidejussoribus idoneis acceptis, de indemnitate præstanda stipulatur. *arg. l. quaro.* 54. *pr.* D. *locat.*

Hactenus, de obligatione Artificum ex Natura contractus; su- 82
perest, ut de pactis, quibus contractus Naturalia mutari possint, paucis dicamus. Hoc enim, quod inter contrahentes nominatim convenit, legem contractui dat, & excepto eo, ne dolus præstetur,

ſervandum eſt, *l. Contractus* 23. D. *de R. J. arg. l. in conventionalibus.* 52. *pr. ff. de V. O. l. 1. §. ſi convenit. 6. ff. Depoſit. vel contr.* Ut autem pacta plerumque obligationi aliquid vel addunt, vel detrahunt, *d. L. Contractus 23. verb. vel plus vel minus. ff. de R. Jur.* Ita & auctæ & deminutæ per pacta obligationis ſpecimen ſubjiciemus.

83 Et I. quidem conveniri inter Gemmæ Dominum & Artificem non probibetur, ut non de dolo tantum culpave omni, etiam leviſſima, ſecundum hujus in ſpecie contractus Naturam, ſed & ad quemvis caſum vel ex vitio materiæ, vel aliunde contingentem, Artifices teneantur. *Text. in* L. *Item quæritur. 13. §. ſi Gemma. 5. junct.* L. *9. §. Julianus. 2. ff. Loc. Cond. Gail. 2. Obſ. 23. n. 17. Paul Galleratus de Re-*
84 *nunciat. Tom. 3. Renunc. 101. n. 4. & 5.* Imo pacta ad caſus inſolitos L. *fiſtulas. 78. §. ult. ff. de contrah. empt. Gail. d. Libr. 2. Obſ. 23. n. 20. verſ. Si tamen* & non cogitatos obligare promittentes poſſe, Reſpondet *Aymon. Cravett. Vol. 2. Conſ. 294. n. 8. verſ. quin. Reſpondeo. Alvarus Valaſcus de Jur. Emphyteut. quæſt. 27. n. 35. verſ. valere autem. Anton. Faber in Cod. Deciſ. Sabaud.* Lib. *4. Tit. 24. Def. 2.*

85 Sed utrum periculum Gemmæ ad Artificem ex tacita quaſi conventione tranſeat, ſi eadem æſtimata ipſi committatur? Et quamvis *æſtimatio* tacitæ emtionis & dominii translati quodammodo vice fungi, periculumque in eum, qui accipit, transferre dicatur in L. *cum fundus. 3.* L. *quæro. 54. §. Paulus. 2. ff. Locat. conduct.* L. *1. §. 1. ff. de æſtimatoria. Petr. Barboſ. ad l. ſi æſtimatis. 51. ff. Sol. matrim. n. 1. Tom. 2.*
86 Non tamen quælibet æſtimatio emtionem facit, ſed ita demum, ſi id expreſſe actum fuerit, ut æſtimatio præſtetur; *arg.* L. *Si ut certo. 5. §. & ſi forte 3. ff. Commod.* L. *Si inter. 21. C. de Jur. dot. Anton. Faber in* C. *Lib. 4. Tit. 42. Def. 9.* Quo caſu etiam Gemmæ periculum mediante æſtimatione ad Artificem tranſit. *arg. d.* L. *cum fundus. 3.* L. *54. §. Paulus 2. ff. locat. Cond. Vid. Petr. Nicol. Mozzius de Contr. Commod. Rubr. de Rebus, quæ poſſunt commodari n. 6. 7.*

87 E contrario II. Artificibus quoque à periculo, & obligatione, ex Gemmæ ruptura redundante, ſe liberare permiſſum eſt; Veluti ſi cum ejusmodi materiæ dantur, conveniat: Non ſuo periculo ſe
88 facere *Text. in* L. *ſi Servus 27. §. ſi Calicem 29. ff. ad* L. *Aquil.* Attamen tali pacto dolum non contineri, nec remiſſum cenſeri, colligimus. *ex* L. *ſi quis rationes 9.* L. *Aurelio. 20. §. 1. circ. fin. ff. de liberat. Leg.* L. *5. §. Julianus. 7. ff. de adminiſtrat. Tut.*

Utrum

Utrum autem Lata Culpa mediante tali pacto remissa sit, non 89
omni dubio caret? & quamvis dolus solus præstari dicatur *in* L. *Si ut certo loco.5.§.interdum 10.ff. Comm.* L. *Contractus 23. ff. de R. J. Ludov. de Gozadin. Consf. 18. n. 5. Paul. Gallerat. de Renunc. Tom. 3. Ren. 121. n. 11.* Imo sub generali Remissione: ne rationes exigantur, culpa remissa dicatur *in L. cum tale 72. §. quid ergo 3. ff. de condit. & demonstr.* Ni- 90
hilominus tamen in præsenti quæst. Latam Culpam non omnino remissam esse existimamus; Tum quia simplici culpæ appellatione levis tantum (non refragante tamen specialiter subjectæ materiæ qualitate) intelligitur L. *quæsitum 8. §. & generaliter 6. ff. de precario. Andr. Alciat ad L. magna negligentia 226. n. 2. ff. de V. S. Barbosa locuplet. Lib. 3. c. ult. ax. 13.* Tum quia Lata Culpa dolo in civilibus semper 91
fere æquiparatur L. *magna negligentia 226. ff. de V. S. L. quod Nerva. 32. ff. Deposf. l. Fidejussor. 29. pr. ff. Mandati.* Et quælibet dispositio, quæ dolum malum duntaxat præstari requirit, etiam de Lata Culpa plerumque intelligitur *arg.* L. *quæsitum 8. §. 3. ff. de Precario. Alciat. ad d.* L. *magna 226. n. 6. ff. de V. S. Operum Tom. 2. Celsus Bargal. de* Dolo *Lib. 5. c. 2. n. 9.* Tum quia remissione Latæ Culpæ futuræ Artifices ad negli- 92
gentiam, dolo æquiparandam, invitarentur. *Paul. de Castro ad d. L. cum tale 72. §. Titius circ. fin. vers. in textu ibi ff de Condit. & demonst.*

Diximus de obligatione Artificum Gemmariorum; Obligatio 93
Domini Gemmæ, qua vicissim illis obstrictus est, potissimum in mercede promissa consistit. *Paul Christinæus Vol. 3.* Dec. *109. n. 6. Oswald. Hilliger in* Donell. *Enucl. Lib.* 13. *c. 9. sub init.* Quam si Dominus 94
Gemmæ solvere vel differat vel recuset, Artifices vel Gemmam retentionis jure repetenti denegare possunt, donec de mercede satisfiat, *arg. l. Pomponius 2. ff. in quibus causs. pign. vel hypoth. tacit. L. ult. C. eod. Dn. Mevius ad Jus Lüb. Lib. 3. Tit. 8. art. 15. n. 4. & seqq. Confer. Colerus de Processf. execut. P. 1. cap. 2. n. 203.* Vel Dominum Gemmæ actione locati convenire possunt. *Wes. Parat. ff. loc. Cond. n. 14.* Et non 95
quidem quoad ipsam tantum mercedem, sed & quoad usuras ex mora in b. f. judiciis venientes, L. *quæro. 54. pr. ff. Loc. L. usuræ. 2. C. Deposit. L. Præses. 17. & ibi Dn. Brunnem. C. de loc. & cond.* Quod si plu- 96
res Gemmæ simul poliendæ datæ fuerint, interest; Utrum in singulas Gemmas merces constituta fuerit, an per aversionem in omnes. Illo casu pro singulis politis merces, reliquis etiam nondum politis, peti potest; Hoc casu non utique ante omnium perfectio-

nem merces debetur. *arg. L. qui Insulam. 30. §. qui eadem 3. ff. Locati Cond.*

97 Et diverso si merces ab initio nulla constituta, vel si generaliter ex alieno arbitrio promissa, vel ex arbitrio illius, qui specifice nominatus erat, non definita fuerit, vel si de eadem ex consuetudine, & sic tacita quasi conventione, non liqueat; Ut alterum substantiale locationis requisitum deficit; ita nec ex locato, sed præscriptis verbis actione merces peti potest *arg. §. 1. J. de Loc. & Cond. L. si Tibi polienda. 22. ff. de præscript. verb. Anton. Gomez Var. Res. Tom. 2. c. 3. n. 4.*

98 Cæterum instrumenta, quibus Gemmarii Artifices utuntur, ipsi & suis sumptibus comparare. *Jason. in* L. *si non 26. §. libertus. 12. n. 30. de Condict. Indebit. Petr. Gerhardus de Petrasancta sing. 14. n. 15.* Et rupta reficere necessum habent. *L. 2. §. si conservatis. 1. ff. de L. Rhodia de jact. Jason d. l. n. 31. Vincentius Carocius in Tr. de Locat. P. 2. Tit. de sumptibus in oper.*

99 Coronidis loco: An Artifices Gemmarii à Magistratu compelli possint, ut in arte sua, quam ad invidiam usque secretam habent, alios erudiant? Remittimus ad ea, quæ notat. *Dn. Brunnem. ad*
100 *Tit. C. de excusat. Artific. n. 9.* Quove moderamine Artifices pueros suos parum bene facientes castigare possint? *Vid. L. item quæritur. 13. §. item Julianus. 4. ff. Locat. cond. L. Sed & si 5. §. Si Magister. 3. L. 6. ff. ad Leg. Aquil. junct. L. unic. C. de emend. propinq.* L. *unic. C. de emend. Serv.* L. *locum. 17. §. 1. ff. de usufr. c. cum voluntate 54. §. si qui vero. X. de sentent. excomm. Jacobus de Bellovisu in Pract. Crim. lib. 1. c. 9. n. 17. Hippolithus de Marsil. in Pract. Causs. Crim. in §. aggredior. n. 80. Johan. de Turre Cremata ad c. nullus: 19. Causs. 17. quæst. 4. Fridericus Husanus de homin. propriis c. 7. n. 13. Hippolithus Bonacossa. Tr. de Serv. & fam. quæst. 94.*

CAPUT IV.

De

Civiliter Acquirendo Gemmarum Dominio.

SUMMARIA.

INtroitus. n. 1.
Utrum Gemma inclusio in aurum usucapionem præcedentem interrumpat 2. *seqq.*

An

An Gemmæ ex annulo alieno vendicari possit? 3
Jure Sax. Hereditas rerum mobil. anno, immobilium XXX. annis, anno & die præscribitur 5
Donatio ultra 500. solidos insinuationem requirit 6
An judex Donatorem interrogare debeat? An vi metu vel fraude ad donationem allectus sit? 7
An insinuatio tantum in pecunia numerata necessaria sit? 8
An donatio plurium Gemmarum insinuanda sit? 9. seqq.
Quid si clausula quod tot sint donationes &c. adjecta fuerit 10. seq.
Morgengabe *quid sit?* 12
An catenæ alienæ sponsæ donatæ pretium debeant hæredes mariti 13. seqq.
Gemmis legatis quid veniat? 16. seqq.
An Aurum Gemmis, an vero Gemmæ auro cedant? 17. seq.
Numismata vetera quando pro Gemmis habeantur? 23
An & quæ Gemmæ sub legato ornamentorum contineantur? 24. 25
An specialis enumeratio præjudicet generali legato ornamentorum? 26
An Gemmæ, quæ promiscui viro & uxori usus fuere, pertineant ad Ornamenta uxoris causa comparata 27
A Iudæis conductæ Gemmæ non pertinent ad ornamenta uxoris causa comparata 28
An Ornamenta ex feudo præstanda legari possint? 29. seq.
Gemmæ continentur sub generali mobilium legato 31. seq.
Mobilium usufructu relicto, Gemmarum quoque usufr. debetur 32
Mobilia preciosa an immobilibus comparari possint? 34. seq.
An sub legato supellectilis Gemmæ contineantur? 36
Legato Auro, Gemmis, Margarithis, quæ in eo auro fuerint, an aurum cui Gemmæ non insunt, debeatur 37
Dactiliotheca legata, an annuli legati censeantur? 38. 39
Kleinodiis legatis, Gemmæ continentur 40. seqq.
Margarithæ an sub nomine der Kleinod *contineantur?* 43
De Equitibus Clinodiorum Remissive 44
An Gemmæ legatæ, quas testator solvit, vel in aliam ornamenti speciem convertit, debeantur 45. seqq.
Gemmæ an mutuo dari possint? 50. seq.
Debitoribus cedentibus an ex pretiosis aliquid secundum statuta relinquendum sit? 52
An in cessione bonorum Gemmæ subhastari debeant? 53
Gemmis commodatis qualis diligentia præstanda? 54. seqq.
Quid sponsa in Gemmis commodatis à sponso præstet 57
Cautela pro commodante 58
Casus, quo furti à fure agitur in Gemmis commodatis 59
seq. & oppigneratis 63

Quando Gemmæ deposita Prædoni restituendæ sint? 61. 62
Quando furti teneatur, qui adulterinas Gemmas oppignerat? 64. 65
Lex Commissoria in Gemmis oppigneratis reprobata est 66
Quid si jurata fuerit 67. *seqq.*
Pactum ut debito tunc non soluto, Gemmæ justo precio emtæ sint. an subsistat? 70
Cautela Fœneratorum Bononiensium 71
Stipulans à Pupillo absque tutore Gemmas an eundem ex contractu naturaliter obliget 72. *seqq.*
An vendito annulo, Gemma simul vendita censeatur? 80. *seq.*
An capistrum Gemmatum cum equo simul venditum videatur? 83. *seq.*
An jus retractus in Gemmis Venditis obtineat? 85. *seqq.*
De testatoris præcepto; ne Gemmæ extra familiam alienentur 89. *seqq.*
An sponsa teneatur, si de Corona sponsalitia conducta Gemmæ inter saltandum deciderint? 29. *seqq.*
Quid præstandum, si merces pro custodia intervenerit? 100
Locator horrei an per protestationem: se Gemmas suo periculo non recipere à custodia liberetur 101. *seq.*
Res preciosæ olim in horrea reponebantur 102
Si quis conclave in alienis ædibus conduxerit, locator non tenetur ad custodiam Gemmarum illatarum 104
An inter socios conveniri possit, ut alter Gemmas, alter operam conferat & lucrum commune sit? 105. *seq.*
An pactum: ut pretio Gemmarum semper salvo lucrum commune sit subsistat? 107
Socius socio culpæ nomine tenetur 108
An Levissima Culpa in societate prædicta præstanda sit? 109 *seqq.*
An Kleinodia vendenda, æstimatione facta recipiens eorundem periculum præstet? 112

1 QVatenus Gemmæ, mediante Inventione, humano commercio communicentur, nec non inventæ poliantur, ex præmissis apparebit; Modo quatenus vel politæ vel rudes transferantur, & acquirantur, ea, qua fieri poterit, brevitate subjiciemus; Neque enim omnes, qui ad generaliora Juris principia applicari possent, casus, sed unum saltem alterumque, juxta ordinem illorum transferendi & acquirendi dominium modorum, quos Gloriosissimus Imper. Institutionibus insinuari voluit, recensere placet.

2 Quapropter circa usucapionem id unicum cum *Pomponio in* L. *Rerum mixtura.* 30. §. 1. *vers. Quid ergo in his. D. de usurp. & usucap.* movebimus. Utrum Gemmæ inclusio in aurum usucapionem præceden-

dentem interrumpat? Casus est talis: Possidenti bona fide Gemmam alienam decem vel viginti dies ad usucapionem ejusdem adimplendam deerant, cum Gemmam auro includeret; quærit itaque Pomponius *in d. L.* 30. Utrum Gemmæ qualitas illa inclusione alteretur, ita ut usucapio pene adimpleta interrumpatur? Attamen 3
cum utrumque, & aurum & Gemma, & mobile & integrum maneat, adeoque Gemma auro alieno inclusa, ut excludatur, ad exhibendum (Cum vindicatio non competat, Gemma sc. cum auro unum corpus *connexum* constituente *d. L.* 30. §. 1. *de Usurp. & usuc.* auroque vel annulo cedente *L. Pediculis* 32. §. 1. *D. de aur. arg. Mund.*) agi possit. *L. Gemma 6 D. ad exhibend.* Utrumque & possideri & usu- 4
capi, nec usucapionem pene adimpletam interrumpi, JCtus respondet *in d. l. rerum mixtura.* 30. §. 1. *D. de usurp. & usucap.* In jure 5
Saxonico circa præscriptionem Gemmarum, tanquam rerum mobilium *L Lex quæ tutores 22. C. De administr. Tut.* interest, utrum hæreditas solas res mobiles: an vero conjunctim res immobiles contineat? Illo casu petitio hæreditatis anno & die; hoc casu 30. annis, anno & die, demum præscribitur *Matth. Coler. ad c. de quarta X. de Præscriptionibus n.* 80.

IN DONATIONE 500. solidos excedente insinuationem 6
requirit *Imp. in l. Si quis* 36. §. *fin. C. De Donat. Scipio Gentil. de Donat. inter Vir. & Uxor. lib.* 3. *Cap.* 31. Tantæ enim quantitatis donationes, si caussam non habeant, modum expendendi superare videntur, *Anton. Gomez. Var, Resolut. Tom.* 2. *Cap.* 4. *n.* 6. Adeoque Reip. interest, prospicere, ne quis re sua male utatur. §. *ult. J. De his qui sui vel alien. jur. sint. Card. Tuschus Pract. Concl. Vol* 2. *lit. D. Concl.* 646. *n.* 12. Et hinc 7
insinuationis judicem omnino Donatorem interrogare debere: An vi, metu, vel fraude ad donationem illam allectus fuerit, monet. *Dn. Brunnem. ad l.* 27 *n.* 11. *C. de Donat. Conf Guttierrez. in Tr. de Iuram. Confirmator. P.* 1. *c.* 7. *n.* 9. Illaque insinuationis necessitas non de numerata tantum pecunia, sed & de cæteris rebus intelligenda est, *arg. d. L. Si quis* 36. §. 1. *Ibi: Rerum mobilium vel sese moventium C. De Donat:* Et Gemmam ingentis pretii donatam, citra insinuationem, ad 500. saltem solidos donatario adquiri putamus.

Sed quid, si plures Gemmæ donentur, quarum conjunctum 9
precium 500. solidos excedat? Et distinguimus: Utrum ex intervallo & singulæ separatim, an simul omnes donentur; Illo casu in-

ſinuatione opus non eſt. *L. Sancimus.* 34. §. *ſi quis autem.* 3. *C. de donat.*
10 *Card. Tuſchus. Pract.* Concl *Vol.* 2. *Lit. D. Concl.* 646. *n.* 23. Hoc caſu do-
nationem citra inſinuationem ultra 500. ſolidos haud valere,
etiamſi Notarius clauſulam: *Quod tot ſint donationes, quot ſummæ, non
excedentes 500. ſolidos* adjecerit, communis eſt Opinio. *Arg. L. ſanci-
mus,* 34. §. *fin. verſ. ſin autem. C. de donat. Anton. Gomez. Var. Reſol. Tom.*
2. *C.* 4. *n.* 7. *Et de communi teſtatur Iohann. Guttierrez. de Iuramento Con-
firmatorio. P.* 1. *c.* 7. *n.* 17. *Iulius* Clarus *ſentent. Lib.* 4. §. *Donatio quæſt.* 17.
11 *n.* 4. Plus enim valet quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.
Rubr. & tit. C. *Plus valer. quod agitur.* Neque talis clauſula in fraudem
Legis prohibentis, & ad falſitates evitandas introducta toleranda
eſt, cum nec expreſsè huic ſolemnitati renunciare liceat. *Guido Pa-
pæ ſingular.* 273. *n.* 2. *D. Brunnem. ad* L. 27. *n.* 6. C. *de donat. Conf. Galle-
ratus de Renunt. Tom.* 2. *Cent.* 1. *Renunt.* 90. *per tot* Utpote quæ juris Pub-
lici, & prohibitivi, *Anton. Faber. in Cod Dec. Sabaud. Lib.* 8. *Tit.* 40. *Def.*
5. & 8. Et à jure pro forma introducta eſt; adeoque illi à contra-
hentibus renunciari nequit. *Mich. Angel. Oliverius in Deciſ. Rotæ Ro-
manæ mater. Renunciat. concernent. Dec.* 39. *n.* 3. *Paul. Galleratus De Re-
nunt. Tom.* 2. *Renunt.* 20. *n.* 6. & 7.
12 Circa illam Donationis ſpeciem, quæ Morgen-Gabe vulgo
appellatur, qua Sponſus altero nuptiarum die Sponſæ precioſi
quid ante prandium dono dare ſolet. *Rüdinger ſing. Obſ.* Centur. 3.
Obſ. 67. *Paul.* Cypræus *de Iur.* Connub. *c.* 13. §. 41. *n.* 4. *Scip. Gentil. de Do-
nat. inter Vir. & Uxor. Lib.* 2. *c.* 23. *p.* 235. Propoſito caſu ſpecialiori,
quærere licebit: Utrum hæredes Sponſi, qui Catenam auream
13 vel annulum Gemmis exornatum Sponſæ dederat, eundemque
aliquo poſt nuptias tempore ab ipſa repetierat, ut Sorori, à qua
commodatus erat, reſtitueretur, alium ejusdem valoris, vel pre-
14 tium etiam nummarium promittens, mortuo marito, viduæ ad
reſtituendam ejusmodi catenam vel annulum teneantur? Et quam-
vis Vidua eam, quam in nuptiis à marito dono acceperat, catenam
vel annulum ſponte eidem reſtituerit, fide ipſius promiſſioni habi-
ta; Heredum tamen pietati convenit, defuncti fidem liberare.
15 *Magnif. Dn. Mevius. P.* 5. *Deciſ.* 1. *n.* 5. Neque enim nova donatio fit
promiſſione alterius catenæ vel annuli, ſed facta donatio confir-
matur. *Text. in* L. *Si donatæ* 36. §. 1. *ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.*
Et ſic in tali caſu hæredes condemnatos refert. *Daniel Moller. Se-
meſtr.*

mestr. Lib. 1. *c.* 32. *Andr. Goldbeccius de successione Geradæ. Tit.* 7. *n.* 11. *&* 12.

In materia SUCCESSIONIS videndum I. Quid Gemmis legatis vel relictis veniat? Et Gemmis legatis Gemmea vasa contineri, respondet *Ulpianus in L. cum aurum* 19. *§. ult. ff. de Aur. arg. mund.* Quod in iis expeditum est, quæ ex meris Gemmis constant; In illis vero, quæ ex auro & Gemmis constant, cum res dubia sit: Utrum Gemmæ auro, an potius Gemmis aurum cedat? Inspiciendum (1) quæ res alterius ornandæ caussa fuerit adhibita, non quæ preciosior sit, *d. L.* 19. §. *fin. &* §. *perveniamus.* 13. *ff. de Aur. Arg. mund.* idque in ipsis etiam annulis quibus Gemmæ inclusæ, obtinere apparet *ex d. l.* 19. *§.* 16. *D. de Aur. arg. mund.* Et auro facto legato, Gemmæ, annulis inclusæ annumerantur *in L. Pediculis.* 32. *§. auro facto* 1. *ff. de Aur. arg. mundo: Oswald. Hilliger in Donell. Enucl. Lib.* 4. *c.* 37. (2) Utrum forte Gemmæ ideo auro inclusæ fuerint, ut habiliter geri possint; quo casu aurum Gemmis cedere dicitur *in L. si ut habiliter.* 20. *ff. de Aur. arg. mund.* Et (3) An supellex, de qua quæritur, à testatore potius Gemmis, quam auro adnumerata fuerit. *Arg. d. L. cum aurum.* 19. §. *Lectum.* 8. *ff. de Aur. arg. mund.* Tali enim casu error juri occasionem præbet. *L. supellectili* 3. §. *ult. in fin. ff. de Supell. legat.* & ex facto viventis sumitur conjectura voluntatis morientis. *Card. Mantica de Conjectur. ult. Vol. lib.* 6. *Tit.* 9. *n.* 5. Consuetudo enim testatoris utentis facit, ut Vini appellatione comprehendantur liquor, qui ex vinea non procedit. *L. Si quis vinum.* 9. *pr. vers. Hac omnia ita & L. seq. ff. De Tritico vino. & oleo leg. Mantica. d. l. n.* 2. Adeoque numismata aurea vel argentea vetera, quibus pro Gemmis nonnulli uti solent. *L. Numismatum* 28. *ff. de usufr. & quemadmodum quis utat.* Gemmis legatis venire, si pro talibus habita, & ita à testatore utique dicta fuerint, non dubitamus.

16 17 18 19 20 21 22 23 24

E diverso quæritur. II. An Gemmæ, si *Ornamenta* vel *Jocalia* (uti dicuntur *in Besold. Thes. Pract. Noviss. Dietherri Tom.* 2. *Voc. Jocalia. p.* 314.) generaliter legata fuerint, sub legato contineantur? Et Gemmas Ornamentis legatis contineri dicitur. *in L. Argumento.* 25. 25 §. *ornamenta.* 10. *v. quo ex numero ff. de Aur. arg. mund. Scip. Gentil. de donat. inter Vir. & Uxor. Lib.* 2. *c.* 25. *in pr.* Exceptis saltem Gemmis rudibus, *d. L. Argumento* 25. §. *margaritha.* 11. *vers. quod si adhuc ff. de*

Aur. arg. mund. nec non annulo signatorio, *d. l. argumento. 25. § 10. ibi: præter signatorios. ff. de Aur. arg. mund. Carpz. P. 2. C. 14. D. 43. n. 4.* Licet enim hic preciosam Gemmam contineat, potius, tamen rebus expeditoriis, dem Heergewerde / quam ornamentis accensetur, prout de Pomeraniæ & Megapolios usu testatur *Dn. Mev. ad Jus. Lubec, lib. 2. Tit. 2. art. 15. n. 2.* Eademque Ducatus Bremensis inter Nobiles observantia apparet *ex jure Equestri Bremensi Tit. 3. §. 1.*

26 Sed quid, si generali Ornamentorum legato præmisso, quædam eorundem species, Gemmis præteritis, enumerentur? Talique casu abundantem specierum mentionem generali legato nihil detrahere, probat *textus in l. Pediculis. 32. §. labeo 6. ff. de Aur. arg. mund. l. legata. 9. pr. ff. de supell. legat. Conf. Simon. de Prætis de Interpret. ult. Volunt. lib. 4. Dubit. 10. circa legata. n. 37. fol. 184. in fin.* Nisi forte de contraria Testatoris mente hac in parte constet. *d. l. legata 9. pr. ff. de Supell. legat.*

27 Sed & si forte ornamenta uxoris caussa comparata legata fuerint: Wann der Frauen alles / so zu ihrem Leibe gehöret / und angeschaffet ist / vermacht worden. Quærere licebit: Utrum ea quoque ornamenta, quæ promiscui Viro & Uxori usus fuere, contineantur? Et Negativa, quæ probari videtur in *L. hoc legatum. 45 ff. de legat. 3.* adstruitur. *à Sichardo in Rubr. C. de secundis Nupt. n. 4. Wehner. in Observ.*
28 *practicis, voce* Leib / was auf ihrem Leibe gehöret. Pariterque ea, quæ Maritus Uxoris exornandæ gratia à Judæis saltem conduxit, sub ejusmodi legato haud continentur. *Simon. de Prætis de Interpr. Ult.*
29 *Volunt lib. 4. Dubit. 10. circa. legat. n. 17. in fin. fol. 184.* Si ornamenta quoque ex feudo præstanda legata fuerint, quæstio est: an eadem à Successore solvenda sint? Et quamvis vasallus decedens regulariter per solum testamentum successori feudali præjudicare nequeat, *1. Feud. 8. c. 1. Henricus à Rosenthal. de Feud. c. 7. Concl. 2. n. 2 &*
30 *Concl. 51. n. 4.* Attamen ubi dos ex Feudo solvenda, ibi idem in cæteris quoque expensis nuptialibus, als Geschmücke / Kleidern / und Hochzeit-Geldern secundum Praxin observari, tum propter identitatem rationis, tum quia sub voce Aussteuer illa in Statutis comprehendantur, testatur & in Decidendo sequitur. *Dn. Mevius P. 2. D. 120.*

31 III. Generali MOBILIVM appellatione & legato, Gemmæ extra dubium veniunt *L. lex, quæ tutores. 22. in pr. C. de administratio-*

ne

ne Tut. cum & auro inclusæ, mobiles censeantur. *L. 30. §. 1. ff. de usurp. & usucap. L. Gemma 6. ff. ad Exhibend.* Adeoque si Gemma ex annulo legetur, eadem excludenda, & sic præstanda est. *l. Si Gemma 17. ff. de Aur. arg. mund.* Imo mobilium omnium usufructu 32
relicto, etiam Gemmarum usumfructum legatum censeri adstruit *Menoch. Consil. 407. n. 7. Johann. Del. Castillo de usufr. Cap. 38. n. 20. p. 434.*
Nisi forte communis loquendi usus mobilium significationem ad 33
certam aliquam mobilium speciem restringat, prout Pergami ex communi usu receptum esse, ut mobilibus legatis, mobilia pretiosa non comprehendantur, Sed utensilia tantum *testatur Mantic. de Conject. Ult. Volunt. lib. 9. Tit. 3. n. 8. in fin.* Et quamvis non- 34
nulli Glossæ Canon. authoritate Gemmas & mobilia preciosa immobilibus comparare annitentur, ducto arg. à prohibita alienatione rerum immobilium Minoris, & prohibita pariter Minoris rerum mobilium preciosarum alienatione *per l. lex, quæ Tutores. 22. in pr. C. de Administ. Tut.* Illud tamen in iis saltem casibus 35
procedit, in quibus par omnino ratio & præjudicium est; Ubi enim diversa ratio est, mobilia preciosa vim & naturam immobilium non habent, quod vel ex eo liquet, quod mobilium preciosorum possessores non æque à satisdatione de jure relevenrur, ac qui immobilia possident, nisi forte illa talia sint, quæ difficile celari aut transportari possint; Major enim illius difficultatis, quam precii ratio habenda est, *Andr. Tiraquel. de Retract. Municipal. §. 1. Gloss. 7 n. 101.* Et in ejusmodi terminis intelligendus est *Berlich. P. 1. Concl. 20. n. 46. & Carpz. P. 1. C. 5. D. 19.* prout & de magna negotiatione in tabernis loquitur. *Carpzov. n. 3. & in sententia in fine adjecta.*

IV. Quamvis olim seculi severitas ne argentea quidem 36
vasa admiserit *l. Supellectili. 3. §. fin.* D. *de Supell. legat.* postea tamen non ex auro solum, sed & ex Gemmis supellectili uti cæperunt; *l. labeo 7. §. 1.* D. *de Supellect. leg.* adeoque Supellectili (quæ & *Massaritiarum* nomine apud JCtos venit. *Simon de Pratis de interpret. ult. Volunt. lib. 4.* Dubit. *10. circa legata n. 39. fol. 185. Mantica de Conject. ult. Volunt. lib. 9. Tit. 3. n. 22.* legata, ad Gemmata *d. l. Supellectili. 3.* §. 3. D. *de Supell. legat.* & Crystallina vasa veniunt. *d. l. 3.* §. 4. D. *de supell. leg.* Sed quid, si quis aurum Gemmas, Margarithas, quæ in eo auro fue-

fuerint, legaverit, aureane supellex, cui neque Gemmæ, neque margarithæ insunt, legata videbitur? Et quamvis clausula: *Quæ in eo auro fuerint.* legatum ad solum aurum, Gemmis, margarithisve exornatum restringere videatur, nihilominus tamen & illam supellectilem auream, cui nec Gemmæ nec Margarithæ inclusæ, deberi *respondet Proculus in l. si quis legaverit, 11. D. de Aur. arg. mund.* In Dactyliothecis legatis dubium quoque est: Utrum annuli simul legati videantur? Et proponitur quidem casus legantis dactyliothecam suam, & si quos præterea annulos habeat; illudque legatum etiam annulos, in dactyliotheca servatos, continere dicitur in *l. librorum. 52. §. penult.* D. *de Legat. 3.* Attamen si simpliciter Dactyliotheca legata fuerit, inspiciendus erit testatoris loquendi Stylus; si enim Dactyliothecæ appellatione simul annulos comprehendere solitus fuerit, veluti si dixerit: Mein Futteral oder mein Spind ist mir lieber als 1000. Thaler / etiam annuli legatæ dactyliothecæ ce-
39 dunt; Consuetudo enim Testatoris optimam voluntatis ipsius interpretationem præbet, *prout pluribus deducit Mantic. de Conject. ult. Volunt. lib. 6. Tit. 9.* E contrario annulis legatis dactyliothecam non cedere *vult text. in L. argento. 53. §. 1.* D. *de legat. 3.*

40 V. KLEINODIIS legatis, Gemmas quoque legatas intelligi, dubium nullum est, siquidem Oedt Majoribus nostris hæreditatem, patrimonium, facultatesve significasse, indeque voculam; Kleinod / quasi bona hereditaria preciosiora & subtiliora designare, *traditur in Christoph. Besold. Thesaur. Pract. Noviss. Voc.* Edelsteine / *Tom. 1.*
41 *in Addit. vers.* Bey fahrender *p. 201.* Prout itaque sub Gerada continetur Aller Weiblicher Schmuck / an Ketten / gülden und silbern Ringen / Gürtel / Arm-Bänder / Hals-Bänder / und andere Kleinodien / so der Frauen gewesen / &c. *Magnif.* Dn. *Mevius ad J. Lüb. P. 2. Tit. 2. art. 15. n. 3.* Vel ut in Constitutione Equestri Ducatus Bremensis Dem Bremischen Ritter-Recht / *sub Tit.* Von der Gerade dicitur Und gehören zu der Gerade alle der Frauen Kleider und Kleinodien / so sie zu ihrem Leibe getragen / und gebrauchet / *Quem Constitutionis. Text. Vid. ap.* Dn. *Mevium. P. 3. Dec. 312.* Pariterque ut ex Constitutione Marchiæ Von der Frauen Verleibdingung: Einer Adelichen Wittwen ihre Kleider und Geschmuck / Ketten / Kleinod &c. gefolget werden müssen. *Cujus Constitutionis tenor refertur in Disp. sub Excellentiss. Dn. D. Strykii. Præsidio ab A. F. W. nuper habita, de Vidua Nob. Marchic. c. 3. n. 30.* Ita sub illa mentione

tione der Kleinod Gemmea quoque ornamenta si quæ Uxori fuere, utique continentur; Margarithas tamen sub nomine der Kleinod 43
non contineri pronunciatum fuit *in Facult. Juridic. Francof. An. 1679.* den ersten *Max.* In dem Communis usus loquendi die Kleinodien von zusammengesetzten Edelgesteinen verstehet / und man von einer Schnur Perlen nicht wol sagen kan / daß es eine Schnur von Kleino- 44
dien sey. Obiter notitiam De Equitibus Clinodiorum desiderantes remittimus *ad Magnif. Dn. D. Beckmanni notitiam Dignit. Disp. 16.*

Cæterum ut voluntas hominis ambulatoria est usque ad supremum vitæ exitum *per text. in l. quod iterum 4. D. de adim. vel transfer. legat. L. 32. §. pœnitentiam. 3. in fin. ff. de Donat. inter vir. & Uxor.* Nemoque legem sibi dicere potest, à qua discedere ipsi non liceat *L. si quis in Principio. 22. pr. D. de legat. 3. Johann. Guttierrez. de Jurament. Confirm. P. 2. Cap. 1. n. 1.* Ita si Seja Antoniæ pondo tot & unionem 46
cum Hyacinthis legaverit, postea vero unionem solverit, nec mortis tempore inter ornamenta unionem reliquerit, heres ad æstimationem rei, quæ in hereditate non est, non tenetur, *l. Seja. 6. pr. D. de Aur. arg. mund.* Pariterque si Seja uniones & hyacinthos in aliam ornamenti, additis postea aliis Gemmis & Margarithis preciosius facti, speciem converterit; nec legatarius hos uniones vel hyacinthos petere potest, nec heres ornamento posteriori exime- 47
re & præstare compellitur; *d. l. Seja 6. §. 1. D. de Aur. arg. mund. Simon. De Prætis de Interpret. ultim. volunt. lib. 4. Dubit. ult. circa Testator. disposit. Inspect. 3. n. 3. fol. 233.* Forma enim mutata prope substantia rei interemta censetur. L. *Julianus. 9. §. sed si quis 3. ff. ad exhibend.* 48
Ut interim omittamus, quod etiam dissolutione & permutatione tali voluntas Testatoris mutata videatur *Text. in d. L. Seja. 6. §. 1. de Aur. arg. mund. Mantic. de Conject. ult. Volunt. Lib. 12. Tit. 2. n. 8.* Attamen, si forma pristina in tantum manserit, ut iisdem usibus res 49
prior legata inservire possit, veluti si Titia inaures, in quibus duæ Margarithæ, elenchi & smaragdi duo erant, legaverit, & postea elenchos iisdem detraxerit, ita tamen, ut inaures adhuc manserint, Legatum non exspiravit, sed inaures nihilominus debentur. *L. Pediculis. 32. §. penult. & ult. ff. de Aur. arg. mund.*

MUTUI datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, 50
& mensura constant, veluti ære, argento, auro; sc. quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, ut

accipientium fiant, & nobis non eædem, sed ejusdem qualitatis, aliæ, reddantut. *pr. J. quib. mod. re contrah. obl. L. 1. §. re contrahitur.*
51 *2. ff. de O. & A.* Ut itaque Gemmæ, inprimis Nobiliores, tum ex pondere, tum aptis ad mensuram Instrumentis, tum simul numero æstimari, adeoque functionem in genere suo recipere possint, Gemmas mutuo dari posse non dubitamus; Ita enim & regulas, & lapides mutuo dari posse, probat *Petr. Nicolaus Mozzius in Tr. de mutuo, Rubr. de reb. quæ mutuari possunt. n. 15.*

52 Oneratis ære alieno debitoribus, quibus bonorum cessionem necessitas injungit, quamvis ex singulis rebus mobilibus una ex statuto, vel *secundum Const. Carolin. cujus quidem meminit Petr. Peckius de jure sistendi c. 45. n. 9. observantiam tamen dubiam putamus*, relinquenda sit, id tamen in preciosis non obtinere vult. *Colleg. Argent. Lib. 42.*
53 *T. 3. th. 9. n. 3.* Attamen in tali cessione res preciosas, veluti Gemmas &c. in quas affectio cadere potest, nec taxari nec de manu in manum creditori statim tradi, sed in utilitatem debitoris subhastari debere, vult *Matth. Coler. de Process. execut. P. 3. c. 9. n. 46. Matth. Berlich. P. 1. Concl. 81. n. 91.*

54 COMMODARI Gemmas tanquam res mobiles *arg. L. 1. §. 1. vers. commodari enim rem mobilem. ff. Commodati. Petr. Nic. Mozzius de commod. Tit. de rebus, quæ possunt commodari. n. 1.* Vel tanquam ornamenta posse, colligitur. *ex L. Si ut certo. 5. §. interdum. 10. ff. Commo-*
55 *dati.* Non eam itaque in custodiendis Gemmis commodatis diligentiam præstare commodatarium sufficit, quam suis rebus adhibere solitus est, sed sane ad tam exactam, quam alius diligentior præstare potuisset, tenetur. *§. Item is, cui 2. Inst. Quib. mod. re con-*
56 *trahitur. obl.* Adeoque commodatarium culpæ levissimæ periculum sustinere, communis est opinio. *Anton. Gomez. Var. Resol. Tom. 2. c. 7. n. 1. Bronchorst. ad L. 23. Reg. 2. ff. de R. J. Harppercht ad Inst. P. 2. Diss.*
57 *4. th. 6. Lit.* C. Quod tamen in sponsa & uxore, cui sponsus vel maritus ornamenta, quibus ipsa honestius culta incederet, commodaverat, limitatur, ita ut solus dolus præstetur, cum sua duntaxat caussa commodans commodasse censeatur, *textus in L. Si ut certo. 5. §.*
58 *interdum. 10. ff. commodat.* Cæterum casus fortuitos licet regulariter commodatarius non præstet, *L. in rebus. 18. pr. ff. commod. §. item is. 2. J. Quib. mod. re contrah. obl.* Cautela tamen commodari meretur, ut commodans rem commodandam æstimato tradat, & ad æstimatio-

nem

nem præstandam commodatarium obliget. *L. Si ut certo loco. 5. §. & si forte. 3. ff. commodati Anton. Gomez. d. Tom. 2. c. 7. n. 1. Petrus Nicol. Mozzius de Commodat. d. Tit. de reb. quæ poss. commod. n. 6.* Præter æstima- 59
tionem præcedentem etiam propter culpam, & si re commodata aliter, ac ipsi concessum fuerat, commodatarius usus fuerit, non ad casus saltem fortuitos & vim majorem tenetur, L. *Si ut certo. 5. §. 4. L. in rebus 18. pr. ff. Commod.* Sed posteriori etiam casu furti conveniri potest, *d. L. 5. §. quinimo. 8. ff. Commodati. L. Qui furtum 16. D. de condict. furt. L. qui jumenta. 40. D. de furt.* Adeoque hinc emergit 60
casus notabilis, quo fur furti agere possit; si enim commodatarius, rem sibi commodatam Titio, inscio & invito Domino, commodaverit, & Titio furtum factum fuerit; Et domino rei competit furti actio adversus commodatarium, quia non debuerat re commodata aliter uti, ac inter ipsos convenerat; & commodatario, quia custodiam debuerat. *Text. in termin. Locat. in L. qui vas argenteum. 48. §. Si ego tibi. 4. D. de furt. Colleg. Argent. Lib. 47. Tit. 2. Th. 18. n. 19.*

Ornamenta & sic Gemmæ, recte DEPONUNTUR L. 1. C. 61
Depositi. Et à deponente citra opponendas exceptiones repetuntur. *Arg. L. Si quis. 11. C. Depositi.* Sed utrum prædoni Gemmæ depositæ restituendæ sint? in dubium venit: Et quamvis depositi fides etiam Prædoni Gemmas depositas restitui jubeat. *L. 1. §. Si prædo.* 62
39. De deposit. Harpprecht ad Inst. P. 2. Disp. 5. th. 4. Æquitas tamen, suumque cuique tribuens Justitia Gemmas, à prædone depositas vero Domino vindicanti restituendas esse exigit. *L. bona fides 31. §. 1.* 63
D. depositi; Pariterque rei apud verum Dominum depositæ repetitionem latroni denegari innuit *text. in L. Qui rem suam. 15. d. l. bona fides. 31. §. 1. deposit. junct. L. neque pignus. 45. pr. D. de R. J.*

In PIGNORI datis Gemmis similis occurrit casus, quo furti à fure agi possit: Si enim Debitor creditori Gemmas oppignoratas surripiat, creditori datur furti adversus debitorem actio, & si eædem debitori surripiantur, debitor furti contra alterum furem agit, adeoque fur furti agit. L. *itaque fullo. 12. §. 2. D. de furt.* In quo §. 2. emendationem *Cujacij*, sublata negatione legentem: *Et sic fit, ut teneatur furti & agat, laudat Colleg. Argent. lib. 48. tit. 2. th. 18. n. 19.* Non autem furti solum debitor tenetur, qui Gemmas op- 64
pignoratas omnino Creditori surripit, sed & is, qui Gemmas veras dederat, easque se obsignaturum dixerat, interim vero falsas

ſive adulterinas ſubjecerat. *arg. evidenti L. cum æs. 20. pr.* D. *de furt.*
65 *junct.* L. *1.* §. *1.* D. *de pignorat. act.* Attamen ſi quis ab initio falſas Gemmas creditori demonſtraverit, veras eſſe affirmans, quamvis turpiter agat, ſtellionatusque crimen committat. L. 1. §. 2. *ff. de pign. act.* furtum tamen non fit. *arg. d.* L. *cum æs pignori.* 20 *pr. ff. de furt.* Sed pignoratitia contraria actione, præter ſtellionatum, quem debitor fecit, agitur. *d.* L *1.* §. *2. ff. de pign. act.*

66 De pacto debitoris: *Ut ſi intra certum tempus debitum non ſolvatur, creditor Gemmas pignori datas in ſolutum habeat.* Quid dicendum? Solet illud pactum Legis commiſſoriæ pignorum nomine venire, adeoque reprobatum eſt *in* L. *fin.* C. *de pact. pign. 1. Feud.* 27. §. *ſi quis obligaverit. Cæpol. Tr. Cautell. Caut.* 244. *n. 1. Paul. Chriſtin. Vol.* 4. *Dec.* 173.
67 *n.* 7. *B. Dn. Mev. ad J.* L. *Libr.* 3. *Tit* 4. *art.* 2. *n.* 1. Ut nec juramento appoſito ſubſiſtat. *Andr. Tiraq. de Retract. convent ad fin. Tit. n.* 121. *Anton. Fab. in Cod. lib.* 8. *Tit.* 23. *Def.* 1. *in fin.* Juramentum enim in fœneratitis cauſſis exceptionem juris non excludit, *l. fin. C. de non numer. pec.* Nec contra jura prohibitiva & annullantia præſtitum ſervandum, *c. ad noſtram.* 21. *X. de jurejur.* Nec in præſenti caſu tanquam iniquitatis vinculum tolerandum eſt, *c. quanto.* 18. *X. de jurejur.*
68 Naturaliter enim iniquum eſt, cum alterius damno contra jura
69 locupletari, *l. nam hoc natura.* 14. *ff. de Condict. indeb.* Attamen cum juramentum faciat valere actum meliori modo, quo valere poſſit, *ut in l. cum Pater* 77. §. *filius matrem.* 23. *ff. de legat.* 2. juramenti adjectionem operari, ut, pecunia prædeterminata die non ſoluta, Gemmæ pignori datæ emtori juſto precio arbitrio boni viri definiendo, acquirantur, probat *Joh. Guttierrez. de Iurament. confirm. P.* 1.
70 *c.* 33. *n.* 3. Illud enim pactum: ut debito intra talem terminum non ſoluto, creditor jure emtoris poſſideat Gemmas, juſto precio tunc æſtimandas, utique valet. *Text in l. ſi fundus.* 16. §. *fin ff. de Pign. & hypoth. l. ult. pr. ff. de contrah. emt. Matth. de Afflictis. Dec.* 368. *n.* 1. *verſ.*
71 *ad primum dubium & n.* 2. Indeque cautelam Fœneratorum Bononienſium cum debitoribus paciſcentium: *ut ſi pecunia intra illum diem non ſolvatur, pignus pro precio per talem talesve arbitratores æſtimando, emtum ſit,* & poſtea coram illis arbitratoribus convenientium, de æſtimando pignore pro pretio debiti, licet multo plus valere poſſit, infert *Bartholom. Cæpoll. Tr. Cautell. Caut.* 244. *ſecund. edit. Francof. in fol. n.* 2.

STI-

STIPULANS à pupillo sine Tutoris authoritate Gemmas, 72
num eundem ex contractu naturaliter obliget? Varie controvertitur. Plurimi etiam ex recentioribus magni Nominis JCtis pupillum ex contractu naturaliter obligari opinantur: Pro quibus facere videtur *text. in l. Si pupillus. 21. pr. ff. ad l. Falcid.* Attamen contraria Opinio tum Jure Civili, tum ratione naturali dictitante, verior videtur; Et quidem (1) Juris Civ. Regula est: Quod 73
quis ea, quæ naturaliter debuit, soluta indebiti condictione repetere non possit. *per text. in l. naturaliter. 13. pr. l. si quod Dominus. 64. ff. de cond. indeb. Colleg. Argent. lib. 12. Tit. 6. th. 6. n. 4.* atqui Pupillus ea, quæ sine tutoris authoritate stipulanti promisit, & *solvit*, repetere potest, quia nec natura debet. *l. Quod pupillus. 41. ff. de cond. indeb.* Quapropter regulam illam & fundamentum juris 74
corruere necesse esset, si pupillus naturaliter ex promissione vel contractu obligaretur; Ex eo enim naturales obligationes æstimantur, si soluta pecunia repeti non possit. *Text. in l. naturales. 10. ff. de O. & A.* Nec obstat, quod pupillus id, quod sine Tutoris au- 75
thoritate mutuum acceperat, pubes factus solvens non repetere dicatur *in d. l. naturaliter. 13. §. 1. ff. de Cond. indeb.* adeoque naturalem obligationem præcessisse necesse sit, *per d. l. Si pupillus. 21. pr. ff. ad l. Falcid.* Nam naturalis illa obligatio proficiscitur ex contractu 76
pupilli, *per text. in l. Pupillus. 59. ff. de O. & A.* Sed ex traditione rei, qua locupletior factus est, ut apparet. *ex d. l. naturaliter 13. d. 1. ff. de Cond. indeb.* nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, quæ ratio statim *dictæ l. 13. §. 1.* subjungitur & per voculam NAM connectitur *l. Nam hoc natura 14. ff. de Cond. indeb.* Et sic obligatio naturalis pupilli, de qua *in L. si Pupillus* 77
21. pr. ff. ad L. Falcid. non proficiscitur ex contractu pupilli, sed tantum ex traditione rei alicujus ipsi facta, cui naturalis illa æquitas naturalem quandam obligationem addit *arg. d. L. 14 ff. de Condict. indebit.* Nec (2) ipsa Ratio naturalis obligationem pupilli naturalem per- 78
mittit, nam juris Civilis Ratio, quæ pupilli contractus annullat, est (1) ætas non perfecta *§. impuberes. 6. J. de Atil. Tut.* (2.) Defectus judicii; Pupillus enim nec velle nec nolle potest, & quod animi judicio fit, in eo Tutoris authoritas necessaria est, *text. in L. Pupillus. 189. ff. de R. I.* Imo ætas impuberum, quid videat, ignorat. *L. 1. vers. Impubere vero C. de falsa monet, Anton. Faber. in Cod. Lib. 6. Tit. 5.*

79 *Def. 6. n. 1.* Utraque hæc Ratio naturalis eſt, adeoque & deciſioni in puncto juris naturalis inſervit, *prout & nobiſcum ſentit Georg. Franzkius Exerc. 3. quæſt. 5. in pr. & ab ipſo citatus Valentin. Riemerus.*

80 VENDITUR annulus, cui incluſæ ſunt Gemmæ, poſt quam de precio convenit, venditor de Gemmis non ſimul venditis quæſtionem movet. Decidenda erit hæc quæſtio *ex L. pedi-*
81 *culis argenteis. 32. §. 1. ff. de Aur. arg. mund.* ubi dicitur: Gemmas annulis incluſas annulis cedere; Dixerit equidem venditor: & Gemmas & aurum per ſe *integra* corpora eſſe, adeoque non conjunctim vendita cenſeri. *arg. L. rerum mixtura 30. §. ibi: Cum utrum-*
82 *que maneat integrum ff. de Uſurp. & uſucap.* Sed Reſpond. per illam ipſam L. 30. *pr. ff. de uſucap.* Gemmas cum annulo, cui incluſæ ſunt, conſtituere corpus connexum, donec vel ex legis, *ut in L. Gemma. 6. ff. ad Exhib.* Vel hominum ſufficienti diſpoſitione ſeparentur, *ut in L. ſi Gemma. 17. ff. de Aur. arg. mund.*

83 Eademque deciſio obtinebit, ſi quis equum cum capiſtro, Gemmis exornato, vendendi cauſſa produxerit; Vendito enim equo, etiam ornamenta, licet optima fuerint, vendita cenſentur, *L. Ædiles 38. pr. & §. vendendi 11. ff. de Ædil. Edict. Mozzius de emt. & vend. Tit. de Natural. emt. n. 48. Vid. Beſold. Theſ. pract. Noviſſ. Diet-*
84 *herri. Tom. 2. Voc.* Zaum & Zaum-Geld. Quamvis de conſuetudine capiſtri nomine venditoris famulus aliquid exigere poſſit. *Colleg. Arg. lib. 19. Tit. 1. th. 19. n. 23. Johann. Jacob. Speidel. in Spec. Jur. Pol. vol.* Halffter-Geld/ Zaum-Geld.

85 In Gemmis venditis utrum *Retractus* jura obtineant? quærere placet *Andr. Tiraquello. in Tr. de Retract. Municip. §. 1. Gloſſ. 7. n. 100. ſeqq.* Et quamvis mobilia precioſa ut Gemmæ &c. authoritate Gloſſæ Can. comparari velint cum rebus immobilibus *arg. L. Lex. quæ tutores. 22. pr. C. de Adminiſtr. Tut.* Id tamen, quatenus in diſpari inter mobilia & immobilia ratione non procedat, *ſuperius probatum.*
86 *n. 34. ſeqq.* Atqui civilis vitæ ratio non tam facile à mobilium, quam immobilium, adeoque omnium ferme rerum emtione & Commercio extraneos excludere poteſt; Ceſſant enim in mobilibus præcipuæ introducendi retractus rationes, tum quoad repulſionem mali vicini, adeoque litium propter confinium oriundarum evitationem. *Dn. D. Petr. Schulz. in Diſp. inaug. de jur congrui,*
87 *c. 3. n. 5.* Tum propter majorem immobilium in conſervandis fami-

liis

liis utilitatem & necessitatem. *Matth. Berlich. P. 2. Concl. 39. n. 19.* ne dicamus, quod satis lugubre sit, domum illam vendere extraneis, præteritis consanguineis, licere, in qua defecere Majores, crevere posteri, vel in eadem majorum imagines aut non fixas, aut sane revulsas videre *L. Lex, quæ Tutores. 22. vers. nec vero Domum. C. de Administ. Tut. arg. L. in fundo. 38. vers. finge pauperem. ff. de Rei vindic. Gail. 2. Obs. 19. n. 1.* Tum denique ob generalem omnium Statutorum & 88
consuetudinum de solis bonis immobilibus dispositionem? Quas quoque ob causas Gemmas cæterasque res mobiles preciosas à retractus jure immunes pronunciat *Andr. Tiraq. d. l. n. 102.* Quod ta- 89
men aliqualem limitationem, in casu, quo testator rem aliquam mobilem pretiosam Gemmis exornatam extra familiam alienari prohibuit, recipere videtur. *arg. L. filius fam. 114. §. cum Pater 15. & seq. ff. de Legat. 1. L. Peto. 69. §. fratre. 3. L. cum Pater. 77. §. Libertis. 27. ff. de Leg. 2.* Quamvis retractus & tale præceptum in eo differant, quod 90
retrahentes ad precium solvendum teneantur, contra Testatoris præceptum vero, bona extra familiam alienantibus precium non restituatur, cum cæteri de familia, qui rem illam non tenent, quoad illam, fideicommissarii heredes dicantur. *in d. L. Peto. 69. §. fratre 3. L. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de Legat. 2.* Unde nec aliena- 91
tio in exteros licebit, licet possidens reliquos interpellaverit, an ipsi emere velint, ipsique recusaverint, neque enim jus fidei commissi recusata emtione amittitur, ut pluribus deducit. *Bartholom. Romuleus in Tr. de Testat. precept. bona extra famil. alien. prohib. n. 56. & seq.*

CONDUCTOREM de dolo, lata, & levi culpa, non levis- 92
sima, & multo minus casu, regulariter teneri communis est opinio. *arg. L. si ut certo. 5. §. nunc videndum. 2. ff. Commodati. Francisc. Vivius. Comm. Opin. Lit. C. vers. Conductor non tenetur. Anton. Delrio ad L. Contractus. 23. in verbo Locatum c. 9. in Hist. interpret. p. 198. Conf. ea, quæ superius c. 3. n. 11. tradita.* Unde consequens videtur, quod si de conducta sponsalitia corona. Von der Braut-Krone (quales utut or- 93
namentum imperat. æmulari, permitti tamen videntur. *in L. unic. vers. nulli præterea C. Nulli lic. in fren. lib. 11. Tit. 11.* adeoque in Patria & alibi locari solent) Sponsæ, modeste saltanti, Gemmæ decide- 94
rint, ipsa, nulla alias culpa interveniente, à Locatore conveniri haud

pos-

possit; Re enim conducta ita utens, ac locata est, non de levissima culpa, & multo minus de casu tenetur. *Francisc. Vivius. Comm. opin. Lit. C. vers. Conducens equum Scholaris.* Neque saltem actui Benedictionis Sacerdotalis, sed & cæteris solemnibus nuptialibus, inter quæ & saltandi recreatio recenseri generali Consuetudine obtinuit, talis corona locatur; adeoque amissionis casus ipsi potius coronæ Domino imputandus, qui in firmandis Gemmis diligentiam fortè majorem præstare debuisset, *arg.* L. *non fraudantur.* 134. §. 1. L. *factum.* 155. *pr.* L. *in condemnatione.* 173. §. *unicuique.* 2. *ff. de*
95 *R. J.* Dummodo Sponsa conducens periculum & casum in se non receperit. *arg.* L. *Item quæritur* 13. §. *Si Gemma.* 5. *ff. Locati* L. *si ut certo.* 5. §. *Nunc videndum* 2. *ff. Commod.* L. *Contractus.* 23. *ff. de R. I. Ant.*
96 *Faber. in Cod. lib. 4. Tit. 42. Def. 53.* Et quamvis in vestimentorum aut argenti usu locato talem Imperator custodiam requirat, qualem diligentissimus Paterfamilias suis rebus adhibet. §. *Conductor* 5.
97 *I. de Loc. & Cond.* Alii tamen id ad exactiorem diligentiam & culpam levem restringunt, *propter verb.* L. *Si ut certo.* 5. §. *nunc videndum.* 2. *ff. commodati. Vid. Anton Delrio ad* L. *Contractus.* 23. *d. c. 9. in interp. Analog. Ubi probat, nonnunquam in jure Positivum pro Superlativo & vice*
98 *versa usurpari.* Alii levissimam ab Imp. culpam exigi sustinentes, dispositionem *illius* §. *pen.* specialem dicunt, tum propter atterendi & maculandi vestes facilitatem, tum propter insidias, quæ majori conatu rebus preciosioribus, ut puta argento, auro & Gemmis struuntur. *Vid. Casp. Manzius ad* §. *pen. versic. qui pro usu. n. 28. I. de*
99 *Loc. & Cond.* Sed præsenti casui hæc objici nequeunt; Neque enim alia custodia à Sponsa, etiam diligentissima, in actu nuptiali præstari potest, quam ut coronam capiti probe affixam provide gestet; Quo facto, ad casum citra culpam suam contingentem non tenetur. *Arg. d.* L. 5. §. *Nunc videndum.* 2. *ff. Commod.* L. *Si quis domum.* 9. §. 4. *ff.* Locat. *Cond.*

100 Diversum quadantenus obtinere putamus in iis casibus, ubi merces pro custodia specialiter intervenit, nam ibi & levissima culpa, quæ alias in Locato regulariter non præstatur, obligat. *Hector. Felic. de Societ. c. 21. n. 11.* Veluti si Balneator Gemmas custodiæ suæ, mercede intercedente, commissas, levissima culpa amiserit. *arg.* L. *qui mercedem.* 40. & L. *seq. ff.* Locat. *Cond. Francisc. Turzanus Comm. Opin.*

Opin. 185. num. 2. Sed utrum horrei locator proponens ab initio: *Se* 101
aurum, argentum, margarithas, Gemmas, &c. suo periculo non recipere,
Postea res inferri patiatur, custodiam rerum illatarum debeat?
Ventilatur & affirmatur *in L. cum in plures. 60. §. Locator. 6. ff. Loc.
Cond.* Horrea illa olim dicebantur, ubi preciosissima fortunarum
pars reponebatur, uti apparet *ex L. nam salutem 3. §. effracturæ. 2. D.
de Offic. Præf. Vigil.* Erant itaque, qui talia loca ad res ad certum 102
tempus ibi reponendas, locarent, resque illas periculo suo reci-
perent; Ideoque *Labeo in d.* L. *60. §. 6. ff. Locat.* decidit, si horrearius 103
res illas inferri patiatur, ad periculum præstandum teneri, priore
protestatione, etiam valvis forte affixa, non obstante. *Andr. Alcia-
tus ad L. pactæ novissima n. 37. C. de Pactis.* Aliud dicendum, si quis in 104
alienis ædibus conclave conduxerit, ut in eo Gemmas resve suas
deponeret, & ipse custodiret; licet enim conductor postea abiens
ipsius conclavis curam inhabitatori ædium commendaverit, ipse
vero claves secum abstulerit; Haud tamen obligat commendatio
quoad Gemmas resve illatas, cum nec ab initio de custodia con-
venerit, nec immediate ipsarum custodia, sed conclavis saltem
cura, concredita fuerit. *Prout Decisum refert Magnif. Dn. Mevius.
P. 2. Decis. 54.*

SOCIETATIS pactum: ut alter Gemmas & aurum, alter 105
operam omnem tum in poliendo, tum in includendo, tum pro-
vide vendendo consistentem præstet, lucrum vero commune
sit, subsistit *per text. in §. de illa sane. 2. J. de societ. L. 1. C. pro socio.*
plerumque enim tanta est industria socii, ut societati plus con- 106
ferat, quam res ab altero collatæ. L. *Si non fuerit. 29. §. 1. ff. pro
socio.* Unde consequens est, quod pactum: *Ut alter, qui Gemmas* 107
*in Societatem confert, illarum precio semper salvo, lucrum commune parti-
cipet, damnumque nullum sentiat*, subsistere nequeat, ne alioquin
alter, industriam conferens, duplici damno, tum ratione opera-
rum, tum ratione precii Gemmarum salvi præstandi, afficiatur,
alter vero in portu semper naviget. *arg. L. cum duobus 52. §. quidam
Sagariam. 4. vers. nam sicuti lucrum. ff. Pro Socio. Gail. 2. Obs. 2. n. 2.
& 3. Camillus Borellus Consil. 65. n. 11. seqq. Franc. Vivius. lib. 1. Decis. 180.
n. 1. Hector Felicius de Societ. c. 18 n. 3. seqq ubi n. 8. plures allegat.* Nisi 108
forte damnum culpa illius, qui operas præstat, contigerit. *d. L.*

Cum duobus. 52. §. 4. in fin. D. pro Socio. Culpæ enim nomine Socius
109 Socio tenetur, *Per text. in §. fin. J. de societ.* Et quidem vel L. Aquiliæ, vel pro Socio actione. *text. in* L. *Sed si ex caussa. 47. §. 1. &* LL. *seqq. D. pro Socio.* Sed utrum levissimam culpam, *prout superius de locatis operis c. 3. n. 1. seqq. traditum est*, Socius Socio hoc casu præstare teneatur, dubium non excurrit? Regulariter quidem in Societate culpa levissima non præstatur, *ut decidit Imp. in §. fin.*
110 *J. de Societ. Carpz. P. 2. C. 26. Def. 12.* Sed utrum ibi subjecta ratio, de improvide electo Socio, in præsenti facti specie, ubi alter artificialium operarum circa res facile frangibiles promissione alterum circumvenisse, adeoque ex dolo quodam patrocinium adipisci vi-
111 detur, obtineat? In eo dubii nostri cardo consistit. Et quamvis ratio illa generalis sit, levissimam tamen culpam in præsenti casu præstandam esse auguramur; Artificem enim se professus est, atqui artificium ipsius versatur circa res ex levissima culpa frangibiles, adeoque ad levissimam quoque culpam se tacite obligasse censetur. *Magnif. Dn. Mevius ad J.* Lübec. *lib. 3. tit. 8. art. 16. n. 7. per ea, quæ pluribus super deducta. c. 3.*

112 Circa MANDATUM tandem elegantis casus decisionem in Facultate Jurid. Helmstad. de Anno 1635. die 11. April. pronunciatam proponit. *Dn. Hahn Ad Wesemb. in Tit. de Æstimatoria. n. 5.* quam pro materiæ nostræ meritis exigentibus coronidis loco huic capiti verbotenus adjicimus: Hat B. in Stockholm A. ein gülden Kleinod/ solches in der Moscau zu verkauffen / oder da es unverkauffet bleiben solte / ihm B. zu treuen Händen wieder zuzustellen / mit gegeben. Es hat aber A. zu dem / Wie auch da er zum andernmal wieder aus Schweden in Moscau verreiset / das Kleinod nicht verkauffen können / sondern dasselbe in der Moscau bey seinen Sachen in ein Gewölbe verwarlich verlassen; Welches dann B. jedesmal nicht allein nicht wiedersprochen/ sondern auch wol damit zufrieden gewesen / und es bey voriger Commission gelassen. Wann nun schon unterdessen eine grosse in der Moscau entstandene Feuers-Brunst unter vielen andern köstlichen Waaren auch besagtes Kleinod in dem eisern Kasten ufgebrandt / so ist doch A. solchen Schaden zu erstatten / nicht schuldig / und solches aus nachfolgenden Ursachen. Denn ob wol versehenen Rechtens / quod æstimatio faciat periculum ejus, qui suscepit, ita ut æstimationem, de

qua

qua convenit, aut ipſam rem commiſſam reddere teneatur, *text. expr. in* L. *1.* §. *fin. de æſtim. act.* So wird doch bey dieſem Fall nicht unbillig gezweiffelt / ob auch dieſer Contractus pro æſtimatorio, oder nicht vielmehr pro mandato zu halten / in Betrachtung daß nicht zu befinden / dann das Kleinod um ein gewiß pretium zu verkauffen dem A. zugeſtellet worden / hat es bey dem Contractu mandati keinen Zweifel / daß propter caſum fortuitum Mandatarius nicht gehalten ſey: Geſetzt aber / daß es ein Æſtimatorius Contractus geweſen / ſo wird jedoch periculum in accipientem dadurch ſchlechter Dinge nicht transferirt, ſondern iſt dabey in gute Obacht zu nehmen / quod vel æſtimatio ſit facta tantum propter rem ipſam, vel ut ſolum recipiens ſciat, quanti vendere debeat, aut dubitetur, an propter ipſam rem, vel non ſit facta: Primo caſu quando æſtimatio eſt facta, propter ipſam rem, recipiens præciſe æſtimationem vel rem reſtituere cogitur. Secundo caſu, ſi æſtimatio fuerit adjecta, non propter rem, ſed ad iſtum finem, ut recipiens ſolum ſciret, quanti vendere deberet, diſtinguitur *ſecund.* L. *17.* §. *1. de præſcript. verb.* Ut ſi dans rogaverit venditorem, ut res æſtimatas venderet, dantis ſit periculum: Sin accipiens, accipientis & venditoris, ſi vero neuter rogaverit, accipiens ſolum dolum & culpam præſtet. Tertio vero caſu quando non apparet, an propter ipſam rem vel non æſtimatio facta ſit, præſumitur æſtimationem factam eſſe, prout vendenda eſt, & eadem obtinent, quæ in ſecundo caſu; prout tenent *Bart. in d.* L. *1. de æſtimat. act. n 3. Jaſon. ad eand. n.* 1. *Angel. de Aretio ad* §. *actionum. 28. J. de Act. n.* 122. Alldieweil nun bey dieſem Fall nicht zu ſehen / daß einige æſtimatio vorgegangen / und wann auch A. das Kleinod um ein gewiſſes zu verkauffen ſo auf ſie genommen / ſo kan man dennoch nicht vernehmen / ob A. oder B. in dieſem contractu anfang gemacht / bleibt alſo billig dabey / daß A. nicht mehr den dolum und culpam zu præſtiren ſchuldig / und ad caſus fortuitos keines weges verbunden ſey. V. R. W.

CAPUT V.
De
VSV GEMMARVM.
SUMMARIA.

PRæcipua Gemmarum utilitas in ornando consistit 1. seqq.
Lacedæmonii primi saxi fragmenta loco Gemmarum in annulis ferreis gestasse feruntur 5
Nonii senat. annuli Gemma XX. Millib. sestert. taxata fuit 6
Quare sponsi sponsis annulos dent arrhæ loco? 7
Annulus an sponsalia contracta probet? 8. seq.
Annulus sponsæ à sponso missus an donatus, an commodatus censeatur? 10. seqq.
Quid in vestibus & ornamentis uxori à marito traditis obtineat? 11. seq.
Cautela pro uxore, qua Gemmatum suarum periculum transferat in Maritum 13. seq.
An tutores Pupillorum Gemmas propria authoritate alienare possint? 15. 16
Libertas Gemmis se exornandi restricta per ordinationes polit. 17. seqq.
Frena, & equestres sellas quibus Gemmis exornare non liceat? 20
Omnia, quæ ad Ornamentum Imp. spectant, à privatis fieri prohibentur 21. seqq.
Sub colore offerendi Principi res prohibita non debet attentari 23
Hodiernæ Ordinationes vestiariæ libertatem se Gemmis exornandi plerumque limitant 24
An puniantur, quæ contra prohibitionem statuti Gemmas portant, si visæ saltem, non comprehensæ fuerint 26
Non puniuntur, quæ confici saltem ornamenta prohibita fecerunt, non vero portarunt 27
An puniantur, quæ prohibito Gemmarum usu adulterinas portant? 28. 29
An jubentis gemmas secum humari præcepto satisfieri debeat? 30. seqq.
An ornamenta, quæ defuncta secum humari jusserat, legatariæ, an hæredi accrescant? 34

PRæcipuam Gemmarum, dummodo rudes non fuerint, L. *argumento 25. §. margaritha. 11. D. de auro arg. mund.* utilitatem in or- 1
nando consistere, apparet ex *L. argumento. 25. §. ornamenta. 10. vers. & omnia, quæ ad aliam D. de aur. arg. mund.* Ita enim non solum 2
cultus Imp. Gemmis exornatur. *L. Un. C. nulli lic. in fren.* Mitræque aureæ Regiæ variis Gemmis exornatæ meminit Magnif. *Dn. D. Beckman. Not. Dign. Diss. 15. c. 2. §. 3.* Sed & privatæ personæ Inaures 3
Smaragdis. *L. pediculis. 32. §. Item cum inaures 8. D. de aur. arg. mund.* Mammillarum ornamenta Cylindris *L. pediculis. 32. §. ult. & ibi. Gothofr. in voce Cylindrus. D. de aur. arg. mund.* Viriolas. s. manuum ornamenta, Smaragdis, *L. ult. §. fin. D. de aur. arg. mund. jungatur. Gothofred. ad* L. *quid tamen. 14. in verbo Viriolam. D. de Contrah. emt. & vendit.* annulosque Gemmis variis exornant. *L. Si Gemma. 17.* L. *cum aurum. 19. §. 16.* L. *Pediculis. 32. §. 1. D. de aur. arg. mund.* Pariterque Supel- 4
lex. *l. Labeo* 7. §. *Tubero 1. D. de Supell. leg.* Lecti, L. *supellectili.* 3. §. 3. *D. de Supellectili legat.* Vasa *l. cum aurum. 19. §. ult. D. de aur. arg. mund.* Phialæ, *l. cum aurum. 19.* §. 13. *D. de aur. arg. mund.* Coronæ Mensarum *l. Cum aurum 19. §. Sed in coronis 14. ff. de aur. arg. mund.* Lances, *d. l. 9.* §. 13. *D. de aur. arg. mund.* Frena, Equestres sellæ, & Baltei, *l. un. C. Null. lic. in fren. lib. 11.* & similia Gemmis exornata leguntur; Quamvis autem Gemmæ varios etiam Medicis usus præstent, eosdem tamen, ne à Scopo aberremus, Medicis relinquimus.

Annulis olim ferreis, etiam in solemnibus Conjugialibus usi 5
fuere, & primi. Lacedæmonii saxi fragmenta, ferro inclusa, Gemmarum loco gestasse feruntur; Postea aureis annulis, & Gemmis uti cæpere, & Nonii Senatoris annuli Gemma XX. millibus 6
Sestert. taxata, ipse vero Nonius propter eandem (quam solam ex fortunis suis secum auferre maluit) ab Antonio proscriptus fuit *Vid. plura in Alex. ab Alexandro Genialib. dieb. lib. 2. c.* 19. Annulos illos 7
quidem, qui Sponsæ à Sponso in contrahendis sponsalibus dari solent, *Scipio Gentil. de donat. inter Vir. & Uxor. lib. 4. c.* 12. Vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur, dari, quartoque digito, quod in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat, inseri, dicitur *in c. fœminæ. 7. §. Item quod. Causs.* 30. *quæst.* 5. Indeque annulum inaugurando Regi oblatum nuptias quasi inter Principem

& populum contractas significare probat. *Magnif. Dn. D. Beckman-*
8 *nus, in Notit. Dignit. Diss. 4. cap. 4. §. 6.* Attamen quod solus annulus Sponsalia & matrimonium non utique probet, inter communes Opiniones refert *Franc. Turzan. Comm Opin.* 108. Nisi forte de illius immissione à Sponso in Sponsæ digitum facta constet, tunc enim Sponsalia inde præsumi, adeoque vulgare signum, ut fumus ignis est, esse putat *Card. Tuschus Pr. Concl. Lit. A. Concl.* 343. *n. 6. Conf. Ma-*
9 *scard. de Probat. Vol.* 1. *Concl.* 100. Et quidem si de contractis data arrha sponsalibus constet, sponsalia non de futuro, sed de præsenti contracta præsumi, donec contrarium probetur, probat *Carpz. P. 4. C. 20. D. 8. n. 5.*

10 Sed utrum annulus à Sponso Sponsæ missus donatus, an commodatus in dubio censeatur? Varie à Dd. controvertitur. Et quamvis inter preciosos & non preciosos distinguant; Illos commodatos, hos donatos dicentes, *Ludovicus de Ponte Romanus. Cons.*
11 146. *n.* 3. *circ. fin. Cardin. Tuschus Lit. A. Concl.* 344. *n.* 4. idemque de vestibus, ac cæteris ornamentis, à Marito Uxori traditis, statuentes, *Jul. Clar. Lib. 4. sentent. §. Donatio. quæst.* 10. *n.* 3. *Scip. Gentil. de donat. inter Vir & Uxor. lib. 2. c.* 12. *p.* 194. *Conf. Petr. Barbos. ad Tit. sol.*
12 *matrim. Tom. 2. l. qua dotis.* 34. *n.* 74. *& seq.* Hac tamen in re præprimis consuetudo, nec non traditionis modus inspiciendus est. *Conf. Gaill. lib. 2. Obs 91 n. 3. vers. breviter Judex.* Prout in tali casu in *Facult. Jurid. Francof. Anno 1679. die 1. May pronunciatum fuit.* Auf die Frage: Ob die Ohr-Gehänge / welche Defunctus von seiner Schwester ererbet / die Frau aber Consensu Mariti zu sich genommen / getragen / und für das ihrige gehalten / als ein Geschenck zu consideriren? Erachten wir Obgleich Maritus gewolt / daß sie sich dergleichen Schleuffe solte machen lassen / nachmals auch / da die itzige Ihm erblich zugefallen / Er selbe der Frauen / zu ihren freyen Gebrauch gelassen / daraus eine præsumtio donationis zu entstehen scheinet; Weil aber dennoch eine Donatio nicht præsumiret wird / nisi liquido de ea constet, welches fürnemlich inter Conjuges Statt findet / Als unter welchen sonst die Donationes gar verboten *t. t. ff. de donat. inter Vir. & Uxor.* Die Frau auch Ihr selbst zu imputiren / daß sie ihres Mannes Begehren nach Ihr keine dergleichen Schleuffe machen lassen / der nachmals concedirte Gebrauch auch keine donationem inferiren kan / quia recepta Dd sententia est, quod Maritus res preciosas ad usum tradendo Uxori,

non

non animo donandi sed commodandi videatur dedisse, ut eo ornatior incederet, *arg l. 5. §. 10. ff. Commod.* ideoque heredes mariti talia repetere possunt. *Joh. Campeg. de dote P. 2. quæst. 55. n 2. Rol a Valle lib.* 1. *Consil.* 10. *n.* 12. *Menoch. Arb. quæst. lib.* 2. *Cas.* 218. C. *n.* 3. Quod eo magis procedit, si maritus talia non comparaverit uxoris caussa, sed aliunde ex hæreditate habuerit, ubi videtur tantum commodasse, *Petr. Barbos. ad l.* 34. *n.* 75. *ff. Sol. matrim.* So halten wir dafür: daß die Frau selbe an sich zu behalten nicht befuget sey; es könte dann deutlicher erwiesen werden / daß Maritus animo donandi solche Schleuffe seiner Frauen überlassen; oder auch / daß dergleichen Observanz in Pommern hergebracht / daß dasjenige / was von dem Marito der Frauen an Geschmeide übergeben / derselben / als geschenckt bey der Theilung füraus gelassen werde.

In propriis Gemmis uxori Cautela commendari meretur, ut 13
scilicet ipsa easdem æstimato cum dote ad Maritum transferat; Hoc enim facto ipsa, consentiente viro, Gemmis illis mariti periculo utitur, L. *Mortis suæ Caussa.* 53. §. 1. *ff. de Donat. int. Vir. & ux. Rol. a Valle lib.* 2. *Consil.* 92. *n.* 10. 11. *Petr. Barbosa ad l. Si æstimatis* 51. *n.* 5. *ff. Sol.*
matrim. Quamvis tamen uxor deinde Gemmas illas dolo malo de- 14
teriores reddere non possit, quin ratione damni scienter illis illati legis Aquiliæ actione teneatur. *Arg. l. si Servus* 27. § *si cum maritus.* 30. *ff. ad leg. Aquil.*

Gemmæ licet ornandi saltem usum imprimis præbeant. *arg. l.* 15
argumento 25. §. *ornamenta* 10. *versic. & omnia quæ ad aliam. D de Aur. arg. mund.* Adeoque rei familiari parum conducant; Indeque Tutores easdem tanquam res supervacuas propria authoritate vendere posse, dicendum videatur; Prout etiam, præter prædia & mancipia rustica, omnia olim à Tutoribus vendenda & ad nummos redigen-
da fuere; *l. lex quæ Tutores.* 22. *in Princ. C. de Administr. Tut.* Attamen, 16
ne fraudi Tutorum in Gemmis & rebus mobilibus preciosis vendendis locus relinqueretur, Imp. Constantinus easdem non nisi prævia judicis, inquisitione, caussæ probatione, & Decreti interpositione alienari voluit, *Text. in l. lex, quæ tutores* 22. *C. de Administr. Tut. Joh. Guttierrez de Tut. & cur. P.* 2. *c.* 21. *n.* 1. *& seqq. Dn. Brunnem. ad l.* 7. *n.* 7. *& seqq. C. de Administr. Tut.*

Sed & cum Gemmarum, imprimis pretiosarum usus æmula- 17
tioni, præcipue inter fœminas, jam tum ad superbiendum faciles,

falsam

ansam haud modicam præbeat, æmulatio vero illa maritos ære immodico emungat, prout vices infelicium Maritorum ambitioni uxorum obsequentium, & plus in earum ornamenta, quam pro dote recipiunt, expendentium, dolet. *Jul. Clarus sent. lib. 4. §. Donatio. quæst. 10. n. 3. Gail. lib. 2 obs. 91. n. 3.* Publice autem intersit, ne quis re sua male utatur. §. *ult. J. de his, qui sui vel alien. jur.* non potuit fieri, quin licentia hæc Gemmis se pro lubitu exornandi, quadantenus refrenaretur. Hinc 1. Non solum *in ordinatione, Polit. de Anno*
18 1530. *Tit.* Von unordentlicher und köstlicher Kleidung. *& seqq.* huic malo remedium quæri cœpit, & rusticorum fœminis Corallorum, nedum Gemmarum, usus omnino interdictus, *d. Ord. Pol. de Anno* 1530. *Tit.* Von den Bauerleuten. §. desgleichen ihren Weibern. Opificum fœminis annuli quidem aurei, sed Gemma carentis, usus permissus fuit. *d. Ord. Pol. de Anno* 1530. *Tit.* Von Bürgern und Einwohnern §. desgleichen sollen / reliquisque dignioribus certus pariter, quoad ornamenta, modus præscriptus est *Conf. Ord. Pol. de A.* 1548. *Tit.* Von unordentlicher Köstlichkeit der Kleider. *seqq. Ord. Pol.*
19 *de Anno* 1577. *Tit. 9. & seqq.* A qua tamen Dispositione sola preciosa, à Principe alicui donata, diserte eximuntur. ita ut eadem portare personis, quibus alioquin interdicta essent, liceat, *d. Ord. Pol.*
20 *de Anno* 1577. *Tit.* 14. §. *Item* so jemand Sed & jam tum *in l. unic. C. Nulli licet in fren.* (quam Leoni *Gothofredus*, sed Justiniano tribuit *Ioh. Wolfgang. Freymonius in Symphon. jur. Cronolog. sub Iustinian. Rubric. sequuntur Constit. Iustiniani. quibus in plerisque exemplarib. nec Consul. &c. sub lib. 11. Tit. 11. p. mihi 910.* licentia effrenis in frenis, equestribus sellis, & balteis exornandis coarctata, & Margaritharum, Smaragdorum, & Hyacinthorum ornatus illis aptari prohibitus fuit: Reliquo tamen hac in parte Gemmarum usu, exceptis cucurniis, ac fibulis in chlamydibus, haud interdicto.

21 Indeque II. omnia illa, quæ ad cultum & ornamentum Imperatorium pertinent, ex auro & Gemmis à Privatis (exceptis saltem ornamentis matrimonialibus, & tam muliebrium, quam viri-
22 lium annulorum habitu) fieri prohibentur, adeoque à solis Artificibus Palatinis adaptari jubentur *L. unic. C. Nulli lic. in fren.* Ut ne prætextui quidem, quod Clementiæ Principali offerri debeant, conniveatur, Pietate Imperatoria nec talia dona expetente, nec Regium sibi à privatis cultum offerri requirente; *text. in d. L. unic.*

unic. C. Null. lic. in fren. Sub colore enim offerendi Principi res prohibita non debet attentari, *Dn. Brunnemann. ad d. L. unic. n. 8.* C. *Nulli lic. in fren.* Neque Clericum ſub colore remittendi & ducendi ad Eccleſiaſticum Judicem (niſi de fuga ſuſpectus ſit) à Judice Seculari capi & carcerari poſſe, probat *Proſper Farinacius Oper. Crim. lib. 1. Tit. 1. Quæſt. 8. n. 115. & 117.*

Pariter III. hodie plurimis adhuc in locis, in quibus Ordina- 24
tiones Veſtiariæ, die Kleider-Ordnungen / obſervantur, quod de Rep. Veneta, Auguſtana, Noribergenſi, Hamburgenſi, Colonienſi Argentinenſi, Francofurtenſi, prædicat. *Ioh. Iacob. Speidel. in Spec. Iurid. Polit. Hiſtorico. Voce* Kleider. *Tit. 57.* Gemmarum uſus non pro- 25
miſcue cuivis licet. Ita enim in Belgio receptum. Daß niemand gülden Stück / Poſament / Perlen / und dergleichen trage / wo er nicht Acciſe und Umb-Geld davon gegeben / refert *Speidel. d. Tit. 57. Lit. K.*

Diximus Opificum fœminis annulos Gemmatos interdictos 26
eſſe, ſecund. *Ord. Pol. de Anno 1530. Tit.* von Bürgern und Einwohnern. §. desgleichen ſollen; Quod non ad eas ſolum fœminas, quæ Gemmas in annulis portantes apprehenduntur ſed & ad illas, quæ easdem portare viſæ ſaltem fuerint, extendimus. *arg. §. furtorum. 3. verſ. quamdiu eam rem fur tenens viſus. I. de Obl. quæ ex delict. naſcuntur. L. 7. §. ſed Celſus. 2. ff. de furt. Conf. quæ ſuperius* C. *2. n. 21. & ſeqq. tradita*; Attamen ſi confici tantum ejusmodi annulos curaverint, nec portaverint, ſolus 27
talis conatus ſtatuti pœnam non incurrit, *per ea, quæ tradit Felinus in Tr. quando conat pun. Petr. Royzius Deciſ. Lithuan. 3. n. 35.* Sed utrum 28
prohibitio Gemmarum uſu puniantur, quæ factitias & Adulterinas portent, dubium videtur; Et quamvis non deſint, qui ipſas ab omni pœna immunes pronuncient, *Bart. in L. 1. §. hoc interdictum ff. de fonte. Andr. Alciat. Lib. 2. de V. S. verſ ſed & ſi Cenſoria Lege cautum.* Attamen cum lex vel ſtatutum ornatum ejusmodi prohibeant, adul- 29
terinæ autem Gemmæ idem fere, quod veræ, quoad ornatum præſtent, adeoque verbis LL. fraus fieri videatur, etiam adulterinas Gemmas portantem Statuti nonnunquam pœnam incurrere non dubitamus *arg. L. Vellera. 3. C. de Veſtib. holoberis. Lib. 11. Alciat. Parerg. lib. 11. c. 1.*

Denique cum in fœminis tantum nonnunquam corporis colendi ſtudium ſit, ut nec vita defunctæ ſine ornamentis ſpectari,

31 nec humari velint, *Petr. Royzius Dec. Lithuanic.* 3. *n.* 45. Quærere licebit: Utrum ultimæ tali morientis voluntati ſatisfieri debeat? Et quamvis olim ornamenta, quibus maxime in vita quis delectatus erat, ſimul cum homine comburi ſolita fuerint, prout refert.
32 *Petr. Vanderanus in Tr. de privileg. credit. c.* 3. *n.* 9. In jure tamen noſtro ornamenta cum corporibus condi diſerte prohibentur, *L. Et ſi quis.* 14. §. *Non autem* 5. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* Hinc cum Titia decedens
33 Sejæ ornamenta omnia legaſſet, poſteaque eodem teſtamento ornamenta quædam, veluti Lineas duas ex Margarithis, & Viriolas ex Smaragdis, corpori ſuo adjici juſſiſſet; Maritus quidem & hæ-
34 redes juſſui defunctæ jure non paruêre; Sed quæſitum eſt: utrum talia ornamenta ad Sejam, cui univerſa ornamenta relicta erant, an ad hæredes pertineant? Et Reſp. *Scævola* Ea non ad hæredes, ſed ad legatariam pertinere. *text. in L. fin.* §. *ult. ff. De aur. arg. mund.*

CAPUT VI.

De

Delictis circa Gemmas.

SUMMARIA.

ADamantibus & Gemmis fingendis magno ſtudio inſiſtitur 1, 2

Quodnam crimen incurrant, quave pœna afficiantur, qui falſas Gemmas pro veris vendunt? 3. *ſeqq.*

Imp. Rudolphi pœna, qua ejusmodi impoſtorem affecit 7

Imp. Gallieni pœna dictata in iſtiusmodi impoſtorem 8

Quatenus ex conſtit. Crimin. puniendi ſint? 9

Impoſtores hi dicuntur & Zuntatores 10

Gemmarius Conſultus, & Gemmas falſas pro veris pronuntians, an conſulenti teneatur? 11. *ſeqq.*

An furtum committat, qui ab initio veras Gemmas emtori vendidit, ſed poſtea tradens falſas ſubjecit 14

De-

Debitor Gemmæ ubi liberatur solvendo adulterinam, nec indebiti condictione, exceptione tamen, gaudet 15
An ferentes Gemmas, divini usibus dicatas, qua pœna afficiantur? 16. *seqq.*
An injuriarum teneatur, qui Gemma aliquem percussit? 19. *seqq.*
Putans aliquem Adamantibus occidi posse, si clam alteri devorandos dederit, qualtier puniendus sit? 22. *seqq.*
Conatus an puniendus sit? 25 *seqq.*
Falsum committunt, qui falsis ponderibus in Gemmis vendendis vel emendis utuntur 28
Ad quid teneatur, qui in fraudem alterius falsa pondera contrahentibus commodaverit 29
Falsum committunt, qui aliena sigilla dolo malo Gemmis insculpunt; 30. *seqq.*
Gemmæ sunt merces Vectigales 33 *seqq.*
Pro Gemmis proprii usus gratia comparatis Vectigal non datur 36
Crystallomantia qua pœna coerceatur? 37. *seqq.*

PRout maximum in rebus humanis precium Gemmarum Prin- 1
ceps, Adamas, habet, *teste Plinio Histor. lib. 37. c. 4. Cassaneus in Catal. Gloriæ mund. P. 12. Consid. 91.* Ita vix quicquam est, quod majori studio tentetur, quam ut elegans ipsius splendor quam proxime repræsentetur; Nec tamen reliquæ etiam Gemmæ ab adulteri- 2
nis ejusmodi mendaciis immunes sunt; Vix enim Gemmæ sunt, quas mentiri ars non allaboret. *Vid. Anton. Neri in arte Vitrar. Athanas. Kircher. in mund. subterr. lib. 12. Sect. 5. P. 3. cap. 4 pag. 478. Tom. 2. Alex. Pedemontanus Secret. lib. 6. circ. fin. p. 264. & seqq.* Quapropter cum ejusmodi impostura quotidiana fere sit; quærere licebit: Quod- 3
nam præprimis crimen Gemmas adulterinas pro veris vendentes incurrant? Quave pœna coërcendi sint? Et quamvis in precio emtionis & venditionis naturaliter contrahentibus se circumvenire liceat, L. *in Caussæ. 16. §. Idem Pomponius. 5. ff. de Minorib. L. item si precio. 22. §. ult. ff. Locat. Benev. Straccha de Mercatur. P. 2. n. 6.* De- 4
ceptio tamen illa precium, in quo permissa est, egredi non debet, Neque enim aliud pro alio erranti emtori obtrudi debet, cum nul-

lo regulariter jure errans, *L. quod in debitum. 7. ff. de condict. indeb. L.*
si per errorem. 15. ff. de Jurisdict. ingnorans, *L. Creditor. 102. §. ult. ff. de solut.*
5 vel falso existimans, *L. 19. §. 1. ff. de condict. indeb.* deficiente sc. consensu,
L. si per errorem. 15. ff de Iurisdict. tanquam principali obligationis re-
quisito. *L. 1. §. 3. ff. de Pact.* obligetur, sed potius venditor, emto-
rem errare, pati non debet. *L. ex emto. 11. §. si quis Virginem. 5. ff. de*
6 *Act. emt.* Alioquin enim emtor, qui vel cœcus, vel discernenda-
rum materiarum minus peritus fuit, vel qui in materia erravit, ne
quidem in corpus, quod non vidit, consentisse videtur. *L. alioqui.*
7 *11. pr. ff. de contr. emt.* Dolus itaque ejusmodi Impostorum Stelliona-
tus ipsos reos facit. *L. 1. §. 2. in fin. ff. de pignorat. act.* & Imp. Rudol-
phum aliquando Gemmarium, qui Rubini colorem remissiorem
supposito folio rubicundiori tantummodo auxerat, (utpote, quod
pariter, licet vera Gemma vendatur, imposturæ species est, cum
precium Gemmæ alieno colore in fraudem alterius augeatur.) in-
famia notasse refert *Athanas. Kircher. M. S. lib. 12. Sect. 5. P. 3. cap. 4 Pro-*
8 *posit. 1. pag. 480. Tom. 2.* Nec prætereunda est singularis pœnæ species,
qua Imp. Gallienus Gemmarium, qui Conjugi ipsius Gemmas vi-
treas pro veris vendiderat, affecisse dicitur; Jussit enim Imp. im-
postorem illum tanquam Leoni objiciendum duci, Leonis vero
loco Caponem è cavea emisit, mirantibusque cunctis, per Præco-
nem pronunciari jussit: Imposturam fecit & imposturam passus
9 est; *Andr. Alciatus parerg. lib. 11. c. 1.* Secundum Constit. Crimin. Ca-
rol. V. ejusmodi impostores & mercium falsatores modo relegatio-
ne, modo fustigatione, modo gravius pro facti circumstantia pu-
10 niri jubentur. *Const. Crim. art. 115.* Imo impostores illos, quos ZUN-
TATORES appellat, vel tanquam fures, vel acrius puniendos es-
se, Consultus respondit *Hippol. de Marsiliis Singul. 318 per tot. Conf. cir-*
ca hanc materiam Alemannus in Palestr. Consult. 2. Ubi inter alia tractat ca-
sum: Da der Wechsel-Diener und Probirer zu Magdeburg Geld aus
dem Wechsel aufgenommen/und dagegen an statt der güldenen und sil-
bernen Pfände/die von ihm als einen Geschwornen sonsten probiret wor-
den/Bley/Rechenpfennige/ingleichem Messinge Arm-Bänder/und Ket-
ten in den Wechsel eingeschoben.

11 Illa imposturarum frequentia emtores plerosque adeo cautos
reddidit, ut semper fere illos, qui Gemmarum peritiam habent,

con-

consulere soleant; Sed quid, si iidem Gemmas adulterinas ex imprudentia veras esse pronunciaverint; utrumne aliqua emtori actione tenentur? Si quidem merces pro æstimatione data fuerit, ex lo- 12
cato actio competet; Imperitia enim culpæ adnumeratur; *L. Si quis domum 9. §. Celsus 5. ff. Locati.* Si merces nulla data fuerit, ex nuda assertione vel approbatione Gemmarum demonstratarum nulla oritur obligatio; Officium enim cuique suum haud damnosum esse debet. *L. Sedet. si quis. 7. ff. Testam. quemad. aper. inspic.* Nisi forte 13
consultus dixerit: Man solle die Edelgesteine auf sein Wort / für echte kauffen; Oder er wolle dafür stehen / im Fall die Edelgesteine nicht echte wären. Tales enim clausulæ obligationem involvunt, & prior quidem contrariam Mandati, *arg. §. tuta tantum. 3. in fin. J. de mand.* Posterior ex stipulatu actionem producit, *per ea, quæ dicuntur in pr. J. de V. O.*

Diximus de casu, quando Gemmæ adulterinæ pro veris ven- 14
ditæ fuerint, Quid igitur, si venditor ab initio veras, & alterius Gemmarii consulti assertione comprobatas Gemmas vendiderit, postea vero adulterinas subjecerit, ac emtori tradiderit? Illo superiori casu turpiter fieri; Hoc furtum committi Resp. *Paulus in L. cum æs pignori. 20. pr. ff. de furt.* Sed & debitorem Gemmæ solventem 15
adulterinam haud liberari, nec eandem, quasi indebite datam, condici, alterum tamen veram Gemmam petentem exceptione submoveri posse, innuit *Text. in L. Si cum aurum. 50. ff. de solut.*

Non desunt quidem tantæ impietatis homines, qui Divinis 16
usibus dicata auferre haud vereantur, improbo forte errore prætendentes: Res sacras, sanctas, & religiosas res nullius esse, *§ nullius. 7. J. de R. D.* Adeoque primo occupanti cedere; *§ feræ. 12. J. de R. Divis.* Sed corrigitur impius iste ipsorum error *in Const. Crim. Ca- 17
rol. V art. 171. & seqq.* Aliique vivi comburi, *Iacob de Bello visu in Pr. Crim. lib. 2. c. 13. n. 9.* Alii alio ultimo vel corporali supplicio, pro fa- 18
cti circumstantia & prudentum Responsis moderando, affici jubentur. *Colleg. Arg. Lib. 48. Tit. 13. th. 9. n. 8.* Hinc si de vestibus Sacratis Gemmas quis furtim resciderit, ultimum in eundem supplicium dictari posse, colligitur, *ex Const. C. 2. Carol. V. art. 172.* Sed 19
utrum monumentorum ornamenta furari sacrilegium sit? *Vid. Ægid. Bossius in Pract. Tit. de Sacrilegiis n. 2.*

19 Titius Gemma vel soluta vel annulo inclusa Sempronium
percussit; Quæritur itaque: An Sempronius injuriarum agere
20 possit? Et cum injuriarum teneantur, qui vel levata manu minan-
tur. *L. item apud Labeonem. 15. § si quis pulsatus. 1. ff. de Injur. Prosp. Fari-
nac. Oper. Crim. P. 3 quæst. 105. Inspect. 1. n. 7. Jodoc. Damhouder. in Prax.*
21 *Crim. c. 137. n. 2.* Vel qui nutu injuriandi animum produnt, *Iacob.
de Bellovisu Pract. Crim. Lib. 1. c. 3. n. 34. Iodoc. Damboud. Prax rer. Crim.
c. 139. n.* 1. Multo magis eosdem injuriarum teneri putamus, qui
Gemmam, vel annulum, injuriandi animo, in alterum projecerint.
Vid. Claud. *de Seysello & Io. Bologn. ad L. 1. ff. de A. vel A. P. n. 59.*
22 Sed quid, si quis putaverit, prout vulgo ita creditur, quod
Adamantibus contusis enecandi intra certum tempus vis insit,
23 *Paul. Parisius Vol. 4. Consil. 167. in pr. & n. 4.* Adeoque alteri eosdem,
occidendi animo, devorandas clam dederit? Adamantes quidem
necandi vi naturaliter carere, cum ab iis, qui legendis ipsis in
India Orientali conducuntur, sæpius furtim deglutiantur, nisi be-
ne à Conductoribus observentur refert: *Chapuzeau. in Hist. Gemm.*
24 *cap. 1.* Attamen conatus talis malevolus, cum ad actum exteriorem
pervenerit, licet effectus forte nullus sequatur, non ordinaria qui-
dem, sed haud levi tamen etiam pœna coërcendus erit, *secund.*
25 *Constit. Crim. Carol. V. art. 178.* Et quamvis nonnulli conatum gene-
rali fere consuetudine non puniri velint. *Petr. Royzius Decis. Lithua-
nica. 3. n. 62. Vid. Zieritzius ad d. Const. Crimin. art. 178. verb. pœna delicti
attentati, ubi plures alleg. Felin. in Tr. de Conatu n. 8. vers. & ita modificat*
26 *& salvat.* Hoc tamen quoad pœnam extraordinariam non admitti-
mus *Hippol. Bonacoss. comm. opin. Lit. C. vers. conatus sive attentatum ad de-
lictum &c. Dn. Brunnem. ad l. 15. qui cum telo. 7. n. 3. & 4. C. ad l. Corn. de
Sicariis.* Præcipue in delictis atrocioribus. *Felin. d. Tr. n. 6. Thom.
Grammaticus Vot. 9. n. 8. Barthol. Bertazzol. Consil. Crim. lib. 1.
Consil. 123. n. 3. & ibi Claud. Bertazzol. in Addit. Gail. de Pace Publ.*
27 *lib. 1. c. 14. n. 19. seqq.* Non obstante, quod dati mali veneni, nisi in-
de is, cui datum est, extinctus sit, nullam pœnam esse placeat.
Petr. Royzio d. Decis. lithuan. 3. n. 60. Quippe porrigentem ejusmodi
inutile venenum extraordinaria pœna puniendum esse, de com-
muni opinione testatur, *Franc. Vivius Comm. Opin. lit.* C. *verb. Cona-
tus. n. 3.*

FAL-

FALSUM committunt (1) qui falsis ponderibus in Gemma- 28
rum venditione utuntur. So sich falscher Wage oder Gewichte wissentlich gebrauchen *L. pen.* §. *1. ff. Ad L. Cornel. de Falsis Const. crim. art. 113. Nicas. de Voerda ad* §. *item Lex Cornelia de falsis n. 4. in fin. J. de Publ. judic. Prosper Farinac. Oper. Crim. Tom. 6. quæst. 150. P. 3. n. 76. 77.* Is 29
vero, qui contrahentibus pondera falsa pro justis ad decipiendum alterum commodaverit sciens, doli actione *l. arbitrio 18.* §. *de eo 3. ff. de dol. mal.* & furti tenetur; *L. Si quis Uxori 52.* §. *Majora 22. ff. de Furtis. Celsus. Bargal. de dolo. lib. 3. c. 3. n. 94.* (2) Falsi tenentur, qui 30
aliena sigilla Gemmis dolo malo insculpserint, & usurpaverint *L. Lege Cornelia 30. pr. ff. Ad Leg. Corn. de falsis. Const. Crimin. Carol. V. art. 112. Farinac. d. Tom. 6. quæst. 150. p. 3. n. 65. & seqq.* Et cum sæpius hoc fiat, 31
sculptoribus typum sigilli, ab ipsis confecti, relinquendum non esse monetur, *secund. Laurent. Pignorium in Besold. Thes. Pract. Noviss. Tom. I. voc.* Sigill. *in Addit.* Quamvis tamen Artifices illi falsum 32
non committant, si alieni sigilli typum, etiam ignorante Domino bonum tamen in finem sibi comparent, *conf. Farinac. d. quæst. 150. P. 3. n. 66.*

Ut Gemmæ tanquam merces L. *Si laborante. 2.* §. *cum in eadem* 33
2. ff. de L. Rhod. de jact. Inter species vectigales referuntur *in L. ult.* §. *Species. 7. ff. de Publ. & Vectig.* ita de jure, si vectigalia pro ipsis non solvantur, in Commissum cadunt *arg. l. Si Publicanus. 4.* §. *1. juncta L. commissa 14. ff. de Publ. & vectig. Franc. Pfeil. cent. 2. consil. 192. n. 4. Dn. Brunnem. ad l 1. n. 1. C. de Vectig.* Quamvis contrarium in casu, quo 34
mercator in Balla pannorum Gemmas ac Margarithas immiserat, nec publicano denunciaverat, se pronunciasse asserat. *Paul de castro in d. L. Si laborante. 2.* §. *Cum in eadem. 2. ff. de l. Rhod. de jact. n. 2.* Dicens Statutum inibi merces saltem de- 35
nunciari jussisse, Gemmas vero, allegatis certis Mercatorum consuetudinibus, pro mercibus non esse habitas, adeoque ex Statuto in Commissum non cecidisse. *Benevenutus Straccha de Mercatur. P. 1. n. 77.* Pro iis tamen Gemmis, quæ proprii usus gratia comparatæ 36
sunt, vectigal non penditur, *l. universi, C. de Vectigal.* Nisi forte spe- 37
ciali aliquo statuto, quando emuntur, aliquid exigatur: *conf. Cap. præced. n. 25.* Nec denique prætereunda est illa satis nota delicti species, qua inspecto crystallo rotundiori divinare nonnulli conantur. De qua crystallomantia plura *Vid. apud Martin. Delrio, in Disquis. Magic.*

38 *gic. Tom. 2. lib. 4. §. 4. quæst. 6. Sect. 4. §. 4. pag.* 446. *Iob. Wier.* von Zauberern und Hexen *lib. 2. c. 7. vers. Crystallomantia.* Quæritur itaque: Qua pœna Divinatores istiusmodi afficiendi sint? Jure civili gladii pœna ipsis dictatur. *l. Nemo 5. C de Malefic. & Mathemat.* Idemque statutum in Const. Elector. Saxon. P. 4. C. 2. *Matth. Berlich.* P. 4.
39 *concl. 5. n. 54.* Cum enim Natura Crystallum divinandi arte haud instruxerit, adeoque non Crystallus sed ipse Diabolus consulatur, unde Magis etiam accenseri jure merentur, *Goswin. ab Esbach. ad Carpz. P. 4. C. 2. Def. 1. in verb. Artibus. Magicis.* (nisi forte ab aliis ipsi ignorantes ejusmodi Crystallum acceperint, prout talis casus refertur *à Martino Delrio in Disq. Mag. d. l. p.* 447.) Magis autem s. Ha-
40 gis ultimum supplicium dictatur. *Exod. c. 22. vers. 16.* Divinatores ejusmodi improbos ultimo quoque supplicio affici debere monet. *Dn. Brunnem. ad L. nullus & l. Nemo. C. de Malef. & Mathem. n. 5.* Quibus Dissertationi Nostræ colophonem feliciter imponimus, Deo Optimo Maximo pro præstito hactenus adjutorio gratias devotas agentes, studiorumque porro nostrorum cursum eidem humillime commendantes.

IN

IN
MAJOREM OMNIPOTENTIS, SANCTISSIMIQUE
DEI GLORIAM,
&
Egregie promeritam faventissimorum
DNN. RESTAURATORUM laudem,
NOVUM, solenniterque nuper inauguratum AUDITORIUM MAJUS,
Sincero etiam, atque constantissimo S. S. JUSTITIÆ cultui,
DISSERTATIONE JURIDICA,
De

OFFICIO JURISCONSULTORUM SACERDOTALI,

Ex l. 1. §. 1. ff. de Just. & Jur.
ad d. IX. Maij.
horis ab 8. Matutinis,
DEO ITA VOLENTE,
admisto quandoque concentu Musico, publice habenda,
cum voto pientissimo:
Ut justitia & Pax se invicem osculentur!
specialiter Consecrabunt

PRÆSES,
GEORGIUS RADOVIUS, D.
Antecessor, & Collegii JCtorum SENIOR,
itemque Nobiliss. Ordinum Provincial. Meclenb.
Syndicus,
&
RESPONDENS
JOHANNES Klein/ Rostoch.
J. U. C.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

POSITIO I.

TEXTUS, quem pro demonstrando JURISCONSULTORUM OFFICIO SACERDOTALI, breviter, summatimque enucleandum nobis sumpsimus, juxta inscriptionem, autorem habet *Domitium Ulpianum*, JCtum olim Romanum, si quis alius, celeberrimum; Qui, *teste Angelê Politianô lib. 4. epist. 9.* ducentis & viginti duobus libris de Jure Romanô, Romanisque Magistratibus inclaruit, & ob excellentissimam cognitionem Juris, & quod quasi verticem legitimæ disciplinæ tenuerit, Asylum Juris & LL. imò & Coriphæus dicitur *l. 12. §. 2. ff. de Excus. Tut. Cothman, Vol. 1. Cons. 1. n. 42.* qui plurimum quoque ad Pandectarum illum centonem, sacratissimi Imperatoris Justiniani jussu, ex veterum Romanorum JCtorum scriptis, à Tribonianô, cœterisque viris illustribus & facundissimis compilatum, contulit, atque in Præfecturâ primum Urbanâ, magni Papiniani adsessor, post successor, & Alexandri Imperatoris Consiliarius & Scrinii Magister, tantæque dignationis & admissionis Vir fuit, ut præter eum & Præfectum, nemo solus ad Imperatorem fuerit admissus, &, si quando alter adhibitus, semper tamen Ulpianus rogari, ejusque sententia super incidenti negotio exquiri juberetur, *vid. Val. Först Hist. Jur. Civil. lib. 2. cap. 77.* Quæ prænotanda vel propterea saltim fuere, ne ab homine quodam de fæce plebis, inerte, rerum divinarum & humanarum imperitô, auribusque Midæ, æque ac Delatores, & Calumniatores (De quibus præclara Domitiani Imperatoris vox fuit: *Princeps, qui Delatores non castigat, irritat.* referente Sueton. *in Domit. cap. 9. in fin.*) propter turpissimum studium subauscultandi, captandique, quid alii rerum faciant, dignissimo *vid. Collect. Proverb. loc. in Stupidos*, rem tantam, trahere originem suam, quis opinetur.

II.

Neque vero temere, vel in ordinis sui saltim gratiam, JCtis sacerdotium istud tribuit Ulpianus, sed ex justâ quadam, eaque sufficientissima ratione quam *all. §. 1.* his expressit verbis: *Justitiam namque colimus.* Uti enim Gentilibus *Justitia* Dea quædam fuit, Jovis & Themidis filia, alias Astræa nominata, cujus filiam crediderunt Nemesin, facinorum impiorum ultricem, bonorum vero præmiatricem: Ita etiam nemo facilè dubitaverit, quod cultus divinus omnis ad sacerdotes pertineat, qui probatis veræ Latinitatis Romanæ authoribus talis-

talismodi hominum genus denotant, qui DEO dicati sunt ad sacrificia facienda; à sacris scilicet, quæ notoriè sacrificia, & insuper illa omnia significant, quæ in DEorum honorem instituuntur, *vid. l. 32. §. 4. ff. de Recept. arb.* sive ea fuerint ludi, sive feriæ. Unde *sacra facere*, & *sacris initiari* apud Ciceronem, Quintilianum, & alibi passim legitur. *vid. Lexicograph.* Quod tanto magis inde apparet, quod *Sacerdos* alio nomine ipsi Tacito 3. *Hist. 74. n. 1.* dicatur sacricola, h. e. sacrorum minister; vel sacrificus, quasi sacra colens. Ex quibus facili negotio diluitur argumentum eorum, qui JCtos non *Justitiæ*, sed *Juris* saltim Sacerdotes ab Ulpiano h. l. vocari adstruunt, eo quod præmissæ *in fin. princip. d. l. 1. ff. de Just. & Jur.* Celsi JCti definitioni Juris: quod scilicet sit *Ars æqui, bonique* (quam paucos admodum intelligere, ineptissimos verò omnium esse illos, qui ea Justitiam naturalem exhiberi credunt; rectissime docet Tabor *in Jurisprud. Element part* 1. *Th.* 7.) immediatè *in* §. 1. *d. l.* 1. subjungatur: *Hujus*, sc. juris, *sacerdotes vocari JCtos.* Particula enim *Cujus*, non ad proximum, sed superiorem versiculum, ubi Justitiæ mentio facta, referenda est, *notante Besold. in Delibat. Jur. ad Lib. 1. ff. n.* 4. *Donel. 1. Comm. 4.* utut contrarium defendere nitatur Lyclama *lib. 7. Membr. Ecl.* 38. *pagin.* 430.

III.

Nec quicquam ad rem faciet, si quis porro nobis objicere velit: Huic nostræ explicationi haud convenire modum justitiam colendi, quem *in d. §. 1.* ipse Ulpianus subjunxisse videtur, in verbis: *Et boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes; bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes; veram, nisi fallor, Philosophiam, non simulatam affectantes;* Indeque definiri JCtum: *quod sit Vir bonus, æqui, boni, jurisque, quo civitas & priaati in eâ utuntur, peritus; ad agendum, cavendum, interpretandum, respondendumque de eo paratus & prudens*, Authore Rebhanio *in Hodoget. chart. 2. clim. 1. paral. 10. conf. Hahn. ad Wesenbec. Parat. ff. de Just. & Jur. n. 14. verbis, Jus inquit &c. hoc est scientiam.* Cum fortean aliud longè sit, jus suggerere, interpretari, jus dicere, de jure respondere; Item jus suum cuique atque adeo & DEO, & sibi, & aliis, tribuere; eaque omnia seriò, & ex animi sui sententia, bonaque fide agere, quæ verum, non simulatum Philosophum decent; secundum Philosophiam veram legalem, quæ pro fine habet actionem virtuosam, quæve simul in publicis & privatis officiis excellit, Civitatesque & Rempublicam, si nihil prohibeat, constanter, fortiter & peritè admini-

miniſtrat, atque hoc ipſo differt ab illâ veterum Sophiſtarum futili, atque ſimulata, quam habitu ſaltem: ut pallio, barba ad pubem usque porrecta, vultu denique, & objurgatorio vocis ſonitu mentiebantur, cæterum nulla re bona digni, in quibus illuſtriſſimum Philoſophiæ nomen exſordeſcit, *authore Gellio 9. Noct. Att. 2. & lib. 10. cap. 17. & 22. conſ.* Lyclam. *dict. Eclog 38 pag. 431.* aliud vero, ſacrificia facere, litareque, quod Flaminum Romanorum officium erat, qui dictæ DEæ, Juſtitiæ, in Capitolio, temploque eidem ſpecialiter dicato, illo potiſſimũ tempore ſacrificabant, quando Romanis in bellum eundum erat; quia hi juſta ſemper movere arma, cæteræ vero nationes odio & malevolentia, livoreque, quod imperium tantæ Urbis juſtitia augeretur, tela in populum Romanum capere præſumerentur, uti *ex Ammian.* Marcellin. *& Pompon.* Læt. docet Roſinus *lib. 2. Antiq. Rom. cap. 10.* Invidorum namque odia plerumque virtutem exercere amant *juxta Andr.* Maximil. *Fredro part. 4.* Monit. *polit. moral. 64. per tot.* Quod autem ipſi etiam Gentiles, & in ſpecie Romani Varias juſtitiæ notiones admiſerint, aliamque Divam ſive Divinam dixerint, ad differentiam humanæ, quæ virtus eſt, ad mores ſpectans, alioque plane modo colenda, id equidem & ex antecedentibus apparet, & pluribus etiam perſequitur *poſt alios ibidem alleg.* Rebhan. *d.* Clim. 1. *paral.* 7.

IV.

Quemadmodum enim apud Romanos, ad quos reſpexiſſe Ulpianus hoc loco omnino cenſendus eſt, varia, de quibus ſpeciatim agere nec inſtituti, nec temporis ratio permittit; *vid. Marc. Lyckl d. lib. 7. Ecl. 41. p. 475. Roſin. lib. 3. Antiq. Rom. paral. ad cap. 14.* & ſecundum Ciceronem quidem *lib. 2 de Legib.* duo potiſſimum ſacerdotum fuerunt genera: Unum quod præfuit Cæremoniis & ſacris in ſpecie ita dictis; alterum quod interpretabatur Vatum incognita effata; Ita quoque JCtos, ad modum horum ſacerdotum, arcanas juris ſubtilitates dilucidè aperientes, profundasque Civilis ſapientiæ Regulas ac ſanctiones erudite enodantes, nec non etiam ſacras Divorum Principum Conſtitutiones, perinde ac Jurisprudentiæ antiquæ reſponſa, conſiderate explicantes, ſacris, ſive ipſius Deæ Aſtrææ, ſive Magiſtratuum, tanquam Deorum terreſtrium, intereſſe, & inde jure meritoque ſacerdotum titulo cohoneſtandos, ornandosque eſſe, tanto minus negari poteſt, quanto certius eſt, Leges in jure ſacratiſſimas appellari *per l 9 C. de LL.* uti Conſtitutiones Imperatoriæ ſacri dicuntur affatus *l. 6. C. de divers. Reſcript. &* Oracula *in l. 7. C. eod.* Item divinæ Juſſiones *paſſim*, imo

&

& Lex omnis munus & inventum DEI, *l.2. ff. de* LL. & Digesta proprium & sanctissimum justitiæ templum *l.1. §.5. C. de V.I.E.*

V. Quodsi vero ne hæc quidem alicui satisfacere, sed Gentilismum & antiquas de Romanorum Diis, Sacerdotibusque fabulas sapere videantur, quarum vestigia in augusto Juris nostri corpore relinqui noluit sacratiss. Imper. Justinianus, § 3. *proœm. Inst.* utpote qui & ipse Christianus fuit, & Christianis leges tulit, & quæ Compilatores ab Ulpiano aliisque JCtis Romanis petierunt, omnia sua fecit, quasi à divino suo ore fuerint profusa, *l.1. §.6. C.d.V.J.E.* disertissimisque verbis testatus est: se totius operis solum Deum authorem & præsulem fieri optasse *l.2. pr. C. eod.* & omnibus, secundum datam sibi à Domino DEO & Salvatore nostro JEsu Christo scientiam & intellectus vigorem, competentem formam imposuisse *l 3. in fin. princ. C. ibid.* ex altioris Philosophiæ principiis tum respondendum fuerit: Quod JCti, Justitiæ, virtutum omnium principi ac Reginæ mancipati, eamque non verbis & ore saltim, sed factis potius ipsis, ubicunque commoda sese obtulerit occasio, nulla habita, sive personæ, sive præmii, aut emergentis cujuscunque, etiam gravissimi damni, multo vero minus Status ratione, non minus fortiter, quam constanter profitentes, neque, ut à tramite recti ulla ratione dimoveantur, patientes, juxta Christianismi quoque regulas, SS. Justitiæ cultores & sacerdotes rectissimè dici possint; quia, *qui innocentiam colit, Domino supplicat; qui Justitiam DEO libat; qui fraudibus abstinet, DEUM propitiat; qui hominem periculo surripit, optimam victimam cadit. Hæc enim nostra sacrificia, hæc DEI sacra sunt: sic apud nos religiosior est ille, qui justior*; verba sunt *Minut. Fœlicis in Octavio p.*74. Imo *sola hæc justitia est, quam DEUS expetit, in hac omne sacrificium est, & in hac sola, verus DEI cultus est, teste Lactantio cap.2. Epit div. instit.* Confirmat quoque hanc sententiam sæpius allegatus Lyclama *d. Ecl.*38. *lib.*7. *p.m.* 431. scribens: Quando boni & æqui vel Juris hostiam loco thuris offerimus Justitiæ f. DEO Opt. Max. rem sanctissimam administramus *arg. l.1. §.5. ff. d. extraord. Cognit. & paulo post:* Siquidem ex jure, seu arte boni & æqui, gratum illud componitur sacrificium, quod justitiæ ad aram offerimus.

VI. Et quamvis paucissimi futuri sint, quibus hoc sensu, veri justitiæ sacerdotis titulus, jure quidem, & ex merito tribui queat; præprimis uti nunc sunt tempora, ubi dulcis ex re quavis, perquam multis est lucri odor, subnixis impiissimis scelerati Politici principiis, secundum quæ, aura, non aularum saltem, sed cujuscunque captanda, cavendum-

que omnino est, ne vel verbulum excidat, quod vel aliis displicere, vel incommodum aliquod procreare queat; excitandi tamen, & confirmandi contra hæc & alia, Justitiæ sacerdotem plane non decentia, neque officio ejus convenientia, qui literis, & cum primis illustrissimæ Philosophiæ Legali operam dant, tanto magis sunt; non saluberrimis monitis tantum, sed & fortibus sincerisq; exemplis, *monente Thrasea apud Tacit.* 16. *Annal. cap. fin. in fin.* ut, si aliquando in intractabile actionum humanarum pelagus, ê tranquilla hac, & svavissima Studiosorum vita transportati, tædiosissimorum laborum, imo & livoris & invidiæ malevolorum fluctibus objiciantur, fortunam potius quamcunque fortiter experiri, quam ea scienter, sive pronunciare, sive defendere, multo vero minus perpetrare malint, quæ â recta ratione nõ minus, quam â bono & æquo longius abeunt, atque adeo salva conscientia & SS. justitia, vel propugnari, vel decerni, vel fieri non possunt.

VII. Hoc enim est, quod divinus Seneca, utut non Christianus professione, vere tamen Christiane inculcat, quando *in Epist.* 113. notanter scribit: *Doceat me, quam sacra res sit justitia alienum bonum spectans, nihil ex se expetens, nisi usum sui. Nil sit illi cum ambitione, famaque; sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persvadeat: Me justum esse gratis oportet. Parum est. Adhuc illud persuadeat sibi: Me in hanc pulcherrimam virtutem ultro etiam impendere juvet, ut tota cogitatio â privatis commodis quam longissime aversa sit. Non est quod spectes, quam sit justæ rei proœmium majus, quam justum esse. Illud adhuc tibi affige, quod paulo ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quam multi æquitatem tuam noverint. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriæ. Non vis esse justus sine gloria? At, me Hercle! sæpe justus esse debes cum infamia. Et tunc, si sapis,* MALA OPINIO BENE PARTA DELECTAT. Hoc ipsum tandem est, quod justitiæ, non Sacerdos tantum, sed & Martyr Papinianus, memorabili suo nos exemplo docuit, qui mortem potius subire, quam detestandum illud ab Antonio Bassiano Caracalla perpetratum fratricidium, ad mandatum Imperatoris, in Senatu & apud populum excusare, atque diluere voluit, ratus: *Non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri*, juxta Ælium Spartianum & alios. Unde non immerito tanti Viri & Martyris nomen & memoriam in æternum, â Juris Cultoribus celebrari, imò & Papinianistas eosdem, certo tempore vocari Justinianus voluit *per Constit. de rat. & meth. docendi juris, ad Antecessor.* §. 4. *confer. Orat. erud. de Papinian. Securi, Tubing. à Besoldo habitam.*

TANTUM PER DEI GRATIAM.

Q.D.B.V.

Q. D. B. V.

AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ IN UNIVERSITATE PATRIA

DECANUS JOHANNES Sibrand/

U. J. D. & Decretalium Professor Publ. suo æque ac totius collegii Juridici nomine

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

Prænobilis atque Doctissimi Juris CANDIDATI

JOHANNIS Klein/ Rostoch.

Quam pro consequendis summis in utroque jure honoribus atque privilegiis IN AUDITORIO MAJORI *ad d.* 2. *Septembr.* horis ante- & pomerid. solenniter moreque majorum habendam constituit

Magnific. DN. RECTOREM

Nobilissimum, Amplissimumque utriusque Reipubl. Senatum, ac Ceteros omnes, omnium ordinum Cives Academicos & Literatos eorumque Fautores observanter & officiose invitat.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

V*Erba valere sicut nummos* in omnium ferè est ore, nec heri aut nudius tertius iste cœpit modus loquendi, sed peranti-quum esse, vel Plutarch. summus Chæronensis Philosophus, in libro de Pythiæ Oraculo prodidit, eujus ratio est videre ap. Arist. Ethic. Libr. 5. c. 5. Nec abludit Lyricorum Princeps in Epist. de arte poëtica, dum cecinit sequentem in modum.

- - - *Licuit semperque licebit,*
Signatum præsente nota producere nomen.

Ubi signanter Lambinus monet, translationem esse à nummis, paucisque interpositis pergit

Ut sylvæ foliis pronos mutantur in annos:
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas:
Et Juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Ubi idem Lamb. utendum esse verbis præsentibus, & nova verba cudere licere, monet.

Sic mox *Poëta in eundem* sensum. *Mortalia facta peribunt:*
Nedum sermonum stet honos & gratia vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidere: cadentque,
Quæ nunc sunt in bonore vocabula, si volet usus;
Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi.

Unde signanter Excellentissimus Dicastices Author Casp. Ziegterus in aureo scripto de Judicum officio & delictis. Conclus. 38. §. 7. *Verba quia valent sicut nummi, non ex præsenti semper usu explicari debent, sed uti nummorum valor ad tempus contractus, ita verborum significatio ad tempus, quo scripta aut pronunciata fuerunt, referenda est.* Hinc M. Varro lib. 4. de LL. *Vetustas non pauca depravat, multa tollit; quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta, tertium seculum non videt eum hominem, quem vidit primum;* Nec minus huc respexisse videtur M. T. Cicero in Orat. perfect. dum inquit, *usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi.* seu uti Peripateticorum Princeps effert 2. Top 2. Loquendum cum vulgo & sentiendum cum doctis. Ita ut sæpius reperiantur, qui gloriam in mustaceo quærentes, operam in istiusmodi reperiendis vocabulis haud exiguam ponant; quemadmodum Julium Cæsar. Scaligerum, magni illius Josephi Patrem, mirum fuisse verborum fictorem tefert Auctor confutat. fab. Budoniæ s. Münsteri Hypobolimæi. in Satyra Menippea, Hercules tuam fidem, inscripta. pag. 403. idque comprobat

probat faceceto quodam dicterio, quod ſcil. accitus ad convivium, interrogatusque à Karolo Sevino, quo iret, *pecoratum* reſponderit, *quod pecoris non hominis officium putaret Epulari.* Talem quoque ex antiquioribus ſe venditat Apuleus in apolog. ſuâ ſic ſcribens: *pauca etiam de latinis meis ad eandem peritiam pertinentibus legi jubebo, in quibus animadvertes, cum in eis cognitu rara, tum etiam nomina Romanis inuſitata & in hodiernum quod ſciam infecta; ea tamen nomina labore meo & ſtudio ita de Græco provenire, ut latina moneta percuſſa ſint:* quod imprimis eſt obſervare in terminis technicis, qui plerumque ex aliis deprompti linguis: nec tamen ea propter author exiſterem, nova excogitandi vocabula, quod potius cenſerem, omnem, in quantum fieri poſſit, fugiendam novitatem, juxta effatum C. Cæſaris excellentis ingenii & prudentis viri, ut ipſum hoc elogio mactat Agell. Noct. Attic. lib. 1. c. 10. qui in primo de Analogia libro, ſcriptum notanter reliquit hocce monitum, Cedro ut Criticorum ſibi credi filii volunt, dignum; *habe ſemper in memoria atque in pectore, ut tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens verbum.* Unde quoque elegantioris ſermonis ſcrutatores, quo exactius metalla melioris notæ à ſcoriis diſcernerentur, in varias, linguæ latinæ auctores, deſtribuere ætates, alios aureo, alios argenteo, alios ferreo demum ſeculo, ne plumbei, ubi fere barbaries triumphare videbatur, mentionem injiciam, annumerantes. Nec tamen ullum ſeculum tam felix eſt reperire, in quo non ſit animadvertere, à Gallis, Germanis, Lombardis, Pœnis, Syris, Perſis, aliisve Nationibus & Populis, vel longiſſime diſſitis, fuiſſe quædam l. nomina l. locutionis formulas, intruſa, l. tum temporis cum in ſua ἀκμῇ & ſummo flore lingua exiſteret, quod pluribus demonſtrare exemplis, tam foret facile, quam quod faciliimum, ni programmatis habenda foret ratio, cui interim ſaliva mota, volupe fuerit hæc talia cognoſcendi, adire poterit doctiſſimum Joh. Gerhard. Voſſium, de vitiis linguæ lib. 1. aliquot capitibus. Ejusdem plane videtur fuiſſe ſententiæ, Virgineus Romanus, ea propter laudatus à C. Plinio Cœcil. Sec. lib. 6. Epiſt. 21. Imo vero ipſe Cicero, qui ſeipſum non ſatis elaboratæ ſuæ poſtulat eloquentiæ, quando lib. 7. Ep. 3. ad Attic. inquit, *venio ad Piræa in quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus Peræa ſcripſerim, non peræum.* Ut falli & fallere videantur, delicatuli illi, qui adeo acutæ naris, ut omnem prorſus abhorreant novitatem, nec vocabula noviter reperta in Civitatem latinam admittenda eſſe ſtrenuiſſime pertendant, inſimulque Barbariei l. ſolæ-

L cismi

cismi incusant. Non enim omnia statim barbara æstimari vocabula debent, quæ apud scriptores inveniuntur noviter reperta; quid enim si res incognita Romanis? ubi quidem secure nova comminisci posse censet, harum rerum peritissimus Censor, Gerhard. Joh. Vossius de vitiis sermonis lib. 1. cap. 7. pag. 31. idque comprobat exemplo bombardæ, sclopeti, stubæ aliisque; ratio reperire est c. 1. Sophistic. 1. Et quamvis dura videantur principio, usu tamen emolliri ipsa testatur experientia, optima harum rerum magistra, ita quatenus Romana percussa moneta, quid ea usurpare pro Romanis vetat? non autem tantum necessitatem hæc talia quasi extorquere est in propatulo, sed quandoque & ipsum linguæ genium sibi id quasi poscere videtur, sic haud infrequens, Gallos immiscere gallici idiomatis verba, ad analogiam sermonis latini efformata: imprimis autem Italos in excogitandis istiusmodi vocabulis proniores existere, scripta illorum sat luculenter testantur. Quo scil. quæque lingua ad latinam tanquam matrem suam propius accedit. Inde passim in illorum scriptis schartafaciorum, liberculorum, partitarum, etiam in ipsis rotæ decisionibus, uti Genuæ l. testari poterit 1. decis. inde Giornale, librum datariæ, bulletinum, sexcenta alia ut silentio præteream, scotationem, cujus mentionem injicit Pontifex c. 2. x. de consuetud. Pastandellum, confinationem, contractum mohadræ, ingrossatores, forstallatores, regratatores; quorum notitia vix carere JCtus, practicus præcipue, poterit, quod in practicis mercatorum præprimis causis sæpius hæc talia occurrant, quæque in lexicis investigando frustra quis oleum & operam sit perditurus. Ejusmodi ergo si quis rem aliquam illustrare satagat, tantum me judice abest, ut vitio illi verti debeat, ut potius laudem mereri contenderem. Nec est, quod quis salutem in hisce Latii versari opinetur, quod l. latinæ linguæ observatores accuratissimi quandoque ejusmodi uti verbis haud reformident, adhibendo scilicet & substituendo purioris notæ vocabulis. Exempli sint loco *Credentiales literæ* sive *Credentiæ*, quas latinius omnino *assertorias* dixeris, l. Vossio de vitio sermonis lib. III. cap. 7. p. 400. Auctore, qui & Paulum Jure Consultum libelli voce easdem efferre notat. Attamen Carol. Pascal. in suo elegantissimo de Legato libello, cap. 21. p. m. 140. uti non dubitat. Postquam enim circumscriptione quadam delineasset, vulgo, addit literæ fidei, & credentiæ; facile ergo evitare Barbarismi suspicionem, delicatioris qui palati sunt, meliora substituendo vocabula

la, poterunt. Et nemo vitio cuipiam vertere poterit, si vocem ab interpretibus receptam, ac rem ipsam satis commode exprimentem retineat, ceu non male censet Bicc. in Disp. de Confinat. sub Dn. Strykio habita cap. 1. Thes. 2. § 6. Quamvis enim primo inspectu duriuscula videantur, usus tamen pedetentim emollit, *nec barbara eo debent censeri* (recito verba magni Vossii) de vitiis sermonis p. 31. *quod ex lingua petita, quæ forte olim barbara habita; si enim necessitas adegit veteres Romanos, ut voces acciperent ab Hispanis, Gallis, Germanis, Britannis, Afris, Ægyptiis, Syris, Partis, aliisque, cur non itidem nobis liceat, quoties rem nescivere Romani, vocabula Germanica, Gallica, alia, dare flexu romano, atque ita quoniam moneta jam percussa sint romana, ea usurpare pro romanis?* Nam qui olim non abstinuere ab illis, quia propria lingua vocibus careret, cur hæc, si adhuc forent, reformidarent, quando sæpe & illas exprimit necessitas, vid. Seneca Ep. 58. *qui in hæc erumpit verba: quanta verborum nobis paupertas imo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi, mille res inciderunt, quæ nomina desiderarent nec haberent, ubi Muret. consuli meretur in not*; Nec necessum aliunde petere exempla, cum nostra Jurisprudentia sic satis abunde suppeditare possit, in magistralibus nempe illis, uti vulgo appellitare amant veterum Juris interpretum distinctionibus, qualis gratia exempli est, quando tempore Bulgari & Azonis Pandectæ dividi cæpere in *vetus, Infortiatum* & *Novum*, ubi disputant Critici, quid sibi vox infortiati velit? Aliis statuentibus, dici quasi inter vetus & novum conclusum, aliis quasi infarcitum, cum forte melius ab infortiare, quod fortius & munitius reddere, qua de voce Vossius sæpius allegato tract. lib. 4. c. 11. p. 699. deduci possit; cui vocabulo consuetudo omnem videtur ademisse barbariem, eo quod creberrime in omnium versetur ore; an autem nigro ligamento sueverit compingi, non facile ausim affirmare, quamvis non neminem videam hanc favore hæresin. Ejusdem farinæ, quando actio dividitur in *nativam, & dativam*, vocibus in hoc sensu apud Classicos auctores nuspiam occurrentibus, nec in juris codice obviis; quarum illa dicitur, quæ materiam habet præexistentem & quidem sufficientem ad inde producendam actionem; hæc, quæ aliquam quidem, sed non sufficientem, ad producendam actionem habet materiam, sed Prætoris auctoritate l. lege adjuvatur. Ejusdem commatis, distinctio officii judicis in *nobile* & *mercenarium*, quæ voces

hodie adeo frequentes, ut si quis iis dicam scribere velit, communi calculo helleboro indigere censeretur. Plura quidem Exempla in medium produci possent, ni properandum, ut rectè Doctores nostri verba intelligi statuant secundum communem loquendi usum: arg. L. 52. ff. de Leg. 3. ubi Bartol. L. 7. ff. de suppell. leg. L. 18. §. 3. ff. de fund. instruct. Mantic. de conject. ultima volunt. lib. 3. tit. 8. n. 1. Surd. consil. 313. num. 87. & cons. 457. n. 19. & regionis consuetudinem. Idem censet Quintilianus inst. lib. 3. cap. 8. loquendum est ait, secundum communes intellectus, idque agendum ut non nobis serviamus, sed sensibus, cum fuerit pene ridiculum ut idem lib. 1. Inst. 6. male sermonem quo locuti sunt homines, quam quo loquuntur. Et Agell. Noct. Att. lib. 1. c. 11. *vive moribus præteritis, loquere verbis præsentibus*; in quam sententiam omnino legi meretur Senec. Epist. 114. Sed ne videar locos concinnasse communes, abrumpo sermonem, qui mihi natus, ex titulo Præs. disp. inaug. quem tamen ipse Prænobilis & Clariss. Dn. CANDID. in ipsa Disp. satis mascule defensitavit, & calumniantium objectionibus respondit. Est autem hic noster, ut paucis more sueto vitam & mores, omnibus licet perspectos, saltem attingam, natus anno Χριστογονίας 1659. Patre Viro nobiliss. Ampliss. Consultiss. atque Excellentiss. Christiano Klein/ in hac alma institutionum P. P. Qui uti liber Noster Statutorum testatur An. Christi 1663. die 24. Decemb. in locum Excell. Dn. D. Redekeri, quondam, Compatris, Collegæ ac Fautoris nostri, surrogatus, à quo tamen statim tempore decumbere cœpit, nec ex morbo convaluit, sed 16. April. 1664. in cœlestem Academiam à DEO evocatus, longiori vita sane dignissimus; matre vero per DEI gratiam adhuc superstite, lectissima Fœmina & sui sexus ornamento Anna Schmiedes; quod ergo Pater admodum puerulo ereptus, tota educationis cura lectissimæ Genetrici incubuit; quæ quantum in se, optimis Præceptoribus eundem commisit, inter quos multum se debere Excell. Dn. Henrico Dringenbergio Hebr. Ling. & Catech. P. P. Fautori atque Collegæ æstimatissimo: nec non Dn. M. Joh. Justo Mohr. scholæ oppidanæ Rectori fideliss. fautori ac amico lectissimo, grata, & ingenua mente profitetur; abs hisce princip. Philolog. imbitus & probe tinctus, ne cruda quondã in forum jura protruderet, in Philosoph. informandum sese dedit Dn. M. Paulo Hennings, hodie Pastori Rhecknizensi vigilantissimo. A cujus latere per sesquiannum non secessit, ut probè tamen observato dicto

Agri-

Agricolæ apud Tacitum, *in Philosophia modum teneret*; postea animum applicuit ad veram illam Philosophiam Jurisprudentiā scilicet, meaq; usus opera principia utriusque Jurisprudentiæ solidè jecit, cum animo ita constituens suo, quod feliciter jacto fundamento, reliqua tutius superstruere posset, ita tamen ut non & aliorum Dn. Collegarum negligeret lectiones publicas sive privatas; imprimis Excell. Dn. D. Georgii Radovii Facult. nostræ Senioris Nobiliss. Statuum Provinc. Syndici graviss. Collegæ, Compatris ac Affinis longè æstimatissimi, Cui se gnavum præstitit Auditorem in collegio Lauterbachiano & Feudali. Dignus ergo visus exteras quoque adire Academias, ut & aliorum Clarissimorum JCtorum exoptatissima uteretur informatione. Francofurtensem proin præ reliquis placuit adire Almam; impulsus fama Excell. Dn. Rhetii & Strikii, quorum altero in Jure publico, altero vero in Jure privato addiscendo ex voto usus: In medio quasi studiorum cursu tamen jussu lectissimæ Dn. Parentis domum redire jussus, ne sine specimine aliquo impensi laboris discederet Disp. de Gemmis proprio marte elaboratam sub præsidio Dn. Lic. Reimeri habuit: Redux in patriam Ephorum sese dedit Fidelissimum, Generosiss. Juvenibus Claus Dettloff von Ortzen / & Carl Diterich von Lehsten. Illum Generosiss. Dn. Dettloff von Ortzen Sacr. Reg. Maj. Daniæ dum viveret, Præfecti militaris manu strenui. Hunc autem Generosiss. Dn. Hans Friederich von Lehsten Consiliarii provincialis Mecklenb. Filios; Integrum ergo triennium domi commoratus, ne desidiæ incurreret notam, diligentem se tum disputando, tum opponendo, tam publ. quam privatim Athletam præstitit, publicitùs ve tres respondendo defensitavit, ex Brunnem. me Præside exercitationes, Sesequo gnaviter tum in Jure Civil. tum feudali ductu & auspiciis Excell. Collegarum exercuit, ita ut vel ante abitum de officio Jure Consultorum Sacerdotali, post instaurationem nostri Auditorii Majoris, sub Seniore nostro Excell. Dn. Radovio haberet, Inde Regiomontum petiit, opes quas hactenus collegisset inibi tum legendo tum disputando pro virili expositurus; nec ea spe excidit, ventilatis quippe inibi simul ac adventasset publicè sub Præsidio Excell. Dn. Theodori Pauli J U. Dris & Prof. Primarii, Thesibus 50. Juris miscellaneis, concessa ab Amplissima Facult: privatim legendi & disputandi, facultate. Dn. Auditorum promeruit adplausum. Cumque ex voto cuncta succederent, lo-

cum haud fuisset mutaturus, nisi litteræ Kiloniæ submissæ, deserere Regiomontum, Kiloniamque petere, suasissent. Cum autem diutius innibi subsistere neutiquam è re videretur, domum reversus, conscripta Disput. 1. satis luculenta de *Dominio Interimistico*, nomen suum consilio Suorum Ampliss. Facult. nostræ juridicæ est professus aditumque ad summos in Jure honores decenter petiit, ubi quidem in examine sic satis rigoroso sese egregiè doctum nobilissimo Collegio exhibuit, ut non tam ambiisse, quam meruisse honores communi omnium suffragio sit visus. Quod & ipsum in publico Examine die 2. Sept. cum Deo habendo cognoscere dabitur. Ut autem actus ille tanto reddatur illustrior, omnes quotquot in hac Academia & urbe, vel ipsi literas profitentur l. ex animo literatis cupiunt, meo & Ampliss. Facult. nomine, qua par est observantia atque humanitate rogo adeoque invito, ut benevolas aures & linguas præbere velint, certò persuasi hujus beneficii, nos semper futuros non modo, memores, sed summam quoq; daturos operam, ne beneficium in ingratos collocatum conqueri possint. Publicatum Rostochii Sub Sigillo Facult. Juridicæ die 24. qui Bartholomæo sacer, August. Anno 1684.

I. N.

I. N. J. C.

DISPUTATIO INAUGURALIS.

DE

DOMINIO INTERIMISTICO.

Germanicè

INTERIMS-Eigenthum.

QUAM.

DEO ADJUTORE

Decreto atque Authoritate

Magnif. JCtorum Ordinis in Inclyta Universitate Patriâ

PRÆSIDE.

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATq; CONSULTISSIMO

DN. JOHANNE SIBRANDO

JCto famigeratissimo & Decal. P. P. hocque tempore Decano,

DN. FAUTORE ac PRÆCEPTORE nunquam non venerando,

Pro summis in utroque Jure honoribus ac Privilegiis ritè consequendis

publico examini submittit

IOHANNES Klein/ Rostoch.

IN AUDITORIO MAJORI

Ad Diem Anno M DC LXXXIV.

Horis Ante- & Pomeridianis.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

DISP. III.

Annue Tu cœptis Christe benigne meis!

CAPUT PRIMUM.

exhibens.

Varias Dominii acceptiones, Definitionem, Divisiones & termini INTERIMISTICI *evolutionem.*

SUMMARIA.

Introitus. n. 1

Vox Dominii an rectè à δομάω, aut rectius ἀπὸ τοῦ δόμεναι, aut à verbo antiquo Dubeno, aut omnium rectissimè à Domino derivetur, remissive. 2. 3. 4. 5.

Ratio ordinis. 6

Damnatur nimia scrupulositas inquirendi in vocis varias originationes. 7

Vox Dominii multifariam sumitur. 8

Præcipue a tribus modis. 10

I. Latissime *l. quatenus* (α) *honoris, reverentiæ ac affectionis denotat titulum* 11

Matrius ab uxore in jure dicitur Dominus. 12 *seqq.*

Nec non Uxor Domina 15

Filius à Patre Dominulus & Præceptor à Discipulo Dominus. 16. & 17

Olim obvii quique ipsorum nominibus non succurrentibus dicebantur Domini. 18. *seqq.*

Modiè Messieurs 20

Mos ille salutandi Romanis non fuit incognitus. 21

Vocabulum Dominii aliquando est Nomen Proprium *remissivè.* 22

Vel (β) *quatenus sublimiorem imperandi denotat potestatem.* 23

Explicatio L. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. & L. 3. ff. de his quæ in test. del. 24

Possessio Principis dicitur Possessio Dominica 25

Res Principis privata Res Dominica. 26

Actor rei privatæ Principis Actor Dominicus 27

Augustus, Tiberius & Alexander nomen Domini ut maledictum & contumeliosum exhorruerunt. 28

Posteriores tamen Principes Dominos se Deosque salutari non solum passi sunt sed & Edictis inscripserunt. 29

Vox Domini, quid in L. 3. C. De Episc. Aud. denotet. 30

Quos hodiè, Herren/ Herren Standes-Personen und junge Herren *dicamus remissivè.* 31

(γ) *Quatenus Facultatem aliquam & potestatem ad aliquid concessam denotat.* 32

Vox Dominii (II) Latè *Pro quavis juris in re specie: Servitute, Heredi-*

ditate, Possessione & Pignore sumitur. 33. *seqq.*
Omnis ex jure in re actio generali nomine Vindicatio dicitur 35
Vox Dominii (III) Propriè *accipitur pro certâ juris in re specie, Possessioni, Servituti Pignori & hereditati contradistincta.* 36
V. Dantur juris in re species. 37
Actio ex Dominio descendens speciali nomine Rei Vindicatio dicitur. 38
Synonyma Dominii. 39
Dominij definitio. 40
Explicatur definitio. 41. *seqq*
Vocabulum juris quid in definitione denotet. 44
An rerum Incorporalium propriè ita dictum detur dominium. 42 *seqq.*
Dominium naturalem requirit apprehensionem. 44
Res incorporalis naturaliter apprehendi nequit 45
Actio Rei vindicatoria non aliter quam de Rebus corporalibus competit. 47
Resolutio argumentorum contrariorum remissivè 48.
Cur, in definitione adjecta hæc reperiantur Verba: Cujusque propria est. 49
Tutores & Curatores Dominorum loco sunt. eod. num.
Hi enim non jure proprietatis sed alieno nomine rem possident. 50
Variæ Dominii divisiones. 51
Divisio Dominii ex jure Veteri in Bonitarium & Quiritarium. 52
Ejus desuetudo. 53
Divisio Dominii secundum jus nostrum desumta ab effectu in Verum & Fictum. 54
Explicatio Ficti Dominii 55
Divisio Dominii in Plenum & Minus Plenum. 56
Synonyma Dominii Pleni. 57
Quisnam habeat Dominium Plenum. 58
Subdistinctio Dominii Minus Pleni in Directum & Utile. 59
Cuinam JCti Dominium Directum & Utile assignent. 60. 61
Admittunt JCti hanc distinctionem pro commodiori textuum evolutione. 62
Alii plane eandem rejiciunt. 63. *seqq.*
Non fundatur in Jure Civili. 64
Erubescimus sine lege loqui. eod.
Naturam dominij confundit 65
Nec illi, quibus JCti Dominium Utile tribuunt, Dominium habent. 66
Sæpius Dominis opponuntur. 67
Nostra sententia. 68
Dividitur porro Dominium in Rei & Juris 69
Nostra circa hanc divisionem sententia remissive. 70
Divisio præsenti themati magis conveniens in Perpetuum & Interimisticum 71
Ratio tractationis. 72
Non minus propriê dominium est, quod aliquando ab eo, qui interim habet, abiturum est, quam quod perpetuò penes possessorem mansurum est. 74

Dominij divisio in Revocabile & irrevocabile. 76
Rejicitur illa distinctio 77
Ratio. 78
Cognito uno contrariorum cognoscitur & alterum. 79
Definitio Dominii Interimistici. 80
Ejus evolutio remissivè. 81
Vindicatur terminus interimisticus *ab injuria calumniantium.* 82
Ratio ita formati Rubri. 83
Uti sunt hoc termino jam alii tàm JCti quàm Historici. 85
Sine novitatis & ambitionis crimine novis terminis uti licet. 87
Limitatio. 87
Decretum Caroli V. in Causa religionis Augustæ Vindelicorum Interim Idib. Maj. Anno 1548. promulgatum postea à Scriptoribus Decretum Interimisticum *dictum est.* 89
Bellum quoque occasione illius Decreti exortum, bellum Intermisticum *appellatum fuit.* 90
Allegantur 2. Disputationes Juridicæ ubi in Rubro terminus Interimisticus *conspicuus est.* 93. *seq.*
Excusatio ita formati Rubri ad Lectorem 95
Definitio Etymologica vocabuli interimistici. 97
Vox Interim, *quid denotet absolutè posita.* 98
Quid juncta Dominio. 99
Varii adducuntur juris textus in quibus JCti de Dominio Interimistico *loquentes particulâ INTERIM utuntur.* 100

1 Dicturus de Dominio Interimistico operæ pretium facturus videor, si antequam ad exactiorem hujusce materiæ evolutionem descendam, pauca in antecessum *De Dominio in genere, ejus multiplici significatu, Divisione, Definitione, nec non genuinâ termini Interimistici* acceptione hoc capite primo præfari sustinuero; parum solicitus, utrum Dominium rectè
2 cum *Petro Gregorio Tholosan. 1. Syntagm. 12. n. 2. à δομάω* vel ut alii legunt *δαμάω*, quod latinis, *domo, subigo, subjicio* dicitur: *Val. Guilielm. For-*
3 *ster. Tract. de Dominio. c. 1. n. 2.* aut rectius cum *Alciato ad L. 17. §. differentia 1. de Acquir. Possess. ἀπὸ τοῦ δόμεναι â dando,* aut cum *Nicol. Perott. Cornu cop. col. 114. lin. 33. & col. 455. lin. 2. â* verbo antiquo *Dubeno,* quod ab
4 Hebræo *Thob.* quo *bona* significantur, descendere docent *Ungebaur Exerc. Just. V. qu. 6. in Neg. Colleg. Juris Argent. lib. XLI. Tit. 1. th. 2. Gipbanda Rubr. ff. de A. R. D. n. 4. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. IX, cap. 8 ibique Hillig. Enucl. in Not. lit. A.* aut omnium denique rectissimè *cum Ampliss. Dn.*
5 *Tabore in Elem. Jprud. P. 2, th. 6, Guiliel. Forster. all. loc, Rebhahn. Hodoget. Jur.*

Jur. Chart. 1. Clim. 2. §. 20. Vaconio à Vacuna. lib. 2. Declaration. c. 43. n. 6.
communique Dd. Scholâ à *Domino*, Dominus â *domando*, hoc à *domo*
per leg. 195. §. 2. ibi: Qui in domo dominum habet ff. de V. S. derivetur. Uti 6
enim prior ille labor haud parum ad meliorem præſentis thematis in-
telligentiam facturus eſt, ita poſteriorem ceu à ſcopo noſtro alienum,
non inutili ſemper Criticorum ac Philologorum examini haud invi-
tus relinquo, non neſcius nimia in varias vocis inquirere derivatio-
nes curâ ingenii eſſe ſœpius otiosè curioſi, nec curioſam tamen hanc- 7
ce ſollicitudinem omnem in jure ritè dextrèque evolvendo paginam
abſolvere.

Vox *Dominij* uti multifariam apud bonos Authores, Lexicogra- 8
phos & in jure noſtro paſſim pro materiarum varietate accipitur, ita 9
heic famoſiores ſaltem ejus ſignificationes notaſſe ſufficiat.

Tribus autem præcipue illam in jure alibique accipi modis ex 10
benè multis juris textibus communique Dd. calculo erudimur.

I. LATISSIME vel *quatenus* (α) *honoris, reverentiæ, atque affectionis*
denotat titulum Rebhan. ſupr. cit. loc. p. mihi 216. Eckolt. Comment. ff. de A. R. 11
D. §. 1. Ita Maritum ab Uxore *Dominium* ſalutari *cariſſimum* docet JCtus 12
Paulus in L. Ea qua 57. ff. de Donat. inter V. & U. L. Lucius. Titius 88. §. quæ
marito 2. verbis: Titii Domini mei ff. de Leg. 2. cui adſtipulatur *JCtus Scæ-* 13
vola in L. Cum quis 37. §. Codicillis 5. verb. Maximo Domino meo ff. de Leg. 3.
quod & Reſcripto Divorum Imperatorum Diocletiani & Maximiani 14
haud obſcurè comprobatur *in L. Si liqueat 8. §. Nam quod 1. verbis. Con-*
ſentiente Domino C. de inoff. Donat. Cui addo *Nov. 74. c. 4. verbis. Quia*
vir vocabat Dominam cohærentem & ipſa illum ſimiliter nominabat. Necnon 15
viciſſim Maritos Uxores ſuavi ac blandienti *Dominæ* appellare nomine
non uno adſtruit loco JCtus Scævola, uti videre eſt, *ex L. Cum quis 37.*
§. 4. verbis: Ad Julium Dominam L. Uxorem. 41. pr. verbis: Peto à Te Do-
mina Uxor. ff. de Leg. 3. L. Titia. 19. §. 1. verb. Domina Sanctiſſima ff de Ann.
Leg. L. Medico ſuo 40. §. Uxori ſuæ verb. Semproniæ Dominæ meæ. ff. de Aur.
argent. & mundo legat. junct. Nov. 74. c. 4. Quo parili in ſenſu filium à
Patre *in L. Uxorem 41. §. Teſtamento 4. ff de Leg. III. Dominulum* & Præ- 16
ceptorem à diſcipulo *Dominum* dici. *per Auth. Habitâ. C. Ne fil. pro Patre*
Dd. paſſim tradunt. *Eckholt. ſup. cit. loc. §. 1.* A quibus haud multum ab- 17
ludere videntur *Briſſonius de Verb. Signif. voc. Dominium & Beſoldus in The-* 18
ſaur. Pract. Edit. Noviſſ. voc. Herr/ aſſerentes, olim frequenti obtinuiſſe 19

uſu,

uſu, ut obviam quique facti, nominibus ipſorum non ſuccurrenti-
20 bus *Domini* dicerentur; Cum quo mores etiam noſtros hodie optimè
convenire experientiâ omnium optimâ rerum Magiſtra erudimur,
dum obviam procedentes, imò in genere omnes Amicos, termino à
21 Gallis mutuato Meſſieurs ſalutamus: Quod nec Romanis etiam pla-
nè incognitum fuiſſe, docet *L. 26. ff. de Conſtit. Pecun.* & *L. Neſ-*
ſennius 22. ff. ad L. Falcidiam. quibus textibus JCti Paulus & Scævola,
amicum ab amico *Dominum* appellari ſveviſſe tradunt. *Briſſon. d. l. voc.*
22 *voc. Dominium.* ubi m. non obiter obſervandum monet: Vocem *Domi-*
ni nonnunquam Nomen Proprium eſſe.

(β) *Vel quatenus ſublimiorem imperandi deſignat poteſtatem*: de qua *L.*
23 *9. ff. ad L. Rhod. de jact.* & *L. 3. ff. de his, quæ in teſt. del.* quibus Im-
perator locis excellentiori quodam ſignificatu *Dominus* dicitur, cum
non infimi ſubſellii JCtis intelligo; hucque non ineptè referri poſſe
24 autumo *L. 8. C. Theodoſ. de Indulg. Crimin. Lib. 9. Tit. 38 L. 2. Eod. Cod. Ne*
25 *præter Crim. Majeſt.* Lib. *9. Tit. 6.* ceteraſque loquendi formulas, quibus
26 Poſſeſſio Principis, *Dominica Poſſeſſio in* L. *8. C. Th. De* L*uſtral. Collat. lib.*
13. Tit. 1. Res Principis privata, *Dominica Res in* L. 8. *C. Th. de his qui*
condition. propr. reliquer. Lib. *12. Tit. ult.* & L. *ult. Eod Cod. de jur Fiſci.* Lib.
10 Tit 1. Actorque rei privatæ Principis, *Actor Dominicus* L. *11. C. Th. de*
27 *juriſdict.* Lib. *2. Tit. 1.* & L. *ult. Eod. Cod.* De *Conlat. fund. Patrim. lib 2. Tit.*
1. & L. *ult. Eod. Cod.* De *Collat. fund. Patrim* Lib. *II. Tit. 19.* dicitur. Quod
Domini nomen, quamvis Auguſtus (quod obiter ſaltem noto) *Sve-*
28 *ton. in Auguſt. c. 53.* eumque ſecutus Tiberius *Id. in Vit. Tiberii c. 27.* &
Alexander *Lamprid. in Vit. Alex.* ut maledictum & contumelioſum
29 *Tacit. Annal. lib. 2. c. 87. Dio. lib. 57.* exhorruerint; Poſteriores tamen
Principes tantum abeſt id averſati ſint, ut potius ſe D*ominos* Deoſque
tum voce ſalutari paſſi ſint, tum Edictis inſcripſerint. *Svet. in Domiti-*
an. c. 13. Martial. 9. Epigram. 64. & 84. L *fin. C. de A. l. R. P. Amaja 1. Obſ.*
1. n. 67. ſeq. Quorſum ſpectare videtur L. *Nemo 3. C. de Epiſc. Audient.*
ubi Imperatores Valentinianus, Theodoſius & Arcadius ſimplici
30 *Domini* appellatione *Principem* intelligunt: *Jacob. Mæſtert. de Juſtit. LL.*
Roman. lib. 1. Dubio. *IV.* Cum quo convenit indoles linguæ noſtræ,
quâ hodie Magnates æquipollenti voce. Herren und Herren-ſtandes
31 Perſonen / eorumque filios junge Herren vocari obtinuit *Briſſon. de V. S.*
lib. IV. Voc. Dominium & *Beſold. Theſ. Pract. Edit. Noviſſ. Voce.* Herr.

(γ) *Vel*

(γ) *Vel quatenus facultatem potestatemque ad aliquid concessam* deno- 32
tat. *Habn. in Comm. ad Parat. Wes. Tit.* I. *Lib. XLI. n.* 3. *verb. Dominium est jus.* Ita lite contestata Procurator Dominus litis efficitur. *L.* 4. *§.* 33
fin. ff. de Appellat. L. 22. 23. *C. de Procurat. Brisson. d. Tr. Lib. IV. Voc. Dominus.*

II. *LATE & IMPROPRIE,* magis tamen *JURIDICE, pro jure* 34
in re constituto, & quavis ejus specie: Sic dominii appellatione venit (α) Servitus. *L.* 8. *ff. De Reb. auth. jud. poss. L.* 15. *§.* 8. *ff. Quod vi aut clam.* & Ususfructus *L.* 3. *ff. Si ususfr. pet. L.* 8. *pr. ff. De reb. auth jud. Nov.* 2. *c.* 4. *vers. sed & Nov.* 22. *c.* 45. (β) Hereditas *L.* 48. *ff. De hered. instit. L.* 19. *§.* 3. *ff. De Castrensi Pecul L.* 1. *pr. De Success. Edict. §. ult. J. De Hered. qual. & diff.* (γ) Pignus *L.* 48. *ff. De Solution.* (ϑ) Possessio *L.* 78 *ff. De V. S. L.* 2. *C. Ubi in rem act. L.* 2. *junct. L.* 4. *C. De Probat. L.* 1. *ff. De bon. possess. Cujac. L.* 21. *pr. De A. vel A. P. Borcholt. Tract. De Possess. c.* 6. *n.* 17. Actio- 35
que in rem inde oriens *Vindicatio* appellatur. *L.* 12. *§.* 1. *ff. Quib. mod. pign. solv. L.* 25. *ff. De O. & A §.* 15. *J. De Act. tot. Rubr ff. Si servitus vindic. L. un. §.* 4. *De Remiss. L. fin. pr. De pign. act. L.* 16. *§.* 3. *De Pignor. L.* 7. *C. De O. & A. Sutholt. Differt.* 17. *aph.* 36. *Wesenb. De inoff. test. n.* 1. *& De R. V. in fin. n.* 5.

III. *STRICTE & PROPRIE Pro certa juris in re specie,* ita ut reli- 36
quis quatuor (quinque enim dari juris in re species verius putamus 37
cum *Dn. Habn. Differt. de jure Rerum Concl.* 33. *& Ad Sutholt. Animadvers.* 3. *Ad Wes. tit. de Judic. n.* 4. *Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exercit.* 3. *th* 88 *& Exercit.* 46. *th.* 63. *Redecker. Ex. Instit. Tit. de R. D. q.* 6. *Brunnem. ad Parat. Wes. Tit. de R.* D. *q.* 15. aliisque) juris in re speciebus, puta (α) Hereditati. *L.* 37. *de Acquired. hæred. l.* 4. *ff pr. Comm. divid. Struv. S. J. C. d. Exerc. seq. th.* 44. *& Exerc. seq th.* 3. *aliique passim.* (β) Servituti. *L.* 13. *§.* 1. *C. de Jud. L.* 1. *§.* 3. *ff. de Remiss. L.* 13. *§.* 1. *ff. de damn. infect. L.* 7. *§.* 3. *ff. de bon. quæ lib.* L. 4. *pr. ff. Si servit. vindic. §.* 2. *J. Per qu. person. cuique acquir.* Et in specie Ususfructui. L. *1. §.* 1. *& 2. ff. Ad SCtum Silan.* L. 43. *§. fin. ff. de furt.* L. 25 *ff. de V. S.* (γ) Possessioni. L. 13. §. 1. *C. de Judiciis* L. 22. §. 1. *ff. de Noxal. Action.* & (δ) Pignori. L. *11.* L. *19. in fin. ff. de damn. infect.* L. *44.* §. 5. *de Usur. t. t C de jur. Domin. impetr.* contradistinguatur. *Bitsch. in Tr. de Thesauris. P.* 2. *Cap.* 8. *th.* 131. *Harpr. in Comm. Ad Inst. Ad Tit. de R. D. pr. n.* 11. & specialem pro- 38
ducat actionẽ, quæ rem corporalem, quæ in Dominio nostro in specie ita dicto est persequimur, quæ *Rei Vindicatio* dicitur *t. t. ff. & C. &* L. *1. §.* 1. *de R. V. §.* 1. *J. de action.*

39 In qua non JCtis saltem, sed & aliis Authoribus *Habn. supr. cit. loc.* propriissima significatione in jure nostro passim Dominatio. L. 64. *ff. de Condict. indeb.* L. 78. *ff. de A. hered.* L. *fin. C. de Cens. & Censit.* *Lib. XI. & ibi Gothofred.* Jus Dominii. L 4. *C. de ædific. privat. t. t. C. de Jur. domin. impetr.* Patrimonium. *pr. J. de R. D. & A. R. D.* L. 5. *pr. ff. Pro Derelict.* Manus. *pr. J. de Libertin.* Potestas. L. 215. *ff. de V. S.* Proprietas â re quæsita. §. 44. 45. *J. de R. D.* L. 9. §. 3. *junct.* §. 6. 7. L. 10. §. 2. L. 36. *ff. de A. R. D.* Dominium proprietatis. L 4. *C. de Probat.* L. 74. *ff. de furt.* L. 17. *ff. Quib. mod. ususfr.* L. 12. *ff. Ad L. Aquil.* L 16. §. 1. *ff. de Usu & Habit.* L. 7. §. *Si servum. ff. de dolo.* Jus Proprietatis. L. 13. *C. de Pœnis.* dicitur.

40 Definiturque, salvo aliter sentientium, quos longa citant serie *Harpr. in Comm. Inst. pr. de R. D. n.* 8. & *Guilielm. Forster. supr. all. Tr. de Dominio: Cap. IV.* calculo: Quod sit *JUS.* L. 195. §. 2. *ff. de V. S.* L. 13. C. *de Pœnis* L. 4. C. *de Ædific. privat.* L. 2. C. *de Præscript.* 30. *ann.* L *fin.* C. *de fund. Patrim.* L 6. C. *de pact. inter E. & V.* Ludvvell. *Disp. Just. IV. th.* 3. *Eckh. ad Tit. ff. de A. R. D. th* 2. *Petr. Gilken. in Prælud. Ad Tit. Inst. de R. D. n.* 41. QUO RES, PRÆSERTIM CORPORALIS. §. 40. *J. de R. D.* L. 2. §. 1. *ff. de Relig. & Sumpt. funer.* L. 43. §. 1. *ff. de A. R. D.* L 1. §. 1. *ff. Ad SCtum Silan.* L. 25. *ff. de V. S.* L. 30. *ff. de Nox. Act.* L 6. *pr ff. de R. V.* L. 15. §. *fin. de Inoff. test.* L. 43. §. 12. *ff. de furt* §. *notabili* 2. *J. de Action.* L. 4 *pr ff. Comm. Divid.* L. 3. *pr. ff. de A. vel A. P.* CUJUSQUE PROPRIA EST. L. *Cum duobus.* 52. §. 10. *inibi: Deinceps rem* propriam *habeat ff. Pro socio L. Si Procurator.* 13. *pr. ff. de A. R. D.* L. 13. C. *de Pœn.* L. 12. C. *Mandat.* L 6. §. 3. C. *de secund. Nupt.* L 9. C. *de Judæis. Tabor. Jprud. Elem. P.* 2 *th.* 1. *n.* 7. *Redeker. Exam. Instit. ad Tit. de R. D. Quæst.* 7. *Bocer. Class.* 5. *Disp.* 3. *Habn. ad Wes. Tit. de A. R. D. n.* 3. *p. mihi* 484. C. *J. A. Ad Tit. de A. R. D. th.* 3. *Schnob. Disp. ff. XX. th.* 1. *Eckolt. supr. cit. loc.*

41 Volupe fuit definire Dominium per *JUS:* Ubi non cum *Struv. in S. J. C. Exercit. XI. Th.* 4. *facultatem & potestatem* duntaxat intelligo; sed cum *Habn. proxime all. loc. p. m* 484. *illud ipsum jus propter quod res nostra est, & quidem in re constitutum juxta L* 3. C. *de Præscript.* 30. *ann. junct.* L. 13. §. 1. & L. 19. *ff. de damn. infect. add. Rubr.* C. *de Jur. domin. impetr.*

42 Addere placuit: (2) *quo res præsertim* CORPORALIS. Saniorem enim utique illorum credo esse sententiam, qui apertis juris textibus firmissimisque muniti rationibus *Dominium* nonnisi *impropriè & in secunda eaque latiori acceptione de Rebus Incorporalibus* prædicari posse docte asserunt, quamvis contrarium magno defendere annisu non dubitent

Wis-

Wissenbach. P. 2. Disp. ff. 18. *th. 2. Eckolt. in* Comm. *ff.* Lib. XLI. *Tit.* 1. §. 7. *Treutl. Vol. II. Disp. XX. th* 1. Lit. L. *ibique Bachov. Hackelman. Decad.* 4. *quæst.* 2. *Ungebaur. Exercit. Just. V. th.* 3. *in Ajo p.* 42. & 43. *Hunnius* Lib. 2. *Tract.* 1. *Resol. jur.* Civ. *q. V.* Tum (1) quod Dominium ex naturali 43 possessione, quæ naturalem exigit apprehensionem L. 43. §. 1. *ff. de A.* 44 *R. D. 1. t. J. de Reb. Corpor. & Incorporal.* utpote sine qua acquiri non potest L. *Cum res* 12. C. *de Probat.* L. *Qui prædium.* 13. C. *de distract. pign.* originem trahat. L. 1. §. *1. ff. de Acquir. Poss.* Res autem incorporalis, 45 quia extra intellectum non realiter existit, nec naturaliter apprehendi neque per consequens *propriè* in dominio esse possit. *L.* 25. *ff. de V. S.* §. *1. in fin. J. de Action. t. t. ff. & C. de R. V. L. 1. ff. de Usu & Usufr. leg. L. 9 ff. Rem. pupill. salv. fore L. 3. L. 8. de Reb. auth. jud. poss. Dn. Redeker. Exam. Instit. ad Tit. de R. D. qu.* 7. *Nicolaus Beckman. in Comm. Instit. ad Tit. de R. D. Lit. B. p. mihi* 233. *Cujac. lib. X. obs.* 16. *Ludw. Disp. Inst. IV. th.* 3. *Lit. C. Schneidew. ad §. 11. J. de R. D. n. 2. Donell. in Comm. lib. IX. c.* 8. *ibique Hillig. lit. D. Coras. lib. VI. Miscell. cap. XX. Struv. Exerc. XI. th.* 4. *Meierus C. J. A. ad Lib. XLI. Tit. 1. th.* 3. Ubi tale nectit ratiocinium: Quod naturaliter acquiritur per possessionem, illud aut est corpus, aut corporis proprium accidens *L. 3. pr. ff. de A. vel A. P.* At rerum dominia naturaliter acquiruntur per possessionem *L. 1. §. 1. d. t.* E. Rerum Dominium aut corpus est, aut corporis proprium accidens: At perspicuum est dominium non ipsum corpus esse E. Necesse est, proprium esse corporis accidens. Tum (2) Quod dominium rebus incorporalibus expresse 46 opponatur *L. 4. pr. ff. Comm. divid. L. 11. L. 13. § 1. L. 19. pr. ff. de damn. infect. L. un. §. 3. ff. de Remiss. L. 25. pr. ff. de V. S.* Tum (3) quod concesso Dominio juris I. rerum incorporalium, sequeretur (α) Unam duntaxat esse actionis realis causam contra *L.* 14. *§. 2. ff. de Except. rei jud.* (β) Præter dominium nullum aliud jus in re dari, contra L. 30. *ff. de Noxalib. Act.* L. 71. §. *fin. ff. de leg. 1.* L. 181. *ff. de V. S.* L. 177. *ff. de R. I.* L. 16. *C. de Præd. Min.* (γ) Dari dominium Obligationis & Actionis, sicque fieri meram juris in re & juris ad rem confusionem *Habn. Differt. de Jur. Rerum. conclus.* 30. *n.* 7. *Svendendorffer. in Not. ad Eckolt.* Comm. *ff. Tit. de A. R. D. th.* 4. *verb. Ab objecto dispescitur. p. m.* 945. Ubi divisionem dominii in Proprietatis & juris s. rerum corporalium & incorporalium, non solum frustraneam esse, sed etiam plane sine ratione inventam, haud titubanti animo asserere neutiquam veretur. Tum denique ultimo, quod actio, quæ ex dominio proprie ita dicto descendit, puta *Rei Vindicatio,* 47

non

non aliter quam de Rebus Corporalibus competat. L. *I.* L. *si in rem.* *6.* L. *Vindicatio.* 56. *ff. de R. V.* §. *2. vers.* *Quod genus J. de Act.* L. 4. *pr. Comm. Divid.* C. *J. A. d. l. Harpr. pr. J. de R. D. Mantz.* Comm. *Ration. J. de R D. Ad Rubr. n.* 17. Quas rationes in præsentiarum sufficere posse reor, ceteræ apud Dd. occurrent.

48 Adjeci ultimo indefinitione: *Cujusque* PROPRIA EST. Ut vel hisce differentiam sisterem verbis specificam inter *Dominum*, omnesque illos *qui Domino similes sunt, dominorumque loco habentur*; quales sunt

49 Tutores Curatores aliique L. 27. *ff de Administrat. Tut.* L. *Qui fundum.* 7. §. *si tutor.* 3. *ff. Pro emtore* L. 56. §. 4. *ff. de furt.* L. 157. *ff. de R. J. Brisson. de V. S. Lib. IV. voc. Dominium. p. mihi* 493. *Struv. S. J. C. Exercit.* 17. *th.* 61.

50 Cum hi rem corporalem, non *jure proprietatis*, quæ pars dominii est proprie ita dicti. *Habn. d. l. n.* 4. *verb. Partes Dominii sunt. Brunnem. in Parat. Wes. ad Tit. de A. R. D. quæst.* 3. sed *alieno nomine* habeant.

51 *Dividitur Dominium* varie â Juris Interpretibus, quarum tamen plurimæ divisiones potius *Nominis* sunt, quam *Rei.* Non sua interim in jure commode explicando recteque tradendo destituuntur utilitate: Inde est, quod â bene multis JCtis ceu *Magistrales* in Scholis æque ac foro facillime & admittantur & retineantur teste *Harprechto in* Comm. *I. ad Tit. de R. D. n.* 23. & *Habn. d. n.* 4. *verb. Dominii species.*

52 Secundum *Veterem Dominium* dividebatur *Jurisprudentiam* in QUIRITARIUM, quod haud pauci *Civile* dicunt, cum res jure Quiritium nostra erat, utpote solenniter mancipata, in jure cessa, usucapione quæsita vel adjudicata: Et BONITARIUM quod multis *Naturale* audit, cum res sine ulla solennitate tradita in bonis nostris erat, nec adhuc per annum possessa. *Ulpian. fragm. Tit.* 2. §. *11.* & *Tit. 19.* §. *19. Theophil. ad* §. *ult. J. de Libertin. Brisson. Selectar. Jur. Civ. Antiquit. Lib. IV. c. 22.* & *de V. S. Lib. IV. Voc. Dominium.* Cujac. *Lib. XI. obs* 35. *Ludwel. Ad J. Disp. IV.*

53 *th. IV. lit. A. Harpr. ad pr. I. de R. D. n.* 52. *Gothofred. Ad Rubr.* C. *de Nud. jur. Quirit. toll.* Hæc tamen distinctio, ut antiquæ subtilitatis ludibrium â Justiniano Sacratissimo Imperatore L. *Un.* C. *de Nud. Jur. Quirit. toll.* & L. *Un.* C. *de Usucap. transform.* postea sublata est. *Redecker. supr. all. loc. q.* 9. *in fin. Bitsch. in Tract. de Thesauris* P. 2. *Cap.* 2. *Brisson. proxime all. loc. Wissenbach.* Comm. *ff. part.* 2. *Disp.* 18.

54 Secundum *Justinianeam Dominium* discimus dividi *Jurisprudentiam* ab effectu. (1) In *VERUM* quo res vel jure Gentium *t. t. J. de R. D.* & *A. R. D.* & vel jure Civili, *Ulpian. t. t. 19. Lib.* I. vere nobis quæsita est:

eſt: & PRÆSUMTUM VEL QUASI DOMINIUM, quo res licet
revera non ſit, ſuadente tamen æquitate fingitur quæſita: Sic fingitur
(α) res acquiſita jure Prætorio, quæ jure Civili nondum noſtra erat; 55
Unde *Actio Publiciana. §.4. J. de Action. L.1 & t.t. ff. de Public. in rem act.*
Bachov. in Tr. Special. de Actionibus. Diſp.3. Th.15. circa fin. Lauterbach. in
compend. Jur. Ad Tit. de Publ. in rem act (β) Res quæ jure Civili amiſſa
jam erat, jure Prætorio nondum amiſſa: Unde actio *Uſucapionis Reſciſſo-*
ria. §5. J. de Action. L. fin. C. Quib. ex cauſis major. L.24. C. de R.V. Beck-
man in Comm. Inſtit. ad Tit. de R. D §.1 Lit. B. Hahn. Ad Parat. Weſ. de
A.R.D n.4. pag. mihi 489 *& in Differt. de Jur, Rer. th.*44.

II. IN PLENUM, quod proprietati conjunctum habet uſum- 56
fructum & omne emolumentum *L.17. in fin. ff. de R.V.* L.4. *ff. de aliment.*
*leg.*57. L.126. *§.1. ff. de V O.* L.17. *in fin. ff. Quib. mod. uſusfr. amittatur.* Dici- 57
tur alias Plena poteſtas. *§ fin. J. de Uſufr.* Pleno jure Dominium *l.11. C.*
de Act. emt. d. l.17. ff. Quib. mod. uſusfr. Plenum jus *l.17 ff. de R V.* ET
MINUS PLENUM, quod ab uſufructu ſeparatum eſt. *l.46. ff. de*
uſufr. l.126. §.1. ff de V O l.3.15. §.6. l.57. §. *fin. ff. de uſufruct. l.*1. *C de Act.*
emt. L.3 §.1 *C. de ſecund. Nupt. Beckman. ſupr. all. loc.* Ludwell. *Diſp. IV. th.4.*
lit. B. alias Nuda proprietas L.19. *ff. de uſufr. leg.* Dominium proprie-
tatis L.17. *ff. quib. mod. uſusfr amitt.* L.12. *ff ad* L. *Aquil.* Hocque Do-
minium JCti tribuunt Domino Emphyteuſis. *arg. §.3. J. de Loc. &* 58
Cond. L.1. §1. ff. Si ager. vectig. pet. Soli ſuperficiario *l.1. §.4. ff. de Super-*
fic. & Feudum concedenti. *arg. 1.2. F.8. & 2. F.47.*

Dominium MINUS PLENUM Dd. ſubdiſtinguunt in DI-
RECTUM: Germ. Das mehrer Eigenthum & UTILE Germ. Das 59
minder Eigenthum *Buſch. Tract. de Theſaur. P.2. c.*8. *§.164.* Illud eſſe aſ-
ſerentes, quod per jam jam dicta Dominus emphyteuſis, feudi
& ſoli ſuperficiarii; Hoc verò, quod emphyteuta. *arg. L.1. § 1. ff.* 60
Si ager vectigal. pet. Johann. Baptiſta Valenzuela Velazquez Conſil lib.1. Conſ.3. 61
n.10. Vaſallus *arg. verſic. Rei autem 2. F. 8. & 1. F.23. in fin. Eckolt. Comm. ff.*
Tit. de A R D. n., & Superficiarius. *arg. L.73. § 1. L.74. ff. de R. V.* habent
Hahn d. l. n.4 verb. Dominii ſpecies. Quam diſtinctionem non admit- 62
tentes, quamvis accuratiſſimus Bachovius *in Not. ad Weſ. tit. de A. R. D.*
n . & Ad Treutl Diſp.15. Vol. 1. lit. G. ineptos *& in Tr. de Action Diſp 1.*
th.14 ſuperſtitioſos vocitet, magnique nominis JCti ceu uſu fori gene-
ralique Praxi receptiſſimam *Hunn Var. Reſolut. lib.2. Tract.1. quæſt.7.*
Frantzk. Tract. de Laudemiis cap.14. n.9. Eckolt. ſupr. cit. loc. Harprecht.

Comm. Inst. ad Tit. de R. D. ad pr. n.41. Bitsch. d. Tr. p. 2. c. 8. p. 152. & Magistralem. *Forster. Tract. special. de Dominio. cap. V. §. 40.* non solum admittant, sed in explicatione accommodiori textuum etiam civilium evolutione frequenter adhibeant. *Redeker. Exam. Instit. Tit. R. D. q. 91 Frantz. d. l. Stryk. In Exam. Jur. Feud. t. 6. cap. de Præscript. feud. alibique. Brunnem. in Parat. Wes. de A. R. D. 9. Reyger. in Thesauro jur. lit. D. pag. 1090. n. 67. Wes. in Parat. ff. de A. R. D. n. 4. ibique Habnius verb. Species Dominii p. m.* 489. *Wurmser. Nucl. jur. controvers. lib. 2. tit. 1. in Additam. Bachov. all. loc. & in Tr. de Act. Disp. 1. th 14. Barthol. ad L. Si quis. 17. §. Differentia. 1. n. 5. de A. vel A. P. Bald. ibidem in pr. Castrensis. n. 4.* Alciatus *n. 20.* Alii tamen
63 non minoris censuræ juris Interpretes tantum abest, ut in scholis, in quibus ad normam juris Justinianei omnia examinanda esse docet *Guilielmus Forster. d. Tr. de Dominio cap. V. n. 40. p. mihi 37.* illam retinendam esse asserant, quin potius eandem, ut à Dd. confictam *Wissenbach. Comm. ff. Part. 2. Disp. 18.* Ad *Tit. de* A. R. D. *n. 14. col. mihi 814. & ad Inst.* D*isp. IX.* §. *21. pag. mihi 113.* à jure Justinianeo alienam *Bitsch. d. tr. de Thesauris P. 2. C. 8. §. 128 146. 152. 163. & 175.* ineptam *Vultej. lib. 1.* D*iscept. 19. &* A*d pr. J. Quib. alien. lic. l. non n. 16.* & chymeram flammis ornandam & cremandam *Andr. ab Isern. in cap. Un. de feud. sin. culp. non amitt. Nicol. Intrigliolus in Tr. de feud. quæst. 9. 11. 19.* ex Academiis rejiciendam & eliminandam esse haud titubanti animo affirmare neutiquam vereantur.
64 Tum (1) quod nulla Lege, sine qua tamen loqui JCtis erubescendum est, *Nov.* 18. *c. 5. pr. L.* 19. *ibi: eo, quod nulla Constitutio. L.* D*issentientis. 5. ibi: Nulla juris præcipit Constitutio. C. de Repudiis.* defendi possit. *Harpr. d. l. n.* 42. Niell. D*isp. Feud.* 3. *th.* 6. *lit. B. Forster. d. Tr. de* Dominio. *c. V. n.* 40. Ubi communiter Dd. *Ad L. Naturaliter, §. Nil. commune. ff. de* A. P. asserere tradit: *Utilis* Dominii *vocem nec in Pandectis nec Codice reperiri.* (2)
65 Naturam Dominii confundat. *Ludwell.* D*isp. Justin. IV. th.* 4. *lit.* D. (3) Nec illi ipsi, quibus à Dd. *utile* Dominium assignatur, dominium habeant, quin non uno in loco sæpius dominis contradistinguantur. *Notabili L. 1. § 1. ff. Si ager vectig. pet.* L. *1. 2. 3. C. de Jure Emphyt. 2. F. 23. l. 9. §. 4. &* L. *18.* §. 4 *ff. de damn. infect. L. 1. §. 1. & 4. ff. de superficieb. L. 15. ff. Qui potior. sunt in pign. Anton. Faber. lib. 2. Conject. c. 11. & lib. 23. Err. Pragm. c. 2. Valent. Forster. lib. 2. de Success. c. 18. n 42. & Ad* L. *4. C. de Probat. Ungebaur. Exercit. Just. V. q. 3. p. m. 206. ubi* hanc distinctionem ex posteriorum seculorum fecibus promanasse ait, *Harpr. d. l.* aliique quorum hic prolixiorem nectit catalogum.

Cete-

Ceterum quæcunque tandem circa hanc, magnis in utramque partem disputatam motibus quæstionem aliis sedeat sententia, equidem salvo aliter sentientium calculo, salvisque juris justinianei principiis, distinctionem Dominii in *Directum & utile*, ceu Magistralem non plane è scholis putarem relegandam esse, præprimis, cum communi fori usu confirmata inque summo Tribunali Cameræ Imperialis recepta. *Rosenthal. de Feud. cap. 1. Concl. 6. lit. A.* in Decisionibus Doctorumque Consiliis hodie frequentissime occurrat; quo manum practico olim admoturi studio, horum similiumque terminorum non destituti notitia, Practicos eo melius scriptores intelligere majorique cum fructu legere volvereque valeamus. 68

Addunt Dd. hisce nonnulli divisionem *Dominii* in REI s. PROPRIETATIS. *§. ult. J. de Usufr.* L. *Si cujus 13. in pr.* L. *Sed si 15. §. Proprietatis 6. L. Dominus 57. §. ult. ff. de usufr.* L. *17. ff. Quib. mod. ususfr. amittatur L. Proprietatis 4. C. de Probation. L. fructus 33. ff. de R. V.* USUSFRUCTUS *L. 3. in fin. ff. Si ususfr. pet. L. 8. pr. de Reb. auth. jud. poss. Nov. 2. c. 4. vers. sed & L. Jubemus 14.* §. *ult.* C. *de S. S. Eccl.* POSSESSIONIS. *L. 2. inibi: Domino Possessionis. C. Ubi in rem act. exerc. deb. L. 2.* C. *Theod. de bonis Matern. &* JURIS. *Hunn. supr. cit. loc. quæst. 5.* Gœdd. *ad L 25. &* L *49. ff. de V. S. Valent. Riemer. Dec. 4. quæst. 2. Cujac. in Parat. ff. de A. R. D. & lib. X. Obs. 16. Borcholt. Ad Tit. ff. de A. vel A. P. c. 6. n. 17. Bocer. Class. V. D. 2. th. 3. Reyger. Th. jur. lit. D. Voc. Dominium p. mihi 1090. n. 67.* 69

Ceterum cum jam *num. 42. seqq. supr.* ad nauseam fere demonstratum dederim, Dominium non *nisi improprie & abusive* saltem de Rebus incorporalibus juribusque prædicari posse. *Strauch. Dissert. V. aph. 9. p. mihi 73. aliique inibi longa serie allegati JCti*, non ero in hac examinanda divisione justo prolixior, illam potius *Nominis* quam *Rei* cum *Harprechto. Ad pr. de R. D. n. 49. Ludwello Disp. IV. th. IV. lit. C. Gyphan. Rittersh. Ad §. 11. J. de R. D. aliisque juris Doctoribus* apprime doctis statuens. 70

Magis ad præsentem nostri laboris scopum facere videtur divisio, qua *Dominium* in PERPETUUM. *§ 3. I. de Noxal. lib. Act. ibi: in perpetuum ejus transfertur Dominium. Brunnem. in Parat. Wes. Tit. de A. R. D. quæst. 4. in fin. &* INTERIMISTICUM. L. *12. §. 2. ff. de Usufr. L. 48. pr. ff. de A. R. D.* L. *12. §. 2. ff. Famil. ercisc. L. 29. ff. de mort. causa donat. Quod dicto Dn. Brunnem. all. loc.* TEMPORALE dicitur, non inepte sed commode distinguitur; eo majori consideratione exactiorique evolutio- 71 72

 ne

73 ne digna mihi visa, quo veram Dominii, quod vel *in perpetuum* vel *Interim* penes possessorem est, magis convenienter naturam exprimit, & ut univoci in sua univocata ceteris nominalibus Dominii divisioni-
74 bus meliori præferri jure meretur: In eo siquidem saniores conveniunt JCti, quod cum illud non minus proprie loquendo verum sit Dominium, quod aliquando ab eo, qui *Interim* habet, abiturum speratur. *L. Notabili 66. ff. de R. V.* quam quod *perpetuo* penes possessorem mansurum est. *Habn. in Paratit. Ad Wes. tit. de A. R D. n. 3. Verb. Est etiam verum p. mihi 487. Bitsch. sæpius all. Tract. de Thesauris P. 2. Cap. 8. n. 182.* hæc vera ac realis Dominii divisio sit dicique mereatur.

75 Dicitur autem *Dominium perpetuum*, quod à nolente Domino *L. 11. ff. de R. J.* nunquam abiturum est, & INTERIMISTICUM, quod aliquando ab eo, qui INTERIM illud habet, abiturum speratur.
76 *d. l. 66. ff. de R. V.* Illud Alii IRREVOCABILE; hoc REVOCABILE, termino quamvis mage latino, rei tamen naturæ non usque
77 adeo convenienti appellant: Illud siquidem extra omnem dubietatis aleam positum arbitror, in determinanda ac definienda dominii natura, terminisque rebus apte imponendis non ad rei vel Dominii revocationem & amissionem, sed constitutionem & effectum, qui in Dominio, vel quod *Perpetuo* aut quod *Interim* penes Dominum mansurum est, convenientius, per *τὸ Perpetuum & Interimisticum*, quam *τὸ*
78 *Revocabile & Irrevocabile* sistitur. Enimvero uti vel nuda duntaxat appellatione *Dominii Interimistici* nullus non, nisi particulæ *Interim* genuinam ignoraverit significationem, illud statim intelligit dominium, vi cujus *Dominus Interimisticus* omnia illa *medio tempore*, antequam sc. ab ipso iterum abeat Dominium, in fundo, cujus *interim* Dominium habet, (nisi expressa Lege aliud cautum reperiatur) facere potest, quod alias *Dominus Perpetuus* in fundo, cujus *in perpetuum* Dominium habet, facere non prohibetur: Ita per *Dominium Revocabile* nullum sibi alium conceptum primo quidem intuitu formare potest, quam quod hoc Dominium ab alio revocari possit: qui tamen conceptus non effectum Dominii, sed ejus amittendi modum sistit; quamvis non negaverim per bonam, ut loquuntur, consequentiam priorem *Dominii Interimistici* clariorem conceptum etiam ex termino *τὸ revocabile* erui posse.

79 Ceterum cum cognito uno contrariorum facili & alterum cognoscatur negotio, *Arist. 1, Topic. 24. & 2, cap. 2. Cicero in Topic. & 2. de Orat.* nullus

nullus dubito, si, quid *Dominium Interimisticum* sit, per definitionem cognoverimus, nos simul intellecturos, quid sit *Dominium Perpetuum*, *arg. pr. I. De his, qui sui vel alien. jur. sunt.* Quare cum inscriptio Inauguralis hujusce Dissertationis tractationem *Dominii Interimistici* promittat, ut Rubrum Nigro respondeat, illud definio: Quod sit JUS, 80
QUO RES CORPORALIS INTERIM CUJUSQUE PROPRIA EST.

Videretur quidem hæc definitio exactiorem desiderare evolu- 81
tionem; at enim, cum quæ supra. *n. 41. seqq.* fusius dicta sunt, huc commodè trahi possint, brevitatis studio, ne crambem bis coctam iterum apponam B. L. illuc remitto, id potius quanta fieri poterit brevitate acturus, ut hunc terminum, qui multis novus & juri parum 82
conveniens videri possit, ab injuria calumniantium vindicem.

Inscribere Disputationem hanc DE DOMINIO INTERIMISTICO sustinui, non nescius à non paucis mihi vitio versum iri, 83
quod, cum hoc epitheton puram sapere haud videatur latinitatem, quin à vera ejus indole usuque bonorum ac classicorum Scriptorum longè potius alienum deprehendatur, in formando tamen Rubro temere eodem uti ausus sim; Verum sciant illi, me non novi prorsus 84
ac antea inauditi quid hic commentum fuisse, nec captandæ gloriolæ ergo, quam benè multos hodiè in conscribendis Disputationibus Rubrisque illis apponendis aucupari tanto allaborare videmus studio, hunc usurpasse terminum, sed aliorum Clarissimorum & JCto- 85
rum & Historicorum vestigiis inhæsisse, qui non spernendis moti rationibus jam diu hoc vocabulum sibi in lectionibus publicis æque ac privatis Disputationibus habuere familiarissimum, rati illo ipso veram rei, cujus tum interpretationem tractabant, apprimè, convenienter ac commodè naturam exprimi posse. Ut enim taceam, sine ambitionis ac novitatis crimine, ubi de rebus solliciti sumus, verbis 86
negotium quam proximè explicantibus, etsi latinitati tam exacte non conveniant, uti nullibi interdictum deprehendi. *Pac. Isag. in Decret. Tit. de Treug. & Pac. n. 5.* quin potius hanc libertatem omnibus 87
permitti, si latinum vocabulum æque commodum ad exprimendam rei naturam non obvium sit: Nemo sane, nisi in Historia plane hospes 88
audiri velit, inficiabitur, hoc vocabulũ scriptoribus superioris æquè ac præsentis seculi fuisse maximè usitatũ & frequentissimũ; Illud siquidem notius esse credo, quàm ut prolixiori indigere videatur deductione; 89

Decretum illud famigeratiſſimum Sacratiſſimi Imperatoris Caroli V. in cauſſa Religionis *interim* Auguſtæ Vindelicorum Ibid. Maij Anno 1548. publicatum poſtea *Decretum Interimiſticum* communiter à Scriptoribus illius ævi appellatum, imo & bellum occaſione illius Decreti
90 ti contra Magdeburgenſes ortum *Interimiſticum* dictum fuiſſe. *Borcholdenſ. ad Inſtr. Pac. P. 1. Diſcurſ. 1. n. 34. Oſiander in Hiſtor. Eccleſiaſt. Cent. 16. Lib. 2. c. 69. 70. 71. Lit. G. Johan. Schleidan. de ſtatu Religion Lib. 20.* Cui ſententiæ haud parum roboris addere videtur pactum illud *Interimiſticum* Der *Interims*-Vergleich / inter Regem Daniæ & Ducem Holſatiæ circa Annum. 1663. de mutando Contributionis modo initum, cujus mentio injicitur in Scripto illo defenſorio Regis Daniæ contra Ducem Holſatiæ, quod ſuperiori Anno publici juris factum eſt & inſcribitur Nachricht von Ihrer Königl. Majeſt. zu Dennemarck/ Norwegen/ ꝛc. ꝛc. Wieder des Herrn Hertzogs zu Schleßwig-Hollſtein-Gottorff/ ꝛc. ꝛc. Fürſtl. Durchl. annoch habenden rechtmäßigen Beſchwerden und Anſprüchen *p. 13.*

91 Nec quemquam latere puto, JCtos Germaniæ Clariſſimos in ritè explicandis variis juris materiis hunc inde mutuatum terminum
92 *interimiſticum* uſurpaſſe & hodienum adhuc uſurpare: Ita non ſemel in Lectionibus *Ad* DN. *Lauterbachii Compendium juris ſub Excell.* Dn. *Radovio, Præceptore ac Fautore meo ad urnam æſtimatiſſimo* habitis me audiviſſe memini: Bonæ fidei poſſeſſorem fructus bonâ fide perceptos
93 *Dominio Interimiſtico* ſuos facere. per L. 48. *pr. ff. de A. R.* D. Quod idem egregriè confirmant duæ Diſputationes Juridicæ, quarum una *De Interdicto Interimiſtico* conſcripta *â Friderico Strykio Francofurti cis Viadrum*, publico ſubmiſſa eſt examini ſub Præſidio *Magnif.* *Dn. Samuelis Strykij Præceptoris mei ante quinquennium* nunquam ſatis venerandi;
94 altera vero *De Tutore Interimiſtico â Joh. Chriſtoph. Gambrechts.* doctè concinnata publici juris facta eſt *Altorfi Anno 1682. Vid. omnino infr. c. 2. n. ult.*

95 Quare ſine nota me dimittet Lector Benevolus, qui Hiſtoricorum & JCtorum mihi ſuo exemplo præeuntiũ premens veſtigia, vocabulo *Interimiſtico* Diſputationi præſenti præmiſſo, non minus commodè ac convenienter illius Dominii, quod *Interim* Domino conceditur & aliquando iterum ab ipſo abiturum ſperatur, indolem exprimi poſſe neutiquam dubitavi.

96 Pergendum jam tandem foret ad ipſam *Dominii Interimiſtici* Doctrinam, *Formam, Caſus*, in quibus dictum Dominium locum ſibi vindicare

dicare noſcitur, nec non *Effectus* ipſius ſiſtendo, niſi vel binis ſaltem verbis natales hujus vocis repetere non abs re fore videretur; quare.

Brevitermoneo: Vocabulum *Interimiſticum* deſcendere ab Adver- 97
bio *INTERIM*, quod idem ſignificat ac INTEREA. L. 7. *pr. ff. De jur. deliber.* & dum medium alicujus notat. *L. Sulpitius 49. ff. de* Donat. *int. V. & U.* L. *1.* §. *1.* L. *6.* §. *1. ff. de ſtat. lib. L. Si quis 36. ff. de Noxal. act. L. qui ad certum 14 ff. Locat. Cond. L. Libertus 17.* §. *in quæſtione 12. ff. Ad municipal. Ungebaur. Exerc. juſt. V. in Nego. p. mihi 247. Johan. Strauch. in Lex. Particul. jur. voce* INTERIM. *ubi in hanc ſententiam allegat. Magon. Flor.* Deci*ſ. 90. n. 13. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exercit.* 45. *th. 2.* Dominio jun-
ctum illud denotare dominium, quod quis MEDIO TEMPORE *L. 1.* 98
§. *4. Ad SCtum Silan. L. 9. ff. de ſtatu liber. L. ubi autem 4.* §. *ſed ad Marcellus. ff.* De *in diem addict. L. 45. pr. ff. ad L. Falcid. arg. L. 11. ff. de Teſtam. Tutel.* antequam rem reſtituere teneatur, habet.

Huc pertinent varii juris textus, in quibus JCti *De* Dominio In- 100
terimiſtico locuti expreſsè particula INTERIM, quæ temporis intermedii limitativa eſt & pendentiam importat. (*Vid. Tuſch. Pract. Concluſ. Tom. 11. lit. D. Concl. 298. Magon. Florentin. Deciſ. 90. n. 13. Cephal. Conſil. 450. n. 27. Octavian. Vulpell. De Præpoſit. & Adverb. ſignific. ſub dict. interdum. verſ. interim. p. 52.* uſi ſunt. uti eſt *L. 12.* §. *5. verb.* quæ INTERIM *heredis eſt. ff. De uſur. L. Si mortis. 29. verſic. Si vero. verb.* INTERIM *autem ff. de mortis cauſâ donat. L. Bonæ fidei. 48. verb. ſuos* INTERIM *facit. ff. de A. R. D. L. 1.* §. *4. verb.* INTERIM *ejus eſſe Ad SCtum Silean. L. 12.* §. *2 ff. Famil. reciſcund. verb.* INTERIM *heredum eſt, & verſic. ſeq. verb.* INTERIM *eſt heredum L. 5. verb. ut emtor* INTERIM *eos ſibi ſuo jure perciperet. ff. De Leg. Comiſſ. L. 4. ibi Dixi* INTERIM *ff. Si uſufr. pet.* quorum & ſimilium occaſione, hanc pertexere equidèm telam in Nomine Sacræ & Individuæ Triadis orſus ſum.

CAUT II.

Breviter ſiſtens.

FORMAM & CASUS, in quibus DOMINIUM INTERIMISTICUM locum habere noſcitur.

SUMMARIA.

Continuatio. *n. 1.*
Forma Dominii Interimiſtici *in quibus conſiſtat, n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Di-

Diversitas Casuum *impedit methodicâ illos arte sistere.* 8. & 9
Maritus constante matrimonio ex veriori JCtorum sententiâ dotis Dominus dicitur 10
Quod tamen Dominium *non* Perpetuum *sed* Interimisticum est. 11
Bonæ fidei possessor fructuum b. f. perceptorum Interimisticum *habet* Dominium. 12
Bonæ fidei possessor Domino rem suam vindicanti omnes fructus restituere tenetur. 13
B. f. Possessor, quod fructus attinet, penè Domini loco est. 14
Ipsi idem in fructibus percipiendis jus datur, quod prædiorum Dominis tributum est. 15
Particula INTERIM hat allezeit etwas hinter Ihm. 16
Heres rei sub conditione legatæ Interimisticus Dominus est. 18
Rei purè legatæ Dominium statim â morte testatoris ad legatarium transit. 19
Imò & ad legatarii heredes, quamvis legatarius ante aditam ab herede hereditatem decesserit, transmittitur. 20
Legati conditionalis dies demum cedit conditione existente. 21
Hinc legatarius decedens tale legatum ad heredes non transmittit. 22
Textus varii quibus rei sub conditione legatæ Dominium Interimisticum *probatur.* 23
Rei vendita & in diem addictæ emtor Interimisticus Dominus est. 24
Quomodo res vendita in diem addicatur. 25
Hæc emtio statim perfecta est. 27
Re ita vendita, per traditionem Dominium, aut certè usucapiendi ejus conditio, in emtorem transfertur. 28. 29
Emtor fructus interim *suos facit.* 30
Omnia commoda & incommoda percipit. 31
Existente conditione emtio perfecta resolvitur. 32
Ita ut retro ab initio pro non factâ habeatur. 33
Emtor statim Dominus esse desinit. 34
Pactum Legis Commissoriæ *cum* Pacto addictionis in diem *magnâ habet affinitatem.* 35
Emtor rei sub pacto Legis *Commissoriæ venditæ* Dominus Interimisticus est. 36
Quomodo sub hoc pacto res vendatur. 37
Pendente hâc conditione emtor Dominus est. 38
Et Usucapio procedit. 39
Fructus facit Interim *suos & periculum rei sustinet* 40
Existente conditione emtio & Dominii translatio ipso jure retro solvitur. 41
Ut ab initio nil actum videatur. 42
Venditor ipso jure sine rei traditione Dominium recipit. 43
Emtor rem cum omnibus accessionibus

& fructus Interim *perceptis restituere tenetur.* 44 & 45
Reique vendita Dominus esse desinit. 46
Heredes statuliberi Interimisticum Dominium *habent.* 47
Quisnam sit statuliber. 48
Existens conditio facit statuliberum desinere esse heredum. 49
Non tamen efficit, ne Interim *videatur heredis esse.* 50.51
Creditor, qui in fundo, in majorem crediti securitatem sibi oppignorato, non soluto debito, nec tamen legitimo luendi tempore praterito, recens jus Dominii impetravit, ejus fundi Interimisticus Dominus est. 53.
Creditor per constitutionem pignoris rei oppignoratæ neutiquam Dominus est. 54
Res oppignorata non Creditoris, sed debitoris est. 55
Caussa pignoris à Dominio planè separata est. 56
Nullàque societate ei conjungitur. 57
Creditor Domino opponitur. 58
Disertè Dominus esse negatur. 59
Postquam tamen in pignore jus dominii legitimè impetravit, reverà & mero jure Dominus est. 60
Quod dominium soluto l. oblato intra constitutum tempus debito rursus ad debitorem abit. 61
Donatarius, cui fundus mortis causa donatus, antequam à donatore fundus revocetur, fundi donati Interimisticus Dominus *esse creditur.* 62
Donatarius, revocatâ donatione, rem cum omni causâ restituit. 63
Antequam tamen res revocetur, fructus medio tempore *perceptos* jure Dominii Interimistici *suos facit* 64. & 65
Datur Donatario interim *Rei vindicatio.* 66
Rei vindicatio effectus dominii est, hinc nemini nisi Domino competit. 67
Libertus, cui Patronus filios non habens, omnem suam substantiam vel partem ejus donavit, rei donatæ, antequam liberi superveniant, Interimisticus Dominus est. 68
A quo supervenientibus liberis omne Donatum iterum ad Donatorem revertitur. 69
Et ipso jure Dominium abit. 70
Verbum τὸ Revocare regulariter præsupponit præexistentem actus validitatem. 71
Dominium Interimisticum *in omnibus rebus restitutioni obnoxiis locum habet.* 73
Quot modis res restitutioni fiat obnoxia. 74. 75. 76. *seqq. usque ad* n. 92
Transitus ad alios casus Dominii Interimistici. 92
Heres rei per fideicommissum restitui jussæ Interimisticus Dominus *est.* 93
Restituendi necessitas ipsam rem afficit. 94

O Do-

Dominium tamen non mutat. Res restitutioni obnoxia interim & pleno jure, *dum dies & conditio pendet, in Dominio ejus est, non cui eadem restitui debere speratur, sed qui restituere debet.* *eod.* 95

Emtor rei sub pacto retrovenditionis venditæ Interimisticus Dominus est. 96. 97

Talis enim fundus pleno jure *in Dominio emptoris est.* 98

Quamvis non in perpetuum. 99

Interimisticum Dominium *in omni retractu & jure* πρωτιμήσεως *locum habet.* 100

Ratio. 101

Ædificans in suo solo ex aliena materia illius materiæ Dominus Interimisticus *esse creditur, remissive.* 102

Item, Vasallus, Emphyteuta, aliique, quibus Dd. utile tribuunt Dominium, ex sententia Habnij dicuntur Domini Interimistici. 103

Qua ratione & ex quibus principiis illa sustineri ac defendi possit opinio. 104

Rejicitur sententia existimantium, in Commodato irregulari Dominium Interimisticum *locum habere* 105. *& seqq.*

Quid sit Commodatum irregulare 107

Commodatum irregulare formam Commodati essentialem subvertit. 108

Forma dat esse rei. 109

Commodatum nec Dominium nec possessionem, sed usum solummodo rei in Commodatarium transfert 110

Manet etiam penes commodantem actio rei vindicatoria. 111

In contrahentium potestate non est, pactis immutare contractus essentiam, salvo contractus nomine & natura. 112

Commodatum, per quod transfertur Dominium non magis recte commodatum dici meretur, quam feudum, remissa fidelitate & matrimonium deficiente Consensu Patris 113

Tale enim feudum non manet amplius feudum, sed in aliam contractus speciem degenerat. 114

Si re priveris, nec nomen habere mereris. 116

Quænam sit differentia inter bonæ fidei possessorem & Usufructuarium ratione fructuum percipiendorum. 177

Fructuum, quos nec fructuarius, nec alius ejus nomine à solo separavit, sed tertius proprio nomine, proprietarius Dominus Interimisticus *est* *n. ult.*

1 PRæmissa Capite præcedenti *Dominii Interimistici* Definitione tam *Nominali* quam *Reali*, hoc *Cap. II.* FORMAM ejus ac CASUS, in quibus dictum Dominium locum habere intelligitur, paucis exhibiturus sum.

FOR-

FORMAM absolvunt requisita essentialia, quæ cum Dominio 3
in genere considerato ferè coincidunt: Hinc requiritur (1) ut Res corporalis. *L. 43. §. 1. ff. De A. R. D. L.* 50. *ff. De Rei Vind. L. 25. ff. De V. S.* à (2) Domino vel Lege *L. 20. pr. ff. De A. R. D. L. 5. §. 1. ff. Quando dies* 4
leg. § 40. J. De A. R. L. 55. ff. De O. & A L. 2. ff. De his, qui sui l. alien. jur. sunt L. Id quod nostrum est. ff. De R. J. L. Nemo potest. 55. ff. Eod. c. Nemo 79. De R. J. in 6to. L. 3. C. De R V. L. Cum à Matre. 14. C. *Eod. Mantz. in Comm. J. Ration. ad § fin. De hered qual. & diff. n. ult. & ad §. 2. J. De Legat. n. 29.* (3) Ex justa & habili ad transferendum Dominium causâ, puta venditionis, Donationis, Legati, Dotis &c. *§. 4. J. De Action. L.* 5
Nunquam 31. ff. De A. R. D. (4) tradatur. §. 40. *J. De R. D. & 20. C. de Pactis.* Et (5) ab eo, in quem fit alienatio bona fide interim. *L. Bonæ fidei* 6
48 ff. De A. R. D. L 12. §. 5. ff. De usufruct. (6) Possidenda. *L. Cum res 12. C. de Probat. L. Quæ prædium. 13. C. De distr. pign.* L. *8. C. de Act. emt. L. Hæc si 47. de R. V.* (7) Accipiatur. *L. in Omnibus. 55. ff. De O. & Act.* (8) 7
aut certè à possessore b. f. interim retineatur. *L. 48. ff. De A. R. D.* L. *12. §. 2. ff. Famil. ercisc.* L. *12. §. 5. ff. De usur.* L. *1. § 4 ff. de statu liber.*

CASUS, in quibus *Dominium Interimisticum* locum sibi vendicat, pro diversitate materiarum sub variis juris titulis diversos quoq; deprehendo; quos proinde nullo ordine notatos methodica Tibi arte, 8
Lector Benevole, tradere haut necessarium duxi, certus an aliis alii præferantur, an verò postponantur parum aut nil referre. Veniam interim abs tuo mihi candore polliceor, si nimia præpeditus festinatione unum alterumve forsan casum neglexerim; in quo tamen, quod 9
in subsequentibus juris esse jam jam dicturus sum, idem etiam haud dubie obtinebit.

Initium autem à Marito faciam, qui durante matrimonio prædii dotalis, ex veriori JCtorum sententiâ, Dominus dicitur. *pr. J.* 10
Quib. alien. lic. vel non L. 7 §. *ult.* L. *69. §. 8* L. *75. ff. de jur. dot.* L. *23. C. Eod* L. *13. §. 1. ff. de fund. dot.* L. *21. § 4. ff. Ad Municipal.* L. *9. C De R. V. C. J. A. lib. 23 tit. 3. th. 21. seqq.* quod pluribus rationibus atque argumentis demonstrat. *Heinr. Bocer. in Tract. ad* L. *23. De Regul. Jur. Cap. 4. n. 103.* Quod tamen Dominium, cum non perpetuo penes ipsum mansurum, sed soluto per divortium, morte aut alia justa ex caussa 11
matrimonio L. *1. & t. t. ff. de divort. & repud.* iterum ab ipso abiturum sit. L. *30. C. de jur. dot.* L. *2. & t. t. ff. & C. Solut. matrim.* non *perpetuum* sed *Interimisticum* esse, cum summi Nominis JCtis audacter asserere non dubito. *Confer. Johann. Baptist. Valenzuela Velaquez. Consil. Tom. 1.*

O 2 *Consil.*

Consil. 31.n.44.seqq. Mevius.Ad Jus Lubec, lib.1.Tit.V.art.8.v.5.Brunnem.
Ad L.30.C.De jur.dot. Carpzov.P.2.C.42.Def.19.n.20,seqq.& C.1.Def.
18.n.12. Lauterbach. ad Tit.ff.De Censib. in medio. Redeker Exam. Instit. ad
Tit. De R.D.pr.q.9. Hahn. ad Tit.ff.De A.R.D.& de jur.dot.

Ita (2) non rei quidem L.pen.& ult.ff.de Publ.in rem.act. L.9.ff.de
12 R.V. fructuum tamen bona fide perceptorum illum reor habere *Dominium Interimisticum*, qui ignorans rem alienam esse, aut putans certè venditorem, forsan quia Procurator aut Tutor alterius est, jus
vendendi habere L. Bonæ fidei emtor 109. ff. de V.S. à non Domino sive
ex causa onerosa sive lucrativa bona fide fundum accepit. §.35. J. de
13 R.D. ibique Dd. L. Notabili 48.ff.de A.R D.ibique Dn. Brunnem. L.25.§.
1.ff.de Usuris L.136.ff.de R.I. Hic enim cum Domino vero superve-
nienti. L fin.& pen.ff. de Public.in rem action.junct. L.9.ff.de R.V. rem-
que suam cum omni causa & emolumento vindicanti L.17.ff.L.2.20.
L.34.de R.V.L.28.ff.de usuris.L.29.ff.de hered.petit. quamvis, quod
fructus attinet, pene Domini loco sit, per ea, quæ tradit JCtus Pau-
14 lus in L.48.ff.de A.R.D. & idem in fructibus percipiendis ipsi jus de-
tur, quod Dominis prædiorum tributum est. Docente Ulpiano in L.
25.§.1.ff.de Usuris omnes omnino fructus extantes restituere tenea-
15 tur L. Notabili 22. C. de R.V. fructuum bona fide *Interim* perceptorum
non *perpetuum* sed *interimisticum* duntaxat habuisse *Dominium* creditur;
Quod clarè satis affirmat JCtus Paulus in d.L.48.ff.de A.R.D. quando
16 notanter particula INTERIM Welche allzeit hat etwas hinter Ihm. Dn.
Radovius in Programm. Disp. Inaugurali. De fructibus: Præ.Nobiliss. Dn.
Ddi Weißen/ præmisso utitur, docens: Bonæ fidei emtorem non dubiè
percipiendo fructus ex aliena re INTERIM suos facere. Cum quo
17 convenit, quod aliquando illud dominium ab ipso abire speretur d.l.
22.C.de R.V.Vid.Brunnem.supr.all.loc.& in Exercit. Just ad §.35.J.de R.D.
Redecker ad Tit.J.de R.D.pr.qv.9. Habn.ad Wes.Tit.de A.R.D.n.3.p.mi-
hi 489. Carpzov. Par.3. Const.33. Def.29.n.7.8. Cyn.ad L.22.C.de R.
V.n.5. Hilliger ad Donell. lib.4.c.25.lit.F. Harprecht. ad §.35.J.de R.D.
ibique all.Dd.

Similiter (3) heredes defuncti, Titio vel Mevio rem sub conditione
18 honesta & possibili arg.L.5.§.4.ff.Qn.dies leg. legantis, nondum existente
conditione rei sub conditione legatæ *Interimistici Domini* esse creduntur
19 l.12.§.2.ff.Fam.erisc.l.12.§.Julian.5.ff.de usur. Quamvis enim pure legato-
rum Dominium ipso jure statim à morte defuncti in legatarios transfe-
ratur.

ratur. *L. 5. §. 1. ff. Qu. dies legati ibique Dn. Brunnem. L. 28 in fin. ff. eod. Carpzov. P. 2. C. 28. D. 8. n. 2. Gail. lib. 2. obs. 143. Klock. Cons. 104. n. 36 seq.* etiam 20
ante apertas tabulas. *L. Un. §. 1. & 5. C. de Caduc. toll. ibique Brunnem. L. 3. C. de fideicomm.* & istiusmodi legata ad heredes legatarii transmittantur, licet hic ante aditam ab herede hereditatem fatis concesserit. *L. 5. pr. ff. Quando dies legat. ibique Dn. Brunnem.* Legati tamen conditionalis dies demum cedit i. e. tale legatum incipit deberi. *L. 213. ff. de V. S.* existente conditione. *d. L. 5. §. 2. ff. Qu. dies leg. ced.* adeoque si le- 21
gatarius vita defungatur, tale legatum ad suos ipse heredes neutiquam transmittit. *L. 12. princ. L. 4. & 5. ff. Qn. dies leg. ced. ibique Brunn. Ricc. Collect. Decis. 359. Gail. 2. Obs. 132. in ag. L. Un. §. 7. C. de Caduc. toll.* 22
Hinc heredes testatoris rei sub conditione legatæ INTERIM Domini sunt: Quam doctrinam elegantissimo confirmat responso *JCtus Ulpia-* 23
nus in L. 12. §. 2. ff. Famil. ercisc. ibi: Res, quæ sub conditione legata est INTERIM heredum est, & in L. 12. §. 5. versic. Exemplo rei sub conditione legatæ, quæ INTERIM heredis est. ff. de usufruct. Nec non *L. 1. §. 4.* ibi: *Nam MEDIO TEMPORE heredis est, nec conditio existens facit, ne videatur INTERIM ejus esse ff. de SCto Silan.* cui quoque suum sententiæ adjicit calculum *Julianus in L. 4. Dixi INTERIM cum proprietate usumfructum esse ff. Si ususfr. pet. ibique Brunnem. junct. L. 66. ff. de R. V.*

Idem omnino (4) dicendum arbitror *De re vendita & in diem ad-* 24
dicta, ea scilicet, qua res sub hoc pacto veniit, ut si venditori melior al- 25
lata fuerit conditio, ipsi liceat meliorem offerenti conditionem rem sub hoc resolutivo pacto venditam addicere, sicque à priori venditione recedere, docente *JCto Paulo in L. 1. ff. de in diem addict. & L. 2. §. 4 ff.* 26
Pro emtore. Quis enim dubitet, cum istiusmodi emtio pure & sub resolutiva vel ut Dd. loquuntur Resolutoria *Mantica de Tacit. & ambig. conv. lib. IV. Tit. 28. n. 20.* conditione contracta *L. 2. pr. ff. de in diem add. L. 41. ff. de R. V. Lauterbach. Compend. jur. Civ. h. t. ubi in hanc sententiam allegat. Maul. de Contrab. emt. tit. 7. n. 12.* statim fit perfecta. *L. 2 §. 4. ff. Pro emt. arg. L. 3. ff. de contrah. emtion. Mantica d. l. Hahn. ad Wesenb. h. t. n. 3. Brüssel. Tract. de Condit. lib. 4. tit. 5. n. 13. in fin.* Dominiumque per subsequentem traditionem *L. 4. §. 3. ff. de in diem add. arg. L. 41. ff. de R. V. Mantica d. l. n. 4. Lauterbach. supr. all. loc.* vel usucapiendi conditio trans- 27
feratur. *L. 2. §. 1. ff. h. t. L. 2. §. 4. ff. Pro emtore. Mantica. d. l. n. 5. Lauterbach.* 28
h. t. Hahn. Ad Wesenb. h. t. n. 3 Brunnem. in Comm. ff. Ad L. 1. & 2. de in diem 29
add. Vi cujus emtor INTERIM fructus ex re illa perceptos suos facit. 30

31 *L.4. § 4. ff. h.t.* L.*6. pr. eod.* L.*2. § 4 ff. Pro emt. arg.* L.*5. ff. de* L. *Commiss.*
32 *Mantic. d. l. n.6.* omniaque commoda & incommoda percipit. L.4. §.4.
ff. h.t. existente vero illa conditione emtio perfecta resolvatur. *L.2. pr.*
33 *L.9. ff. de in diem addict.* ita ut retro ab initio pro non facta habeatur.
docente *JCto* Javoleno *in elegantissima* L 19. *ff. de Usurpat. & usucap. &*
Africano *in* L. 6. *§. 1. ff. de diversis & temporal. præscript. Mantic. d. l. n.10.*
Hahn. ad Tit. ff. de in diem addict. n.3. verb. Unde omne periculum p.m.630.
Brunnem. all. loc. n.1. & ad L.41 ff. de R.V.C.1.A. lib.18. tit.2. th.16. p.m.1042.
Frantzk. h.t. n.9. Bachov. ad Treutl. Vol.1. Disp.28. th.9. lit. D. fere in fine.
34 emtorque statim Dominus esse desinat *L.1. in fin. ff. h.t.* hunc non *perpetuum* sed *Interimisticum* saltem *Dominum* esse.

35 Cum *Pactum Legis Commissoriæ* teste *Mantica de Tacit. & ambiguis.*
Convent. lib. IV. Tit.29. n.1. in multis æquiparetur *Pacto addictionis in diem,*
non dubito, quin & rei sub hoc pacto venditæ emtor (5) *Dominium*
36 *Interimisticum* habeat. Enim vero, si res sub hac resolutiva conditione
venierit; *Mantic. d. l. n. 2. Zoes. ad Tit. ff. de leg. Commiss. n.3. C. I. A. t. Lauterbach. in Compend. jur. eod.* ut pretio non soluto res inemta sit. *L.2. & 4.*
ff. h.t. L.5. eod. pendente illa emtor rei traditæ dominus est. *Brussel. de*
37 *Condit. lib.4 Tit. 5. n.3. C.I.A. h.t. th.3.* Lauterbach. *d. l. p.m.250* & usuca-
38 pio procedit. *L. 2. 8. Sabinus 3. ff. Pro emtor. Mantic. d. l. n.3.* ita ut vi hu-
39 jusce dominii omnes fructus *interim* suos faciat, asserente *JCto Neratio*
40 *in L. 5. ff. de* L. *Commiss.* & periculum rei sustineat. L. 2. *in fin. ff. h. t. L.20.*
§.1. ff. de P.V. l.2. §.5. l.3. ff. de in diem add. Burg. de peric. & culpa c. 7. n.9. Laut.
h.t. & ad Tit. ff. de peric. & commod. rei vend. existente autem adjecta con-
41 ditione, cum emtio & Dominii translatio ipso jure retro solvantur
42 L.*19. ff. de Usurp. & Usucap* ut ab initio nil actum videatur. *Faber. in Ration. ad L.2. h.t. in fin. Bachov. ad Treutl. Vol.1. Disp.28. th.9. lit.D.* sed ven-
43 ditor ipso jure sine rei traditione dominium recipiat, quod à contrario
sensu probat JCtus *Scævola* L. 8. *ff. h.t.* apertius autem deciditur *l.4. C.*
de Pact. inter E. & V. L.41. pr. ff. de R. V. Brunnem. ad L.1. § 3.5. & 6. ff.
h.t. Mantica. d. l. n.22. Bachov. d. l. Zoes. h. n. 6. Mynsing. 6. Obs.69. C. I. A.
th.5.6. Brussel. d. Tr. lib.4. Tit.5. n 8 Carpzov. P.2. C.33 Def. 21. n. 2. seqq.
44 emtorque rem cum omnibus accessionibus *L.6. §. 1. ff. h.t.* ac fructibus
45 *interim* perceptis restituere teneatur. *L. 5. ff. h.t. C.I. A. h.t. th.11. Lauterbach h. t. ubi & allegat. Rath. de rescind. vendit. Assert.79. n.5.* rei ita vendi-
46 tæ Dominus esse desinit, quæ vera nota est, ejus *interimisticum* ipsum
47 saltem *Dominium* habuisse. Huc refero (6) Statuliberum, qui statu-

tam

tam & deſtinatam in tempus vel conditionem libertatem habet, *L. 1. & 48*
t. t. ff. de ſtatu liberis Vid. C. I. *A. Aliique Commentatores ad h. t.* In hoc 49
enim quamvis conditio exiſtens faciat, ut deſinat eſſe heredis L. 1. §. 4.
ff. ad SCtum Silan. non tamen efficere poteſt, ne INTERIM videatur 50
heredis eſſe. *d. l. 1. §. 4. &* L. 12. §. 2. *ff. Famil. erciſc.* Hinc cum MEDIO 51
TEMPORE *d. L. 1. §. 4. ff. ad SCtum Silan.* ſtatu liberi heredum ſint;
exiſtente vero conditione ad libertatem perveniant. *L. 12. §. 2 ff. Famil.* 52
erciſc. C. I A. d. l. in fin. Interimiſticum heredes horum utique *Dominium*
habent *arg.* L. 66. *ff. de R. V. & L. 3. C. de fideicomm. libert. verb. & pertinere*
ad heredes jure Dominii.

Statulibero adjungo (7) Creditorem, qui in fundo in majorem 53
crediti ſecuritatem ſibi oppignorato, non ſoluto debito, nec tamen le-
gitimo luendi tempore præterito, recens jus Dominii impetravit *L. 3.*
§. 3. & t. t. C. de jur. domin. impetrand. L. 63. § ult. ff. de A. R. D. Quamvis 54
enim creditor per conſtitutionem pignoris rei oppignoratæ neuti-
quam dominus fiat *§ 1. I. Quibus alien. lic. l. non ibique Dd.* L. 9 *C. de Pign.*
Act. ibique Brunnem. in Comm. Cod. cum res oppignorata non Credito- 55
ris, ſed debitoris *L. 6. §. ult. ff. de A. R. D.* cauſſaque pignoris à Dominio 56
plane ſeparata ſit. *L. 1. §. 2. ff. de Pign.* nullaque ſocietate ei conjunga- 57
tur. *L. 44. §. 5. ff. de Uſurpat. & Uſucap.* Unde & creditor Domino op- 58
ponitur. L. *Notab.* 30. *ff. de Noxal. act.* L. 19. *ff. de damno infect.* & diſerte Do- 59
minus eſſe negatur L. 11. *ff. Eod.* Quia tamen, poſtquam in pignore jus 60
Dominii legitime impetravit, re vera & mero jure Dominus eſt. *L. 3.*
§. 3 ibi: Habeat ex divino Oraculo rem in ſuo Dominio *& verſ. Poſtquam ibi:*
Creditori, qui jam Dominus *factus eſt, & in fin. Creditor idemque* Dominus.
C. de jur. domin. impetr. L. 63. §. ult. ibi: Creditor, ut proprium tenere cœpit
jure Dominii *ff. de A. R. D. Brunnem. in Comm. C. ad L. 3. ubi in fin. ſubjicit:*
hanc legem noſtris Moribus amplius non frequentari. hocque Dominium ſo- 61
luto vel oblato intra conſtitutum tempus debito, rurſus ad debitorem
abeat. *d.* L. 3. §. 3. *C. h. t.* non *perpetuum* ſed *Interimiſticum* ſaltem rei op-
pignoratæ, *medio*, antequam debitum vel ſolveretur vel offerreretur
tempore creditorem habuiſſe Dominium eo certius affirmo, quo mani-
feſtius idem expreſſi juris textus L. 3. §. 3. *C. de jur. dom. impetr. &* L. 63.
§. ult. ff. de A. R. D. mecum aſſerentes, haud operoſa hanc ſententiam
indigere probatione quemvis dictas LL. adeuntem edocturi ſunt.

Creditorem prædictum excipit (8) *Donatarius*, cui fundus do- 62
natione mortis cauſa ita datus, ut ipſum nunc haberet, redderet, ſi

con-

convaluiſſet vel de prælio aut peregre donans rediiſſet, L.29. *ff. de don.*
63 *mort. cauſſ. verſic. Si vero* antequam â donante fundus revocetur. Hic
enim, quamvis revocata donatione ipſam rem donatam cum omni
cauſſa reſtituere teneatur, docente *JCto Paulo in* L. *Cum quis 12. ff. de*
64 *Condict. cauſſ. dat. Cauſ. non ſecut. ibique Gothofred. lit.* O. *& Brunnem. n.2.*
65 *ſeq.* nec non *in* L.38. §.3. *ff. de uſuris.* INTERIM tamen, antequam
horum quid contigit, rei ita donatæ dominus eſt, & fructus, inſtar alio-
rum, qui revocabilem ſaltem titulum habent. *Brunnem. ad* L. 12. *ff. de*
C*ondict. cauſſ dat. cauſſ. non ſecut.* Medio tempore perceptos jure
Dominii Interimiſtici ſuos facit. Uti elegantiſſimo Reſponſo JCti Ulpia-
ni L.29. *verb* INTERIM *autem ei cui donatum eſt, ff. de donat. mort. cauſſ.*
66 haud obſcure erudimur, quo loco donatario INTERIM rei vindica-
67 tionem, quæ omnium in univerſum JCtorum calculo effectus domi-
nii eſt, ac nemini, niſi vero Domino competit. § 3. *&* 4. *inibi. Quippe*
ita prodita ſunt jure Civili *actiones, ut quis* Dominium *ſuum* vindicet. *I de*
Action. L. *In rem* 23. *inibi: In rem actio competit ei, qui aut jure Gentium, aut*
jure Civili Dominium *acquiſivit ff. de R. V. Frantzk. de* Laudemiis *cap.* 14.
68 *n.17. p.m.* 249. apertis verbis tribuit.

Hujus Lateri (9) jungo libertum, cui Patronus filios non habens
omnem ſuam ſubſtantiam aut partem aliquam facultatum liberali do-
natione largitus fuit, antequam propter liberorum ſupervenientiam
69 facta donatio revocaretur. Quamvis enim ſupervenientibus liberis
totum, quicquid largitus fuerat donator, ad ipſum revertatur in ejus
arbitrio ac dictione manſurum, uti Sacratiſſimi imperatores *Conſtan-*
70 *tinus & Conſtantius in* L. *8.* C. *de Revocand. Donation.* loquuntur *Vid.*
omnino Dn. Brunneman ad d. L 8. *in* Comm. Cod. ipſoque jure dominium
ad Donatorem tranſeat. *Brunnem. d. l.* poſtea tamen exiſtens conditio
efficere non poteſt, quo minus *interim* res donata videatur donatarii
ceu liberti eſſe, quod ſatis innuit, Verbum *τὸ Revocari*, qua *in d.* L.8.
71 Utuntur Imperatores, quod regulariter præexiſtentem actus validi-
72 tatem requirit *Vid. Harpr. ad pr. J. de* L. *Fuſia* Canin. *toll.* hocque caſu
ſatis aperte indicat, Donatarium, cum ſuperveniente prole dominium
ipſo jure iterum ab ipſo *revocetur*, INTERIM rei donatæ *D*ominum
fuiſſe. *Vid. Dd paſſim. & ad* L.8. C *d t.*

73 Quod hactenus his omnibus in caſibus juris eſſe tradidi, idem
etiam in omnibus in genere rebus reſtitutioni obnoxiis obtinere non
dubie ſentio.

Cete-

Ceterum, cum variis contingat modis, ut res restitutioni fiat obnoxia, veluti I. LEGE SEU JURE CIVILI COMMUNI ut (1) Si 74 75
fundus in dotem acceptus fit. *per ea, quæ sup. n.10 seqq. hujus Cap. dicta* 76
sunt. (2) Si quid nobis donatum ante susceptos à Donatore liberos. 77
De quo n, 68. seqq h. C. egi. (3) Si in pignore jus recens impetratum 78
sit. *vid quæ notavi n* 53 *seqq. h. Cap.* & hujus generis casibus aliis. II. 79
ULTIMA VOLUNTATE: Si forsan fundus alicui sub certa die vel 80
conditione relictus *vid. n.18. seqq. h. Cap.* Vel restitui alii per fidei- 81
commissum dispositus *Vid. infr n.94. seqq. h. Cap* vel substitutioni sup- 82
positus sit *L.3.§.2. & 3. C. Commun. de* Legat. Cujusmodi res in genere 83
vocantur: Res restitui jussæ: Res restitutione gravatæ s. oneratæ.
Nov.29. Unde sumpta Authentica: *Res, quæ subjacent restitutioni* C. 84
Comm. de legat. III. CONTRACTU VEL PACTIS AUT CON- 85
VENTIONE INTER VIVOS. Quale est Pactum Legis Com- 86
missoriæ, de quo *vid. supr. n.35. seqq. h. Cap.* Addictionis in diem. 87
vid. supr. n.24. seqq. h. Cap. Retrovenditionis. *vid. infr. n.79. seqq. h.* C. 88
IV. STATUTO VEL CONSUETUDINE CERTORUM LOCORUM, PROVINCIARUM AUT CIVITATUM: Quorsum refero Statutum Lubecense, quo res Patrimoniales s. Hereditariæ (Erb-Güter) sine consensu heredum s. cognatorum proximorum alienare prohibemur. De quo prolixe *Dn. Cothman. lib.III. Resp.*11.12.
& 44.45. Item Quod Majoribus natu & Primogenitis quibusdam 89
in locis certa assignata sint bona, quæ alienare non possunt, sed ad successuros omnino transferre tenentur; Quod *jus Majoratus & Primogenituræ* Dd. appellant. Nec non; Quod multis locis Germaniæ, præ- 90
sertim Sueviæ, altero ex Conjugibus defuncto, omnia bona immobilia fiant liberis affecta & restitutioni obnoxia, ut citra consensum Magistratus & causæ cognitionem alienari non possint, sed liberis reservanda ac relinquenda veniant: Quod vocatur Verfangenschafft. Ver- 91
fangen-Recht/Verfangenschafft-Recht. De quo apud *Sichard. in Consil. Tract. 7. n.17. Caspar. Wil. Scipion. in Decis. Rotæ Spirens. lib.2. Dec.*203.
*Johann. Rudinger. lib. 2. Obs.*8. *Wehner. in Pract. Observ.* Verfangenschafft. 92
Jamque cum supra numeris præcedentibus de majori horum modorum parte ex professo egerim, qui adhuc examinandi restabunt, quanta fieri poterit brevitate in subsequentibus attingentur.

Inter ceteras ergo res restitutioni obnoxias, ad classem *Dominii* 93
Interimistici quoque (10) Res pertinent, quæ restitui aliis per fideicommissum

miſſum jubentur. Enim vero, quamvis affectio illa reſtitutionis ſ.
reſtituendi neceſſitas rem afficiat, *Gail. 2. Obſ. n. 6. n. 7.* Dominium
tamen non mutat; quin efficit potius ut res reſtitutioni obnoxia IN-
TERIM & *pleno jure* docente *JCto Gajo in* L. 29. §. 1. *ff. Qui & à quib.
manumiſſ.* Dum dies aut conditio reſtitutionis pendet, in dominio
ejus ſit, qui reſtituere debet, non cui reſtituenda eſt, aut reſtitui debe-
re ſperatur teſte *JCto Pomponio in* L. 45. *§. 1. verb. Nam nec pertinet ad nos
ff. de leg. 2.* cui adſtipulatur JCtus Julianus *in* L. 81. *ff. pr. de leg. 1.* L. 66.
ff. de R. V. & Ulpianus *in* L. 9. *§. 5. ff. de Peculio Menoch. de Præſumtion. lib. 3.
Præſ. 115. n. 72. p. mihi 857. Tiraqv. de Retract.* Convent. §. 2. *Gail. 2. Obſ. 137.
n. 5. n. 6. & 7.* Huc pertinet Reſponſum JCti Marciani *in* L. 12. *ff. de
Uſufruct. illar. rerum:* ubi notanter docet: Titium pecuniæ poſt mor-
tem Mevio reſtituendæ *Proprietatem* habere: Quibus non *Obſtat.* L. 3.
§. 2. C. *Comm. de leg.* cujus explicandi forte in publico conflictu dabi-
96 tur occaſio. *Vid. Hahn. ad Tit. ff. de A. R. D.*

Occaſione rei per fideicommiſſum reſtitui juſſæ, paucis hic quoque
meminiſſe haud pœnitebit rei per pactum retrovenditionis reſtitu-
97 tioni obnoxiæ: Expediti quippe juris eſſe arbitror, emtorem, qui cum
pacto retrovendendi. Auf einem Wiederkauff / emtum accepit fun-
dum (11) ejus *Interimiſticum* habere *Dominium.* L. 7. C. *de Pact. inter
E. & V. arg.* L. *pen. §. ult. ff. de contrah. emt.* L. 66. *ff. de R. V.* L. 1. § 4. *ff. de
SCto Silan. Carpzov. P. 2. C. 1. Def. 18. per tot. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Diſp.
28. th. 10. lit. A. Dn. Frantzk. de* Laudemiis *Cap. 16. n. 18. p. mihi 327. Gail.
98 lib. 2. Obſ. 16. n. 4.* Cum enim talis fundus pleno jure in Dominio
emtoris ſit. *d. L. 7. C. de Pact. inter E. & V. arg.* L. *pen. §. ult. ff. de con-
99 trah. emt. Anton. Faber. in Tract. de Error. Interpret. & Pragm. 22. c. 1.* facit
hoc pactum de retrovendendo, ut emtor non *perpetuum* ſed *interimiſti-
cum* ſaltem *Dominium* rei ita venditæ habeat *Hahn. ad Tit. de A. R. D. n. 3.*
aliique.

100 Quod tandem Dominium (12) in omni generaliter Retractu ſ.
jure πρωτιμήσεως locum habere firmiter credo, ſive id jus nobis ex Sta-
101 tuto, ſ. conſuetudine, ſ. ultima defuncti voluntate, ſ. ex conventione
competat; cum hæc neceſſitas non alienandi, ſ. venditori aut priori
Domino rem reſtituendi non faciat, ut res iſtiusmodi INTERIM poſ-
ſeſſoris non ſit. *L. 1. §. 4. ad SCtum Silan. arg.* L. 65. *ff. R. V. Hahnius ad Tit.
ff. de A. R. D. n. 3. verb. Eſt etiam verum.*

102 Refertur ad hanc Dominii ſpeciem (13) ab *Anton. Henrico Mollen-*

becio

becio in Tract. Diviſion. Juridic. Centur. 2. Diviſ. 92. P. mihi 457. Domini-
um alienæ materiæ, ex qua in ſuo ſolo quis ædificavit; ubi docet:
Ædificantem in ſuo ſolo ex aliena materia in illa materia *Dominium*
Interimiſticum habere *per §. cum in ſuo mihi 29. J. de R. D.*

Addunt huic *Hahn. ad Tit. ff. de A. R. D. p. mihi 489.* aliique de no- 103
ſtra Jurisprudentia egregie meriti JCti (14. & 15.) Vaſallum, Emphy- 104
teutam, ceterosque quibus utile à Dd. tribuitur dominium: Quam
ſententiam, uti ex illorum principiis qui Dominii diſtinctionem in
Directum & utile ceu juri juſtinianeo haud incognitam admittunt, uti-
que ſuſtineri poſſe nullus dubito, ita contra ab his, qui prædictam di-
viſionem ceu à Jurisprudentia Juſtinianea alienam per illa, *quæ ſupr.*
cap. 1. n. 65. ſeqq. fuſius *expoſita ſunt*, prorſus rejiciendam eſſe docent,
vix ac ne vix quidem defendi poſſe reor.

Neutiquam tamen in illorum deſcendere caſtra quiverim, qui 105
cum *Nicolao Bellon. Supputat. jur. lib. 1. c. 6. n. 7. Lauterbach. Ad Tit. ff. Com-*
mod. lib. 5. Mantica de Tacit. & ambiguis Conv. lib. 9. Tit. 3. n. 10. Pichard. ad
§ 2. J. Quib. mod. re contrahatur obl. in Commodato (16) quod vocant 106
IRREGULARE *Mantica & Lauterb. d. l. Dominium Interimiſticum*
locum habere aſſerere neutiquam verentur. Enim vero, cum tale 107
pactum, ut commodatum contrahatur & tamen in commodatarium
rei commodatæ dominium *ad tempus* transferatur, eſſentiam Commo- 108
dati formalem ac ſubſtantialem, quæ tamen eſſe rei dat, penitus ſub-
vertat, utpote quod nec *Dominium* nec poſſeſſionem ſed *uſum* ſolum- 109
modo rei in commodatarium transfert. §. 2. *J. Quibus mod. re contrah.* 110
obl. verb. Item is, cui res aliqua utenda *datur i. e. commodatur & verſiculo:*
Sed is &c. ubi expreſſe docetur, quod in eo Commodatum à mutuo
differat, quod hoc faciat rem accipientis, illud non æque *Nec non verſic.*
Commodata autem res L. 9. ff. Commod. l 8. ff. eod. Excell. Dn. Lembke Exercit. 111
Juſt. 3. ad Tit. Quibus mod. re contr. Obl. aliique manente penes commo-
dantem actione rei vindicatoria. *Carpz. P. 2. C. 26. Def. 5. n. 7. Coler. 1.*
Deciſ. 7. n. 6. Lauterbach. d. l. Præterea in contrahentium poteſtate 112
poſitum non ſit, pacto contractui adjecto ita alterare contractus eſſen-
tialia, ut iſtiusmodi contra naturam & eſſentiam contractus initis
conventionibus tota contractus deſtruatur eſſentia, ſalvo nihilomi- 113
nus contractus nomine, non rite magis tale commodatum *Commoda-*
tum dici mereri, ſalvo aliorum calculo dixerim, quam matrimonium,
deficiente conſenſu Patris, & feudum, ſublata vel remiſſa fidelitate.

P 2 *Vid.*

114 *Vid. Stryk. in Exam. Jur. Feud.* C.2.*q*.23. *Dn. Struv. S.J.F.c.2.th.6.n.6. & 7.*
uti enim feudum cui tale pactum adjectum: *Ne fides præstetur*, non est
feudum, sed in aliam contractus speciem degenerat *docentibus Strykio*
115 *& Struvio d. l.* Ita & Commodatum, cui tale adjectum pactum est:
Ut dominium ad tempus transferatur, non manet Commodatum, sed in
contractum forte innominatum, aut alium deflectit, neque commoda-
116 ti nomen retinet, secundum tritum illud: *Si repriveris, nec nomen habere
mereris.*

117 Coronidis loco moneo; cum hæc inter *Bonæ fidei possessorem &
Usufructuarium* ratione fructuum percipiendorum eorumque dominii
acquirendi, intercedat differentia, quod fructus quam statim à solo
separati sunt, bonæ fidei possessoris fiant, sive ipse s. alius suo eosdem
nomine separaverit, etiamsi illorum possessionem nondum nactus sit.
*L.*13.*ff. Quib. mod. usufr. amitt.* L.48.*ff. de A.R.*D.*L.*25.§.1.*ff. de Usuris* 78.
ff. de R.V. Fructuarii contra non aliter fiant, nisi ipse eos perceperit
i.e. actu apprehenderit *d. l.* 13.*ff. quib. mod. usufr.* vel alius ejus nomi-
ne *l.*25. §.*1.ff. de usuris.* Ut si alius suo nomine separaverit, non ali-
ter ejus fiant, quam si possessionem illorum nactus sit. L.12. §. *ult. ff. de
usufr. Vinn. in Comm. Maj. ad* §. *ad quem mibi* 36. *J. de R.*D.*Redeker Exam.
Instit. Tit. de R.*D. *qu.* 72. *Francisc. Broeus in Exposit. Inst. d* §.36.*n.*1. illos
118 INTERIM (17) jure *Dominii Interimistici* pertinere ad Proprietarium,
cui satis aperte quoque dictum adjudicat dominium JCtus Ulpianus
in L. elegantissima 12. §. *ult. ff. de Usufr. Vid. Omnino* Dn. *Brunnem. ad d. l.
n.*14. *seqq. ubi num. ult. notanter*, ait: Ideoque, dominium, quod
Proprietarius habere dicitur, est INTERI-
MISTICUM.

CAPUT

CAPUT ULTIMUM.

De
Effectibus Dominii Interimistici.

SUMMARIA.

Introitus. *n.* 1
EFFETTUS PRIMARIUS DOMINII INTERIMISTICI *ratione* PRÆDII DOTALIS *est, quod constante matrimonio rem dotalem possit vindicare.* 3. *seqq.*
Uxor constante matrimonio prædium dotale vindicare nequit. 4
Uxor domina dotis est, etiam constante matrimonio. 5
Dos Uxoris proprium dicitur patrimonium. 6
Maritus effectivè dotis Dominus est. 7
Rei vindicatio nemini, nisi Domino datur. 8
Dominium potissimum in libera rem suam administrandi & in alium libere transferendi facultate consistit. 9
Quid significet: Alienare. 10
Regula Juris: Quicunque dominus est, rem quoque suam in alium transferre libere potest, *an patiatur exceptionem.* 11. *seq.*
Quilibet rerum suarum moderator ac arbiter est. 12
Nil tam naturali æquitati conveniens est, quàm voluntatem volentis rem suam in alium transferrre, ratam habere. 13
L. Julia marito alienationem rei dotalis interdicit. 15
Mulieres contra propria sæpius commoda laborant. 17
Facile blanditiis vel minis maritalibus cedunt. 18
Justinianus nimium de periculo mulierum sollicitus fuit. 23
Hinc L. Juliam etiam ad illum casum extendit, ut valeat ejus prohibitio, sive Mulieres consentiant s. non. 24
Quid jure Novellarum circa hunc casum juris sit. 25
Ratio 26
An si mulier non solum consenserit, sed juraverit etiam ratam se alienationem habituram, illa jurata alienatio prædii dotalis valeat? 28
Distinguitur inter Jus Civile & canonicum. 29
Jure Civili actus contra legem ipso jure nullus est. 30
Nec convalescit ex juramento addito. 31
E. nec hoc jure actus alienationis per jusjurandum convalidatur. 32 *seqq.*
Juramentum Confirmatorium est accessorium. 33

Hinc non potest subsistere nisi & principale valeat. *n. eod.*
Mulieres eadem fragilitate & facilitate ad jusjurandum adduci possunt, qua ad consentiendum in alienationem inducuntur. *34. seq.*
Tale jusjurandum privat Uxores suis dotibus. 36
Reipublicæ interest dotes mulieribus manere salvas. 37
De jure Canonico tale jusjurandum servandum est. 38
Quia sine dispendio salutis æternæ servari potest. 39
Alia ratio. 40
Sententia Perezii *remissive.* 41. *seq.*
Sententia Hunnii *remissive.* 42
Alienatio prædii dotalis invalida quidem est resp. uxoris, non vero mariti. 44
Ratio. 45
Valet alienatio rerum dotalium mobilium. 46
Limitatio 47
Ratio. 48
Res etiam immobiles æstimato datas maritus alienare potest 49
Ratio 50
Modo æstimatio facta sit venditionis *caussa.* 52
Hoc enim casu Dominium consequitur maritus prædij dotalis perpetuum 53
Cujus etiam periculum sustinet. 54
Secus si æstimatio saltem sit facta taxationis & intertrimenti *caussa.* 55. *seq.*
In Casu necessitatis maritus prædium dotale alienare valet 57
Necessitas in omni prohibitione regulariter excepta videtur, nec illi subjacet. 58
Ad DOMINII INTERIMISTICI EFFECTUM *pertinet etiam oppignoratio.* 59
Dominium virtualiter omnes juris in re species comprehendit remissive. 60. *seq.*
Lex Julia impedit etiam prædii dotalis oppignorationem. 67
Ratio hujus. 68
Mulierum tenacissimum genus est. 70
Quid Moribus hodiernis obtineat. 71
Maritus thesaurum in fundo dotali inventum totum sibi acquirit. 73
Ratio. 74
Explicatur L. 7. §. 12. ff. sol. matrim. *remissivè.* 75
Maritus potest in litem jurare. 76
Percipit omnes fructus. 77 *seqq.*
Potest jubere servum dotalem heredem institutum hereditatem adire. 80
Servum dotalem manumittere valet. 81
Potest acquirere servitutem fundo dotali. 82
Et constituere. 83
Limitatur hæc sententia. 84
Ratio Limitationis. 85
Datur marito actio furti. 86
Et damno dato actio injuriæ. 87
Deferre potest jusjurandum. 89

EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI *ratione* B. F. POSSESSORIS *in quonam consistat.* *90. seqq.*
B. F. Possessor fructus etiam naturales *suos* INTERIM *facit.* *95*
Quinam sint fructus naturales. 94
Rationes hujus acquisitionis. *96. seqq.*
Acquirit B. F. possessor fructus Industriales etiam Jure dominii Interimistici. 106
Quinam sint fructus Industriales. 107
Quando illos restituere teneatur. 108
Limitatio. 109
Tenetur post L. C. *Bonæ fidei possessor etiam restituere* Industriales. *110*
Rationes variæ. *111. seqq.*
Sententia contraria remissivè. *116*
EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI *ratione* Rei sub conditione legatæ *in quonam consistant.* *117. seqq.*
Novus casus Dominii Interimistici. 114
Resoluto jure dantis, resolvitur etiam jus accipientis *125*
EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI *ratione* Rei in diem addictæ & sub pacto Legis Commissoriæ venditæ *in quonam consistant. 126. seqq. usque ad n. 136*
Excusatio ad Lectorem. 137
Coronodis loco ponitur Regula generalis, ex qua, quid in ceteris Dominii Interimistici Casibus *ratione* Effectuum *juris sit, B. L. dijudicare potest.* *138*

RESidui hoc CAPITE ULTIMO adhuc proponendi sunt DOMINII INTERIMISTICI EFFECTUS; quorum si non omnes, 1
famosiores tamen secundum ordinem in Capite præcedenti observatum præsentes paginæ exhibebunt; initium de EFFECTIBUS hu- 2
jusce Dominii respectu PRÆDII DOTALIS facturæ.

Horum autem princeps, principe inde etiam loco considerandus, est, quod non uxor, quæ tamen constante matrimonio non se- 3
mel in Jure fundum, ceu proprium patrimonium L. *Denique* 3 § *Ergo.* 5. *in fin. ff. De Minorib. l. 16. ff. De Religios. & sumptib. fun. l. 4. ff. de Collation. L.* 14. *pr. ff. Ad leg. Falcid. Brunnem. in Comm. C ad L un. De R. U A. Auth. Sed quamvis Rittershus. in Nov. P. 5. c. 4. n* 2. in naturali retinuisse 4
dominio dicitur *L. 30. verbis. Et* naturaliter *in ejus permanserit* dominio C. *De jure dot. ibique Brunnem. in Comm. Cod.* 75 *ff. Eod. verb. Mulieris tamen est ibique Brunnem. in Comm. ff. n. 1.* quæque multoties rerum dotalium. *L. Si cum dotem. 22. §. autem fin. L. Si constante. 24 §. Si maritus* 5
5. ff. Soluto matrim. L. fructus 7. *§. si fundum. 12. ff. Eod.* & dotis domina nuncupatur, *L. 4. ff. De dot collat. L. In eum. 16. ff. De religios. & sumpt. fun.*

6 prædium dotale, nisi in subsidium, marito non existente solvendo
Brunn. in Comm. Cod. ad L. 30. *De jur. dot. in fin. pr. Guttiretz de jurament.*
7 *Confirmat. P. 1. c. 1. n. 6. & lib. 3. Pr. Quæst. 38. n. 12.* sed maritus vindica-
re possit. L. 30. *C. de jur dot.* L. *Dece ancillam 6. C. De R V.* Hic enim
cum effectivè Dominus sit. *Pr. J. Quib. alien. lic. l. non* L. 7. §. *ult. L. 96.*
§. *8. L. 75. ff. de jur. dot. Brunnem. in* Comm. *ff. Ad. L.* 75. *de jur. dot. in fin.*
Cujac. lib. X. obs. 32. Treutl. Vol. 2. Disp. VII. th. 6. n. 8. nemini autem, nisi
8 vero Domino hæc actio rei vindicationis, ceu effectus dominii pro-
priè ita dicti competat, *L 23. pr L. 41. ff. De R V. L. 25. ff de O. & A. l. 14.*
§. *ult. ff. De Except. rei judic. L* 18. *pr. ff. De usuris & L. 73. ff. De R. V.* Si
constante matrimonio res dotalis ad alium pervenerit, præ Uxore eti-
am rectè ad illam vindicandam admittitur. *Brunnem. Exerc. Inst IX. Lib.*
II. Tit. 7. pr.

9 Cujus consectarium esset (2) cum *teste Habnio Ad Tit. ff. De A. R. D.*
n. 4. & Lindemanno Exercit. Just. Disp. 2. *Tit.* 8. *n. 1.* haud minimus do-
minii effectus in libera rem suam administrandi & in alium transfe-
rendi facultate consistat, maritum quoque prædium dotale durante
10 matrimonio libere alienare i. e. dominium ejus in alium transferre
L. 1. C. De fund. dotal. L. *28. L. 67. ff. De V. S. L. 8.* §. *2. ff. De alien. jud. mut.*
11 *causs.* L. 4. *C. De præd. min.* non prohiberi. Verum enim vero, quam-
vis notoria hæc juris theorica, quod *qui dominus est, rem quoque suam in*
12 *alium libere transferre possit*, cum quilibet rerum suarum moderator ac
13 arbiter sit. *L. 21. C. Mandati*, nilque tam naturali æquitati conveniens
deprehendatur, quam voluntatem volentis rem suam in alium trans-
ferre ratam habere, *per ea* quæ notanter tradit D. Imperator noster Ju-
14 stinianus §. 40. *J. De R.* D. & ante ipsum JCtus *Gajus in* L. 8. §. *3. ff. De*
A. R. D. regulariter procedat; patitur tamen exceptionem, quoties
15 Domino rerum suarum alienatio speciali lege interdicitur, L. *Quem-*
admodum C. De Agricol. & Censitic. lib. XI. Rebuff. 2. Tom. Comm. Ad. LL.
Gallic. Tit. De Rescissione contract. in Præfat. n. 37. Johann. Baptista Valen-
zuela Velaquez Consil. Tom. 1. Consil. 32. n. 34. Hinc, qui Dominus est,
aliquando tamen rem alienare prohibetur. *pr. J. Quib. alien. lic. l. non*
16 *ibique Commentatores in universum omnes.* In specie autem Lex julia ma-
rito fundi dotalis alienationem interdicit *pr. J. Quib. alien. licet l. non L. Un.*
17 *C. De R. U. A. ibique Brunnem. in* Comm. *Cod. t. t. ff. & C. De fund. dot. Mantica de*
tacit, & ambig. convent, lib. XXV. Tit. 3. n. 21. ut dotes salvas haberent uxo-
res,

res, facilius harum intuitu procos inventuræ L. *2. ff. de jur. dot.* L. *1 ff.* 18
solut. matrim. neve cum contra propria sæpius laborare commoda noscantur. *L. 4. C. De Sponsalibus Vultej. 2. Consil. 29. n. 106. Jacob. Mæstert. De* 19
justit. Rom. LL. Dubit. 3. lib. 1 in fin. p. mihi 11. blanditiisque & minis maritalibus facilè cedant. L. *ult. ff. Si quis al. test. probib.* illarum imbecillitas. L. *Imperialis. 23. C. De Nuptiis* infirmitas L. *1. C. Quando mulier tut. offic.* ac fragilitas L. *ult. C. de don. ante nupt.* in perniciem ipsarum substantiæ convertatur *pr. J.*
Quib. alien. lic. l. non sicque in repentinam deducantur inopiam. L. 20
un. §. is C. De R. U. A. aut ne tandem occasio detur discordiarum, ma- 21
rito consensum in alienationem quandoque desiderante, uxore autem negante. *arg. l. 2. ff. de donat. inter V. & U. Perez. in C. tit.* De *fund. dotal. n. 2.* Nisi mulieres in alienationem ipsæ consenserint *d. L. Un. C.*
De R. U. A. Quam prohibitionem Constitutio Justiniani, nimium 22
quantum de periculo mulierum soliciti *Redeker. Exam. Instit. Tit. Quibus alien. licet. l. non quæst. 68.* cui tamen masculè contradicit. *Mæstert. sup. all. Tt. de Justit. LL. Rom. Dub. 3. Lib. 1. p. 11.* in favorem mulierum, multis captionibus suppositarum multorumque insidiis expositarum. L. 2. *§. 3. ff. Ad SCtum Vellejan.* eo suo tempore extendit, ut nec valuerit
alienatio, etiamsi mulier consenserit, ut nec valuerit alienatio, etiamsi 24
mulier consenserit. L. *Un. §. 15. C. De R. U. A ibique Brunnem. Guttirez. de Jur. Confirm. P. 1. c. 1. n. 92. Petr. Barb. in L. P. 2. ff. solut. matrim. n. 2.*
seq. Amaya in Comm. C. h. l. Perez. Eod. Hoc tamen deinde *jure Novel-* 25
larum correctum est, quo valida est alienatio, si consensus uxoris post biennium fuerit repetitus, & quod maximum est, de bonis mariti
ratione dotis satis fieri uxori possit *Nov. 61. c. 1. & quæ inde sumta est Auth.* 26
sive à me C. Ad SCtum Vellejan. Brunn. Exercit. Justin. IX. Tit. 8. pr. & Ad d. Auth. sive à me C. Ad SCtum Vellej. nec non in Parat. Wes. Tit. de fund. dot.
q. 11. in fin. Imputet enim sibi mulier, si, quod sæpius cogitare poterat 27
& evitare, non fecit, sed ultrò firmavit. *L. 22. C. Ad SCt. Vell. ibique Brunnem. & ad d. Auth. Sive à me h. t. Matth. Stephan. ad Nov. 61. c. 1. n. 20. seq. Rittershus. ad d. Nov. c 9. n. 20. Stryck. in Annot. Ad Inst. pr. J. Quib. alien. lic. l. non eodemque Redeker. q. 68. Perez. in* Comm. C. *Ad Tit. De fund. dot. n. 7.*

Quæritur autem hic: *An, si mulier non solum consenserit, sed jurave-* 28
rit etiam, ratam se alienationem istam habituram, illa ex juramento alienatio
convalescat? Distinguunt hic Dd. communiter: *Inter dispositionem Juris* 29
Civilis & Canonici. Et quidem *jure Civili* indubium est, cum hoc ju-

30 re, omne illud, quod LL. civilibus repugnat, pro infecto ac non ge-
sto habeatur. *Trentacinquius Pract. Resol. lib. 1. Resol. 1. n. 1.* jurisque ju-
randi religione confirmari nequeat. L. 7. §. *16. ff. de Pactis L. 112. §.*
31 *fin. ff. de legat. 1.* L. 5. C. *De* L *Lbus L. jubemus* 10. *versic. Quod etiam* C. *de*
32 *SS. Eccl.* istiusmodi juratum mulieris consensum, hunc alienationis
33 actum per se invalidum, neutiquam convalidare; Tum quod jura-
mentum confirmatorium sit accessorium, quod principale non va-
lente, subsistere nequit. *Hunnius lib. 2. Resolut. Tr. 4. quæst. 15. & in Re-*
34 *solut. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. th. 9. qu. 50. p. mihi 785. seqq.* Tum quod
mulieres eadem fragilitate & facilitate ad jusjurandum adduci possint,
qua ad consentiendum in alienationem inducuntur. *L. Doli 19. vers.*
35 *Diversum ff. de Novat. Harprecht. Tit. J. Quib. alien. lic. l. non n. 25.* Tum
36 denique quod tale juramentum privat mulieres dotibus suis, quas
tamen salvas & integras illis conservari Reipublicæ interesse docet
JCtus Paulus *in L. 2. ff. de jur. dot. & Pomponius in L. 1. ff. Solut. Matrim.*
Schneidew. ad p. J. Quib. alien. lic. non n. 4. Philipp. Usus Pract. Inst. Eclog.
37 *40. n. 6. Aliique JCti Adt. t. ff. &* C. *de fund. dotal.* De *Jure* tamen *Cano-*
nico mulier, quæ alienationi consensit, & juravit se ei non contraven-
38 turam, jubetur jusjurandum servare, quia omne jusjurandum, quod
sine dispendio salutis æternæ servari poterit, servandum est. *c. 8. &*
28. X. De jurejurand. & c. 2. de jurejurando in 6to. Lindem. Exercit. Justin.
Disp. 2. Tit. 8. th. 5. Brunnem. in Parat. Wes. Tit. De fund. dotal. q. 1. & in
Exercit. Just. IX. Tit. 8. lib. 2. Covarruv. in c. Quamvis P. 2. §. 1. n. 7. Schnei-
dew. d. l. n. 4. Harprecht. Comm. J. ad Tit. Quib. alien. lic. l. non n. 7. Struv.
S. J. C. Part. 2. Exerc. 30. lib. 23. Tit. 2. th. 21. p. mihi 141. C. J. A. Ad Tit. De
fund. dot. th. 4. Joh. Sande de Probat. rer. alien. P. 2. c. 10. n. 8. seq. Joh. Eme-
ricus à Rosbach in Tr. de Comparat. Jur. Civ. & Can. lib. 2. Tit. 3. n. 10. Perez.
39 *in Comm. C. de fund. dotal.* ubi hactenus recensitis hanc supperaddit ra-
tionem: Quod, si alienatio prædii dotalis, accedente mulieris con-
sensu nihilominus invalida esset, contingeret, ut tali prætextu via
40 perjuriis aperiretur; tandemque concludit: Hodiernam Praxin
ita jus interpretari, ut juramenti occasione major vis contractibus tri-
buatur jure tantum Civili prohibitis, plusque obligari mulierem,
quæ consensit in alienationem prædii dotalis, seque jurejurando ad
non revocandum obstrinxit, quam illum, qui usurario juravit usu-
41 ras se soluturum. *Minsinger. Centur. 3. Obs. 10. n. 5. Gail 2. Observ. 38.*
seqq. In quorum castra & ego descendo, non nescius magnæ au-
32 thoritatis JCtos contrarium defendere. *Harprecht. supr. cit. loc. &*

Hunnius

Hunnius. d. l. quæst. 15. Ubi in fine docet: Se existimare in hoc juris Civilis & Canonici dissidio, illud huic præferendum esse; tum quod 43 dispositio Juris Civilis rectæ rationi videatur congruere; tum etiam, quod lata secus fenestra & exoptatissima occasio circumveniendi leges, alienationem fundi dotalis prohibentes, aperiretur.

Quæ hactenus dicta sunt, sc. alienationem prædii dotalis, s. con- 44 sentiente s. contradicente Uxore factam, ipso jure invalidam esse.

(1.) Respectu UXORIS non verò MARITI intelligenda sunt. Hic 45 enim omnibus, quibus cum contraxit, de prædictis rebus ex aliis suis bonis obligatur. *Nov. 61. ibique Stephan. n. 17. Brunnem. Exercit. Justin. IX. Tit. Quib. alien. lic. l. non pr.*

(2.) De rebus IMMOBILIBUS *Auth. Sive à me §. 1. C. Ad SCt.* 46 *Vellej. t. t. ff. & C. de fund. dotal.* non verò MOBILIBUS. Has siquidem maritus, cum levior illarum æstimatio & jactura sit. *L. Si rem mobilem.* 47 *47. ff. de A. vel A. P. Mantz. in Comment: Inst. Ration. ad Tit. Quib. alien. lic.* 48 *l. non n. 10.* præsertim si non fuerint pretiosæ, ipseque solvendo fuerit. *Vinn. in Comm. Maj. ad d. T. J. n. 1. L. 1. C. de Serv. pign. dot.* alienare potest *L. 3. §. 2. ff. de suis & legitim. L. 3. C. de jur. dot. ibique Brunnem. Auth. Sive à me §. 1. C. Ad SCt. Vellej.* Lex quippe Julia, quæ marito alienationem interdicit, de re saltem agit immobili, & prædio s. fundo dotali. *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. th. 9. Lit. C. Hahn. ad Wesenbec. Tit. de fundo dot. n. 4. verb. etiam mobiles &c. p. mihi 183. P. 2. Schotan. Exam. Jurid. ad Tit. De fund. dot. q. 2.* Ergo citra expressum textum ad res mobiles produci ejus prohibitio non debet. *Bachov. d. l. Brunn. Ad L. Un. C. De R. U. A Auth. Sed quamvis §. 15. ad L. Si æstimata 1. C. De fund. dot. & in Parat. ff. Tit. de fundo dot. q. 3. Zas. Comm. ff. Eod. n. 3. Wissenbach. h. t. th. 26. Petr. Barb. ad L. 1. ff. sol. matrim. n. 86. C. J. A. in Tit. de fund. dot. th. 2. Lauterbach. h. t. p. 351. Redeker Ex. Inst. Tit. Quib. alien. lic. l. non quæst. 68. Perez: Comm. C. Tit. de fund. dot. n. 6.*

(3) *De rebus immobilibus* INÆSTIMATO *datis.* Enim verò, quæ res *æstimato* in dotem dantur, eas omnes s. mobiles, s. immobiles 49 sint, liberè à marito alienari posse, vel ex eo constat, quod soluto ma- 50 trimonio, non res ipsæ, sed pretium s. illarum æstimatio in restitutionem veniat judicio venditi. *L. 10. §. Si ante 4. ff. De jur. dot. L. 5. L. 10. C. eod. Alex. Trentacinquius Pract. Resolut. L. 3. Resol. 1. n. 1.* Fingitur enim in 51 hujusmodi æstimatione, quod maritus brevi manu pro prædiis ab uxore acceptis eidem pecuniam dederit, ipsa contra uxor pecuniam

pro dote iterum marito tradiderit. *arg. L. singularia* 15. *ff. Si cert. pet.* L. 3.
52 §. *sciendum ff.* De *donat. inter V. & U. L.* 43. §. 1. *ff. De jur. dot. Trentacinquius d. l.* Solent autem Dd. hic communiter subdistinguere: An æstimatio facta sit *Venditionis Causa*, quo casu rei dotalis dominium jure perpetuo in maritum transit, periculum dotis sustinentem, liberaque alienandi facultate gaudentem. L. *Un.* §. 9. & 15. *C. De R. U. A. L.*
53 10. *L.* 12. §. 1. *ff.* L. 5. 10. L. 21. *C. de* jur. *dot.* L. 10. *pr.* & §. 5. *Lib.* 16. 17. §. 1. *L.* 18. *ff. de pact. dot.* L. 9. §. 1. *ff. De fund. dot. Redeker sæpius all. loc. q.* 68. *Vin. Comm. I. Maj. d. l. Molin. Tract.* 2. D. 416. *n.* 7. *Anton. Faber. in C. Lib.* 5. *tit.* 7. *Def.* 43. *Carpzov.* P. 2. *C.* 42. *Def. pen. Petr. Barbos. Ad L. Si æstimatis* 51. *n.* 5. *ff. solut. matrim. Brunnem. ad L.* 10. *ff. De jur. dot Harp. ad Tit. I.*
54 *Quib. alien. lic. l. non Costill. De Usufruct. c.* 4. *n.* 7. An verò saltem *intertrimenti* i. e. *taxationis causa*; ut sciatur quanti res sit, *ut in* L. 69. §. 7. *ff.*
55 *De jur. dot L.* 50. *ff. Solut. matrim. L.* 20. *C. De jur. dot.* & quantum soluto matrimonio reddendum, quæque deteriorationis ratio habenda sit.
56 L. 21. *C. de jur. dot.* Hoc enim casu Lex Julia prohibet alienationem
57 prædii dotalis. *Perez. in Comm.* Cod: *supr: all. loc. aliique Dd. passim.*

(4) *De alienatione* VOLUNTARIA, NON NECESSARIA, per expressam L. 1 *ff. de fund. dotal. L.* 2. C. *eod.* Necessitas enim in om-
58 ni prohibitione regulariter excepta videtur, nec Legibus ipsius subjacet *per* L. 114. §. 14. *de legat.* 1. *l.* 9. *ff. de fideic. libert. L.* 13. *ff. Famil. ercisc. Perez. in* Comm. C. *d. l. n.* 4. *Brunnem. Exercit. Justin. IX. Tit.* 8. *pr. & in* Comm. Cod. *ad* L. 2. C. *de fund. dot. junctâ quæst.* 9. *in Parat. Wes. Tit. de fund. dot. Lindeman. Exercit. Just. Disp.* 2. *Tit.* 8. *th.* 5. *Lauterbach. Tit. De fund. dot. p. mihi* 352. C. I. A. *Tit. hoc th.* 3. *Gail.* 2. *Obs.* 137. *n.* 4. *Hahn. ad Wes: Tit: De fund: dot: n:* 5. *Besold. Thes. Pract. verb.* Verändern.

Ad Dominii Interimistici Effectum pertinet etiam OPPIGNO-
59 RATIO. Sicuti enim docente *Hahnio ad Wes: Tit. De A. R. D. n.* 2. Dominium *Virtualiter* omnes juris in re species comprehendit, ut qui
60 rerum suarum Dominus est, Lege, aliave ex caussâ alienare non prohibitus, volens possit alium ejus rei facere Dominum §. 40. *seqq.*
61 *J. De R. D. L.* 20. *ff. De A. R. D.* & Heredem. *L.* 1. C. *De S. S. Eccles.*
62 valeatque rei suæ in alium transferre Possessionem. *d.* §. 40.
63 *junct. L.* 18. *ff. De A. vel A. P.* constituere Servitutem 2. *F.* 8. §.
64 *Rei autem vers. Quod etsi pretio* vel Pignus aut Hypothecam *L.* 2.

L. 6.

L.6. Si alien. res pign. L. 18. ff. de Pign. Ita cum & Maritus *per not. sup.* 65
Cap.11. num.10. rei dotalis constante matrimonio Dominus sit, ipsum
etiam oppignorare posse fundum dotalem dicendum videretur. Ce- 66
terum cum Lex Julia non solum fundi dotalis alienationem, sed & op- 67
pignorationem marito interdixerit, sive consenserit, sive dissenserit
Uxor, rem dotalem maritus obligare neutiquam valet, docente D. Ju-
stiniano *p. I. Quibus alien. lic. l. non. & L. Un. C. §.15. de R. U. A. & ante* 68
ipsum JCto Gajo. in L.4. ff. de fund. dot. Brunnem. L.1. ff. ad SCtum Vellejan.
Eckholt. ad Tit. ff. de fund. dotal. Hahn. ad Wes. d. t. n 1. nec non ad pr. I. Qui-
bus alien. lic. l. non. Dd. fere omnes. Cujus ratio in eo videtur consistere, 69
ne scilicet mulieres sexus sui fragilitate lapsæ, postquam, ceu tena-
cissimum genus *L. Si à sponso 16. versic. Raro ubi Gloss. C. de donat. ante*
nupt. L. Si stipulata 33. §.1. ibi: Contra sexus naturam ff. de donat. inter. V. &
U. in alienationem consentire recusarunt, putantes ita in totum rei
dotalis Dominium ab ipsis abiturum, facilius obligationi consenti-
rent, sperantes exiguum inde præjudicium, & non tantum, quantum
in omnimoda alienatione metuere cogebantur, periculum ipsis futu-
rum. *Brunnem. ad L. 1. ff. ad SCtum Vellejan. & in Parat. Wes. Tit. de*
fund. dot. q.11. Hering. de Fidejuss. cap.7. n.424. aliique.

HODIE oppignorationem rerum dotalium pro debitis mariti 70
validam esse, si renunciatum fuerit Senatus consulto Vellejano & Au-
thenticæ. *Si qua C. ad SCtum Vellejan.* & quidem jurato, docent:
Struv. S. I. C. Exerc.30. th.23. Carpz. P.2. C.16. Def.7. n.1. Ubi n. seq. do- 71
cet. Valere etiam renunciationem absque juramento, in iis locis, 72
ubi id moribus introductum fuit, *Gail. lib.2. O.90. Mynsing. Cent.1.*
Observ.29. Dan. Moller. lib.2. Semestr. c.41.

Huc haud immerito referri poterit. (I) Quod Maritus thesaurum 73
in fundo dotali inventum INTERIM totum suum faciat, per Regu-
lam, quam suppeditat D. Justinianus *in §.39. I. de R. D.* Quod, qui
ipse invenerit thesaurum in fundo suo ob duplex concurrens jus, 74
Soli sc. & Inventionis, totum faciat suum: *Vid. Disp. Dn. Joachimi* Seeken/
de Thesauris, habita hic Rostochii sub præsidio Viri Excell. Dn. D. Lemken/
superiori Anno 1683. § 8. Bartol. ad L.7. § 12. ff. sol. matrim. ibique Bald.
n.1. in fin. Rosenthal. de feudis: Conclus. 93. c.5. Guttierez. C. 3. de Tutel. n.15.
& 16. Bachov. ad Treutl. Vol.2. Disp.7. th.6. lit. C. Bitsch. Tractatu speciali de
Thesauris P.2. c.8 seqq. Non obstante *L. Si fructus 7. §. fundum.12 ff.*
solut. matrim. ubi dicitur: Si thesaurus fuit inventus, in fructum non 75

computabitur: Sed pars ejus dimidia restituetur, *quasi in alieno* inventi: qua freti lege ab hac verissima in contrariam abierunt sententiam. *Struv. S. J. C. de jur. dot. th.13. Brunnem. in Comm. ff. ad L.7. ff. de jur. dot. Gloss. in L. Un. vers. Nam in suis C. de Thesauris. Castrensis in d. §. Si fundum 4. in fin. ibique Jason. n.5. Zœs. n.6. Donell. lib. 14. C. 4. Garsias. de Expensis & meliorat. c.13. n.3. & 6. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. ult. n. 49. aliique.*

76 *Effectus Dominii Interimistici* ratione *prædii dotalis* haud minimi
præterea sunt: Quod Maritus (2) in litem jurare possit, si possessor
prædium dotale dolo malo restituere detrectet. *L.7. ff. de in lit jurand.*
77 (3) Percipiat omnes fructus. *L. 7. pr. ff. de jur. dot. L. Plerumque 10. §.
Sed fœtus 3. ff. eod. L. ult. §.2. C. eod. L.25. C. Eod. L. Un. §.9. C. de R. U. A.
L.65. & ult. ff. Pro socio. Struv. S. J. C. Ex.30. lib.23. Tit.3. th 11. Brunnem.*
78 *in Comm. ff. ad L.7. n.1. de jur. dot. & in Comm. Cod. ad L 20. Eod.* tam na-
79 turales. *L. 10. §.3.6. ff. de jur. dot. L. 8. ff. solut. matrim L. Un. §. 9. C. de*
80 *R. U. A. ibique Brunnem in Comm.* quam Civiles. *L.7. §.2.10. & 11. ff.*
81 *Solut. matrim.* (4) Possit jubere servum dotalem, heredem institutum,
adire hereditatem. *L.58. ff Solut. Matrim. Struv. S. J. C. d. l. & th. d.* (5)
82 Servum dotalem manumittere. *L. 3. C. de jur. dot. ibique Brunnem. L.24.*
83 *§.4. L.61. & 62. Solut. matrim. Struv. S. J. C. d. l.* (6) fundo dotali servitutem acquirere *Struv. S. J. C. Exercit. 13. th.31.* & (7) Constituere.
L.6. pr. l. 8. ff. Comm. servit. Struv. S. J. C. h. th.30. Dominio tamen re-
84 soluto exspirantem. *Idem d. l.* Non enim potest præjudicare uxori,
ad quam fundus aliquando rediturus est. *L.5. ff. de fund. dot. Bachov. ad
Treutl. Vol. 1. Disp.17. th.6. lit A. L. Ult. C. de Reb. alien. non alien.* (8)
85 Competat marito, non uxori furti actio. L.49 *in fin. ff. de furt. L.18.*
86 §.1. *in fin. ff. Solut. matrim.* (9) Damnoque dato actio injuriæ. *d. L.18.*
87 §.1. *ff. Solut. matrim. in fin.* (10) Possit deferre jusjurandum per Regulam Legis 17. §.1. *ff. de jurejur.* Et quæ hujus generis sunt alia; quæ
cuncta hic fusius persequi angustia temporis & festinatio prohibent,
88 quare hæc hac attulisse vice sufficere posse credens missis effectibus
Dominii Interimistici ratione prædii dotalis, pergo.

89 AD EFFECTUM DOMINII INTERIMISTICI ratione
90 B. F. POSSESSORIS IN FRUCTIBUS PERCEPTIS, qui in
hoc unico consistere noscitur, quod bonæ fidei possessor ante fundi,
quem b. f. possidet evictionem omnes fructus suos INTERIM
faciat. *L. 48. ff. de A. R. D. §. 35. J. de R. D.* L.25. *§.1. de Usuris* L.136. *ff. de
R. J.*

R. J. De quo effectu plenius constabit, si sigillatim numeris subse- 91
quentibus, quosnam in specie fundi fructus, cum alii sint *naturales* 92
alii *industriales* (ut ut hanc distinctionem alii, ceu contra naturalem Justitiam, civilemque rationem confictam prorsus rejiciant: *Coras* 5. *Miscellan.* 9. *Cap. de fructibus* 1. 2. 3. *Forster: Disp. J.* 6. *th.* 29. *in fin.* Qui- 93
bus tamen ex asse respondent: *Menoch. de A. J. Q. Cas.* 210 *n.* 6. *seqq. Bocer. de fructibus n.* 15.) & ad quod usque tempus b. f. possessor suos faciat, demonstravero.

Certe, quamvis b. f possessor fructus NATURALES, qui ex na- 94
turæ solius opere, non accedente industria humana proveniunt, quique à *Meiero in* C. *J. A. ad Tit. de Usuris* t. *th* 32. Naturalissimi vocan- 95
tur, percipiendo suos facere indubii juris esse doceat JCtus Paulus *in L.* 48. *ff. de A. R. D.* inquiens: Bonæ fidei emtor NON DUBIE percipiendo fructus ex aliena re INTERIM suos facit, non tantum eos, qui diligentia & opera ejus provenerunt, sed OMNES: usque adeo 96
dubia tamen hæc sententia variis variorum JCtorum dissidiis facta est, ut contrariam amplecti defendereque magnæ Authoritatis JCti magno annisu allaboraverint, inter alia manifestissimo JCti Pomponii responso moti in *L.* 45. *ff. de Usuris* ubi expresse *fructus naturales* contradistinguuntur *industrialibus*, & hos, non illos, cum non ex facto ejus nascantur, bonæ fidei possessorem suos facere deciditur. *Duarenus ad Tit. de Nautic. fœnor. c. Qui fructus veniant in restit. Donell.* Comm. *Jur.* Civ. *Lib. IV.* Cap. 25. *& in Tract. de fructib.* Cap. 4. *Scipio Gentil.* Lib. 2. *de Donat. inter V. & U. c.* 17. *Ungebaur. Exercit. Just. V. th.* 11. *in Neg. Hanon. Disp.* 4. *Ad Instit.* Controv. 2. *Ummius Disp.* 21. *de Process. Jurid. th* 3. *n.* 21. Quorum argumenta, cui scire lubitum, adeat *Harprechtum in* Comm. *ad Inst.* §. 35. *de R. D. n.* 43. *seqq.* ad quem B. L. duxisse mihi sufficiat, qui temporis 97
rationem optime habere jussus, reservatis in contrariam abeuntium sententiam, publico, bono cum Deo, conflictui, rationibus pro virili refutandis, illa hac saltem vice, quæ nostræ sententiæ præter *d.* L. 48. *ff. de A. R. D.* robur haud exiguum additura sunt argumenta, binis saltem 98
verbis afferre properabo: Horum autem non minimum esse credo quod suppeditat JCtus Julianus *in* L. 25 *ff. de usuris.* ubi §. 1. notanter asserit: Bonæ fidei possessorem in percipiendis fructibus *idem jus* habere, quod D*ominis* prædiorum tributum est: Unde concludo: Quia 99
hi per notoria juris prædii *indistincte omnes*, tam *naturales*, quam *industriales* fructus percipere suosque facere poterunt. L. 2. *L.* 6. *ff. de A R. D.*

L. *So-*

L. Solum. 94. *§.* 1. *ff. de R. V.* Ergo & B. F. Poſſeſſorem ad inſtar Domini fructus quoque *naturales* percipiendo, non poſſe non ſuos
facere. Quod manifeſtius evadet adhuc, ſi preſſius ejusdem Juliani
100 verba, *verſiculo: Præterea d. L. 25. §. 1.* ſubſequentia conſideraverimus,
quibus erudimur: B. F. Poſſeſſorem *plus juris* in fructibus percipiendis habere, quam uſufructuarium; Unde porro infallibiliter infero:
101 Quia hic *omnes* omnino fructus ſuos facit, *L. uſufructus* 7. *L. Item ſi*
102 *fundi* 9. *ff. de uſufruct.* Ergo multo magis B. F. poſſeſſorem omnes
fructus *interim* ſuos facere. Clarius præterea ſententiam exprimit idem Julianus *in verbis cit. leg. 25. §. 1. Initialibus*, docens: Omnes fructus non *jure ſeminis* (ſicque ex induſtria & cultura) ſed *ſoli* (ſicque non attenta hominis diligentia) percipi, magisque *corporis jus*, ex quo percipiuntur, quam *ſeminis*, ex quo oriuntur, aſpici. Ergo & *natu-*
103 *rales* B. F. Poſſeſſor fructus ſuos facit. His omnibus addo Reſponſum JCti Pauli *in L. 136. de R. J.* notanter docentis: Bonam fidem *tantundem* poſſidenti præſtare, quantum veritas i.e. verum Dominium.
104 Unde ultimo quisque facili colliget negotio: Quia dominus per
105 notoria juris omnes fructus ſuos facit. E. Et bonæ fidei poſſeſſorem.
Quam mecum veriſſimam ſtrenuè ante annum & quod excurrit præſidendo defendere ſuſtinuit ſententiam. Magnif. Dn. Radovius in diſputatione Inaugurali, De fructibus Dn. Ddi Alberti Weiſſen ex ſorore filii, magno JCtorum comitatu ſtipatus. *Vid. Lindeman. Exerc. Juſt. Diſp. 2. th. 1. n. 66. Frantzk. Exerc. Juſt. Diſp. 4 quæſt. 7.* Cyprian. *Regner. Diſp. ad Inſt. IV. ad §. 35. J. de R. D. th. 14. Brunnem. Exercit. Juſt. IV. ad §. 35. J. d. t. & in Comm. ff. ad L. 48. ff. de A. R. D. & L. 25. ff. de Uſuris L. 45. ff. eod. necnon ad L. 22. C. de R. V. Hartm. Piſtor. P. 4. qu. 26. Harprecht. ad §. 35. J. de R. D. n. 35. ſeqq. Carpzov. p. 3. Conſt. 32. Def. 28. n. 5.* aliique, quibus recenſendis lubens ſuperſedeo.

106 Idem de Fructibus INDUSTRIALIBUS; ad quorum productionem præter naturam opus eſt accedat ipſa quoque hominis indu-
107 ſtria, utpote ſine qua hic nihil natura agere valet. *Bocer. de Fructibus n. 14. Menoch. de A. J. Q. Caſu 210. n. 4. p. mihi 545. Marb. Vol. 2. C. 14. n. 147. ſeqq.* eo confidentius aſſero, quò clarius id variis erudior juris textibus, interque juris Interpretes magis de hoc aſſerto convenit, *§. 35. J. de R. D. L. 48. inibique Brunnem. ff. de R. D. L. 25. ff. de Uſur. Carpzov. P. 3. C. 32. Def. 28. n. 5. aliique.*

Super-

Supereſt, ut paucis jam etiam addam, cum *Interimiſticum* B. F. 108
Poſſeſſor prædictorum fructuum ſaltem habeat *Dominium*, re evicta ad verum Dominum abiturum, quando illos, & quosnam fructus huic reſtituere teneatur? Utrumque nos docent D. Imperatores Dioclet: & Maxim. in Reſcripto, quod extat. L 22. *C. de R. V.* aſſerentes 109
B. F. poſſeſſorem POST LITIS CONTESTATIONEM teneri UNIVERSOS reſtituere. *Vid. Brunnem. ad all. L.22. C. de R. V.* Niſi triennii ſpatio hos poſſederit & uſucapione irrevocabiliter ſuos fece- 110
rit. *Not. Gloſſ. Bart & Dd. ad L.4. §.5. ff. de uſuris & in L.32. ubi Jaſon. & Dec. ff. Si certum pet. Covarr.* I. *V. R.*37. Dum dico UNIVERSOS aſſero ſimul.

Et INDUSTRIALES B. F. poſſeſſorem extantes teneri reſti- 111
tuere. Tum (1) Quod *d. L.22. C. de R. V.* indiſtincte omnes extan- 112
tes fructus reſtitui jubeat, quam adeo claram docet eſſe *Vinnius Lib.1. Illuſtr. quæſt.*26. ut non multa opus ſit congerere argumenta. (2) Tum quod *L.48. ff. de A.R.D.* generaliter aſſerat; B. F. poſſeſſorem tam naturales quam induſtriales fructus ſuos INTERIM facere. 113
Tum (3) quod fructus demum conſumtione irrevocabiliter b. f. poſ- 114
ſeſſoris fiant. L.4. §.19. *de Uſucap. L.4. §.2. ff. fin. reg. §.2. D. de O. J.* L.41. §.1. *ibi in ſolidum ff. de re jud. L.40. in fin. ff. de A. R. D.* Tum quod (4) 115
nemo locupletari debeat cum alterius damno. L. *41. ff. de Condict. Indeb. L.8. § 22. ff. de Tranſaction. c.48. de R. J. in 6to. Harprecht. Comm. Inſt. ad* §.35. *de R. D n 52. ſeqq. Frantzk. Exercit. Juſt.*4. *q.*8. *Fachin. Controv. jur. lib.*1. *c.*57. *mihi* 64. *Brunnem. in Comm. C. ad L.22. de R.V. alibique Carpzov. P.*3. *C.*32. *D.*28. *per tot. Tim. Faber. Diſp.*14 *ad Inſt. Imper. th.* 3. *ſeq. Bachov. ad Treutl. Vol.*1. *Diſp.*14 *th* 11. *lit. D. aliique.* A qua tamen veriſſima ſententia in contrariam abire non dubitavere. *Hunn. Var.* 116
*Reſ. Lib.*2. *Tract.*1. *quæſt.*31 *Ungebaur. Exerc. Juſtin. V. quæſt.*12. *in Nego. Ummius Diſp. ad Proceſſ. judic.*21. *th.* 3. *n.*22. *Scipio Gentil. lib.*2. *de Donat. inter V. & U. c.*17. *Ægid. Horteus. ad §.*36. *J. de R. D n.*1. Quorum ſatis ſpecioſa argumenta tanti momenti viſa ſunt D*onello lib.*4. *Comm. Jur. Civ. c.*26. ut niſi illa certa ſit, non intelligere ſe quid certum ſit, aſſerere, noſtramque *inveteratum & receptum errorem*, quem nemo ante ſe vel nutu infirmare auſus ſit. *Tract. de Fructib. c.*4. dicere non vereatur, quæ apud ipſum *d. l. nec non Harpr. cit. loc.* legi poſſunt.

Pedem promoveo ad EFFECTUS DOMINII INTERI- 117
MISTICI ratione REI SUB CONDITIONE LEGATÆ quorum

primum exhibet nobis JCtus Ulpianus in *L.12. §.2.ff.Famil. ercifcund.*
118 quando docet: Quod veniat in familiæ ercifcundæ judicium poſſitque adjudicari. Cui addunt *ſecundum* Idem *L.12.§.5. ff. de Uſufr.* & Paulus in *L.11. ff. de Condict. furtiv.* aſſerentes: Heredem, quem rei ſub conditione legatæ *Dominum Interimiſticum* eſſe *ſupr. cap.2. num.18. ſeqq.*
119 pluribus monſtravi, condictionem furtivam, nemini, niſi vero domino competentem. *L.1. ff. de condict. furtiv. ibique Brunnem. n.1. L.14. §16. ff. de furt. Frantzk. comm. ff. de Condict. furt. n.10. ſeqq. Struv. S. J. C.*
120 *Exercit.18. th.52. C. I A. Hahn. ad Weſ. ibique Bachov. eod.* habere *Brunnem. ad L.12. §.5. ff. de Uſufr. & ad L.11. ff. de cond. furt. Tertius* in eo conſiſtere videtur, quod rei habeat vindicationem. *arg. L.66. ff. de R. V.* ibique *Brunnem. Tiraqu. de Retr. conven. §.2. Gloß. un. n.36.* Donell. *Lib. 20. comm.*
121 *J. Civ. cap.1. Quartum* ſuppeditat. all. *Brunnem. ad L.66. ff. de R. V.* ſcili-
122 cet, quod poſſit de re tali diſponere, ipſam alienando vel oppignoran-
123 do, ita tamen ut conditione eveniente irrita fiat & oppignoratio & alienatio, reſque inpræſcriptibilis, per *L. fin. §.3. C. commun. de legat.* ubi D. Juſtinianus elegantiſſime reſcribit: Si ſub conditione res legata fuerit, melius heredem quidem facere, ſi ab omni venditione & hypotheca ſibi caveat, ne ſe gravioribus oneribus evictionis nomine ſupponat, ipſum tamen avaritiæ cupidine propter ſpem conditionis minime implendæ, ad venditionem vel hypothecam proſilientem, ſcire debere, conditione impleta ab initio cauſam in irritum devocari, ſicque intelligendam eſſe, quaſi nec ſcripta nec penitus celebrata fuerit; imo nec uſucapionem contra legatarium, procedere. *Vid. Brunn. in comm. ff. ad L.66. ff. de R. V. & in comm. Cod. ad L. fin. §.3. C. comm. de leg.* Ubi ex *Tiraqu. de Retr. Conven. §.2. Gloß. un. n.36. Gail. L.2. O.137.*
124 *n.5. ſeqq.* hoc caſu *Dominium Interimiſticum à Domino Interimiſtico* ad emtorem tranſire docet, vi cujus hic fructus, quos percepit ſuos facit. *Molin. ad Conſuet. Pariſ. P.1. §.22. n.116.* ita tamen, ut reſoluto jure dan-
125 tis, reſolvatur & jus accipientis *L. Lex vectigali 13. ff. de Pign.*

126 Junxi in Capite II. Domino Interimiſtico rei ſub conditione legatæ, Dominium Interimiſticum rei in diem addictæ & ſub pacto Legis Commiſſoriæ venditæ, Quare viſis hujus Interimiſtici Dominii effectibus, pergo ad EFFECTUS DOMINII INTERIMISTICI ratione REI IN DIEM ADDICTÆ ET SUB PACTO LEGIS COMMISSORIÆ VENDITÆ, quas communiter exhibent

Docto-

Doctores in Commentariis *ad Tit. 1. & 2. lib. 18. ff.* Quorum ego si non omnes, principaliores tamen & famosiores breviter subjiciam. Notam igitur mereri putaverim, quod cum per subsequentem à Do- 127
mino traditionem emtor utroque hoc casu statim Dominus fiat, *L. 4. §. 3. ff. de in diem addict. arg. L. 41. ff. de R. V.* illum (1) posse rem vindi- 128
care. *L. 41. pr. L. 66. ff. de R. V. Brunnemann. in Comm. ff. ad d.* L. 41. *pr. & ad L. 66. n. 1. Tiraqu. de Retr. Conven. Gloss. un. §. 2. n. 36. Donell.* Lib. 20. *c. 2. lit. H. ibique Hillig*, Lauterbach. *ad Tit. de add. in diem & C. I. A. Eod. th. 6.* (2) Actione Publiciana in rem agere. *arg. L. 7. §. 1.* 129
verb. Posse usucapere; *Ergo &* publicianam *habebit. junct.* L. 11. *§. 4. ff. de Public. in rem act. &* L. 2. § *fin. ff. de in diem add. verb. &* usucapere *posse.* (3) Rem posse oppignorare *L. 4. §. 3. ff. de in diem add.* L. 3. *ff. Quib.* 130
mod. pign. solv. L. 72. *ff. de R. I.* (4) Interdicto quod vi aut clam uti. 131
L. 4. §. 4. ff de in diem add. L. 10. §. *11. junct §. pen. ff. Quod vi aut clam. C. I. A. h. t. th. 6. Lauterbach. eod.* (5) INTERIM fructus ex illa re perceptos 132
suos facere L. 4. §. 4. *in fin. L. 6. pr. ff. de in diem addict. L. 5. ff. de* L. *Commiss. L. 4 ff. Pro emtor. Mantica de tacit. & ambig. Conv. lib. 4. tit. 28. n. 6.* (6) Omne commodum & incommodum ad ipsum pertinere *L. 4 § 4. ff. de* 133
in diem add. L. 11. §. 10. ff. Quod vi aut clam. C. I. A. d. th. 6. Hinc (7) Thesaurum sibi acquirere. *arg. L. Un. C. de Thesauris §. 39. I. de R. D.* 134
Lauterbach. ad Tit. de in diem addict. & (8) periculum rei sustinere L. 2. 135
§. fin. ff de in diem add. L. 4. §. 4. Eod. l. 2. in fin. ff. de l Commiss. Mantic. d. l. n. 8. Brussel. Tract. de Condit. lib. 4. Tit. 5. n. 7. Rath. Tract. de Rescind. vend. Assert. 74. *C. I. A. ad Tit. de in diem add. th 6. & ad Tit. de peric. & commod. rei vend. th. 2.* Lauterbach. *ad Tit. de add. in diem p. m.* 246. *& ad Tit. de L. Commiss. p. m. 250. nec non ad Tit. de peric. & commod. rei vend. p. m. 273. in fin.*

Examinandi adhuc superessent ceteri *Domini Interimistici Effectus*, 136
ratione STATV-LIBERI; CREDITORIS *qui recens Dominium impetravit*; DONATARII, *cui fundus mortis causa donatus*; LIBERTI, *cui Patronus liberos non habens, aliquam facultatum suarum partem donatione largitus fuit*; DOMINORVM RERVM RESTITVTIONI OBNOXIARVM; REI PER FIDEICOMMISSVM RESTITVI JVSSÆ; EMTORIS REI SVB PACTO RETROVENDITIONIS VENDITÆ. &c. Ceterum, cum in his nil speciale deprehendam, quod 137
ex jam dictis non satis manifestum esse, decidique possit, ne modum

migret Disputatio, sumptibus ac tempori parcens in Regula hac generali.

138 *Quicunque Dominii in genere considerati sunt effectus, iidem quoque, nisi specialis* Legis *prohibitio, aut natura rei obstet, Dominii Interimistici dici possunt.*

Dissertationi meæ terminum pono præsentique labori humeros subtraho; DEO interim TER OPTIMO MAXUMO pro præstito hactenus adjutorio gratias agens devotissimas ejusque clementissimo auxilio omnia porro conamina mea submissa mente commendans. A TE autem CANDIDE LECTOR, si quod in hisce, quæ nunc exhibui minus recte aut parum convenienter dictum est, id pro ea, quam cuique debeo, reverentia ac pietate deprecor, non nescius, nimis superbe illum dedignari mortalitatem, qui peccasse erubescit.

I. N. D.

SELECTIORES THESES JURIDICAS

De eo, quod justum est circa

BENEFICIUM COMPETENTIÆ

Adspirante Divino Numine
ET
Consentiente Amplissimo JCtorum Ordine
PRÆSIDE

Dn. JOHANNE Klein/Rostoch.
J. U. D.

Placidæ Eruditorum Disquisitioni
Ad diem 30. Octobris Anno 1686.
Submittit

THOMAS Ansel/
Rostochiensis.

IN AUDITORIO MAJORI.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J. C.

Th. I.

QUanquam quidem omnibus id actionibus commune esse noscatur, ut Actor solidum, sive totum, quod sibi debetur, petere possit, Stryk. *ad* §. 36. *J. d. Act.* Carpzov. *P. I. C.* 32. *def* 15. *pr.* nec id propter minus caute instituisse actionem aut nulliter egisse dici queat, *pr. J. d. act. l. nil aliud* 51. *ff. d. O. & A.* indeque recte executio usque ad ultimum quadrantem. Wesenb. *in Paratit. de cess. bonor. n. 4.* & obulum Mev. *ad Jus Lub. Lib. 1. Tit.* 3. *art. 1. n. 24.* utque Dd. loquuntur: ad peram & saccum usque Bachov. *ad* §. 37. *J. de act.* & ad Treutler. *Vol. 1. D. 14. th. 4.* in omnia debitoris bona fiat, quæ probabiliter ad liquidati debiti quantitatem adscendunt, in tantum, ut nec debitori quicquam relinqui necesse sit, unde vitæ sustentandæ esse possit L. *1.* C. *qui bon. ced. poss.* Wesenbec. *P. 1. Consil. 50. n. 17. M.* Coler. *de Process. executiv. P.* 2. C. 3. *n.* 116. Richter *Dec. 24. n. 1.* Philipp. *in Usu Pr. Inst.* Lib. *4. Eclog. 60. n.* 3. junct. Harpr. *ad* §. 37. *J. de action.*

Th. II.

Sunt tamen nonnullæ personæ, quæ propter singulare legis beneficium, hoc gaudent privilegio, ut tantum absit eos semper in solidum condemnari posse, ut potius, si non tantæ illorum sint facultates, ut æri, quo obærati sunt, solvendo esse omnimodo possint, necessaria vitæ alimenta, quantumque ipsis totique illorum familiæ sufficit, ne egeant, secundum arbitrium & moderationem Magistratus relinqui oporteat Carpzov. *P. 1. C. 32. Def. 16. & 17.* Richter *Decis. 24. n. 6. &* 7. Philipp. *all. loc. n. 5. & 6.*

Th. III.

Quod Beneficium *l. 13. ff. solut. matr. l. 63. §. 1. ff. pro socio.* licet in jure Justinianeo speciali nomine non veniat, sed haud obscuris saltem circumscribatur ac delineetur verbis. *in L. 16. 17. & seqq. ff. d. Re Jud.*

L. 12.

L.11. & seqq. ff. solut. matr. à Doctoribus tamen & frequenti Judiciorum usu dicitur *Beneficium Competentiæ*, vel *Exceptio in quantum facere quis potest.* Zanger *d. Except. P. 2. c. 14.* Schneidev. Harpr. Mynf. Stryk. & Luvvell. *ad* §. *37. J. d. act.* Carpzov. P. 1. C. *32. Def. 15. seq.* Valent. Franc. *Tractat. d. Fidejussor. c. 3. n. 106.* In cujus appellationis accuratius inquirere originationem lubentes supersedemus.

Th. IV.

Id vix satis demirantes, cum hoc auxilium Privilegium sit, contra generalem Juris regulam in nonnullorum duntaxat favorem introductum, omne autem privilegium ut Jus privatum seu singulare Jus commune semper contrarium præsupponat *L. 3. C. d. LL. L. 3. & 11. ff. d. testam. milit. L. pen. C. d. precib. Imper. offer. L. 37. ff. d. jur. fisc.* Treutlerum in hanc prolapsum esse hæresin, ut neutiquam dubitaverit generaliter asserere: Nullos debitores in solidum excutiendos, sed necessaria vitæ alimenta illis relinquenda esse, cui nullatenus subscribere possumus.

Th. V.

Sicuti non dubiam saltem, sed & falsam omnino credimus Coleri *in Tr. de Ex. c. 3. n. 119. in f. & n.* 131. Berlichii *P. 1. Conclus. 80. n. 55.* aliorumque Rebuffi sc. Alex. & Decii esse sententiam, asserentium; Hoc beneficium hodie amplius in Judiciis in viridi observantia non esse, quin potius desuetudine adumbratum; Contrarium enim nostra ætate Practicorum Antesignani Wesenbecius *Consil. 50. n.* Carpz. *p. 1. C. 32. Def. 15. n. 7. seq. & p. 2. C. 25. D. 6. n.* 11. & Philipp. *in Us. Pract. Inst. d. l. n. 9.* aliique ab illis plena manu allegati, communi calculo & propria partim experientia adstruunt, & præjudiciis egregie firmant.

Th. VI.

Extra omnem dubietatis aleam positum arbitramur, hoc beneficium non reale, sed personalissimum esse, docente JCto Paulo *in L. 13. ff. solut. matr. L. 7. pr. ff. d. except. & L. 25. ff. d. R. Judic. &* Ulpiano *in L. 63. §. 1. ff. pro soc.* Cujus consectarium est, cum genuina & perpetua

tua fere privilegii personalis nota sit, *l. 196 ff. d. R. J. l. 1. §. 43 ff. d aqu. cotid. l. 42. d. administr. tutor.* non transmitti in heredes, nec competentiæ privilegium in heredes *l. 12. ff. solut matr. l. 24. §. 1. & L. 25. ff. d. R. Judic.* aut fidejussores *d. l. 24. & seq. de re* Jud. transire.

Th. VII.

Cui neutiquam refragatur sententiæ (1) *l. 18. pr. ff. solut. matr.* ubi disertis verbis docet JCtus Pomponius, Mulieris filios qui Patri heredes extitere, saltem in id quod facere possint condemnandos esse: nec (2) Dd. ratio: quod, cum hoc privilegium certis hominum generibus concessum sit, quod in individuis suis non deficientibus, perpetua sunt, hoc quoque perpetuum sit, nec cum persona extinguatur. Utrique enim objectioni in publico conflictu dante DEO pro virili satisfacere allaborabimus. Obiter notantes, communem tamen nobis non arridere distinctionem ad d. L. 18. inter *heredem suum & extraneum.*

Th. VIII.

Errant proinde toto cœlo, qui nostrum privilegium extra cancellos Legum ad non expresse privilegiatas ob parietatem & identitatem rationis personas, temere extendunt, immemores, in *cotrectoriis* ne ob identitatem quidem rationis, Legem à casu expresso ad casum non expressum extendere fas esse *per L. 14. 15. 16. ff. &* L. 2. *C. d. LL.* L. 32. §. *16. L. 45. ff. d. arbitr. l. 7. d. except. c. 7. R. J. in 6. junct. §. 6. J. de I. N. G. & C.*

Th. IX.

Quare nos sine lege loqui erubescentes, expressisque Legum suffulti verbis, asserere (1.) nulli dubitamus: Beneficium competentiæ recte dari *Parentibus* proprie talibus, Hopp. *Ex. Inst. §. 38. d. act. q. 190.* per textum rotundum §. *38. J. d. act. l. 16. ff. d. R. Jud. L. 7. §. 1. d. obseq Par.* quorum nomine non primi saltem, sed & ulteriorum graduum adscendentes omnes *L. 7. §. 1. de obse. Par.* L. *1. §. 1. d.* Legit. *præst. l. 4. §. 2. d. in Jus voc. junct. l. 16. ff. d. re jud.* & all. *§. 38. J. d. act.* nulla adhibita sexus

arg.

arg. l. 16. & 17. ff. sol. matrim. l. 4. §. 2. l. 10. §. 2. ff. d. in jus voc. l. 4. ff. d. cur. furios. differentia complectimur.

Th. X.

Non autem *Illegitimos*, quique liberos ex damnato coitu susceperunt, *arg. §. pen. J. d. Nupt.*

Th. XI.

Nec *Vitricum*, aut *Novercam*, aut *Patruum*, *Avunculum*, *Amitam*, *Materteram*, & similes, licet Parentum loco esse dicantur: *§. 5. 6. 7. Instit. de nupt.*

Th. XII.

Multo minus *Parentes spirituales*, contrariæ licet opinioni patrocinantibus: Joh. Fabr. *ad §. 38. J. d. Act.* Platea *ibid.*

Th. XIII.

Secundo recto tribuitur beneficium competentiæ *Socero*, in causa dotis, *l. 15. §. f. L. 16. & 17. ff. solut. matr.* L. *21. 22. pr. ff. d. re judic. l. pen. d. Jur. dot.* non quidem *vi concessionis Parentibus facta*, licet & hi parentum loco esse dicantur, sed *ex speciali Legis constitutione*, & *Legislatoris extensione.*

Th. XIV.

Patronos & Patronas illorumque Liberos (III.) olim à Libertis in solidum semper conveniri haud potuisse, indubium est propter *l. 17. ff. de re judic. l. 5. seq. ff. d. obseq. Parent.* Num autem hodie, cessante inter Christianos prisca illa ac perdura Romanorum servitute, & per consequens manumissionis & Patronatus jure, domini, à propriis hominibus von ihren Unterthanen obligationis vinculo per dimissionem & quasi manumissionem liberatis, in solidum pulsari possint actionibus; non otiosæ quæstionis est; Nos affirmativæ calculum adjicimus, certi, hoc beneficium veris & propriè ita dictis Patronis con-

cessum, ad quasi Patronos extendere non interpretis, sed Legislatoris esse.

Th. XV.

Sicuti ambabus largimur, eodem beneficio gaudere (IV.) Matum, ab uxore *L.* 17. *&* 20. *ff. d. re judic.* §. 37. *de act. L.* 12. *seqq. solut. matr. l. un.* §. 7. *C. de R. U. A. l.* 14. §. 1. *d. re judic. &* (V.) Uxorem à Marito conventam *l.* 17. §. 1. *solut. matr. l.* 20. *d. re judic.*

Th. XVI.

Id autem pernegantes, quod ad *Sponsum* & *Sponsam* ex pr. Juris Justin: idem Privilegium extendi possit.

Th. XVII.

Socios (VI.) tam *universales*, quam *particulares*, ad classem quoque horum privilegiatorum omnino pertinere eo minus dubitanti asserimus calamo, quo evidentius hoc *Competentiæ privilegium* illis in *l.* 16. *ff. de re Judic.* hisce verò tribuit Ulpian. *in L.* 63. *ff. pro socio.* Utrique autem in genere assignat Imperator. *in* §. 38. J. *d. action.* & ante illum Pompon. *in* L. 22. §. 1. *ff. d. re judic.* sub illa tamen distinctione, quam suppeditat Excellentiss. Strykius, Ludwell. & Brunn. *ad* §. 38. *Instit. de Action.*

Th. XVIII.

Necnon ritè huc referri statuimus (VII.) Militem sub sagata milita militantem *per l.* 6. *pr. & l.* 18. *ff. d. re judic.*

Th. XIX.

Cujus occasione non ineptè quæritur: An idem quoque in militibus *togatæ militiæ*, v. gr. Professoribus, Doctoribus & Advocatis obtineat? & quamvis in Praxi cum Strykio *ad* §. 38. *J. d. act.* Brunn. in *Exerc. Inst. d. l.* aliisque Practicis Dd. quorum hic longum inibi nectit catalogum, lubens affirmativæ subscribam: Negativam in puncto juris contra Matth. Brunnem. *d. Cess. bon. q.* 10. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 8. *n.* 53.

alios-

aliosque ab Harpr. *ad* §. *38. I. d. act. n. 12.* citatos cum Ludwell. *Ex: Inst: 16. th 8. Lit. D.* Hœnon. *Disp. 21. th. 4. lit.* C. *&* Duaren: *ad L. 6. ff. de Re judic.* Cypr. Regner. *in Cens. Belg. Disp. 23.* §. 38. *d. Act.* defendere sustinebimus.

Th. XX.

Donatori (VIII.) Proprietali si ex causa donationis à donatario conveniatur beneficium competentiæ assignat Paulus in *L. 19.* §. 1. *ff. d. re judic. l. 30. l. 41 inf. eod. &* §. *38. I. d. act.*

Th. XXI.

Quod nec illis, qui (IX) *bonis cesserunt*, si de postea quæsitis conveniantur, denegandum. *§. fin. J. de Act. L. 4. ff. de cess. bonorum.*

Th. XXII.

Facilius (X) cum Hopp. §. *38. J. de Act.* Stryk. *ibid.* Brunn. *all. loc.* & *ad* L. *18. ff. solut. matrim.* defendi posse credimus, (quamvis nec negantibus suæ desint rationes) Liberis, illis casibus, quibus lis esse potest inter eos & Parentes *L. Lis nulla 4. ff. de judic.* si à Parentibus conveniantur, Competentiæ dari beneficium per *L. 18. ff. solut. Matrimon. L. 20. ff. de re jud.*

Th. XXIII.

Quam ut Manzio in Patrocin *P. Dec. 3. q. 1. n. 31.* adstipulemur, affirmanti: Libertos quoque hoc gaudere beneficio.

Th. XXIV.

Num autem Fratribus *qua talibus*, si à fratribus conveniantur, idem detur beneficium, quæstionis est variis in utramque partem motibus agitatæ? Affirmativæ patrocinantur. Hill. *ad Don.* L. *27. c. 9. lit.* C. Mynf. Bachov. Harpr. Hopp. Brunn. *ad* §. 38. *d. Act.* aliique, *propter L. 17. ff. de re jud. & L. 63. ff. Pro socio.* Negativæ subscribunt. Baldus. Madæus *in d. L.* 63. Zaf. Heig. Schneid. & alii *ad* §. *38. J. de Act.* Quibus & nos calculum addimus, evolutionem LL. contrariarum publicæ disquisitioni reservaturi.

Th. XXV.

Licet inhumanum sit spoliatum fortunis suis in solidum damnari, Debitoribus tamen per vim majorem bellicarum calamitatum ad

inopiam redactis, dari nostrum beneficium non ausim asserere, affirmativam licet defendant haud pauci. Vid. Mantz. *in Patr. deb. depaup. Dec. 3. qu. 2.* ubi potissimum urget *§. fin. I. De Act.* cujus examinandi in publico conflictu B. C. D. forsan dabitur occasio.

Th. XXVI.

Parili jure, Præceptoribus, Ecclesiarum Patronis & ipsis Ecclesiis idem denegamus beneficium.

Th. XXVII.

Sicuti expediti ac indubii juris est: Fidejussores debitorum privilegiatorum, hoc beneficio non gaudere, per textum *L. 63. §. 1. ff. Pro socio L. 24. pr. L. 41 ff. d Re jud. L. 7. ff. De Exception.* Ita non minus certum est: Defensores ac Procuratores illorum hoc jure uti L. 63. §. *1. Pro soc. l. 23. ff. De Re jud.* L. 14. *pr. ff. sol. matrim.*

Th. XXVIII.

Quamquam communiter jure cautum sit: *Privilegia tum contra æquè privilegiatum non gaudere suo privilegio, sed jure uti communi.* L. *Sed & milites 8. in pr. ff. de Excus. tut.* L. *12. vers. in duabus C. qu. potiores sunt in pign.* illud tamen simpliciter in nostro beneficio procedere non ausim asserere, cum certum sit Uxorem gaudere hoc privilegio, & tamen maritum idem privilegium eidem opponere posse. *per* L. *20. ff. De re jud. & contra.*

Th. XXIX.

Opposita Actori exceptione competentiæ, competens actio neutiquam tollitur, cum, licet reus maximè in minus condemnatus sit, in residuum tamen salva maneat actio, & saltem donec ad pingviorem perveniat fortunam, differatur. L. *Un. §. 7. C. De R. U. A.* L. 8. *C. sol. matrim.* ut hinc actor solidum petens, *non nulliter*, sed exceptione opposità *non efficaciter* egisse dici possit.

Th. XXX.

Coronidis loco generalem subjicimus Regulam: In causis ex delictis provenientibus, privilegium competentiæ locum non habere per L. *52. ff. De re jud.* L. 21. *§. fin. rer. amot.* L. 4. *§. 2. Quod cum eo qui in alien.*

SOLI DEO GLORIA.

I. N.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

DIEBUS CRITICIS seu DECRETORIIS

VULGO

Von den Gefähr-Tagen

QUAM

Occasione Articulorum 147. & 149. Constit. Crim. Car. V. quorum simul practicam exhibet evolutionem,

AUXILIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA,

Cum Consensu

Nobilissimi atque Amplissimi JCtorum Ordinis in Celeberrima Rostochiensi Academia

PRÆSIDE

DN. JOHANNE Klein/

J. U. D.

PRÆCEPTORE, HOSPITE ac PROMOTORE

suo multis nominibus colendo ætatemque Observando

Die XXI. Septembr. Anni M DC. LXXXVII.

Amicæ eruditorum Disquisitioni subjicit,

In Auditorio Majori horis antemeridianis

FRIDERICUS Kretzschmar/

Eutrav. Misnic.

A. & R.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, ANNO 1705.

In Nomine Sacræ & Individuæ Trinitatis

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Vulnerans ordinaria homicidii pœna non tenetur, nisi vulnus lethale sit num. 1
Vulnerans hoc casu extra ordinem saltem pro arbitrio Judicis juxta qualitatem delicti & personæ punitur 2
Vulnere non lethifero existente vulneratus creditur vel ex negligentia Medici vel Chirurgi vel ex malo regimine aut alio superveniente Symptomate periisse 3
Opinio sentientium vulnera non dari per se lethalia, damnatur 4 & 5
Sententia JCtorum, undenam vulneris lethalitas conjecturanda sit, non eadem est omnium 6
Alii multum conjecturis tribuunt 7
Alii ex qualitate, quantitate, latitudine, longitudine, profunditate, nec non armorum conditione lethalitatem dimetiuntur 8
Alios plus certis diebus ac tempori ante obitum vulnerati effluxo dare demonstratur remissive 9
Proponitur ipsius Disputationis thema de Diebus criticis 10
Præsumptio lethalitatis primum ordinariæ homicidii pœnæ fundamentum est 11
Discors notatur JCtorum opinio circa dierum Criticorum *determinationem* 12
Ansa de hac quæstione agendi nata est occasione Articulorum Const. Crim. Car. *V.* 147 & 149 13
Methodus disponendi hanc materiam per quatuor capita exhibetur ult.

1 TRalatitium & in vulgus notum est: Vulnerantem ordinariæ legis Corneliæ de Sicariis pœnæ reum haud esse nec de occiso teneri, Hippolith de Marsil. *in Practica Crimin.* §. *& quia n.*20. *fol.*517. & 518. Bajard. ad Jul. Clar. *lib.*5. §. *Homicid. n.* 44. Placha *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 7. *pag.* 205. *Epit. delict.* Gail. 2. *Observ* III. *n.* 20. *seqq.* Menoch. *de Arbitrariis Judic. Quæst. in lib.* 2. *Casu* 274. *n.* 3. Clarus *lib.* 5. §. *Homicid. n.* 42. *pag.* 395. Boërius *Decis.* 323. *n.* 4 & 7.
2 Sed vel fustigatione vel Relegatione vel alia arbitraria pœna extra ordinem

dinem saltem pro arbitrio religiosi ac prudentis Judicis juxta delicti & personæ qualitatem afficiendum esse Carpz. *Prax. Crim. P.I. Quæst.26. n.8. seqq.* nisi Judex de vulneris lethalitate, unde immediate mors subsequi poterit, omnino certus sit *vid. supr. alleg. DD. & præter illos* Dan. Classen. *in Commentar. nuper edito ad CCC. V. Art.* 149. *Excell.* Stryk. *in Doctissimo tractatu:* De jure sensuum *c.*1. *Disp.*2. *n.*20. Vulnere enim nec lethifero existente, vulneratus creditur non ex vulnere, sed vel ex negligenter Medici aut Chirurgi adhibita cura, vel ex malo ipsiusmet 3
ægroti regimine, vel ex alio quopiam post vulnerationem superveniente Symptomate periisse Ægid. Boss. *de Homicid. n.*115. Blanc *in Prax. Crim. in Part.* 1. *Defens.* § 115. *sic præmissis n.* 68 *versiculo secundum caput est.* Gandin. *in Tit. de Homicid. n.* 24. Bonifac. de Vital. *In Tit. de insult. & Percuss. n.*31. Quod constans Criminalistarum assertum sicuti illo- 4
rum damnat opinionem, qui singularitatis studio nulla credunt per se vulnera dari mortifera, olim jam refutati inque ruborem dati, à Tagaut. Fallop. Paræo, Pigræo, Hieronymo Fabric. Senert. Svevo Sebitz. Hermanno Corbej. & Paulo Zachia *in quæst. Medico legalibus lib.*5. *Tit.*2. 5
*Quæst.*2. *per tot.* ita cum fluxa maxime ac varia sit JCtorum sententia, undenam potissimum vulneris lethalitas conjecturanda sit. Farinac. *lib.*1. *Quæst.*127. *n.*53. *seqq.* Mascard. *de probat. Conclus.*1073. *n.* 8. *Petr.* Theodor. *Colleg. Crim. Disput.* 7. *Thes.* 1. *circa fin.* Gomez. *Variar. Resol. cap.*3. *n.*29. Aliis hic conjecturis & præsumptionibus multum tribu- 6
entibus, aliis ex accepti vulneris qualitate, quantitate, latitudine, lon- 7
gitudine, & profunditate, nec non armorum conditione ejus lethalitatem dimetientibus, Mascard. *dict. concl.* Blanc. & Petr. à Plach *supr. alleg. loc.* aliis haud parum spatio temporis ante obitum vulnerati 8
effluxo dantibus Bart. *in L. fin. num.*13. *ff. ad L. Corn. de sic.* Cæpoll. *Consil.* 40. *n.* 18. Angel. *de Malefic. in verb.* *Et intervallo n.*3 dubitandi nonnullis dedit occasionem: An non vulnerato post certos dies, quos 9
vulgo *Criticos* sive *Decretorios*: germ. die Gefähr-Tage appellare amant, diem suum obeunte, vulnus præsumatur lethale, ut id propter vulnerans ad ultimum abstrahi supplicium mereatur; An vero cessante lethalitatis præsumtione, ceu primo ordinariæ homicidii pœnæ fundamento Vulnerans non de morte sed de vulnere duntaxat defuncti te- 10
neatur? Circa quam quæstionem, cum in diversa sententiarum JCti 11
abeant divortia, adeo ut ne quidem concors circa ipsorum *Dierum criticorum* determinationem notari possit calculus, uti *infra cap.*2. pluribus demon-

12 demonstratum ibimus, non ingratum nos Benevolo Lectori exhibituros officium, aut laterem loturos credidimus, si, quid in dubia hac juris controversia juri ac veritati consonum sit, occasione *Articulorum* 147. & 149. CCC. *Vti.* disputatoria Methodo delineatum exhiberemus, inque hoc articulo ingenii vires periclitaremur, certissima lactati spe, si ex asse Candidi Lectoris exspectationi adimplendæ esse haud quivi-
13 rimus, ipsum tamen hosce conatus nostros æqua interpretatione, ac candore suo esse adjuturum. Cum autem universa tum demum bene ac competenter gerantur, si rei principium sit decens ac amabile Deo, *Nov.6. in Præfat.* merito sub initium nostræ meditationis ad Dei Omnipotentis adjutorium, præeunte divo Justiniano, *in* L. *Deo Autore* 1. *in pr. C. de V. J. E.* ceu cujus gratia favore ac auxilio omnia conficiuntur, L. *tanta* 2. § *omnia igitur* 1. *Cod. eod.* animum nostrum erigimus, submissis contendentes precibus, ut Spiritus Sancti auram operantibus clementer adspirare dignetur, quo errorum caute prætervectis scopulum, veritatis portum secundo amne ac vento intrare
14 liceat; Cujus confisi ope ne hanc nobilem juxta ac practicam juris materiam, tumultuario aut sine omni prorsus ordine pertractare videamur, quatuor eandem subsequis includere capitulis volupe visum fuit: Quorum Primum continebit definitionem. Nominalem ac Realem *Dierum Criticorum* seu *Decretoriorum*, eorumque synonyma. 2. Exhibebit varias JCtor. Opiniones, circa tempus ac intervallum *Dierum Criticorum* 3. Dabit veram de *Diebus Criticis* & in Praxi Criminali receptam sententiam. 4. Formam inquirendi in vulneris lethalitatem à morte vulnerati ad ductum art. 149. C. C. C. Sit ergo

B. C. DEO.

CAPUT

CAPUT I.

Exhibens Definitionem Nominalem ac Realem Dierum Criticorum seu Decretoriorum, vulgo der Gefähr-Tage una cum eorum Synonymis.

SUMMARIA.

Ingressus num. 1
Rerum quidem potior, verborum tamen prior, tam apud Philosophos quam JCtos esse debet tractatio, 2
Leges nostræ Prisciano non subjacent 3
Quod quomodo intelligendum sit exponunt 4 & 6
Domitianus fertur propter molestam vocum indagationem furiosi nomen sortitus 5
Absurdum est determinare velle prius, quam terminos intelligere 8
Quod probatur simili ab ABCdariis desumpto 7
Natales vocis diei 9
Jupiter Romanis Diespiter dicitur quasi Diei Pater 10
De computatione Dierum Criticorum agitur per remotionem 12
Et assertive 16. *scil.*
qua computatur à media nocte ad mediam noctem sequentem
Cujus ratio apponitur 18
Medicis & illorum judicio in dijudicanda vulneris lethalitate multum tribuitur 19
Quos etiam hac in parte merito sequuntur JCti 20
Medici per diem intelligunt tempus quod uno fit cœli circumactu 21
Calculus Dierum Criticorum Civilis cum calculo medico convenit 23
Secundum effatum Servatoris & Creatoris dies continet 12
horas & dividitur in Mane, Ortum, Meridiem & Occasum 24 & 25
Dies dividitur in Criticum & Nec-Criticum 26
Unde dicatur dies Criticus exhibet 27

Cujus derivationis ratio additur 28
Germanice dicuntur Urtheilfällige Tage 29
Nec non Gefähr-Tage/ 30
Cujus ratio datur 31
Item Kranckheit Wechsel-Tage 32
Cujus ratio datur, 33
Dicuntur etiam Dies Decretorii, 34
Cujus ratio datur 35
Quod probatur à simili deducto à numeris Climactericis 36
Fatalis hora nostra Decretoria *dicitur* 37
Dixit & Seneca Arma Decretoria, *quæ opposuit lusoriis* 38 & 39
Dicuntur etiam Dies Censorii 40
Cujus ratio apponitur 41
Dies novissimus Judiciarius der grosse Gerichts-Tag des HErren *etiam* Dies Censorius *dicitur* 42
Quod probat apposita Christiana Inscriptio Veronæ 43
Apponitur Definitio Dierum Criticorum. 44

1 VEram, judiciorumque praxi receptam, & communi Celeberrimorum JCtor. calculo circa *Dies Criticos* seu *Decretorios* illorumque effectum comprobatam expositurì sententiam, operæ pretium facturi videmur, si, antequam ad definiendam eorundem indolem prolaba-
2 mur, in antecessum mentis aciem ad vocum significationem paulisper flectamus, probe gnari, rerum quidem potiorem, verborum autem priorem tam apud Philosophos quam Jurisperitos esse solere ac debere tractationem Ludov. Viv. *l.* 1. *de Causs. corr. art.* Sagittar. *Exercit.* 6. *Logic. quæst.* 1. Thromm. *in Orat. de libert. Philosoph.* Verulam: *c.* 10. *Proœm. Inst moral.* Scriban. *c.* 1. *Philosoph. Christianæ* Zeisold. *c.* 1. *parascev. ad Vindic. præcept* 3. *L.* 1. *pr. ff. de I. & I. L.* 1. *ff. de R. C. L. Labeo* 7. *§.* 2. *ff. de Suppell. Legat. L.* 4. *§.* 2. *ff. Quod quisque juris. L. Non aliter* 69. *ff. de legat.* 3.
3 *L.* 1. *§. licet ff. de Exercit. act.* Quamvis enim Leges nostræ Prisciano & Orbilio ferulæ sceptrum vibrantibus, non subjaceant, ne pestis
4 Grammaticalis in intimos Regiæ Disciplinæ serpat aditus; id tamen
5 de critica & nimis anxia verborum, investigatione, quæ Domitiano,
6 qui propter molestam vocum indagationem furiosi nomen fertur sortitus, tribuitur, non de usuali earum explicatione intelligi oportere, adserit Osterman *Vol.* 2. *Colleg. jur. Colon. Disp.* 6. *th.* 1. *& Disp. extraord.* 4.
7 *c.* 1. Nam sicuti pueruli ABCdarii ante literas noscere, quàm easdem conjunctas legere, atque adeo à primis Elementis ad Syllabas transcendere, à Syllabis ad dictiones demum devenire debent: ita cuivis rem propositam accuratiori mentis statera pensitaturo convenit vocabu-

cabulorum ante omnia curatam habere rationem, præprimis cum ab- 8
surdum sit determinare prius velle, quam terminos intelligere. Sam. Schmidt. *L.1. addit. ad Log. c.*1. Angel. *cons.110.pr.* Mantica *de Conjecturis ult. Volunt.* L. 1. *T.* 1. *n.* 1. Carpz. *Cent.* 1. Dec. 10. *&* 14. *n. 6. &* Frider. *de* Jena, *in elegantissima Disp. Juridica de Actionum in Hæredes transitione, n.2.*

Quod ergo Natales vocis *Diei* attinet ex Lexicographis non potest non cuivis obvium esse. Diem à DEO dictum esse, ceu quo motore existit, sive ἀπὸ τοῦ διὸς Schard. *in Lex. jurid. verb. Dies* sive à Jove, diei ut putabant Rectore qui Græce Δὶς appellatur, & Romanis *Diespiter,* quasi Diei Pater Jacob Dentzler. *in Clav. Lat. Ling. voc.* Dies. *Varro.* 10
*L.*4 *de ling. Latin.* dicitur. Matth. Martin. *Lexic. Philologic. voc. Dies.* Cum quo convenit illud Horatii *lib.3. Od* 2.

Sæpe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum. *& lib.1. Od.34.*
Namque Diespiter
Igni corrusco nubila dividens.

Vid. Varron. *de Lingu. latin. p.19.* & Basil. Soran. Fabrum. *in Thes.* 11
Erudit. Scholastic. verb. Dies, Gothofred. *ad L.8. ff. de Feriis lit. H.* Cujus cum varias reperire sit divisiones & significationes, nostro quidem scopo nihil aut parum sane inservientes, illis huc recensendis lubenti supersedemus animo, Benevolum Lectorem ad *Matthiam Martin. Fabrum: Simon. Sichard. Joh. Jacob. Dentzler. Calvinum aliosque* remittentes: Interim pro felicioris præsentis materiæ expeditione hic notamus, 12
cum prænosse juvet, qua *Dies Critici* computentur ratione, ut firmum post illorum decursum de vulneris qualitate ferri darique Judicium possit, *diem criticum* nobis non denotare (1) illud tempus quo sol 13
nobis præsens est, Isidor. *lib.3. c.50. & lib 5. c.30.* Nec (2) cum Babyloniis computari à Solis exortu ad exortum, Martin *in Lex. Philolog. d. l.* nec (3) cum Umbris à meridie ad meridiem. Macrob. *Satrunal lib.*1. 14
*c.*3. nec (4) cum Atheniensibus, & aliis ab Occasu ad Occasum, sicuti 15
ex Varrone *refert* Schardius *supr. alleg. loc.* Gothofred. *ad* L.8. *ff. de feriis lit. K. junct.* Plin. Gell. Macrob. *& Censorin.* Schalig. *lib.* 1. *de Emend. tempor.* Sed cum Ægyptiis & Romanis ad quos ab illis hic computandi 16
mos translatus est, sicuti *ex Plinio* docet *Gothofr. proxime all. loc. lit. F. &* 17
K. Conf. Mart. *d.l.* à media nocte ad mediam noctem sequentem, *per* L.8 *ff. de feriis*, ubi diserte docet Paulus. More Romano diem à media nocte incipere & sequentis noctis media parte finiri, ita, ut quicquid in his 24. horis i. e. duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est,

18 inde ſit, quaſi quavis hora lucis actum eſſet. Cum enim præſens noſter
diſcurſus non minimam partem ad Medicorum forum pertineat, quo-
19 rum accurato ex veris medicæ artis, quam profitentur principiis de-
ſumpto judicio, hic multũ tribuimus, quosque in dijudicanda vulneris
20 lethalitate JCti jure merito ſequuntur. Paul. Zach. *Quæſt. med. leg. L. V. Tit. 2. quæſt. 5. n. 8. ſeqq. Flor. in L. ait Lex. n. 4. ff. ad L. Aquil.* Marian Socin. *in C. Presbyter. n. 8. ante fin. verb & in hoc autem judicio meo. Cornel. Conſil. 273.* Jacob. Ayrer. *in Tract. de Homic. P. 2. n. 57.* Maſc. *de Prob. Vol. 2. concl. 1073. n. 6. & 10. & concl. 1038. n. 2. it. Vol. 3. c. 1175. n. 49.* Farinac. *d. l. q. 127. n. 49.* Menoch. *de A I. Q. caſ. 275. n. 1. verſ. verum ut* D. Stryk. *in doctiß. Tract. de Jure Senſuum Diſp. 1. c. 2. n. 20.* Rürger. Ruland. *de comm. P. lib. 4. c. 15. n. 14.*
21 Illi vero circa morborũ qualitatem per diem illud tempus intelligant,
quod uno fit Cœli circumactu, quo verus dies & nox continetur, ut
22 quando v. g. dicimus, Titium 30. dies vixiſſe ſimul & noctes includa-
mus Martin. *in Lex. Philol. Verb. Dies in Medio*, nulli dubitavimus eun-
dem computandi morem noſtris quoque *Diebus Criticis* adſcribere, præ-
23 primis, cum eundem cum calculo dierum Civilium ex aſſe ad ductum
L. 8. de feriis convenire advertere licuerit, non ignaris diem ceteroquin
24 ſecundum effatum Servatoris noſtri *Joh.* 11. Nonne, inquientis, duode-
cim ſunt horæ diei? & Creatoris Jehovæ *Gen.* 1. Lucem à tenebris ſepa-
rantis lucemq; diem & tenebras noctem appellantis, denotare tempus
25 à Solis ortu ad occaſum, cujus partes Varro numerat: *Mane: Ortum: Meridiem. & Occaſum.* Faber. *in Lex. voc. Dies.*

26 Ex variis à Dierum diviſionibus, quas cumulant Lexicographi, hanc unicam duntaxat hac vice examinare lubet, qua Dies dividitur *in Criticum & Nec-Criticum*; Cujus utriusque antequam realem ſiſtamus definitionem, pauca de origine vocis *Critici* & ejus Synonymis præfari non abs re eſſe arbitramur.

27 Dicitur *Dies criticus* κριτικὸς ſeu κρίσιμος ἀπὸ τοῦ κρίνειν, judicare, unde
28 deſcendit κρίσις judicium, eo quod ex illorum ſententia, qui *criticos*
iſtiusmodi *Dies* admittunt hiſce diebus de morbi ratione judicium fieri
poſſit, ita, ut in illis vel mortis, vel ſalutis aut ſanitatis notæ appareant.
Fab. *voc. criſis* Inde & Latine appellantur *Dies Judic. vid.* Calv. *Lex. Jux.*
29 *verb. dies Germ.* Urtheilfällige Tage/ darin man von der Kranckheit urthei-
len mag/ *Jac. Dentzl. Voc. crit.* oder darin ſich die Kranckheit ſonderlich erei-
gen oder mercken läſſt/ *Fab. d. l.* alias Gefähr-Tage/ *vid. claß. ad C. C. C. art.*
30 *147.* forſan, quod illis ultimum vitæ diſcrimen, aut maximum mor-
31 tis periculum vulneribus ægro aut morbis gravato immineat,

quod

quodque illis superatis periculum omne superasse aut extra omne 32
mortis periculum esse videatur vulneratus. Item Kranckheit Wechsel-
sel-Tage: Dentzler *d. l.* eo quod credant hisce diebus mutari morbi 33
aut vulnerum qualitatem: Appellantur etiam dies *Decretorii.* Classen.
Calvinus, Dentzlerus & Faber. *d. l.* Galen *De Diebus Decretoriis & Cen-*
soriis c. XI. Leonh. Fusch. *lib. Instit. Medic. Sect: 2. c.* 10. Zieritz. *ad C. C. C.* 34
art. 147. *in fin.* à verbo latino: *Decernere*, eo quod *Authore Plinio* Medici 35
hisce diebus *decernant*, statuantque quid de ægrotante futurum sit
vid. Petr. Mosellan. *in adnotat. ad* A. Gelli *Noct. Attic. Lib 3. c. 10. verb. pe-*
ricula quæque vitæ: Tage / die der Kranckheit einen Ausschlag geben / er
falle auch wie er wolle. Faber. *voc. Cernere*, qua eadem ratione Firmi-
cus *Lib.* 3. quoque numeros Climactericos, *Decretorios* dixit, quod vel ut 36
decernunt de vita hominis & in utramque partem statuunt, vel ut serve-
tur, vel ut pereat: Cujus huc opponere Verba non pigrabimur. *Sanè ex-*
tra cæteros Climateras etiam Septenni anni & novenni, per omne vitæ tempus
multiplicata ratione currentes naturali quadam & latente ratione variis homi-
num periculorum discriminibus semper afficiunt, unde annus sexagesimus tertius,
quia utriusque numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. No-
vies enim septem anni, sexaginta tres efficiunt: & rursus septies novem, simili
modo 63. annos conficiunt. Quia itaque utriusque numeri cursus in anni æqua-
ta ratione spatio concurrit, grande semper periculi discrimen imponit: Si enim
septenni & novenni anni, qui hebdomatici à Græcis & eneatici appellantur, gran-
dia pericula hominibus semper indicunt, quid facient 63. anni, qui utriusque
numeri multiplicatam & invicem sibi obligatam efficiunt summam. Vid. Joh.
Baptist. *in Comm. Epist Sidon. Apollin. ad Lampridium Lib. VIII.* Huc 37
etiam respexisse videtur Seneca, quando *Epistol.* 102. fatalem & ulti-
mam horam nostram *Decretoriam* appellat, qui & *Decretoria arma* dixit 38
Lusoriisque opposuit, quod decernant de vita, nec stringant dun- 39
taxat & feriant, sicut lusoria, sed saucient quoque ac perimant. Hu-
jus porro appellationis συνώνυμον est; quod & *Dies* audiant Censorii *Ga-*
len. cap. XI. de Diebus Decretoriis s. Censoriis, eo quod Medici *censere* ac ar- 40
bitrari soleant hisce diebus, num ægrotans morbi vulnerumque peri- 41
culum superaturus, an vero ex vulnere moriturus sit? Sicuti in simi-
li *Dies Censorius* denotat ultimum & *Decretorium Diem* den grossen Ge-
richts-Tag des HErrn quo de universo hominum genere judicium
Christus Dominus faciet. *vid.* Carol. Du-Fresne *in Glossario ad Script.*

 mediæ

mediæ & infim. Latin. verbo: *Censorius Dies* quorſum pertinet vetus in-
34 ſcriptio Chriſtiana Veronæ.

D. M.
FELICIANI. VERONENS.
Mihimet. Felicianus. Veronens.
Sacrum. Conſt.
Qui. inquietus. vivus.
Nunc. tandem. Mortuus.
Non. Lubens. quieſco.
Solus. cur. ſim. quoris?
Ut. in. *Die. Cenſorio.* ſine.
Impedimento. facilius.
reſurgam.

Quibus præmiſſis ita deſcribere placet *Dies Criticos*, *Decretorios*, *Cenſorios ſeu Judicatorios*; *Quod ſint certi Dies, quibus de morbi vulnerum ra-*
44 *tione judicium præcipuè ferre Medici poſſunt, quid de ægrotante futurum ſit*: *Unde ſimul ex natura contrariorum conſtabit quinam ſint dies Nec. Critici. arg. pr. De his qui ſui vel alieni jur. ſunt.*

CAPUT II.

Exhibens varias Medicorum ac JCtorum Opiniones circa Dierum Criticorum intervallum & ultimum terminum.

SUMMARIA.

Conjectura lethalitatis, quæ à tempore deſumitur, merito magnifacienda eſt. n. 1

De lethalitatis Conjecturis agitur remiſſive. 2

Habet

Habet hæc res multum difficultatis, non minus tamen necessitatis. 3
Unde difficultas oriatur exponit 4. & 6
Propter varia obvenientia Symptomata & diversam vulneratorum Constitutionem multiplicemque vulnerum differentiam aliialiis citius moriuntur alii citius convalescunt 5
Dissensus hac in re Medicorum unde causam habeat, docet 7
Certum diem ponere Criticum nonnullis impossibile visum fuit remissive 8
Quæstionis, quæ de diebus Criticis agit, solutio maximè necessaria est 9
Absolvuntur contra justitiam sontes. 9
Parcendo improbis bonis fit injuria. 10
Nõ debent delicta manere impunita. 11
Nec insontes contra humanitatem ultimo affici supplicio. 12 & *subseqq.*
Vulneratus eod quo vulnus accepit die decedens, ex vulnere præsumitur mortuus. 14
Idem si intra biduum. 15
Nec non triduum moriatur 16
Quod ipsa approbat natura 17
Quod etiam extendit Zachias ad septimum diem 19
Cujus ratio apponitur 20
Vix dari potest morbus acutus qui Vulneri non ex culpa Vulneris superveniat, si tam brevi spatio hominem è medio tollat 18
De breviori Dierum Criticorum termino agitur remissivè 21
Maxima Dierum Criticorum incertitudo suboritur circa eorum terminum ad quem 22
In dubio Vulneratus ex vulnere mortuus præsumitur, 23
Præprimis si intra modicum temporis fatis concesserit 24
Ex vulnere periisse non creditur qui post longum tempus mortuus est 25
Quod nam longum tempus dicatur in hac quæstione non una omnium est sententia. 27
Aliqui tertium Diem à tempore Vulneris accepti Criticum ponunt 28
Alii quintum diem, 30
Alii Decimum 33
Medicis in hac quæstione ceu hujus artis peritis credendum. 39
Secundum Medicorum assertum Vulnerum ultimus Dies Criticus est Dies quadragesimus 37
Post quadragesimum ergo Diem mortuus non præsumitur ex vulnere decessisse, 38
Alii Diem Criticum ad Sexagesimum usque extenderunt. 39
Alii ad ultimum octavi Mensis diem 40
Alii ad lapsum totius anni. 42
Quod potissimum Longobardi observant, 43
Alii ad integrum triennium. 44
Certum ac infallibilem Dierum Criticorum ponere terminum impossibile est remissive. ult.

REcte nobis quidem judicibus monet Paulus Zachias, Vir de Orbe Literario egregiè meritus, quem *Omniscium* dicere non erubescit 1

bescit Hieronymus Bardi *in Epistola ad ipsum missa in Quæstionibus suis Me-*
2 *dico legalibus Lib. V. Tit. 2. quæst. 5. n. 1.* Conjecturam lethalitatis, quæ
à tempore desumitur, præ ceteris omnibus, quas mira diligentia pro-
secutus est Farinac. *quæst. 127. P. 2. n. 28. seqq. &* Boër. *Decis. 323. junct.*
3 Menoch *de A. I. Q. Cas. 275.* merito magnifaciendam esse; At vero
parem hujus rei decisionem habere difficultatem & necessitatem:
4 quarum illa oritur ex multiplici vulnerum differentia, varia vulne-
ratorum constitutione ac natura, & infinitis prope modum vulneri-
bus extrinsece obvenientibus symptomatibus, quorum ob culpam
5 aliquando citius vulnerati suum diem obeunt, vel citius aut serius,
quam sperabatur, pristinæ suæ sanitati restituuntur: cui difficultati
6 maximum addit momentum mira & incredibilis cum Medicorum
tum JCtorum in tempore securitatis vulnerum stabiliendo dissiden-
7 tia; Cujus rei princeps causa est particularium casuum eventus,
8 quibus observatum est, vulnera modo procrastinare, modo accele-
rare mortem, etiamsi unius ejusdemque naturæ sint, unde certum
9 pro eorum securitate ponere terminum nonnullis impossibile visum
fuit. *teste* Zachia *d. l. n.* 2. Sed tamen hujus difficultatis solutio ma-
xime videtur necessaria, ne contra justitiam sontes absolverentur
10 *arg. L. 3. C. de Episc. aud.* parcendoque improbis bonis fieret injuria
11 *c. 18. Non frustra c. 23. q. 5.* & delicta cum insigni Reipublicæ incom-
modo manerent impunita *L. 51. §. æstimatio. ff. ad* L. *Aquil.* vel contra
12 humanitatem insontes ultimo afficerentur supplicio; quorum utrum-
que facili eveniret negotio, ubi cum veritatis præjudicio brevius vel
13 longius temporis spatium constitueretur: quare in hoc omni elabo-
rabimus molimine, ut si fieri possit, veritatem assequamur. Sicut
14 autem extra omnem dubietatis aleam positum rentur, & omnino pro-
cedere ex communi Medicorum ac JCtorum calculo autumant. Fari-
nac. *Consil. Crim. 100. num. 16. Accurs. ad* L. *Unic.* C. *de emend. serv. ibi-*
demque Cyn. Joh. Faber. Bart. Bald. *& consil 328. V. 2.* Ludov. Bolognet.
Vulneratum eodem, quo vulnus accepit die, Zachias *in Quæst. Medico-*
15 *Legalibus d l. n. 13. Item intra* Biduum, Joseph. Mascardus. *de Probat.*
16 *Vol. 3. concl. 1079. n. 1.* & Triduum decedentem, ex vulnere præsumi
17 mortuum, ipsa natura id comprobante, Baldus. *d. cons. 328. V. 2.* Acha-
ran. *Consil. 283. n. 3.* Alber. *in* L. *Item Mela* §. *Celsus ad* L. *Aquil.* Florian.
in L. *Ita Vulneratus ff. d. t.* Cœpoll. *Consil. 61. Versi. item propter brevita-*
tem temporis Anton. *de* Butr. *in c. 2. de cleric. percuss.* Francisc. Ripa *in Tract.*

de

de Peste fol. mihi 82, n. 185. Boss. *in Pract. de Homicid. n.* 15. *seqq.* cum vix da- 18
ri possit morbus acutus, qui vulneri non ex culpa vulneris superve-
niat, si tam brevi spatio hominem è medio tollat Zachias *d. Quæst. V.*
ubi *n.* 13. non solum hanc conclusionem pro verissimâ recipit, verum
eandem etiam ampliandam & ad *septimum usque diem* extendendam 19
esse subjicit, eo quod, etiamsi non sit impossibile, perdifficile tamen 20
videatur, intra hunc quoque septem Dierum terminum tam acutum
morbum, qui non ex vulnere procedat, irrepere, ut intra septimum
non occidat, cum ut plurimum in vulneribus haud aspernandis, vel
ex se vel ex arte, & aliquando ex utriusque causa statim in ipsa vulne-
ris acceptione, vel paulo post multum sanguinis evacuetur; ex qua
evacuatione non est dubium, retardari nullo pacto posse qualem-
cunque imminentem acuti morbi impetum, præcipue si antequam
morbus se probat, facta illa evacuatio fuerit; Ita cum non tam de bre-
viori, de quo videri possunt A. Gell. *in Noct. Att. L. 3. c.* 10. Macrob. 21
Lib. 1. in Somn. Scipion. c. V. Galen. *de Diebus Critic. cap. XI.* quam lon-
giori *Dierum Criticorum* termino solliciti simus, major incertitudo sub-
oritur, de termino *ad quem* horum dierum, quo superato ex quorun-
dam sententia ex vulnere vulnerato nullum mortis periculum immi- 22
net, nec, eo vita defuncto, vulnerans mortis supplicium subire co-
gitur.

Quemadmodum autem *in dubio* vulneratus ex vulnere mortuus
præsumitur, Joseph. Ludov. *Decis. Lucens. 6. Boër. Dec. 323.* Franc. 23
Marc. *P. 2. quæst. 779.* Gail. *2. O. III.* Hyppol. *sing. 218.* Bart. *Cons. 30. Vol. 2.*
præprimis si intra modicum temporis fatis concesserit. Men. *de A. I. Q.*
l. 2. Cent. 3. Cas. 275. n. 2. & quos ibi plena manu in hanc sententiam adducit 24
Ddres n. 20. ita è diverso ex vulnere periisse in *dubio* non creditur, qui
post longum tempus â die illati vulneris ex hac vitæ statione discessit,
Boër *d. quæst. 323 n. 18.* Abbas *in c. significasti n. 25. de Homicidio.* Bald. *Cons.*
328. Columm. 1. vers. si vero quis lib. 2. Menoch. *d. l. n. 7.* Farinac. *quæst. 127.*
n. 31. Gard. Zabarell. *n. 1. vers. Nota, quod ex prolixitate temporis* Ancho-
ran. *Cons. 283.* Grammat. *Cons. 2. n.* 8. Cœpoll. *Cons. 40. n. 18.* qua in re 26
quamvis plerique Criminalistarum conveniant, tantum tamen abest,
ut quod in proposito *tempus longum* dicatur, pari calculo aperiant, ut 27
potius inter tot discrepantes opiniones nullam firmam ac certam eli-
gere detur sententiam, Farin. *d. l. n. 31. & 34. in fin.* Enimvero aliqui 28
vulnerato *Tertium Diem* ponunt *Criticum*, intra quem mortuum sicuti

per supra dicta ex vulnere diem suum obiisse credunt, ita post illius decursum extinctum, vel ex malo regimine, vel negligentis aut imperiti Medici culpa vel alio Symptomate animam efflasse arbitramur, quorum sententiam refert Carpz. *Pr. Crim. quæst. 26. n. 9.* Menoch. *de A. I. Q. Cas. 275. n. 4. Vid.* Florian. *in L. ait Lex. n. 3. vers. advertendum tamen ff. ad L. Aquil.* Bart. *in Tr. de Percuss n. 2.* Marian. *Socin. in cap. Presbyterum n. 8. post princ. X. de Homicid.* Cuman. *Cons. 138. Colum. i.* Blanc. *in*
29 *Pr. Crim. P. 1. Defensionis* §. 115. *sic præmissis n. 68.* Plach. *in Epit. delict. L. 1. c. 13. n. 22. pr.* Jac. Ayrer. *in Tr. de Homicidio P. 2. n. 52. & 53.*

Alii neglecto *tertio die*, Angel. *in L. Un. C. De emend. servor.* Bald. *in L. ait lex. ff. ad L. Aquil. pr. ibique* Florian. *n. 3. &* Fulgos. *n. 2.* Bolog-
30 nin *Consil. 5. per tot. Quintum Diem* ceu *Decretorium* attendi volunt, ut post illum mortuo vulnerato, vulnerans extra capitis periculum sit, non, nisi de vulnere conveniendus. Menoch. *d. l. n. 2. Prosper.* Farinac. *q. 127. n. 37.* Carpz. *d. l.* Boër. *Decis. 323. sub. num. 11.* Jacob Ayrer. *de Tract. P. 2. n. 55.* Alii *Octavum* demum *Diem* infallibilem salutis aut im-
31 minentis mortis notam vulnerato afferre autumant, ut eo exacto vulnerans non habeat, cur capitalem Legis Corneliæ de Sicariis sententiam tremebundus metuat, siquidem post octavi diei lapsum vulneratus non ex vulnere decessisse præsumatur, cui opinioni patrocinantur. Soc. *in Consil. 198. Columm. 1. versic. tertio. hoc videtur probare, libr. 2. & ab eo citati Dd.* Cœpoll. *Consil. 40. n. 19. vers. quædam jura dicere videntur. Vid.* Farinac. *d. q. 127. n. 39.*

Alii rejecto etiam octavo die Marsil *in l. fin. n. 57. ff. ad L. Cornel. de*
32 *Sicar. & in Pract. Crim. §. quia n. 16 juncto Consilio 7. post n. 12.* Florian. *in L. ait Lex. n. 3. ff. ad leg. Aquil.* Marian. Socin. *in cap. 8. X. de Homicid. in pr.* Bologn. *Consil. 6. n. 2.* Boër. *d. Dec. 323. n. 11.* Carrer. *in Pr. Crim. in tertio Tract. de Homicid. §. 11. n. 10. folio mihi 180.* Aretin. *Cons. Crim. Divers. 58. n. 11. Tom. 3* ultimum *Dierum* Criticorum terminum statuunt *Diem Deci-*
33 *mum vid.* Dan: Classen: *in comm. ad Const. crim: art. 147 ub. pr.* hæc leguntur verba: Quædam apud vulgus hominum enata est opinio, ac si vul-
34 nerato post *Decimum Diem* supervivente, vulnerans nec pro homicida haberi, nec capitaliter puniri possit, ideo quod Vulnerans post *Dies Decretorios* seu *criticos* die Gefahr-Tage / ut vocant, supervixerit.

35 Ab hac sententia divortium faciunt Angel. *in L. unic. C. de emend. serv.* Augușt. *in Addit. ad* Ang. *quem sequitur* Socyn. *in c. Presbyterum de Homicid.* Gail. *2. Obs. 111. n. 23. & hunc* Math. Steph: *in Comm. C. C. C. art.*

art. 147. in fin. statuentes, cum ex communi Medicorum asserto, qui- 36
bus in dijudicanda vulneris lethalitate, ceu hujus artis, quam edo-
cti profitentur, peritis artificibus. *L. Semel 6. C. De re milit. Septimo 12. ff. De stat. hom. arg. L. 1. §. 1. ff. de Ventr. inspic. L. 12. Nemini §. 1. C. De Advocat. divers. Jud. C. Fraternitatis De frigidis c. qui judicante X. De Praescript.* omnino fides habenda est, Bartol. *in ff. Procem. n. 8. Spec. Tit. De Probat. §. fin. n. 25.* Gail. *2. O. 111. n. 8. seq.* Boër. *in saepè citata Dec. 323. n. 21.* Menoch. *De A. I. Q. cas. 275. n. 21.* Stryk. *De Jur. Sens. cap. 2. Diss. 1. n. 19. vid. supr. cap.*
1. n. 0 Ultimus *Dies criticus* Vulnerum secundum *n. 37.* formam acutorum 37
morborum fit *Dies Quadragesimus*, Marcell. Donat. *suae Histor. Medic. mirab. L. V. c. 4.* Gvido *de* Gauliaco *in sua Chirurgia Tit. de Vulneribus & solut. continuatis cap. 1. fol. 7. in pr.* referente Boërio *d. l. n. 13. &* Prosper. Farinac. *quaest. 127. n. 47. seq.* Zachias *supr. all. loc. n. 5.* post *Quadragesi-*
mum à vulneris accepti tempore *Diem* mortuum non praesumi ex vul- 38
nere decessisse: Cui opinioni praeter supra allegatos Ddres adstipulantur Cornel. *consil 194. n. 1. columm.* 1. Coepoll. *cons. 28. n.* 17. Grammat. *cons. 49. n. versic. imo secundum Judicium Medicorum* Blanch. *in Pr. crim. n. 1. fol. 136.* Riminald. Sen. *cons. 251. n. 2. lib. 2.* Plach. *in Epist. Delict. L. 1. c. 13. p. 216.* aliique *quorum integrum Catalogum contexuit* Farinac.
saepe cit. l. n. 46. Quo in communi Medicorum Judicio, quamvis 39
videri possit fuisse acquiescendum, tantum tamen abest, ut omnes mortis periculum hoc *critico Die* terminari voluerint, ut potius alii hunc terminum ad *Sexagesimum usque Diem* extenderint, ut intra illum mortuus adhuc ex vulnere periisse credatur. *Vid.* Farinac. *d. l. n. 45.* Blach. *in Epist. delict. lib. 1. c. 13. n. 32. in fin. pr. fol. 216.* Carpz. *Pr. crim. P. 1. quaest. 29. n. 16.* Imo alii nec hoc quidem termino contenti fue-
rint sed ulterius progressi *criticum Diem* vulnerato posuerint *ultimum* 40
octavi mensis Diem à tempore accepti vulneris, Quorum Antesignanum Johann. *de* Anan. *in c. 2. de Cleric. percuss. quem* sequitur Bartolus. *in Tract. de Percuss. n. 2. Marsil. in fin. n. 57. ff. ad L. corn. de Sicar.* Florian. *in L. ait lex. ff. ad L. Aquil.* Cornel. *cons. 164. n. 16. & 8.* Bolognin. *Cons. 5. n. 5.* Coepoll. *cons. 40. n. 19.* aliique à Farinacio plena manu citati,

Alii rejecta hac sententia, quae nec Salyceto *in L. 1. in fin. C. De* 41
emend. servor. Boërio *Dec. 323. n. 11.* Mascard. *De Prob. concl. 1073. n. 4.* Bajard. *ad* Clarum §. *Homicidium n. 156.* placuit, *totius anni lapsum* ex-
pectari voluerunt, ut demum post ejus decursum vulnerans extra 42
capitis periculum constituatur, *vid.* Carpz. *in Pr. crim. supr. all. loc. &*

 quos

quos refert Farinac. *sæpiusque citatus* Menoch: *De A. I. Q. Caſ.* 275. *n.* 2. *&* Boër. *Dec.* 323. *n.* 11. ubi addit: id teſte Bartolo *in tract. de Percuſſ. n.* 2. *in fin.* Blanch. *in Pr. Crim. in.* P. 1. *Defenſionis n.* 68. *aliisque inibi citatis Ddbus.* procedere de jure Longobardorum *n.* 13.

43 Quibus tandem refragantur alii, præfata tempora nimis angu-
ſta putantes & *integrum Biennium* conſtituentes pro critico vulnerum
44 termino, ut refert Gloſſa *in verbo De pulſa* C. *de emend. Servor. & ex illa* Farinac. *d. Q.* 127. *n.* 44. *exque hoc* Carpz. *n.* 44. Pr. Crim. P. 1. *Q.* 26. *n.* 19. *in Fin.* ut in tanto JCtor. diſſenſu certam circa *Dierum criticorum* termi-
45 num ſententiam rectè notante Zachia, *in Quæſt. Medic. leg. Lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 2. *&* 6. eruere impoſſibile ſit.

CAPUT III.

Exhibens veram de Diebus Criticis inque Praxi criminali receptam ſententiam.

SUMMARIA.

Ingreſſus n. 1
Ratio, cur certus vulnerum terminus Criticus dari non poſſit 2
Diverſitas vulnerum alium atque alium terminum ſibi poſtulat. 3
Si certò conſtet vulneratum ex vulnere deceſſiſſe, non attenditur criticus dierum terminus. 5
Imò ne quidem mali regiminis ratio habetur. 6
Si certò conſtet vulneratum ex Vulnere non fuiſſe mortuum, vulnerans ſine omni temporis metâ ſaltem de vulnere tenetur. 7
Si dubium ſit an vulneratus ex vulnere, an vero malo regimine &c. mortuus ſit, judicis arbitrio locus datur judicare, an vulnus lethale ſit, nec ne. n. 9. & 10
Modo hoc judicis arbitrium Medicorum judicio conforme ſit 11
Judex legum ſcientiſſimus, naturam tamen particularium individuorum, cujus reſpectus in ſententia ſuper vulneris lethalitate ferenda omnino habendus eſt, nunquam ut Medicus callere poteſt, 12
Cujus ratio additur in 13
Inſpect. Cadaveris occiſi neglectis requiſitis articuli 149. C. C. C. *adhibito licet Medico, nullam tamen mereatur fidem* 15

Cujus ratio additur 16
Deficientibus requisitis formalibus alicujus rei, res ipsa deficit, 17
Quicquid ad solennitatem alicujus actus requiritur, id ab actu dividi nequit 19
Judex, si rite expedita inspectione extra quasdam præsumptiones nondum de lethalitate vulneris certus sit, temporis spatium attendere debet 20
Vox aliquandiu & quamdiu non determinant certum temporis momentum 21
JCtus prudentior lege & superior esse non debet 22
Rationem, cur Imperator, judicem respicere jubens quamdiu vulneratus supervixerit, certum temporis terminum non expresserit, suppeditat 23
Hinc determinatio Judicis arbitratui relinquitur 24
Terminus acutorum morborum est quadragesimi diei, 26
Post quadragesimum diem in dubio vulneratus non creditur ex vulnere decessisse 25
Cujus ratio additur, 27
Intra quadragesimum diem mortuus non protenus ex vulnere periisse creditur, 28
Hinc nec vulnerans Homicidii reus est 29
Sed extra ordinem puniendus est 30
Ex præsumtionibus, etiam urgentibus & indubitatis, nemo mortis damnandus est 31
Etiamsi mille adsint indicia 32
Jus nostrum magis favet reo, & proclivius est ad absolvendum quam ad condemnandum 33
Melius est misericordiæ quam sævitiæ reddere rationem 34
Favore defensionis in quantum fieri potest, judex pro innocentia rei laborare tenetur 36
Argumentum à contrariis desumptum firmiter concludit, 38
Hæc regula limitatur 39
Nil interest occidat quis, an causam mortis præbeat 41
Dans operam rei illicitæ, de eventu etiam præter intentionem tenetur 42
Limitatio utriusque regulæ habetur 43
Quæ per accidens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti ad malitiam nec ad bonitatem ult.

DIximus in fine præcedanei capitis, nequaquam fieri posse ut certa 1
in ultimo *Dierum Criticorum* termino statuendo in tanta dissidentium copia formari sententia possit. Enimvero tam multiplicem vul- 2
nerum differentiam, tam variam individuorum constitutionem & naturam, & tot infinita prope modum ab extra vulneribus accidentia advertunt Medici ut qui, unam eandemque in omnibus vulneribus & indifferenter in uno quoque subjecto temporis assignare volet de-

terminationem, næ, ille morborum vulnerumque varietatem ob plures ab extra accidentes causas eo ipso se ignorare turpiter fateri necesse habeat. Quem enim Medicorum fugit, alium terminum assignandum esse in simplici capitis vulnere quod solam cutem cum modica cranii læsione violaverit, alium si cranium fissum, aut concussum cerebrum, alium si Meninges seu cerebri cooperientes membranas laceraverit, alium si ad cerebri substantiam, alium si ad ventrivulos usque & intimiores partes penetraverit: Item alium si sinciput, alium vero si occiput læserit, cum in illo magis periculosa vulnera sint, & breviori tempore occidant, quam in hoc, qua de re egregie disserit prælaudatus Zachias. *d. quæst. V. n. 10. & quos allegat.* Hipp. *de vulnerib. capit. in pr.*
4 Amat. Lusitan. *Curat. Medic. Cent. 6. Cur. ult.* Cui accedit quod alium terminum requirant vulnera capitis, alium pectoris, alium viscerum inferiorum, alium magnorum articulorum &c. ut cum hinc in infinitum particularia variari contingat, variari etiam in infinitum hos terminos, necesse sit: Ne tamen plane in incerto versari videamur, dubii, quam nam arripere oporteat sententiam, pro feliciori hujus materiæ evolutione tres formabimus Conclusiones.

5 Aut n. I. indubiumque est certoque *certo constat vulneratum ex vulnere decessisse*, quo casu non attento *critico* dierum termino vulnerantem judicamus Legis Corneliæ de Sicariis reum, ut quod fecit, expectet, *per L. 3. de Episc. Aud.* Farinac. *Quæst. 127. n. 33.* Blanc. *in Pr. Crim. 1 Defensionis §. iis sic præmissis n. 96.* Conrad. *in Pract. Rubr. de vulnerantib. n. 16.* Ægid. Boss. *in Tit. de homicid. n. 115. in pr.* Cœpoll. *Cons. 61. n. 33.* Guid. Pap. *sing. 491.* Petr. de Ravenna *sing. 797.* Bartol. *Cons. 36. Vol. 2.* Arnold. Reyger. *in Thes. locuplet. Voc. Homicidii* Meyer *in Coll. I Arg. Tit. 8. lib. 48. n. 10.* Carpz. *Pr. Crim. q. 26. n. 26.* Ubi addit quod hoc casu, ne quidem malæ curæ sive regiminis vulnerati aliarumque qualitatum ac cir-
6 cumstantiarum ratio haberi debeat, Bajard. ad Jul Clar. *in d. §. Homic. n. 157.* Carrer. *in Prax. Crim. n 3. Tract. de Homicid. §. 11. n. 9.* Gail. 2. *O. 101. n. 20. & seq.* Angel *de malefic. in verb. & ex intervallo n. 12. in fin. vers si autem quis fuit mortifere vulneratus.* Class *const. crim. art. 149.*

7 II. *Aut certo constat vulneratum ex vulnere non fuisse mortuum*; quo casu vulnerans non de occiso, sed saltem de vulnere tenetur, sine omni etiam temporis meta. Farrinac. *d l. n. 33.* ubi hunc casum adeo clarum esse asserit, ut nil planè difficultatis habere videatur Gandin. *in tit. de Homicid. n. 24. in pr. ff. & vers. si appareat de negligentia* Bonifac. de Vitalit.

in Tit. de insult. & percuss. n.31. Socin. *in Consil.129. col.2. & 3. lib.2.* Dec. *consil.415.n.9.lib.3.vers.finaliter tn.* Blanc. *in Pr.crim.1.* P. *Defensionis d §.68. vers. secundum caput tn.* Nic. Boër. *dec.321.n.17. & 20.* adeoque vulnerans hoc casu gladii pœna puniri nequeat. Carpz. *Pr. Crim. d. q.26.n.7. in fin.* Classen. *d. l.*

III. *Aut dubium est, an vulneratus ex vulnere, an vero ex culpa Medici & Chirurgi, malo regimine, aut alio superveniente Symptomate mortuus fuerit?* 9
Qui casus, sicuti majoris momenti & difficultatis esse noscitur, ita duntaxat ad nostrum propositum pertinet; Communis hic doctorum
sententia est: Omnem hanc rem judicis arbitrio committi, qui & de 10
vulneris lethalitate & *Dierum Criticorum* termino judicare debeat.
Zachias *d. l. n.8.* Farinac. *qu.127. n.48.* Florian. *in L. Ait Lex. n. 4. ff. Ad L. Aquil.* Marian. Socin. *in C. Presbyterum n.8. post. medium,* Anton. de Butr. *in c. 2. n vers. Hoc credo arbitrarium. de cleric. percuss.* Riminald. *Sen. Consil. 281. n. 2. L. 2. ubi de* communi Praxi *testatur* Plach. *in Epit. Delict. L. 1. c. 13. n. 6.* ubi hanc sententiam communi Ddrum consensu receptam esse docet, cui jungi poterit Farinac. Menoch Mascard. & Boër. *super cit. locis.* Cui sententiæ & nos calculum nostrum adjicimus, mo- 11
do arbitrium judicis non plane liberum sit, sed Medicorum & Chirurgorum, secundum CCC. *art.147. & 149.* hoc casu necessario adhibendorum judicio conforme, *vid.* Farinac. *d. quæst 127.* Quanquam enim 12
judex legum scientissimus fuerit, & exquisite, quantum ad Jctum pertinet, *verba sunt* Zachiæ, *supr. all. loc n 9.* de temporis conditione determinare noverit, naturam tamen particularium individuorum, cujus respectus habendus in sententia, nunquam ut Medicus callere poterit. Nam contingit, juxta illorum individuorum naturam, mortis aut 13
salutis, periculi aut securitatis terminos variari, neque solum corporum particularium naturas, sed partium quoque vulneratarum adhibere in judicio oportet, quod nulla ratione per se judex sine Medicorum ope determinare valet. Hos ergo in casu dubio *per verba art.147.* 14
CCC. als das Zweiffelich wäre / judex adhibere debet, secundum formam tamen in *art.149.* CCC. præscriptam, usque adeo, ut si neglectis 15
secundum d. Articuli tenorem requisitis inspectio cadaveris occisi,
adhibito licet Medico, expediatur, relationi illorum judex fidem habe- 16
re non teneatur: Prædicta enim requisita ad formam inspectionis re- 17
quisita ad formam inspectionis requiruntur, Carpz. *in Pr. crim. q.26.*
n.49. deficientibus autem formalibus alicujus rei requisitis res ipsa 18
defi-

deficit, cum forma det esse rei, & quicquid ad solennitatem alicujus rei
19 exigitur, id ab actu dividi & separari nequit. *L. cum antiquitas 28. C. de testamentis L.8. §.17. de Transact.* Jason. *in L.1.n.25. ff. de lib. & posth.* Boër. Dec.1.n.44. Bald. *in c.1. col.1. Tit. de alien. feud.* Andr. Tiraquell. *de LLbus Connub. gloss.6.n.4.* De hisce autem requisitis *capite insequenti* pluribus acturi sumus. Hinc interim sollicit:

20 *Annon, si rite expedita inspectione, extra conjecturas quasdam & præsumptiones à Medicis suppeditatas, judici, ne tum quidem de lethalitate Vulneris certo constare possit, certum temporis spatium eundem advertere oporteat?* Et tempus hic utique in considerationem venire debere eo minus dubitanti asserere sustinemus calamo, quo evidentius id voluisse videtur gloriosissimæ memoriæ Imperator, Carolus V. *in const. crim. art.*147. quando docet: Vulnerato post *aliquod dierum spatium* mortuo & *dubio incidente* numquid ex vulnere mortuus sit nec nec, ab utraque parte testimonia producenda, præprimis Chirurgorum & Medicorum perhibentium qualiter mortuus post vulnerationem se gesserit, & *quamdiu supervixerit* Ex quibus verbis (1) liquet, Imperatorem loqui de casu dubio. Ubi nec constat certo vulneratum ex vulnere decessisse, nec liquido affirmare tamen liceat, eum ex vulnere periisse per verba: Also daß zweiflich wäre/ob er der geklagten Streich halber gestorben wäre/oder nicht/adeoque hunc articulum aperte convenire cum proposito nostro casu. (2) De tali casu, quo non statim à vulneris accepti tempore, sed ex interstitio dierum mortuus est vulneratus, per verba: So einer geschlagen wird/ und über etzliche Zeit darnach stürbe (3) Et hoc casu velle, ut in specie testimonia afferantur, quamdiu vulneratus post vulnerationem supervixerit, per verba mit Bezeugung/wie lange der Gestorbene nach den Streichen gelebet hat: indicio firmissimo, etiam *ex tempore* judicium ferendum esse, nunquid vulneratus ex accepto vulnere mortuus sit nec ne. *vid.* Daniel Classen *ad d art. Const. Crim. verb. Quamdiu post acce-*
21 *ptum vulnus &c.* Stephan. *ad* Const. *Crim. d. art. in fin.* Cum autem vox *aliquandiu*, & *quamdiu* non certum aliquod temporis momentum determinet, nec ipse etiam Imperator hic nominatim de certo dierum termino caveat, æque dubius manet judex ad tempus respicere jussus, quot numero dies pro dijudicanda vulneris lethalitate attendere ipsum oporteat. Et sane ubi lex non determinat, nec nostrum est de-
22 terminare, utpote qui lege prudentiores & superiores esse non debe-
23 mus. Classen *in dict. Comm. ad Const. Crim. art.*41.*p.*83. Bene enim ad-

advertit Divus imperator, variante in infinitum individuorum conſtitutione, vulnerum qualitate & cauſa ab extra adveniente, variari etiam in infinitum vulnerum & lethalitatis terminos, ut omnibus unus 24
idemque poni *Dies Criticus* certa arte neutiquam poſſit, ut hinc & dierum conſideratio judicis arbitrio, cui in dubio per regulam generalem locus dari debet, *arg.* L. 7. *10.* §. *de quæſt.* relinquenda ſit conformando Medicorum relationi, cum certum ſit hoc judicium *per ſæpius dicta* potius ad Medicam artem, quam legalem pertinere ſcientiam. Farinac. *quæſt.* 27. *n.* 50 *p.* 302. Claſſen *ad* CCC. *art.* 149. *p.* 644. *n.* 4. quod ſi tamen 25
Conjectura quædam *ex tempore* inter vulnus & mortem deſumi poſſit, non usque adeo proterve refragabimur excellentiſſimo Zachiæ *in quæſt. Medic. Legal.* L. 5. *Tit.* 2 *qu.* 5 *n.* 11. aſſerenti: Terminum acutorum 26
morborum, qui ex communi medicorum judicio *ſupr. cap.* 2. *n.* O. allato, regulariter eſt *quadrageſimus dies* in vulneribus lethalibus & periculo proximis præ ceteris videri acceptandum *Conf. Hippocratem in Coacis lib. de capit. vuln.* & 4. *popul.* ut ſc. in dubio transacto hoc termino non præſumatur ex vulnere mortuus vulneratus, cum conjectura, quæ in 27
illo, qui paucis à vulnere diebus decedit, ab evidentia cauſæ & vulneris, quæ influit in futuram mortem, conjuncta cum ſufficientia ejusdem cauſæ, deſumitur, hic deficiat, neque tam promte influat in mortem, præterquam quod in diuturniori tempore veriſimilius ſit novam irrepſiſſe cauſam, quam in breviori, cum & plura ab extra irruant, & ipſi ægrotantes tædio ducti facilius in aliquem labantur errorem, ex quo mortis cauſa ſubſequi poſſit. Hoc tamen ita cum prælaudato *Zachia* 28
accipi nolo, quaſi è diverſo *intra quadrageſimum Diem* mortuus, ex vulnere periiſſe credatur, ſicque vulnerans, qua Sicarius mortis ſupplicium ſubire cogatur; Enimvero licet quidem ambabus largiamur, vul- 29
neratum brevi à vulnere tempore decedentem in dubio potius ex vulnere, quam alia mortuum eſſe cauſa *per dicta ſupr. c.* 2. *n.* 10. ſicque ceteris paribus, mortis damnari poſſe vulnerantem; attamen id ad *quadrageſimum usque diem* extendi poſſe, ut infra illum vulnerato vita defuncto ex præſumtionibus ſaltem & conjecturis quibusdam vulnerans ad capitale trahi poſſit ſupplicium, non audemus affirmare, quin potius hoc caſu vulnerantem ſaltem extra ordinem puniendum eſſe audacter aſſerimus, quia (1) expediti juris eſt, quod ad condemnatio- 30
nem in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores, uti loquitur Imperator in notabili *ult. C. de Probationibus* L. 14. *C. de*

Accusat. inibique Brunnemann. *L.* 16. *C. de Pœnis* Aug. Berous.
31 *consf.* 193. *Vol.* 3. *per tot. fol. mihi* 545. (2) hinc nemo ex præsumptionibus quantumcunque urgentibus & indubitatis ad mortis pœnam damnandus *Const. Car.V.* 22. *verbis.* Es ist auch zu mercken/ inibique Classen & Manz. *d.* L. *ult.* & *ad illam* Brunnem. *in comm. cod. in fin.* Stryck. *in elegantiss. tractat. de jur. sens. Diss.* 1. *cap.* 3. *n.* 24. Bronchorst. *Cent.* 2. *Miscellan. controvers. assert.* 61. Joh. Grevius. *in Tr. de Tortura lib.* 1. *c.* 4. *p.* 69. Joh. Grivellus *Decis. Senatus Dolani*, 93. *fol.* 250. Fachin L. 1. *controvers. cap.* 20. Hunn. *in Resolut. ad Treutl. Vol.* 2. *D.* 31 *Th.* 5. *quæst.* 34. *p.* 17. Carpz. *Pr. crim. P.* 1. *q.* 15. *n.* 49. Harpr. *in comm. J. ad* §. 5. *J. de Publ. Jud.*
32 *n.* 102. Etiamsi mille adsint indicia. Farinac. *quæst.* 86. *n.* 78. Wesembec. *variis in locis.* sed extra ordinem puniendus sit. Menoch. *l.* 1. *de Præsumpt.* 97. *n.* 23. *seqq.* & *de A. I. Q. Cas.* 279. *n.* 4. Gomez. *T.* 3. *Resol. c.* 12. *n.* 25. Tiraqu. *de pœn. tempor. cons.* 27. Farinac. *d. l.* Hippol. Rimin. *consil. n.* 121. *n.* 25. *lib.* 2. Carpz. *P.* 1. *qu.* 26. *n.* 28. Jacob. Butrio *ad L. fin. C. de Prob.* ubi dicit: Quod, ubicunque possibile est, rem aliter se habere posse, non stetur indiciis ac præsumptionibus, ut ex his judex ad pœnam mortis procedere possit. *jung. Emericus à Rosbach. Tit.* 5. *c.* 1. *n* 23. *p.* 526. *Process.*
33 *Crim.* (3) jura nostra in dubio. Brunnem. *ad* L. *Arrianus* 47. *ff. de O.* & *A.* magis faveant reo & procliviora sint ad absolvendum, quam ad con-
34 demnandum. Arrianus L 47. *ff de O.* & *A.* cum melius sit misericor-
35 diæ, quam sævitiæ reddere rationem *C. allegant.* 26 *quæst. fin.* & satius nocentem dimittere, quam innocentem plectere, *L. Absentem* 5 *ff. de Pœnis inibique* Brunnem. *vid.* Græværus ad Gail 2. *Obs. III. n.* 3. *p.* 320. ubi docet: Si dubium fuerit vulnere se indifferenter cum ad salutem, tum ad mortem habente, an vulnus lethale fuerit, nec ne, in meliorem partem præsumendum, & ita vulnus inflictum pro lethali habendum non esse, Classen. *supr. all. loc. p.* 634. & in terminis Carpzov. *P.* 1. *q.* 26. *n.* 28.
36 Hisce accedit (4) favor defensionis, qui tantus est, ut etiam judex in quantum fieri possit, pro innocentia Rei laborare teneatur, Carpz. *P.* 1. *q.* 33. *n.* 8.

37 Cui sententiæ non obstat (1) quod *supra n.* 10. *hujus capitis* dictum sit: Quod si vulneratus post quadragesimum moriatur diem in dubio non ex vulnere præsumatur decessisse, nec propterea mortis reus sit, Ergo è diverso infallibiliter inferendum sit: Si infra 40. moriatur diem, in dubio præsumatur ex vulnere decessisse, hincque vulnerans capitis reus sit: argumento à contrariis sumpto firmiter concludente.

L. 1.

L.1. in pr. ff. de off. ejus cui mandat. est jurisdict. inibique Gothofr. *Lit. C.* Angel. *in § Novissime J. d. SCt. Orfic.* Harpr. *ad pr. J. de Hered. quæ ab intestat. n.*340. item *ad Tit. de auth. Tut. §.2. n.11. & ad § 11. de Nupt. n.*119. Everh. à Mildenburg. *in Loc. arg. Leg.*19. *n.*4. Respondendum enim est, Neg. consequentiam. 38
Ad regulam allatam Respondemus ex *eod.* Everard. *all. loc.* quod valeat, nisi absurditas juris inde sequatur. Coras. *lib. V. Miscell. jur. Civ. c.* 9. *n.* 9. Regner. Sixtin. *Consil. Marburg.* 9. *n.* 84. *Vol.* 2. D. Mundius *in comm. de diffamat. c.*2. §. 3. *n.*90 *seq.* Harpr. *ad* §. 3. *J. de J. & I. n.*17. *& ad Tit. de his qui sui vel alieni Jur. sunt n.* 25. quam evitare non potest contrarium asserens, cum contra *L. fin. C. de Probat.* teneretur admittere, etiam in criminalibus aliquem ex præsumptionibus, quæ probationibus luce meridiana clarioribus opponuntur, ad mortem damnari posse. 39

40
Nec obstat (2) quod vulnerans vulnerando aliquem, mortis causam præbeat, absq; dubio enim, vulnere non inflicto vulneratus neque ex culpa Medici, neque malo regimine fuisset mortuus. At nil intersit, occidat quis, an causam mortis præbeat, *L. Nil interest ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Brunn. *d. l.* Carpz. *q.* 4. *n.* 9. Farin. *q.*135. Clar. § *fin. q.*68. Anton. 41
Matth. *ad Tit. ff. ad L. Corn. de Sicar. n.*3. & danti operam rei illicitæ 42
imputari debeat quicquid fuerit præter ejus intentionem ex eo actu secutum. *L. Quoniam multa* 6. *C. ad L. Jul. de Vi publ. inibique Dd. &* Brunnem. Resp. enim est cum Carpz. *Pr. Crim. q.* 26. *P.* 1. *n.* 12. Hoc verum esse si mors ex *causa immediata* sequatur i.e. ut ipse se explicat, 43
ex ipso vulnere immediate non etiam *per accidens* ex superveniente malo regimine aut culpa, vel negligentia Medici, cum allegati textus tantum procedant, quantum ad subjectum, circa quod versatur ipsa malitia illicite operantis, & quantum ad ea, quæ objecto *per se ac immediate* junguntur, aut necessario sequuntur, non autem quoad illa, quæ *per accidens* oriuntur, à re illa mala, cui opera datur, quia illa quæ per acci- 44
dens eveniunt ex opere aliquo, non imputantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatem. Covarr. *ad Clem. V. de Homicid. secund. Prælect. in* §. 1. *n.* 1.

CAP. IV. seu ULTIMUM.

Exhibens formam inquirendi in occisi vulneris lethalitatem, ad ductum art. 149. CCC.

SUMMARIA.

Ingressus num. 1
Inspectio cadaveris occisi secundum formam art. 149. const. crim. Car. V. expediri debet 2
Est tantæ necessitatis, ut illa omissa vel non legitime expedita Judex ad mortis pœnam progredi non possit 3
Verba articuli 149. 6
Modum inspiciendi vulneris in compendio exhibet 7
Ad inspectionis actum judicis præsentia primo opus est 9
Cujus ratio datur 10 *seqq.*
Inspectio corporis occisi est pars necessaria inquisitionis 11
An inspectio in ædibus privatis fieri possit & propterea actus judicialis esse desinat? 12
Judicialiter & illud fieri dicitur quod fit authoritate Judicis, licet extra judicii locum 13
Secundo ad inspectionis actum requiruntur duo Scabini & Actuarius, 14
Solus judex absque Scabinis judicium non constituit 15
Adeo ut sine illis judex ad pœnam ordinariam devenire non possit 16
Tertio requiruntur Chirurgi & Medici 18
Nomine Chirurgorum m. veniunt Medici 19
Appellatione Chirurgorum an veniant Barbitonsores? 20
Affirmat id Carpzovius. 21
Negat id Strykius. 22
Conciliatur apparens horum JCtorum dissensio 23
Chirurgi hodie *m. veniunt nomine* der Barbierer 24
Debent autem ad minimum duo adhiberi Chirurgi & Medic. 25
Cujus rationem vide 26
Limitationem vero 27
& Ampliationem 28
Limitationis sublimitationem vid. 29
Si duo adhibiti Medici de qualitate vulneris dissentiant, peritioris judicio standum est 30. *seqq.*
Si autem dubium sit, quis illorum doctior? 32 *seqq.*
Si Collegium Medicorum dubitet de vulneris lethalitate, ad quod acta sunt transmissa? 34
Si plurium Medicorum copia detur, semper judex caute inæqualem illorum adhibebit numerum 35. *seqq.*
Chirurgi & Medici minus legitime sine prævio juramento adhibentur 38

Ratio

Ratio hujus sententiæ generalis. 39
Et Specialis 40
Limitatur sententia quoad Medicos 41
Etiam quoad Chirurgos 42
Ratio limitationis 44
Ampliatio 45
Limitatio ampliationis 46
Consultum est, Medicos præstiti sub officij initium jurisjurandi in inspectionis actu admoneri a judice 47
In Praxi Medici non præcise jurant ante inspectionis actum 48
An autem Medici credulitatis an verò Veritatis præstent jaramentum, per distinctionem expeditur 49
Cujus ratio additur 50
Sententia juxta Medicorum judicium lata, semper retractari potest, nec excludit probationem contrarij. 52. *seqq.*
Non tamen ultra duas vices judici licebit sententiam retractare. 55
Medicos oportet curate cadaver occisi inspicere. 56
Non permittendum Chirurgis ante occisi sectionem, stylo vel instrumento ferreo vulnerum profunditatem scrutari. 57
Non sufficit sola styli immissio & per illum facta exploratio, sed sectio accedat, necesse est. 58
Ad Legitimam inspectionem requiritur primò Sectio. 59
Secundò vulnerum & qualitatum exacta consideratio 60
Expedit aliquando telum, quo vulnus datum, vulneri applicare. 61
Telo, quod vulneri respondet, præsumitur vulnus inflictum. 62
Tertio, certa assertio vel de lethalitate l. nec-lethalitate vulneris 63
Quarto, ratio assertionis. 64
Testis sine ratione deponens, ut pecus deponit. 65
Cadaver occisi inspici debet ante sepulturam 67
Cujus ratio additur 68
Si vulneratus post aliquot dies mortuus, sine inspectione terra mandetur, iterum effodi debet. 69
Si lethiferis armis cæsus in continenti moriatur, neglectaque inspectione inhumetur, nec effodi debet, nec vulnerans ab ordinaria pœna liberabitur. 70. *seqq.*
Regula: Ex præsumtionibus neminem mortis damnandum esse limitatur 73
Non est licitum oculari inspectioni renunciare 73
Cujus ratio apponitur num. penult.
Exitus. ult.

RECordamur præcedenti dictum esse capite: Si dubium sit, an vulneratus ex inflicto vulnere, nec ne, mortuus sit, plurimum tribui arbitrio judicis conformando Medicorum relationi; Ne autem hic judex incaute impingat in Constitutionem Imperialem, secundum 1

2 cujus formam inspectio cadaveris occisi & dijudicatio vulneris lethalis expediri ac institui debet, non abs re visum est, articulum 149. Constitutionum Crimin. Caroli. Vti. juxta tenorem Originalis textus
3 germanici. Classen. *Ad Const. Crim. Proœm.* huc apponere, practiceque evolvere, præprimis, cum hæc inspectio tantæ necessitatis sit, ut si ea omissa fuerit, vel non legitime facta, ad pœnam ultimi supplicii haud
4 possit deveniri. Stryk. *in Tr. De Jur. Sens. Disp.* 1. *Cap.* 3. *n.* 21 *ubi eod. n.* 2. ex hactenus dictis infert: Quod, si inspectio quidem instituta, sed remoto Medico aut Chirurgo, aliorum testimonio non credatur, etiamsi vulnus lethale dicant, quia non est legitime facta inspectio, sc. *secundum art* 149. *CCC.* juxta cujus tenorem requiritur ante omnia præsentia Medici & Chirurgi, quod tamen limitat *n.* 22. *& n.* 23. & porro
5 concludit ex Johan. Benardin. Muscatell. *Tr. De Cognit. delict.* Rubr. *De Vulnerib. lethalib. n.* 16. *p. mihi* 241. 30. Quod si planè inspectio cadaveris fuerit neglecta, pœna saltem extraordinaria infligenda sit vulneranti, quia delicti corpus dubium est Carpzov. *Pr. Crim. P.* 1. *qu.* 26. *n.* 52. *&* 22. Jodoc. Damhauder. *Pr. Crim. c.* 75. *n.* 1. *seqq.* Clar. *Lib.* 5. *Recept. sent.* §. *fin. qu.* 55. *n.* 11. Verba textus hæc sunt:

Und damit dann in obgemelten Fällen gebührliche Ermessung und
6 Erkäntniß solcher unterschiedlichen Verwundung halber nach der Begräbniß des Entleibten desto minder Mangel sey/ soll der Richter/ samt zweyen Schoppen dem Gerichts-Schreiber/ und einem oder mehr Wund-Artzten/ (so man die haben und solches geschehen kan) die dann zuvor dazu beeidiget werden sollen/ denselben todten Cörper vor der Begräbniß mit Fleiß besichtigen und dann seine empfangene Wunden/ Schläge/ Aufwürffe/ wie der jedes funden und ermessen würde/ mit Fleiß mercken und verzeichnen lassen.

7 Ex hac Caroli V. Constitutione modus inspiciendi vulnus eluxit, quod videlicet *Personarum* deinde & *Circumstantiarum*, nec non *Temporis* sit habenda ratio. *Vid.* Stryk. *supr. all. Tract. De Jur. sens. Disp.* 1. *C.* 11. *n.* 18.

Inter *Personas Inspicientes* primo loco ponitur *Judex*, cum *duobus*
8 *Scabinis & Actuario.* per verba: So soll der Richter/ samt zweyen Schoppen/ dem Gerichts-Schreiber/ ꝛc. Judicis utique necessaria est præsentia (1) ad evitandam fraudem & subornationis suspicionem. Brun.
9 *Process. Crim. c.* 7. §. 19. Gravetta. *Consil.* 31. *n* 5. Hieron. Schurff. *Consil.* 69. *n.* 8. *Centur.* 2. Jason. *in L. omnium* 19. *C. De testamentis. n.* 15. Ne Medici

dici aut Chirurgi factâ inspectione remoto Judice, in favorem Rei
vel Cognatorum aut Familiæ occisi deponant Stryk *Dict. Tr. De Jure*
sens. Disp. 1. C. 2. n. 18. Bajard. *ad Clar. in Pract.* §. *homicidium n.* 161. Carpz. 10
Pr. Crim. P. 1. *q.* 26. *n.* 31. (2) Ut Judex, quoniam ex his sententiam ferre
tenetur, eaque reum absolvere vel condemnare, hac omnium com-
modissima via, si ipse inspiciat, de ipso facto accuratissimam conse-
quatur cognitionem. Dn. Strykius *proximè all. loc.* & (3) quia inspectio 11
corporis occisi est pars necessaria inquisitionis: Inquisitio autem
actus Judicialis, qui non nisi authoritate Judicis absolvitur. Carpz.
d. l. n. 30. Stryk. *d. c. 2. n.* 18. Non obstante, quod inspectio sæpè in do- 12
mo privati & ita extra locum judicii peragatur. Resp. enim est: Judi-
cialiter & illud dici fieri, quod fit authoritate judicis, licet extra judi- 13
cii locum. Classen. *Ad Art.* 149. *p.* 643. Wes. *Vol. 1. Consil.* 28. *n.* 24. *p.* 804.
& *in Comm. ff. Tit. Qui test. fac. possunt. n.* 10. Jason. *in L.* 15. C. *de Edendo*
n. 4. Baldus *in L. illud quod* 16. C. *De SS. Eccl. n.* 5. Carpz *d. l. n.* 30.

Non solus autem Judex, sed secundo & *Duo* ad minimum 14
Scabini cum *Actuario* inspectionis actui adesse debent: Illi, quod so-
lus judex absque Scabinis judicium non constituat. Classen. *d. l.*
Stryk *c. 2. d. Tr. n.* 18. Wesenb. *ad* Schneidevv. *J. Tit. De Test. ord. Rubr.* 15
De solenn. test n. 17. *lit. F.* Carpz. *all: loc. n.* 32. adeo, ut inspectione solo
Judice abque Scabinis facta, ad pœnam homicidii ordinariam deve- 16
niri nequeat: Qualiter responsum est, in Scabinatu Lips. cujus
huc opposuisse verba ex Carpz. *d. l. n.* 32. non pœnitebit: So mag doch
inquisit, nach Gelegenheit dieses Falles / weilen mit der Besichtigung /
wie sichs vermöge Käyser Carls des V. und des H. Reichs Peinlicher
Hals-Gerichs-Ordnung gebühret / nicht verfahren / indem nicht zwo
Schöppen und Gerichts-Schreiber / sondern allein der Land-Richter dar-
bey gewesen / mit der ordentlichen Straffe / des Todschlages nicht bele-
get werden / &c. Hic vero, quo fideliter consignet vulnera, ictus, alia- 17
que Symptomata. 18

Tertio *ad Personas inspicientes* referuntur *Chirurgi* sive *Medici*, qui 19
hac in parte confunduntur *L. 1.* §. *Medicos. 3. ff. De Extraord. Cognit.* Gail.
L. 2. O. III. n. 2. Casp. Klock. *Vol.* 1. *cons.* 10. *n.* 478. Stryk. *d. l. n.* 19. Classen.
ad art. 137. C. C. C *p.* 634. Ratio: Quia illorum est de vulneris qualita-
te suæ arti conforme ferre judicium Foller. *in Pr. Crim. in verb. capiat.*
informationem. n. 4. 29. & 30. Gandin. *in Tit. De Homicidio n.* 26. *in fin.*
Fulvius Pacian. *L. 1. c. 47. n. 14. fol. 228. De Probat.*

20 An autem appellatione Chirurgorum der Wund-Aertzte / ut lo-
quitur Imperator *in nostro artic.* veniant Barbitonsores, die Barbierer/
disquiritur? Quod affirmat Carpz. *P. 1: q. 26. n. 36.* ubi docet: Et ho-
21 rum judicio de lethalitate vulneris standum esse; cui adstipulantur
Boër. *Dec. 323. n. 20.* Carrer. *in Pract. d.* §. *11. n. 19.* Farinac. *qu. 127 n. 105.*
illamque communem esse opinionem testatur Jul. Clar. *in* §. *Homici-
dium. n.* 34. Gail. 2. *O. III. n. 12.* Berzaz. *consil. 85. n. 26. in fin.* Mascard.
22 *de Probat. concl.* 1034. *n. 11.* Negat vero *Excell.* Stryk. *d. Tract de Jur.
Sens. c. 2. n. 19.* ubi docet: Non enim nudi *Barbitonsores* in hoc articulo
intelliguntur, sed ejusmodi saltem Chirurgi, qui in anatomia versa-
tissimi constitutionem humani corporis probe norint. Verum nul-
23 la inter *Magnif. Dn. Strykium & Carpzovium* pugna est: Dum enim hic
notanter addit: modo sint *periti & rationem judicii sui dare queant*, ille
verò utitur additamento notabili: *Nudi*. Hæc utriusque mens est: quod
illi qui barbam duntaxat radunt, scientiæ anatomicæ imperiti, nec
constitutionem humani corporis exactè edocti (quales in Gallia be-
nè multos dari constat ex illorum præprimis ordine, qui peregrinan-
tibus & aliqua dignitate conspicuis, aut bonis abundantibus homi-
nibus à famulitio esse discupiant) inspectioni adhiberi non possint,
nec debeant, bene vero, qui curata anatomiæ cognitione præmu-
niti ad dijudicandam vulnerum qualitatem adhibentur, licet & hi no-
24 mine der Barbierer hodiè veniant, cum ut plurimum simul pecunia
conducti tondeant, ac tonstrinam exerceant.

Circa Medicos autem & Chirurgos *primo* notandum: Quod re-
25 gulariter *ad minimum Duo* adhiberi inspectionis actui debeant, Hip-
polit. *de* Marsil. *in L. fin. n. 60. ff. ad L.* Cornel. *de* Sicar. Gandin. *supr. cit.
loc. n. 26. in fin.* Gomez. *var. Resol. Tom. 3. c. 3. n. 28.* Mascard. *de Probat.*
26 *concl. 1034. Vol. 2. n. 22.* Quia duorum judicium partim exactius, alte-
ro fortean observante, quod alter negligit; partim etiam magis in-
tegrum, & ab omni affectu remotum seu sincerius habetur. Classen.
ad CC. *art. 147. p. 634.* Quod tamen ipse limitat Imperator in *nostro art.*
27 149. modo duorum copia detur, verb: So man die haben und solches
geschehen kan / adeo ut si in loco, ubi quis vulneratus est, non nisi u-
nicus reperiatur Medicus vel Chirurgus, sufficiat eum solum adhi-
beri adjucandum & referendum *d. art.* 149. Einen oder mehr Wund-
Aertzte

Aertzte Nic. Boër. *Dec. 323. n. 23.* Fulvius Pacian. *de Probat. lib. 1. c. 47. n. 34. seqq.* Stryk. *supr. cit. loc. n.* 21 ubi addit: Id multò magis obtinere, si sit ejusmodi Medicus vel Chirurgus, qui propter singularem experientiam, & communem civium curam à Senatu receptus publico salario gaudet, quorum illum Stadt-*Physicum*, hunc vero Rahts-Barbierer appellare solemus. *jung. ab eo citatus* Gail. *O. 111. n. 6. & proximè allegatus* Mascard. *d. l. Conf.* Bart. *in L. 1. ff. De Ventr. inspic.*

Quod autem de uno Medico, vel Chirurgo dictum est, id limitat Classen. *ad art.* 147. CC. Modo hic sui judicii causas reddere valeat; alias, si adhuc dubitetur, circumstantiæ tamen & qualitates vulneris probè sint annotatæ, oporteat Collegium peritorum Medicorum prius consulere, ut ipsi de vulneris lethalitate, judicium communi Facultatis suæ suffragio ferant, quod postmodum judex in dijudicanda causa criminali tuto sequi potest & debet. 29

Quid, *si tamen duo adhibiti Medici de qualitate Vulneris dissentiant, cujusnam tunc judex judicio stabit?* Resp. Standum esse judicio peritoiris. 30
Stryk. *d. l. c. 2. n. 21.* Ratio. Quia ubi periti discordant, semper peritiori standum. Mascard. *Vol 3 Concl 1175.* Bald. *in Proœm. ff. 2. Columnn. vers.* 31
quid si discordant Ruland: de Commissar. *P. 1. L. 4. c. 15. lit. M.* Sed si dubium sit quis illorum majori peritia polleat? Boërius putat contra vulnerantem pronunciandum esse, *Dec. 323. n. 21.* Tusch. *pract. Concl. Tom. 6. Lit. P. Concl. 286. num. 9.* Classenius verò hoc casu 32
vult, relationem priorum Medicorum ad aliud Collegium Medicorum peritorum transmittendam esse, cujus tunc judicio judex stare debet, *ad art. CC. 149. p. 645.* Cui & nos accedimus. Sed si & illud du- 35
bitet? Hoc casu subscribimus sententiæ Carpz. *Pr. Crim. Pr. 1. qv. 26. n. 28.* statuentis: judicem magis suæ conscientiæ consulere, si extraordinariam hoc dubio in casu pœnam elegerit *vid. supr. c. 3. n. 10. jung.* Stryk. *c. 3. d. Tr. n. 20.* ubi hanc addit cautelam: Ut, si plurium Medicorum copia haberi posset, judex inæqualem illorum numerum adhibeat, ubi plurium sententiam sequi dabitur. Ratio: Quia imparibus suf- 36
fragiis res facilius dijudicatur, *c. 5. si quis Episcopus* 6. *qu.* 4. quam etiam 37
fuisse rationem probabiliter colligit Classen. *in Comm. Const. Crim.* cur Imperator Carolus V. in simili judicium criminale constitui voluerit

ex septem Assessoribus in *Art.* 84. *verb.* Wo dann dasselbige Gericht nicht unter sieben.

38 Deinde circa Medicos & Chirurgos observandum est, eos sine prævio juramento, minus legitimè ad inspectionem vulneris & judicium desuper ferendum admitti. per verba *Art. nostri* die dann zuvor
39 beeidiget werden sollen / Ratio generalis est: Quod indubitati juris sit, peritis in unaquaque arte, scientia, & disciplina, adeoque in omni negotio, verba sunt Carpz. *P.* 1. *Pr. Crim. q.* 26. *n.* 38. non aliter fides habeatur, quam si sub fide juramenti judicaverint. Felin. *in cap. quia judicante* 9. *in pr. X. de Præscript.* Jacob Schultz *ad* Modest. Pistor. P. 4.
40 *qv.* 142. *n.* 11. Ratio specialis: Quod relatio Medicorum fundamentum sit sententiæ judicis vel absolutoriæ vel condemnatoriæ; cũ ergo tanti præjudicii res sit, Medicis abque Juramento non creditur, suspicione, quod in favorem partis de vulnere judicaverint, hoc casu locum non inveniente. Johann. Bernardin. Muscatell. *Tr. De Cognit. Delict. Rubr. De Vulnerib. lethalib. n.* 21. *p. mihi* 242. Mascard. *De Probat. Concl.* 1038. *n.* 34. Rutger de Commissar. *supr. all. c.* 15. *n.* 10. quos sequitur Stryk. *c.* 2. *d. Tr. n.* 28.

41 Hoc tamen, quod de Medicis diximus (Nam Chirurgos non nisi juratos audiendos esse, indistinctè docet, Classen. proxime allegando loco, de quo tn. merito dubitamus, cum & ex horum ordine
42 aliqui propter singularẽ experientiam & perientiã à Senatu Civitatis recipi & publico salario, prævio juramento ali soleant) limitat Class. *d. Comm. ad Art.* 147. *p.* 934. Nisi Medicus ille in quadam Civitate fuerit Physicus ordinarius & in principio sui sibi demandati officii juramentum præstiterit; quo casu illum in ferendo judicio de vulneris qualitate non teneri jurare asserit: cui suffragatur Gail. *O. III. n.* 13. Mascard. *Concl.* 1034. *n.* 34. Brunn. *in Process. inquisit. c.* 7. *n* 18. secutus
43 Oldekop. *Tit.* 2. *O.* 7. *n.* 4. ubi addit: Male proinde nonnullos Practicos præcisè urgere juramentum speciale in actu inspectionis, cum sciant, Medicos non facilè id præstituros, & hac causa subvenire Clientibus suis anniti impiè cum animarum suarum atque integrarum interdum Provinciarum damno. Conferatur Carpz. P. *1. q.* 26. *n.* 40. ubi id in Praxi ita observari docet & sequenti præjudicio confirmat. Daß uns vor allen Dingen Bescheid zugefertiget werde / wer bey

der

der Besichtigung gewesen/ auch ob die Barbierer oder Bader) quo refutatur sententia Classenii de Chirurgis in præcedaneis. allata) solche Stiche vor tödlich gehalten/ welches er dann vermittelt seines leiblichen Eides/ wofern er sonsten zu seinem Amt nicht vereidet/ auszusagen pflichtig &c. Ratio. Quia Sacramenti ab initio officii demandati præstiti tanta vis est, ut ad omnes actus se extendat. Stryck. *d.c.* 2. *n.* 30. ubi num. sequenti idem etiam ad alios Medicinæ Doctores & Licentiatos extendit, qui in solenni promotionis actu juramentum præstitere, secutus Rutger. Ruland. *sæpius alleg. loc.* P. 1. *L.* 4. *c.* 15. *n.* 10. quod Facultatis Viadrinæ Responsio confirmat: Quod concedimus, modò illud juramentum tam latè conceptum sit, ut commodè ad inquisitionis actum extendi possit.

In eo etiam lubentes subscribimus *Excell.* Strykio, *d.c.* 2. *n* 32. 47
quod hoc casu consultum foret, ut illi, qui ab initio jurarunt, in inspectionis actu illius sacramenti admonerentur, quod tunc temporis præstiterunt, quo ita in inspiciendo eo majorem curam ac sollicitudinem adhibeant.

Illud præterea hic prætereundum non est: Quod, quamvis Impera- 48
tor Carolus illo casu, quo ad inspectionis actum specialiter in civitate nec Medici nec Chirurgi deputati, & constituti sunt, velit, ut uterque ante actum inspectionis juret *per verba art.* 147. die dann zuvor darzu beeidiget werden; illud in Praxi tamen non observetur, sed *hodie* perinde sit, sive ante inspectionis actum jurent Chirurgi, sive postea judicium suum sacramento confirment, cum in effectu unum idemque sit. De qua praxi judicii Criminalis testatur sæpius *cit.* Classen. *ad art.* 149. *p.* 644. *Sed quodnam præstabunt Chirurgi jurare jussi* 49
juramentum, num Veritatis, an saltem Credulitatis? Resp. Dn. Stryk. *in d. Tr. de Jur. sens. Disp.* 1. *c.* 2. *n. propen.* distinguendo: An Chirurgi deponant de tali re *quæ certo sciri possit, & infallibiliter in sensus incurrat,* e. g. Si de loco vulneris deponant: An vero de re, *quæ certo sciri non possit, sed saltem ex conjecturis conjecturanda sit.* v. g. Si hoc casu super lethalitate vulneris deponant: Ut priori casu *de veritate*, Posteriori vero saltem *de credulitate* deponant, non quod reapse verum, sed quod sibi verum videatur *Vid. Idem, d. c.* 2. *n.* 28. Brunnem. *Proc. Inquis. c.* 7. *n.* 18. Ambros. *c.* 1. *n.* 21. *Conferatur* Clarus *L.* 5. *§. Homicidium n.* 43.

Carpz. *d. l. n.*39. Boërius *Dec.* 323. *n.* 234. Farinac. *P.* 5. *qu.* 127. *n.* 118.
50 Mynsing. *Cent.* 6. *Obs.* 34. *n.* 11. *seqq.* Ratio; Quia Medicorum Judi-
cium quandoque incertum & fallax est, cum sæpius qui ex illorum
opinione salvari non posse existimantur, pristinæ sanitati restituan-
51 tur; Unde natum illud tritum sermone proverbium: Es ist besser daß
einem der Medicus als Jurist das Leben abspricht: Ne ergo in perju-
rium incidant, sufficit *Credulitatis* juramentum. Ob incertitudinem
enim & periculosam experientiam lex non debet dare perjurii occa-
sionem L. *Ambiguitates* 2. *C. de indict. Viduit. inibique* Brunnemann. *vid.*
52 Classen. *ad art.* 149. Ubi addit: Ex illa incertitudine esse, quod
sententia juxta Chirurgorum judicium lata non transeat in rem
judicatam, nec excludat unquam probationem contrarii, sed semper
retractari possit, ex meliori judicio & relatione Chirurgorum, qui ipsi
tamen monente Strykio, *cap.* 3. *n.* 15. *d. Tr.* errorem priorum Chirur-
53 gorum, probare debent. Quando enim judex, verba sunt *prædicti*
Strykii, imperiti Chirurgi vel medici judicium sequitur, & postea
ex judicio peritiorum apparet contrarium, tunc revocatur factum
à judice, non aliter ac si per falsa testimonia, instrumenta, & allega-
54 tiones factum fuisset. Et huc apprime facit textus *ab Excell* Strykio
d. l. in hanc sententiam adductus *L. Divi Fratres* 17. *pr. ff. de jure Patronat.*
ubi decisionem ex peritorum arbitrio receptam rejecere iterum
Imperatores, postquam peritiorum JCtorum sententiam perceperant.
Vid. Gandin. *in Tit. de Homicid. n.* 29. Hipp. de Marsil. *ad L fin. n.* 66.
ff. ad L. Corn. de sic. Petr. à Plach. *in Epit. Delict. L.* 1. *c.* 13. *n.* 14.
Carpz *Jurispr Forens. P.* I. *const. Def.* 5. *& in Pr. crim. qu.* 26. *n.* 27. ubi exem-
plum retractatæ sententiæ ex hoc Capite ex Scabinatu Lipsiensi refert.
55 *jung.* Paris de Puteo *Tr. de Syndic. in verbis: Tortura c.* 6. *n* 3. *vers.*
Nam istud judicium, & cadaver ob hanc rationem iterum exhuma-
tum fuisse, testatur *proxime all.* Hipp. de Marsil. *in Pr. crimin.* §.
Ordine n. 3. *versic. & scias.* Ne tamen in infinitum ex hoc capite sen-
tentiarum retractatio concedatur, ultra duas vices eadem
permitti non solet. Pacian. *de Probat. d. c.* 47. *n* 89. Cardin. Tusch.
Pract. Concl. Lit. P. Concl. 286. *n.* 35. quos sequitur Dn. Strykius
d. l. n. 18.

Hactenus

Hactenus *de Personis* inspectioni vulnerum ex præscripto *articulo* 149. adhibendis, jam gressus promovendus est *ad Circumstantias*, quarum utique etiam habendam esse rationem diximus *supr. n.7. hujus capit.* Huc autem pertinet accuratissima cadaveris inspectio Carpzov. *P.1. q.26. n. 43.* Stryck. *d. l. n.33.* quæ fundamentum est futuræ Chirurgorum de vulnere relationis, & consequenter sententiæ judicis, illius tenori conformandæ vel absolutoriæ ab ordinaria Sicariorum pœna, vel etiam condemnatoriæ, ut hinc circumspecte oporteat Medicos ac Chirurgos occisi cadaver inspicere. Johann. Bernhardin Muscatell. *Tr. de Cognit. delict. proœm. n.17. seq.* & omnium vulnerum, ictuum, omniumque aliorum Symptomatum, quotquot accesserint, curatam considerationem instituere, quod idem vult Imperator, *per verb. art.* 149. derselben toden Cörper vor der Begräbniß mit Fleiß besichtigen / und alle seine empfangene Wunden / Schläge / Auffwürffe / wie der jedes funden und ermessen würde / mit fleiß mercken / Ubi Cautelæ loco probe observandum est, quod docet *Magnific. Strykius sæpius cit. loc. n.*34. Chirurgis scilicet ante sectionem occisi cadaveris haud permittendum esse, stylo vel instrumento quodam ferreo vulnerum profunditatem inquirere, cum ita vel vulnus dilatari, vel aliæ partes interiores stylo istiusmodi lædi possint; ubi addit hanc præposteram Chirurgorum curiositatem & intempestivam festinationem recte quondam summopere vituperatam fuisse à Medicis ad inspectionem alicujus cadaveris adhibitis, in quo antea Chirurgus instrumento ferreo inquisiverat, & secto cadavere diversa in pulmonibus reperta fuerant vulnera, adeo ut non constiterit, quodnam vulnus instrumento illo, quodnam vero gladio datum esset.

56 57

Illud hoc loco obiter monemus, verum esse quod ceteroquin Doctores de stylo statuunt; Non sufficere ejus immissionem ac solam per stylum factam explorationem sed eam fallacem pariter ac suspectam esse. Gothofred. Welsch. *Tr. de rationali Vulner. lethali judicio c.15.* Dn. Emeric. Maurit. *in Consil. chilonensi P.2. Consil.23. n.4.* Stryk. *d. l.* 58

59 Ut ergo hæc vulnerum inspectio legitime expediatur (1) requiritur *Sectio*, qua sine interiora cadaveris inspicere non datur, nec judicare licet, an cor, hepar, pulmo, viscera aut aliæ partes interiores læsæ
60 sint, (2) *Exacta vulnerum consideratio, & qualitatum aliorumque symptomatum examinatio accuratissima*; ubi expedit interdum ut gladius, culter vel
61 aliud telum, quo vulnus inflictum dicitur, vulneri applicetur, aut inseratur, quo inde judici constare possit, an tali instrumento vulnus datum
62 sit, quod tunc præsumitur, quando telum ad mensuram latitudinis &
63 longitudinis nec non profunditatis vulneri quadrat. *Vid.* Classen. *ad h. art.* 149. *p.* 645. (3) *Certa assertio de Vulneris lethalitate aut non lethalitate:* & denique (4) *Rationes* assertionis ex quibus scil. causis & rationi-
64
65 bus credant Medici & Chirurgi vulnus lethale aut non lethale esse? non redditis enim rationibus judex de vulneris qualitate cert⁹ esse nequit: Cui accedit quod sicuti ne quidem testi habetur fides, sui dicti ra-
66 tionẽ reddere non valenti, cũ sine ratione loquens non ut homo, sed ut pecus loqui videatur. Alexandr. *lib.* 6. *Consil.* 150. *n.* 18. Seraphin de Seraphinis *de privil. Jurament. Priv.* 33. *n.* 111. Farinac. *quæst.* 70. *c.* 1. *n.* 9. & ex ratione certitudo testimonii judicetur. Stryk *sæpius cit. Tr. in Proœm. n.* 8. ita nec parili ex ratione Medico sine ratione de vulneris qualitate deponenti temere credendum sit. *Vid.* Classen. & Farinac. *sæpius d.* 11.

67 Ultimo etiam *Temporis* habenda ratio est in judicio de vulneris qualitate ferendo: scilicet ut inspiciatur cadaver occisi, *ante sepulturam*,
68 per verba *artic.* Denselben todten Cörper vor der Begräbniß mit Fleiß besichtigen/ Ne, postquam corpus terræ mandatum est, de ejus lethalitate suboriatur dubium. Hinc si omissa inspectione cadaver fuerit sepultum, illud, nisi fortean nimis diu in terra jacuerit putredine corruptum, iterum effodi & à Chirurgis inspici debet Conrad. *in Pract. Tit. de Inquisitione n.* 24. Damhauder. *Pr. Crim. c.* 75. *n.* 1. quos sequitur Classen. *ad h. art. p.* 643.

69 Diximus, si omissa inspectione Cadaver sepultum fuerit, illud iterum effodiendum esse, quod sine dubio procedit, si vulneratus post interstitium aliquot dierum mortuus sit, ut ex tractu temporis dubium movere possit vulnerans, pœnam mortis hoc stratagemate callide evitaturus, an etiam vulnus per se lethale fuerit.

Sed

Sed quid, si vulneratus *telo lethifero in continenti* auffn Platz oder 70
auf frischer That decedat, & cadaver sine inspectione terræ mandetur, an cadaver ob neglectam inspectionem effodi iterum, aut vul- 71
nerans ordinaria pœna affici debet? Posterius affirmat Strykius *d. l. c. 3. n. 33. seqq.* secutus authoritatem Card. Tusch. *in Pract. Concl. Lit. P.* Concl. *286. n. 18.* & Justi Oldenkopp. *Decad.* 1. quem allegat 72
Brunn. *in Process. Inquisit. c.* 7. *n.* 20. Ex his rationibus: Quod (1) Inspectio ideo saltem adhibeatur, ut constet, an ex vulnere quis mortuus sit; jam autem præsumatur ipsum, qui, in continenti vulnere illato decedit, ex vulnere decessisse, Menoch. *de A. J. Q.* 2. *Cas.* 275. *n.* 2. Boer. *Dec.* 323. Unde & Carolus V. in C. C. art. 147. in specie de morte, non incontinenti, sed ex intervallo secuta, loquitur verbis: so einer geschlagen würde / und über etliche Zeit darnach stürbe / also daß zweiffelhafft wäre / ob er der geklagten Streiche halber gestorben wäre / oder nicht / E. inspectione opus h. c. non sit: Quæ enim 73
Imperator in certum casum de necessitate requirit, ea in casu contrario necessaria non erunt. Cui non obstat, quod præfato casu saltem sit præsumtio, vulnus fuisse lethale. Ex præsumptionibus autem nemo ordinaria delicti pœna puniendus sit. *L. fin. C. de Probat. art.* 22. *C. C. vid. supr. c.* 3. *n.* 10. Resp. enim est: Hoc verum esse, *si nuda sit præsumptio*, aliud vero si *præsumptio facto ipso exacte conspiret.* (2) quod adfuerit animus occidendi, qui tum ex armis lethiferis Carpz. *Pr. Crim. P.* 1. *quæst.* 3. *n.* 25. tum ex facto illicito abunde colligitur, & mors ipsa in continenti fuerit subsecuta, nec malo regimini vulnerati, quorsum tamen respicit Imperator, *in art.* 147. quicquam imputari possit, ut inspectio sit superflua, quam h. c. nec jus Divinum, nec jus Civile, nec jus Imperii novissimum requirit; quod & præjudiciis nonnullis Facultatis Viadrinæ prælaudatus Strykius. *d. l.* confirmat; 74
cui & nos subscribimus, indeque concludimus h. c. multo minus opus esse, ut cadaver effodiatur: probato enim, quod sine inquisitione vulnerans mortis damnari possit, simul liquet, nec effossione, tanquam inquisitionis præparatorio opus esse.

75

Coronidis loco disquiritur. *Annon licitum sit huic oculari inspectioni, utraque volente parte, tam vulnerante, quam vulnerati heredibus, renunciare?* Et Resp. Negando, Ratio: Quia hæc inspectio 76
publi-

publica Imperii lege requiritur, ut ita exacte de crimine constet, Stryk. *in Tract. de jure Sensuum Disp. 1. n. 16.* Illis autem, quæ publici juris sunt & in publicam utilitatem recepta, privatorum pactis derogari nequit *per L 7. §. 14. & L. Jus publicum, 38. ff. de Pactis. Vid.* Brunnemann. *ad d. l. 38. de Pactis.* ubi hanc regulam variis exemplis illustrat & elegantissime limitat, ad quem Benevolum Lectorem remittimus, & hisce ita pro ingenii modulo & temporis ratione deductis, DEO, omnis boni Patri, sempiternam gloriam nuncupantes, huic discursui Academico imponimus Finem.

I. N. J.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

PRÆSUMTA DONATIONE

QUAM

PROPITIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA.

SUFFRAGANTE, MAGN. JCTORUM ORDINE IN ALMA ROSTOCHIENSI

PRÆSIDE

DN. JOHANNE Klein/

J. U. D.

FAUTORE, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO HONORATISSIMO

DIE MENS. MAJ. ANN. M DC LXXXIX.

IN AUDITORIO MAJORI

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT.

AUTHOR

GEORG. WOLHARD. Damm.

ROSTOCH. MEGAPOLITAN.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

In dubio non præsumitur donatio 1
Sed potius precarium 2
Fatua causa 3
Error Juris 4
Etiam in facto proprio 5
Et res à Lege prohibita præsumitur 6
Donare est suum jactare & perdere 7
Nemo tam resupinus esse censetur, ut facile rem suam jactet ac effundat 8
JCti quamcunque aliam facilius admittunt conjecturam. 9
Etiam levem, quam donationis præsumtionem 10
Etiamsi per illam actus plane invalidus atque inefficax reddatur 11
Neque favor Ecclesiæ. 12
Neque sanguinis vinculum in dubio præsumi donationem faciunt 13
Sunt tamen multæ Conjecturæ, quæ donationis præsumtionem probabiliter inducunt 14
Quorsum pertinet favor studiorum, dotis, alimentorum, pretii reique donatæ exiguitas, temporis diuturnitas & donantis nobilitas 15
Judex sine Lege quascunque in dubio donationis præsumtiones admittendo facile falli fallereque potest 16
Propositio thematis ejusque commendatio 17

1 SErmone trita sic satis Lippisque & Tonsoribus notissima juris
Regula est: Tantum abesse, ut in dubio donatio præsumatur, Joan
Grassis *in Tractat. de Cess. jur. & action. fin.* §. *1. n. 6.* Peckius *de Testam.*
Conjug. lib. 2. cap. 6. n. 2. Ludolph. Schrader. *consil. 10. n. 3. cons. 24. n. 56. &*
cons. 48. n. 100. Cothm. *Vol. 4. Resp. 39. n. 112.* Mascard. *d. Probat. concl. 554.*
Carpzov. *lib. 4. tit. 4. Resp. 28. n. 18. & lib. 5. Resp. 64. n. 4.* Alex. *lib. 7. cons. 185.*
n. 8. Surd. *consil. 202. n. 4.* Dan. Moller. *libr. 3. Semestr. 37. n. 1.* Bartol *ad L.*
quæ dotis ff. solut. matrim. & ad L. cum quid ff. si cert. pet. inibique Jason. *&*
2 Dd. Baldus *in L. generaliter, C. d. non num. pec.* Ut potius precarium.
Mascard. *d. Probat. concl. 1204. n. 4.* Covarruv. *lib. 3. Resolut. c. 15. n. 5.*
3 Brunnem. *ad L. 32. ff. d. donat.* & fatua quælibet causa. Jason. *in L. Juris*
Gentium 7. §. *sed & cum nulla 4. n. 28. ff. de pact.* Zas. *lib. 1. consil. 5. n. 35. &*
consil. 193. Vol. 2. n. 2. Tiraquellus *in L. si unquam verb. Donatione Largitus*
n. 206. vers. & etiam C. d. Revoc. donat. Menoch. *d. A. J. Q. cas. 127. n. 5. &*
de Præsumt. lib. 3. Præs. 10. lib. 3. Præs. 10. Dec. *in L. cujus per errorem d. R. J.*

Roll. *Vol.1. Consil.10.n.13.* & *Vol.1. cons.54.n.33.* Rimin. Jun. *consil.1.n.33.*
Beci *consil.52.n.70.* Carpz. *lib.5. Resp.64.* Schrader. *consil.48. n.100.*
Cravet. *cons.77.lib.1.n.14.* Atque Error Juris Baldus *consil.189. lib.2. in* 4
fin. Dec. *consil.350.n.4.* & *consil 571.n.4. item consil.644.n.5.* Jaſon. *ſupr. all.*
loc.n.8 Menoch. *d.A.J.Q. caſ.88.n.3. Gloſ. l. generaliter verb. cauſ.* & *ibi*
Angell. *col.2. C. d. non numer. pec.* etiam in facto proprio. Raphael. 5
Cuman. *consil.37.* Imola. *L.A. Titio col.2. ff. d.V.O.* Alex. *consil.19. col.2.*
lib.1. & *conſ.19. L.3. col.2.* Schrader. *d. conſ.48.n.100.* Maſcard. *d.* Probat.
concl 54. n.5. Curt. Jun. *consil.56.n.5.* Ruin. *conſ.215.n.22.lib.1.* Stryk.
Tract.d.caut.in cont. neceſs. Sect.3.c.9.§.1. & quod magis, res à Lege 6
prohibita præſumatur, Baldus *ad L fin. C. d. dot. promiſs.* Socin. *consil.73.*
col.pen.lib.1. cum donare ſit ſuum jactare & perdere. *L. filius famil. in* 7
pr. ff. d. Donation. Octavian. Cocheran. *consil.55. n.17.* Harpr. *pr. I.d.* 8
donat.n.26. nemo autem ita reſupinus eſſe cenſeatur, ut facile rem
ſuam jactet & effundat, non ſine ratione ita ratiocinante JCto Martiano
in L. cum de indebito 25. ff. de Probat. fortunasque ſuas ſponte
ejiciat, *c. ſuper eo X. de Renunciat.* & *cap. qui veriſimiliter in*
pr. X. d. præſumt. vid. Ariſt. *lib.3. Et hic c.1.* Unde non immerito 9
JCti quamcunque aliam facilius admittunt conjecturam. Afflict.
Deciſ.44.n.24. Alex. *conſ.185. n.8.* Bartol. *ad L. Si cum aurum ff. d. Solut.*
& *L. Campanus ff. d. Oper. Libert.* Cyn. *l.2. C. d. R.V.* Signor. *c.49.c.1.*
Bald. *L. Nam & nocere Lectur 2. ad fin ff. d.* Pact. Angel. *Consil.94.* Petr.
de Anchor. *consil.7.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.377. lib.1. col.2.* Carpzov. P.2.
C.10. Defin.28.n.1. C.12. D.28 n.2. & P.*3. C.11. D.15.n.6.* Menoch. *d. Præſ.* 10
lib.3. Præſ.10. etiam levem, *Bald L.1. C. ad SCtum Trebell.* Jaſon. *L. ſi fundum. col.5. verſ. item pro iſta ſolutione ff d. leg.1. Item consil.193. col.2. lib.2.*
conſ.149. c.2. & *c.160. c.2. L.9.* Schrad. *conſ.48 n.100.* Alex. *in L. ſi quis §.*
dos.n.4. ff. ad L. falcid. Dec. *conſ.402. n.6.* Natta *consil.73. n.9.* curt. Jun. 11
consil.56. quam donationis præſumtionem, etiamſi per illam actus
plane invalidus atque inefficax reddatur. Bartol. *ad L. ſi non ſortem*
§. ſi quis falſo ff. d. Condict. indebit. Franc. Aretin. *L. à Titio col. pen. in fin.*
d.V.O. Köppen. *Dec.14. n.1.* Schrader. *d.l inibique cit. Ddres*, cui nec
favorem Eccleſiæ. Alciat. *Reſp.38. in fin.* Menoch. *d. A.J.Q. caſ.88.* 12
n.7. Neque ſanguinis vinculum obicem ponere, communem
Doctorum ſecuti ſententiam concludunt Bartol. Alex. Jaſon.
ad L. Quæ dotis ff. ſolut. matrim. & Alex. *Conſ 99. ad fin. conſ.133. circa*
fin. lib.2. Dec. *Conſ.21. col. pen.* & *conſ.442. col. pen. item conſ.628. col.2.*

 Schrad.

14 Schrad. *supr. cit. Resp. n.* 101. Nec tamen inde opinari convenit,
ac si nullo prorsus in casu, præterquam, ubi ad consilium Excellen-
tissimi Stryckii *in Tractat. d. Cautel. in Contr. necess. supr. cit. loc. in fin.*
expressa vel orali vel literali conventione donator, se motu pro-
prio animoque liberali seu donandi affectu rem aliquam in alium
translatam velle declaravit, judici in dubio pro donatione pro-
nunciare fas sit atque integrum, quin potius nec quicquam ob-
stante dictarum conclusionum generalitate, exceptionibus uni-
versalitatem Regulæ in casibus exceptis fallentibus, beneque
multis conjecturis donationis præsumtionem probabiliter indu-
centibus, Bellon. *consil.* 60. *n.* 10. Alciat. *Resp.* 233. *n.* 5. Menoch. *d. A. J. Q.*
15 *cas.* 88. *n.* 8. jure plane propitio tenendum est: Non semel ab hac
juris Regula, modo studiorum, modo alimentorum, modo dotis,
juncta temporis diuturnitate & rei donatæ pretiique exiguitate,
atque donantis nonnunquam nobilitate, modo pietatis favore
donationis conjecturam verisimiliter inducente, etiam ubi nihil
expresse de donandi affectu inter dantem & accipientem conven-
tum est, judicem recedere ac pro donatione oportere arbitrari
16 Menoch *proxime all. loc.* Qua in re tamen cum judex temere sine
Lege quascunque Conjecturas admittendo procedens facillime
peccare, pedemque in erroris scopulum cum læsione alterutrius
litigantium, & non absque gravi conscientiæ morsu misere im-
pingere possit, cautus omnino esse debet, ne vagum animi arbitrium
sequatur temere, neque, ubi lex ex facto donationis conjecturam
probabiliter inducit, illam sententionando excludat, aut ubi
eandem exulare vult juris dispositio, contra hanc temerario
17 ausu inducat. Hinc non inutilem me lusurum operam credidi,
si rationes exacti in Alma hac Rosarum temporis reddere jussus,
quos per latifundium juris sub variis passim dispersos titulis,
TACITÆ SEU PRÆSUMTÆ DONATIONIS CA-
SUS repperi, ingenii vires specimine aliquo publico peri-
clitaturus disputatoria methodo privata opera colligerem,
collectosque amicabili Academicæ disquisitioni subjicerem,
certa lactatus spe, me à Candido ac Benevolo Lectore
facile veniam impetraturum, si varietate casuum metho-
dicam disponendi rationem per omnia haud permittente,

sola

sola eorundem enarratione, ac dilucida juris evolutione exspectationi ipsius me respondere placereque voluisse deprehenderit. Tu autem ter Gloriose Deus faxis, ut tua adjutus opera stadium hoc inoffenso pede decurram, quemque meditor ac tuâ confisus ope auspicor, labori ultimam feliciter limam addere possim.

CAPUT I.

Exhibens.

Generalia circa Donationem præsumtam.

SUMMARIA.

De Etymologia vocis donationis deque differentia donationis, & muneris agitur remissive. n. 1

Methodi ratio circa generalia donationis præsumta exponitur 2

Donatio quoque liberalitatis compendium & benigna collatio dicitur. 3. & 4

Accipitur vox donationis trifariam. 5. 6. & 7.

In Rubro Disputationis accipitur pro donandi actu seu actuali rei traditione. 8

Definitio Donationis in genere traditur. 9

Male definitur per contractum. 10

Melius per actum 11

Dicitur tamen variis in locis contractus 12

Genuina Contractuum nota est suapte naturâ efficacem producere in foro civili actionem. 14

Res aliena donari nequit cum effectu transferendi Dominii. 15

Bene vero cum conditione usucapiendi 16

Nemo donare cogitur. 17

Nolenti liberalitas regulariter & directo non potest acquiri. 18

Dividitur Donatio in genere in donationem Mortis causa & Inter vivos. 19

Definitio donationis mortis causa traditur. 20

In dubio præsumitur donatio inter vivos 21

Etiamsi ab infirmo vel in mortis periculo constituto donetur 22

Sola mortis mentio donationem mortis causa non inducit 23

Nisi mortis mentio fiat in verbis de donando dispositivis. 20. & 24

Definitur Donatio inter vivos. 25

Referuntur species & rejiciuntur Donationes mortis causa 26 & 27
Donatio inter vivos subdividitur ϖρὸς ἓν *in Propriam & Impropriam* 28
Illa definitur. 29
Hæc 30
Impropria subdividitur in donationem Nuptiarum causa & Non Nuptiarum causa factam 31
De speciebus donationum Nuptiarum causa agitur remissive. 32
Donatio Non-Nuptiarum causa respicit interdum causam vel Præteritam vel Futuram. 33
Ratione modi contrahendi dividitur Donatio in Puram & Non-Puram 34
Non pura in Modalem, in diem & Conditionalem. 35
Conditionalis iterum in Suspensivam & Resolutivam 36
Ratione causæ efficientis dividitur Donatio in Expressam & Præsumtam. 37
Illa describitur. 38
Hæc 39
Defenditur illa Divisio. 40 & 41
Definitur præsumtio in genere 43
Dividitur præsumtio in genere in præsumtionem Legis & Hominis, cujus utriusque definitio traditur. 44 & 45
Defenditur præsumtio hominis remissive. 46
Præsumptio Legis subdividitur in præsumptionem juris tantum & præsumtionem juris & De jure illa describitur, 48. *hæc n.* 49
Præsumptio juris & De jure regulariter probationem in contrarium non admittit. 50
Rubrum disputationis intelligendum est de præsumptione juris ac Hominis. 51
Præsumta donatio proprie Ficta dici non potest 53
De differentia præsumtionis & fictionis agitur remissive. 54
Subjectum donationis Præsumtæ aliud Activum est, aliud Passivum. 56
Taciti & Conjecturati eadem est cum expresso virtus idemque judicium. 57. & 58
Quinam præsumtive donare possit, de illo generaliter per regulam agitur. 59
Infans donare non potest præsumtive. 60. *seqq.*
Neque furiosi & mente capti. 63. *seqq.*
Nec extremè ebrius. 65 & 66
Neque Prodigus juridicè talis. 67
Neque Pupillus. 68
Minor Curatorem non habens de jure Civili bona mobilia non pretiosa in casibus non exceptis præsumitur donare. 69. *seqq.*
Hodie vero indistincte cessat donationis præsumtio. 74
Tutores & Curatores non præsumuntur donare. 75. *seqq.*
Senes deliri non præsumuntur donare, 80
Bene vero Judicio adhuc pollentes. 81
Filius famil. de peculio profectitio & adventitio minus pleno donasse non præ-

præsumitur, bene vero adventitium extraordinarium nec non peculium castrense & qs. Castrense. 83. *seqq.*
Jus donandi concessum non est cui commissa est administratio. 85
Mutus & Surdus naturâ donasse non præsumitur. 90 & 93
Explicatur L. 33. §. 2 ff. d. Donat. 92
Donatio ex præsumtione fundata nonnunquam fallax est. 94
Genus mulierum avarissimum esse dicitur. 95
Mulier donans miraculi instar & pro monstro habetur 96. & 97
Et censetur dolo malo malisve artibus circumventa. 98
Mulierem tn. aliquando præsumi donasse, demonstratur. 99
Mulier sine curatore contrahere non valens nunquam præsumitur donasse. 100
Præsumptio illi adaptari non potest quod non est verisimile. 102
Præsumtio non habet locum, ubi veritas cessat. 103
Quibus expresse donari nequit illis nec præsumtive donabitur. 104
Pater & filius fictione juris pro una habentur persona. 105
Vox Patris, vox filii est. 106
Res à Patre donata eo, quo donatur momento statim ad Patrem revertitur. 108
Inter dantem & accipientem semper differentia esse debet. 109
Expressa donatio inter Patrem & filium fam. non subsistit. 111
Neque præsumtiva. 112
Simplex inter V. & U. Donatio stante matrimonio non subsistit. 113
Amor solis animis æstimatur. 114
Matrimonia non debent esse venalia. 115
Inter V. & U. regulariter non præsumitur donatio. 119
Miles Concubinæ & Focariæ suæ expresse donare non potest. 120
Rationes ejus afferuntur. 121 & 122
Non præsumitur Donatio inter militem & Focariam. 123
Concubinatus hodie interdictus. 124. & 25
Quæ res donari possunt expresse, illæ etiam præsumtive donari possunt. 126
De rebus, quæ expressè donari possunt, agitur remissive. 127
Præsumta donatio valet tantum usq; ad 500. solidos. 128. & 129
Quoties de annullando actu agitur, & illis quæ contra juris regulam recepta, aut prohibita sunt, toties minor vis est taciti, quam expressi 130 *seq.*
Ex tacito circa prohibita non infertur Consensus. *fin.*

1 DE DONATIONE PRÆSUMTA acturus, hâc quidem vice de *Etymologia* & natalibus vocis donationis, nec non de differentia *donationis & numeris* nullus ero solicitus, B. L. brevitatis studio *ad*

L.35.§.1.ff.d.mort cauſ.donat. Nicola. Mozz. *in Tract. de Contr. Tit. de Donat. in pr. n 2.* Covarrov. *in Rubr. d. teſtam. P n. 2.* Obrecht. *Diſp.1. th. 5. ſeqq.* Goëd. *ad L. Inter donum 194. n. 2. ff. d. V. S. &* Franciſc. Connan. *Lib. 5. Comm. jur. Civ. c. 9. n. 2.* remittens.

2 Cum verò Rubrum Diſputationis *Donationis Præſumtæ* expoſitionem promittat, magis inſtituto convenire videtur, hoc capite primo pauca generaliter *De Donatione in genere*, ejusque *varia Acceptione ac Diviſione* præfari, hisque præmiſſis exponere, quid ſit *Præſumta Donatio*, de quanam hic *Præſumtione* agatur, quod nam ejus *Subjectum*, tam *Acti-*
3 *vum* quam *Paſſivum* & quodnam tandem ejus *Objectum*.

Quod ergo Donationis, quæ alibi liberalitatis L. *62. d. Ædil. edict. L. 2. ff. d. Oper. public.* cujus compendium eſſe dicitur *in L. 3. C. de*
4 *donat. quæ ſub mod.* & benignæ collationis nomine venit *d. L. 62. d. Ædil. edict. L. 18. d. adim. vel transfer. legat. L. 4. d. adminiſtr. rer. ad civit. pert. L. 8. d. De Decur. Confer. Excell.* Schultz. *in Diſputat. d. Donat. Princip. §. 12.* Homonymiam attinet, trifariam eandem in jure noſtro & apud JCtos
5 potiſſimum accipi, advertere eſt. Primo enim vocabulum donationis *ipſum denotat donandi actum, ſeu actualem rei traditionem*, cum aliquid in alium, nullo jure cogente ex mera liberalitate confertur, ſicque
6 ſubinnuit ipſam translationem, quæ cauſam habet implicitam. (2) *Conventionem de donando*, cum quis gratuito ſe alteri aliquid donaturum promittit, ad ſimilitudinem Pignoris, Mutui, Feudi, Precarii, aliorumque juris articulorum, modo & contractum & rem ſimul denotantium *L. 17. L. 21. L. 22 ff. d. donat. §. 2. I. eod. L. 35. § 5. C. d. t.* Tabor. *in Partit. Element. Jurispr. p. 51.* Bachov. *ad pr. Inſt. De donat. & ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 19. th. 1. Lit. B.* Rebhan. *in Hodegeth. Jur. Chart. 2. Clim. 2. Tit. 7. De donat. th. 25.* Wiſſenbach. *V. 2. Diſp. 16. th. 1.* (3) Generaliter
7 omnes beneficiorum ſpecies ambitu ſuo complectitur, ut Dotem L. 5. *ff. d. jur. dot.* Mutuum, quatenus gratuiti quid continet. *pr. J. quib. mod. re contrab. obligatio*, Manumiſſionem *L. 1. ff. de manumiſſ. teſt.* Permutationem *L. 1. ff. d. permut.* Donationem mortis cauſa, Legatum *§. 1. J. d. Legat.* Mevius *ad Jus Lubec. Lib. 1. Tit. 9. pr. n. 2. ſeq.* ita ut etiam is donare dicatur, qui rem pro derelicto habet *l. 36. ff. de ſtipul. ſervor.* quique tranſigit. *argum. l. 1. §. 9. ff. ſi quid in fraud. Patron. vid.* Colleg.
8 Argent. *1. de Donat. th. 2.* Hic in Rubro, nec non in Nigro Diſputationis noſtræ neque in ſecundo, neque ultimo ſignificatu, ſed *primo* acceptum volumus.

De-

Definitur Donatio in *genere*, quod sit *actus*, (melius quidem 9
quam per *Contractum*: Præterquam enim quod hæc vox omnium
commodissime illis negotiis assignetur, quæ varie perficiuntur, omnia 10
comprehendens, quæ quovis aguntur modo *L. Obligationum 3. §. 1. in* 11
*fin. ff. d. O. & A L. 77. d. R. I. 19. d. V. S. L. Actus 8. C. d. feriis L. Heredes
palam 21. in fin. ff. qui testam. facere possunt L. stipulatus ista 38. §. in stipulat.
18. & L. cum qui 41. in pr. ff. d. V. O.* Hahn. *ad* Wesenb. *tit. d. donat. n. 2.*
Struv. *Exercit. 40. th. 1. Cont. Lib. 1. Disput. jur. Civ. c. 12.* Obrecht. *Di-
sputat. 1. th.* Bocer. *De Donat c. 1. n. 2.* Schekius *in Delib.at. jur.
Disput. 8. th. 25.* omnis donatio ideo contractus proprie dici nequit, *L.
interdum 14. ff. d. Precario.* Duaren. *ad L. Juris Gentium 7. in verbis & cete-
ri similes contractus ff. de Pactis* ut ut in variis juris textibus ita audiat *L.* 12
*Contractus 17. C. d. fid. instrum. L. si quis 8. in pr. C. De præscript. 30. vel 40.
ann. L si donationes 7. C. de his quæ vi metusve causa gesta sunt L. ult. in fin. C.
d. pact. L. Donationes 26. C. De Donat inter V. & U. vid.* Mantica *de Tacit. &
ambig. conv. Lib. 13. Tit. 3.* Anton. Gomez *Tom. 2. Var. Resolut. jur. Civ.*
c. 4. in pr. Jul. Clar. *Lib. 4. sent. §. Donatio qu. 1. n. 2.* quia non parit obli- 13
gationem civilem suapte natura & virtute propria *L. Aristo. 18. in pr.
& §. 1. ff. De Donat. L. Cum quievit 14. §. 1. L. 5. §. 11. d. furt.* quæ genui- 14
na Contractuum nota est, *l. 1. pr. ff. d. O. & A. L. Labeo 19. ff. d. V. S.*
sed potius obligationi opponitur *L. 3. §. 1. d. O. & A.* Schickard. *Disp. 6.
ad Inst. th. 6.* Rober. *Disp. 10. th. 1. Litt. A.* Bachov. *ad Tr. v. 2. D. 19. th. 1.
l. A.* ubi fusius hanc defendit sententiam, eamque tam ex jure Vete-
ri, quam Novo examinatam approbat Cujac. *Lib. 10. O. c. 28. circa fi-
nem.* Donel. *in Comment. jur. Civ. Lib. 5. c. 2. p. 327. n. 50. ibique* Hilliger.
ad Litt. B. Franzkius *Exercit. jur. 5. qu 8. &* Harpr. *ad pr. I. d. donat.* ubi
supra adductos textus, cum pro nostra sententia allegatis doctissime 15
conciliat (quo res propria *argum. L. si filius 14. L. Avia* 19. C. *d. do-
nat. L. 1. C. De bon. matern.*) Res enim alienæ donari neque
accipientis fieri possint *L. in ædibus 9. in fin. ff. h. t. L. nemo plus 54. ff D. R.* 16
I. licet conditio usucapiendi possit transferri. Bachov. ad Treutl. *Vol.
2. D. 19. Litt. B. th. 5.* Brunn. *ad L. 9. ff. De Donat. n. 4.* Perez. *ad Tit. C. De
Donat. n. 14.*) ex liberalitate à volente (nemo enim donare cogitur L. 17
Donari 29. ff. De Donat. & l. Donari 82. ff. D. R. I.) in volentem (nolen- 18
ti enim libertalitas regulariter & directo acquiri nequit L. *Hoc jure 19. §.
2. ff. De donat.* L. *Invito 69. ff. d. R I.*) confertur *vid. l. 1. & 29.*) *pr. ff. de
Donationib.* Strauch. *Differt. 12. th. 19.* Harpr. *ad pr. J. De donat.* Bocer.

Tract. de Donat. c. 1. n. 2. seq. Hahn. *ad* Wesenbec. *de Donat. n. 2.* Lauterb. *in Compend. Jur.* Civ. *ad Tit. ff. de Donat.* Struv. *S. C. d. t. th. 2.*

19 Dividitur Donatio in genere in Donationem *mortis causa*, quæ est
actus, quo facta mortalitatis mentione in verbis de donando *dispo-*
20 *sitivis.* Didac. Covarruv. *in* Rubr. *Tit. d. Testam. P. 3. n. 25.* Cardin. Tu-
schus *Tom. 2. Pract.* Concl. Lit. *D. Concl.* 655. *cum seqq. Mascard. de*
21 *Prob. Conclus. 561. n. 1.* (Sicuti enim non facta mortalitatis
mentione potius pro donatione inter vivos habetur L. *42. §. fin. ff.* De
Donat. *m. c.* Carpzv. L. 5. *Resp. 55. n. 2.* Coll. jurid. Witteberg. *inter Cons.*
German. JCtor. Francofurti 2. express. Tom. 4. Cons. 50. *n 3.* Florent. à
22 Venningen. *eodem Tomo* Consil. 1. *n.* 56. Jason. *in* L. *Quæ dot. n. 26. ff. so-*
23 *lut. matrim.* etiamsi ab infirmo vel in mortis periculo constituto done-
tur. Brunn. *ad* L. *42. pr. ff. De* Donat. *m. c. n. 5.* ita sola mortis mentio do-
nationem mortis causa non inducit. Hartm. Pistor. *P. 3. qv. 8. n. 1.* Ja-
24 cob. Menoch. De *Præs.* *Lib. 3. præs.* 35. *n.* 1. Mantic. *de Conjectur. ult. vo-*
lunt. Lib. *1. Tit 13. n. 4.* præsertim si fiat in verbis de donando *executivis*
vid. Brunn. *ad L. Seja. 42. ff. d. m. c. Donat.*) quis ita donat, ut magis ve-
25 lit se habere, quã eum, cui donat, magisque hunc, quam hæredum suũm
§. 1. *J. De Donat. l. 1. ff. de Don. m. c.* Et Donationem *inter* vivos, quæ est
actus quo quis sine mortalitatis cogitatione in accipientem ex libera-
26 litate aliquid confert. Illius tres quidem Wesenbecius *ad Tit. ff. de m.*
c. donat. constituit species; primam, qua quis sola mortalitatis cogi-
tatione donat. Secundam, quâ quis imminente periculo ita donat,
27 ut res statim fiat accipientis. Tertiam, qua quis eventualiter donat,
si sc. in periculo donans perierit *L. 2. ff. d. donat. m. c.* Verum cum
modus non variet speciem, Verius docet Eckholt. *§. 1. ad Tit. ff. d. m. c.*
don. magis Philosophicè hos diversos donandi mortis causa modos,
quam species appellari.

28 Donatio inter vivos subdividitur πρὸς ἓν in *Propriam*, quæ etiam Vera & Absoluta *L. 35. §. sed mortis causa donat.* L. *19. §. 5. L. 29. ff. De Donat. L. 28. ff. d. Reg. J.* Mera L. 27. *ff. de donat.* Simplex *L 20. §. si Pater ff. Famil. ercisc.* L. *20. §. simplices C. d. donat. ante nupt.* L. 20. *§ 1. d. collat.* Directa. L. *25. C. d. Donat.* Communis L. *34. C. d. Donat.* dicitur Hahn. ad Wesemb. *in Paratit. Tit. de Donat. n. 3.* Schultz. *supr. all.*

Diss.

Disp. de Donat. Pr. c. 1. §. 8. Colleg. Jur. Arg. *ad Tit. d. Donat. n. 3.* & definitur quod sit actus, quo *ex mera liberalitate* & munificentia nulla sub caussa in aliquem aliquid confertur. Hahn. *d. l. & Impropriam*, quæ etiam quasi donatio, Obliqua & Relata dicitur, definiturque quod sit actus, quo non ex mera liberalitate, sed *sub certa causa* aliquid in accipientem confertur. 29

Relata inter Vivos donatio subdividitur *in Donationem Nuptiarum causa*, quorsum refert Hahn. ad Wes. *Tit. de Don.* 3. (1.) Sponsalitiam largitatem (2.) Dotis constitutionem (3.) Morganaticam seu Morganicam Donationem (4) Donationem propter nuptias, hancque iterum dispescit in Donationem propter nuptias in specie ita dictam, & Dotalitium, quæ cuncta examinare & pensiculatius pressiusque trutinare, cum ab instituti ratione prorsus alienum sit, hâc vice supersedebo. *Et Donationem aliam seu Non-nuptiarum causa* & hæc vel *ob causam præteritam* fit, Mutuaque vel Reciproca, item Remuneratoria L. 27. *ff. d. Donat.* dicitur, vel *ob causam futuram t. t. C. de Donat. quæ sub mod.* 30 32 33

Ratione modi contrahendi dividitur Donatio in *Puram & Non-Puram*. Hæc subdividitur in *Modalem*, *In diem & Conditionalem*, quæ iterum vel *Suspensiva* vel *Resolutiva* De quibus omnibus illarumque diversis in jure effectibus videre sunt Ddres passim *ad Tit. ff. de Donat. quæ sub mod. Confer.* Brunn. *ad* L. 1. *ff. de Donat.* 34 35

Ratione tandem Causæ efficientis dividitur donatio in *Expressam* & *Tacitam* seu *Præsumptam*. Illa est, quando de benefica donandi voluntate & expresso donantis consensu verbis ore prolatis aut in scripturam redactis apertè constat. Hæc vero, quando Lex vel Judex deficiente expresso donantis consensu, ex facto probabilibus de donando conjecturis stipato colligit ac concludit quod datum est, non credendi & repetendi sed non repetendi & donandi animo in accipientem collatũ esse Cui licet divisioni maximoperè obstare videatur, quod per supra plenius deducta in dubio donatio non præsumatur *vid. præter supr. all.* Dd. Brunor. à Sole *in Loc. Commun. verb.* Donatio *n.* 15. Octov. Glorid. *Resp. 1. P. 3. n. 47. in pr.* Joseph. Sesse, Aragon. *Decis.* 37 38 39 40

 182.

182. *n.* 6. Flores de Mena. *Var. Lib.* 3. *qu.* 23. *n.* 90. Maran. Antonin. *Var. Resolut.* Lib. 2. *Resolut.* 23. *n.* 11. & 12. Picardus *ad Pr. J. quib. non est permiss. fac. testam.* Bellet. *Disquisit. Clerical. P.* 1. *Tit. de Bonis Cleric.* §. 9. *n.* 7. & Stephan. Gratian. *Discept. forens Tom. c.* 824. *n.* 17. hincque ex-
41 pressæ voluntatis probatione semper opus sit Wesenb. *ad Tit. ff. de Donat. n.* 4. Eckholt. *eod. n.* 3. Id tamen regulariter saltem verum esse facile largietur, qui advertet, sæpissimè Legem vel Judicem ex probabilibus conjecturis non aliter factum dantis interpretari posse, quam admittendo Donationis præsumptionem. Neque enim hanc divisionem pro alia venditamus, quam qualis est divisio peculii adventitii in *Ordinarium & Extraordinarium*, Tutelæ legitimæ in *Regularem & Irregularem*, sexcentæque in jure divisiones aliæ.

42 Præsumi autem dum asserui, ex facto donantis nonnunquam exulante aliâ omni conjectura verisimiliter donandi affectum, non abs re fore reor, de qua illud intelligendum sit Præsumtione, num *Hominis*, an vero *Juris* & Utrum *Juris tantum*, an vero *Juris & de jure* paucis exponere, præmissurus pro faciliori ejus rei intellectu Definitionem Præsumtionis in genere, quam cum acutissimo Strauchio *Diss. ad ff.* 25. *aph.* 33. Schwendendörff *ad* Eckholt. *tit. de Probat.* §. 7. *verbis. Est probati*, dicimus, esse probabilem ex argumentis per rerum circumstantias frequenter evenientibus collectionem seu illationem.
44 Hanc Doctores communiter dividunt in *Præsumtionem Legis*, quæ à *jure* per argumenta probabilia ex variis circumstantiis inducitur, & pro vero habetur, donec probetur contrarium, Lauterbach. *Compend. jur. Civ. ad tit. d. probat. lit.* D. & *Hominis seu judicis*, quæ *expresso jure non ni-*
45 *titur*, sed *extra jus* judicis tanquam boni viri arbitrio relinquitur, ut argumentis & rationibus probabilibus existentibus verisimiliter ex negotii circumstantiis aliquid colligat, conjiciat & inde inferat, quod pro vero tam diu habeatur, donec probetur contrarium Carpz. *Tit.* 13. *art.* 1. *n.* 16. Strauch. *supr. alleg loc. aph.* 34. Eckholt. *ad Tit. ff de Probat.* §. 8. Menoch. *de Præsumpt.* L. 1. *qu.* 5. *Excellentiss.* Dn. Lemken. *in Connexion. Pandect. ad Tit. de Probat.* Struv. *Exercit.* 29. *th.* 17.
46 Zoes. *ad d. t. d.* Probat. *n.* 13 ubi hanc alios plane non admittere subjicit, quibus tacite respondet Menoch. *d. l. in fin.*

Præ-

Præſumtionem Legis ſubdividunt JCti in *Præſumtionem Juris* 47
tantum & Præſumtionem Juris & de jure: Illam deſcribentes, quod ſit col-
lectio & illatio *Legis* ex ſignis veriſimilibus & probabilibus, ita tamen, 48
ut ſuper præſumto non ſimul diſponat. Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 4. *per tot. Magnif.*
Lemken. *allegat. loc.* Eckholt. *d.* §. 8. *ubi adducit varia exempla.* Hanc 49
vero definientes, quod ſit collectio Legis ex fortioribus argumentis &
rationibus, ita, ut *ſuper præſumto inſimul diſponat.* Cujus exempla refert.
ſupr. alleg. Lemken. *d. l. Confer.* Strauchium & Eckolt. *loc. all.* & regula- 50
riter probationem in contrarium non admittat. Cravet. *Conſil.* 35. *n.* 5. &
Conſil. 146. *n.* 7. Anton. Faber. *in C. lib.* 4. *Tit.* 14. *defin.* 4. *n.* 2. Carpz. *P.* 3.
C. 17. *def.* 14. *n.* 2.

Quibus præmiſſis hac agi Diſputatione aſſero, non de præſum- 51
tione juris & de jure, ſed de *Præſumtione Juris & Hominis*, varietate ca-
ſuum modo hanc, modo illam inducente.

Illud autem temere aſſerendum non eſſe ex hactenus dictis con- 52
cludo, quaſi præſumta etiam *Ficti* dici *proprie* donatio poſſit. *Vid.* Barboſ.
in Theſ. Loc. comm. c. 50. *lib.* 4. *axiom.* 13. *in fin. inibique alleg.* Ddres. Utut
enim non diffitear cum Struv. *S. I. C. Exercit.* 29 *th.* 20. Weſenb. *ad Tit.*
d. Probat. n. 15. aliiſque JCtis, Præſumtioni affinem eſſe Juris fictionem, 53
eandem tamen cum præſumtione eſſe, concedere non poſſum per ea,
quæ fuſius & exactius deduxit *Excellentiſſ.* Sibrandus *in eleganti Diſſertat.* 54
d. Fictionibus Claſſ. 3 *per tot.* quo B. L. brevitatis ſtudio remitto.

Nunc paucis de *Præſumtæ Donationis Subjecto & Objecto*, antequam 55
ad ſpecialem ejusdem tractationem me accingam, agendum reſtat.
Illud Philoſophi duplex conſtituunt *Activum & Paſſivum*, quorum inſi- 56
ſtens regulis, primo de Perſonis donare *præſumtive* valentibus, poſt de
perſonis, quibus *præſumtive* donari poteſt, compendioſe dicam. Quod 57
illas attinet, cum Taciti *L. cum quid* 3. *ff. ſi cert. pet L. ſi filiusfam.* 14. *ff. eod.*
l. 5 *ff. d. leg.* 2. *l.* 4. *ff. d. pact. L. ult. C. qui bon. ced. poſſunt.* Federic. de Seniſ.
Conſil. 100. *in pr.* Covarruv. *in c. quamvis pactum de pact. lib.* 6. *P.* 2. *in init.*
n. 6. Menchaq. *controv. Illuſtr. c.* 33. *n.* 26. Menoch. *conſil* 108 *n.* 54. & *con-*
ſil. 183. *n.* 8. & 30. & *conſil.* 461. *n.* 45. *It. d. præſ lib.* 4. *præſ.* 40 *n.* 8. & Con- 58
jecturati idem ſit judicium, eademque cum expreſſo virtus Alex. *con-*
ſil. 209 *ſuper prima n.* 17. *verſ. præterea in quæſtione prope fin lib* 7. Cardin.
Tuſchus *concl. pract. Tom* 8. *concl.* 7. *lit. T. n.* 13. quodque expreſſe fieri
non poteſt, illud nec tacite actum intelligatur *l. qui ad certum ff loc.* Bal-
dus *in Auth. ex Teſtamento n.* 5. *de collat.* Cravett. *conſil.* 819. *n.* 17. nullus

59 dubito sequenti generali easdem includere regulæ; *Quæcunque persona* expresse *donare valent, valebunt & Præsumtive*, & contra: *Quæ prohibentur* expresse *donare, prohibebuntur etiam* Præsumtive. *Mantica de tac. & ambig. conv. lib. 13 in fin.*

60 Hinc infero: Quia (1) *Infans* septem annis minor L. 14. *ff. d sponsalibus L. 18. pr. & § 4. C. d. jur. deliber.* & fari nescius L. 1. §. 2. *ff. d. adm.*
61 *tut.* sc. deliberata mente, cum nemo dicere æstimandus sit, qui quod dicit, non sentit, nec mente agitat *L. 7. §. 2. ff. d. suppell. legat.* Stryk. *Tract. d. Cautel. Sect. 1. c. 2. §. 3.* actum rei non intelligit, *L. 5. ff. d. R. I. § 9. I. d. inutil. stipul.* sed furioso proximus esse dicitur *L. 1. § 13. ff. d. O. & A.* hincque ob defectum intellectus expresse donare non potest. Eckholt. *§. 5. ff. d. Donat.* Zœs. *ad tit. d. donat. n. 6. aliique passim Dd. ad Tit. ff. d.*
62 *Donat.* nec quicquam obstante *l. 1. §. 13. ff. d. O. & A.* ad quam doctissime respondet Magnif. Dn. Strykius. *d. l. §. 4.* ne quidem accedente tutoris authoritate, etiam *præsumtive* donare prohibebitur. Et

63 Cum (2) *Furiosi & Mente capti* eadem ratio sit; quæ, infantis *L. 60. ff. d. R. V.* annis neminem prudentem facientibus, intellectu qui destituitur, neque horum donatio expressa valebit L. 23. §. 1. *ff. d. Donat.*
64 *argum. L. 1. §. 12. ff. d. O. & A.* Inde in illis nunquam donationem præsumi indubite concludimus.

65 Idem etiam (3) de *extreme Ebrio*, qui furioso comparatur. *cap.*
66 *Sane C. 15. q. 1. C. venter. Dist. 35.* cum omnis actus ab eo gestus vitiosus sit, Valent Franc. *Tr. de Fidejuss. c. 2. n. 33. seqq.* Alexander & Baldus *ad L. Dolum C d. dol.* judicium esto, sc. hunc, quod dedit, nunquam præsumi donasse.

67 (4) Huc etiam referimus *Prodigum juridice* talem *l. 18. ff. qui testam. fac. possit.* partim ob ademtam liberam bonorum administrationem *l. 40. ff. d. R. I.* partim quod furioso comparetur. Strykius *d. l. § 14.* cum furiosum rerum suarum exitum faciat *l. 12. in fin. 9. ff. d. Cur. dat.* qui proinde nunquam donasse præsumitur.

68 Huic (5) quoad *Effectum donationis & donandi facultatem*, quæ à libero suæ rei arbitrio dependere noscitur. *L. 21. C. mandati* Zœs. *ad ff. Tit. de Donat. n. 6.* recte comparatur Pupillus. *argum. pr. J. d. Auth. Tut.* quem ob ademtam bonorum administrationem donare expresse non posse, sine Tutoris auctoritate expediti juris est *l. 11. d. A. R. D. & pr. J. d. Auth. Tut.* Hinc nec unquam præsumetur donatio.

Magis

Magis dubia res esse videtur (6) in *Minore*, cui cum invito de jure 69
Civili Curator regulariter haud detur § 2. *J. d. Curat. l 2. ff. si quis à parent. manumiss.* quæritur. *An saltem hoc casu donasse præsumi possit?* Et Respondemus distinguendo inter *bona mobilia & immobilia*, & quoad illa, 70
iterum inter *pretiosa & non pretiosa:* Quibus præmissis asserimus, dona- 71
tionem immobilium nunquam præsumi, cum ne *expresse* quidem illa donare valeat Minor *l. 2. C. si advers. donat. ibique* Brunnem. *& Ddres communiter l. fin. § fin. C. si Major. fact. Carpz. lib V. Resp.* 59. Mobilium 72
autem non pretiosorum, cum valeat expressa donatio, lapsis in integrum restitutionis fatalibus *l. 1. & 2. C. si major. fact. rat. habuer.* quin & in casibus non exceptis tacita eorundem præsumatur donatio, am- 73
bigendum haud est.

Cum vero MORIBUS NOSTRIS Minores indistincte Cura- 74
tores accipere teneantur *Recess. Imper. de Anno* 1577. *Tit.* 32. Stryk. §. 2. *J. d. Curat.* indistincte etiam in illis *præsumtæ donationi* locum non dari, indubitanter statuimus. Sed

Annon saltem [7] *Tutores Curatoresve donasse præsumi possit?* non im- 75
pertinenter hic quæritur. Et cum illorũ sit administrare & non perdere
§ *1. & 2. I. d. Tutel. l. 22. ff. d. administrat. Tut.* donare autem sit perdere 76
l filiusfam. ff. de donat l 25. *vers. qui non solvit, de probat.* Joh. Gœdd. 3. *Consf. Marburg.* 26. *n.* 66. Surdus *de aliment. Tit.* 6. *qu. I. n* 4. *seqq & consil* 5. *n.* 72. Mascard. *d probat. concl.* 554. *n.* 1. & non administrare, sed dilapidare. Baldus *in L. Pactum Curatoris n. 1. C. d Pact. & in L. 1. n. 3. C. Si ad-* 77
vers. donat. Wesenbec. 1. *Consil.* 3. *n.* 64. verius est illos nec *expresse*, donatione terminos administrationis excedente, *L.* 16. *C. d. admin. Tut. L.* 12. *L. ult. ff. d. Curat furios.* Bachov. *ad* §. 4. *I. d. R. D.* nec *præsumtive* 78
donare posse.

Sed quid in *Senibus*, num illos in dubio donasse præsumitur? Et 79
putamus distinguendum esse inter Senes deliros, & juxta Varronis proverbium *Bis pueros effectos*, quos cum expresse donare non posse 80
expeditum sit, eo quod, non solum corpore, sed & animo consenescentes intellectu careant *C. I. A. Tit. de donat. th.* 5. Perez. *ad C. h. t. n.* 3. Motz. *d. Donat. Tit. de Person. n.* 5. in illis etiam in dubio donationis cessare præsumtionem nullus dubito. Et senes judicio adhuc pol- 81
lentes, quibus cum sicuti non testandi *L. 3. pr. C. qui testam. fac. poss.* ita nec expresse donandi facultatem Lex adimat, quin potius aperte concedat *L. 16. C. d. Donat.* Brunnem. *ad d. L. 16.* Harpr. §. 2. *I. d. Donat.*

cum

cum supr. alleg. Ddbus recte etiam in illis in dubio, ceteris paribus, præsumi donationem puto.

82 Personas *præsumtive* partim ob intellectus defectum, partim etiam ob non liberam bonorum administrationem donare non valentes excipit (8) *Filius familias*, de quo tenendum est. Eum quod
83 peculium attinet *Profectitium* illud donare non præsumi, cum ne expresse quidem ratione hujus peculii facta donatio subsistat. Philipp. Paschalis *d. virib. Patr. Pot. p. 1. c. 6. n. 110. per* L 7. §. 3. *ff. d. donat.* quod
84 usque adeo verum esse docent JCti, ut etiam procedat, quamvis Pater filiofamilias peculii profectitii liberam administrationem concesserit. Ulpian. *in L. 7. ff. d. donat. vid.* Brunnem. *ad d. L. 7. ubi subjungit limitatio-*
85 *nes nonnullas:* Jus enim donandi illi concessum non est, cui commissa
86 est administratio, *vid.* L. *16. C. d. admin. tut.* neque ad id conceditur libera peculii administratio, ut perdat docente JCto Ulpiano *in L. all. 7. pr. ff. d. donat.* Nec aliam remur rationem esse peculii *Adventitii Ordi-*
87 *narii seu minus pleni*, cujus, proprietate filium manente, Pater usumfructum habet §. 1. *in fin. I. per quas pers. cuique acquir. L. 6. pr. & §. 2. C. d. bon. matern*, sc. ut nec hic *præsumtæ donationi* locus sit *arg.* L. I. C. *de*
88 *bon. matern.* Aliud autem utique est *in peculio Castrensi & Qs. Castrensi*
89 L. 7. § *ult. ff. d. donat.* nec non *in adventitio extraordinario & pleno*, quod pleno jure filiusfamilias possidet. *Novell.* 117. *pr.* L. 3. *C. d. Castrensi pecul. L. 37.* L. *ult. c. Qui testament. fac. possunt* Covarruv. *in Rubr. de Testam. P. 3. n. 11.* Ricc. *collect. decis. 793.* Bachov. ad Treutl. *Vol. 2. Disp. 19. th. 3. litt.* C. Brunnem. *ad l. 7. ff d. Donat.*

90 Sequitur (9) *Mutus & Surdus natura* de quo videbatur ob *l. 33. §. 2. ff. de donat.* dicendum esse & hunc rationibus præsumtam donationem verisimiliter inducentibus præviis à classe præsumtive donare
91 valentium temere removendum haud esse, cum, uti ratiocinatur Meyerus *in C. I. A. ad Tit. de donat. n. 6.* intellectu non destituatur, eoque uti, & quid velit, satis superque ostendere possit; Nos tamen salva aliorum opinione cum Excellentiss. Schultz. *in Disput. d. Donat. Princip.*
92 *c. 2. §. 3.* Legem allegatam 33. *§. 3. ff. d. Donat. ex l. Discretis C. Qui test. facer. poss.* de muto & surdo casu facto interpretantes. Brunnem. *ad d. l. 33. §. 2. inibique* Gothofred. Honded. *Volum. 1. consil. 37. n. 14.* Peretz.
93 *ad* C. *tit. d. Donat. n. 3.* concludimus, Mutum & Surdum natura, utut omni intellectu non careat, quia tamen organo, objectum intellectus repræsentante est destitutus, merito propter intellectus operationem defi-

deficientem illum non præsumi donasse, sive agatur de re mobili, seu immobili: Etiamsi enim rem mobilem alicui dederit cum quadam voluntatis suæ significatione, quod eam in alium transferre velit, & reddere volentem non admittat; quam Domini voluntatem ratam alias haberi convenire dicitur naturalis æquitatis regulis §. 40. *l. d. R.D.* non tamen statim *Donatio præsumitur*, sed poterit vel Mutuum, vel Commodatum, Depositum vel simile quid aliud inferri, imprimis cum istiusmodi personarum gesticulationes & signa plene intelligere impossibile sit, adeo, ut si verum sit donationem ex præsumtione 94
fundatam nonnunquam fallacem esse, facileque per aliam elidi atque tolli posse Tiraquell. *in L. si unquam C. d. Revoc. donat n* 156 Afflict. *decis.* 80. *n*.4. Gilman.1. *Volum*.5. *n* 53. Carpzov. *P*. 2. *C* 19. *D*.28. *n* 2. Barbos. *c*.50. *ax. ult. lib*.4. *in fin.* illud huic commode casui applicari possit.

Agmen claudunt (1) Mulieres, quarum licet genus avarissimum 95
dicatur. Prükman. 1. *cons*. 2. *n*.6. & 2. *cons*. 1. 431. & *seq.* Wesenbec. *Vol*. 1. *cons*. 11. *n*. 36. Accurs. *in* L. *Nesennius* 34. *verb. e contrario ff. d. N. G.* Anchoran. *in cap. indemnitatibus n*.4. *de Elect. n*.6. Vultej. *in Cons. Marb*.29. *n*.91. Guid. Pancirol. *cons*. 8. *n*. 25. & *cons*. 58. *n*. 11. ut miraculi instar, Joseph. Mascard *d. Probat concl*.10. *n*.29. Petr. Roylz. *decis. Litvan*.3. *n*.538. 96
Pancran. *consil*. 14. *n*. 60. Dec. *cons*. 32. *n* 5 *vers* 2 *vol*. 3. & pro monstro 97
donans mulier habeatur, Tiraquel. *d. connub ad* L 9. Gloss 1. *§*. 9. *n* 43. & *seq.* Decian. 3. *cons*. 37. *n*. 7. censeaturque rem quantivis pretii do- 98
nans, dolo malo & malis circumventa artibus, Mascard. *de Probat. concl*. 1010. *n*.30. *seq.* Magon. *Decis. Florent*. 18. *n*. 7. Herring. *de Fidejussoribus c*.7. *n*.425. quo referre solent *l*. 33. §. 1. *de Donat inter Ll. & V. sed si ego* 4. *ff ad SCtum Vellej. Confer.* Finkelth *Obs*.90. *n*.18. sicque non facile ad 99
donationis præsumtionem inferendum sit, probabilibus tamen rationibus aliud suadentibus, quoad bona præprimis receptitia, quæ pleno sibi jure Uxor habet, plane donationi præsumtæ locum non dari, non ausim asserere; id quidem ambabus largiens, illis in locis, ubi sine Curatore contrahere nequit, donasse mulierem non præsumi per 100
l. Procula ff. de Probat. Mantica *de tac. & ambiguis Convent. lib*. 3. *Tit*.16. *num*. 3.

Viso *Subjecto* Donationis præsumtæ *Activo*, pedem jam promo- 101
vemus ad *Subjectum Cui*, seu *Donationis præsumtæ Passivum*, Personas puto 102
quibus *præsumtive* donari possit, de quibus cum præsumtio illi adaptari

non possit, quod non est verisimile & juridicum. Mantica *de Tacit. &
103 *ambig. Convent. lib.14. tit. 13. n. 5. & lib. 13. Tit. 15. n. 21.* nec locum habeat,
ubi veritas esse nequit *Idem lib. 22. Tit. 20. n. 2. L. in rebus* 30. *C. d.
Jur. dot. vid.* Excellentiss. Stryk. *in Dissert. de Præsumt. Feudal. c. 1. n. 13. seq.*
talem præmittimus Regulam.

104 *Quibus vere & expresse donari nequit, illis ne præsumtive recte donabitur*
arg. l. Uxor. Gloss. ff. d. Donat. int. V. & U. Corn. *cons. 145. n. 25. lib. 2.*
Bartol. & Imola *in l. lex Cornelia n. 1. de vulg. substit.* Mantica *de tacit. &
105 ambig. Conv. l. 13. Tit. 21. n. ult.* Ex qua generali theorica infero (1)
Quia Pater & filius familias pro una, fictione juris inductiva habentur
106 persona *l. ult. C. d impub. & al. substit.* ita ut vox Patris, filii vox esse &
contra dicatur *§. 4. I. d. inutil. stipul.* & quicquid filius familias acquirit,
id vi patriæ potestatis statim Patri acquiratur *L. 1. ff. si quis à Parent. fuer.
107 manumiss. l. placet. 79. ff. d. A. vel O H.* re donata eo, quo illius dominium
108 in filium transiit, protenus momento ad Patrem reversura *d. l. Placet* 79.
109 *ff. d. A. vel O. H.* insuperque differentia esse debeat inter dantem &
accipientem *arg. L. si quis 56. §. 1. ff. d. fidejussor.* nemine sibi metipsi do-
110 nare valente *d. L 56.* Hincque inter Patrem & filium familias, jure
communi *regulariter* expressa donatio non subsistit. *L. cum de bonis 11.*
111 *L. Sive emancipatis 17. C. de Donat. inibique* Brunnem. *ubi & limitationes
subjicit L. 1. §. 1 ff. pro donat L. Donationes quas Parentes* 25. *C. d. Donat. in-
ter vir. Uxor.* Guttierez. *Tract. d. juram. Confirm. P. 1. C. 4.* Trentacinq.
L. 3. Tit. d. Donat. Resol. 8. Jacob. Menoch. *de Præsumt. lib. 3. Præs. 29. Ergo*
112 *regulariter* nec *præsumptivam donationem* hic locum invenire.

Infero (2) quia expressa & vera simplex donatio constante matri-
monio facta inter virum & Uxorem *regulariter* non valet. *t. t. C. & ff. de
113 Donat. inter V. & U* ne, cum amor solis animis æstimandus sit *L. 3. ff. d.
114 Donat inter V. & U* matrimonia viderentur venalitia, uti loquitur JCtus
115 Paulus in *L. 2. ff. d. t.* Conjugumque concordia pretio conciliari. Ul-
116 pianus *L. 3. ff. h. t.* qua ratione eventurum est, ut altero donare nolen-
117 te, lites orirentur inter Conjuges, & matrimonia discuterentur *L. 2. ff.
118 h. t.* altero vero donationibus non temperante, melior in paupertatem
profusa sua facilitate præceps rueret, deterior vero ditior fieret *L. 3. ff.
d. t.* & mutuato conjuges amore se invicem spoliarent *L. 1. ff. h. t. L. 31.
§ 7. L 44. L. 5. §. 13. ff eod.* Socin. Jun. *consil. 44. n. 34. Vol 1.* Conan *lib. 1. c. 10.
n. 11.* Cœpolla *Consil. civ. n. 8.* Tuschus *ad Rubr. de Revoc. donat. conclus. 690.
lit. D.*

litt. D. Hilliger. *in Donell. lib. 9 c. 11. litt. R.* Ergo nec inter illas personas 119
regulariter donationem præsumi, qua de re fusius agendi occasionem præbebit *sequens cap.*

Infero (3) Quia miles (aliud in pagano *l. 5. & l. 31. ff. de Donat.*) 120
Concubinæ & Focariæ suæ, licet nullum inter ipsos matrimonium sit, cujus intuitu duntaxat donationes istiusmodi Lege interdicuntur, Brunnem. *ad L. 31. ff. d. Donat. & ad* L. 2. *C. de donat. inter V. & U.* expresse donare non potest, ut subsistat illa donatio L. 2. *C. de Donat. inter V. & U.* 121
tum favore militum, ne à Focariis suis fictis adulationibus spolientur. *d. L. 2. C. de Donat. inter V. & U.* tum disciplinæ militaris rigore id exi- 122
gentibus Hilliger ad Donell. *lib. 6. c. 28. lit. K.* Duarenus *de Testam. milit. c. 5. Gloß. hoc loco.* M. Anton Peregrin. *d. jur. Fisci lib. 2. Tit. 9. Confer.* Brunnem. *ad l. 2. C. d. Donat. inter V. & U.* Ergo nec inter mi- 123
litem & Concubinam ipsius, quæ nec Matrisfam. honestatem, nec matronæ nomen habet *L. 46. § 1. l. 144. ff. d. V. S.* donationem præsumi, qua de re pluribus agere non vacat, Concubinatu hodie per Reform. 124
Polit. *de Anno 1530. tit.* von leichtfertiger Beywohnung. *R. I. de Anno 1530. & 1548.* ex Imperio Romano pro circumstantiarum ratione sub com- 125
minatione carceris, vel Relegationis exesse jusso. Carpzov. Prax. Crim. *P. 2. qu. 70 n 38. seq. & in Jprud. Forens. p 4. C. 28 Def. 5.* nec non *in Jprud. Eccles. Def. 235. lib. 2. n. 15. seq.* Joh. Philipp. *Usu Pract. J. lib. 1. Eclog. 71. per tot.*

Paucis nunc ad Objectum *Præsumtæ Donationis* nos accingamus, 126
hanc formantes Regulam. *Quæcunque res sunt objectum* expressæ donationis; seu *quæ res per* expressam in accipientem *transferri possunt donationem, illæ etiam sunt objectum* Præsumtæ donationis s. *illæ etiam per* præsumtam donationem *in accipientem possunt transferri* & contra.

Quæ autem res expresse donari possint, de illis videre sunt 127
Meyer. *in C. I. A. Tit. d. Donat lib. 9.* Harpr. *ad tit. d. Donat. §. 2. n. 115.* Lauterbach *d. t. litt. O.* Perez. *ad tit. C d. donat. n. 16. & Ddres passim*, ad quos Brevitatis amore B. L. remissum volumus: Unde ex natura contrariorum facile colligere licebit, quænam donationem ejusque effectum respuant.

Coronidis loco solliciti: *An Donatio præsumta illis in casibus, quibus* 128
expressa sine insinuatione ultra 500. solidos non valet, cum qua præsumta insinuari nequeat, quantitatem 500. solidorum excedere, & jure sustineri possit? Et 129

putamus quoad excessum non valere, quia expressa donatio, licet sanguine juncto fiat *L.27. C. d. probat. inibique* Brunnem. quoad excessum est invalida *l.34. pr. C. d. Donat. inibique* Brunnem. *& ad Paratit. Wesenb. Tit. de Donat. qu.18. Carpz. P.2. C.12. Def.17.* Henric. Bocer. *de Donat. c.3.* Harpr. *ad J. tit. d. Donat.* §. *2. n.148.* Ergo & tacita seu præsumta; Non enim plus operatur Conjecturatum Alex. *consil.109. super prima n.17. vers. præterea in quæstione prope fin. lib.7.* Tacitum Federic. de Senis *consil.100. pr.* Manchaq. *controv. illustr. c.33. n.26.* & præsumtum, quod veritatem imitatur, Alciat. *ad L.3 ff. si cert. pet. n.16.* Stryk.
130 *c.1. n.12. in fin. Disp. d. præsumt. feud.* quam expressum, quin imo, quoties de annulando actu agitur. Alexandr. *consil.59. lib.3. n.15.* Hyppolith.
131 Rimin. Jun. *consil.164 lib.2. n.15.* & illis, quæ contra juris Communis regulas, Cardin. Tuschus *Pract. Concl. Tom.8. Litt. T. Concl.7. n.39. & 41.* quæque prohibita sunt. Curt. Jun. *in L. cum quid n.15. vers. octavus casus ff. Si cert. pet.* Menoch. *lib.4. præsumt. 40. n.10.*
132 cum ex tacito non inferatur consensus circa prohibita *Gloss. in L. Talis scriptura in fin. de leg.1.* Bartol. & Imola. *in L lex. Cornelia n.1. de vulg. substit. Corn. in Cons. 81. n.38. lib.1.* Cardinal. Mantic. *d. T. & A. C. lib.13. Tit.21. in fin.* Castrens. *Consil.259 circa primum in pr. Lib.2.* Cravett. *Cons.200. n.7.* toties minor vis taciti est, quam expressi.

CAPUT II.

Exhibens

Præsumtæ Donationis casus ejusque in jure effectus.

SUMMARIA.

In rebus claris locum non habet præsumtio 1
Fundata ex præsumtione donatio nonnunquam fallax est 2
Ad inferendam Donationis præsumtionem omnis generis conjecturæ non sunt temere admittendæ. 3

Licet

Licet Ddres communiter sanguinis vinculum donationem præsumtivè inducere statuant, solam tamen sanguinis rationem haud sufficere, recte demonstratur. 4. & *seqq.*

Refutantur argumenta contraria. n. 10. & 11

Impensæ pietatis intuitu factæ censentur donatæ. 12. & 13

Quando autem hæ pietatis intuitu factæ censeantur, expeditur per regulam, quæ traditur. 15

Et explicatur. 16

Quicquid Pater in Personam filii impendit, præsumitur donatum. 17

Quod etiam in sumtibus studiorum procedit. 18

Studiorum favore plura singularia sunt constituta 29

Studiorum sumtus jure alimentorum censentur. 22

Explicatur L. 6. ff. D. Alim. 23

Resolvitur aliud dubium. 24

Libros Pater præsumitur donasse. 25. *seqq.*

Pater filii probitate ac eruditione nobilior redditur. 28

Libri, quos Pater ex Bibliotheca suâ filio studioso subministravit, non videntur donati. 31

Quod Pater in dignitatem Academicam filii impendit, præsumitur donasse. 33

Similis ratio est sumtuum in peregrinationem filii factorum 34 *seqq.*

Avus quoque & reliqui per Patrem Ascendentes alimenta præsumuntur donasse 38

Nec non studiorum sumtus. 39

Alimenta, quoties jure naturæ & sanguinis debentur, Studiorum sumtus continent. 23. & 40

Nec alia ratio est in Matre & Avia alimenta Nepotibus dantibus. 41. *seqq.*

Nisi (1.) protestatæ sint. 44 *seqq.*

Modo non præstiterint alimenta filio inopi, Patre etiam existente inope. 47

Aut interposita sit protestatio ex intervallo. 48

Quoties agitur de præjudicio tertii toties protestatio ex intervallo facta nil operatur. 49

Nisi (2.) bona liberorum administraverit. 50. *seqq.*

Nisi (3.) Pater ad huc in vivis sit & locuples. 55

Mater saltem in subsidium liberos alere tenetur. 57

Traditur exceptionis limitatio. 58

Exhibetur Exceptio (4.) Nisi Mater & Avia Alimenta consignavent. 59. *seqq.*

Rejicitur illa sententia. 62. *seqq.*

Et refutatur. 66 *seqq.*

Particulæ Maxime & Etiam *sunt inclusivæ & implicativæ habentque vim ampliandi & augmentandi.* 67

De reliquis Exceptionibus agitur remissive. 69

Mater quoque & Avia sumtus studiorum

rum in dubio videntur donasse. 70. *seqq.*
Nisi constet de credendi & repetendi animo (1) *ex protestatione.* 67
Quo tamen casu necessarios sumtus victus & amictus deducit. 77. *seqq.*
Nisi (2.) *filius sumptus studiorum male collocaverit.* 79. *seqq.*
Nisi (3.) *tædio studiorum præliatum abierit* 86. *seqq.*
Nisi (4) *Filius ipse bona habeat.* 90. *seqq.*
Explicatur Obstans L. fin. C. d. alim. pupul. præst. 92. *seqq.*
Tum demum de proprio quis solvere præsumitur, etiam illo casu, quando aliena administrat, si obligatus fuit de suis aliquid præstare. 95
Resolvitur dubium secundum. 96
Explicatur L. fin. C. d. Dot. promiss. 97
Causa dotis & studiorum æquiparantur. 98
Æquiparatorum eadem est ratio. 99
Nisi (5) *impensæ immodicæ & reliquis liberis legitima non fuerit salva.* 102
Major legitimæ, quam studiorum favor est. 103
Præsumta donatio in prohibitis non habet locum. 104
Liberi legitimâ defraudari non possunt. 105
Pater legitimam gravare nequit. 106
Nisi (6) *in libros rationum studiorum impensæ fuerint relatæ.* 107
Quod tamen rejicitur. 108
Et ampliatur. 109. *seqq.*
Declaratur. 113
Pater sumptus Canonicatus non præsumitur donasse 116
Quod Maritus in personam uxoris necessario impendit, illud præsumitur donasse. 118
Maritus uxori constante matrimonio jocalia vestesque pretiosas dando non præsumitur donasse, sed saltem ad usum concessisse. 119
Quidnam jocalium nomine veniat judicis arbitrio committitur 120
Maritus de jocalibus uxoris libere potest testari. 122
In rebus quantivis pretii donatio non præsumitur. 126
Uxor marito ad consequendam dignitatem sumtus suppeditans eos donasse præsumitur. 127
An Maritus impensas in rem uxoris factas donasse præsumatur, sub distinctione exponitur 129. *seqq.*
Vitricus in dubio, si privignos aluerit eosque studiis imbui curaverit, non præsumitur donandi affectu hoc fecisse. 133
Sed Privignus probare debet donandi affectum. 134
Jura de Vitrici affectu in dubio male præsumunt 135
Vitricus alimenta præsumitur donasse, si privignus in ejus servitio fuerit.
Declaratur hæc limitatio. 138
Inter alias personas, inter quas remotius sanguinis vinculum intercedit, in dubio donatio non præsumitur. 139. *seqq.*

Non

Non præsumitur donatio illorum bonorum communium, quibus consanguineus diu usus est. 143
Non præsumitur frater donare quod in reparanda communia ædificia aut litem impendit, si bona cum fratre divisa possideat. 144
Limitatur data Regula. (1) *Si agatur de rebus exiguis & modicæ æstimationis.* 145
Immodica donatio præsumitur furiosa. 146
Frater ex causa pietatis fratrem aluisse præsumitur, si modicæ sint impensæ. 147
Limitatur (2) *Si alia cesset conjectura.* 148
Quod constitutum est inter Conjunctos ratione sanguinis, idem etiam procedit in Amicis ratione familiaritatis. 149
Secunda præsumtæ donationis conjectura est favor dotis. 150
Extraneus puellæ dotem dans præsumitur eandem donasse, si à marito illius uxoris sibi soluto eandem matrimonio reddi non est stipulatus. 151
Quis hic dicatur Extraneus. 152
Pater impensas Convivii *nuptialis præsumitur donasse.* 154. *seqq.*
Nisi de contraria ejus voluntate constiterit. 158
Non vero præsumitur donasse Arrhas sponsalitias, neque vestimenta & ornamenta nuptialia. 159
Multò minus subsidium Paternum. 160
Nisi admodum exiguum fuerit. 161
Nobilis, si simul dives fuerit, accipiens vero inops, præsumitur donasse. 162
Donatio est ornamentum Nobilium, Laus Regum, Gloria Principum & Senatorum proprium *seqq.*
Limitatur *Conclusio* (1.) *Si res donata sit exigui pretii* 163
(2) *Si actus à Nobili gestus donationi conveniat.* 171
Aut (3) *aliæ concurrant causæ donationem præsumtam inferentes.* 172
Unum verisimile additum aliis verisimilibus facit plenam probationem. 176
Quæ singula non prosunt, collecta juvant. 178
Fideicommissum à Sorore Fratri donandi animo præsumitur remissum, si concurrant [1.] *sanguinis conjunctio.* [2] *Rationes sæpius calculatæ & omissa fidei commissi petitio* [3] *temporis diuturnitas* 180
Aliud exemplum subjicitur. 181
Et examinatur 182 *seqq.*
Qui Paterna *amicitia juvit amici filium, cum à suspectis tutoribus fraudaretur, impensam donasse præsumitur.* 184
Aliud exemplum subjicitur 185
Præsumitur *Donatio propter præcedanea bene merita ex causa Remunerationis* 186. *seqq.*
Ex donatione oritur antidoralis obligatio 187
Etiamsi donatio meritorum existimationem excedat. 188

Li-

Limitatur hæc assertio [1] modo merita non sint obsequialia, sed Officialia, aut artificialia. 189
(2.) Et liquido bene-merita probentur. 190
Præsumitur donatio ex causa Pietatis. 191
Hinc impensas redemtionis in filio Mater præsumitur donasse. 192
Non æque frater. 195. seqq.
Pater ob delictum filii solvens mulctam, eandem donasse non præsumitur. 198
Nemo ex delicto beneficium habere debet. 200
Sumtus funeris non repetuntur nisi (1) fuerint necessarii (2) modici (3) animo repetendi facti 201
Alias in dubio religionis & pietatis intuitu dati & donati præsumuntur. 202
Præsumitur donatio quoties alius titulus probari nequit. 203
Infertur inde (1) quod qui pro invito solvit videatur donasse. 104
Nisi salus publica impensas desideret. 206
Pacta, protestationes & prohibitiones contra publicam utilitatem nil operantur. 207
Indebitum scienter solvens præsumitur donasse. 208
Exempla regulæ referuntur. 209 seq.
Limitatur regula (1) Modo alia quam donationis conjectura capi non possit. 210
Cujus exemplum exhibetur in debitore indebitas usuras ultra modum scienter solvente. 212
Limitatur (2) modo Debitor indebitum solvi non ignoraverit 213
Limitatur (3) Modo non solvatur indebitum scienter ex illa causa, ex qua lis inficiando crescit. 214
Ex qua causa solutum repeti non potest 215
Creditor sciens in judicio & falsò asserens debitorem sibi non debere, præsumitur donasse. 216 seq.
Creditor Debitori reddens chirographum debitum donasse præsumitur. 219. seqq.
Limitatur: Modo Debitor probaverit sibi à creditore cautionem redditam esse 222
Limitatur [2] Modo alia conjectura capi non possit. 223
Exemplum ejus exhibetur 224
Creditor pignus reddens Debitori debitum donasse non præsumitur. 225. seqq.
Qui alteri pecuniam dedit, ut aliquid faciat in suo loco, quod ceteroquin facturus non erat, eam donasse præsumitur 228
Qui sciens ædificat in fundo alieno præsumitur donasse 229
Pater, re filio simpliciter tradita, patiens inde fructus filium percipere deque illis & rei proprietate pro lubitu disponere rem, ipsam donasse præsumitur. 230
Qui sua impensa immaturos fructus in

in fundo alieno, quem non possidet, colligit, impensam donasse præsumitur. 231
Patronus consentiens nuptiis libertæ jus operarum donasse præsumitur. 233
Pater emancipato inter vivos filio non adimens peculium donasse præsumitur. 234
Qui exceptione munitus eadem non utitur, donasse præsumetur. 235
Qui uno nummo locat, vel uno nummo vendit, id, quod unius nummi quantitatem excedit donasse præsumitur. 236 *seqq.*
Nisi unus nummus rei vendendæ proportionabiliter respondeat. 238
Quinque Effectus donationis præsumtæ exhibentur. 240. *seqq.*

P*Ræsumptæ Donationis* causam efficientem esse tacitum donantis ex *probabilibus* de donando *argumentis verisimiliter* elicitum consensum in descriptione præsumtæ donationis *supr. Cap.* 1. delineatum ac demonstratum ivimus. Enimvero in *rebus claris* locum non invenit 1
præsumtio Cardin. Mantica *de Tacit. & amb. convent. Lib.* 12. *Tit.* 29. *n.* 22. Klok. *Tom.* 2. *Consil.* 48. *n.* 9. *& Conf.* 62. *n.* 48. Wesenbec. *P.* 1 *Cons.* 1. *n.* 48. Cum autem fundata ex præsumtione donatio nonnunquam fal- 2
lax sit, facileque per aliam elidi possit, Barbosa *c.* 49. *Lib.* 4. *ax. ult. in fin.* nec levidensia hic sufficiant argumenta, sed talia requirantur, unde probabiliter ad donationem collimare ac inferre licet, quæque tam 3
diu pro veris habentur, donec contrarium probetur, Alciat. *in Tract. d. præsumt. in prælud. P.* 3. *n.* 1. cautè procedere hic judicem oportet, ne quascunque temerè admittat Conjecturas, sed potius in dubio generali in Præfamine traditæ inhæreat Regulæ, ab ea tum demum recessurus, quoties verisimiles conjecturæ Lege præprimis munitæ donandi affectum probabiliter inducunt, quas inter principe ferè loco JCti communiter collocant, intercedens inter donantem & Donatarium *sanguinis vinculum*, ut toties ex illorum opinione præsumatur donatio, quoties qui dedit, & qui accepit, sanguine juncti sunt, quod 4
probare annituntur *ex L.* 38. §. 1. *ff. d. Donat. inter V. & U. L.* 10. *vers. quod si C. d. Legat.* Hahn. *ad* Wesenbec. *Tit d. Donat. n.* 4 Tiraq. *d. retract. Consanguinit.* §. 1. *gloss* 9. *n.* 154. Cravetta. *Cons.* 466. *n.* 8. Laurent. de Pinn. *Consil* 108. *n.* 2. Raudens. *lib.* 1. *Resp.* 1. *n.* 110. Bertr. *Consil.* 141. *n.* 5. *Lib.* 2. *P.* 1. Berlich. *P.* 1. Dec. 8. *n.* 1. Brunnem. *ad L.* 27. *ff. d. Probat. in fin.* Abbas *c. nonne de Præsumt.* Alciat. *Tract. de Præsumt Reg.* 1. *Præs.* 32. *n.* 1, 2. Dec. *cons.* 267. *n.* 2. *in fin.* & usque adeo verum esse autumant, ut, si 5

quis *Conjunctorum* asserat, se animo repetendi aliquid impendisse, quod sæpius fieri assolet, quando inimicitia inter conjunctos exarsit, juramentum *conjuncto* imponant, quo mediante confirmet, impendisse se repetendi animo Molina *de J. & J. Tr. 2. Disp.* 554. *n.* 12. Manz. *ad Tit. De Negot. gest. n.* 45. Zoes. *eod. n.* 11. & Brunn. *ad L.* 27. *ff. d. N. G.*
6 *& ad L.* 1. *C. eod.* Verum solam sanguinis rationem donationis præsumptionem haud inducere *vid.* Schrader. *Consil.* 48. *n.* 101. Bartol. Alex. Jason. & *Ddres ad L. quæ dotes ff. solut. matrim.* Alex. *Cons.* 99. *ad fin.* Sed præter sanguinis vinculum alias requiri conjecturas donationis probabilitatem inductivas rectius mea quidem opinione statuit Jacobus Menochius, quem jure quidem merito Mascard. *de Probat. Vol.* 2. *Concl.* 560. Splendorem Batavinæ Academiæ appellat *de Arb. Jud. Quæst. Lib.* 2. *Cent.* 1. *Cas.* 88. *n.* 16. & cum illo Jason. *in d. L. quæ dotis ff. solut. matrim.* ubi hanc communem docet esse sententiam Johan Cöppen. *Dec.* 14. *n.* 6. Struv. *S. J. C. Ex* 40. *th.* 5. Gothofred. *ad L.* 26. *d. Probat.* Alex. *Consil.* 133. Bocer. *de Donat. c.* 3. *n.* 19. *aliique ab his alleg. Ddres.*
7 Quæ sententia probatur (1.) per textum *L. Procula* 26. *ff. d. Probat.* ubi remissum non dicitur fidei commissum *ex sola fraternitate*, sed quod Frater vivus (α) non petierit & (β) sæpius tamen non calculatæ inter ipsum & Fratrem suum fuerint rationes, nec tamen (γ) unquam allegatum fuerit fideicommissum. vid. Roll. à Valle *Lib.* 4. *Cons.* 65. *n.*
8 18. Brunn. *ad L. Procula n.* 2. Menoch. *d. Loc.* & clarius (2.) per textum L. *Ex duobus Fratribus* 27. *ff. d. N. G. & L. si negotium* 16. *C. eod.* ubi Imperatores Gallus & Volusian rescribunt, Fratrem pro sorore aliquid solventem, illud non videri solvisse donandi, sed *repetendi animo*, habiturum eo nomine negotiorum gestorum actionem, quæ utique cessaret, si sola fraternitatis & consanguinitatis ratio donandi affectum induceret *vid.* Ruin. *in Consil.* 161. *n.* 11. Gravetta. *Cons.* 159. *n.* 4. Decius *Cons.* 628. *n.* 7. Mascard. *d. Probat. Concl.* 555 *n.* 2. Surdus *de aliment. Tit.* 6. *qu.* 12. *n.* 33. Brunn. *ad L.* 16. *C. d. N. G.* (3) Quod filius pro patre solvens in dubio videatur repetendi animo solvisse L. *Si filius* 12. *C. eod.* quem excluderet donandi affectus, si solum consanguinitatis vinculum præsumptionem donandi afferret. *vid.* Brunn. *ad L.* 12. *C. all. tit.* & inibi plena manu adducti Ddres, ubi docet: in dubio donandi animum hoc casu non præsumi, nisi ex *parvitate solutionis* appareat, *per inibi allegatos* Petrum, Cynum, Baldum, Salycet. Surd. &

Ba-

Bachovium, quibus jungi poterit Menochius *d. l. & inibi alleg. Ddres.*

Nec obstat nostræ sententiæ *supra alleg. L. 38. ff. d. Donat. inter V. & U.* cum inibi pro decisionis fundamento male à Jasone *ad L. Quæ dotis. n. 18. Solut Matrim.* Bald. *in L. 2. C d jur. dot. aliisque* adducatur *confraternitatis vinculum* solitariè consideratum, quin potius ponendum illud sit in *Scientia & Taciturnitate fratrum* inducentibus consensum donationis confirmatorium, Covaruv. *in c. Johannes n.* 4. *x. De testam.* Brun. *ad L. 38. ff. d Donat. inter V. & U.* Ruin. *Consil. 262. n. 12. lib.* 3. Menoch. *d. A. J. Q. Cas 88. n.* 15. 10

Nec adversabitur [2] *L. 10. versic. quod si, C. d. Legat.* Ubi rescribit Imperator Alexander. Rei alienæ legatum ab ignorante testatore relictum tum valere, si istiusmodi res *Conjunctæ Personæ* relinquatur. Ex qua lege colligunt Ddres: Quæ ex sanguinis vinculo oritur, præsumtionem esse validissimam adeo, ut etiam illam præsumptionem vincat, quod testator si scivisset rem alienam fuisse, ipsam non fuisset legaturus. Vid. Brunn. *ad d. L.* 10. Unde inferunt supra citat. Dd: Ergo illam sanguinis rationem in dubio quoque donandi affectum inducere *argum. d. L.* Quam elumbe autem hocce argumentum sit, ex illo advertere licet, quod à legatis ad donationem inter vivos ex notissima juris theorica infeliciter inferatur. 11

Ex hactenus ergo dictis facile constabit, quo donationem præsumat Judex, aliis conjecturis quam solius consanguinitatis eundem inducendum movendumque esse: quarum primam in *Pietate dantis* aut *donantis* ponimus, ex qua hanc formamus regulam: *Quotiescunque pietatis intuitu impensæ fiunt, toties factæ præsumuntur, non animo repetendi, sed donandi affectu* L. 1. L. 2. *C. d. Negot gest.* Baldus *ad h. L. n.* 4. & Sichard. *h. n.* 11. Brunn. *ad* L. 1. *C. eod. n.* 2. Stryk. *Tract. d. Cautelis in Contract. necess. Cap.* 1. *Sect. 3* § 5. Ut hinc extra omnem dubietatis aleam positum sit, si *certum sit* impensam ex pietate & affectione domestica proficisci, animum donandi præsumi, *d.* L. 1. & 27. §. *fin. ff. d. N. G. inibique* Brunn. *ad* §. 1. At vero cum sæpe dubitetur, num *ex affectione domestica* aliquid impensum sit *per* L. 15. *C. d. N. G.* & L. 27 §. 1. *ff eod* inquirendum ante omnia est, quando *Pietatis gratiâ* factæ præsumantur impensæ? Qua in re definienda elegantissimam ex Excell. Strykii *aureo Tractatu de Cautel in Contract. necess c* 1 *Sect.* 3 §. 5. exhibemus Regulam: Toties *Pietatis causa & donandi affectu* impensæ factæ 12 13 14 15

præsumuntur, quoties inter dantem & accipientem *Derivatio* vel *Communio* ſanguinis intercedit, & pro illa perſona, in quam expenſæ fiunt, *indigentia ſeu evidens neceſſitas militat*, ut ſc. illis impenſis carere non poſſit. *Confer. Diſput* Böttichers *de Sumpt. Pietatis c. 5. n. 5.* Ex qua Regulâ cum benè multi decidantur caſus, eidem deducendæ & explicandæ aliquantiſper immorabimur.

Duo autem vi hujus Regulæ ad Pietatis, & quæ inde ſequitur,
16 Donationis præſumtæ conjecturam eliciendam poſuimus requiſita (1) A parte utriusque i. e. dantis & accipientis *Derivationem* vel *Communionem ſanguinis*: Ubi cum Authore hujus Regulæ, per *Derivationem ſanguinis* intelligimus, quando Perſonæ ſanguinem à ſe invicem trahunt, quod fit inter Aſcendentes & Deſcendentes, ubi ob concurrentem Parentelæ reſpectum *Pietas* præſumitur Stryk. *d. l.* §. 6. Per *Sanguinis* vero *Communem* matrimonii ſubinnuimus vinculum, ubi in eandem carnem per copulam matrimonialem cöeunt & coaleſcunt. Inter has enim perſonas cum ſit alendi neceſſitas, jura aliter præſumere non poſſunt, quam quod unusquisque officii ſui vel Paterni vel Martialis memor fuerit, & ita Paterno vel Maritali affectu ſine animo repetendi expenſas fecerit L. 5. *C. d. N G.* (2) à parte accipientis *evidentem neceſſitatem* requiri diximus, ut illis expenſis carere non poſſit. Hiſce Præmiſſis ex primo requiſito inferimus *affirmative*.

Omne quod (1.) *Pater in Perſonam filii impendit, præſumi donatum.* Nam quæ quis ex officio facere obligatus eſt, ſeu quæ quis
17 pro conditione ſua ac ſtatu facere debet, ut explicat Petr. Barboſa in L. 1. *P. 4. ff. ſolut. matrim.* ea non facit ut negotiorum geſtor animo repetendi Brunneman. *ad L. 5.* C. *de N. G.* ſed animo non repetendi, unde in terminis concludit Donellus *L. 15. c. 16. in med. fin.* Patrem non habere animum repetendi, quando filiis egentibus alimenta ſubminiſtrat, cum ad ea ſuppeditanda jure naturali teneatur L. 15. *C. d. N. Geſt. L. 5. ff. d. agnoſc. & al. liber.* L. 4. *ff. eod.* Carpz. *P. 2.* C. 10. *D. 18. per tot.* Michalor. *P. 1. c. 31. num. 1.* Stryk. *d.* Collat. *Deſcend. c. 4.* §. 17. Cothm. *Conſil. 3. n. 128.* Brunn. *de Collat. c. 4. num. 64.*

Quod

Quod parili ratione procedet (2) In *Sumtibus Studiorum* quos 18
pater in dubio utique donasse præsumitur *L. 15. C. de N. G. & L. 50. ff. famil. erciscund.* ubi Ulpinianus JCtus Nobilis *L. excusantur 2. §. ult. ff. d. Excus. tut.* & Sapientissimus *Nov. 97. c. 6.* §. 1. in hæc verba respondet: Quæ Pater *Pietate debita ductus* filio studiorum causa subministravit, si non credendi animo Pater misisse fuerit comprobatus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad filium pertinuit computari æquitas non patitur. Ex qua lege aperte constat, cum comprobari debeat in Patre studiorum sumtus filio subministrante, ipsum credendi animo eosdem misisse, *donandi animum* in dubio præsumi Harpr. *ad* §. *2. J. d. Donat. n. 62. & 63.* Si enim tum demum sumtus conferendi sunt, quando conditio illa reperitur: Quod credendi animo Pater miserit, sequitur ex adverso, quando conditio illa non adest, quod præsumatur donasse: Siquidem, quod sine conditione datur, pure datum præsu- 19
mitur, & quod non animo repetendi datum est, donatum esse intelligitur; Inde recte infert *Excellentiss.* Strykius *Tract. de Collat. Succedent. c. 3.* §. 11. Studiorum favorem, cujus intuitu plura extra ordinem singulari jure constituta reperire licet *L. cum fil. famil. 17. ff. Si cert. pet. L. Quæsitam 78. ff. d. leg. 3 L. Seja 20. §. Pamphilæ 6. ff. d instr. leg.* Rebuff. *Tr. d. Privileg. Universit.* Claud. Battand. *c. 12. n. 16. d legit.* Brunnem. *d. coll. Bon. c. 4. n. 67.* & pietatis Paternæ præsumtionem, repetitionem 20
horum sumtuum non admittere, nisi liquido de animo credendi constiterit *L. 15. C. d. N. G.* quo Pater misisse sumtus in dubio præsumi nequit, cum eo ipso, quod filium miserit ad Academias, ut inibi eruditionis thesaurum sibi compareт, bonisque instructus inde redeat artibus, dare etiam sumtus necessarios voluisse non possit non præsumi, non respuente ipso antecedens, consequens qui velit, quo sine illud obti- 21
nere non datur *argum. L. 2. ff. de Jurisdict.* Hisce accedit alimentorum 22
favor, quorum jure sumtus censeri studiorum, ceteraque ad juventutis institutionem necessaria dubitasse hactenus neminem, docet Brunner. *de Collat. bon. d l. n. 63. per L. jus 3. §. ante 2. & 5 L. qui filium 4. ff. ubi pupill. educ. L. ult. versicul. ceterum C de aliment. pupill. præst. L. Si Paterno 15. C. d. N. G. confer.* Everhard. *in loc. leg. loc. ab alim. ad piam causs. n. 1.* Prukman. *Consil. 25. n. 95* Stryk. *d. l.* §. 21. jungatur *L. si quis à liberis 5. §. non tantum 12 ff. d. agnosc. vel alend. libr. L. de bonis 6. §. Non solum 3. ff. d. Carbon. edict.* Atqui alimenta Pater in dubio censetur

animo non repetendi ſubminiſtraſſe, per ſupra deducta. E & Studiorum ſumtus Cravetta *conſil. 115. n. 4.* Trentacinq. *lib. 1. Reſolut 5. d. Legitim.* Joan Garzias *de Expenſ. c. 4. n. 6.* Daſſel *ad conſuetud. Luneburg. art. 19. n 15. & ad conſuetud. Marchic. P. 3. Tit. 3. § 13. Item lib. 1. conſ. 38.* Rutger. Ruland. *L. 5. c. 14. n 21. de interrogat.* Haunold. *de J. & J. Tr. 6 c. 8. contr. 10. n 566.* Blaſſ. Michal. *de Fratr. Part. 1. c. 26.* Alvar. Valaſc. *d. Partit. c. 13. n. 151.* Kremberg. *de Sumtib. Stud. q. 1. per tot.* Joh. Anton. Mang. *de Imput. & Detract. qu. 32. n. 1.*

23 Non obſtat (1) *L. Legatis 6. ff. d. alimentis* ubi JCtus Javolenus alimentis ſumptus ſtudiorum, quæque ad diſciplinam pertinent, videtur contradiſtinguere, cum alimenta dicat hoſce eſſe ſumtus, ſine quibus corpus ali non poteſt, quod ſine ſtudiorum ſumtibus fieri poſſe, nemo inficiabitur. Reſp. enim eſt, loqui dictam Legem de alimentis quæ *per Legatum* ſicque ex *diſpoſitione hominis* debentur. Nos autem quando ſumtus ſtudiorum alimentorum jure cenſeri aſſerimus, loqui de alimentis, quæ debentur *ex jure naturæ* & propter *arctiſſimum ſanguinis vinculum.* Jam autem expediti & aperti juris eſt, ab illis ad hæc non licere inferre, plenior ſiquidem interpretatio eſt alimentorum, naturali & ſanguinis jure debitorum, quam Legatorum, cum inibi favor ſanguinis & pietatis favorabilius explicare permittat dantis voluntatem. *L. ſi quis 5 ff. d. agnoſc. liber.* L. 4. *ff. ubi pupill. educari.* Hic vero in favorem heredum, quos in dubio teſtator minimum onerare voluiſſe præſumitur, ſtrictius vocabulum alimentorum accipere oporteat L. 69. *Non aliter à ſignificatione verborum recedi oportet, quam manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem ff. de legat. 3* Pontanus *Tr. d. aliment. cap. 17. n. 21.* Surdus *Tr. ſimili Tit. 4. qu. 6. n. 4.* Myſinger. *cent. 3. Obſ. 12.* Stephan. Fagundez. *ad 10. præcepta ad 41. præceptum c. 20. n. 13.* Garzias *d. expens 3. n. 45.* Brunnem. *ad L. 6. ff. d. alim. leg.* Brunner. *d. collat. Bonor. d. l. n. 66. ſeqq.* Harpr. *§. 2. J. de Donat. n. 99.*

24 Multo minus refragatur ſententiæ noſtræ, quod Donatio inter Patrem & filium expreſſe facta non ſubſiſtat *per ſupr. c. 1.* plenius deducta; Ergo nec præſumi poſſint in dubio ſumtus ſtudiorum animo repetendi facti *per Regulam c. 1.* Reſp. enim eſt diſt. inter *donationem ſimplicem ſeu meram,* quæ ſc. nullam cauſam annexam habet, niſi meram, liberalitatem & beneficentiam dantis gratuitam, & *donationem ob cauſam* puta ſtudiorum &c. illa non ſubſiſtit, bene vero hæc Harpr. *d. l. n. 66.*

Am-

Ampliatur Regula nostra, ut non saltem illud donatum à Patre 25
præsumatur, quod in victum & amictum filii studiosi, item mercedes
Magistrorum *L.15. d. N. G.* impensum est, sed & sumtus (3) quos Pater
filio *librorum nomine* subministravit donandi animo facti videantur.
Cujus ampliationis hæc evidens redditur ratio, quod nil magis stu- 26
diorum sumtibus annumerari possit, quam necessarii libri, quibus sine
liberi studia continuare. *l. pen. ad exhib.* exque Parentum voto & in-
tentione commode absolvere non possunt Stryk. *Disp. de collat. bonor.*
c.3. n.9. Brunnem. *d. collat. bonor. c 4. n.107.* Claud. Battand. *c.12. n.26. d.*
legit. Schard. *ad L. si filiusfam. 4. n. 8. C. famil. ercisc.* Hardiw. Dassel.
consil 38. lib. 1. n.2. & 3. Cuman. *consil. 40.* Toming. *Dec. 32. n.11.* Sicuti 27
enim studiorum favor & debita Parentum pietas hoc in ceteris ope-
ratur studiorum sumtibus, ut hi præsumantur donati, quanto magis
Pater, qui filii probitate ac singulari eruditione nobilior reddi dicitur
§. Generaliter auth. Hæc constit. quæ de dignit. collat. 6. Nicol. de Ubald. 28
in Tract. de Success. ab intest. in prima specie liber in fin. vers ult. quæro. filio
studiis graviter operanti, libros, ut propria Studiosorum arma. Gloss.
in L. Nepos 125. ff. d. V. S. Rebuff. *Privileg. Universit. 55. & seqq.* Claud.
Battand. *c.12. n.16.* Schneidw. *ad §.20. n.48. J. d. Act.* Brunner. *de collat.*
Bon. c. 4. n.109. Dassel. *d. consil. n.3.* donasse præsumitur. Cum enim 29
haud dubie Patris filium ad Academias mittentis mens sit atque vo-
luntas, ut studia arcte complectatur, inque illis ita versetur, ut bene
doctus ad Patrios revertatur Lares, patriæ olim profuturus, necessaria
filio denegare subsidia non magis præsumitur, quam qui filium nullis
instructum armis ad debellandum hostem patriæ defendendæ causa
militatum mittit: Sicuti enim filius miles armis destitutus voto paren-
tis respondere haud quiverit, ita filius Studiosus, quod se dignum,
expeditum reddere haud valebit librorum suppellectile non instru-
ctus. Gœdd. *ad L. Armorum 4. n.7.* hauriente aquam cribro, qui
discere vult sine libro: Hinc concurrente studiorum favore & patris 30
pietate, nõ alia capi præsumtio potest, quam, quod, cum pater reliquos
studiorum sumtus animo non repetendi in dubio fecisse præsumatur,
libros etiam apprime ad comparandum eruditionis thesaurum filio
studiis mancipato necessarios donasse præsumatur. Richter *ad Auth.*
Habita C. Ne filius pro Patre Diss. 5. Ampliat 8. p. 91. Wissenbach *ad ff. Vol. 2.*
Disp. 11. th. 14. Michal. *supr. all. c.27. per tot.* Kremberg. *de Sumtibus Stud.*
qu. 4.

qu 4.n 52. Cum qui consequens velit, non possit non velle antecedens *L. ad legatum ff. d. Procurat.* Everhard. *in Top Loc. à conceß. conseq. ad conceß. anteced. n.2.* Baldus *ad L. Macedoniani 3. ff. ad SCTUM Maced.* Rebuff. *de Privileg. univers. 55.* Battand. *c.8. n.9. d. legit.* Perez. *ad C. Tit. d. Collation.*

31 Quod autem de præsumta librorum donatione diximus, id tamen neutiquam extendi volumus ad libros, quos Pater ex Bibliotheca sua uni filiorum subministravit, hos enim non donatos, sed saltem commodato concessos in dubio videri asserimus cum Mangell. *de Imputat. qu.* 30. *n.*20. Michalor. *d. c 27. n 26. seq.* Merlin. *de legit. lib.2. qu.22. n. 8.* Corvalho, *de Quartis ad c. Reynaldus P.4. c.1. n.115.* Stryk. *d. l. n.9. in fin.* Ubi ita in Facultate Viadriana Anno 1682. d.21. Septembr. responsum esse subjicit.

32 Cum in eadem cum libris ac sumtibus ad studia subministratis, conditione & causa sint expensæ in gradum, dignitatem & honorem filii erogatæ. Baldus *ad Auth. Ex testamento n 12.* Rebuff. *Privil. Univers. 55.* Sichard. *ad L. Filius fam.4. n. 8. C. famil. ercifcund.* Sneidvv. *ad* § 20. *J. d. Act.* Battand. *c.11. n.34. & cap. 12. n.14.* Rutger. Ruland. *lib.5. cap.14. n.22. de interrogat. consil. Marburg.1. consil 26. 333.* Brunner. *de collat. bon. c.4. n 114.* ampliamus Regulam nostram supra n. traditam, ut etiam
33 in sumtibus & expensis, quas (4) pro *Dignitate Academica* exantlatis litteris Pater in filium Studiosum fecit, L 11. *§.16. ff. d. collation.* quam præsumtionem partim favor studiorum, *L.* 14. *C. d. Advoc. divers. judic.* partim Pietas Paterna, quæ ex sanguinis derivatione descendit *L.50. ff. famil. ercifcund. L.5.* C. *ad SCtum Maced.* partim consideratio peculii quasi castrensis, *argum.* L.1. *§. nec castrense ff. de collation.* Zœs. *ad h. t. n 32.* partim etiam ipsius Patris respectus, *argum. L.20. §.6. ff. famil. ercisc. ibique* Brunnem. Carpz. *p.3. C.* 11. *D.17.* inducit, ad quem cum filii honor non possit non pervenire, ut recte id propter de eodem participare dicatur, Pater non solius filii, sed sui quoque causa impensas in dignitatem fecisse præsumitur. Kremberg. *de sumt. Studior. q. 6. n. 1.* Brunner. *c. 4. n.144. seqq.* Mangil. *de Imput. qu* 33. *n. 8.* Molina *de J. & J. Tr.2. Disp.*241. Stryk. *Disput. de collat. descend. c.* 3. §. *16.* Brunnem. *ad L.1. ff. d. collat. n.25.* Ex filii enim honore Parentum & totius Familiæ nomen splendet. Carpzov. *p.3.* C. 11. *D. 8. n.3.* Unde illud, quod hosce sumtus filius non teneatur conferre. *d.* L, 1. §. 16. *ff. d. collat. vid.* Carpz.

P.3.

P.3. C.11. D.17. Scheplitz. *P.3. constit. Marchic. Tit.3. n.19.* Barry *de Success. ab intest. lib.14. tit.4.* Perez. *ad C. tit. de collat.* Struv. *S. J. C. ad Tit. de collat.* Matth. Coler. *Decis.62. n.24.* ubi docet. In dubio hosce sumtus Parentes intelligi *animo donandi* fecisse, qualiter & respondit Facultas Lipsiensis in Causa Doctoris Laurentii Mulleri. Mense Septembri, Anno 1577. (verba sent. Habt ihr auf Befehl eures Vaters bey Leben desselben eure studia continuiret/ und die Insignia Doctoralia erlanget/ so seyd ihr dieselbe in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig V. R. W.) *Confer.* Hartm. Pistor *P.1. qu.19. n.1* Philipp. *in Usu Pract. Inst. lib.2. Eclog.72. n.24.* Finkelth. *Obs.11.* Richter. *ad Auth. Habita C. Ne filius pro Patre &* Fachin. *controv.5. c.83.*

Nec alia Ratio est (5) Sumtuum Peregrinanti filio à Patre subministratorum, utiliterque impensorum. Utut enim de his dubitari possit per illa, quæ adducit *Magnificus* Strykius *in sæpius alleg. Disput. de collat. Descendent. c.3. §.15.* scilicet, quod peregrinatio nil commune habere videatur cum studiis, quorum favore præsumi in Parente donandi affectum in præcedaneis diximus; Multi quippe feliciter consilio Principi adfuerunt, qui peregrinas oras penitus non visitarunt, ea hodie rei litterariæ & copia & elegantia existente, ut nil quicquam, quod exterarum quoque Rerumpublicarum gubernandi rationem attinet, amplius in occulto sit; Veruntamen cum frequentissima cum exteris intercedant negotia, quæ vix commode ac feliciter expediri possunt, nisi exterorum pariter & mores & linguæ, ex conversatione cum ipsis, nobis exacte perspecti sint, hincque admodum utile sit ad exteras quoque Provincias ablegare filios, Prudentiam sibi civilem eo solidiorem hoc pacto comparaturos & majus suæ Familiæ decus ac splendorem conciliaturos, Reique publicæ usui magis profuturos, non dubitantes asserimus, pietatem Patris, studiorum ac Reipublicæ favorem in hisce quoque sumtibus facere cessare repetendi affectum. Stryk *d. l. in fin.* Richter *ad Auth. Habita C. Ne filius pro Patre* Struv. *S. I. C. th.30. Exercit.37.* Carpz *P.3. C.11. D.18.* qualiter respondere Lipsienses in Causa M. Christoph. Finkelthaus. Mens. Octobri 1581. Da euch nun eure Peregrination in Franckreich 100. fl. gekostet/ so euch Euer Vater durch Wechsel übermachet/ so möget ihr solches Geld in gemeine Theilung zu bringen/ oder euch abkürtzen zu lassen nicht gedrungen werden. V. R. W. *Conferatur* Eckholt. §.13. *in Comm. ff. ad Tit. de Collat. aliique passim. ad tit. d. collat.*

34 35 36 37

38 Quæ hactenus fusius ratione Alimentorum Sumtuumque studiorum exposuimus, etiam in *Avo reliquisque Ascendentibus masculis* obtinere, nulli dubitamus asserere: Quod enim alimenta attinet, in aprico est, Pietatis favorem, amore cum sanguine in descendentes descendente, repetendi affectum in Ascendentibus excludere, necessitateque descendentibus se exhibere non valentibus, hosce alendi jure sanguinis & naturæ illis imposita, contra donandi præsumtionem non minus in Avo, quam Patre inducere, *vid.* L.5. §.2. & *L. pen. ff. d. agnos. vel alend. liber.* L.5. & *L.*15. *C. de Negot. gest. inibique* Brunnemann. Carpzov. P. 2. *C.*10. *Def.*19. Surdus *de aliment. tit.* I. *qu.* 12. *n.* I. & *Dd. passim. ad tit. ff.* & *C. d. alend. liber.*

39 Nec alia ratio est *Sumtuum Studiorum.* Cum enim *per supr. c.* 2. plenius deducta, impensæ studiorum jure alimentorum censeantur, & quoties jure naturæ & sanguinis alimenta debentur, alimentorum

40 appellatione veniat *n. ejusdem c.* In hisce autem ex proxime adductis juris textibus edoctissimus, cessare repetendi animum in Avo reliquis Ascendentibus, paritatem secuti rationis concludimus: Sanguinis rationem Parentelæ respectum inducentem, junctum favori studiorum etiam in Avo donandi præsumtionem in dubio quoad impensas Nepoti subministratas studiorum causa regulariter

41 inducere.

Sed num in *Matre & Avia reliquisque materna lineæ Adscendentibus idem obtineat?* non incongrue aut impertinenter hic quæritur. Et quidem

42 alimenta in dubio Matrem præsumi donare *textus est in* L.11. C *d. N. G.* ubi rescribit Imperator Alexander in hæc verba: *Alimenta quidem, quæ filiis tuis* (quorum appellatione in favorabilibus etiam Nepotes venire expeditum est *per L.*84. *L.*120. *pr.* & § 1. *ff. d. V. S.*) *præstitisti, tibi reddi non justa ratione postulas, cum id* exigente materna pietate *feceris.* Unde & præprimis ex addita ratione infallibiliter inferimus cum Gothofredo *ad d.* L.11. *litt. r.* in dubio in matre alimenta liberis suppeditante donandi animum regulariter præsumi. L. *Nesennius* 34. *d. N. G. verba: Quæ pietate cogente de suis præstitisse &c.* jungatur Brunnem. *add* L 11. *C.*

43 *d. N. G.* Stryk. *Tract. de Cautelis in Contract. necess. Sect.* 3. *cap.*1. §. 7. & 9. Carpzov. *P.* 2. *C.* 2. *Def.* 21. Menoch. *de A. J. Q. cas.* 88. *n.* 20. Nec alia ratio est *Aviæ maternæ d. L. Nesennius* 34. *ff. d. N. G.* ubi respondet JCtus Paulus: Aviam *jure Pietatis* de suo præstitisse alimenta, sicque in illa regulariter cessare repetendi & non donandi animum, Gothofred.

ad

ad d. L.34. ff. d. t. litt. G. Petr. Busius *ad L. d.34. n.3.* inibique Brunnem. *Conferatur* Cujacius *Tom.1.p.539. seq.* Finkeltauſ. *Obſ.11. n.8.* quandoquidem ardentius amor deſcendit in Nepotes, quam in filiis viget, *L.220. in fin ff. d. V. S.* ut ſic Avia tanto majore Pietatis affectu & amore de propriis aluiſſe videatur. Carpzov. *P. 2. C. 10. d. 22. n.3.*

Dixi notanter: Regulariter Matrem & Aviam *donandi affectu* 44 filiis videri alimenta ſubminiſtraſſe. Sunt enim nonnulli caſus excepti, in quibus contrariæ conjecturæ *donandi præſumtionem* excludunt. Si enim (1) Mater *proteſtata fuit*, ſe alere filium *repetendi & non donandi animo*, alimenta à filio repetere poteſt, ceſſante donationis præſumtione, per text. expreſſum *in L. Neſennius 34. inibi: Quid enim, ſi etiam proteſtata. ff. d. N. G.* Brunnem. *ad d. L. 34. Salicet & Bartol. ad L. alimenta 11. C. d. N. G.* Expreſſus enim de- 45 claratus diſſenſus non admittit præſumi tacitam de donando voluntatem.

Notamus autem hic; Utut communiter à JCtis hæc tradatur 46 exceptio & negari etiam haud poſſit, non donandi, ſed repetendi animo Matrem hoc caſu liberos aluiſſe, male tamen hanc juris concluſionem ab Interpretibus adduci, qua exceptionem Regulæ: quod *in dubio* alimenta Mater videatur ſubminiſtraſſe materna pietate & donandi affectu: Siquidem, ſi Mater proteſtando declaravit expreſſe repetendi animum, non in dubio, ſed in *claris* verſamur, in quibus præſumtioni locum non eſſe expoſuimus *ſupra cap.2. n.2.*

Notamus (β) Proteſtationem Matris repetitioni locum non 47 facere, ſi alimenta præſtitit filio *inopi*, Patre etiam exiſtente *inope*; Cum enim h. c. Mater neceſſitate præciſa ad alendum filium teneatur, proteſtatio illius nil quicquam operabitur. Coler. *d. Aliment. lib.3. c.5. n.18.* Surdus *de aliment. tit.6. q.9. n.1. & Dec.39. n.28.* Brunnemann. *ad L.5. & L.11. C. d. N. G.* Tuſchus *concl.p44. n.41.* Barboſa *in L.11. C. d. N.* Hering. *d. fidejuſſ. c.20.* § 34. *n.4*

Notamus (γ) Nec quicquam operari proteſtationem mater- 48

 nam,

nam, si non ab initio, sed demum post alimenta filio præstita facta
49 fuerit. Surdus *d. Aliment. tit. 6. qu. 8. n: 67. seqq.* Quando enim agitur de præjudicio tertii, cui jus fuit quæsitum, protestatio ex intervallo non prodest, nec retrotrahitur ad tempus depositionis. Tiraquell. *in l. si unquam 15. C. d. Revoc. donat. Decius in L. ambiguis n. 4 ff. d. R. J.* Castrensis *in L. Heredes §. si quis n. 4. in fin. ff. de testam.* Carpzov. *P. 2. C. 10. d. 22. & 23.* quod inibi sequenti præjudicio confirmat: Ob nun wol sonsten dafür zuachten / daß solches aus Mütterlicher Affection geschehen / dannenhero in dergleichen Fall die repetitio Alimentorum nicht statt hat: Da ihr aber dennoch angeregte Kosten und aliment-Gelder anderer Gestalt nicht / als dahr-leihens weise auf euren Sohn gewendet / deßwegen auch anfänglich so fort protestiret hättet / auf solchen Fall würde euch die Wiederstattung nicht verwegert werden.

50 Cessat præsumta alimentorum in Matre & Avia donatio (2) Si bona liberorum administraverit, per textum rotundum *L. Nesennius 34. versiculo: contrario ff. D. Negot. G.* ubi respondet JCtus. Hoc casu verisimile esse, Matrem Aviamque liberos de re &
51 Patrimonio ipsorum aluisse, non de suo. Nec deest, hic ratio (1) enim cessat donandi affectus, quoties alia capi commodè conjectura potest *per L. cum de indebito 25. ff. de Probat.* atqui quoties is, qui præstitit alimenta, gestor negotiorum vel administrator bonorum
52 fuit, toties sumi potest alia, quam donationis conjectura, sc. quod præsumatur sumtus fecisse ex bonis à se gestis *d L. Nesennius 34. ff. d. N. G.* inibique Brunnem. *n. 4.* Johan. à Sande *tit. 8. def. 3.* Hartman. Pistor. *P. 1. qu. 19. n. 6.* Richter. *Vol. 1. Consil. 5. n. 7.* Ergo repetendi & non donandi animo hoc casu alimenta videntur subministrata. Mantic. *de tac. & ambig. Conv. lib. 13. Tit. 11. n. 13.*
53 ubi docet: Hanc conjecturam usque adeo violentam esse, ut præsumtionem donationis etiam excludat in illo, qui *ratione pietatis, & conjunctionis sanguinis* possit videri voluisse donare. Petr. de Ubald *de duob. Fratrib. part. 6. n. 14. versic. aut sum rus in dubio.* Raphael Cuman. *in Consil. 88. n. 5.* Alex. *Consil. 110. lib. 7. n.* Bartol. Baldus. Fulgo & Castrens. *ad L. Nesennius ff. d. N. G.* [2]
54 aperti juris est, ne Patrem quidem alere teneri filium seipsum alere valentem *L. si quis à liberis §. sed si filius, inibique* Bartolus *de lib. agnosc.* Soz. Sen. *Cons. 30. n. 13. lib. 3.* Decius *Consil.*

Consil. 586. *n.* 3. Natta *Consil.* 248. *n.* 5. Alciatus *Consil.* 36. *n.* 1. *lib.* 5. Cravetta *Consil.* 199. *per tot.* Bonorumque filii administratorem alimenta præsumi præstitisse de patrimonio filii Carpzov. *P.* 2. *C.* 11. *Def.* 28. *n.* 4. Surdus *de aliment. Tit.* 6. *qu.* 8. *n.* 105. Brunnem. *ad* L. *alimenta* 11. *C. d. N. G.* quanto magis ergo repetendi animus præsumetur in Matre & Avia bonorum filiorum administratoribus, ceu quæ in subsidium saltem ad alimentorum præstationem obligantur. Eckholt *ad Tit. ff. de liber. agnosc.* §. 2. Lauterbach. *p. L.* 5. §. 1. *ff. d. t. Confer.* Carpzov. *P.* 2. *C.* 10. *D.* 21. *n.* 5. *Lib.* 6. *Resp.* 17. *per tot.*

Cessat (3) in Matre & Avia donandi alimenta affectus quoties 55 Pater ipse in vivis adhuc & locuples est; hoc enim casu à Patre actione negotiorum gestorum, quod in causam alimentorum impensum est, repetere valebunt. *per textum* L. *Nesennius* 34. *inibi*: *Pone Patrem obiisse. ff. d. N. G.* & L. 5. §. 14. *ff. d. agnosc. liber.* Mater siquidem, cujus 56 appellatione & Avia venit Bartol. *in* L. 2. §. *videndum fin. ff. ad SCtum Tertull.* Baldus *in L. Nesennius d. N. G. n.* 2. & *in L quicquid* 2. *pr. C. d. bon. Matern.* Surdus *de aliment. q.* 8. *n.* 13. Carpz. *P.* 2. *C.* 10. *Def.* 24. *in fin* non nisi in subsidium liberos alere tenetur, Patre sc. inope, nec liberis habentibus, unde semet exhibere valeant. *L.* 5. §. 1. *versic. Ergo Matrem.* 57 *ff. d lib. agnosc.* L. *pen. ff. eod. Auth. si Pater. C. de Divort. Dd. ad alimenta. C. d. N. G.* Mascard. *d. Probat. Concl.* 76. & 555. *n.* 89. Mantic. *d. Tacit & ambig. Conv.* Lib. 13. *tit.* 12. *n.* 18. Brunnem. *ad L.* 34. *ff.* & 11. *C. d. N. G.* Menoch. *d. A. J. Q. lib.* 2. *Cas.* 88. *n.* 20. *seqq.* Socin Jun. *Cons.* 79 *n.* 91. Lib. 3. Petr. Barbosa *in* 5. *Part.* Leg. 1. *n.* 148. *ff. solut. matrim.* Cephal. *Consil* 674. *n.* 35. Hahn. ad Wes. *Tit. d. agnosc. lib. n.* 4. Carpzov. *P.* 2. C. 10. *Def.* 14. ubi docet: quando onus alendi spectat ad alium, puta Patrem vel Avum, quem sciebat vel credebat Mater vivere, tunc etiam sine alia protestatione videri Matrem impendisse repetendi, & non pietatis ani- 58 mo, cum non subsit pietas inter eam, & illum, qui tenebatur alere. Salycet *in* L. *alimenta* 11. C. *d. N. G.* Modo tamen non plus impenderit, quam Pater in causam alimentorum erogaturus fuisset. *argum.* L. *in rebus* 18. §. *Possunt. ff. Commod.* L. 2. & L. 10 *ff. d. N. G.*

Addunt Doctores hisce communiter (4) Si Mater & Avia impensas alimentorum in librum rationum, in das Tag-Büchlein / re- 59 tulerint, ut hoc casu cesset donationis præsumtio, animo repetendi per istiusmodi consignationem sufficienter declarato. Anton. de But. *in Consil.* 24. *n.* 5. Mantica *d. Tacit.* & *Ambig. Conv.* Lib. 13. *Tit.* 12. *n.* 20. Bartol. & Bald. *in* L. *Nesennius d. N. G.* Carpz. *P.* 2. C. 10. *Def.* 23.

per tot. Eckolt. *ad Tit. ff. d. agnosc. libr.* §. 2. idque videtur probari [1.] ex
60 L. *Nesennius* 34. *in fine versic. maximè si etiam ff. d. N. G* ubi respondet JCtus: Repetitionem alimentorum præsumi, si appareat Aviam eadem in rationes impensarum retulisse. (2) Exinde, quod exacta & di-
61 ligens consignatio Matris non præsumatur frustranea. *argum.* L. *Cogi.* 16. *in pr. inibi: in ambiguo tn. ff. ad SCtum Trebell.* L. *Quo his* 12. *ibi: magis valeat, quam pereat ff. de reb. dub.* sed potius credendi animum subinnuat; Quæ rationes & aliæ similes, quamvis pondus habere videantur, non infimi subsellii Ddribus, præter supra allegatos, huic sententiæ patrocinantibus. vid. Hartman. Pist. *Lib.* 1. *q.* 19 *n.* 5. Thoming. *Dec.* 32. *n.* 9. Schneidw. §. *aliæ J. d. donat. n.* 75. Merlinus *d. Legitima lib.* 2. *Tit.* 2. *qu.* 22. *n.* 42. Matrin. Rumelin. *P.* 2. *Pandectarum Disp.* 9. *Th.* 16. *Litt. B.* Nos tamen cum Brunnemanno *ad L.* 34. *ff. d. N. G.*
62 Richtero *ad Authent. Habita C. ne filius pro Patre n.* 7. Sigismundo Finkelthaus *Observ. Pract.* 11. aliisque plena manu ibi allegatis Ddribus non dubitamus asserere: Solam Martis Aviæque alimentorum consignationem non inducere repetendi animum, sed eadem non ob-
63 stante alimenta videri donata (1) quia in *d. L. Nesennius d. N. G.* ad id, ut Mater & Avia alimenta *Pietate exigente* præstita possint repetere, requiritur, ut sint *protestata*, Ergo nuda consignatio haud sufficiet. Petr.
64 Gregor. *in Syntagm. Jur Lib.* 44. *c.* 5. Finkelthaus *d. l. n.* 2 (2.) quia repetendi præsumtio, quæ ex factâ diligenti Matris consignatione elici poterat, admodum debilis est, & *materna pietate alimentorumque favore* facile elidi vincique potest. Brunnem. *ad L.* 34. *ff. de N. G.* Finckelthaus. & Richter *d. l.* (3) quia, cum unius rei plures possint esse fines, annotationis Maternæ alia conjectura haberi potest, sc. quod ex officio bonæ Matrisfam. expensas & sumtus in libros rationum retulerit, ut singulis annis exactam acceptorum & expensarum rationem habere possit. Wesenb. *in Paratitl. ff. d. Usucap. n.* 11. Finkelthaus *d. l. n.* 10. Richter *d. l. p. mihi* 91. ubi alias cumulat rationes.

Nec obstat [1.] *L.* 34 *ff. d N. G.* verb. *maximè si etiam &c.* Resp. e-
66 nim est in *d. L.* non fieri mentionem *simplicis consignationis, sed illius, quæ protestatione adjuvatur*, ut ex veriori sententia, non duplex inibi regulæ: quod Mater alimenta pietatis intuitu & donandi affectu videatur subministrasse, habeatur exceptio, puta (1) Protestatio & (2) Consignatio sed potius unica, expressa nimirum protestatio, quæ consignatione adjuvatur, ut rectè, docente Dno, Finkelthaus *d. L. Nesennius*

nius hic sit sensus: Quod quamvis Maternæ pietatis præsumtio excludat repetendi animum, hoc tamen aliter se habeat, si Mater protestetur, se alimenta præstare repetendi animo, inque librum rationum impensas referat, tunc enim illa protestatio adjuvatur subsecutâ consignatione, quod innuit particula *Maximè* juncta particulæ: *Etiam*, quæ referendæ sunt ad proximum casum, cum sint implicativæ ac inclusivæ particulæ vim augmentandi & ampliandi habentes, ut idem sit ac: *Etiam absque eo, argum. L. Si plures 41. ff. d. relig. & sumtibus fun.* Coler. *à d. cap. vigilanti n. 11. & d. Præscript.* Richter *ad d. Auth. Habita C. Ne filius pro Patre.* Alciat. *Lib. 3. Resp.* 1. *n. 31.* Quasi diceret JCtus licet protestatio sit sufficiens, accedit tn. insuper consignatio, ut ita evidentius adhuc de animo repetendi inde constare possit. Barbola *De Diction. usu frequent. Dictione: Maximè,* 197. *n. 13.* Arum. *Lib. 2. Decis. 2. n. 27. &* Finkelthaus *d. l. n. 12. seqq.*

Nec Obstat (2) Ratio dubitandi supra n. 61. adducta, Resp. enim est: Fortiorem præsumptionem pietatis maternæ & alimentorum aliamque conjecturam ex more bonæ Matris fam: diligenter sumtus consignare solitæ, ut calculum ad minimum quotannis inire queat, præsumtionem, consignationem esse frustraneam, aut certe credendi animum innuere, satis superque elidere. Finkelthaus & Richter *d. l.* præsumtione debiliore semper cedente fortiori *argum. L. Divus 7. ff. d. in integr. restit. L. Non solum 67. §. 1. ff. d. rit. Nupt.* Gail. *2. Observ. 97. n. 18.* Menochius *De Præsumt. lib. 1. q. 30. n. 1. seqq. & lib. 4. Consil. 347. n. 38.* Rauchbahr *P. 1. qu. 26. n. 28.* Thom. Mezger *Cons. Crim. 11. n. 10. & 19.* 68

Reliquas Exceptiones videsis apud Cardinalem Manticam *d. tacit. & ambig. Conv. lib. 13. tit. 12.* Menoch. *d. A. J. Q. Cas. 88.* Mascard. *d. Probat. Concl. 76. & 155.* aliosque passim Ddres ad *Tit. ff. & C. d. agnosc. & alend. libr.* quorsum me brevitatis studio refero. 69

Vidimus huc usque fusius alimentorum donationem *regulariter* in Matre, Avia reliquisque per Matrem Ascendentibus præsumi, hancque sententiam communi Ddrum Calculo comprobari; At enim, an in *Sumtibus studiorum* æque facile ad donationis conjecturam judici confugiendum sit, forsan citra Domitianæ quæstionis censuram dubitari poterat? Qua in re fluctuare aut certè à priori sententia recessisse videtur Excellentissimus Strykius *in Tract. elegantissimo d. Cautelis in Contract. necess. Sect. 3. c. 1. §. 9. in fin.* ubi hæc leguntur verba: Imo 70 71

quoque

quoque in *Matre sumtus studiorum suppeditante* talis contestatio (quod sc. Mater studiorum sumtus repetere nolit) in specie necessaria est, cum illa tantum alimenta filio ex pietate, non vero sumtus studiorum præsumatur suppeditasse: Unde constat hoc loco, hanc Excell Strykii esse sententiam, quod in dubio Mater sumtus studiorum repetendi animo videatur fecisse, cum quoad hos in matre excludat pietatis favorem donationis præsumtionem inductivum, quod clarius exprimit in *Usu Moderno ad tit. ff. d. Collat. bon.* §. 3. ubi hæc legere sunt verba: Circa *sumtus studiorum* quoad *Patrem* sequimur dispositionem Juris Romani: Et quamvis Carpzov. P. 3. *C. 11. Def.* 17. *n.* 3. idem in *Matre* verum esse velit, hoc tamen vix admittendum est, cum illa subsidiaria obligatio *Matris*, de alimentis tantum *Necessariis* non *Disciplinariis* sit intelligenda. Contrarium tamen defendit in Disput. eleganti *d. Collat. Descendent C.* 3. *§.* 13. ubi docet: Matrem præsumi Studiorum sumtus donandi affectu suppeditasse, & additis rationibus Carpzovium *super all. loc.* pro sua sententia adducit, quem tamen sequi dubitaverat in *Usu Moderno ad Tit. d. Collat. Bonor.* ut hinc posteriorem sententiam, missa priori, quod ingenuis JCtis infrequens non est, qua veriorem arripuisse videatur; cui & nos calculum nostrum ad-
72 jicimus [1.] quia studiorum sumtus jure alimentorum censentur *vid. n. 22. supr. si cap* Alimenta autem Mater in dubio videtur donasse. *Vid.*
73 *n. 41. supr. seqq.* (2) quia quoties jure naturæ & sanguinis alimenta debentur, toties etiam studiorum sumtus complectuntur. *Vid. supr. n.* 23.
74 *& 40.* Atqui Mater debet liberis alimenta jure naturæ & sanguinis *L. fin.* §. 5. *C. d. bon. quæ liber. L. 1. §. jus naturale ff. d. J. & J. L. unic.* §. *sileat. C. d. R. U. A. & L. 5. ff. d. agnosc. liber.* Ergo & sumtus studiorum. (3) Quia pietatis præsumtio, quæ pro sumtibus studiorum militat, non minus in Matre quàm Patre se exserit *argum. L. 4. ff. d. Curat. furios.* quæ donandi affectum præsumtive inducit. Strykius *d. Disp. c. 3. n. 13.* ubi duas alias adhuc addit rationes: jungatur Brunner. *c. 4. n. 229. seqq.* Carpzov. *supr. cit. loc.* Richter *ad Auth. Habita C. ne filius pro Patre Disp. 5. p.* 85. Kremberg *de sumtib. stud. qv. 1. in Ratione decidendi num. 100.* Matth. Coler. *Dec. 62. n. 21.* Hartm. Pist. *qu. 19. n. 3.*

Quod autem dictum est in proximè præcedaneis Patrem perque
75 illum Ascendentes, nec non Matrem Aviamque in dubio videri studiorum sumtus pietate ita exigente donasse, hoc tamen hanc generalem

ralem patitur limitationem, quam suppeditat JCtus in Lege decantatissima Studiosisque albo notanda lapillo *50. ff. Familiæ hercisc.* Nisi Pater credendi animo impensas fecerit, aut nisi de contraria Patris reliquorumque Ascendentium voluntate oppido liquidoque constiterit.

Unde (1) Recte inferunt: Ascendentes sumtus studiorum non praesumi donasse, quoties se repetendi impendere animo ab initio fuerint protestati. *L. Nesennius 34. ff. d. N. G.* quamvis hoc casu praesumtioni locus non sit, ut pote quæ in claris non occupatur *L. Continuus §. cum ita ff. d. V. O.* Hardw. Dassel. *lib. 1. Consil. 38. n. 19.* Hinc recte colligunt JCti, quod hoc casu, quo Pater sufficienter credendi animum declaravit, filius Studiosus impensas in studia factas teneatur conferre Stryk. *in Disp. d. Collation. Descend. c. 3. §. 18.* Cuman. *Consil. 33.* Cothman. *Consil. 3. n. 28 seq.* Decius *Consil 184. n. 11.* Brunner. *de Collat. cap 4. n. 78.* Philipp. *in Usu Pract. Inst. Eclog. 92.* illo saltem deducto, 77
quo pro necessario victu & amictu ne domi quidem carere potuit. Hahn. ad Wesenb *de Collat. dot n. 3.* Stryck *in Disp d Jure Vestiar. c. 5. n. 84.* Vinnius *in Tract. d. Collatione c. 13. n. 1. seqq.* Hoc enim cum sim- 78
pliciter sub alimentis comprehendatur, illius collationom Pater intellexisse haud videbitur qualiter pronunciatum esse in facultate Viadrina die 22. Martii 1683. docet saepius laudatus Stryckius *in Disput. d. Collat. descend. c. 3. n. 17.*

Inferunt Ddres (2) Cessare in Patre reliquisque Ascendentibus donandi studiorum impensas affectum & praesumptionem, *Si filius* 79
sumtus transmissos malè collocaverit, aut in alios, quam studiorum usus temerè converterit Rebuff. *de privileg. Univers. 83* P. Gregor. *48. Syntagm. 8. n. 7.* Hartman. Pistorius *1. quæst. 19. n. 7.* Brunner. *d. Tract. c. 4. n. 80. seqq.* Richter. *ad Auth. Habita C. Ne filius pro Patr. in fin.* & Kremberg. *supr. alleg. Tract. qv. 1. Limit. 4.* Praeterquam enim quod studiosus non stu- 80
dens sit contractio in adjecto, Studiosorum nomine & privilegiis indignus Jason *in repet. L. 1. C. De SS Trinit.* Richter *d. Auth. in fin.* & pecus Melibaei. Hardw. Dassel. *Consil. 38 n. 15. in fin.* talismodi filius 81
sumtus studiorum causa à Patre subministratos in luxum convertens, aut commessationibus lascivisque amoribus pessimè dilapidans, intensioni Patris minimè respondet, sicque cessare facit decus & ornamentum omne, una cum utilitate, quam inde Respublica, Familia & Pater sperabant: Quare nec donandi affectus in Patre praesu-

mi hoc casu potest, nec à collationis olim necessitate liberabitur de-
82 neger & prodigus filius. argum. L. *auxilium* 37. §. 1. *in fin. ff. d. Minorib.* Causa enim specialitatis & donationis præsumtionem inductiva cessante, cessat etiam specialitas jureque communi utimur. Menoch. *in cap. 1. verb. è vestigio de Stat. Monach. in 6.* Jam autem sumptus à Patre
83 erogantur, ut Studiis insumantur; cessantibus ergo Studiis, cessat quoque favor studiorum causa introductus. Stryk. *d. Diss. d. Collat. de-*
84 *scend. c. 3. n. 19.* Nam sublata causa & effectus tollitur *c. cessante d. R. J. in 6. & c. privilegium 7. eod.* Hinc illud tacitè revocatum censetur, si causa, propter quam aliquid datum vel donatum est, non sequatur.
85 *L. 1. & t. t. ff. d. Condict. ob causs. dat. & t. t. ff. d. Condict. causa non secut.* Nec justior est beneficii amittendi causa, quam si id non præstetur, ob quod beneficium est concessum *c. unic. §. item versic. Sed non & alia &c. 2. F. 24.* Richter *Auth. Habita in fin.* Everhard. *in top. loc. a cess. rat.* Rebuff. *Privileg. Univers.* 55. Brunn. *d. l. c. 4. n. 80.* Alex. Jason. *in L. Scriniar. C. d. Test. milit.* Hartw. Dassel. *d. Consil.* 38. *n.* 14.

86 Sed quid juris, si filius missa militia togata ad sagatam & à libris ad arma se contulerit, annon tum saltem cessabit in Patre donandi affectus? Ita videtur dicendum, cum sic manifestus studiorum eva-
87 dat desertor & hinc privilegiis ob studia concessis amplius dignus non sit, privilegiorum causa cessante. Verum nos cum Excell. Strykio *dict. Diss. d. Collat. descend. c. 3. n. 10.* distinguendum putamus,
88 cum haud pauci hoc seculo, ubi arma fere legibus potiora, militiam eligant, qui antea non perfunctoriam literis navarunt operam; an quis hactenus studia negligenter tractaverit & eorum pertæsus in militiam abierit: An vero debita hactenus industria literis insudaverit & promotionis difficultate, quæ hodie maxime eruditos premit, arma selegerit, ut *priori casu*, quo otiose nummos patrios consumsit, nec Patre nec Republica quicquam utilitatis inde sperare habentibus, præsumtæ donationi locus non sit; *Bene vero posteriori.* Nec enim hoc casu arma elegisse, odio literarum vel deserendi studia animo dici potest, quin potius & inter arma, si quieti spatium superfit, libros non negliget atque eruditionem hucusque multo labore sudoreque partam in bello quoque prudenti consilio publicis usibus impendet, literis in bello multum profuturis. vid. Blass. Mi-
89 chal. *de Fratribus p. 1. c. 23. n. 6.* Unde à necessitate sumtus studiorum conferendi recte absolvitur.

Ін-

Inferunt (3) Cessare in Ascendentibus donandi studiorum impensas affectum & præsumtionem, *Si filius ipse bona habeat, quæ Ascendentes administrant* e. g. Si bona Materna habeat vel alia adventitia Stryk *in Tr. d. Cautel. in Contract. necess. c. 1. Sect. 3. §. 7. in fin.* nec non in Disp. *d. Coll. descend. d. c. n. 21.* Carpzov. *P. 2. C. 10. Def. 28. n. 4. & 7.* ubi ait: Quod Pater hoc casu non donandi animo, sed de peculio filii sumtus subministrasse videatur. Idemque repetit *P. 3. C. 11. Def. 16. n. 5. seq.* & hanc opinionem duobus præjudiciis in Scabinatu Lipsiensi prolatis confirmat. Sicuti enim h. c. per supra *n. 54.* plenius deducta, in Ascendentibus cessat alendi necessitas *L. 5. §. 7. ff. d. agnosc. lib.* alimentorumque præsumta donatio. *L. u. C. d. N G. & L 34. ff. eod.* quorum tamen major, quam studiorum necessitas est Stryk. *d. Disp. n. 21.* ita magis cessabit quoad studiorum sumtus donandi conjectura. Pater Ergo ex bonis filii, quæ penes se habet, sumtus studiorum mississe censetur, quæ sententia communis est. vid. Brunner. *de Collat. c. 4. n. 76.* Hartman. Pistor *1. quæst. 19. n. 6.* Fachin. 5. *Controv.* 83 Magil. *d. Imput. quat. qv. 31. n. 6.* Matth. Coler. *Dec. 62. n. 22.* Spekhan. *Cent. 2. Class. 1. qu. 12. n. 7.* Richter. *ad dict. Auth. Habita C. ne fil. pro Patr. n. 2.* Hardw. Dassel. *Consil. 38. n. 15.* Philipp. *ad Decis. Saxon. 59. Obs. 2. n. 21.* 90

91

Nec obstat (1.) Quod, cum factum quodlibet ab eo, ejusque nomine præsumatur, qui facere tenebatur. *per L. fin. C. d. Alim. pupill. præst.* Menoch. *Lib. 6. Præs. 11.* Brunnem. *ad L. fin. C. d. dot. promiss.* ideò & sumtus studiorum à Patre filio diviti missi Patris nomine & donandi affectu suppeditati videantur. Resp. enim est. Ex dicta L. nil aliud probari, quam, quod, cum pupillus egenus de vento vivere non potuerit, non præsumatur Tutor eundem de suo interim aluisse, sicque contra eundem habeat actionem Tutelæ contrariam ad consequendam indemnitatem *per L. jus alimentorum 3. §. ult. ff. ubi pupil. educ. debeat.* quo pacto autem inde Kremberg. *de Privileg. studior. qu. 1. Lim. 2. n. 26.* inferre possit, quod Pater filio diviti sumtus suppeditando, non de filii, sed propriis bonis suppeditasse donandique animo misisse videatur, equidem non video. Præterquam enim, quod à Tutore ad Patrem universaliter argumentari non liceat. Brunner. *d. Tr. c. 4. n. 98.* dictaque Lex ultima loquatur de pupillo *egeno*, nostra vero illatio de filio *divite*, ratio præfati Authoris universa- 92 93

94 versaliter vera non est. Qn. enim Tutor aliquid facit in causa pertinente ad pupillum, tunc illud fecisse censetur, non proprio, sed tutorio nomine *L. post mortem* 5. *§. Tutor* 1. *ibique* Bartol. *ff. qu. ex facto tutor. vel Curat. minor ager. vel convenir. poss.* Berlich. *P.* 1. *Dec.* 15. *n.* 8. Hinc rectè docet Carpzov. *lib.* 6. *Resp.* 71. *n.* 12. *Tit.* 7. exque illo Richter *ad Auth. Habita C. Ne filius pro Patr. p.* 124. Quod tum demum quis de
95 proprio solvere præsumatur, etiam illo in casu, quando aliena administrat cum *obligatus fuit de suo aliquid præstare*; secus verò sit, cum ad id obstrictus non est.

Nec obstat (2) quod Pater *per super n.* 18. *dicta* ad subministrandas
96 filio studiorum impensas jure pietatis sit obstrictus. Resp. n. est. Hoc limitationem recipere, si filius nulla ipse bona habeat: Cum enim Pater hoc demum casu alere filium teneatur, obstringetur etiam hoc demum casu de propriis filio egenio studiorum mittere impensas: argumento ab alimentis ad studiorum sumtus utique procedente, Carpzov. *P.* 2. *C.* 10. *D.* 18. *n.* 6. & *Def.* 28 *n.* 4. Schneidew. *ad §. quadam actiones n.* 43. Richter *ad sæpius alleg. Auth. Habita C. Ne filius pro Patre p.* 124.

97 Nec obstat (3) *L. fin. C. d. dot. permiss.* Ubi rescribit Imperator Justinus, Quod Pater simpliciter promittens filiæ dotem vel filio donationem propter nuptias, licet bonorum filii filiæque administrator sit, non tamen ut administrator, & sic ex bonis filii filiæque, sed tanquam Pater, sicque ex bonis propriis dotem vel donationem propter nuptias suppeditasse videatur. Unde infert Kremberg. *d. l. in fin.* & Michal. d. fratr. *P.* 1. *c.* 26. *n.* 23. idem jus & in studiorum sumtibus obtinere, ut hi donandi affectu à Patre
98 reliquisque per illum Ascendentibus missi videantur filio diviti, cum causa dotis & studiorum æquiparentur. Ddres *in L. Dotium* 1. *ff. Solut. Matrim.* Jason. *ad Auth. ex testam. n.* 10. Brunner. *d. Col-*
99 *lat. Bon. n.* 80. *cap.* 4. Hardw. Dassel. *Consil.* 38. *n.* 12. Richter. *ad Auth. Habita p.* 124. eademque sit æquiparatorum dispositio, utpote in quibus, quicquid dispositum est in uno, dispositum & in alio cense-
100 tur. *c. de multa d. Electione in* 6. Resp. enim est, diversam dotis & sumtuum studiorum esse rationem nec commodè inde ad studiorum impensas, tanquam ex separatis *L fin. ff. d. Calumni.* inferre licere, sed potius ab alimentis, quæ tali casu cessare expeditum

tum est *per* L. 5. §. 7. *ff. d. agnosc. lib.* feliciorem procedere argumentationem. Dos enim si maxime ex bonis Paternis constituatur, tamen vicissim eo convertitur & cum cohæredibus dividitur *t. t. ff. d. dot. coll. L. 17. C. h. t.* Studiorum vero expensæ statim consumuntur, & in hæreditatis divisionem non veniunt. Brunner *d. collat. bon. c. 4. n. 93.* ut hinc absurdum haud videri debeat, dotes magis, quam studiorum sumtus è bonis paternis erogatas censeri. Neque tanta indistincte 101
necessitate Pater tenetur ad dandos studiorum sumtus *L. ult. ff. d. Hæred. pet.* quanta adstringitur ad filiam dotandam *L. fin. C. d. dot. promiss.* vid. Stryk. *d Disp. d. collat. Descend. c. 3. n. 21. in fin.* Richter *d. l.* Ant. Ayerve de Ayora *Tr. d. Partit. P. 2. qu. 31. c. 1. n. 39. vers. neque his obstat.*

Inferunt (4) Cessare quoad studiorum impensas donationis 102
præsumtionem, si illæ immodicæ fuerint, ita ut reliquis fratribus sororibusque legitima sua salva non sit. Richt. *d. l. p. 129.* Kremberg. *d. l. n. 77.* Stryk. *d. Disputat. c. 3. §. 12.* Hardvv. Dassel. *d. Consil. 38. n. 16.* Philipp. *in Usu Pract. J. Eclog. 72.* Hartm. Pistor. *qu 19. P. 1. n 8. seqq.* Matth Berlich. *P. Dec. 249. n. 5. ibique alleg.* Carpzov. *P. 3. c. 11. D. 19. n. 2.* Hilliger in Donell. *Enucl. lib. 19. c. 4. n 3.* Præterquam enim quod 103
major favor sit legitimæ, quippe quæ jure naturali liberis debetur L. *cum ratio 7. in pr. ff. de bon. damnat L. scripto 7. §. 1. in fin. ff. si tab. test. null. extab.* cujusque intuitu Pater Debitor dicitur. Richter *ad Auth. Habita Disp. 5. n. 5.* quam studiorum. Stryk. *d. l. n. 22.* Præsumta donatio in 104
illis locum invenire non potest, quæ sunt prohibita. Castrensis. *Consil. 159. pr.* Cravet. *Cons. 200. n. 7.* Hinc recte monent Baldus *in L. filiæ col. 4. vers. item posito & in Auth ex testamento col. 4. vers. quanto C. d. collat* nec non *in Tr. d. duobus fratrib. qu. 1. n. 10.* juncto speculatore *in Tit. d. judic. §. sequens. n. 2.* & Kremberg. *d. Tr. q. 3.* cum liberi sua legi- 105
tima tanquam debito naturali defraudari haud debeant *L. scimus 36. §. illud 2. C. d. inofficios. test.* neq; Pater eandem ulla ratione gravare minuereque possit. *Nov. 115. c 3. & 5. in pr. L. quoniam 32. C. d. inofficios. testam. & t. t. C. C. d. inofficios. donat.* ad hoc, ut sumtus studiorum præsuman- 106
tur à patre donati filio, considerandum esse numerum liberorum *per* L. *si filiæ 43. ff. d. leg. 3.* & quantitatem Patrimonii L. *quæsitum 12. §. idem respondit 43. vers. sed & ipse Papinianus ff. d. instr. vel instr. leg.* conferatur Richter. *d. l.* ubi id præjudicio confirmat.

Inferunt (5) Cessare in sumtibus studiorum à Parentibus suppe- 107

 dita-

ditatis, donandi affectum, *Si Parentes eosdem in libros rationum retulerint*, Hartm. *Pist. P.2. qu.10. n.5.* Carpzov. *P.3. C.11. Def.20.* Mandel. *Consil.241.* ex quibus *supra h. c. n.59. & seqq.* allegati Ddres probare annituntur, Matrem consignantem alimenta, eadem præsumi suppe-
108 ditasse non donandi, sed repetendi animo. Verum sicuti ab illa sententia supra divortium, ex inibi fusius adductis rationibus fecimus, ita hoc quoque loco cum Excellent. Strykio. *d. Disput. d. Collat. descend. c.3.§.11.* Johan. Wolffgang. Hiller. *de Expens. stud. n.72. versic. fallit.6. n.73.* Kremberg *d. sumtib. studiorum qu.1. membr.4. n.18.* Brunner. *d. Collat. c.4. n.36.* Mantica *d. tac. & ambig. convent. Lib.13. tit.18. n.16. & 17.* Hahn. ad Wesenb. *d. dot. Coll.* Finkelthaus. *Obs.11. n.6.* & Philipp. *in Usu Pract. Instit. Eclog.72.* statuimus: Parentem non donandi & credendi animo studiorum sumtus subministrasse, non ex nuda consignatione illorum quomodocunque facta præsumi, sed hujusmodi animum ex expressa Parentis declaratione comprobandum esse *per* L. 50. *inibi. Si credendi animo Pater misse fuerit comprobatus ff. fam. ercisc. &* L. *alimenta* 11. *C. d. N. G.* ubi dicitur, quod animus recipiendi à Matre ostendi
109 debeat. Conferantur, quæ scripsimus supr. *n.59.* quo nos brevitatis amore referimus.

Nec aliud obtinere statuimus, etiamsi Pater, quemadmodum limitat suam sententiam Carpzov. *proxime all. Def. n.9.* in peculiari libro in hunc finem specialiter confecto, ut de expensis hisce constare
110 queat, easdem consignaverit: Desideramus enim cum sæpius laudato Strykio hic consequentiæ rationem: Pater in speciali libello studiorum sumtus consignavit, ergo eosdem animo repetendi creditur suppeditasse. Notitiæ enim gratia (verba sunt præfati Strykii) id potius factum censetur, quam ut onere restituendi filium nil mali me-
111 ritum, gravare voluisse censendus sit; Accedit favor studiorum & Pietatis Paternæ præsumtio, quæ repetitionem, nisi liquido de animo
112 credendi constet, non admittunt; quare sibi imputabit Pater, quod non apertius declaraverit animum, cum id facere potuisset; Unde &
113 contra Patrem facienda interpretatio *L. Veteribus 39 ff. d. Pact.* Illud tamen facile largimur, si Pater in tali libro, cui debita & credita inserta, qualibus libris Mercatores utuntur, studiorum expensas consignasset, nomenque filii studiosi Debitorum nominibus interseruisset, cessare donationis præsumtionem, animo credendi sufficienter hoc pacto declarato.

Reli-

Reliquas illationes videsis apud Strykium; Cui jungi potest 114
Richter *ad d. Auth. Habita C. Ne filius pro Patr.* Dassel. *consil.* 38. Menoch. *d. A. I. Q. casu* 88. & Brunner. *d. collat. Bon. d. l.* quorsum B. L. ne modum migret disputatio, remittimus.

Præsumi donationem in Ascendentibus ex paterna pietate favo- 115
re studiorum & alimentorum hactenus vidimus, transitum ex regula *supr. n.* 15. tradita jam facturi ad Conjuges, visurique an, & quando inter illos donatio præsumatur, modo in antecessum adhuc paucis lustraverimus, an, quod de alimentis studiorumque sumtibus diximus, etiam in Canonicatu uni filiorum à patre emto procedat? Et statui- 116
mus salvo aliorum calculo; cum neque paternæ pietatis ratio, neque studiorum favor & Reipublicæ, neque urgentissima necessitas verisimiliter donandi affectum & præsumtionem inducat, præsumtam donationem in pecunia pro comparando Canonicatu à patre filio suppeditata locum non ad invenire; unde est, quod eandem in communem hereditatem filius conferre debeat. Hahn. ad Wes. *tit. collat. dot. in fin.* Brunnem. *in Reper. Parat.* Wesenb. *tit. d. dot. coll. qu. ult.* Stryk. *d. l. n.* 5.

Hisce præmissis progredimur jam ad Conjuges inquisituri: An 117
inter illos donatio præsumatur? Et quanquam videri possit absolute negativæ inhærendum esse, cum Josepho Mascardo *d. probat. Vol.* 2. *concl.* 555. *n.* 30. ajente: Donationem inter Conjuges nunquam in dubio præsumi, & Barthol. *ad L. quæ dotis ff. solut. matrim.* præprimis, cum ne expressa quidem inter Conjuges regulariter donatio subsistat. L. 3. §. 10. & L. 52. §. 1. *ff. de Donat. inter V. & U.* cui præsumtivam inniti *supr. c.* II per regulam exposuimus, nulli tamen dubitamus ex regula *supr. c.* 2. tradita affirmative inferre, cum inter Maritum & Uxorem sanguinis 118
communio intercedat, si in personam mulieris necessariæ impensæ fiant, Maritum easdem donasse pietatis intuitu præsumi, ut hinc Maritus, quæ in alimenta, necessaria vestimenta, nec non medicamenta uxoris impendit, ab uxoris hæredibus repetere non possit. *per L.* 13. *C. d. N. G. & L. pro oneribus* 20. *C. de jure dot.* Stryk. *Tr. d. Cautelis in Contract. necess. Sect.* 3. *c.* 1. §. 7. Brunn. *ad L.* 13. C. *d. N. G.* Lud. Roman. *consil.* 17. Richter. *n.* 6. *Dec.* 229. Menoch. *d. A. J. Q. cas.* 218.

Cujus occasione non inepte hic quæritur (1) An si Maritus 119
Uxori constante matrimonio fieri curaverit, tradiderit vestes pretiosas, jocalia, gemmas maximi æstimii catenasque aureas, videatur hæc

omnia

omnia duntaxat commodato & ad usum concessisse, an vero præsuma-
120 tur donasse? Et Respondemus præfati, quænam vestes, jocalia & hisce similia pretiosa dicantur, cum nullibi jure expresse definitum sit, prudentis judicis arbitrio relinqui, personarum conditionem & qualitatem curate consideraturi. Menoch. *d. A J. Q. cas. 218. n. 5.* Imola *in L. pen. C. d. quæst.* Capra *consil. 135. n. 16.* Roland a Valle *consil. 9. L. 1. n. 17.* & Joh. Lopes *in repet. rubr. de donat. inter V. & U.* §. *11. n. 11.* Vestes reliquaque, quæ potius ornatui, quam corporis utilitati inservire videntur, quæque magni valoris sunt, in dubio maritum præsumi saltem uxori ad usum concessisse, non vero donasse, hoc effectu, ut viduis à
121 lucro istiusmodi jocalium post fata mariti exclusis hæcce ornamenta ad hæredes mariti perveniant Alciat *Resp.* 247. Petr. Peckius *d. Test. Conjug. lib. 2. c. 6. n. 2.* Mevius *ad Jus lub. lib 1. tit. 5. a. 6. n. seqq.* Classan. *in Consuet. Burgund. Rubr. 4.* §. *6. &* Natta *cons. 147. n. 8.* Vid. Dn. Præses
122 *in Disp.* de Gemmis *cap. 5. n. 10. seqq.* inibique adductum Præjudicium
123 Viadrinum. Imo & Maritus de his libere testari possit. Petr. Pekius *d. l. n. 4.* quæ assertio probatur (1) *per L. 53. ff. d. Donat. inter V. & U. L. 51.*
124 *ff. solut. matrim. argum. L. 25. ff. d. peculio* (2) Exinde quod donatio in dubio L. *cum indebito ff. d. Probat.* præprimis vero inter Conjuges non præsumatur, quos inter cum Leges expresse donare haud permittant, præsumitur maritus se voluisse conformare Legi ejusque prohibitioni *L. Quæro* §. *inter locatorem ff. locat.* sicque donare non voluisse. (3)
125 Quod Maritus sine pudore, à quo impellitur magis, quam donat, omittere non possit, quin hujusmodi vestes & ornamenta uxori concedat: Ea vero, quæ sic fiunt, à præsumtione donationis longissime absunt. Ant. de Butrio *consil.* 38. Corneus *cons. 81. lib. 1.* Anchor.
126 *consil. 181. Decis. Neapol 315. n. 9.* Riminal. *ad pr. d. Donat. J. n. 74.* Confer. Petr. Peck. *de test. Conjug. d. l.* Menoch. *de Præsumt. lib. 3. Præsumt. 24. & d. A. J. Q. cas. 218.* Accedit (4) quod in rebus quantivis pretii nunquam præsumatur donatio Bald. *consil. 102. n. 3. Vol 2.* & Bartolus *in L. quæ dotis. ff. solut. matrim.* Alceat. *in consil. 1. n. 15. lib. 8.* Mascard. *de Probat. V. 2. conclus. 555 n. 31. & 32.*

127 Quæritur (2) An Uxor Marito ad consequendam Dignitatem Academicam suppeditans sumtus, videatur donandi, an repetendi animo eosdem subministrasse? Et, cum h. c. inter Conjuges valeat donatio expressa *per l. 40. cum duabus seqq. ff. d. Donat. inter. V. & U. inibique* Brunnem. Berlich. *P. 2. concl. 15. n. 20. Manz. lib. 12. tit. 4. n. 23.*

Hartm.

Hartm. Pistor. *lib.1. qu.44.n.12.* quodque ita impensum est, pro honore & existimatione propria impensum esse videatur ab uxore, quæ radiis maritalibus corruscat, omnis cum Marito dignitatis ac honoris particeps *per L. fin. C. d. incolis*, quæ ad verbum repetitur in *L.13. C. de dignit.* non dubitamus asserere, in dubio hic præsumi donandi animum. 128

Quæritur (3) An Maritus impensas in rem uxoris factas videatur donasse? Et Resp. Disting. ex L.47. *ff. d. Donat. inter V. & U.* An impensæ illæ sint *magnæ*, an vero *modicæ & exiguæ*, ut priori casu videatur maritus impendisse repetendi, posteriori vero donandi animo vid. Brunnem. *ad d. l.* Ruin. *Vol.*4. *consf.100. n.*5. Garcias *d. Expens. c.*4.*n.24.* Aldolerand. *cons.*99.*n.*14. Bocer. *d. Donat. c.1.p.28.* ubi *d. l.* ad impensas voluptuarias restringere videtur inquiens. Si cum affectione maritali concurrat modicitas pretii & impensæ voluptas, præsumitur donatio *per d.l.47.* sed clarius explicat mentem *pag.22.* quando docet: Loquitur Lex 47. de casu, quo maritus jam defunctus in rem uxoris suæ vivus quid impenderat, & quæritur. Sitne donatio (quæ est prohibita inter V. & U. confirmari tamen potest morte donantis) vel sit gestio negotii uxoris, ut impensas repeti possit? Resp. autem Celsus JCtus Ex *modo & genere* impensæ conjecturam sumi: Ut si *parva* sit impensa, aut *voluptuaria*, donandi, non repetendi animo præsumatur facta: Sin *magna* aut *necessaria* repetendi animus in marito præsumatur. Nec deest hic ratio: Cum enim magnæ & pretiosæ rei donatio inter Conjuges prohibita sit, rei vero exiguæ donatio permissa *L. si sponsus* 5. *§. cum igitur 16. & seq. L. quod autem* 7. *in pr. &* §. 1. *sed & si is ff. d. Donat. inter V. & U. L. Fructus 8. L. de his 17. C. d. t.* non præsumitur maritus donandi animo impensam magnam in negotia uxoris facere voluisse. Enim vero præsumitur quilibet se juris communis dispositioni accommodasse. Menoch. *cons.*307. *n.*37. *& cons.111. n.*48. 129 130 131

Lustravimus hactenus omni oculorum ac mentis acie ex Regula h. c. *supr. n.15.* tradita varias illationes ac Conclusiones *affirmativas*, sc. cum toties Pietatis intuitu & donandi affectu impensæ factæ præsumantur, quoties inter dantem ac accipientem aut derivatio, aut sanguinis communio intercedit, Parentes ac Conjuges impensas in personam liberorum Conjugumque factas repetere non posse; pedem jam promovemus ad Conclusiones *negativas*, sc. cessante hac sanguinis derivatione vel communione inter dantem ac accipientem, cessare etiam donationis præsumtionem. 132

137 Unde concludimus (1) Vitricum in dubio, si privignos aluerit eosque studiis imbui curaverit, alimenta studiorumque sumtus animo repetendi & non donandi præsumi subministrasse; qualiter respondit Imperator Gordianus Eutychiano quærenti *in L. 15. C. d. N. G. Si Paterno affectu privignos tuos aluisti seu mercedes pro his aliquas Magistris expendisti, ejus erogationis tibi nulla repetitio est: Quod si ut repetiturus, ea quæ in sumtum misisti, aliquid erogasti, negotiorum gestorum tibi intentanda est actio.* Ex qua Lege sat liquido constat, Vitricum in dubio privignos non aluisse donandi, sed repetendi affectu. vid. Brunnem. *ad* L. 15. C. *d. t. coler. d. aliment, lib. 1. c. 4. n. 24.* Finkelthaus. *Obs. Pract. 10. Surdus d. aliment. tit. 6. qu. 11. n. 4.* ubi hanc communem esse testatur Strykius. *in Tr. d. Cautel. in Contract. necess. Sect. 3. c. 1. §. pen.* Mantic *de Tac. & ambig. conv. lib. 12. tit. 12. 19.* Menoch. *d. A. J. Q. cas. 88 n. 13.* Hinc recte infert Carpzov. *P. 2. C. 10. D. 25. & Def. seq. in fin.* Privigno h. c. incumbere onus probandi, Vitricum impendisse donandi animo. Cum enim Leges de Vitricorum affectu in dubio male præsumant. Brunnem. *ad l. 15. C. d. N. G.* sc. Vitricum in dubio videri odio habere privignos *L. 1. ubi Gloss.* C. *ubi pupill. educari debeat.* Cravett. *cons.* 142. *n. 18.* Joseph. Mascard. *de Probat. concl. 5131. n. 62.* insuperque is, qui in rem alterius impendit, videatur repentendi animum habere *L. 25. ff. d. probat.* Conjecturæ de donando in Vitrico haud facile dabitur locus, vid. Brunnem. *ad d. L. 25.* ubi ex Carpzovio adductam limitationem: Nisi privignus fuerit in
138 servitio Vitrici, elegantissime restringit ad hunc casum: Si operæ alimentis proportionabiliter respondeant. jung. Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Disp. 10. th. 3. L. C.* qui ceteroquin quoad ipsam conclusionem dissentit. vid. tn. *L. 7. C. d donat. &* Mantic. *supr. alleg. loc n. 14. tit.* 19.

139 Concludimus (2) Alias personas, inter quas remotius sanguinis
140 vinculum intercedit, non præsumi in dubio donasse. Quanquam enim de his, quod nihil pietatis causa fecerint, dicendum quidem facile non sit, cum Frater Sororis filiam pietatis intuitu aluisse dicatur.
141 *in L. 27. §. 1. ff. d. N. G.* inibique Brunnem. Quia tamen hic non tantum concurrit sanguinis vinculum, ut in parentibus & Conjugibus, & donatio regulariter non præsumitur, non poterit in talibus personis *simpliciter* præsumi, expensas in dubio pietatis causa & donandi affectu
142 factas esse. Stryk. *d. l.*

Ex quibus inferimus (1) Collaterales & consanguinitate junctos respectu ad solam consanguinitatem habito, in dubio non præ- *nego-*

ſumi donaſſe per *L. Ex duobus fratribus & L. pen. ff. d. N. G.* juncta *L. Si negotium C. eod. vid.* Maſcard. *de Probat. concl.* 555. *n.* 42. Conferantur *quæ fuſius expoſuimus h. c. n.* 4 *ſeqq.* & quæ more ſuo docte lateque deduxit Cardinal. Mantica *d. tac. & ambig. Conv. L.* 13. *tit.* 19 *n.* 3. *ſeq.* ubi ex hiſce infert (α) Quod ſi quis ſanguine junctus & bonis communibus 143 diuturno tempore uſus ſit, non præſumatur ei à Conjuncto dictorum bonorum facta donatio, quin potius hæc obtineat Conjectura, quod ipſe uſus fuerit jure familiaritatis *per L. q. jure familiaritatis ff. d. A. vel A. P.* Ruin. *conſil.* 162. *n.* 11. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 70. *n.* 33. *& ſeq. lib.* 2. (β) Quod, ſi quis bona diviſa, cum Fratre poſſideat, ex ſola ſanguinis conjunctione non præſumatur donare, quod in reparanda 144 communia ædificia vel in litem communem impendit, quia ratione ſuæ portionis id videtur feciſſe, & ideo repetitionem habeat *L. Si communes cum Gloſſa ff. d. N. G. L. Qui aliena §. ult. eod. L. ex parte in pr. ff. famil. erciſcund. L. Sive pro fratre ff. d. N. G* Ruin. *conſil.* 101.

Limitatur tamen, ut ex Conſanguinitatis vinculo præſumatur 145 donatio (1) Si agatur de rebus exiguis vel modicæ æſtimationis. Quam aſſertionem nullam recipere dubitationem docet Mantica *proxime all. loc. n.* 7. *argum. L. ex anno & L. utrum ff. d. Donat. inter V. & U. L. Omnimodo ff. d. impenſis in rem dot. fact.* Fulgo *conſil.* 72. *in fin.* Menoch. *d. A. J. Q. caſ* 88. Maſcard. *d. Probat. concl* 555. *n.* 44. Cum, ſicuti im- 146 modica donatio præſumitur furioſa, Boer. *quæſt.* 23. *n* 64. Socin. Jun. *Vol.* 2. *conſil.* 95. *n.* 20. ita modica facile præſumitur. Maſcard. cum 147 inibi all. Ddbus *d. l. n.* 45. & Mantica *d. t.* 19. *n.* 7. ubi addit, fratrem ex cauſa pietatis præſumi aluiſſe fratrem, ſi impenſæ ſint modicæ, inſpectis ejus facultatibus. *L. ex duobus §. Titium ff. d. N. G.* Cravett. *conſil.* 86. *n.* 3. Corn. *lib.* 4. *conſil.* 214. *n.* 15.

Limitatur (2) Si alia cauſa non appareat, ex qua tolleretur donationis præſumtio. Tunc enim ſola conſanguinitas ſufficit ad inducendam donationis præſumtionem, quæ hoc caſu & inter extraneos locum haberet. Dec *conſ.* 267. *n.* 1. *ad fin.* Mantica *d. l. n.* 14. Alban. 148 *in conſil.* 12. *n.* 7. Maſcard. *concl* 555. *n.* 43.

Cum autem teſte Abb. *poſt Gloſſ. in c. requæſiſti n.* 13. *cum ſeqq.* Co- 149 varruv. *n.* 7. *de Teſt.* Alex. *in L. exigendi n.* 16. Jaſon. *n.* 4. *C. d. Procurat.* quod conſtitutum eſt inter Conjunctos ratione affectionis ſanguinis, etiam obtineat inter amicos ratione familiaritatis, vera amicitia ſæpe Conſanguinitatis rationem ſuperante *L. Nemo dubitat.*

§. *qui frater non est ff. de Hæred. instit.* juncto Valer. Max. *lib. 4. in pr. &* Cicer. *lib. 1. Offic.* Quæ de Consanguineis diximus Amicis intima familiaritate junctis applicari volumus. Cardin. Mantica. *d. tac. & Ambig. Conv. lib. 13. Tit. 20. n. 5.* cum inibi plena manu alleg. Ddbus.

150 Visa hucusque prima Donationis præsumtæ conjectura, puta donantis pietate, juncto studiorum alimentorumque favore instituti nos urgere ratio videtur ad alias conjecturas Donationis Præsumtæ inductivas succincta brevitate progredi, quas inter secundo collocamus loco, *Dotis favorem*, qui semper præcipuus est. *L. 1. ff solut. matrim.* & cujus intuitu Legislatores non semel à communibus juris regulis
151 recesserunt. Dd. *ad Tit. ff. & C. d. jur. Dot.* Inde concludentes: Extra-
152 neum (cujus appellatione omnis continetur, qui non est ex Ascendentibus masculis, personam in potestate habentibus. Brunnem. *ad L. un. § 3. C. d. R. U.*) puellæ dotemdantem, eandem præsumi donasse, si à marito illius uxoris eandem sibi soluto matrimonio reddi non est stipulatus. Quæ conclusio probatur *per text. L. ult. C. d. jur. dot. & L. unic. § 13. inibi. cum donasse magis mulieri, quam sibi aliquod jus servasse extraneus non stipulando videatur. C. d. R. U. A.* Quod singulare & dotis favore ita spe cialiter constitutum esse docet Mascard. *d. Probat. conclus. 555. n. 77.* Mantica *d. tac. & ambig. conv. lib. 13. Tit. 13.* Brunnem. *ad L. unic. § 13. C. d. R. U. A.* Parisius *lib. 2. cons. 12 n. 109.* Socin. Jun. *cons. 79. n. 7. lib. 3.* Menoch. *d. A. J. Q. cas. 88. n. 36.* Ubi hanc conclusionem cum suis Ampliationibus & Limitationibus fusius examinat, ad quem B. L. remittimus.

153 Dotis accessoria sunt *Impensæ Nuptiales, Subsidium Paternum, Arrha Sponsalitia*, nec non *Vestimenta & Ornamenta Nuptialia.* Carpzov. *P. 3. C. 11. Def. 21. n. 1.* in quibus, quid circa Donationem Præsumtam juris sit, occasione dotis paucis examinabimus; Et quidem, quod Impensas Nuptiales aut Sumtus convivii nuptialis attinet, nulli dubitamus
154 asserere, Patrem in dubio hosce sumtus præsumi donasse. Carpz. *P. 3. C. 11. Def. 21.* Unde neque liberi collationis necessitate, quoad hosce
155 sumtus gravabuntur. Vinn. *d. collat. c. 13. n. 1.* Hahn. ad Wes. *d. coll. dot. n. 3. verb. sumtus nuptiarum.* Michal. d. Fratrib. *P. 1. C. 28. n. 2.* Brunner.
156 *d. collat. cap. 4. n. 828. inibique copiose alleg. Ddres.* Cum enim Pater hosce

hosce sumtus pro honore & existimatione propria faciat, Haunold. *d. J. & J. Tom. 2. Tract. 6 c. 8. Contrar. 10. n. 561.* Molina *Tr. 2. Disp. 238. n. 12.* Fagundez. *de Just. & Contract.* L. 4. c. 7. n. 7. insuperque necessa- 157
riæ elocationis accessorium sint hi sumtus, quippe quibus sine commode elocari filia non potest. Carpzov. *proxim. alleg. loc.* non præsumitur Pater hosce sumtus repetendi, sed donandi animo subministrasse, nisi de contraria Patris voluntate constiterit, de qua undenam constare possit docet Stryk *in Disp. d. collat. Descend. c. 4. §. 8.* Ali- 158
ter vero se res habet in *Arrhis Sponsalitiis*, nec non *Vestimentis* ac *Ornamentis Nuptialibus*, ut Pater hæc non donandi animo videatur suppeditasse, neque filia elocata res istas, tanquam præcipuas lucrari possit, sed teneatur donationem liquido probare. Coler. *Dec. 62. n. 34.* Rauchbar. *q. 17.* Daniel. Möller. *ad Const. 11. n. 14.* Gail. 2. *Obs. 91.* Stryk. *d. l. §.* 159
10. & 11. & Carpzov. *P. 3. C. 11. Def. 11.* ubi id præjudicio confirmat, & *Def. seq. ubi n. 2.* docet: Cum *Arrharum Sponsalitiarum* nomine ut plurimum catenæ aureæ, brachialia aliaque pretiosa jocalia dentur, utique non præsumi Parentes absque onere collationis ea liberis donasse, jungatur Bartolus *in L. si Pater in pr. ff. d. Donat.* Ubi ex numero liberorum & quantitate ac qualitate rei dijudicandum esse subjicit, utrum Pater uni liberorum hæc donare voluerit.

Multo minus autem dubitandum est de illis, quæ Pater filio de- 160
dit in *Subsidium Paternum*, zur väterlichen Hülffe oder Zuschub zur Haußhaltung / quin præsumatur Pater non donandi affectu, sed cum onere collationis hæc uni filiorum, suppeditasse, Nisi plane exiguum 161
fuerit, quo eo nomine filius accepit, per rationes, quas videsis apud Carpzov. P. 3. *c. 11. Def. 15.* Conferatur Stryk. *d. l.* §. 12.

Tertia Præsumtæ donationis conjectura est, quæ desumitur à 162
Qualitate & conditione Dantis & Accipientis, ut si *ille* Divitiis abundet, & Nobilitate ac Claritate præstet, *Hic* vero tenuioris fortunæ sit, in dubio donatio præsumatur, Johann. Lupus *ad Rubr. d. Donat. inter V. & U. §. 1. n. 9.* Petr. Peckius *Tr. d. Test. Conjug. Lib. 2. c. 6. n. 4.* Marian. Socin. *Consil. 55. n. 20. Vol. 1.* Mascard. *d. Probat. Vol. 1. Concl. 555. n. 58.* Menoch. *d. A. J. Q. Cas. 88. n. 49.* Mantica. *d. tac. & ambig. Conv. Lib. 13. Tit. 17. n. 7.* junctis Bocer. *d. Donat. Cap. 1. P. 20.* & Johan. Vincent. Hondede *Consult. 30. n. 1. 2. & 19. Vol. 19. Vol. 2.* §. 3. præprimis si res do- 163
nata non sit quantivis pretii, Mascard. *d. l. n. 63. seq.* Socin. *Consil. 79.*

163 *num.99. Lib.8.* Menoch. *Consil.1. n.215.& d. A.J. Q. Cas.88.n.* 50. *&* 51. Rationem hujus asserti sumunt partim inde, quod dives, quique omni
164 rerum copia abundat, facilius præsumatur donare. *Purpurat. in* L. *cum quid. ff. si certum petat. n.* 121. Roman. *Singular.* 650. Corneus. *Consil.* 81. *Col. 1. Lib. 1.* partim, quod donare sit Ornamentum Nobilium. Fo-
165 ming *Consil. 12. n. 27. Vol.* 1. Carpzov. *P. 2. C. 42. D. 16. n. 6.* Dec. *R. 66. n.* 36. *Vol.* 43. Laus. Regum. *Anton.* Corset. *De Potest. Reg. p. 1. n.* 15. Gail. 2. *Obs. 61. n. 6.* Matta. *Consil.* 554. *n.* 33. *Tom.* 3. Gloria principum. *L pen.*
166 *C. d. Donat. inter V. & U.* Reusner. *Dec. 4. num.* 51. *Lib.* 4. Cravett. *Consil.* 369. *n.* 73. & proprium, Senatorum. Nolden *d. Statu Nobili. cap. 2. n.* 30.
197 §. 3. Vivius. *1. Dec.* 86. *n.* 11. Barbos. *Lib. 4. Axiom. 8. cap.* 49. ut hinc ele-
168 ganter Gregorius *in cap. 1. d. Donat.* dixisse audiat: Hanc sibi Nobilitatis Legem imponere Nobilem, ut debere se, quod sponte tribuit existimet, & nisi in beneficiis suis creverit, nil se præstitisse putet, quem textum litteris aureis, aut si quid auro pretiosius est scribendum putat Tiraquell. de Nobilitat. *cap.* 37. *n.* 34. Gail. 2. *Obs.* 72. *n* 9. & Corneus.
169 *1. Cons. 26. n. 8. & 2. Cons. 86. n. 12.* Nos vero hoc assertum non extra omnem dubietatis aleam positum remur: præterquam enim, quod
170 hic distinguendum autumemus inter Nobiles in summa dignitate constitutos, & illos qui sunt inferioris ordinis, ut in illis v.c. principibus, facilior sit donationis præsumtio, quam in his. Alciat. *Consil.* 28. *n.* 7. *ad fin.*
171 *lib.* 6. Decian. *cap.* 25. *n.* 60. *lib.* 1. & Menoch. *Consil.* 191. *n.* 24. juncto Mantic. *d. tac. & ambig. Conv. Lib.* 13. *Tit.* 17. *n.* 8. & 14. facilius largimur Menoch. *d. A. J. Q. Cas.* 88. *n.* 50. & Jasoni *Consil.* 45. *n.* 3. *in fin. Lib.* 1. cum hunc casum expresso jure decisum nullibi reperire aut probare sit, hanc donationis
172 præsumtionem tunc induci, cum actus à Nobile gestus donationi con-
173 veniat, aut aliæ concurrant conjecturæ donationis inductivæ, qualem casum refert Brunnem. *ad L. Procula* 26. *ff. d. Probat. n.* 4. quo persona Illustris Principis alicujus potentissimi primario Ministro 4000. thal. dari jussit, *nulla accepta recognitione*, ubi pro Donatione præsumta respondit Facultas Viadrina Mens. Septembr. Anni 1661. (1) quia nulla recognitio data (2) egregia Donatarii merita erga donantem in Aula præstita exstitere (3) Donans persona Illustrissima & Dives fuit.

174 Quartò præsumitur Donatio *ex concursu plurium causarum*, quia ex pluribus, etiam diversi generis conjecturis, quæ ad eundem finem

nem tendunt, præsumtio sumi potest. Baldus *in cap.* 1. §. *cum autem n.* 175
8. d. contr. invest Mantica. *d. tac. & ambig. Conv. Lib. 13. tit. 16. n. 5.* Nam
unum verisimile additum aliis verisimilibus facit plenam probatio- 176
nem Socin. Sen. 1. *Cons.* 149. *n.* 8. & 2. *Cons.* 187. *n.* 17. Cravet. *Consil.* 250. 177
n. 19. adeo ut Judex in causis civilibus inde sententiam ferre possit.
Bald. *in* L. *ult. ff quod met. caus. n.* 4. Hinc recte scribit Quintilianus *in
Instit. orat. Lib.* 5. *in cap. d. Usu argumentorum.* Quod si non possint va- 178
lere argumenta, quia magna non sunt, valere saltem debeant, quia
multa sunt, cum quæ singula non prosunt, collecta tamen juvent.
Gloss. in L. *Stipulatus in pr. ff. d. de Usur. & in* L. *instrumenta C d. Probat.* 179
Paulus Castrensis *Consil.* 65. *n.* 1. *in fin. L.* 1. & Socin. Junn. *Consil.* 70. *n.*
17. *lib.* 6. Elegantissimum hujus rei exemplum exhibet JCtus Papinia- 180
nus *in L. Procula* 26. *ff. d. Probat.* ubi Fideicommissum à Sorore Fratri
donandi animo tacite præsumitur remissum, si simul concurrant (1)
Causa consanguinitatis seu sanguinis conjunctio (2) utrinque sæpius
facta crediti & debiti calculatio & nulla unquam ipsius Fideicommis-
si habita mentio s. petitio & (3) Temporis diuturnitas. Rom. *in L. quæ
dotis. n.* 10. *ff. solut. Matrim.* Mascard. *d. Probat. Concl.* 555. *n.* 38 Nevisa-
nus *Cons.* 57. *n* 16. *seq.* Curtius Sen. *in* L. *Siquidem n.* 7. *in fin. C. d. transact.*
Mantica *d. l. tit.* 19. *n.* 6 & Brunnem. *ad d. L.* 26. *ff. d. Probat.* ubi n. 4.
aliud adhuc subjicit exemplum in Patre, qui mutuo dederat filiæ & 181
(2) longo tempore intercedente (3) à filia vicissim aliam summam ac-
ceperat mutuo, nullaque illius debiti facta mentione se arcte obliga-
verat ad summæ à filia mutuo acceptæ restitutionem, q. c. delato fi-
liæ juramento suppletorio, pro donatione præsumta respondisse Fa-
cultatem Viadrinam Mens. Januar. Anni. 1667. inibi addit prælauda-
tus Brunnem. eo, quod in h. c. [1] cum sanguinis conjunctione con-
currat. [2] Temporis diuturnitas (3) arcta ad restituendum Patris ob-
ligatio, nulla (4) facta mentione mutui à *Patre* filiæ dati. Verum,
an sine hæsitatione huic sententiæ subscribendum sit, non sine ratio- 182
ne forsan quis dubitaverit. *Præterquam* enim, quod in mutuo
aperte contracto non possit non de credendi animo donationem præ-
sumtam excludente liquido constare, & (2) ubi alia conjectura capi
potest præsumtio donationis cesset, insuperque (3) Compensatio ad- 183
huc admittatur etiamsi jurato quis se soluturum promiserit. Fachin.
1. Controv. 7. Covarruv. *in c. quamvis. P.* 1. §. 4. *n.* 8. *d. Pact. in* 6. Treutl.

Vol.

Vol. 1. Disp. 25. *th.* 11. *Lit. A.* Schnobel. *Disp.* 10. *ad Tit. d. Compensat.* §. 9. cum compensatio in effectu sit solutio, solus temporis lapsus & omissa prioris crediti mentio donationem præsumtam haud inducent. Facilius autem Exemplum *L.* 44. *ff. d. N. G.* admiserimus, ubi qui
184 Paterna amicitia juvit Amici filium, cum à suspectis tutoribus fraudaretur, impensam donasse præsumi dicitur, quod ita constitutum esse asserit Menochius *d. A. J. Q. Cas.* 88. *n.* 61. ob concursum harum trium causarum (1) Amicitiæ (2) Pietatis causæ, ne quis opprimatur. L. 44. *d. N. G.* [3] Modicarum impensarum (*vid. tn. L.* 6. § 6. *ff. eod.*)
185 jungatur Brunnem. *ad L.* 44. *ff. d. N. G.* Barthol. & Baldus *in L.* 2. *C. d. jur. dot.* qui ambo ex hactenus dictis inferunt: Procuratorem adjuvantem filium amici in judicio, præsumi ob amicitiam, quæ ipsi cum ejus Patre intercessit, eundem adjuvasse & ob id impensam seu salarium aliquod consequi nolle.

Quinto Præsumitur in dubio Donatio *Ex Casu Remunerationis*, ut,
186 qn. præcesserunt bene merita, & subsequitur datio alicujus rei, præsumatur tunc ob istiusmodi bene merita donatum. Ita communiter docent JCti vid. Mascard. *d. Probat. Concl.* 555. *n.* 46. Menoch. *d. A. J. Q. Cas.* 88. *n.* 53. Mantica *d. Tacit. & Ambig. Conv. d. l. tit.* 15. *per tot.* cum inibi plena manu adductis bene multis Ddbus *per L. si vero non remunerandi* 12. *§. inde Papinianus*. 8. *ff. Mandati* inibique Brunn. Bald. & Fulg.
187 Oritur enim ex donatione antidotalis obligatio *L. sed & si* 25. *§. Consuluit* 11. inibi quamvis ad remunerandum sibi aliquem obligaverint *ff. d. pet. hered.* L. *Si pignore* 54. *in pr. ibi: beneficii debitorem sibi acquirere ff. d. Furt.* quæ quidem parit hunc effectum, ut renumerandi causa donatio præsumatur. Mantica. *d. l. n.* 2. inibique *alleg.* Tiraquell. & Petr. Barbosa *in L. Qua dotis* 53. *ff. sol. matrim.* ubi pluribus §. 8. L. 12. *ff. Mandati* explicat.

188 Ampliat dicta JCti, ut renumerandi causa donatio præsumatur, *etiamsi illa meritorum æstimationem excedat:* Non enim debet animi gratitudo cum re pecuniaria compensari. Purpur. *in L. cum quid ff. si cert. pet. n.* 130. Rimin. jun. *Cons.* 9. *n.* 66. Menoch. *d.* L. *n.* 54. Siquidem oportet agros fertiles imitari, qui multo plus afferunt, quam acceperint. *Cic. lib.* 1. *Offic.* Quod tn. sub distinctione Manticæ *d. l. n.* 28. *seqq.* intellectum volumus. Limitatur prædicta conclusio (1) Modo ta-
189 men merita sint officialia vel artificialia L. *si Pater* §. 1. *L.* 27. *ff. d. Donat.*

Non

Non vero obsequialia, quorum intuitu, cum ex necessitate præstentur neque remunerationem expostulent, donatio non præsumitur. Vid. Hahn. ad. W. *Tit. d. Donat. n. 4. verb. nisi ob bene merita* Mantica *d. T. & A. C. Lib. 13. Tit. 15. n. 15.* inibique alleg. Ripa *in* L. *si unquam d. Revoc. donat. n.* 31. (2.) Et bene merita liquido probentur Vid. Mantica 190
d. l. n. 39. Bocer. *d. donat. c. 3. n. 15.* Menoch. *d. A. J. Q. Cas. 134.*

Sexto in dubio Præsumitur Donatio *Ex causa Pietatis* unde inferimus (1) Cum *Redemtio Captivorum* verè sit pia causa maximeque favorabilis L. *Sancimus inibique & Gloss. Ddres omnes C. d. S. S. Eccles. L. Si quis redemtione mihi piissimam administrationem.* C. *d. Donat.* Proinde si Mater (idem est in Patre) filium captivum ab hostibus redemerit, magis animo donandi ex *Causa Pietatis*, quam repetendi pretium præsumitur redemisse *per L. Liber captus 17. C. De Postlim. revers. inibique* Brunnem. Advertendum autem hic probe est: Non solum Redemtionis favorem h. c. inducere donationis præsumtionem, sed junctum voto & affectui materno, quibus Mater potius in personam suam, quam in filii videtur impendisse, quod curatè observavit cum Menochio *d. A. J. Q. Cas. 88. n. 29.* proximè alleg. Brunnemannus *ad* L. *27. C. d. t.* Sequeretur enim alias, quod & Frater redimens captivum Fratrem lytron præsumatur donasse, quod tamen, cum in Fratre non sit tanta affectio, quanta est in Matre, negant *Ddres ad d. L. 17. C. d. Postlimin. revers. vid.* Alex. *Consil 99. in fin. lib.* 1. Dec. *Consil.* 58. *n.* 8. Mantica *d. T. & A. C. lib. 13. Tit. 13. Tit. n. 8. & Tit. 19. n. 6.* Brunnem. *ad d.* L. 17. *&* Menoch. *d. A. J. Q. Cas. 88. n. 29.* præprimis cum in Fratribus regulariter non præsumatur donatio, si alter pro altero utiliter impendat. L. *ex duobus fratribus in pr.* L. *pen. ff. d. N. G. &* L. *Sive pro fratre C. eod.* & ideo, si frater solverit, præsumitur solvisse animo repetendi. *L. Si negotium* inibique Ddres C. *d. N. G.*

191 192 193 194 195 196 197

Illud autem, quod Ddres communiter hinc inferunt; Quod Pater, si Filius Studiosus propter delictum forsan ad carcerem condemnatus sit, pro redimendo filio solvens lytron, videatur donasse, ita, ut Filius illud conferre olim non teneatur. Carpzov. *P 3 C. 11. Def. 25.* Boër. *Cons. 1. n. 12.* Mantica *d. T. & A. C. lib.* 13 *Tit. 11. n. 11. inibique alleg. Ddres.* nobis admodum dubium videtur, cum talis modi Filius non favore Legis, sed odio dignus sit argum. *L. auxilium 37. ff. d. Minorib.* Hinc in contrariam abimus sententiam cum Excell. Strykio. 198 199

Diss. d. Collat. Descend. c. 4. §. *18.* Vinnio *De Collat. c.* 13. *n.* 10. Michalor. *P.* 1. *c. 30.* & Dasselio *Consil.* 38. *n.* 19. ubi docet: Neminem ex delicto
200 debere habere beneficium, eo, quod illud excludat privilegium *per L. Relegatorum* §. *fin. ff. d. Interd. & releg.*

202 Inferimus ex Regula *n. 161.* (2) Cum Sumptus Funeris actione funeraria tum demum is, qui impendit, repetere possit. Si (1) sint necessarii (2) Non immodici, & (3) animo contrahendi seu recipiendi seu recipiendi, per expressam protestationem expendentis erogati. Eckholt. *ad Tit. ff. d. Relig. & sumt. fun.* §. 2. Menoch. *Consil.* 416. *num.* 2. Brunnem. *ad L.* 14. §. 7. *ff. d. Religios.* omissa hac protestatione, in dubio intuitu *Pietatis* & donandi affectu impendentem eosdem fecisse sumtus præsumi. *L.* 14. §. 7. *ff. d. Religios. & sumpt. fun.* inibi: quis enim sine Pietatis intuitu alienum cadaver funerat. vid. Eckolt. *supr. alleg. loc.* & Brunnem. *ad d. L.* præprimis si pro Paupere hæ impensæ factæ sint. Mantica. *d. T. & A. C. Lib.* 13. *tit.* 11. *in fin.*

203 Septimo in dubio Præsumitur Donatio *Ex Defectu alterius Tituli* i. e. quando cessat omnis alia conjectura. Hinc JCti talem tradunt Regulam: Quotiescunque alius Titulus non probatur, Donatio præsumitur *L. Campanus ff. d. Oper. liber.* Paul. Castrens. *in L. quæ dotis n.* 5. *ff. solut. matrim.* Jason. *in L. qui fundum per fidei commissum n.* 18. *& sequ. d. Leg.* 1. Curt. jun. *in Consil.* 131. *n.* 3. *seq.* & Mantica *d. Tr. Tit.* x. *n.* 10. Mascard. *d. Probat.* 2. *Vol. Concl.* 555. *n.* 98. inibique cit. Baldus. *Consil.* 378. *n.* 7. *Vol.* 5.

204 Ex qua Juris Theorica inferimus: (1.) Quod, qui pro invito solvit, præsumatur donasse, ut contra debitorem, pro quo solvit, neque mandati neque negotiorum gestorum actionem habeat, *per L. fin. C. d. N. G.* inibique Brunnem. cessante ob expressam prohibitionem præsumta voluntate, ut ut debitorem hac sua solutione à debiti & æris vinculo liberet, *pr. J. Quibus mod. tol. oblig.* Non obstantibus L. 69 *ff. d. R. J. & L.* 156. *eod.* ubi dicitur: Invito beneficium non dari. Unde forsan quis non inepte inferet. E. Nec in invitum donationem transferri, neque beneficium donationis eidem præsumi tribui. R. n. est: Procedere dd. LL. si beneficium directo & immediate ad invitum dimanet, secus vero si per indirectum & saltem per consequentiam ad invitum perveniat, ut hoc nostro casu. *Zæs. ad ff. Tit. d. Solut. n.* 4. Brederod. *in Addit ad Schneidew. Quib mod. toll. Oblig. ad pr. n.* 7. *Litt, D,* inibique Ludwel. & Stryk. Quod pluribus deduxit Prænobiliss.

bilisſ. Dn. Præſes in Commentario Inſtitutionum, cujus deſiderantibus Dnis Auditoribus & Bibliopola edendi pronuper ſpem fecit. *h. t. Pr. verb. Sive ſciente ſeu ignorante.*

Ceſſat tamen Præſumta Donatio in illo, qui pro invito ſolvit aut 206
prohibentis negotia gerit, quoties ſalus publica nihilominus has expenſas deſiderat e. g. ſi prohibeat quis domum ruinæ proximam reficere contra *L. 2. ff. d. tign junct.* vel funeris impenſam ſuſcipere, Surdus *Dec. 255. n.* 14. Cognatus *ad* L. *invito 69. n. 7. ff. d. R. J. &* Brunnem. *ad L. 14. §. 12. n. 28. ff. d. Relig. & ſumt. fun.* aut filio ſtudiorum ſumtus ſuppeditare, & tamen non obſtante hac prohibitione, utpote quæ nullius momenti eſt, quis prohibentis negotia gesſerit. Cenſetur enim in effectu hoc caſu non prohibuiſſe, cum jura ob publicam ſalutem talismodi prohibitiones non admittant: Sicuti enim pacta, 207
ita & proteſtationes ſeu prohibitiones contra publicam utilitatem nil operantur *L. 38. ff. d. Pact.* Gomez Var. *Reſolut. c. 13. n. 1.* Coſtal. Adverſar. *ad L. ſi autem 8. §. Julianus 3. ff. d. N. G.* Strykius *Tr. d. Cautel. in Contract. neceſſ. Sect. 3. c. 1. § 2. in fin.* & in Not. ad Inſt. *tit. d. Obligat. quæ qſ. ex Contract. §. 1. verb. Deſerentur, negotia* inibique Dn. Præſes.

Inferimus (2) illum, qui indebitum ſcienter ſolvit, præſumi illud 208
donaſſe, per textum expresſum *L. 53. ff. d. R. J.* ubi JCtus Paulus hanc ſiſtit Regulam: Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſulto dati donatio eſt. *jung. L. 1. in fin. ff. d. Condict. indeb.* inibique Brunnem. *L. 9. C. eod. &* Idem *ad L. 29. ff. d. Donat. & 82. d. R. J.* vid. Mantica *d. T. & A. C. Lib. 13. Tit. 10. n. 10.* Maſcard. *d. Probat. Vol. 2. Concl. 555. n. 106.* Menoch. *d. A. J. Q. Caſ.* 88. *n 57. & L. 3. d. Præſumt. P. 31. per tot.* Bocer. *d. Donat. c. 1 n. 19.* ubi pro hac ſententia duas ſubjicit rationes. Exem- 209
plum eſt in *L. Campanus 47. ff. d. Oper. libert.* ubi libertus ex fidei commiſſo manumiſſus ſciens ſe libertatem non conſequi beneficio hæredis, proindeque ſe eidem ad operarum præſtationem, neutiquam obligatum eſſe, ſi patiatur ſe ad operas obligari, dicitur obligari ad earundem præſtationem, addita ratione: quod præſumatur donaſſe. vid. Brunn. *ad L. d. n. 1.* Menoch. *d. Præſ. Lib. 3. Præſ. 31. & d. A. J. Q. Caſ. 88. n. 56.* Loriat. *d. Transact. axiom.* 39. Aliud Exemplum eſt in *L. Rogaſti 11. §. 1. ff. d. R. C.* ubi Reſpondet JCtus Paulus: Quod qui decem dedit &

scienter pepegit, ut novem restituantur, dicatur illud unum donasse. Lorottus *d. L. axiom. 15. lit. D.* Menoch. *d. Præs. lib. 3. Præs. 31. n. 6.* Brunnem. Bartol. Jason. & Dec. *ad d. L. 11. d. Reb. C.*

211 Limitatur tamen prædicta sententia, modo (1.) aliquam donationis conjectura inscienter indebitum solvente capi non possit. Franzk. *ad tit. ff. d. condict. indeb. n. 24.* Lauterb. *eod. th. 15.* Brunnem. *ad L. 1. ff. eod. n. 1.* Nam tunc sumi illa debet potius, quam quod hic solvens indebitum, voluerit donare. Menoch. *de Præsumt. Lib. 3. Præs. 31. num. 11.* Alex. *Lib. 3. Cons. 114. in fin.* Bellonus *in J. Tit. quib. mod. re contrah. Oblig. §. 1. n. 14.* Baldus & Jason. *L. 1. ff. d. Cond. indeb.* Exemplum hujus Limitationis desumunt Ddres *ex L. Si non sortem 26. pr. ff. d. Condict. in-*
212 *deb.* ubi dicitur: Quod Debitor indebitas usuras ultra modum *in L. 26. §. 1. ff. d. Usur.* descriptum, sciens solvens, non prohibeatur illas repetere condictione indebiti; vel sorti imputare, quia non donandi animo, sed ne in restitutione sortis principalis vexetur, majores usuras solvisse præsumitur. Mantica. *d. l. n. 12.* Menoch. *d. Præsumt. 31. n. 11.* Brunn. *ad L. 1. & 26. ff. d. Cond. indeb.* Tiraquell. *d. Retract. Conv. §. 36. Gloss. 2. n. 152.*

213 Limitatur (2.) Modo, qui accipit indebitum, indebitum esse non ignoraverit. Ratio: quia ignorans non consentit, ei autem, qui non consentit, donatio facta dici nequit *per L. 18. ff. d. R. C.* Guilhelmus Maynerius *ad L. Cujus per errorem ff. d. R. J. n. 51. & 52.* Mantica *d. l. n. 11.* Hilliger in Donell. *Lib. 14. c. 14. Litt. A.* Molina *d. J. & J. Disp. 567. n. 3.* Brunnem. *ad L. 1. ff. & L. 9. d. Condict. indeb.* inibique alleg. Tiraq.

Limitatur. (3) Modo non solverit sciens indebitum ex illa cau-
214 sa, ex qua lis crescit inficiando: Quamvis enim illud repetere quidem non possit condictione indebiti. *§ fin. J. d. Oblig. quæ qs. ex contract.*
215 *L. Ea quæ 4. C. d. Cond. indeb.* Cujus rationem dat Vinnius *in Comm. Maj. d. §. 7 fin* non tamen tam donasse, quam potius transactionis nomine dedisse præsumatur. vid. Brunnem. *ad L. 4. C. d. Cond. indeb.* Harpr. *ad §. d. J. d. Oblig. quæ qsi ex contract.* Conferantur *Notata* Dni. Præsidis *ad d. §. fin.*

Inferimus ex Regula *n. 293.* (3.) Creditorem scienter in judi-
216 cio & falso asserentem Debitorem sibi non debere, præsumi donasse.

nasse. vid. Brunnem. *ad* L.29. *ff. d. Donat, n.1.* Cujus ratio est, quod
(1) de illo, qui sciens Titium debere, in judicio ipsum non debere
fassus est, cum id nulla faciat necessitate coactus, non alia quam dona-
tionis conjectura capi possit. (2) quod in exceptione falsitatem sic- 217
que propriam turpitudinem allegando audiri non debeat argum.
L.37. *ff. d. Minorib.* & (3) quod pro judicato habeatur, qui sciens fal- 218
sum fatetur. Donell. *lib.28. c.1. lit. O.* Brunnem. *proxime alleg. loc. n.2.*

Inferimus (4) Creditorem debitori reddentem Chirographum, 219
debitum præsumi donasse *per* L.2. § 1. *ff. d. Pact.* ubi Respondet JCtus
Paulus; Si debitori meo reddiderim cautionem, videri inter nos con-
venisse, ne peterem, juncta *L.7. C. d. Remissione pign.* L.18. §.2 *ff. d. Donat.
mort. causa.* Ratio hujus illationis est, quod in Chirographo omne 220
jus debiti consistat. Brunnem. *ad* L.2. §.1. *ff. d. Pact. n.6.* Menoch. *lib.3.
Præs.140. n.2.* Dn. Præses in prælect. ff. arum ad Schnobelii. *Disp.2. n.24.
verb. Reddito.* cum sine eo, de proprio credito constare non posset. *L. Qui
Chirographum ff. d. leg.3.* neque ulla alia redditionis instrumenti utili- 221
tas esse ac finis, quam remissio & crediti donatio. Brunnem. *ad L.2. ff. d.
pact. & L.3. §.1. d. liberat. leg. item ad L.7. C. d. remiss. pig.* Mindan *d. Mand.
lib.2. c.20.* Wammes. *cent. 4. consil. 22. n.7. seq.* Carpzov *P.2. C.29. Def.12.
per tot.*

Limitatur autem hæc illatio (1) ut procedat, modo debitor proba- 222
verit sibi à Creditore, vel Creditoris Mandatario speciale ad id man-
datum habente, redditam esse cautionem, cum sola chirographi pos-
sessio præsumtam hanc donationem haud inducat. Anton. Faber. *in
C. lib.8. Tit.29. Df.1. n* 1. & Carpzov. *præcitato loc.* Menoch. d. l. n.20. ubi
addit: Quod h. c. præsumatur debitor Chirographum aliunde ha-
buisse, sine consensu ipsius Creditoris, præsertim si debitor sit persona
domestica. Cravetta *consil.500. n.3.* Garzias *ad L.2. in fin. ff. d. Pact.*
aut Creditor probet se instrumentum amisisse.

Limitatur (2) Modo alia conjectura capi non possit. Hinc 223
cessat Præsumtæ Donationis conjectura, quando restitutio chirogra-
phi ob alium quam remissionis finem facta est. Brunnem. *ad L.2. ff. d.
pactis n.4.* Mevius *P.5. Dec.405.* Hinc recte concludunt Bartolus *in
L.2. ff. d. Pact. n.3.* & Jason. *ibid. n.11.* cum Socino *in Tr. Fallent.
Regula 9. fallent. 1.* Si, cum litigares cum aliquo de venditione à me 224
tibi facta, dederim tibi instrumentum continens promissio-
nem pretii, quo te contra evincentem defenderes, me non præsumi

tradidisse instrumentum animo remittendi debitum seu donandi. vid. Menoch. *L.3. Præs.141.n.18.* ubi adhuc duo alia recenset exempla.

225 Quod autem de reddito chirographo diximus, ad pignus extendi nolumus, ut & ejus redditione remissio debiti præsumatur *per expressam L.3. ff. d. Pact.* Neguzantius *d. pignorib. membr.1. Part.3. n.15.* Sal-
226 gado *in Labyrint. Cred. P.1.c.29.* Menoch. *3. Præs.40. a. 24.* Ratio differentiæ est, quod per supr. dicta *n.*219. in chirographo ipsa principalis obligatio contineatur. *L. Servum filii 44. §. cum qui 5. ff. D. leg.1. L. Qui chirographum 59. ff. d. leg.3.* L. 1. *C. d. Donat.* cujus nec alia utilitas aut finis esse potest; Quod secus est in pignore: Ejus enim obligatio à debito principali separata est, cujus saltem quædam accessio est. *Nov.4. & L. In omnibus 43. ff. d. solut.* Ut hinc non præsumi oporteat, eum qui pignus saltem reddidit, cogitasse simul de ipso debito remittendo Vin-
227 nius *in Tr. d. Pactis c.12. n.10. in fin.* Accedit quod ejus usus possit citra remissionem debiti esse, sc. ut alteri pignori detur. Brunnem. *ad L.2. §.1. ff. d. Pact. & ad L 7. C. d. Remiss. pign.*

228 Inferimus (5) Illum, qui alteri pecuniam dedit, ut aliquid faciat in suo loco, quod ceteroquin facturus non erat, præsumi illam pecuniam donasse *per Legem, sed si mors notabilem 13. §. fin. de Donat. inter V. & U.* Ubi JCtus Ulpianus post Neratium: Datum, ait, ad villam extruendam, vel agrum serendum, quod alioquin facturus non erat is, qui accepit, in speciem donationis cadit Brunnem *ad d.* L.13. *ff. d. Donat. inter V. & U.* Mascard. *d. Probat. Concl.555. Vol.2. n.52.* Bocer. *d. Donat cap.1. in fin.* Menoch. 3. *Præs.32. n.2.* jungatur Mantica *d. T. & A. C. lib.12. Tit.10. n.19.*

229 Inferimus (6) Illum, qui scienter ædificat in fundo alieno præsumi ædificium donasse *per expressam* L.7. §.12. *ff. d. A. R. D. &* L.5. *C. d. ædific. privat.* & hanc juris esse præsumtionem docent Lucas de Penna L.3. *Præs.*147. C. *d. Apochis publ. lib.10.* Alexand. *in* L. *sumtus ff. d. leg 1.* Menoch. *lib.3. Præs.32. n.1.* Bocer. *d. Donat. c.1. in fin.* jungatur Stryk. *ad §.30. J. d. R. D.* & Dnus Hoppius olim Professor, jam Syndicus Gedanensis gravissimus *in elegantissimo Examine J. d. §.30.*

230 Inferimus (7) Patrem, re simpliciter filio tradita, patientem filium fructus inde percipere, deque illis & rei proprietate pro lubitu suo disponere præsumi rem ipsam donasse. Menoch. *d.* P*ræs. lib.3.* P*ræs.30. n.53.* ubi hanc assertionem fusius examinat. Puteus *in Dec. 84. lib. 2. n.3.*

Infe-

Inferimus (8) Illum qui sua impensa immaturos fructus è fundo 231
alieno, *quem non possidet*, collegit, impensam præsumi donasse *per expressam* L. 27. §. 25. *ff. ad* L. *Aquilam verb. Cum tibi etiam impensas donaverit* Brunnem. *ad d.* L. 27. *n.* 32. ubi hunc textum, quod præsumtæ Donationis casum exhibeat, notandum esse docet jungatur Menoch. *d. præsumt. lib.* 3. *Præs.* 33. *n.* 3.

Nec Obstat L. 38. *ff. d. pet. hæred.* ad quam doctissime respondet 232
Brunnem. *d. l. n.* 31.

Inferimus (9) patronum consentientem nuptiis libertæ, præsumi 233
jus operarum eidem donasse *per* L. *Sicut.* 48. *pr. ff. d. Oper. libert.* ubi JCtus Hermogenianus hanc subjungit rationem, quod Uxor Marito operari debeat. vid. Brunnem. *ad d. l.* Pet. de Ubald. *in Tract. d. Duobus Fratr.* P. 4. *qu.* 8. *n.* 27. Menoch. *d. Præs. lib.* 3. *Præs* 30. *in fin.* Tiraquell. *d.* LL. *Connub. Gloss.* 1. P. 1. *n.* 2. Gerh. *singul* 99. *n.* 4.

Inferimus (10) Patrem emancipantem filium *inter vivos*, nec 234
tamen emancipato peculium adimentem, præsumi peculium donasse *per apertam* L. 31. §. 1 *ff. d. Donat.* vid. Hopp. *ad* §. 1. *J. per quas person. cuique acquir. quæst.* 14.

Inferimus (11) Donare illum præsumi, qui exceptione munitus, 235
illa non utitur *per* L. *si quis delegaverit* 12. *ff. de Novat. inibi Similis videbatur illi, qui donat.* Mantica. *d. T. & A. C. lib.* 13. *Tit.* 10. *n.* 18. Bartol. *in* L. *ult. in pr. n.* 1. *ff. d. his quæ in fraud. cred.* Jason. *in* L. *Si fundum.* 10. *d. Leg.* 1.

Inferimus ultimo: Illum qui uno nummo locavit *per* L. 46. *ff.* 236
Locati vel uno nummo vendidit *per* L. 66. *ff. d. jur. dot. & l. eleganter* 3. *C. d. contrah. emt. juncta* L. 9. *C. eod.* præsumi donasse, jure imaginariam venditionẽ pro nulla interpretante ac accipiente *per* L. *Nuda* 55. *ff. d. contrah. emt. & L. imaginaria* 16. *ff. d. R. J.* Cujus imaginariæ
emptionis Exempla exstant *pr. J. d testam. & c.* 6. *J. quib. mod. jus p. p.* 237
solv. alibique passim, vid. Vinn. *ad* §. 1 *J. d. Emt.* Hopp. *d. l. qu.* 8. §. 1.
& Strykius *in Not ad J.* §. 1. *d. Emt.* ubi limitat hanc conclusionem, ut 238
uno nummo facta venditio tunc in donationem non incidat, si proportio sit inter nummum & rem vendendam v. c. si vendatur simila.

Et hæc de Conjecturis præsumtæ donationis dixisse suffi- 239
ciant, quod si tempore exclusi, nimiaque præpediti festinatione unum alterumve omiserimus casum facili B. L. negotio præmissis eundem adjunget.

Nunc

Nunc Paucis adhuc Effectus Præsumtæ Donationis digito saltem indicabimus quos integro alias capite exponere animus erat,
240 Hos inter primus esse noscitur, quod faciat cessare actionem nego-
241 tiorum gestorum *L.5. C.d. N. G. inibique* Brunnem. (2) Ut plurimum,
242 absolvat Donatarium à conferendi necessitate. (3) Quod vincat is, qui pro se habet militantem donationis præsumtionem, argum. *L.6.*
243 *C. Qui milit possunt.* (4) Admittat tamen probationem in contrarium,
244 (5) Rejiciat onus probandi in adversarium *L. 25. pr. §. 1. & §. fin. L.25.*
245 *ff. d. Probat. vid.* Eckholt & Ddres passim *ad Tit. d. Probat. & Præsumt.*

Unde definimus in illa regula: *Quicunque præsumtionis juris aut Hominis sunt effectus, hi etiam effectus præsumtæ Donationis esse noscuntur.*

SOLI DEO GLORIA.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

INVITO

NULLO PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO CONTRACTUS vel DELICTI.

QUAM
DECRETO atque AUTORITATE
MAGNIFICI JCtorum ORDINIS
IN ALMA ROSTOCHIENSI
PRÆSIDE
DN. JOHANNE Klein/
J. U. D.
FAUTORE AC PRÆCEPTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO
AD DIEM AUGUSTI ANNO M DC LXXXIX.
IN AUDITORIO MAJORI
BENEVOLÆ ERUDITORUM CENSURÆ
SUBJICIT
CHRISTOPH. Knobloch/
REGIOMONTE-PRUSSUS,
AUTOR ET RESPONDENS.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Sine contrahentium & eum effectu transferendi dominii alienare volentium consensu neque contractus neque alienatio subsistit 1

Leges neminem invitum *ad alienandum aut contrahendum obligant* 2

Neque permittunt invito *jus suum auferri* 3

Etiam ex plena Principis potestate 4

Cessat tamen hoc ob Publicam Utilitatem, Necessitatem, jus Eminentis Dominii & alias Causas, quas exhibet 5. *eum seqq.*

His enim casibus invitus *etiam sine facto Obligatorio Contractus aut Delicti quis facere aliquid patique cogitur* 8. *seqq.*

De hoc INVITO *agit præsens Disputatio, cujus Conspectum exhibet.* ult.

1 QUanquam equidem extra omnem dubietatis aleam positum esse facile concesserim, deficiente contrahentium valideque alienare volentium consensu atque libero omnino eorundem de rebus disponendi suis arbitrio, ceu primo obligationis ac transferendi in accipientem dominii fundamento exulante, neque in hunc dominium transire *L.35.ff. de A. R. D. juncto* §. *40. J. d. R. D. Vid.* Renneman. *in Jurisprud. Rom. Germ. Vol. 2. Disp. X. th. 8. lit. A.* neque efficaci contrahentes sibi invicem obligationis vinculo adstringi *L. Sicut 5. C. d. O. & A.* Mozzius *de Contract. Loc. Rubr. de Substantialibus 1.* Vincent. Carocus. *in Tr. de Locat. P. 1. Tit. De Substant. n. 1. p. m. 5. Vid.* Præ-
2 Nobiliss. Dn. Præses *in Dissert. de Gemmis Cap. 3. n. 9.* nullo non mecum fassuro, cum quilibet rerum suarum sit moderator ac arbiter *per l. 21. C. Mandat. Invitum* in suo aliquid *pati* aut *facere* teneri neminem, per notabilem *L. 14. inibi: quia gravis videtur injuria &c. ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti C. De Contrah. vend.* Mev. *p. 1. D. 208. n. 9.* Carpz. *p. 3. C. 15. D. 43.* legibus neque *invitum* ad alienandum neque ad contrahendum obligantibus *L. invitum 11. C. eod. l. Nec emere. 16. C. d. jur. deliber. l. Invitos 11. C. Locat. inibique* Brunnem. nec per-

permittentibus quidem, ut *invito* jus suum detrahatur §. 2. *J. d. his qui* 3
sui vel alien. juris sunt l. 4. C. d. Emancip. inibique Brunnem. & Ddres. aut
quod alterius est, ipsi *invito* auferatur *l. 11. ff. d. R. J.* Principis ipsius 4
plena potestate hisce neutiquam obicem ponente. Gail. 2. *Obs. 56. &*
143. Pincll. *ad Rubr. C. de rescind. vend. juncto* Fachin. *lib 8. Controv. 63.* Ne- 5
gari tamen non potest has similesque juris regulas tunc pati deliquium, quando vel *Publica utilitas*, ad quam tanquam finem Jurisprudentiæ ultimum & principalem omnes leges collimant, quamque intendunt unice quotquot vel circa ferendas vel applicandas vel exequendas leges desudant. *Vid.* Excell. Stryk. *in Dissert. d. Salut.* 6
Publ. Procem vel *Urgentissima Necessitas*, quæ non solum legibus non subest *l. 7 ff. d. adm. tut. L. 10. §. fin. ff. d. Excus. tut. l. 1. C. d. Oper. lib. l. Pro Tyronib. 3 C. d. Privil. dom. August. lib. XI. c. Licet 3. X. d. Feriis c. 5. in fin. De Consvetud.* sed & ipsa legem constituit *l. 27. ff. d. Manum. testam.* Chalderin. *Consil. 95.* Munos de Escobar. *de Ratiocin. administ. cap. 14.*
n. 10. seqq. Quodque hisce duobus validissimis innititur fulcris. Grot. 7
d. J. B. & P. lib. 2. Cap. 14. n. 7. Jus Supereminentis Dominii, Favor itidem Religionis, Pietatis, Fisci, Libertatis ac Liberationis, juncto rei Abusu *Invito* contrahendi vel alienandi necessitatem imponunt, utque faciat vel patiatur aliquid *invitus nullo prævio facto obligatorio Contractus aut delicti* Jure propitio urgent. Brunnem. *ad l. 16. C. d. Jur. Delib. & ad l. 11. C. d. Contrah. vend.* Barbos. *lib. 4. cap. 47. axiom. 14. inibique* Gamsius. Vasqv. 4. *Controv. 1.* Quod equidem animo subjiciens 8
meo, cum jussu Meorum Musis Varniacis propediem valedicturus de commoda Disputationis cujusdam materia cogitare cœpissem, constitui in hunc juris articulum pro ingenii modulo elaborandum, missis bene multis aliis, aliquam Talenti partem impendere exque juris nostri latifundio hinc inde dispersos Disputationis regulis includere casus, quibus INVITI NULLO PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO CONTRACTUS AUT DELICTI PATI FACEREQVE ALIQVID COGI POSSINT, certa lactatus spe, fore, ut *Candidus Lector* sortis humanæ haud ignarus, si qua, nobilitate præsentis materiæ accuratiorem limam merente ac desiderante, in tanto casuum cumulo me hallucinari aut labi deprehenderit, pro humanitate sua id benevola manu sit emendaturus ac indulgentius primis hisce juvenilibus conatibus condonaturus, concessurusque, ut, cum per omnia methodicæ artis regulis stricte

inhærere casuum varietas haud permittat, Disputantiũ libertate usus tribus subsequentibus hanc materiam capitibus inclusam expediam, quorum *Primum* exhibebit *Generalia de Inviti obligatione ac acceptione, juncta Rubricæ explicatione*. Secundum *complectetur casus, quibus Invitus aliquid nullo prævio facto obligatorio contractus aut delicti* facere *tenetur*. *Et* Tertium *occupabitur circa casus, quibus Invitus nullo prævio facto Obligatorio Contractus delicti aliquid cogitur* pati. Tu autem Ter Gloriose Deus, fac, ut, Te Auspice jacta alea cedat feliciter!

CAPUT I.

Exhibens

Generalia de inviti acceptione, divisione ac obligatione, juncta ejusdem descriptione & rubricæ explicatione.

SUMMARIA.

De Etymologia vocis Inviti *agitur remissive* 3. *seqq.*
Inviti *Descriptionem exhibet* 6
Vox inviti *sumitur* (1) Privative 7
(2) Negative 8
(3) Positive 9
Idque rursus bifariam vel pro contradictione 10
Vel pro non consensu 11
(4) Abusive 12
Alias significationes exhibet 14. & 15
Dividitur Invitum *in* sensu proprio (1) in invitum per violentiam 17. *seqq.*
(2) In Invitum per Coactionem 20. *seqq.*
(3) In Invitum per ignorantiam 23
Quæ versatur vel circa ipsum factum 24. *seqq.*
Vel facti circumstantias 26. *seqq.*
(4) In Invitum per Imprudentiam 28. *seqq.*
Quorsum etiam quodammodo refertur Invitum per infirmitatem 31
(5) In Invitum per obligationem, *descendentem vel ex quatuor*

tuor ordinariis causis, contractus, Quasi-contractus, Delicti & Quasi-delicti 33
Vel ex aliis causarum figuris 34
Prioris inviti *referuntur regulæ & exempla* 36. *seqq.*
Venditor præcise tenetur ad rei traditionem 39
Deque hoc hac Dissertatione non agitur 40
Sed de invito, *sine prævio facto obligatorio Contractus & Delicti* 41
Cujus Descriptionem exhibet ult.

DE *Invito* sine *prævio facto obligatorio* Contractus aut *Delicti* hisce pagellis acturus, operæ pretium haud esse facile auguror ac 1
præsentio multa curiositate in Natales τȢ *inviti* inquisivisse. Licet 2
enim haud diffitear, rerum quidem potiorem, verborum tamen priorem habendam esse rationem, monente Christophoro Besoldo *in Dissert. d. Regalib. th.* 1. *Thes. Pract. annexa arg. l.* 1. *ff d. J. & J. & l.* 1. *ff. d. R.* C. hisque non probe intellectis de Disputantium mente rite constare non posse Matth. Stephani *de Jdict. lib.* 1. *cap.* 1. Inutilem ta- 3
men illos suscipere operam remque actam agere autumo, qui vocis etymologiam in vulgus notam multo labore evolvere sibi sumunt temere, lectori hac opera nulli profuturi. Quare cum nemini non 4
facile liqueat, *Invitum* ab *In* augente & *vito*, quasi admodum vitante & adversante animo, teste Dno. Wulstorp. *in Mellific. Voc. Invitus*, quique hunc sequitur, *Excell. Dno.* Wildvogel *in Disp. de Damno Invito cap.* 1. *n. fin. junct.* Matth. Martin. *in Lex. Philolog. hac voce* derivari, alioque nomine *Involuntarium* Germ. ungern / unwillig / wider seinen Willen & Græcis ἀκούσιον dici, missa accuratiori hujus vocis in- 5
dagine id impræsentiarum potius acturus sum, ut cum multifariam in amplissimo juris Oceano alibique passim vocem *inviti* accipi advertam, eandem à sua æquivocatione, quæ errorum genetrix esse dicitur. Barbosa *lib.* 1 *cap.* 40. *axiom.* 1. & non Philosophis duntaxat, sed & JCtis naufragium minatur, teste Scaliger. 1. *Histor. anim. sect.* 12. *in fin.* liberem, subjecta brevi Rubricæ nostræ evolutione.

Quod ergo varias vocis *Inviti* attinet significationes primo 6
quidem in aprico apud omnes esse conjicio; *Invitum* non inepte describi *per motum, qui præter inclinationem in agente fieri solet*, quam inclinationem si forsan *Appetitum* vel *Appetitus Instinctum* quis cum Micrælio *in Lexi: Philosoph. p.* 644. vocare velit, non refragabor. Vox autem *inviti* ipsa (1) accipitur *Privative* pro absentia omnis 7

consensus, qua ratione de furiosis prædicatur *in l. 5. ff. d. S. P. U.* qui ex potestate bonæ mentis exiisse videntur; hinc si talis in mentis exilio constitutus Titium occidat, *invitus* eundem occidisse & *fati infelicitate* excusari dicitur. *l. 12. ff. ad L. Corn. d. Sicar. L 9. §. 2. ad L. Pompej. d. Parricid. & l. 14. ff. d. Offic. præs.* (2) accipitur *Negative* cum agenti plenum voluntatis deliberantis exercitium non convenit:
8 Sic Infans *Invitus* addiscit literarum elementa, & hominem occidens, *invitus* occidisse dicitur, *innocentia consilii* ex Responso JCti Modestini in *l. 12. ff. ad L. Corn. d. Sicar.* à pœna homicidii immunis. *Conf.* Brun. *ad L. 5. d. S. P. U. in fin.* (3) Accipitur *Positive* in illis, qui plenum habent & liberum voluntatis exercitium atque arbitrium;
9 Quo in sensu *Nobis proprio* non ille saltem *Invitus* facere aliquid aut
10 pati dicitur, qui (*a*) *aperte prohibet & contradicit*, qualiter vox *inviti* capitur in *Pr. J. quib. mod. solv. obl. L. 39. ff. d. Neg. Gest. L. 23. & 53. ff. d. solut.* ubi dicitur, quod *pro invito* solvere cuilibet licitum sit, quod explicat Imperator *in L. fin. C. d. N. G.* ut idem sit, ac *pro nolente & specialiter prohibente* solvere. *Item in §. item vobis. 3. J. per quas person. nob. acquir. L. 62. ff. d. V. O. L. 32. ff. d. Acquir. rer. dom. L. 1. §. 5. l. 44. §. 1. ff. d. A. vel A. P. L. 44. §. ult. ff. d. Usucap.* ubi servi *invitis* i. e. *contradicentibus* Dominis suis acquirere dicuntur. Nec non *in L. 69. ff. & L. 156. §. ult. d. R. J. juncta L. nec temere 26. C. d. Jur. deliber.* Ubi negatur liberalitatem & beneficium *in invitum* i. e. *reluctantem & admodum vitantem* conferri posse: Qua etiam in acceptione legimus *invitum* nec emancipare *l. 4. C. de Emancip.* nec emancipationem accipere *L. 5. C. eod.* nec arrogari *L. 5. l. 24. ff. d. adopt.* neque possessionem bonorum *ab invito* acquiri L. 3. §. 3. *ff. d.*
11 *Bon. poss.* Sed & *Invitus* (β) dicitur, qui licet non contradicat, tamen etiam *non consentit*, ut & *Non-consentientem* leges in certis juris capitulis *vid. l. 7. §. 1. L. 12. ff. & L. 25. C. d. sponsal. L. 2. § 2. ff. sol. matrim. L. 1. §. 3. d. tribut act.* pro *invito* accipiant. Ita respondet JCtus Ulpianus, postquam in *L. præced. 4.* dixerat: *Invitis nobis* servitutem non constitui, in *l 5. ff. d. S. P. U.* *invitum* in servitutibus accipere debemus, non eum i. e. non tantum eum Gothofred. *ad h. l. lit. Y.* qui contradicit, *sed eum* etiam, qui *non consentit*, *& in l. 45. d. R. N.* Ubi postquam idem JCtus *in pr. d. l. 45.* tradiderat regulam: *Invito Patrono*, libertam, quæ ei nupta est, alii nubere non posse, subjicit *in §. 5. Invitum* autem hic accipere debemus eum, qui *non consentit* ad

ad divortium. Nec non in *l. 8. §. 1. ff. d. Procurat.* ubi præfatus JCtus docet: *Invitum* procuratorem non soleri dari, additque eleganter: *Invitum* accipere debemus non eum tantum qui contradicit, verum eum quoque *qui consensisse non probatur*, juncta *l. 48. § 3. ff. d. Furt.* ubi idem JCtus præmittens regulam: *Invito* Domino furtum fieri, quis dicatur *invitus* his verbis explicat: *Vetare* autem dominum accipimus etiam eum, qui ignorat i. e. *eum qui non consensit. Vid.* Brunnem. *ad d. l. n. 6.* (4) Accipitur vox *inviti* παχυλῶς *s. abusive* in sensu improprio *pro Violentia*, quæ est contra appetitum naturalem *suppositi non-liberi*. Sic fera *invita* cicuratur, quia libertatem amat, quam amittit cicur reddita. Avis *invita* includitur caveæ, & pisces sagenæ inclusi *inviti* saltare dicuntur *apud Herodotum*. Consimiles loquendi formulas reperire licet apud *Plautum*, qui parili ratione *invitis canibus* venatum ire, summam notat esse stultitiam. *Horatius* Venusinus Vates appellat *invitum* illud, quod præter ductum nativæ indolis cum repugnantia & labore fit, cujus passim circumfertur versiculus.

12

13

14

Tu nihil *invita* dices faciesque Minerva.

Conferatur Bilefeldi *Dissertatio d. An. 1686. de Invita Minerva*. *Nasoni* placuit pro coactione voluntatis præsumta vel Consensu semipleno laborantis præconceptis opinionibus intellectus assumere vocabulum *inviti*, quando Lyctum de cæde filiæ deliberantem Metamorph. *Lib. IX.* ita loquentem introducit ad *Thelethusam* Conjugem: 15

Edita forte tuo fuerit si fœmina partu
Invitus mando, pietas ignosce, necetur.

Sed hæc quidem à foro nostro aliena sunt; quare missis illis, pedem promovemus ad *Inviti*, quatenus illud sub sphæram moralitatis & juris cadit, deque libere agentibus in sensu proprio prædicatur, *Divisionem*, quam Moralistæ in sede de Principiis actionum humanarum & JCti *ad Tit. ff. & C. Quod metus causa. Item De Vibon. rapt. & De jur. & fact. ignor. nec non Ad L. Aquil.* passim tradunt, ut distinguatur *invitum* (1) In Invitum per Violentiam, cujus principium foris & contra animi inclinationem est, ita, ut nihil per se conferat ad id agens, neque ipsum actum adjuvet, sed se mere habeat passive. Brunn. *ad L. 2. ff. Quod. met. caus.* omni consilio ac voluntate exulante, Franzk. *ad Tit. ff. Quod met. caus. n. 5.* Hahn. ad 16 17

We-

Wesenbec. *h. t. n. 2.* ut hinc recte notante *Magnifico Domino* Schome-
ro *in Eleganti Dissertatione IV. Theol. Moral. de Offic. Volunt. & Affect.*
18 *§. 10.* invitum hoc in sensu non voluntatis actio sed potius passio
19 quædam appellari mereatur. Quæ acceptio genuina & propria est.
t. t. J. ff. & C. d. Vi bonorum raptorum ubi rapina fieri dicitur maxi-
me *invito Domino Vid. pr. J. d. tit.* Hic enim, cui per vim absolu-
tam & præcisam, uti loqui amant Fagundez. *d. J. & J. Lib. 1. Cap.
V. n. 5. &* qui hunc sequitur, Zœsius *Tit. ff. Quod met. caus. n. 2.*
res eripitur, nihil ad id confert, neque ullo actu consensum suum
testatur, sed *invitus per vim exteriorem* pati debet rem ita sibi eripi.
20 cujus recuperandæ causa prodita est *actio Vi bonorum raptorum.* (2)
In Invitum per coactionem, sumpto vocabulo *Inviti* in laxiori signi-
ficatu, *vid. sup. all. Excell.* Schomer. *d. l.* quod quidem simpliciter
ex libera voluntate non procedit, nec tamen etiam voluntatem
excludit, secundum tritum illud: Coacta voluntas etiam est vo-
luntas *l. 21. §. penult. ff. Quod met. caus.* sed cum *electione*, majoris
incommodi & evitandi mali gratia conjunctum est, sicque ex vo-
luntario & Invito permixtum, ut non incongrue *Spontaneo invitum*
21 dici possit. Non enim illud saltem spontaneum dicitur, quod per
se expetimus, ut finem, sed etiam quod expetimus propter aliud.
V. C. Quanquam nemo merces in mare projicere vult per se &
ratione finis proprii, vult tamen propter aliud & ratione finis com-
munis, ut vitam conservet. *Vid.* Hornej. *Lib. II. de Princip. Act. Hum.
Disp. I. th. 44. seqq.* Franzk. *ad Tit. ff. Quod met. caus. n. 4.* Quia
tamen non simpliciter libera voluntate, sed urgente semper ne-
cessitate id expetimus Franzk. *d. l. n. 3.* Libertati voluntatis contra-
ria. Hahn. *ad* Wesenbec. *tit. Quod met. caus. n. 2.* Illud *per accidens &
in sensu diviso. Thom. 1. 2 quæst. 6. a. 6. Invitum* dicitur, ut & hac ratio-
ne *Invitus* audiat, qui coactus vult. Schrader. *in Lex. Jur. voce Invi-*
22 *tus:* Quo in sensu *t. t. ff. & C. Quod met. caus. Invitus* promisisse aut
præstitisse dicitur, qui metu justo i. e. in constantissimum hominem
cadente *l. 5. & 6. juncta l. 7. §. 1. l. 6 §. 2. ff. & l. 4. C. Quod met. caus.*
inductus præstitit aliquid aut promisit; quo nomine *stricto & sum-
mo jure* obligato Prætor pollicetur actionem & exceptionem quod
metus causa *t. t. & l. 1. ff. quod. met. caus. & t. t. ff. de Dol. mal. &*
23 *met. except.* (3) In Invitum per ignorantiam, quando defectus
cognitionis in ignorantiam degenerans actum aliquem moralem

in

in alium finem avehit, quam vellemus, quæ ignorantia vel versatur *circa factum ipsum* vel circa *facti circumstantias*, Brunnem. *ad L. 1. ff. d. Ignor. Jur. & facti.* Prioris exemplum exhibet JCtus Paulus 24
in l. 31. in fin. ff. ad L. Aquil. eumque secutus Imperator *Justinianus* §. *5. J. eod. tit.* in putatore, qui seorsim à via vel in medio fundo ex 25
arbore dejiciendo ramum, servum transeuntem occidit, ubi nulli extraneo versandi jus fuit, nec ipse divinare potuit, an per illum locum aliquis transiturus sit: Hic utique *invitus* servum occidisse dicitur, *sed per ignorantiam facti.* Simile & Notabile exemplum exhibet Pontifex in Jure Canonico in Marito, qui absente Uxore cum Sorore ejus, quæ in lectum Affinis iverat, putans Uxorem esse, dormivit. *C. in Lectum 6. C. 34. q. 1. Qui invitus* stuprum & incestum & adulterium commisit per ignorantiam facti: Hinc neque pœnæ stupri nec incestus nec adulterii reus est. Posterioris exem- 26
plum videre licet *ap.* Brunnem. *L. 1 ff. d. J. & J. & Zœsium ff. eod. n. 5.* scilicet in illo, qui corrumpit conjugatam, quam pro soluta habet: Item in illo qui sibi matrimonio jungit sororem naturalem, quam pro extranea habet. Prior volens quidem stuprum, sed *invitus* adulterium committit, *per ignorantiam facti circumstantiarum.* Hinc nec punitur pœna adulterii, licet ex stupro teneatur. Zoes. *d. l.* Posterior volens quidem matrimonium contrahit, sed *invitus* committit incestum *per ignorantiam itidem facti circumstantiarum.* Hinc nec incestus reum eundem leges judicant, licet imponant eidem ut à tempore scientiæ ab uxore sua divertat. Huc etiam pertinet exemplum *c. 8. C. 34. q. 1.* In illo qui cum duabus Sorori- 27
bus fornicatus est, nescius Sorores esse, quas stupraverat. Ubi quidem *volens* stuprum, sed *invitus* incestum committit per ignorantiam facti circumstantiarum. Idem juris est in fornicante simul cum Matre & Filia, nescio illas sibi invicem parentelæ respectu conjungi *per 1. c. 9. C. 34. q. c.* Aliud exemplum exhibet Pontifex in *c. x. C. 34. q. 1.* In filio nesciente Patrem suum naturalem stuprasse Matrem, cum Matre concumbente, quam Matrem esse ignorabat, qui itidem *volens* quidem stuprum, sed *invitus* per ignorantiam facti circumstantiarum incestum committit. (4) In Invitum per 28
Imprudentiam, quando quis connexiones mediorum cum fine non penetrat atque imprudenter agit, ut alium assequatur finem,

Wesenbec. *h. t. n. 2.* ut hinc recte notante *Magnifico Domino* Schomero *in Eleganti Dissertatione IV. Theol. Moral. de Offic. Volunt. & Affect.*
18 §. *10.* invitum hoc in sensu non voluntatis actio sed potius passio
19 quædam appellari mereatur. Quæ acceptio genuina & propria est. *t. t. J. ff. & C. d. Vi bonorum raptorum* ubi rapina fieri dicitur maxime *invito Domino Vid. pr. J. d. tit.* Hic enim , cui per vim absolutam & præcisam, uti loqui amant Fagundez. *d. J. & J. Lib. 1. Cap. V. n. 5. &* qui hunc sequitur , Zœsius *Tit. ff. Quod met. caus. n. 2.* res eripitur, nihil ad id confert, neque ullo actu consensum suum testatur, sed *invitus per vim exteriorem* pati debet rem ita sibi eripi,
20 cujus recuperandæ causa prodita est *actio Vi bonorum raptorum.* (2) In Invitum per coactionem, sumpto vocabulo *Inviti* in laxiori significatu, *vid. sup. all. Excell.* Schomer. *d. l.* quod quidem simpliciter ex libera voluntate non procedit, nec tamen etiam voluntatem excludit, secundum tritum illud: Coacta voluntas etiam est voluntas *l. 21. §. penult. ff. Quod met. caus.* sed cum *electione*, majoris incommodi & evitandi mali gratia conjunctum est, sicque ex voluntario & Invito permixtum, ut non incongrue *Spontaneo invitum*
21 dici possit. Non enim illud saltem spontaneum dicitur, quod per se expetimus, ut finem, sed etiam quod expetimus propter aliud. V. C. Quanquam nemo merces in mare projicere vult per se & ratione finis proprii, vult tamen propter aliud & ratione finis communis, ut vitam conservet. *Vid.* Hornej. *Lib. II. de Princip. Act. Hum. Disp. I. th. 44. seqq.* Franzk. *ad Tit. ff. Quod met. caus. n. 4.* Quia tamen non simpliciter libera voluntate, sed urgente semper necessitate id expetimus Franzk. *d. l. n. 3.* Libertati voluntatis contraria. Hahn. *ad* Wesenbec. *tit. Quod met. caus. n. 2.* Illud *per accidens & in sensu diviso. Thom. 1. 2 quæst. 6. a. 6.* Invitum dicitur, ut & hac ratione *Invitus* audiat, qui coactus vult. Schrader. *in Lex. Jur. voce Invitus:*
22 Quo in sensu *t. t. ff. & C. Quod. met. caus. Invitus* promisisse aut præstitisse dicitur, qui metu justo i. e. in constantissimum hominem cadente *l. 5. & 6. juncta l. 7. §. 1. l. 6 §. 2. ff. & l. 4. C. Quod met. caus.* inductus præstitit aliquid aut promisit; quo nomine *stricto & summo jure* obligato Prætor pollicetur actionem & exceptionem quod metus causa *t. t. & l. 1. ff. quod. met. caus. & t. t. ff. de Dol. mal. &*
23 *met. except.* (3) In Invitum per ignorantiam, quando defectus cognitionis in ignorantiam degenerans actum aliquem moralem

in

in alium finem avehit, quam vellemus, quæ ignorantia vel verſatur *circa factum ipſum* vel circa *facti circumſtantias*, Brunnem. *ad L. 1. ff. d. Ignor. Jur. & facti.* Prioris exemplum exhibet JCtus Paulus 24
in l. 31. in fin. ff. ad L. Aquil. eumque ſecutus Imperator *Juſtinianus* §.
5. J. eod. tit. in putatore, qui ſeorſim à via vel in medio fundo ex 25
arbore dejiciendo ramum, ſervum tranſeuntem occidit, ubi nulli extraneo verſandi jus fuit, nec ipſe divinare potuit, an per illum locum aliquis tranſiturus ſit: Hic utique *invitus* ſervum occidiſſe dicitur, *ſed per ignorantiam facti.* Simile & Notabile exemplum exhibet Pontifex in Jure Canonico in Marito, qui abſente Uxore cum Sorore ejus, quæ in lectum Affinis iverat, putans Uxorem eſſe, dormivit. *C. in Lectum 6. C. 34. q. 1. Qui invitus* ſtuprum & inceſtum & adulterium commiſit per ignorantiam facti: Hinc neque
pœnæ ſtupri nec inceſtus nec adulterii reus eſt. Poſterioris exem- 26
plum videre licet *ap.* Brunnem. *L. 1 ff. d. J. & J. & Zœſium ff. eod. n. 5.* ſcilicet in illo, qui corrumpit conjugatam, quam pro ſoluta habet: Item in illo qui ſibi matrimonio jungit ſororem naturalem, quam pro extranea habet. Prior volens quidem ſtuprum, ſed *invitus* adulterium committit, *per ignorantiam facti circumſtantiarum.* Hinc nec punitur pœna adulterii, licet ex ſtupro teneatur. Zoeſ. *d. l.* Poſterior volens quidem matrimonium contrahit, ſed *invitus* committit inceſtum *per ignorantiam itidem facti circumſtantiarum.* Hinc nec inceſtus reum eundem leges judicant, licet imponant eidem ut à tempore ſcientiæ ab uxore ſua divertat. Huc etiam
pertinet exemplum *c. 8. C. 34. q. 1.* In illo qui cum duabus Sorori- 27
bus fornicatus eſt, neſcius Sorores eſſe, quas ſtupraverat. Ubi quidem *volens* ſtuprum, ſed *invitus* inceſtum committit per ignorantiam facti circumſtantiarum. Idem juris eſt in fornicante ſimul cum Matre & Filia, neſcio illas ſibi invicem parentelæ reſpectu conjungi *per 1. c. 9. C. 34. q. c.* Aliud exemplum exhibet Pontifex in *c. x. C. 34. q. 1.* In filio neſciente Patrem ſuum naturalem ſtupraſſe Matrem, cum Matre concumbente, quam Matrem eſſe ignorabat, qui itidem *volens* quidem ſtuprum, ſed *invitus* per ignorantiam
facti circumſtantiarum inceſtum committit. (4) In Invitum per 28
Imprudentiam, quando quis connexiones mediorum cum fine non penetrat atque imprudenter agit, ut alium aſſequatur finem,

29 quam quem intendit. Sic Medicus male secando servum aut per-
peram eidem medicamenta dando, eundem occidisse dicitur *in-*
30 *vitus per imprudentiam §. 7. J. ad L. Aquil. juncta l. 7. §. ult. ff. eod.* Et
Sutor puero discenti & parum bene facienti, quod demonstrave-
rat, forma calcei cervicem percutiendo, ut oculus puero perfun-
deretur, oculum effodisse dicitur *invitus per Imprudentiam*, quor-
sum quodammodo pertinere videtur casus *§. 8. & l. 8. §. 1. ff. ad L.*
31 *Aquil.* ubi propter infirmitatem mulionis servus oppressus est, quem
infirmus occidisse itidem dicitur *invitus per imprudentiam*, cum scire
ac prudenter cognoscere debuisset ipsum haud oportere hoc af-
fectare, in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam
32 aliis periculosam futuram *d. l. 8. §. 1 ff. ad L. Aquil.* (5) In Invi-
tum per Obligationem, quando quis vel ex prævio facto obliga-
torio *contractus* aut *delicti l. 1. ff. d. Obl. & Act. § 2. J. d. Obl.* vi or-
dinariæ actionis & *Officio judicis Mercenario*, vel sine eo, *intuitu Sa-
lutis & Necessitatis Publicæ, Religionis, Pietatis, Libertatis* aut alio denique
respectu extra ordinem *l. 1. ff. d. Obligat. & Act. pr. verbis proprio ju-
re ex variis causarum figuris juncta l. 52. ff. eod. & Officio* utplurimum
judicis Nobili ad dandum, faciendum vel patiendum &c. non lu-
33 bens seu recusans & detrectans tenetur. Quæ obligatio, sicuti descen-
dit vel ex quatuor *Ordinariis & principibus causis* seu factis obligatoriis,
quas indicat *Imperator §. 2 J. d. Oblig.* puta *contractu & quasi ex contractu,*
34 *maleficio & quasi ex maleficio*: Vel sine illis. Gothofred. *ad l. 1. ff. d. Obl. &
Act. lit. K.* cessante facto obligatorio. Vinn. *in Comment. Maj. ad
Tit. d. Oblig. §. 2. n. 3.* ex causis extraordinariis & *proprio jure* seu
ut loquitur Cajus *in l. 1. pr. ff. d. O. & A.* notanter *ex variis causa-
rum figuris* scilicet æquitate. Bachov. *ad τὰ πρῶτα tit. d. Pactis n. 2.
& Tr. d. Action. Disp. 4. th. 4.* aut aliis officii regulis notante Bocle-
35 ro *in eleganti Disputatione d. Dominio eminenti in med.* Ita Inde exsur-
git duplex *invitum per Obligationem*, quorum alterum *factum obliga-
torium contractus vel delicti* respicit; alterum vero exulante facto ob-
ligatorio contractus vel delicti, *alias causarum figuras*: De primo
invito per obligationem exaudiendus est Modestinus *in l. 108. ff. d. V.*
36 *S.* ubi docet: debitorem illum dici, à quo *invito* exigi pecunia
potest & Paulus *in l. 3. §. 1. ff. d. V. Oblig.* ubi *in invitum* reddi judi-
cium dicitur, quod tamen *invitum* saltim ita dicitur *ratione Conse-*

quen-

quentis. Sic fur *invitus* suspenditur, cum voluerit quidem *antecedens,* 37
nempe *furari*, non vero *consequens*, puta *suspendi*, quanquam quoad
juris interpretationem non male etiam dici possit, furem *non invitum*
suspendi, & huc pertinent decantatissimæ juris regulæ; *Quæ ab initio* 38
sunt voluntatis *ex postfacto fieri* necessitatis, & *quæ semel placuerunt,
amplius displiceri non posse*, quas Dds. eruunt *ex l. Non id circo 12. in
fin. C. d. Contrah. Empt. l. Si mandavero 22. §. Sicut 11. ff. Mandat. l.
Cujus bonis 9. in pr. ff. d. Curat. furios. l. Sicut ab initio 5. C. d. Obl. &
Act. l. De contractu 3. C. d. rescind. vend. l. Quamvis 39. C. d. Transact.
l. Eo quod 10. C. si cert. pet. l. Si argentum 35. & fin. C. d. Donat. vid.*
Brunnem. & Barbos. *ad L 5. C. d Obl & Act.* Et qui plena manu adducuntur
ab hoc *Lib. III. Cap. 42. axiom. 35.* Hinc obligatio dicitur
juris vinculum, quo quis *necessitate* adstringitur ad dandum. &c.
*pr. J. d. Obl. & l. 3. ff. d. Obl. & Act. juncta l. 17. §. 4. ff. d. pactis & l. 10. ff d.
V. S* Quare nec venditori integrum est solo consensu venditione 39
perfecta *invito* emptore à contractu resilire, sed rem venditam
præcise tradere tenetur *§. 2. J. d. Donat.* ibi ad exemplum *venditionis
necessitatem traditionis*, ut nec præstare interesse paratus regulariter
audiatur *L. exempto 11. §. 2. ff. d. Act. Empt. inibique* Brunnem. *& L.
46. ff. eod. Conf.* Harpr. *§. 2. J. d. Donat. n. 132. seqq. Et ad pr. J. d.
Empt. Vend. n. 33. seqq.* Gometz. Var. Resolut. *Tom. II. cap. X. n. 22.* Bachov.
ad Treut. *Vol. 1. Disp. 28. th. 2. lit. C. Et* Mynsing. *Cap. 4. Obs. 51.* 40
n. 5. Verum de hoc *invito* hisce agere pagellis non sedet animo sententia,
quare in Rubrica hujus Dissertationis vocabulo *inviti* statim
subjeci sequentia verba: *Nullo prævio facto obligatorio Contractus aut
Delicti*, ut hac opera Candidum Lectorem vel in ipso edocerem
frontispicio me de *altero invito per obligationem* acturum, quod sine 41
facto obligatorio contractus & delicti *ex aliis causarum figuris, proprio
jure* exsurgit, cujus casus exhibebunt sequentes paginæ, quorum
expositioni, antequam manum admoveam, in descriptione nostri
inviti primum Caput finiam: Scilicet *quod sit motus animi*, *quo quis* 42
præter inclinationem, *exulante facto obligatorio Contractus & delicti* officio
ut plurimum judicis nobili proprio jure *cogitur non lubens* facere *aliquid
aut* pati.

CAPUT II.

Complectens

Casus, quibus invitus sine prævio facto obligatorio contractus aut delicti cogitur aliquid facere.

SUMMARIA.

INviti aliquid facere coguntur 1
Intuitu Publicæ Utilitatis 2 *seqq.*
Nolentes adiguntur vi superemi-nentis Dominii 6
Appellatio hæc defenditur 7
Publica utilitate efflagitante invi-ti *coguntur Honores & Mu-nera Publica subire* 8
Iudices esse 9
Consulatu defungi & Senatoris ornare Provinciam 11
Quam pecunia redimere civi il-licet 12
Nec Doctor recusare potest 13
Exceptis Ddbus Rostochiensibus 14
Nec jure Lubecensi Miles aut Nobilis, modo inibi habitaverit, ubi jus Lubec. viget 15. *seqq.*
Munerum Detrectatores quomo-do multarint diversæ Gentes exhibet 19. *cum seqq.*
Quomodo eosdem Invitos *adigat Ius Lubec., docet* 20
An proficiat Reip. Invitis *Magi-stratum obtrudi tradit* 22. *seq.*
Legationis defungi munere Inviti *coguntur* 26. *seq.*
Nec excusantur, etiamsi negle-ctum rei domesticæ docere pos-sint 28
Magistratus tamen obligatus vi-detur h. e. jactarum rei do-mesticæ compensare, 29
Non a. Unus præ ceteris sine di-scrimine & frequenter hoc munus subire tenetur, modo ceteri æque habiles sint 30. *&* 31
Idem obtinet Iure Lubec. 32
Inviti *dantur Tutores & Curato-res* 34. *seqq.*
Quibus a. remediis compellantur, exhibet 37

Jure Civili Tutor Invitus *Curator ejus cujus Tutor fuit, non constituitur* 38. *seq.*
Etiamsi Pupilli Pater in testamento eundem m. Curatorem esse voluerit 40
Secus est de jure Lubec. & Hamburgensi 42
Alibi tamen Hodie Inviti *non coguntur* 43
Curator ad litem Invitus *non constituitur* 44. *seq.*
N.S. sit Ordinarius Procurator 46
Inviti *trahuntur ad Munera Ecclesiastica* 47
Carnificis Munere defungi, si ejus in Civitate aut vicinia copia non sit, etiam Invitus *quis cogitur* 48
Ejus limitationes videsis 49
Exempla exhibet 50
Non semper nec apud omnes gentes sordere Carnificis personam probat 51. *seqq.*
Ipse Magistratus quandoque executionem expedivit 55
Alibi qui ultimus in Senatum eligitur 56
In Concilio Flandriæ primus Prætor 57
Apud Romanos etiam Milites 58
Quod nec à nostro ævo alienum esse probat 59
In Franconia novissimus maritus fures suspendere tenetur 60
Alibi Clerici Carnifices egerunt 61
Ex pluribus delinquendi correis Magistratus Unum Invitum *cogere potest remissa ipsa mortis pœna vel ad tempus vel in perpetuum Carnificis munus subire* 61
Inviti *Coriarii* die Gerber und Riemer/ *cogi possunt, ut Corium humanum cadaveris ad Anatomiam concessi concinnent* 62
Cogi possunt Inviti *cives maxime infimi ordinis ad efferendum funus Carnificis* 63
Item ut reliquias cadaveris humani ad anatomiam concessi efferant 65
Quas cum processu funerali maxime hominis non malefici terra mandari charitatis lex atq; religionis exigit favor 63
Ubi id exemplis comprobatur. Jure Romano antiquo Cives Inviti *militare tenebantur* 66
Qua Pœna Pater filium militiæ subtrahens hoc jure afficiatur & filius semet ipsum debilitans, monstrat 67. *seq.*

Germani hodie Inviti *non coguntur militiæ nomen dare* 68
Salvo tamen jure Sequelæ 70
Et quoties Salus Reip. & religionis defendendæ Necessitas civem ad arma vocat 71. *seq.*
Inviti *testes esse coguntur* 72. *seq.*
Et certis remediis compelluntur 74
Etiamsi juraverint se testimonium non perhibiturus 76. *seq.*
Nec excipiuntur hic Clerici in causa Laicorum 78. *seqq.*
In loco Confessionis a. revelata Inviti *ut edisserant, cogi non possunt* 81
Duas exceptiones exhibet 83. *cum seq.*
Pater Invitus *tenetur liberos alere* 86
Et dotare filiam 87. *seq.*
Nec non suppeditare Invitus *filio Studioso Impensas* 90. *seqq.*
Studiorum Favor comparatur favori Reip. 89
Idem est, etiamsi Patre Invito *& contradicente quis sumptus filio suppeditaverit* 94
Et filius Patre Invito *studiis se emancipaverit* 95 *seqq.*
Recensentur variæ hic Ddrum Opiniones 96
Argumenta Negantium 97
Affirmantium sed cum restrictione 98
Quotiescunque salus & favor publicus impensas suadent, toties m. contra Invitum *datur actio negotiorum gestorum* 104
Cujus videsis rationem 105
Exempla 106. *seqq.*
Invitus *cogitur ruinosas ædes reficere* 107
Sique ob paupertatem impediatur, Publico haec cura imcumbit, cui si dominus pecuniam impensam cum usuris refundere nequeat permittitur Reip. ipso Invito *refectas ædes vendere* 108
Tenetur dominus etiam h. c. Invitus *alteri reficere nolenti justo pretio ruinosas ædes vendere* 109
Item & aream desolatam 110
An possit aream, in qua olim ædes stetére in hortum mutare, an vero Invitus *cogi possit novum areæ imponere ædificium docet* 111
Coguntur Inviti *Vicini ad reficiendum puteum publicum, etiamsi eodem nunquam usi sint, nec uti velint* 113. *seqq.*
Licitum est Invito *Vicino cuilibet in*

in pariete suo latrinam ædificare frustra eodem de fætore & ingrato aspectu conquerente 117
Duas hujus sententiæ limitationes exhibet 118. *seq.*
Potest quis Invito *Domino ingredi fundum venæ marmoris vel metalli quærendæ causa* 120
Ob publ. utilitatem Invitus *cogi potest ad vendendam vel constituendam servitutem* 121
Via publica amissa vicinus Invitus *viam præstare cogitur* 122
Nemo Invitus *cogitur ut merces suas in loco aliquo venundet* 124
Exceptio est in Civitatibus pleno Stapulæ jure gaudentibus 125
Syllabus illarum exhibetur 126
Nemo Invitus *cogi potest, ut huic & non alii vendat* 127
Ne quidem subditus à Magistratu, æquum licet pretium offerente 128
Exceptio ejus traditur Iure Lubecensi in Advenis, qui non nisi Civibus merces vendere possunt 129
Nemini vendere volens tamen non cogitur 130
Advena merces ad occasiones depositas Invitus, *siquidem distrahere velit, Civibus vendere tenetur* 131
Quorundam locorum statutis cautum est, ne quis aliena pecunia, aut nomine merces ab Advenis allatas emat 132
It. ne exteri res suas per Urbem exportent apportent ve 133
Vetitas merces hosti vendere illicet 134
De illis agitur remissive 135
Tempore annonæ Caritatis Inviti *Victualia justo Civib. pretio venundare coguntur* 136
Invitos *magistratus illo casu cogere potest, ut in tempore Victualia coëmant* 137
De reliquis Casib. quibus Inviti *emere vendereque coguntur extra publicæ Utilitatis rationem agitur remissive* 138
Invitus *nemo cogi potest rem suam alteri locare* 139
Exceptio est in Studiosis, quibus Inviti *Musæa locare tenetur* 140
Præferuntur Studiosi idem pretium offerentes 141
Alicubi locorum Cives Invito *abiturientibus Studiosis equos locare tenentur* 142

In-

Invitus *primo conductori relocare ades non tenetur* 144
Exceptio est in prædiis Fiscalib. 145
It. Reipl. prædiis 146
Quod Dd. etiam ad Studiosos extendunt 147
Rustici operas suas an præ aliis Domino suo Inviti *locare teneantur docet* 149. *cum seqq.*
Artifices Inviti *cogi possunt ad operas suas pro justa mercede desiderantibus præstandas* 151
Remedia h. casu eosdem coercendi exhibet 152
Artifices Inviti *cogi possunt, ut alios in sua arte erudiant* 153
Princeps potest cogere Artificem Invitum, *ut sibi scientiam hactenus à nemine cognitam manifestet* 154. *seqq.*
Quo tamen casu Princeps caute procedere debet 156
Invitus *nemo tenetur agere vel accusare* 157
Exceptiones ejus exhibet 158
Nemo Invitus *cogitur transigere* 159
Tres exceptiones tradit 160. *cum seqq.*
Necessitas alia est Publica; alia in genere talis 163
Alia eadem est cum Publica Utilitate, alia eidem contradistinguitur 164
Alia Juris, alia Facti 165
Alia Præsens, alia Superveniens eod.
Necessitas in omni excepta dispositione 166
Magistratus subditos Invitos *jure cogit, flagrante bello pro moderatis Usuris Reipl. mutuum dare* 167
Quod ad Subditos Temporarios extendunt Dd. 168
Cujus exemplum exhibet 169
Urbe obsessa Inviti *cogi possunt Cives Concivib. & obsessis victualia vendere* 170
Ditiores Inviti *cogi possunt necessitate pauperib. dare Eleemosynas* 175
Extrema urgente necessitate nec prædia Ecclesiastica, nec Ecclesiæ Ministri immunitate collectarum gaudent 172
Ob publicam Necessitatem Invitus *cogitur eqvos publicos alere* 173
Navita ob Publ. Necessitatem cogi potest in certum navigare locum detinerique ad transvehendum militem aut alium belli usum 174
Idem & in Exteris 176

Etiamsi

Etiamsi inibi non commorentur, sed liberum saltem desiderent transitum 178
Exemplum ejus refert 179
Omnes qui autoritate publ. exercent officia Inviti *cogi possunt aliis suam impendere operam* 180
Notarius Invitus *tenetur conscribere Instrumentum* 181
Syndicus defendere Collegium 182
Doctor dare Consilium 183
Advocati patrocinium Causæ subire & pauperib. præsto esse sine spe honorarii 185
Præstito tamen ab his paupertatis juramento 186
Invitus *hospitem recipere non cogitur* 187
Nisi publicum exerceat diversorium 188
Idem in Rhedam publ. exercentib. 189
Limitatur 190. *seqq.*
Meretrix Invita *cogi non potest ad carnale commercium cum aliquo habendum, licet pluribus antea patuerit* 192
Vicinus Invitus *iter ad sepulchrum justo pretio præstare cogitur* 193
Tenentur hodie terrarum Domini in locis alieno sole calentibus mortuos ad patria sepulchra translaturis Inviti *prævia denunciatione liberum præstare transitum* 194
Cogere potest Magistratus Invitum *pro dilatando Cœmiterio fundum proxime adiacentem justo pretio vendere* 195
Si alia non suppetant media Legatarius, quo testator sepeliatur, Invitus *cogi potest vendere legata* 196
Favore Religionis *ad factum obligatus præstando interesse non absolvitur* 197
Favore Pietatis *Magistratus* Invitos *cogere potest ad celebrationem Sabbathi & examina Cathechetica* 198
Socius Socio Servum communem manumittente favore Libertatis *partem suam* Invitus *vendere tenetur* 199
Servus noxæ deditus Invitum *dominum cogere potest ad se manumittendum, si Noxiam resarcire velit* 200
Filius sanguinolentus venditus pretio emtori oblato Invitum *cogere potest ad se dimittendum* 201
Imo & patrem ad se redimendum si ad pinguiorem pervenerit fortunam 202
Pater Invitus *cogi non potest, ut liberos emancipet* 203
Nec dominus ad manumittendum servum 204
Nisi (1) *suis delinquendi imposuerint necessitatem* 205
(2) *Aut durius eosdem tractaverint* 206
Pœna abusus est privatio juris 208
Varia ejus exempla exhibet 209. *seqq.*
Propter abusum *rei locatæ tam Naturalem, quam Moralem cogitur* Invitus *conductor ex ædib. conductis migrare* 204
Cui non prodest generalis renunciatio L. Æde 3. C. Locat. Conduct. n. f.

1 CASUS INVITI *nullo prævio facto obligatorio Contractus aut Delicti*
expositurus, eosdem volupe visum fuit in duas partiri classes,
quarum una occupabitur circa *casus*, quibus *invitus* aliquid FACERE.
Altera vero circa *casus*, quibus *invitus* aliquid PATI cogitur. De
illis *hoc capite secundo*, de *his* vero *capite ultimo* solliciti erimus.
2 *Invitum* cogi posse ad dandum vel faciendum, etiam ubi nul-
la prævia est obligatio ex contractu vel delicto, primo omnium ef-
ficit PUBLICÆ SALUTIS ab omnibus Reip. membris secundum
aureum illud Platonis effatum, propriis anteferenda commodis,
3 *ratio.* Cum enim Salus Reipubl. suprema omnium lex esse debeat
Cic. *Lib. 1. d. Offic. & Lib 3. d. Leg.* Frieder. Brückman. *d. solut princ. po-
test. cap. 3. n. 53.* recte in omnibus eadem actionibus & negotiis no-
stris cuilibet privatæ utilitati anteponenda est *l. 3. C. d. Primipil. Lib.
12. tit. 63. inibique* Brunnem. *l. unic. §. 14. C. d. caduc. toll arg. l. 14. C. d.
oper. publ.* Grot. *d. J. B. & P. Lib. III. cap. 10. n. 7.* Rauchb. *part. II. Quæst.
27. n. 46.* Klock. *Vol. 1. Consf. 28. n. 288. Et de Contr. cap. XII. n. 213.* Quæ
4 ipsa pessundata Republica salva amplius esse nequit. Barbos. *ad Tit.
ff. solut. Matrim. p. 7. n. 4. Magnificus* Stryk. *in eleg. Diss. d. Salut. publ.
cap. 1. n. ult.* ut hinc quemlibet pensi habere oporteat, quod Impe-
5 ratores Arcadius & *Honorius in L. unic. §. 1. C. d. Off. Com. sacr. largit.* re-
scripsere, scilicet eorum nomina ad Principem referri debere, qui
propriis mage commodis, quam utilitatibus publicis studere de-
6 prehensi sunt. Quare minime male audiet Princeps, si civibus
omnia suis metientibus commodis, quodque sibi proficuum ma-
xime respicientibus; contra vero ad *Publicam Salutem* parum, aut
nihil prorsus conferentibus, sed eam multis parasangis postponen-
tibus, eosdem pietatis ac officii Reipubl. debiti admoneat, & ad
quod suopte ingenio ac sponte Reipubl. præstandum non veniunt,
invitos compellatatque adigat. Bocler. ad Grot. *d. Jur. Bell. & Pac.
Lib. 1. Cap. 1. p. m. 88.* inibique *citatus* Felden. *Conf.* Osiand. in Grot.
Lib. 1. Cap. 4. Th. 3. Obs. 2. & Puffend. *d. J. N. & G. Lib. 7. Cap. 6. 8. 9. &
Lib. VIII. Cap. V. §. 7.* idque vi *Eminentis Dominii.* Bocler. *d. Eminent.
7 Dominio p. 88.* (quam appellationem licet haud paci, qua novam
suspectent atque extimescant, inque ejus locum *Imperium* luben-
tius recipiant, in illa tamen acceptione, qua Principi hoc jus non
nisi publica utilitate & imperiosa necessitatis lege urgente tribuitur,
res eodem recidit, cum qui plenum in personam imperium habet,
non

non possit non simul dominium (i. e. *usum* sumpto vocabulo *Dominii* in latiori significatu quo ante distinctionem dominiorum dominium usum denotabat) in personæ subjectæ bona habere, accessorio suum principale sequente. *Vid. Excell.* Stryk. *in Diss. de Sal. publ. Cap. 2. n. 42. Magnificum* Ziegler. *in* Grot. *Lib. 2. Cap. 14. § 7. jungatur* Bocer. *dict. Diss. d. Domin. Eminent. p. 84* Quod si in aliis obtineat 8
negotiis, maxime locum sibi vindicabit in *Honoribus* & *Muneribus Publicis subeundis.* Hic enim maximopere interesse Reipubl. ne desint, qui paterno eandem regant ac tueantur affectu, prudentique consilio contra quemcunque novercantis fortunæ impetum muniant ac defendant, nemo infitiabitur. Quare prudentissime constitutum legimus, *L. 9 ff. d. Muner. & Honor.* nec non *L. 2. & t. t. ff. d. Vacat. & Excus. Mun.* Quod si quis Magistratus in civitate creatus sit; & munere injuncto fungi detrectet, per Præsides *cogendus sit* illis remediis, quibus compelli assolent Tutores ad munus, quod impositum est, agnoscendum. Idem de Judice dicitur *L. 18. §. 14. ff.* 9
eod. Et clarius *L. 13. §. 2. ff. d. Vac. & Excus. Mun.* Ubi docet JCtus Ulpianus: Ipsum, qui non habet excusationem, etiam *invitum* cogendum esse. Multo magis autem illud procedit in muneribus *auctori-* 10
tate juxta ac utilitate publicis Schrader. *d. Feud. part. X. sect. 10. n. 34.* Simane *d. Republ. Lib. 2. cap 2.* Fichard. *Cons. 36. in pr.* quæque dignitatem annexam habent *L. Honor. 14. ff. d Muner. & Honor.* Ut Consula- 11
tu & Senatoria Dignitate, à qua non absolvunt excusandi causæ, nisi gravissimæ *L. Cui muneris 12. ff. d. Mun. & Honor. 8. pr. ff. d. Vacat. & Excus. Mun. Gloss. in L. 3. C. Qui ætate se excus.* Mev. ad Jus Lubec. *Lib. 1. Tit. 1. art. 6. n. 12.* Adeo, ut nec pecuniæ oblatio *L. 16. ff. d. Mun. & Ho-* 12
nor. Petrus Antiborus *in Tract. d. Mun part. 2.* Brun. *ad L. 9. ff. d. Mun. & Honor.* Nec gradus Doctoralis ex veriori sententia, quam tuetur 13
Excell. Sibrandus *in eleg. Tract. d. Jur. publ. Urb. Lubec. Part. 1. sect. 19. n. 7. seq* & responso Amplissi. Facultatis Juridicæ Rostochiensis electionem Wismariensis Senatus *Doctorem invitum* in suum ordinem cooptantis confirmante probat. Exceptis *Doctoribus Rostochiensibus*, quibus con- 14
suetudine & Jure statutario à Cæsarea Majestate confirmato id expresse concessum est. *Idem d. l. n. 7.* justam excusationis causam præbeat, quam nec cingulo militari decoratos aut Nobilitatis genere 15
claros jure propitio urgere posse illis in locis, ubi jus Lubecense viget, si scilicet inibi habitaverint. *Idem* addit *d. l. n. 1.* Idque (1) pro- 16

 pter

pter jus incolatus, quod ad oneris hujus receptionem etiam *invitos* adigit. *L. incola 29. ff. ad Municip. l. 5. C. d. Incol. Lib. X. Vid.* Mev. *ad Jus Lubec. supr. d. l. n. 3.* communi enim sponsione, *verba sunt præfati Mævii,* quisque in civitate domicilium constituens ad necessitatem suspici-
17 endi oneris pro Universitate tenetur. (2) Propter commodorum participationem, quæ & incommodorum susceptionem ex æquitate na-
18 turali suadet. *Excell.* Sibrand. *d. l. n. 4.* æquissimum enim est, onera ab illis libenter suscipi, qui commoda protectionis, commerciorum aliorumque jurium civilium percipiunt. *arg. l. 10. ff. d. R. J. L. unic. §. 5. C. d. Cad. tollend.* Mæv *proxime citato loco n. 5.* Idque in tantum
19 procedit, ut detrectatores Munerum Athenienses capite, Romani libertate, & Spartani exilio mulctarint. Gumpelzhaim. *apud* Arumeum *d. Jur. publ. Vol. 1. Diss. 25. th. 36.* Invitosque adigi velit Nomothesia Romana illis remediis, *ut supra monui*, quibus inviti tutores ad Tutelæ onus subeundum, adiguntur *L. 9. ff. d. Mun. & Hon.* refusis
20 omnibus sumptibus pro compellendo *invito* impensis *L. Circensium. 20. L. quamvis 51. C. d. Decur. Lib. X.* Alia adhuc pœna illis definita *Jure Lubecensi Art. 5. lib. 1. tit. 1.* Ubi Senatori & Consuli electo hancque
21 functionem recusanti pœna amissionis domicilii civici & decem Marcarum auri puri imponitur. Verba articuli hæc sunt: Niemand der zu Raht oder Burgermeister erkohren wird / kan sich dessen wehren / bey Verlust der Stadt Wohnung und 30. Marck löthigen Goldes. *Vid.* Sibrand. *& Mævium ad hunc artic.* Ubi in specie notat *n. 33.* Nobili cuidam qui, postquam jus civitatis se non indignum existimasset, præpostera nobilitatis ambitione à Consulatu se excusare annisus erat, hanc pœnam dictitatam fuisse.

22 Sed dubitare hic non immerito quis posset cum Politicis, cum supra dixerim *Salutis Publicæ* rationem efficere, *invitos* ad munera publica subeunda cogi adigique posse; *An ergo Reipubl. proficiat invitis Magistratus obtrudi?* Equidem salva aliorum Opinione, autumo magis proficere Reipubl. *invitis* dari provinciam, quam se ingeren-
23 tibus. Sicuti enim hi non possunt non videri suspecti ex Judicio Ulpiani *in L. 25. ff. d. Procurat.* nemine, qui periculum, laborem, invidiam atque molestiam in publicis negotiis proferenda sibi cognita atque perspecta habet, vel quadriga quidem equorum validissimorum, verba sunt sæpius Laudati *D. Sibrandi in dicto Tract. part. 1. Sect. 14. n. 58.* Se huic molestiarum plaustro immitti passuro, ita prudentis

Im-

Imperatoris Alexandri Severi Rescripto & judicio *inviti* & non ambientes Magistratum, in Rempubl. collocandi sunt, cum ex *Platonis* sententia *Lib. 7. de Republ.* optimi hi sint Gubernatores, quos rogari vel cogi necesse sit, ut aliis præsint. Accedit, quod idoneis & me- 24
rentibus dignitates sint dandæ *l. 11. §. 1. ff. d. Muner. & Hon.* Illi autem, qui maxime desiderare solent, plerumque minime mereantur. Decianus *Tract. Crim. Cap 21. n. 10.* Petr. Theodorus *Disp. Crim. 9. th. 6. lit. 6.* Barbos. *Lib. 9 cap. 55. axiom. 1.* Nec metuendum est, quod Manlius, 25
cum ei Consulatus imponeretur, dixisse fertur: *Alium quærite, in quem hunc honorem deferatis; Nam si me cum gerere coegeritis, neque ego mores vestros, nec vos malum Imperium ferre poteritis.* Valer. Max. *Lib. 6. cap. 4.* cum, verba sunt Mævii *ad jus Lubec. Tit. 1. art. 6 18.* & in electo integritas religione vincatur, & sub inspectione sit administrationis ratio, imo & correctio, invito cane cum ceteris venante, quem solum frustra venatum duceres. Verum cum raro nostri ævi exem- 26
plo delatos homines subterfugiant, quin potius sape non merentes, data pecunia ambiant honores, hic non diffluam, quin potius ad Legationis munus itidem *Authoritate & Utilitate* publicum *l. 1. §. 2. ff. d. Mun. & Honor.* Mæv. *Lib. 11. tit. 1. art. 10. n. 4.* pedem promoveo, & cum maxime intersit Reipubl. esse, qui ex commodo ipsius legatione defungantur, *Salutis Publicæ ratio* hic quoque effecit *invitum* cogi posse decretam sibi Legationem terra marive obire. Ita respondet JCtus Marcianus *in L. 4. §. 5. ff. d. Legat. Unusquisque Legationis munere defungi cogitur.* Cum enim splendidum ceteroquin Legati munus, non 27
sine molestia, tædio, labore ac periculo suscipiatur. Wissenbach. *part. 2. Disp. ff. 41. th. 1.* Eckh. *ad Tit. ff. d. Legat. §. 1.* Omni cives illud molimine subterfugere solent, quos *invitos* adigi publicæ utilitatis tamen suadet ratio Zas. *Cons. 20. Lib. 1. n. 1.* Rutger Ruland. *Part. 1. Lib. 2. c. 25.* 28
n. 20. adeo ut neglectus rei domesticæ nemini immunitatem præstet, publica utilitate privatam superante *l. un. §. 14. C. d. Cad. toll.* Quanquam Magistratus obligatus esse videatur, si rei domesticæ 29
aliquid decedat, aut uti par erat, non acquiratur, illud resarcire, ne per justam absentiæ causam aliquo modo lædatur *arg. L. Sed etsi. 26. §. fin. L. & fine 27. & seq. pr. ff. Ex quib. caus. Maj. L. Absentia. 140. ff. d. R. J.* cum iniquum sit officium alicui esse damnosum *L. Sed si quis. 7. ff. Test. quemad. aper.* Vid. Mev. *ad Jus Lubec. d. l. n. 19.* Ubi monet *n. 12.* Par uti- 30
que esse hic æquitatem ante oculos haberi, ne onus intolerandum

aut cum noxa conjunctum alicui deferatur: Sicuti enim justum est, aliquem pro Republ. omnia sustinere munera, ita juxta æquum est, nemini eadem nimis esse onerosa, hinc constitutum esse, *pergit*, ne quis præ ceteris Legationem cogatur obire, sed gradus & ordo
31 vacationum attendatur, ne sine discrimine & frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus Respubl. destituarur *L. 3. § Præses 15. ff. d. Mun. & Honor. L. Sciendum 4. §. 5. ff. d. Legat.* Modo ceteri æque functioni sufficiant *L. Honor. 14. §. fin. ff. d. Mun. & Honor. & d. L. 4. §. 5. ff.*
32 *d. Legat.* Quod autem dixi *invitos* ad subeundam Legationis provinciam de Jure civili cogi posse, idem etiam obtinet Jure Lubecensi,
33 sicuti constat *ex art. 10. lib. 1. tit. 1.* Qui, quamvis nominatim de Senatoribus loquatur, ex identitate tamen rationis etiam ad alias eundem pertinere personas Reipubl. addictas docet Mev. *ad d. art. Conf.* Excel. B. Sibrand. *in eleg. Tr. d. Jur. Publ. Civ. Lub. Part. 1. sect. 23. n 5.* ubi *n. 6. & seqq.* omnia Legatorum requisita & *n 12.* justas excusandi causas eleganti stylo persequitur.

34 Missis muneribus tam *Utilitate* quam *Authoritate* publicis, instituti me ducit ratio ad munera non *utilitate L. 239. §. 2. ff. d. V. S.* sed Authoritate Stryk. *pr. Inst. d. Excus. tut. &* Myn. sing. *Rubr. d. t.* & Necessitate Vinn. *ad pr. J. d. t. vid. l. 16. §. 15. ff. d. Excus. Tut.* publica puto *Tutelam* & *Curam. pr. J. d. Excus. Tut. l. 1. §. 4. & l. ult. §. 1. ff. d. Mun. & Ho-*
35 *nor. l. 9. ff. d. His qui sui vel alien. jur. sunt.* Et cum ab effectu recte hæc munera *onera* dicantur *pr. J. d. Legit. Pat. Tut. inibi. & Tutelæ onus esse debet §. 2. J. d. Excus. Tut. inibi. recipiunt onus tutelæ §. 5. 6. & 14. & ult. eod. alibique passim* nullo emolumento Tutorem Curatoremve manente *L. Qui sine 38. ff. d. N. G.* Guido. Papæ *Decis. 68.* Modestin. *Pistori. Vol. 1. Cons. 70. quæst. per tot.* Nemo non omni ausu humeros istiusmodi oneri subtrahere studet, quod neque è re pupillorum, quos, cum imperfectæ ætatis adhuc sint, aliorum consilio regi naturali juri conveniens esse asserit Imperator *§. fin. J. d. Attit. tut. jungatur* Cicero *Lib. 1. Off. & Arist.*
36 *Lib. 1. Polit. & L. 1. ff. d. Minor.* Neq; Reipublicæ, ad quam cura pupillorum pertinere dicitur *L. 2. § 2. ff. Qui pet. tut.* esse judicavit Nomothesia Romana, cum Reipubl. maxime intersit, non negligi hujus ætatis curam, quæ seminarium Ordinum est omnium & à cujus conservatione civitatis dependet conservatio ac perpetuitas. vid. Manz. *in Comm. J. Rat. Regular. ad Tit. d. Susp. Tut. §. 3. n. 2.* Proindeque *invitos* ad Tutelæ ac Curatelæ onus suspiciendum vocari *L. 1. pr. ff. d. Adm.*

tut.

tut. L. 9. ff. d. Mun. & Hon. nolentesq; vel pignoribus captis vel mulcta indicta compelli voluit. *L. 6. in fin. C. d. Test. tut. L. unic. ff. Si quis jus dicent. L. 1. §. 1. ff. d. Vent. inspic. vid* Stryk. §. 3. *J. d. Attit. Tut. ibibique* Ddres *passim*. 37

Quod autem dictum est, *invitos* dari *Curatores*, hoc de Jure Civili non pertinet ad illos, qui adulti Tutores fuerunt. §. 18. *J. d. Excus. tut.* Ubi docet Justinianus, qui tutelam alicujus gessit, *invitum* ejusdem curatorem fieri non compelli *jung. L. Gajus 16. ff. & L. 20. C. eod. vid.* tamen *L. 5. C. h. t.* ejusque temperamentum in *L. 14. §. 5. l. 24. ff. eod.* sufficit enim in quibusdam amici commoditatibus consuluisse, *L. Tutori. 20. C. d. N. G. L. Tutores 39. §. Qui se in fin. ff. d. Adm. tut.* Quod ampliat Imperator, ut verum sit, ipsum, qui semel tutela oneratus fuit amplius *invitum* cura ejusdem personæ prægravari non debere, etiamsi pater, quem Tutorem in testamento dederat, adjecerit, se etiam Curatorem dare *d. §. 18. J. d. Excus. tut. & L. 16. ff. eod.* nemine contra Jus Publicum disponere valente, nec cavere, ne Leges in testamento suo locum habeant. *l. Nemo potest. 55. ff. d. Leg. 1. vid.* Mantz. & Harpr. *ad d. §* Quod quamvis ita sit jure Romano, *hodie* tamen cum ex generali Germaniæ consuetudine officium administrationis & periculum futuri temporis continuetur, usque ad ætatem adulti legitimam, puta 25. annos, Tutoris officium post pubertatem durare & tutelam in curam ipso jure transfundi, ut hinc, qui Tutor fuit, etiam *invitus* Curator fieri cogatur, nec se excusare valeat, volunt *Ddres.* Quod quidem de Nomothesia Lubecana & Hamburgensi in dubium esse facile largior *per art. 1. jur. Lubec. tit. 7. lib. 1. & jur. Hamb. Lib. 3. tit. 6. Vid.* Mev. *ad Jus Lub. d. art. 1. n. 13. seqq.* Alibi autem, ubi tale statutum non viget, Tutoribus permitti, non obstante Consuetudine, finita pubertate tutela, & rationibus distractis, administrationem deponere & adulto Curatorem dari petere, concludo cum Carpz. *Part. 2. Const. 11. Def. 10. Et* Stryk. *ad §. 18. J. d. Excus. Tut.* quod in Camera sæpe factum refert. *Gail. 2. Observ. 96. n. 6. in fin.*
38 39 40 41 42 43

Illud etiam notam mereri autumo, proxime dicta in *Curatore ad litem* Germ. Einen Krieges-Vormund viduæ relictæ aut adultis dato fallere, ut *invitus* cogi haud possit, ad litis curam suscipiendam. Franc. Caldas *in L. Si curatorem pr. C. d. In integ. restit. n. 17.* Mev. *ad jus Lubec. Lib. 1. tit. 7. art. 11. n. 6.* Cum enim hujus longe dispar ratio sit, ac Curatoris bonorum, per ea, quæ fusius deduxit *JCtissimus* Mev. *d. l.* & cum procuratore fere conveniat, de quo certum, ipsum *invitum* non 44 45

con-

constitui *L. 8. §. 1. ff. d. Procurat.* Nec hic *invitus* compelli potest, ut
46 sit Curator ad litem. Aliud tamen cum Mevio *d. l. n. 7.* dicendum esse arbitor, si *Ordinarius* sit Procurator, qui pro alio procurationem suscipere cogitur. Hunc enim deficientibus aliis, salario justo interveniente, litis Curatorem fœminæ vel minori *invitum* dari rationi congruum esse arbitror cum Fabr. *in C. Lib. 5. tit. 27. Def. 2.*

47 Munera alia esse *Ecclesiastica*, alia *Secularia* in vulgus notum est. Nos quæ de his diximus, etiam de illis intelligi volumus, sc. tantum abesse, ut ambientes Episcopatum & Sacerdotium seque gratia ac precibus ingerere cupientes admittantur, ut potius hisce ceu indignis à sacris aditis repulsis, *inviti* & recusantes eligi debeant. Elegantissimum hoc nomine legi meretur Rescriptum Impp. *Leonis & Anthemii, quod exstat. L. 31. C. d. Episc. & Clericis*, cujus huc apposuisse verba non pœnitebit: *Si quemquam vel in hac Regia urbe, vel in ceteris Provinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt, ad Episcopatus gradum provehi, Deo auctore, contigerit, puris hominum mentibus nuda electionis conscientia, syncero omnium judicio proferatur. Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur. Quantum quisque mercatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profecto enim, quis locus tutus & quæ causa poterit esse excusata, si Veneranda DEI templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis aut vallem fidei providebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut, quocunque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet, nec pretio sed precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur* cogendus, *rogatus recedat, invitatus effugiat sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus* invitus, *cum sane si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interventu subiisse; aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ Majestatis, accusatione proposita à gradu sacerdotii retrahatur; nec hoc solum deinceps honore privati sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus; ut eos quos par facinus inquinat & æquat, utrosque similis pœna comitetur.*

Munera tam ratione Utilitatis & Authoritatis, quam hujus duntaxat intuitu publica, utraque tamen *Honestiora* eaque vel *Ecclesiastica* vel *Civilia* excipiunt Munera utroque respectu quidem publica,

ce-

ceterum *Sordida*, quæ inter eum, licet non jure Carpz. *Part.3. Quæst.* *137 n.58.* D. Conrad Dinner. *allegatus* Walthero *in Tr. de Stat. Jur. & Privil. Doct. Cap.6. p.64.* Vulgi tamen opinione Walth. *d.l.p.60.* jung. Besoldus *Thes Pract. voc.* Schergen *& de* Jure Civium *Cap.11.n.4.* Carnificis referatur officium, non incommode hic quæritur: *Si in civitate aliqua, aut confinio nullus sit Carnifex vel Justitiæ Minister, qui capitalem exequatur sententiam, num Judex ob publicam utilitatem* invitum *aliquem cogere possit, ut sit Carnifex vel Executor, etiamsi nihil deliquerit?* Nos missis aliorum opinionibus, quæstionem cum Julio Claro *Lib.5. sentent. §.fin.n.4.* Bartol. *ad L.fin. §. Titius. n.3. ff. d Pign. act. Et* Pari: Put. *d. Syndic.n.5 p.324.* aliisque ab his citatis ad vilem personam & executionem rite & ex fide perficere valentem Carpz. *P.3. Quæst.137. n 64. Const. Crimin* Carol. *V. art.98.* restringentes, haud dubitanter asserimus, si Carnificis copia haberi nequeat, Magistratum liberum, sed vilem tamen hominem cogere posse, ut *invitus* sontibus inferat supplicium. Cum enim Reipubl. intersit delicta non manere impunita *L.1. C.Repetund. L. Operis. C. d. Pœn.* Sed sontes pœnas promeritas *publice* luere. *L. Ita vulneratus.51. §. Quod si quis. 2. ff. Ad L. Aquil.* expedit utique Reipub. esse, qui sontibus pœnam publice inferant, quorum officium, utpote ad Justitiam, cujus & non affectuum Ministri dicuntur Carnifices. *Cap. Officia. cum 2. seqq. C.23. quæst.5.* tuendam pertinens, cum ex sua natura nihil infamiæ ac improbitatis habeat. *Vid.* Matth. Bernegger. *in Dodec. 1. Quæst.11. ad Taciti Germaniam.* tantum vanæ vulgi opinioni indulgendum neutiquam est ut eam propter *invitus* justam videatur habere excusationem, præprimis illis in locis, ubi Carnifices excoriationibus cadaverum abstinent & Excoriatoribus contradistinguuntur. *Vid.* Henr. Christoph. à Greisheim *in Jurisp. Publ. Disp. ult. c.3.th.50.* Dnus. Beyer. *in Disp. d. Bonis Damnat. th. 30. Et à* Walthero. *alleg.* Dinner. Ubi Venetiis, se spectante An. 1564. quendam ad laqueum condemnatum à vilissimo servo *invito* suspensum esse *narrat.* *Conferatur* Dn. Beyer *in Disp. d. Bon. Damnat.* Ubi de Francisco Augusto Thuano, Magni Jacobi Augusti Thuani Filio, annosum quendam mercenarium *invitum* supplicium sumpsisse refert, Lugdunensis Carnificis altero crure fracto. Nec, si historiam temporum evolvere lubeat, apud omnes populos Carnificis personam tantopere sordere, deprehensuri sumus. Enim vero apud Singelesios Insulæ Ceylon Gentes, Carnifici ad ipsum Regem liberum semper patuisse

aditum refert. D. Beyer. vom Hencker-Gelde *Cap. 1. §. 9.* Imo quod mi-
53 raberis, Wenceslaus Imperator Carnificem rogasse fertur, ut Filium suum è baptismate levaret. Lehman. *in Chron. Spir. Lib. 7. cap. 60.*
54 Speidel. *Notabil p. 481. Lit. H.* Nec apud Judæos olim certam personam Carnificis vices gessisse Autor est. Speidel. *d. l.* Ubi addit: Ipsum
55 Magistratum nonnunquam ultimum intulisse supplicium. Recentiora quod attinet tempora, notum est in quadam Imperii civitate (Reutlinga) *vid.* Beyer. vom Hencker-Gelde *Cap. 1. §. 12. in fin. ubi plures allegat*, ipsum, qui postremus in Senatum electus erat, executionem
56 fecisse. Pont. *in Att. Bell. Vol. 1. p.* 707. Camer. *in Hor. subcis. 1. c. 76 p. 374. vers. imo adhuc.* Et in Concilio Flandriæ primo Prætori, qui principis loco est, executionem committi ex Damhauderi *Pr. Crim. C. 154.*
57 *n. 2.* tradit D. Andreas Mylius *in Diss. d. Jur. Carnif. Cap. I. n. 1.* Exemplum de Balduino VII. Flandriæ Comite exhibet Lips. *in Polit. p. 131.* §. 7. Romani suis militibus, quos speculatores & Lancearias voca-
58 bant. D. Mylius *d. l.* Carnificis munus demandabant. D. Beyer *d. Tr.*
59 *Cap. 1. th. 13.* à quo more nec longe nostra recessere tempora; quibus *invitis* militibus à Superioribus commilitonem vel virgis cedere vel mortem meritum glande bombardica occidere jussis, quod Galli *Arqvebuser vel Faire passer par les armes* suâ linguâ efferunt, neutiquam probrosum esse, mandatum hocce exequi, quotidiana nos edocet
60 experientia. In Franconia quomodo recentissimus maritus fures suspendat docet Dither. ad Besold. *Verb.* Scharf-Richter *p. 865. col. 1.* ubi addit: Clericos etiam interdum Carnifices egisse.

Illud autem facilius quis largietur, hoc casu unum ex pluribus delinquendi correis etiam *invitum* à Magistratu cogi posse, ut re-
61 missa mortis pœna ad tempus vel in perpetuum fit Carnifex, & complices ultimo afficiat supplicio. Bart. *l. 2. ff. d. Jud. Publ.* Tholos. *Lib. 31. Syntagm. Cap. 38. n. 5.* Beyer. *d. l. Cap. 1. S. 13. Et de Bon. Dam. th. 26. in fin.* Theodoric. *in Coll. Crim. Disp. 10. th. 5. Lit. G.* Carpz. *Sup. all. loc.* Quam consuetudinem in Gallia, Germania, Italia & Hispania observari docet Bœkel. *in Disquis. Crim. 7. p. 103.* Exemplum hujus rei qui scire aveat, adeat Stamlerum *d. servit. Personal. Lib. 1. §. 5. Cap. 1. n.* 16. Bodin. *d. Republ. Lib. 3. cap. 8. n.* 361. *Jungatur* D. Mylius *d. l. §. 4.* Obiter hic quæritur:

62 *An sicuti, per hactenus dicta Magistratus* invitum *cogere potest Carnificis defungi munere, etiam Coriarios* die Gerber und Riemer / invitos *adigere pos-*

possit, ut corium humanum, in sectione cadaveribus punitorum ad Anatomiam ob publicam utilitatem. L. eleganti. Quod Reipubl. 33. *ff. d. Injur. & Libell. Fam. à Magistratu concessorum, Medicorum opera detractum concinnent?* Quam cum Carpz. *Part. III. Quæst.* 137. *n. ult. Et qui hunc sequitur,* Dn. Mylio. *in Disp. de Jur. Carnif. cap. 6. §. 7.* quæstionem affirmative decidimus, elegantissimum Carpzovii responsum ad verbum huc apponentes, quod dubitandi & decidendi simul exhibebit rationes. Habet ihr eine Zeit hero etlicher Gerechtfertigter armen Sünder Cadavera secirt, und nachmals bey Gerbern/ Riemern und andern/ so mit Häuten und Fellen umzugehen pflegen/ gerben und zurichten lassen wollen/ dessen sich aber gedachte Handwercker verweigert/ mit fürwenden/ als wenn sie dadurch an ihren Ehren und guten Namen benachtheiliget würden und aus den Zünfften gestossen werden möchten. Ob nun wol an dem/ daß ein armer Sünder durch die ihm zuerkante Todes-Straffe Anrüchtig und Ehrloß wird/ derowegen männiglichen ausserhalb seines Amtes und des Nothfalls sonderliche Gemeinschafft mit ihm zu pflegen nicht unbillig bedencken träget: Dieweil aber dennoch durch die ausgestandene Todes-Straffe der Verbrechere/ solche Infamia so wol/ als das Delictum selbsten gäntzlich purgiret und aufgehoben wird/ also/ daß hernacher an dem Cadavere keine Macula mehr verhanden/ noch auch zwischen demselben und anderen verstorbenen Menschen-Cörpern einiger Unterscheid ist/ derowegen auch solcher Cadaverum sectio und Anatomia zu recht zuläßlichen/ darüber auch das Bonum publicum die Zurichtung der Menschen-Häute/ als welche zu vielen nützlichen Sachen gebrauchet werden mögen/ erfordert/ ꝛc. So haben sich obgedachte Handwercker mit ihrem Einwenden nicht zu behelffen/ sondern sie seyn nach vorbrachter Anatomia die Menschen-Häute zu gerben schuldig/ und mögen dannenhero an ihren Ehren von niemand angegriffen noch aus den Zunfften gestossen werden/ in ferner Verwegerung auch werden sie hierzu von der Obrigkeit durch gebührliche Zwangs-Mittel billig angehalten. V. R. W. Mens. Febr. An. 1631.

Illud autem indubium esse arbitramur non duntaxat *invitos* cogi officio Magistratus maxime *infimi ordinis cives* posse ad efferendum Carnificis funus; quod non ita pridem hic Rostochii factum esse mihi relatum est: sed & *invitos* compellendos esse, ut reliquias hominis præprimis non malefici, sed vel in via publica aut alibi mortui deprehensi, (cui cum *funerali processu* sepulturam denegare, partium 62

omni-

omnium dissectione & inspectione à Medicis publice riteque ex-
63 plicata, charitatis Lex ac Religionis favor inhibent, cum idem & in maleficis publica pœna affectis & ad Anatomiam concessis, observari debere asserat Harpr. *ad Tit. Inst. d. Obl. quæ ex Delict. nasc.* §. 5. *n.* 115. moribusque. Rostochiensibus ex testimonio Everhardi Speckhan.
64 *Cent* 1. *Quæst. Jur.* 8. *n.* 4. Francofurtensibus ex relatione Arithmæi *Disp.* 1. *Coll. Crimin. assert.* 8. *in fin.* aliorumque locorum vid. Francisc. Ripa. comprobat) & Medicis ad secandum concessi efferant ac terræ mandent.

65 Missis muneribus Ecclesiasticis, Civilibus, & Sordidis, ad munera pergimus *Militaria*, ad quæ subeunda *Jure Romano* antiquo cives *invitos* cogi potuisse haud obscure colligere est, *ex L.* 4. §. 10. & 11. *ff. d. Re milit.* adeo, ut illis saltem exceptis, qui militare non possunt, quos videsis *in L. Proditores* 7. *L.* 4. *l. qui statu.* 8. *L. ab omni* 11. *ff. d. Re*
66 *milit.* & *t. t. C. Qui milit. non pos. Lib.* 12. quique ætate aut privilegio aliquo excusantur *t. t. ff. D. Vacat.* & *Excom.* & *t. t. C. Qui ætat. se excus. pos. cum tit. seq. Lib.* 10. qui ad edictum olim non respondisset, ut proditor libertatis in servitutem redigeretur *L.* 4. § *Qui post. ff. d. Re*
67 *milit.* quique filium subtraxisset militiæ tempore belli, exilio & parte bonorum mulctaretur, pacis vero tempore fustibus cædi juberetur. *L.* 4. §. 11. *d. t.* nec extra Legis censuram essent, qui semet ipsos debilitarunt, quo bello inutiles forent. Vid. Gothof. *ad L.* 4. *de Re milit. Lit. J.* ubi istius modi belli refugas jocaliter *ab Innocentio mihi c. l.*
68 Murcos dictos fuisse addit, jungatur Cujac. 25. *Obs. ult.* Germani *hodie* ex prætensa Germaniæ libertate der alten teutschen Freyheit. Mev. *ad jus Lub. Lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 1. *n.* 5. non coguntur *inviti* nomen militiæ profiteri, adeo, ut liberum illis sit exteræ militiæ & servitiis aliorum Principum, dummodo non hostium Imperii, nomina dare
69 sua. Reces. Imp. *d. A.* 1578. §. derselben. Gail. *Lib.* 1. *d. P. P. cap.* 4. *n.* 34. Quod tamen Jure Lubec. restringitur *per dict. art.* 1. Ut, *Invito Magistratu* id Civibus Lubec. neutiquam integrum sit. Sicuti autem per hactenus dicta juri Sequelæ Germ. der Heers-Folge/ quod Principibus Imperii vi Superioritatis territorialis competere hodie docet Knichen. *Tr. d. Sax. non provoc. jur. Cap.* 5. *n.* 511. & *in Tract. d. Jur. terr. Cap.* 3. *n.* 413. Sixtin. *d. Regal. Lib.* 2. *c.* 1. *per totum. jungatur* Mev. *d. l.* nil deroga-
70 tum volumus, de quo vid. Besold. *Thes. Pract. verb.* Folge & Wehner. *voc. ead jungatur* Hahn. ad Wesenb. *Tit. d. Re milit. n.* 2. Eckolt. & Struv.

Struv. *eod. Tit.* Ita indubie concludimus: Cives hodie adhuc ad militiam pro Salute Reipubl. vel pro Religionis defensione subeundam *invitos* cogi posse. *Vid.* Schnobel. *Disp. 25. n. 25.* Non enim licet 71 civi, qui jura Civitatis recipiendo se ejus defensioni mancipavit atque obstrinxit, quod civitati debetur, declinare *L. Si quis Decurio. 85. C. de Decur.* Sed id denegans recte impius audit *L. Un. C. Si curial. vel civit. jus hab.* Quare *inviti* recte, ad quod suapte sponte Reipubl. præstandum non veniunt, compelluntur.

Cum quodammodo *Juris Publici* dicatur testimonii dictio We- 72 senb. *ad Tit. d. Test. n. 2. L. Curent. 22. ff. eod. juncta L. 16. C. eod.* proque *publico* & *necessario* habeatur munere testimonium perhibere Gail. *1. Obs. 100. n. 2.* Spec. *tit. d. Test. 8. penult. n. 6. per L. 1. ff. d. Test.* Jura salubriter constituere, *invitos* etiam & *reluctantes*, ut testimonium perhibeant, tam in causis criminalibus, quam civilibus *L. 16. & 19 C. d. Test. juncta L. fin. C. d. Fid. Instrum.* si se vel odio, vel favore vel timore sub- 73 trahere judicio conentur, Perez *ad tit. C. d. Test. n. 11.* à Judice ordinario ejusque Delegato & Commissario cogi posse. *d. L. 16. & 19. C. juncta L. 21. ff. d. Test. & L. 4. ff. Quemad. test. aper. t. t. X. d. Test. Cog.* Com- 74 pellique vel captis pignoribus vel mulctæ indictione *L. 1. §. 3. ff. d. Vent. inspic. L. 3. §. 9. ff. d. Tab. exhib. cap. 2. X. d. Test. cog.* Lauterb. *ad Tit. d. Test.* Brunn. *ad 2. L. & 3. ff. eod. L. 2. & 3 ff. eod.* Mev. ad Jus Lubec. *Lib. IV. tit. 7. art. 10.* Vel mandatis pœnalibus vid. Brunn. *in Process. Civ. c. 20. n. 59.* Imo etiam Banno. Gail. *d. l. n. 12. & pr.* Idque recte ob 75 Publicam receptum utilitatem dicitur. Interest enim Reipubl. ne veritas occultetur *text. in c. quanquam 14. q. 2.* à testibus ad veritatem eruendam adhibitis *c. 1. X. d. Test.* neque celando veritatem cum mortali peccato *c. Quisquis 11 qu. 3.* Felin. *in c. 1. n. X. De Testib.* jus suum alicui malitiose intervertatur *c. fin. d. Test. cog.* Wes. *ad Tit. de Test. n. 8. n. 2.* Carpz. *P. 1. Const. 16. Def. 17.*

Quod ampliant Ddres ut procedat etiam illo casu, quo quis jura- 76 vit, nolle se testimonium perhibere; cum tale juramentum non sine peccato servari possit, celante veritatem *per proxime dicta* mortale peccatum committente. Quare istiusmodi juramentum tanquam 77 temerarium, illicitum & contra bonos mores præstitum non est obligatorium, neque non servanti infamiæ notam inurit, qui potius propria authoritate eidem contravenire poterit, vid. Gail. *1. Obs. 100. n. 3. inibique allegata jura & Dd.*

78 Non autem à necessitate dicendi Testimonii absolvuntur Clerici in causa Laicorum, maxime, si veritas aliter haberi nequeat. Virgil Pingitz. *Quæst.* 35. Matth. Colerus *Part.* 1. *Decis.* 211. & *Part.* 2. *D.* 240.
79 Gail. 1. *Observ.* 100. *n.* 16. Sicuti enim hoc casu idem obtinet in reliquis Personis privilegiatis *per L. Inviti ff. d. Test. c. Si testes §. item in L. Julia Public. Judic.* 4. *q.* 3. publica utilitate, quæ in veritatis testimo-
80 nio versatur. Gail. *d. l. n.* 15. privato favori præponderante. Carpz. *P.* 1. *C.* 16. *D.* 69. Ita & Clerici perhibitione veritatis, prævia juramenti præstatione *arg. L. Jurisjurandi.* 9. §. 1. *C. d. Test. can. Hortamur* 10. *C.* 3. *q.* 9. *c. tuis. X. d. Test.* Hipp. de Marsil. *singul.* 241. *n.* 7. *Coler. d. l. n.* 7. *Jungatur.* 2. *c. Nuper nobis* 51. *X. d. Test. non* obstante *Auth. Sed Judex. C. d. Episc. & Clericis. Vid.* Carpz. *d. l. n.* 11. & 12. se non possunt subtrahere, sed ad testificandum *inviti* compellendi sunt.

81 *An autem Clerici* Inviti *cogi possint, ut confessionem sibi factam Superiori manifestent ac edisserant?* non impertinenter hic quæritur. Et verior est sententia: Tantum abesse ut *inviti* cogi possint ut potius si sibi credita revelent, ipsorum testimonium, ceu fide indignum, rejiciatur & nil quicquam operetur per *c.* 13. *X. d. Excess. Prælat. c. Sacerdos* 2. *d. Pœnit. dist.* 6. & *c.* 2. *X. d. Offic. Jud. Ord.* Mascard. *d. Probat. Vol.* 1. *Concl.* 377. Mynsing. *Cent.* 5. *Obs.* 41. *n.* 4. Gail. 1. *Obs.* 100. *n.* 8.
82 Desineret enim secretum esse confessionis, si re velata divulgare Sacerdotes cogi possent, ut in simili loquitur Ulpianus *in L.* 1. §. *Si quis tabul.* 18. *ff. Depos.* quos oporteat illa, quæ ipsis ceu Christi Vicariis explicata sunt, ne quidem scire *Cap.* 2. *X. d. Off. Jud. Ord.* Quorsum pertinet sententia Beati D. Lutheri *in Colloq. Germ. Cap. XIV. fol.* 191. *in Tom. Jen.* ibi: Sie hat mir nichts gebeicht / sondern dem HErrn Christo / und weil es Christus heimlich hält / so soll ichs auch heimlich halten / und sagen: Ich habe nichts gehöret: Hat Christus was gehöret / so sage ers: Et paulo post: Ist sie absolvirt / da weiß ich D. Martinus nichts um / sondern Christus weiß es / mit welchem sie geredet / denn ich höre nicht Beicht / absolvire auch nicht / sondern Christus &c. *Vid* Carpz. *P.* 1. *C.* 16. *D.* 70. Brunnem. *ad L.* 8. *ff. d. Test. Et in* Process. *Civ. Cap.* 20. *n.*
83 61. Ubi tamen duos excipit casus, (1.) Si versetur confessio in De-
84 licto committendo, & (2.) Periculum sit, nisi revelentur dicta, innocentem opprimi; additque hisce casibus à Confessi nomine abstinere oportere Clericos. vid. Gabriel *Lib.* 7. *tit* 7. *d. Malef. Concl. ult. n.* 17. Menoch. *d. A. J. Q. Cas.* 180. *n.* 21.

Vi-

Vidimus hactenus quomodo quis *invitus* cogi possit, ut munera subeat publica tam Civilia, quam Militaria, tam Ecclesiastica quam Secularia, tam Honestiora, quam Sordida, quaque ratione invitus ad dicendum testimonium compelli possit intuitu *Salutis & Utilitatis Publicæ*: Visuri jam sumus quomodo eadem *Publicæ Utilitatis ratio invitum* adigat *Patrem*, ut faciat aliquid quod ceteroquin facturus non erat. Ubi missa alendi necessitate, quam Pietatis Jus Parentibus injungit *L. 5. pr. §. 2. & 12. ff. d. Agnosc. vel Alend. Lib. & L. ult. §. 5. C. de Bon. quæ Liber.* quosque *invitos*, ut ex se natis alimenta præstent, ex ductu æquitatis charitateque sanguinis, Judex compellit, *d. l. 5. §. 2. & 12. juncta L. fin. C. eod.* 58 86

Ad Dotis constitutionem dandosq; Studiorum Sumptus pedem promovens, principe loco de DOTE acturi, ad quam filiæ in sacris paternis constitutæ dandam Patrem Officio Judicis Nobili *invitum* cogi posse, satis aperte innuit JCtus Marcianus *in L. 19. ff. d. R. N.* ubi Patrem filiam dotare *nolentem* per Præsidem cogi debere respondet, jung. *L. 7. C. d. Dot. promiss.* Præterquam enim, quod Dotis dationem Patris votum *L. 22. §. penult. ff. ad SCt. Trebell.* Pietas *L. 34. ff. d. N. G.* & Officium *L. ult. C. d. Dot. promiss.* ab *invitis* exigant, sane Reipubl. Utilitas eandem *invitis* imperat. *Vid.* Brunn. *ad L. 19. ff. d. R. N.* Utpote cui expedire dicitur, mulieres non esse indotatas *L. 2. ff. d. Jur. Dot.* cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam *l. 1. ff. Solut. Matr.* Aristot. 2. *Polit.* 7. replendamq; civitatem Liberis hominibus *L. 7. §. 3. ff. d. Bon. Damn.* maxime dicatur esse necessarium, *L. 1. in fin. ff. Solut. Matrim.* i. e. utile *vid.* Gothof. *adh. L. Lit. I.* jung. *L. 2. ff. d. Jur. Dot. inibique* Brunn. & Ddres. 87 88

Nec aliter se res habet in suppeditandis filio Studioso Studiorum Sumptibus: Cum enim Ddres Studiorum impensas non sine causa cum iis comparent, quæ *Publicam Utilitatem* concernunt. Felin *in c. cum dilecta X. de Rescript. n.* 16. Dn. Mev. *Consil. 46. n* 33. Harpr. *ad §. 2. J. d Donation.* 85. Studiorumq; favorem æque magnum esse ac ipsius Reipubl. ex *L. 1. C. qui ætat. vel profess.* probet Stryk. *in Tr. d. Success. ab. Intest. Disc.* II. *cap.* 3. *§. 8. in med.* favor Reipubl. ejusq; utilitas exigit à Patre, ut *invitus* filio Studioso debitas impensas subministret. Pontan. *d. Aliment. Cap. 7 n. 4.* Rebuff. *d. Privil. Univ.* 53. Pruckman. *Cons.* 35. *n.* 95. Brunn. *de Collat. cap* 4. *n.* 165. *seqq.* quod (1) probatur argumento ab Alimentis ad Studiorum Sumptus petito, de quo vid. Dn. Damm. *in Disp. quam nupero tempore sub Præsidio Præ-Nobilissimi* Dn. Præsidis *defensitavit de* Donatione 89 90 91

92 tione Præsumpta *Cap 2.n.22.* (2) quod Pater hosce sumptus ex *debita* pietate facere dicatur *L.15.C.d.N.G.L.50.ff. Famil Ercisc.* (3) quod Tutor cogatur impensas facere in studia pupilli *L.De bonis.6.§.non solum 5. ff.d Carbon.Edict.L.45.ff. d.N.G.* multo magis ergo Pater, qui naturalis
93 àDeo liberis est constitutus Tutor [4] quod cesset exceptio SCti Macedoniani in sumptibus filio studiorum causa suppeditatis *L. 7. §. 3. ff. & L. 5. C. ad SCtum Maced.* unde sequitur, Ergo ad eos dandos Patrem
94 cogi posse. (5.) Quia Pater ad illorum refusionem tenetur, licet expresse prohibuerit suppeditari, vid. Stryk. *Tr. d. Cautel. in Contr. Necess Sect.3. Cap.§.1 2. in fin. & alleg. Disp. de Donat. Præsumpt. cap. 2. n.206. seqq.* Ergo multo magis ad eosdem suppeditandos implorato Judicis Officio Nobili cogi potest, quæ etiam communis Ddrum est sententia. vid. Brunner. *sup. all. loco inibique plena manu adducti Ddres.* quam omnes tamen de illo intelligunt casu, si Patris Consilio & Voluntate Studiis Operam navare cœperit.

95 *An vero Pater etiam hoc casu* Invitus *ad subministrandas Studiorum impensas cogi possit, si filius*, ipso invito *se Musis consecraverit*, *quæstio est altioris indaginis*? circa quam, mirum est, in quam diversa JCti sententiarum
96 abeant divortia. Negativæ patrocinantur post Gloss. Bartol. Menoch. *& alios* Zanger *d. Except. Part. 3. c. 2 n.60. seq.* Donell. *Enucl.Lib.12.cap.27. Lit.F.* Schnobel. *Disp.9.th* 23. Caroc. *d Remed. contra sentent. Except. 87. n.8. aliique à* Lauterbach. *in Compend. Jur. Civil. p m.197 allegati Ddres.* Ex hisce rationibus, quod (1) Patris consilium in Jure censeatur optimum *per L. Nec in ea 22. § fin. ff. Ad L. Jul. d. Adult.* (2) quod effectus sit Patriæ Potestatis, ne filius *invito Patre* certum vivendi genus sibi eligat *arg. pr. I. d. Nupt.* (3) quod saltem ex præsumptionibus colligendum sit, an Pater filio Studiorum Sumptus donarit *per L. 50. ff. Famil. Ercisc.* qua præsumptione opus non foret, si *invitus* ad eosdem adstringeretur (4) quod contrariæ sententiæ Patroni textu legis destituantur, quo sine tamen loqui JCto non nisi cum rubore fas est per *L.19. C.d.Collat. L.5.C.d.Repud.L.13.§.7.ff. d. Excus. Tut.* Carpz. *P. 2. Q.76.n.42.* Barbos. *L.5.cap.17.axiom.1. Lib. 10. cap. 10. axiom.13. Ubi* docet minus recte à
97 Ddribus in hunc sensum allegari Novell. 18.*c.5.* Alii vero quæstionem propositam *limitant* in illo, qui Grammaticam & Humaniora, ut vocant, tractat, ut, cum hisce præmunitus in omni vitæ genere suam inde percepturus sit utilitatem, Pater ad hosce sumptus *invitus* cogi possit, non vero si filius *ipso invito* Majoribus se mancipaverit Facultatibus Joan.

An.

Anton. Mangil. *Tr. d. Imput. q. 13.* Petr. Barbos. *in L. 1. ff. Solut. Matrim. Part. 7. n. 26. in fin. inibique allegati, jung.* August. Barbos. *in Collect. Cod. ad L. 5. C. ad SCtum Maced. n. 9.* Alii omnem rem Judicis relinqunt ar- 98
bitrio. Enenkel. *d. Privil. Parent. Privil. 7. c. 2. n. 3. p. 441. & Privil. 12. c. 3. n. 12.*
Lauterb. *sup. all loco.* Alii aliis quæstionem Cautelis ac Limitationibus 99
includunt, de quibus vid. Brunn. *ad L. 5. C. ad SCtum Maced.* Alii deniq; 100
prærequirentes, quæstionem intelligi de Filio felici ingenio prædito & discendi cupido, simpliciter affirmativæ subscribunt, ut hoc casu implorato Judicis Officio Nobili Pater cogi possit *invitus*, Filio gnaviter studiis etiam *invito Patre* operanti sumptus suppeditare, moti sequentibus rationibus. (α) Quod liberi non solis Parentibus, sed præprimis Reipubl. nascantur *L. 1. §. 15. ff. d. Vent. in poss. mitt.* cujus, cum filii commodo, etiam neglecta privata utilitate, Patri incumbit salutem omni conamine promovere. (β) Quod LL. quæ concurrente pietate Patri necessitatem subministrandi Studiorum Sumptus imponunt, non distinguant, an filius Patris consensu studia tractet, an vero eo *invito.* (γ) Quod Patria Potestas hodie in Pietate consistat. *l. 5. ff. ad Leg. Pompej. d. Parricid.* secundum cujus ductum exigente Reipubl. & Studiorum favore Pater obligatus est studia, commodum & honorem filii promovere. (δ) Quod secundum communem JCtorum sententiam sumptus studiorum doti comparentur, vid. *alleg. Disp.* Dn. Dammen *de Donat. Præsumpt. c. 2. n. 98.* Atqui ad hanc etiam Pater obligetur, quamvis *ipso invito* filia nubat, modo justis dissentiendi destituatur rationibus, & consensus ipsius ante sponsalia contracta legitime sit requisitus, Ergo & Pater cogi possit ad subministrandas Studiorum impensas, licet *ipso invito* filius studiis operetur, modo legitime Filius ejus Opem imploraverit. Tandem (ε) & ultimo quod Pater Filium *invitum & contra inclinationem naturalem*, quæ à prudente Patre omnia ante probe est cognoscenda ac exploranda, mercaturæ vel alii vitæ generi mancipando vix ac ne vix quidem felici successu scopum suum sit assecuturus, cum, quæ *invita Natura* fiunt, raro ad salivam esse soleant, aut applausum mereantur, arte tum demum perfectum producente opus, quando cum natura operatur. Huc pertinet illud Plauti: Invitos canes venatum ducere summam esse stultitiam, & Horatii: Tu nihil invita dices faciesve Minerva *de quo supr. Cap. 1.* vid. Brunn. *ad L. 5. C. ad SCtum Macedon.* Gratian. *Discept. Forens. Tom. 1. Cap. 60. n. 23.* Harpr. *§. 2. J. de Donat. n. 98.* Brunner. *de Collat. c. 4. n. 165. Excellentiss.*

Schöpffer *in Disp. de Sumt. Stud. Cap. 2. n. 7. seq.* à quibus abludere haud videtur *Magnif.* Dn. Lembke / Præceptor ac Fautor meus æviternum omni observantiæ cultu suspiciendus *in elegantiss. Differt. sua Inaugurali*
101 *De Exception. SCti Macedon.* §. *38.* quibus & nos calculum nostrum submittimus, resolutiones dubiorum publico, bono cum Deo, conflictui, ne modum migret Disputatio, reservaturi.

102 Diximus *supra hoc Capite n. 94.* Patrem teneri *invitum* ad suppeditandos Filio Studioso Studiorum Sumptus illorumq; refusionem, etiamsi expresse prohibuerit subministrari, idq; Studiorum & per consequens Utilitatis Publicæ intuitu, ut hinc actio negotiorum gestorum, (quæ cæteroquin *invito* & prohibente illo, cujus etiam utiliter geruntur negotia, locum non habet *per eleg. L. 6.* §. *2.* inibi : *Nisi pro invito quis intercesserit ff. Mandat. L. 40. inibi : Te vetante. ff. eod. L. 53. inibi : Quod si pro invito eod. junct. L. ult. C. d. Negot. Gest.* ut potius præsumptæ donationi hic locus esse videatur *vid.* Brunn. *ad L. 40. ff. Mandat. inibique citati.* Ddres *jung. Disp. sup. all.* Dn. Dammen *de Donat. Præsumpt. Cap. ult. n.*
103 *204.*) etiam hoc casu contra prohibentem Patrem negotiorum gestori jure propitio detur. *Vid.* Stryk. *Disp. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 88. item in Tr. d. Cautel. in Contr. Necess. sect. 3. Cap. 1.* §. *2. & in Notis ad Inst. Tit. d. Oblig. quæ qs. ex Contract.* §. *1. vid. Sæpius alleg. Disp. De Donat. Præsumpt.*
104 *Cap. 2. n. 206.* Hujus occasione jam hic notamus, non solum antea dicta in repetendis Studiorum Sumptibus obtinere, sed in genere, quotiescunque Salus & Favor Publicus pro *invito* impensas suadent, toties etiam *contra invitum* dari actionem negotiorum gestorum. Molin. *d. J. & J. Disp. 554. n. 1.* Gometz. *Tom. 2. Resol. Cap. 13. n. 11.* Tiraquel. *de Nobilit. c. 6. n. 38.* Romanus *Singul. 124.* Stryk. *d. l.* Brunn. *ad L. 43. ff. de N. G. & ad L. fin. C. eod.* cujus regulæ hæc datur ratio, quod istiusmodi prohibitio, quæ contra *Publicam Utilitatem* est, nullius deprehendatur esse momenti, & prohibens censeatur in effectu non prohibuisse, cum jura ob *Publicam Salutem* talismodi prohibitiones non admittant: Sicuti enim pacta, ita protestationes & prohibitiones *contra Publicam Utilitatem* nil operantur. *L. 38. ff. d. Pact. Vid.* Stryk. *l. cit. & alleg. Disp. De Præsumpt. Donat. d. l.*

105 Ex hactenus dictis inferunt Ddres: Si quis prohibeat domum ruinæ proximam reficere contra *L. 2. C. d. Ædif. priv.* vel funeris impensam suscipere, Surdus *Decis. 255. n. 14.* Cagnolus *ad L. Invito 69. n. 7. ff. d. R. J.* Brunn. *ad L. 14* §. *13. n. 28. ff. d. Religios. & sumpt. Fun.* vel suis liberare

sumptibus hominem à morte, mutilatione, gravi morbo, aut carcere. Brunn. *ad L. fin. C. de N. G.* aut pro muliere maritanda facere impensas *Idem d.l. jung.* Stryk. *d. Disp. d. Sal. Publ. Cap. 2. n. 88.* à refragante & *invito* principali negotiorum gestorem, non obstante *L. fin. C. d. N. G. & L. 6. §. 2. ff. Mandat. junct. l. 40. & 53. eod.* hasce impensas repetere posse.

Sicuti autem *per hactenus dicta* Dominus ruinosæ domus *Invitus* 106
negotiorum gestori impensas in ejus refectionem factas, tenetur refundere *Publica Utilitate* hanc necessitatem eidem imperante: ita eadem multo magis *Publicæ Salutis ratio* invitum adigit Dominum, ut 107
undiquaq; ventorum flatibus patentes amœnissimique urbis aspectus deformitatem minitantes *L. 2. C. d. Ædif. priv.* ædes ipse suis sumptibus reficiat. *per L. 7. ff. d. Offic. Præs.* ubi eleganter respondet *JCtus* Ulpianus: Præsidem Provinciæ Dominos ædificiorum ad eadem reficienda compellere debere, & ita deformitati auxilium ferre, cum
quo convenit responsum *JCti* Pauli *in L. 46. ff. d. Damn. infect.* ubi ad Cu- 108
ratoris Reipubl. officium spectare docet, ut dirutæ ædes reparentur, & Rescriptum Impp. *in Leg. 8. C. d. Ædif. priv.* ubi *invitos* ad reparationem ædium *Judiciaria Authoritate* compellendos esse constituere, idque vel captis pignoribus, vel indicta mulcta, *L. 7. ff. d. Offic. Præs.* Quodsi au- 109
tem paupertate pressi, aut bonis lapsi & exuti suis facultatibus reficere nequeant ædes, Publicum illarum curare reparationem jubetur, ita, ut si Dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris non restituat, Respubl. eas *invito Domino* jure distrahere vendereque possit *per L. 46. ff. d. Dam. infect.* Imo hoc casu *invitus* Dominus compelli possit, ut alteri reficere volenti justo pretio ruinosam domum vendat. *arg L. 7. ff. d. Offic Præs.* Roman. *Singul. 784.* Cœpoll. *d. S. U. P. Cap. 59. n. 4.* pertinet enim ad decus urbium ædificia non derelinqui *L. 20. §. 10. ff. d. Nov. Oper. Nunciat.* nec ruinis urbem deformari *L 2. §. 17. & L. ult. in fin. ff. Ne quid in loco publ. L. 2. C. d. Ædif. priv. vid.* Cœpol. *Cap. 59.* Stryk. *d. Cautel. Sect. 3. Cap. 1. §. 2.*

Quod autem de ruinosis ædibus diximus, ad desolata etiam 110
loca, aream puta, in qua olim ædes steterunt, maxime versus Plateam urbis majorem & venaliorem der grossen Handel-Strasse ob eandem *Publicæ Utilitatis* rationem, pertinere arbitramur, sc. ut & hoc casu Magistratus civem *invitum* sub privatione loci, si quidem dives sit, compellere possit, ut desolata in urbe reædificet, aut si dura pau-

pertatis prematur mole, adigat nolentem, illis, quibus media suppetunt, quique suis sumptibus eadem reædificaturi sunt, justo pretio vendere, ne ex neglectu structuræ publicus aspectus deformetur, vicinisque grave inde oriatur incommodum in civitatis dedecus & detrimentum redundaturum. *Vid.* Mev. *Part. VIII. D. 239.* ubi id præjudicio Wismariensi confirmat.

111 *An autem hoc casu Civi ædes suas post ruinam in hortum aliumve usum convertere liceat, quo refectionis evitet impensas, an vero & hoc casu* invitus *cogi possit jussu Superioris, novum areæ imponere ædificium, non incommode hic quæritur?* Et putamus totam rem ex arbitrio Magistratus, non vero areæ Domini dependere, adhibito insimul Vicinorum consensu, habitoq; ad retro judicata in eodem Controversiarum genere respectu, qualiter rescribit Imp. Alexander in notabili *L. 3. C. D. Ædif. priv. Conf.*
112 Mev. *d. Part. VIII. D. 239.* Brunn. *in Comm. C. ad Tit. de Ædif. privat.* ubi addit, morem Civitatis omnia ante Judicem oportere advertere.

113 Nec aliter se res habet in Publici Putei refectione, ad quam vicini *inviti* contribuere tenentur *per text. express. L. Ad portus. 7. C. d. Oper. publ. vid.* Mev *Part. IV. D. 130.* etiamsi eo nunquam utantur, nec uti velint. Roman. *Singul. 86.* Jason. *in L. 2. C. de Jure Emphyteut. jung.* Gail. *l. 2.*
114 *Observ. 56. n. 6.* ubi hanc addit rationem: Quod puteus publicus sit communis pluribus ut Universis, ideo attendatur voluntas majoris partis, non singulorum *per L. Quod major. 19. ff. Ad Municip.* Non refraga-
115 bor tamen illis, qui consuetudinem cujusque loci & hic attendendam esse arbitrantur.

116 Prædiis Urbanis adhærere servitutes constat *ex §. 3. J. d. Servit. Rust. præd. L. 1. §. 1. L. 6. Comm. Præd.* quare exposito jure *inviti* circa Ædificia, pergimus jam ad jura *inviti* circa Servitutes, ubi notabilis occurrit Casus circa servitutem Cloacæ, omnium sane fœdissimam, quo quæri-
117 tur: *An quis prohiberi possit in pariete suo Latrinam ædificare vicino contradicente ac de fœtore & ingrato aspectu conquerente?* Et nulli dubitamus in Negativam cum JCto Carpz. *Part. 2. D. 108.* abire sententiam, moti rationibus ibi adductis, ad quas brevitatis studio B. L. remittimus, mo-
118 do (1) Latrinam ædificans observaverit spatium, quod Statuta loco-
119 rum ædificanti præscribunt (2) modo eandem non versus viam aut plateam publicam habuerit, sordesq; & excrementa in eandem cum dedecore ac detrimento Publicæ utilitatis defluxerint, hoc enim casu cogi posse civem, ob rationem *L. 2. C. d. Ædif. priv.* ne turpi istiusmo-

di

di aspectu ingratoque fœtore in via publica versantibus noceat, *invitum*, aut alibi latrinam exstruere, aut ne sordes effluant, cavere, autumamus, qualiter non ita pridem judicatum esse in causa D. M. contra D. R. W. ab Ampliss. hujus Urbis Senatu refert *Præ-Nobiliss.* Dn. Præses.

Alius occurrit casus in *L. 3. & 6. C. d. Metall. Lib. 11. tit. 6.* ubi licet jure ordinario cæteroquin citra servitutem, alienum, *invito* Domino, ingredi agrum non liceat *L. per agrum. 11. C. d. Servitut. & aqua.* ne quidem ad quærendum Thesaurum *L. unic. vers. in alienis. C. d. Thes. L 10.* ob Utilitatem tamen Publicam hoc, *invito Domino*, concessum est. v. g. si vena Marmoris vel Metalli appareat *alleg. L. 3. & 6. C.* quia enim ipse Dominus neglexit in suo fundo metalla quærere, Princeps ob Utilitatem Publicam alii hoc juste concedit, ut ea investiget & in Publicum usum extrahat. Dn. Brunn. *ad L. 6. C. d. Metall.* Peregrin. *d. Jure Fisci l. 4. tit. 2. n. fin.* quanquam hic casus, cujus ob materiæ connexitatem hic meminimus, potius ad sequens pertineat caput; Jungatur interim Excell. Stryk. *in Disp. d. Publ. Sal. Gail. Cap. 2. n. 92. seqq. ubi n. 105.* 120

cum Brun. *ad L. 13. §. 1. ff. Comm. Præd. n. 3.* docet in genere, ex Publica Utilitatis causa cogi posse aliquem ad vendendam vel constituendam Srevitutem. *vid.* Cœpoll. *De Servit. Rust. Præd. Cap. 22. n. 4. aliique à* Brunn. *alleg.* Ddres. 121

Inde est, *vid.* Brunn *ad L. 11. C. d. Servit. & Aqv.* Stryk. *d. l.* quod si Via Publica vel fluminis impetu vel ruina amissa fit, vicinus proximus *invitus* viam præstare cogi possit *per L. 14. § 1. ff. Quemadm. serv. amittit inibiq;* Brunn. *& ad l. 11. C. d. Serv. & Aqv.* ubi addit: Hoc casu non ordinariæ actioni, sed Officio Nobili Judicis locum esse. *Jung.* Stryk. *d. l.* itemque Loci pretium Domino à Fisco etiam hodie restituendum esse, Natta *Consil. 554. n. 25. tit. 3.* Hippol. Riminald. *Lib. 2. Consil. 199. n. 181. &* Busius *ad Leg. 14. Quemadm. Serv. amitt.* licet contradicat Gloss. *in alleg. l 14.* 122

Accedimus jam ad Contractus, visuri, quomodo & in his *Publicæ Utilitatis ratio* nolentibus, ac *Invitis* contrahendi necessitatem injungat, ubi missis Realibus, Verbali, Literali, ad frequentissimam contractus Consensualis principem speciem, puta, *Emptionem* & *Venditionem* pedem promovemus: certi, quod quamvis regulariter nemo *Invitus* ad emendum vendendumve compelli possit. *L. Invitum 11. C. d. Contrah. Empt. L. Nec emere 11. C. d. Jur. Delib.* etiamsi Judæus fit. Brunn. *ad L. 9. C. d. Judæis.* intantum, ut coacta venditio rescindi debeat. 123

L.1.C.d.Rescind.Vend. sique quis per concussionem & Officialium impressionem vendere coactus fuerit, restitutionem absque refusione pretii petere valeat *L.Per impressionem 11.C.d.His quæ vi met. caus.* ob Utilitatem Publicam tamen & hæc Commerciorum libertas circa merces importandas & exportandas limitari debeat. Marquard. *De Jur.Merc. Lib.1.Cap.3. n.27.* Struv. *Exer. 32. th.7.* Stryk. *d. Salut. Publ. Cap.1.n.97.*
124 Brunn. *Exer. Instit. 1. Tit. 8.* Quod enim facultatem importandi merces attinet, verum quidem est, *invitum* neminem cogi posse, ut in loco aliquo merces suas venundet. Valasc. *D. 22. n. 1.* Molin. *d. J. & J. Tom. 2. Disp. 341. n. 3.* Vasqv. *Controv. 17. n. 4.* Mev. *ad Jus Lubec. Lib. 3. tit. 6.*
125 *art. 7. n. 7.* Exceptio tamen est in Civitate, cui competit Jus Stapulæ Plenum. *Conf.* Schwend. ad Eckholt. *ad Tit. De Nundin.* die Staffel-Gerechtigkeit oder Nieder-Lagen / vi cujus ex Imperiali concessione vel immemoriali præscriptione nonnullæ Civitates id privilegii habent, ne quis easdem prætervehere aut navigare possit, sed merces ibi-
126 dem *invitus* venum exponere cogatur, quale in Rheno habent Colonia Agrippina, Moguntia, Spira; Ad Danubium: Ratisbona, Ingolstadium, Passavium; In Visurgi Brema: in Albi Magdeburgum & Hamburgum *Vid.* Mev. *d. l. inibique all. Ddres.* quibus jungatur Wehner *in Obs. Pract. voce* Staffel-Gerechtigkeit. Limnæus *d. Jur. Publ. Lib. 2. cap. 9. n. 130 seqq.*

127 Secundo, quod quamvis nemo cogi possit, ut huic & non alii vendat, libertate Commerciorum Jure Gentium libera *L. Ex hoc jure ibique* Jason *& alii ff. d. J. & J.* Roland. à Vall. *Cap. 32. n. 61. v. 4.* adeo, ut nec Magistratui vel Domino terrarum jus sit cogendi subditos, ut fruges vel Victualia ipsi non aliis, pro pretio, utut æquo, vendant,
128 Mev. *Part. 2. D. 279. per tot.* Publicæ tamen Utilitatis effecit ratio, ut
129 Jure Lubecensi advena seu peregrinus Merces in civitatem translatas nemini, nisi civibus vendat, nec extraneis in civitate degentibus easdem vendere possit, sub comminatione pænæ arbitrariæ. Jus Lubec. *Lib. 3. tit. 6. art. 7. inibique* Mev. ubi *n. 5.* hujus statuti æquitatem defendit: Imo aliis in locis, ne omnibus quidem civibus, sed Mercatoribus duntaxat vendere possit, qualem hic Rostochii vige-
130 re observantiam Mercatorum Ordo acriter urget. Id tamen Peregrino denegandum non est, si nolit invectas vendere merces, quod possit easdem soluto jam antea vectigali, sine novo iterum exportare. Goden. *Cap. 7. n. 2.* Petrus Anchoran. *Quæst. Fam. 17. p. 3.* Fr. Cal-

das.

das. *Quæst. For. 12. n. 4. l. 1.* Mev. *all. loc. n. 11. ubi n. 6.* addit: Quodsi Advena merces, quas vendere nequit, ad occasiones cupiat deponere, Germ. Auffßllern oder auflegen/ id quidem eidem permittatur, sub hac tamen conditione, ut si postea vendere velit, *invitus* civibus & non peregrinis vendat. 131

Alibi locorum Statutis commerciorum libertatem hisce cancellis inclusam restrictamque videmus, quod nemo aliena pecunia & alterius nomine frumenta, lanam aut similes merces, quas Peregrini in urbem apportant, comparare debeat, das niemand mit frembdem Gelde/ Korn und andere ankommende Wahren kauffen soll. Item quod Exteris res suas per urbem exportare aut apportare non sit permissum; das denen frembden nicht verstattet werde ihre Kauffmans-Gutter in die Stadt zu Lande zu bringen und hernach zu Schiffe in andere Ohrter außzubringen & vice versa, quorum Statutorum meminit *idem* Mevius *n. 20.* 132

Quod autem facultatem exportandi merces attinet, indubii juris est, cum hoste mercari ipsique merces, quas Galli vocant *Marchandises de Contrebande* vendere, prohibitum esse *t. t. C. quæ res export. non deb. quorsum & pertinet l. 11. Cotem. ff. d. Publ. & vectig.* cujus ratio est in *l. 2. C. all. tit. vid.* Brunn. *ad L. 1. eod. Jung.* Marquard. *d. Jur. Mercat. c.* 1. *L. 2. n. 38.* Hodie quid nomine mercium vetitarum, der Wahren von Contrebande veniat, videre est ex Tractatu Maritimo inter Regem Galliæ Ludovicum XIV. & Civitates Hanseaticas Anno. 1555. inito & publicato, quem exhibet Marquard. *p. post. sub. Lit. B. p. 27. art. 2.* 134 135

Illud interim ambabus largimur, ex Publicæ Utilitatis ratione Principem aut Magistratum edicto cavere posse, ne frumentum tempore annonæ caritatis exteris vendant, siq; plane vendere nolint, *invitos* cogere victualia etiam publicæ venditioni non oblata, justo Civibus pretio venum exponere *L. 1. §. 11. ff. d. Off. Præf. Urb. L. 27. ff. d. Usufr. L. fin. Ad L. Jul. de Annon. L. 6. ff. d. Extr. Crimin.* vid. Mynsing. *5. Obs. 27. n. 3.* B. Redeker. *in Exam. Inst. §. 2. ad. tit. d. His qui sui vel alien. quæst. 7.* Quo etiam casu Magistratus compellere potest *invitos*, pro evitanda Caristia frumenta & alia ad vitæ sustentationem necessaria in tempore coëmere *L. 1. C. Ut nem. liceat. in empt. spec. ibiq;* Perez. *n. 3.* Menoch. *Cas. 137. n. 13.* Koeppen. *Def. 59. n. 3. & 18.* Stryk. *dict. Disp. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 98.* 136 137

Reliquos casus, quibus *inviti* emere venderеq; coguntur, extra Publicæ Utilitatis rationem exhibet *alleg.* Redeker *d. l. cui jung.* Franzk. *ad Tit. ff. d. Contrah. Empt. n. 83.* Coll. Jur. Arg *all. tit.* Covarruv. *Lib. III. Variar.* 138

riar. Resol. Cap. 14. n. 8. Gomez. *Var. Resol. Lib. 2. c. 2. n. ult.* Joan. Baptista Nicol. *in Repert. Regul. Jur. Civ. & Pontif. Lib. 19. p. 437. aliique,*

139 Emptioni Venditioni proxima est Locatio Conductio *pr. J. & L. 2. ff. Locat. Conduct.* quæ, cum iisdem cum emptione fere judicetur regulis *d. pr.* eandem, quam in materia emptionis suppeditavimus, hic regulam repetimus, quæ fundata est *in L. Invitos 11. C. L. Conduct.* sc. neminem *invitum* compelli posse, ut rem suam alteri locet *vid. Cornel.* Benincasius *d. Privil. Paup. 7. spec. p. m. 880.* Brunnem. *ad L. all. 11. C.*

140 Quæ quamvis regulariter procedat Definitio, *publica* tamen itidem hic *Utilitatis* ratio eandem infringit, in casu Scholarium aut Studiosorum, quorum intuitu, quo in Academiis studia commode sua in Reipubl. Literariæ decus ac emolumentum absolvere possint, Dominus ædium ex communi Ddrum sententia *invitus* cogi potest pro justa pensione locato easdem concedere. vid. Horat. Lutius *d. Privil. Scholar. Priv. 7. cum inibi plena manu all.* Ddribus *ubi privilegio sequenti addit:*
141 Dominum Scholasticum conductorem ne expellere quidem posse, et-
142 iamsi ad proprios usus ædibus indigeat & *Privil. 41.* præferri Scholarem aliis, si eandem obtulerit pensionem. *Jung.* Cornel. Benincas. *d. Privil. Paup. d. 7. spec. n. 14.* Mynsing. *4. Obs. 23.* Brunn. *ad. L. 32. C. Locat. Conduct. &* Lauterb. *ad tit. ff. Loc. Cond.* ubi idem Privilegio Tubingensi, §. wir wollen auch/ constitutum esse, addit. *Conf.* Rebuff. *d. Privil. Univ.*
143 *n. 4. &* Bonacos. *Tr. d. Equis. q. 207.* ubi docet, cives *invitos* cogi posse ad locandos Studiosis abiturientibus & ab Academiis recedentibus equos. *vid.* Lauterbach. *all. l.*

144 Quæ autem de prima diximus locatione, etiam de secunda locatione seu Relocatione intelligi volumus, sc. *invitum* locatorem, finito conductionis tempore, cogi non posse, ut ei, qui prius conduxerat, iterum rem locato concedat, *per L. Ne cui 32. C. Loc. Cond.* Cum iniquum videatur *invitum* quem cogi rem suam uni semper & eidem locare. Gothof. *ad. d L. Litt ll.* Carpz. *P. 2. C. 31. Def. 8 n. 2. & Const. 37. Def. 8 n. 2.*
145 Exceptio tamen est in locatione prædiorum seu Jurium publicorum sive Fiscalium, ubi primus Conductor, si offerat tantum, quantum novus, aliis conductoribus præfertur *L. 32. C. Locat. L. Cotem. 11. §. Agri publici. 1. ff. d. Publ. & Vect. L. Congruit & L. ult. C. d. Locat. præd. civil.* Pistor. *Obs. 162. n. 7.* Brunn. *ad L. 11. C. Locat. & L. 32. eod.* ubi hanc reddit rationem, quod conductor prædii Fiscalis in hoc gravetur, quod *invitus* in nonnullis casibus detineri possit, ergo merito in alio sublevetur, ut cæteris

teris paribus aliis in conductione præferatur. Carpz. *Lib. 5. Resp. 19.* Gomez. *Var. Resol. Cap. 3. n. 5.* & Stephan. Gratianus *Tom. 2. Discept. Forens. Cap. 357. n. 12.* qui, *n. 19.* id, quod de conductore fundi Fiscalis 146
dicitur, ad conductorem Reipubl. extendit, quem sequitur Brun. *all. l.*

Idem etiam in Scholaribus obtinere asserunt Ddres *all. à* Brunn. 147
ad L. 32. Loc. Conduct. Locationem & Conductionem aliam esse 148
Rerum seu *Fruendi*, qua usus rerum conceditur, aliam *Operarum* seu *Faciendi*, qua usus personarum sive operæ pro certa mercede promittuntur, in vulgus notum est, Vid. Tabor. *in Paratit. Element. Part. 3. Sect. 4. Th. 40.* Stryk. *ad Tit. Locat. Conduct.* Hactenus de illa. Progredimur ad hanc, quam Ddres iterum partiri solent in *locationem Operarum in specie* dictam, qua nudæ operæ *indeterminate* alteri locantur, vel *Operis*, qua is qui operas suas locat, simul certi quid faciendum conducit, per *L. 22. ff. Locat. Conduct. Vid.* Franzk. *ad d. l. n. 76.* & Lauterb. *eod.* De utraque locationis specie jam paucis.

Circa *Operarum Locationem* quæritur: *An rustici operas suas equis* 149
vel manu præstandas locari soliti, inviti *cogi possint pro eadem mercede, quam ceteri promisere, Domino suo præ ceteris locare?* Et sicuti cum Hartmanno Pistorio *Obs. 101. n. 20. seqq.* regulariter Negativæ subscribimus: ita adhibitis certis conditionibus affirmativam æquitatis regulis contrariam asserere dubitamus, quin potius, si (1) ru- 150
stici non propriis detineantur operis, sed easdem alii extraneo elocare velint, (2) illas tamen alteri nondum elocaverint aut promiserint. (3) Dominus â subditis uno eodemque tempore operas exegerit, ac denique (4) eandem promiserit mercedem, honestatis rationem, exulante licet publico favore, *invitos* subditos ad operas Domino præstandas adigere fatemur cum Carpz. *Part. 2. Const. 51. Def. 9.* Quæ res eo minus dubii habet, si publicis operis subditos adhibere velit.

Circa *Operis* locationem (1) quæritur; *An artifices* inviti *cogi* 151
gi possint ad operas suas pro justa mercede aliis præstandas? Et putamus tum Reipubl. favorem, tum artis professionem, tum deniq; Collegii sui privilegia efficere, ut mandatis pœnalibus *inviti* aliis laborem locare suum compelli possint. *Conf.* Brunn. *ad L. 9. ff. d. Mun. & Honor. jung.* Dn. Mev. *Part. 2. Def. 156.* ubi id præjudicio confirmat & *Def. 157.* ubi extraneis ac forensibus hoc casu permitti artis exercitium posse 152

 addit.

addit. *Conf. Præ-Nobiliss.* Dn. Præses *in Disp. d. Gemmis C. 9. §. 9.* ubi id in specie de Sculptoribus Gemmarum asserit.

153 Quæritur (2) *An Artifices* inviti *cogi possint, ut in sua arte aliquem erudiant?* & Resp. cum Perez. *ad tit. C. d. Excus. Artif.* invidos istiusmodi homines, qui insigniter in arte aliqua singulari versati, nolunt alios artem edocere, pœnalibus mandatis ad id *invitos* compelli posse, idque Reipubl. favore, cujus artibus informari cives interesse dicitur. *Vid.* Brunn. *ad L. 1. 2. C. d. J. L. & antea cit. Ampliss.* Dn. Præses *in all. Disp. de Gemmis. Cap. 3. n. 99.*

154 *An autem Princeps Subditum cogere possit* invitum *ut scientiam artis suæ hactenus à nemine cognitam manifestet, non otiose hic quæritur?* Et posse non dubitamus, tum *vi Eminentis Dominii* de quo vid. Grot. *d. J. B. & P. Cap. 25. L. 2. n. 4.* tum ratione *Publicæ utilitatis*, quam omnibus promo-

155 vere modis tenetur subditus; Neque enim proprii commodi cupido ita detentum habere debet, ut communicatione artis Reipubl. prodesse nolit, recte docente Cicer. *Lib. 3. d. Fin.* Virum bonum & sapientem legibusq; parentem & civilis officii non ignarum, utilitate omnium plus, quam unius alicujus, aut suæ consulere. *Conf.* D. Joh. Schulz.

156 *in Disp. Jur. Publ. d. Sapient. Principum Cap 3. §. 16.* ubi tamen in fine caute procedendum esse Principibus, monet, ne Justitiæ limites excedant, vitæ subsidia ita curiosæ utilitatis inventori auferendo, hinc silentium ipsi promitti, privilegia concedi, jus Monopolii hoc casu licitum. Molin. *d. J. & J. D. 345. n 3.* Azor. *Part. 3. Inst. Moral. Lib. 8. c. 28.* Brunn. *ad L. Jubemus C. d. Monop.* permitti, aliaque egregia Inventionis lucra constitui solent.

157 Visis Contractibus pergendum esset ad *Actiones* & *Accusationes*: At enim cum *invitus* nemo agere vel accusare cogatur *t. t. & L. unic. C. ut nem. invit. vel accus. cog.* & verecunda dicatur cogitatio ejus, qui lites execratur, nec amat judicialibus implicari negotiis *L. 4. §. 1. ff. d. Alien Jud mut. caus.* non ignari, sæpissime litigatores qui victoriam cum sumptuum adjudicatione reportarunt, tam longis anfractibus vexatos, totque Sumptibus fatigatos ita affligi, ut lugendum potius putent, quod bonæ alioquin litis aut instituendæ vel suscipiendæ consilium ab initio non abjecerit, quam gratulandum, quod tanto prælio nudam victoriæ gloriam reportarint. Anton. Faber. *Lib. 9. C. tit. 22. D. 1. pr.* quorsum pertinet tritum illud:

Litiget,

Litiget, Ædificet, qui Vult cito pauper haberi
Wer will ins pouver Geschlechte
Der Maure viel und rechte.

Neq; casus hic occurrant, in quibus *Invitus* Publicæ Utilitatis intuitu 158
agere aut accusare compelli possit, quanquam cæteroquin extra Publicæ Utilitatis rationem, qui necessarius negotiorum gestor est, puta, Tutor *invitus* vel Curator *L. 8. ff. d. Neg. Gest.* ratione officii agere, vel hæres, nisi velit privari hæreditate, necem defuncti vindicare, sicq; *invitus* accusare *L. 1. C. d. His qui ut indign.* teneantur *Vid.* Brunnem. *&* Perez. *in Comm. C. ad L. unic. Ut Nem. invit. ag.* ubi & in Processu Diffamatorio *invitum* ad agendum cogi posse, nisi velit diffamans perpetuum sibi imponi silentium, addunt.

Missis Actionibus & Accusationibus, ad *Transactionis* descendi- 159
mus materiam. Et quamvis ipsa Transactionis causa libera esse, nec ad transigendum *invitus* quis cogi debeat Novell. 124. *cap. 4. L. 3. §. 1. ff. d. Recept. L. 51. Quis major. C. d. Transact.* Gail. *d. Pace publ Lib. 2. cap.* 8. *n. 9.* Schnob. *Disp. 2. ff. th. fin.* si quidem suaderi non imperari potest concordia, cum pax sit bonum persuasibile, non compulsibile. Ziegl. *in Dicast. Concl. 22. §. 13.* tres tamen hujus Doctrinæ Exceptiones suppeditant Practici, ut (1) Princeps partes etiam *invitas* ad Transactionem compellere possit, si lis magno tempore duraverit, adeoq; intricata fuerit, ut de facili expediri non possit. (2) Si dissensio sit inter Per- 161
sonas Insignes, ex qua Respubl. turbari, & scandalum publicum oriri posset. E. G. si lis versetur inter Magistratum & Subditos, Academiæ Professores Ecclesiæ Ministros, cum hæ lites fere semper ita comparatæ, ut Cultum Sacrum perturbent, authoritatem & officium eorum polluant, Auditores scandalizent, totumq; cætum in sinistros sensus deducant. *Vid.* Dn. Wolterstorf. *in Disp. Inaug. d. Amicabil. Composit. Cap. 5. §. 15.* Menoch. *d. Arbitr. Jud. Quæst. Lib. 2. c. 442. n. 7.* Dn. Rhetius *in Inst. Jur. Publ. Lib 4. tit.* 4. §. *6.* Mev. *Part. 3. Def. 217.* Carpz. *Jur. Consistorial. Lib.* 3. *D.* 3. *per tot.* Parthenius Litig. *Lib. Cap. 4. n. 22.* Brunnem. *in Process. Civil. Cap. 2. n. 14.* Vel inter Auditores & Sacerdotes, Parentes & Liberos proximosque agnatos vel Principes Aulæ ministros. *Vid.* Brunn. *ad L. 58 ff. d. Judic.* Carpz. *Part. 3. D. 22.* Gail. *L. 1. Obs. 41.* Berlich. *part. 1. Def. ult. & Part. 1. Concl. 6.* (3) Si subsit timor armorum, ne status 162
Reipubl. periclitetur & ex privata rixa multorum strages sequatur. Brunn. *ad L. 6. §. 1. d. his qui not. infam. & ad* Wesenb. *eod. t. quæst. 17.* Mev.

Part. 1. D. 224. seq. Stryk. *Disp. d. Sal. Publ. Cap. 2. n. 86. all.* Wolterstorf. *Disp. d. Amicab. Compos. Cap. 2. n. 15. ubi plures adducit.*

163 Expositis hactenus casibus, quibus *Invitus* aliquid facere cogitur intuitu Publicæ Utilitatis, instituti urget ratio, ut properemus ad casus, quibus *invitus* aliquid facere tenetur ex *Imperiosa Necessitatis Lege*, præfati (1.) Necessitatem aliam esse *Publicam*, aliam *In genere talem*, quæ latius patet & privatis etiam jus dat rem alienam propria authoritate arripiendi & ex alterius patrimonio sibi vindicandi, quantum præsens postulat usus, de qua *vid.* Ahasv. Fritsch. *d. Præsidio Necessitatis. sect. 1. n.*
164 *6. &* Grot. *d J. B. & P. Lib. 2. c. 26. n. 6.* (2) Quod quamvis publica necessitas nonnunquam sub appellatione publicæ utilitatis veniat. *L. 1. C. d. Nav. non export. lib. 11.* cum que eadem sæpius conjuncta appareat, ut in *c. mutationes* 43. *c 7. q. 1. Conf.* Stryk. *in Disp. d. Salut. Publ. c. 1. n. 25.* imo ejus in genere consideratæ gradus constituatur. Vid. *Magnif.* Dn. Fischer. *in Disp. Inaugural. d. Favore ejus quod Publice interest. n. 5.* Schrader. *d. Feudis Part. 4. c. 1. n. 26.* Wesenb. *Part. 2. c 59. n* 7. Cravetta. *Cap. 27. n. 8. & c. 195. n. 8.* In speciali tamen acceptione publicam utilitatem ubiq; â publica differre necessitate. *vid.* Bœcl. *in Disp. de Domin. Eminent. p.* 137.
165 (3) aliam esse *necessitatem Juris*, aliam *Facti*, item aliam *Præsentem*, aliam *Supervenientem*, de omnibus in subsequentibus.

166 Et (α) quidem de *Necessitate Publica* paucis agemus, cujus intuitu cum reviviscere jus illud rebus utendi tanquam si communes mansissent, videatur, summaq; illa necessitas in omnibus dispositionibus ac legibus humanis excepta sit *L.* 13. *Fam. ercisc. L.* 38 *pr. ff. d. Legat.* 3. Grot. *d. J. B. & P. Cap. 2. Lib. 2. n. 6.* quasi ea sit insuperabilis. Gail. *Lib. 2. d. Pac. Publ Cap. 4. n. 4.* Barbos. *Lib.* 12. *Cap 5. ax. 10.* quæ ex necessitate fiunt, recte sine fraude fieri dicuntur. Gozadin. *Cap.* 87. *n. 15.* Paris *d. Resign. benefic. Lib. 1. Lib. 2. quæst.* 3. *n. 40.* eadem ex illicito licitum faciente *c. quod non est licitum* 4. *in 6to c. quanto* 4. *d. Consvetud.* Anton. Oliban *d. Jur. Fisci cap. 4. n.* 36. Tuschus *Pract. Concl. Lib. 5. cap.* 12. Tiraquell. *d. Pœn. Tempor. Cap.* 33. *n.* 3. Mev. *part.* 4. *Def. 168. n. 6.* ut mirandum non sit, cum necessitas ipsa Legem faciat. *l. 27. ff. d. Man. Testan.* contra communes juris regulas ejus intuitu *invitis* imperari facere, aliquid, quod ceteroquin facturi non fuissent, licereq; terrarum Dominis circa subditorum personam ac bona illud, duro urgente necessitatis telo, quod extra necessitatis casum illicet, Bono Publico, quicquid iniquitatis hæc habere videtur, egregie compensante.

167 Huc pertinet (1) Quod Magistratus subditos Ditiores *invitos* coge-

cogere possit ad pecuniam pro moderatis usuris Reipubl. mutuandum. *Vid.* Bachov. ad Treut. *Vol. 2. Disp. 18.* Fritsch. *Obs. Eccles. 56.* Vasq. *Controv. Illust. p. 90. n. 7.* Bœcl. *in Disp. d. Domin. Eminent. Lib. 1. cap. 1. p. 114. & 125.* Mantic. *d. Tacit. & Ambig. Convent. Lib. 8. tit. 5. n. 18.* Natta *Cons. 12. n. 16.* Si bellum sæviat, & desit Reipubl. pecunia, belli nervus: Quod ampliant Ddres, ut & in Subditis Temporariis locum 168 habet: Hinc nil verius hoc dicto esse asserit Bœcl. *d. Disp. p. 118.* Nec alio videntur fundamento niti Principes, qui bona Exterorum in portubus suis deprehensa necessitatibus Reipubl. suæ accommodare, sub 169 obligatione mutui, non sunt veriti, quod exemplo Angliæ Reginæ Elisabethæ An. superioris seculi 67. magnam pecuniæ vim à Genuensibus Italisque mercatoribus, aliisque ex Hispania in portus Anglicos delatis *invitis*, fiduciaria cautione interposita, mutuo sumentis illustrat Dn. Boecl. *proxime all. loc.*

(2) Si Urbs obsessa Famis prematur necessitate, quod *Domini in-* 170 *viti* cogi possint Frumenta cæteraque Victualia justo pretio, vendere. Fritsch. *Obs. Eccles. 56.* & Bœcl. *d. l. p.* 114. *vid.* Lindeman. *ad Tit. d. His qui sui vel alien. jur sunt. inibique* Brunn & *Ddres.*

(3) Quod Ditiores *inviti* urgente Necessitate compelli possint Pau- 171 peribus Eleemosynas dare. Fritsch. *Obs. Eccles. 6. per tot & in Tr. d. Mend. Valid. c. 15.* Barbos. *Lib. 1. c. 54. ax. 7. & Lib. 2 ax. 4. c. 4 & c. 5. ax. 7. inibique all.* Franzk. *Lib. 2. var. Resol. 7. per tot.* Dn. Stryk. *d. Sal. Publ. cap. 3. n. 57.* Maxime si ordinarii reditus ærarii pauperum non sufficiant.

(4) Quod quamvis Ministri Ecclesiæ aliæque Personæ privilegia- 172 tæ à Collectis tam Ordinariis, quam Extraordinariis immunes sint, illud tamen ad illas Extraordinarias, quæ ad summam Necessitatem inducuntur, extendi haud debeat. Enenkel. Baro. *de Privil. L. 2. cap. 5. n. 75.* Gail. *2. Obs. 52. n. 6.* Fritsch. *Obs. Eccles* 44. Hinc nec Ecclesiæ Ministros à collectis Turcicis von der Türcken-Steur. exemptos esse vult. Mynf. *Cap. 4. obs. 70. per tot.* nec Ecclesiæ prædia *l. 11. C. d. SS. Eccles.* cum necessitas Reipubl. omni deroget privilegio, Jason *ad L. 8. ff. d. Legat. 1. n. 13.* & quibus ex æquo imminet belli periculum, per illos etiam æqualiter, non obstante immunitate, collecta inferri debeat. Dn. Brunn. *Cap. 6. n. 50.* & Stryk. *d. salut. Publ. c. 2. n. 65 seqq.* quod procedere putamus, si tanta sit inevitabilis Necessitas, quæ sustineri nequit, nisi perveniatur ad exemptos, quæ tamen in omnibus expeditionibus Turcicis non statim apparet. *Vid. B.* Dn. D. Andr. Amsell/ *in Disp. d. Collect. th. 26.*

173 (5) Quod quis *invitus* ob Necessitatem Publicam teneatur ad equos publicos alendos. Brunn. *ad L. 2. C. d. Mun. patrim. n. 15. L. 10.*

174 (6) Quod Navis jussu Superiorum ob Necessitatem Publicam cogi possit navigare in certum locum pro capiendis frumentis & detineri tam ad transvehendam annonam, quam ut tempore belli pons navalis construi possit ad transmittendum exercitum. Stryk. *d. Salut. Pub.*
175 *Cap. 2. n. 108.* ubi *sequenti num.* subjicit: Huic oneri ne quidem Ecclesiæ naves se subtrahere valere, ut ut Rescripto Principis munitæ sint, Reipubl. Necessitate privilegio præponderante. *Vid. L. 10. C. d. SS. Eccles. inibique* Brunnem.

176 An Autem idem Exteros quoq; & Forenses tangere videatur, ut & hi *Inviti* commodo concedere aut locare teneantur naves non otiosæ quæstionis est? & ne hos quidem ab hoc eximi onere communis docet DD. Schola: Quamdiu enim in loco extero degunt, subditi sunt Temporarii eorumq; bona potestati Principum subjecta censentur ob Protectionis commodum.

177 Quod & ad Exteros in territorio Principis non-commorantes sed liberum saltem transitum cum navibus desiderantes extendit Dn. Schumacher *in Disp. Inaug. d. Jure Pont. c. 3. n. 64. seqq.* Quia naturalis suggerit ratio benefactori in casu Necessitatis succurrere, ut hic Supereminenti Principis Dominio locus detur. Vid. Dn. Stryk *d. l. n.* III.
178 Quod exemplo Græcorum confirmat Grotius *d. I. P. & B. l. 2. c. 2. th. 10.* qui cum navibus opus haberent, Xenophontis consilio ceperunt transeuntes, ita tn. ut merces Dominis intactas conservarent, Nautis vero & alimenta darent & pretium solverent. Quatenus autem Princeps ad compensationem interesse vel damni occasione Navium detentarum dati teneatur tradit prælaud. D. Schumach. *d. l. n. 74. seqq.* Jung. Stryk. *d. l. n. 114.*

179 Exigeret jam Ordinis ratio, ut ad reliquas pergeremus Necessitatis species, quarum intuitu *invitus* aliquid facere teneretur; At vero, cum hic tempore exclusi nullos obvios deprehenderimus casus, bene multos autem circa illud, quod *Invitus* pati cogitur, occupatos, illorum expositionem sequenti reservabimus capiti, co-
180 ronidis loco contemplaturi, casus, quibus *Invitus* ex *Officii Necessitate* aliquid facere adstringitur; Quorsum pertinet regula: Omnes, qui autoritate publica exercent officia, cogi posse, ut operam suam *Inviti* hominibus impendant. Bronch. *in Comm. d. R. J. pag. 373. & DD. passim*

passim ad L. Invitus. 256. ff. d. R. J. Unde inferunt (1) Quod Notarius 181
ad conscribendum instrumentum *Invitus* cogi possit. Gothof. *ad d. L. 156. d. R. J* & Bronch. *d. l. p. 373.* (2) Syndicus *Invitus* cogi possit, ut 182
res Collegii defendat & exequatur. Bronch. *d. L.* (3) Doctor ad consulendum *Invitus* compelli possit Bald. *in L. Proxime. 3. in pr. ff. de His qui* 183
in test. del. Salyc. *in L. Sancimus, 6. C. d. Advocat. div. Jud.* Jason. *in L. Eum qui 3. n 13. & in L. Invitus 17. n. 2. C. d. Procurat.* Jacob Aiers. Process. *Jur. c. 1. O. 8.*

(3) Quod Advocati ad præstandum officium suum litigantibus 184
certis ex causis Patronos non invenientibus à Præside Judicii vel Magistratu, cui subjecti sunt, etiam *Inviti* compelli possunt *L. 1. §. 4. ff. d. Postul L. 9. § 5. ff. d. Off. Proconf. L. 5. §. 11. de Reb. eorum qui sub tut. vel cur.* sub pœna non solum pecuniaria, sed & interdictionis fori, ut si legitima excusatione destituti patrocinium denegare non desistant, foro careant. *L. 7. C. d. Postul.* Pauperum etiam patrocinium gratis suscipe- 185
re & præstare *Inviti* compelluntur. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 19. §. f.* Mynf. *4. O. 32.* Gail. *1. O. 43. n. 11. seqq.* Schnobl. *Disp. ff. 3. th. 2* jung. Brunn. *ad L. 7. C. d. Postuland.* Carpz. *p. 1. C. 1. D.* 25. Eckholt. Lauterb. *ad tit. ff. d. postul.* ibique *alleg.* Dd. præstito tamen prius Paupertatis juramento, de 186
quo vid. Stryk. *in Disp. d. Juram. Paup.*

(4) Quod quamvis ceteroquin cuilibet licitum sit hospitem re- 187
cipere Berl. *D. 5. n. 2.* ita tamen, ut *invitus* ad eundem recipiendum cogi non possit. *L. 1. §. 1. ff. Nauta Caupon.* hoc tamen secus se habeat in publicis diversoriis & hospitiis, quæ in civitate constitui, ut merca- 188
tores libere diverti, tuto pernoctare & jumenta collocare possint, commerciorum exigit utilitas *L. 1. §. 5. ff. Naut. Caup.* Klock. *d. Ærar. L. 2. c. 59. n. 1.* Blesend. *d. Hosp. cap. 2. n. 13.* Fritsch. *d. Nund. cap. 9. n. 44.* Stryk. *d. Disp. c. 4. n. 28.* Horum ergo Caupones simul ac huic professioni nomen dedere & hospitii signum ostentare, so bald sie das Schild vor die Herberge außgehongen Inviti coguntur adventantes hospites recipere *L. 1. §. ult. Furt. advers. Naut. &c.* inibique Gottofred. Brunnem. *ad L. 1. ff. Naut. Caupon. stabul.* Mev. *p 3. Dec. 63.* Cavaruv. *Resol. T. 2. Varr. Lib. 3. c. 14 n. 1.* Non obstante *L. 1. §. 1. ff Nauta Caup. stab.* ad quam doctissime respondent Brunnem. & Mev. *all. loc.* Nisi non recipiendi justam habuerint causam. Mev. *all. l.*

Quorsum (5) pertinet, quod illi qui Rhedam Publicam in gra- 189
tiam devehendorum hominum authoritate publica constitutam alß

dem

dem Post-Wagen exercere inceperunt, *inviti* etiam cogi possint Peregrinantes recipere *arg. L. un. vers. Nec repellere. §. f. ff. Furti adv. Naut. Vid.* Theod. Hœbbin. *de jure Insign. c. 14. n. 37.* Frider. Philippi *in disp. d. Rhedis Meritor. c. 3. n. 15.* Si modo & hic non justum habeat ex-
190 cusationis causam, puta, si ejus Rheda jam ita sit repleta, ut plures recipere non possit. Tab. *in Racem Crimin. ad tit. ff. Naut. Caup. th. 81.* aut
191 Advena sit inimicus Magistri Capitalis. Lauterb. *in disp. d. Naut. Caupon.* quem sequitur *all. Philipp. d. D. & l.*

192 In illo facile suffragamur Covarruviæ *supr. all. loc.* aliisq; inibi adductis Doctoribus, meretricem publice meretricium confessam *invitam* cogi non posse proprium corpus ad coitum alicui exhibere, tametsi aliis id commune fecerit, cum non teneatur mortale crimen cum quolibet committere, cujus consequens est: *Invitam* eandem compelli non posse ad carnale commercium cum aliquo habendum. Dissentit Decius, *ad L. Invitus. 156. ff. de R. J.*

193 Necessitatem excipit RELIGIONIS & PIETATIS FAVOR, quarum intuitu, quin à communibus recedatur juris Regulis atque *invitus* ad aliquid faciendum cogatur, indubium est: Hinc est, quod (1) si quis habeat jus sepulchri, vicino teneatur *invitus* præstare iter ad sepulchrum justo pretio, forte si viam solitam flumen abstulerit. *L. 12. ff. De Religios.* jung. *L. 10. eod. & L 53. § 2. ff. d. act. emt.* Bachov, *ad §. 2. J. De his qui sui vel alien.* Franzk. *ad tit. ff. d. Contrah. emt. n 92.* Eckholt. *ad Tit. ff. d. Relig. & sumpt. fun.* Brunn. *ad all. L. 12* ubi eleganter docet: Hoc casu teneri vicinum toties precario concedere viam, quoties quis sepeliendus, quoniam non semper fit, vel *invitum* compellendum, ut iter plane vendat, modo ita via concedatur, ut cum minimo damno vicini fiat, idque non jure *actionis Civilis* sed ex *Officio* judicis *Nobili & extra ordinem*, quod confirmat *all. L. 12.* Quæ res tamen hodie parum utilitatis habet, nisi ad illum casum extendere velimus, quo quis funus in alieno territorio defuncti in locum habitationis ducere velit, quo casu, licet veniam transportationis primo impetrare atq; Magistratui ejus loci necessario hodie indicare teneatur. *Besold. in Th. Pract.* voce Durchführung der Verstorbenen n. 34. Ekholt. *ad tit. d. Relig. §. f.* denegare tamen transportationem Magistratus, si per aliam viam ad sepulchri locum pervenire non detur, non potest: Modo transiturus ex consvetudine cujusq; loci præstanda præstiterit. *Vid. tamen* Philipp. *in Differt. De jure circa Cadav. Hum. §. 19. & L. fin. C. de Relig.*

Ex

Ex hactenus dictis DD. inferunt. (2) Si angustia Cæmiterii publici hominum sepulturis haud sufficiat, adaucto successu temporis civium numero & quis hortum Cœmiterio vicinum possideat, quem tamen alio loco deficiente, justo pretio vendere recusat, eundem ad dilatandum Cæmiterium *Religionis intuitu invitum* à Magistratu cogi posse ad horti venditionem, quod pluribus deduxit Fritsch. *Obs. Eccl. 56. per tot.* Midan. d. Interdict. *l.2.n.49.* Ricc. *D.130. Quib.* Jung. Carpz. *Jurisp. Eccl. l.2. D.388.* Brunnem. *ad L.12. d. Relig. & sumpt.* Covarr. *tom.2. Var. Res. l.3. c.14. §.7. cum inib. all. DD.* 195

[3] *Intuitu Religionis* id præterea inductum, ut, si nulla in hereditate reperiantur media ad vendendum apta, Prætor cogere possit Legatarium, ut legata vendat *Invitus*, quo testator sepeliatur *L.14. §.1. ff. d. Relig. & Sumpt. fun.* adeo, ut legato carere teneatur, si ab herede indemnis servari non possit. 196

[4] Parili constitutum est ratione, *Favore Religionis*, licet ceteroquin ad factum obligatus præstando interesse se liberare possit, *L.72. vers. Celsus L.81. ff. d. V. O. & L.13. ff. d. Re Jud.* ipsum tamen, qui funeris curam à testatore demandatam suscepit, nec tamen pecunia licet accepta funus duxit, *Invitum* præcise extra ordinem à Prætore ad funus ducendum compelli posse. *Vid. L.14. §.2. inib.* Brunnem. *d. Relig. & sumt. fun.* 197

FAVORE PIETATIS receptum est, quod Magistratus *invitos* subditos cogere possit sub certa pœna ad celebrationem Sabbathi & examina Catechetica frequentanda vid. Fritsch. *Obs. Eccl. 7. per tot.* ibique *all. Luth. & Chempit.* 198

Pagellarum angustia & sumtuum ratio missis aliis Casibus similibus progredi jubent ad considerationem LIBERTATIS, ubi casus occurrit *§. f. Inst. d. Donationib.* quo Socio communem servum pro sua parte manumittente, reliqui Socii *inviti* cogi possunt secundum pretium in *L.1. C. d. Comm. serv. manum.* determinatum suas partes vendere. Vid. B. Redeker. *ad §.2. Inst. d. His qui sui vel alien. & Dd. passim ad §. ult. Inst. d. Donat.* 199

(2) Casus *§.3. Inst. d. Noxalib. Action.* ubi servus noxæ deditus, si tantum de suo demenso comparserit *Terent. in Phorm.* defraudando genium suum, ut noxiam resarcire possit, *Invitum Dominum* cogere potest ad se manumittendum. Manz. & Osterm. *ad §.3. Inst. all. tit. inibique Interpr.* idque *favore Libertatis* Wesenb. & Manz. quanquam nec alia hic desit ratio, quam videsis apud Harpr. *aliosque.* 200

201 Huc pertinet (3) quod, cum Jure Civili in casu Urgentissimæ Necessitatis filium sanguinolentum patri vendere liceret inque servitutem emtori dare *L.2. C.d. Patrib. qui fil. distrax.* non duntaxat ipse filius & quivis alius emtori dominoque justum pretium persolvendo eundem *Invitum* ad filium de sua potestate dimittendum cogere potuerint *L.f. C. d.t.* Redek. §. *2. Inst. d. His qui sui* Barb. *L.4. C.47. ax.14.*
202 Favore dictæ Libertatis Brunn. *ad L. ult. C.d.t.* Sed & filius *Invitum* patrem feliciorem fortunam nactum ad se redimendum liberandumque cogere potuerit. vid. Covarr. *Tom.2 Var. Resol. C.14. n.4.* inibique *all.* Bald. Dec. Felin. & Hyppol. Quæ tamen omnia duro servitutis Jugo hodie sublato, vix in foro usum habent.

Quare relictis hisce & similibus casibus ad ABUSUM REI ultimo
203 loco nos accingimus ubi (1) occurrit casus *L.11.C.d.Episc. Aud.vid.L.12.C. d.Spect. & Scen. L.11. inibique* Brunn. Molin. *L.2. D.229. n.14.* Men. *L.2. d. A.I. Q.C.534. n.6.* ubi, quamvis ceteroquin Pater *Invitus* cogi non possit, ut liberos emancipet *l.4.C.de Emanc. lib.§.fin.Inst. Q. M. jus pat. pot. solv.* nec dominus, ut *invitus* servos manumittat, cum & Manumissio &
204 Emancipatio sint actus Voluntariæ jurisdictionis. Vinn. *ad §.2. Inst. d. Libertin.* Eckolt. *ad tit. ff. de Jurisd.* §.10. ad quos *inviti* à Magistratu
205 regulariter cogi non possunt, Episcopus tamen tam Patrem quam Dominum filiabus ancillisque peccandi licentiam imponentes præter exilii aliamque pœnam *Invitos* cogit easdem à potestate sua dimittere, idque propter *abusum sui juris* vid. Brunnem. *ad L.12. all. de Episc. aud.* Redek *Exam. Inst.3. q f.*

206 (2) Secundus Casus est in *L.f.ff. Si à parent. quis man.* ubi, cum patris potestas non in atrocitate sed pietate consistere debeat. *L.5.ff. ad L. Pomp. de parricid.* Pater durius & atrocius tractans liberos propter *abusum patriæ potestatis invitus* eosdem de manu sua dimittere cogitur. Conf. Brunn. *ad d. L.12. ff. & ad L.4. C. d. Emancip. Lib.* jung. Vinn.
207 & Rittersh. *ad §. f. J. Quib. mod. p. pot. solv.* quod & in domino intolerabili sævitia in servos sæviente procedere docet Imper. *in §.2 J. d His qui sui vel al jur.* ex Rescripto D. Antonini & ante ipsum JCtus Cajus *in L.1. §.f* & Ulpianus *in L.2. ff. d. His qui sui vel alien. jur.* Ut & hic *Invitus* cogatur servum bonis conditionibus vendere, quanquam enim quis re sua abuti possit, *L.25. §.11. ff. de Hered. pet.* providendum tamen ne privati abutendo fortunis suis noceant publico. Conf. Brunn. *ad all. tit. I inibique Interpr.*

Inferunt ex hactenus dictis Dd. (3) in genere abusus pedisse- 208
quam esse privationem sui juris, ut & Magistratus nimis aspere & duriter tractans subditos *invitus* cogi possit eos de potestate sua dimittere Gomez Var. Res. *c.2.n.51.tom.2.* §. *tertius casus* Redek. §.*2. Inst. d. his qui sui vel al* Philipp. *in Usu Pract. Inst. Ecl.43.n.8.* & propter nimiam cru- 209
delitatem *invitus* imperio & jurisdictione privetur, per *L.1. C. d. Emend. serv. L.f. Quemadm. Civil. mun. indic.* Vasq. *l.5. Illustr. Controv. c.8.* Gail. *1. O.17.* Carpzov. *l.1. R.5.3.n.11.* & Vasallus male tractans subditos feudo 210
exuatur per c. Fridericus §. *Quicunque inibique* Bald. *d pace tenend.* Wes. *in tract Feud, c.15.n.5.* Rosenth. *d. Feud. c.10.* §. *85.* Philipp. *d.l.n.10.* Schnob. *Disp. feud. 10. th.20.* nec non Emphyteuta fundo emphyteuti- 211
cario abutens jure suo excidat. *L. Jubemus* 14. & *Auth. Qua rem C. d. S.S. Eccl.* Stamler. *d. Servit. person. L.3. c.53.n.5.* Richt. *D.98.n.13.* interque Conjuges *invita* altera parte separatio thori contingat. *c.13. X. d.* 212
Rest. spolii vid. Redek. *all l.* Carpz. *Jurisp. Eccl. l.2. D. 210. n. 15. seqq.*

Quartus Casus in materia Locationis Conductionis & in pra- 213
ctica *L. Æde 3. C. Locat. Cond.* obvius est, cujus hæc sunt verba *Ædem, quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum solvisti* invitam *te expelli non oportet, nisi propriis usibus dominus eam necessariam esse probaverit, aut corrigere domum maluerit, aut ut male in re locata versata es.* Ex qua inferunt JCti: Propter *abusum* rei locatæ cum naturalem Trentacinq. *Resol. pract. 4. tit. d. Locat. num. 10.* tum moralem v. c. Meretrices Lenones & similes recipiendo vel aliud turpe & indecens exercendo. Molin. *d. J. & J. D.499.n.12.* Barbos. *ad l.3.n.31. C. Loc. Cond.* Lauterb. *ad tit. ff. eod. ibique all. Dd.* præter refectionis, aut aliam proprii Usus 214
supervenientem necessitatem conductorem *invitum* teneri emigrare ex ædibus. Conf. Stryk. *in Tract. d. Caut. in Contract. Necess. sect.2. c.9. §.17. & supra all. Dd.* Quam migrandi necessitatem an non saltem conductor evitare possit, si in instrumento Locationis ex generali Praxeos observantia *d. L. Æde 3.* renunciatum fuerit, coronidis loco quærimus? & quamvis primo intuitu videri possit dictam renuncia- 215
tionem id operari, ut *invitus* propter *abusum* recedere à re locata non teneatur, ex notissima JCtorum Practica: Ad jura renunciata non dari regressum, licitumque cuivis esse juri pro se introducto renunciare; Verior tamen est sententia Negativa: Cum, sicuti pacta ad delinquendum invitatoria, nullius censentur esse momenti, *L.27. §.3. ff. pact.*

L.17.pr.ff.commod. L.5.pact.dotal.15.ff.condit.Inst. ita nec renunciatio, quæ delinquendi præstat occasionem, melioris erit farinæ, ut hinc in effectu perinde sit, ac si quoad futurum *abusum* Legi non sit renunciatum. Vid. Lauterb. *ad tit. ff. Locat. Cond.* & Stryk. *pr. all. loc. §.17. inf.*

CAPUT TERTIUM.

Sistens

Casus quibus invitus nullo prævio facto obligatorio contractus vel delicti tenetur aliquid pati.

SUMMARIA.

Utilitas Publica alia Principalis *est*, *alia* Minus principalis *num.* 2

Civis innocens ab hoste postulatus, pro conservanda civitate hostium viribus sustinendis impari, invitus *ad sese dedendum cogi potest* 3. *seqq.*

Ædificia contra ornatum Civitatis exstructa, nec non quibus platearum latitudo angustatur, invitis *dominis dirui possunt.* 7. & 8.

Ædes publicis nimis vicinæ, ut illis periculum ruinæ vel incendii immineat, invitis *dominis dirui possunt.* 9

Gubernator Civitatis tempore belli vicinas propugnaculis ædes incendere potest, invitis *illarum dominis, ne hostis in eas se recipiat.* 10

Duranteque obsidione in Civitate ædes dejicere. 11

Item pro extruendo propugnaculo dilatandisque fossis, ædificia potest invitis *dominis destruere hortosque in publicos usus transferre* 12

Quod Ddres etiam ad bona Exterorum extendunt. 13

Civitas in casu indigentiæ extero invito *pulverem pyreum ad suam defensionem potest auferre.* 14

An Princeps his casibus ablata restituere vel pretium subditis refundere teneatur, docet. 15. *seqq.*

Favore

Favore Studiorum Artifices strepiferi suis ædibus cedere coguntur inviti, *si Doctor vel Studiosus per strepitum in meditationibus suis turbari possint.* 18 *seqq.*
Nec non h. c. inviti *coguntur, ædes suas istiusmodi Artificibus non locare.* 21
Jure Repressaliarum inviti *bona detinentur.* 22
Jure Civili Invitis *Curator non datur.* 24
Aliud Moribus nostris. 25
Socius omni tempore invito *socio à communione potest recedere.* 26
Etiamsi contrarium pacti sint. 28
Exceptio ejus traditur. 29
Pro invito *qui ad supplicium ducitur & perire festinat, appellare licitum est.* 30
Infirmo invito *adhibetur cura.* 32
Ex ruente domo invitis *extrahitur.* 33
Lex Julia invita *Uxore non permittit marito fundum dotalem alienare.* 34
Secus Moribus Belgarum. 35
Litteræ Moratoriæ in vitis *Creditoribus rectè Debitoribus dantur.* 36
Dominus territorii invito *Vasallo bello imminente prædium Nobile occupare inibique Fortalitium exstruere potest.* 37
Quod Ddres etiam ad loca belligerantis imperio non subjecta extendunt. 39
Rex regnum jure administrationis sibi delatum, invito *populo alienare nequit.* 40 *seq.*
Exceptio est in casu inevitabilis necessitatis. 42
Idem juris est in bonis Domanialibus. 43 *seqq.*
Quando in navi deficiunt Cibaria invitus *in commune, quod habet, conferre cogitur.* 46
Idem juris est si civitatem annonæ caritas premat. 47
Si navis tempestate in funes anchorales vel retia piscatoria impulsa aliter explicari non possit, invitis *piscatoribus retia discindere licet, cessante eo nomine omni actione.* 48
Incendij ab ædibus suis avertendi causa inviti *vicini ædes dejicere licitum est, licet ignis eò non pervenerit.* 50
An & quando h. c. Vicini omnes damnum hoc resarcire teneantur, docet. 51
Mearum rerum servandarum causa mihi licet alterius inviti *merces in mare projicere.* 53
Requisita, ut necessitas in alienis jus tribuat privatis, recensentur 54. *seqq.*
Ad evitanda adversæ Religionis suscipiendæ pericula subditis fas est invitis *dominis emigrare.* 60
Pater invitum *filium urgente famis necessitate aliis ad servitia addicere potest, quibus ea conditione est, qua est familia conductitia.* 68

Pro invito *recte solvitur.* 69
Creditori invito *melius redditur.* 70
Ante diem invito *solvitur.* 71
Compensatio fit invito *Creditore.* 72
Dominis & Parentibus invitis *acquiritur.* 73 *seq.*
Creditori invito *pars non recte solvitur.* 75
Tres excipiuntur Casus. 73 *seqq.*
De aliis exceptionibus agitur remissive. 79
Aliud pro alio invito *Creditori non potest obtrudi.* 80
Duæ traduntur Exceptiones. 81 *seq.*
Exules Galli, die Frantzösischen Flüchtlinge *bona à Rege confiscata & Creditoribus specialiter obligata, rectè iisdem* invitis *dant in solutum.* 83
Propter supervenientem proprii usus & refectionis necessitatem Conductor invitus *cedere tenetur.* 85
Item ob Pestis necessitatem locatore Invito *conductor potest emigrare.* 89
Pater invitus *aliquando liberis, ut nubant, permittere cogitur.* 90
Idem juris, quoad filium separatam œconomiam instituere volentem esse docet. 91
Pater binubus, an de Jure Lub. invitus *separare teneatur liberos prioris matrimonii, docet.* 92
Datur Invito *libertas.* 93
Favore Libertatis invito *creditori pars recte solvitur.* 94
An Judæorum infantes invitis *Parentibus baptizari, aut ipsi baptismum petere possint, de illo agitur remissive.* 95 *seqq.*

1 EXpositis hactenus Casibus, quibus *Invitus* sine facto obligatorio extra ordinem, ut aliquid faciat, cogi potest, promissi exigit fides, ut hoc ultimo Capite, levi licet brachio, illos tangamus Casus, quibus *Invitus* exulante facto Obligatorio, itidem officio Judicis Nobili, ut aliquid *patiatur*, cogi potest; In quibus enarrandis proximi capitis sequemur methodum, primo loco delibaturi, quid *Publica Utilitas* sibi circa Personas vel Res subditorum aliorumque præcipiat. Ubi cum Excellentissimo Strykio in *sæpius all. Disp. De Salute Publ. Cap. 1. n. 13. &* Dn. Fischer. *in Disp. De eo quod publice interest. 1.* §. 4. prænotamus,
2 *Utilitatem* P*ublicam* duplici modo considerari (1.) *Principaliter*, quatenus Rempublicam ejusque statum conservat. (2) *Minus Principaliter & Secundario*, quatenus primario privatum commodum promovet, ut inde consequenter in Remp. aliqua utilitas redundet. Gudel. *de jure Nov. l. 5. c. 1. in f.* Mynsf. *D. 4. Resp. 32. num. 19.* Natt. C. 500. *T. 3.*

Quod

Quod illam attinet, acris inter Moralistas in utramque variis 3
motibus disputata partem exsurgit quæstio: *An Civis innocens ab hoste postulatus pro conservanda Civitate, quæ virib. hostium sustinendis impar est, ad exitium deseri, vel ad sese dedendum* invitus *cogi possit?* Et quanquam 4
ad iniquitatem hanc non facile descendendum, nec alterius damno imputandum, quod sine culpa ejus evenit *L. 1. pr. ff. d. Alien. jud. mut. c. L. 22. C. d pœn. C. 37. Elect. in 6t. Cravett. C. 196. n. 2.* Unde & negati- 5
væ sententiæ subscribunt Vasquius & Sotus *all. à* Grot. L. 2. C. 25. *§. 2. n.* 4. Nos tn. in casu, quo vel uni isti homini vel toti Civitati pereundum est, satius esse autumamus cum Grotio *allegato loco* à Superiori hoc casu *invitum* Civem cogi posse, ut maximæ multitudinis innocentis vitam suæ unius non postponat, ne propter unius membri conservationem integrum corpus pessundetur: Ut ut non diffiteamur, 6
hoc esse ex illis exemplis quæ quidem iniqui aliquid habent, quod contra singulos tamen publica rependitur utilitate. Tacit. L. 14. *Ann.* Jason. *in L. Ex facto 43. ff. d. Vulgar. & pup. subst. n.* 14. Dn. Fisch *supr. alleg. Disp. n.* 16. & facillime in eo Supremi Numinis sperari veniam per quod multorum salus & incolumitas procuratur juxta effatum Imperatoris in *L. 10. C. d. feriis.*

Efficit præterea eadem *Publicæ Utilitatis* ratio ædificia, quæ contra 7
ornatum & faciem Civitatis decoram exstructa sunt, ut & quibus pla- 8
tearum latitudo angustatur, nulla vel præscriptionis vel Rescripti Principalis habita ratione *invitis* licet Dominis dirui posse, *per L. 6. & 14. C. d. Oper. Publ. vid.* Boecl. *d. Dom. Emin. p. 115.* Brunn. *ad L. 14. C. d. t.* 9
item *invitum* pati cogi, si ædes nimis vicinæ sint Publicis, ut his periculum ruinæ vel incendii immineat, illas dirui *d. L. 14. C. d. Oper. Publ. inibique* Brunnem. *ubi addit:* Ex hac L. 14. posse justificari facta Gubernatorum, qui tempore belli vicinas propugnaculis ædes solent incedere, ne hostis in eas se recipiat Gail. *Lib. 2. Obs. 56. n. 2, in ibique* Græ- 10
ven. Boecler. *d. l. p. 115.* quique durante obsidione ædes privatorum 11
dejiciunt. Boecler. *d. loc.* Quod multo magis procedit, si urbs ali- 12
qua, ut olim Athenæ, munienda sit & breve quidem intra temporis spatium, desit autem materia vel lapides; Hoc enim casu, quin pro exstruendo propugnaculo ampliandisque fossis Princeps subditorum ædificia destruere & hortos in publicos usus transferre possit, dubitandum non est. *Conf.* Brunnem. *ad L. 9. C. all. tit. inibique cit.* Ddres *jung.* Boecler. & Gail. *d. l.* Stryk. *in Disp. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 43. seq.* ubi

num.

13 *num. 41.* idem ad bona etiam exterorum in territorio & Jurisdictione Principis sita extendit, cui adstipulatur Ziegler. *ad* Grot. *Lib. 2. cap.*
14 *14. n. 8. verbis: Nullo modo subest.* idque probat exemplo Exteri pulverem pyreum habentis, quo obsessa civitas maximopere indiget, ut hoc casu civitas eundem *invito* extero ad suam defensionem auferre possit: Similia variaque ab aliis referuntur exempla, quæ tamen omnia cum ad eundem *Publicæ Utilitatis* collimment scopum, nos brevitatis studio sicco pede præterimus, ea, potius de quæstione solliciti:

14 *An Princeps præfatis casibus ablata restituere vel pretium privatis refundere teneatur?* Et respondemus, si sine Reipubl. jactura hoc fieri possit, Principem ex æquitate utique teneri. Conring. *de Fin. Imper.*
15 qua æquitate moti Romani finito secundo bello Punico & nondum pecunia suppetente, privatis pro impensis in Rempubl. factis tantum agri publici addixere, quanti debitum erat æstimatum Liv. *Lib.* 31. Arnisæ. *d. Jur. Maj. Lib. 3. Cap. 1. n 9.* Sin autem non possit restitue-
16 re, necesse esse, ut pars quæque ferat, quod mutari non potest, ob reliquorum salutem. Omne quippe negotium hic geritur in salutem Reipubl. quam etiam cum profusion eomnium bonorum promovendam, singuli in ipsa coalitione & receptione in civitatem juramento se obstrinxere Principi, qui, dum dicto modo
17 Reipubl. consulit, non est quod conqueri habeant subditi, multo minus Superiorem restitutionis onere gravent, cum suo facto & voluntate quodammodo damnum sentiant. Vid. Osiand. ad Grot. *Lib. 2. Cap. 14. th. 7.* Hugo de Roy. *De Eo quod Justum Lib. 2. tit. 5. n. 2.*

Referri ad *Publicam Utilitatem* Casus etiam potest communiter à
18 Ddribus traditus, ubi Favore Studiorum, illorumque, quorum scientia totus illuminatur mundus, & vigilantia Respubl. stat atque viget Auth. Habita. *C. Ne filius pro Patre.* Artifices strepiferi suis ædibus turbati *inviti* cedere coguntur, si Studiosus aut Doctor per strepitum vicini à studiis avocari aut in meditationibus turbari possit. *De quo vid.* Brunnem. *ad L. 1. & 2. C. d. Excus. Artif.* Horat. Lucius *d. Privil. Scholar. p. 46.* Quanquam enim alias sua cuique domus tutissimum
19 esse receptaculum, nemoque *invitus* expelli debeat *per L. 13. ff. d. in jus voc. & L. 23. ff. d. Injur.* Hoc tamen suam patitur restrictionem per
20 intervenientem *Utilitatem Publicam*, quæ facit, id, quod videtur tendere in alterius injuriam, re vera tamen non esse injuriosum *per L. Notab. 33 ff. d. Injur. & L. 51. § fin. ff. ad L. Aquil. vid.* Richt. *ad Auth. Habita* §. 2. *D. 6.* Schneidew. 3. *ad* §. *fin. J. Locat. Conduct. n. 7.* Stryck. *in Tr. d. Jur.*

d. Jur. sensu. D. J. n. 11. *& in Disp. d. Damn. reb. alien. licitè illat. Cap. 7. num. 89. seqq.* ubi *n. 98.* multo magis cogendum esse *invitum* Dominum, *docet*, ut domum suam juxta Literatorum ædes istiusmodi Opifici non locet, sed alii quietè viventi, Rebuff. *d. Priv. Stud.* 3. Carpz. *P. 2. C. 37. D. 23.* Coll. Jur. Arg. *ad ff Locat. Conduct n.* 14. 21

Jure Repressaliarum, quæ maximè ob *Publicam* dantur *Utilitatem*, ut diligentiores exteri sint Principes & faciliores ad Justitiam Peregrinis administrandam, neque facile vicini offendantur, *Invitus pati cogitur* bona sua detineri civis illius Principis, à quo in jure vel debito liquido contra omne fas denegata vel illusa fuit justitia debito more sæpius petita. Coler. *d. Proces. Exsecut. Part. 1. Cap. 2. n. 339.* Gail. *d. Pignor. Obs. 1. n. 5.* Mindan *d. Proces. Lib 1. Cap. 46. §. 2. n. 5.* non obstante *L. 74 ff. d. R. J.* Publica Utilitate privatorum emolumentum superante *L. 3. C. d. Princip. Nov. 31. Cap. 1. pr. Auth. res quæ C. Comm. de Legat.* 22 23

Ad *Publicam Utilitatem Secundario* consideratam pertinet (1) Quod quamvis de Jure Civili *invitus* cogi non possit, ut accipiat Curatorem §. *Item inviti inibique* Glossa & Ddres *ad Tit. J. d. Curat.* quod variis ampliationibus illustrat Schrader. *Tr. Feud. P. 10. sect. 19. n. 162.* ut ut *invito* hoc jure Tutor detur, *L. Illud. 5. & L. Necnon 6. ff. d. Tut. & Curat.* hodiè tamen, cum Reipubl. interesse videatur, impuberes, qui seminarium Civitatis dicuntur, Parentibus orbatos rectè educari, defendi, illorumque bona ritè administrari *arg. L. 2. §. 2. ff. Qui pet. tut.* extra casus etiam Jure Civili exceptos, *invitis* adolescentibus Curatores constituantur ex Constitutione Caroli V. *d An. 1548. &* Rudolph. II. *d. An. 1577. tit. 32.* §. So wollen wir. vid. Eckolt. *tit. d. Tutel §. 9. &* Stryk. *in Annotat. ad Inst. §. 2. d. Curat.* 24 25

Eadem *Publicæ Salutis* secundario consideratæ efficit ratio, Socium sive *Voluntarium* seu *Necessarium*, socio suo licet *Invito*, omni temporis momento à societate recedere posse per *L. Si non solum §. Si centum d. Condict. Indebit.* Vid. Sim. Ulr. Pistorium *in Not. ad* Hartm. Pistorium *Obs. 147. n. 13.* Carpz. *P. 1. Resp. 103. n. 1.* Mev. *P. 9. D. 157.* Stryck. *Cap. 2. Disp. d. Sal. Publ.* Cum communio sit mater discordiæ *L. Cum pater 77. §. Dulcissimis d. Legat. 2.* nec non negligentiæ *L. 2. C. Quand. & quib. pars. det. Lib. 10.* Quorsum pertinet dictum Gloss. 26 27

Segnius expediunt commissa negotia plures,

quorum utrumque à Republ. exulare interesse ejus dicitur. *L. f ff. pro suo L. 28. ff. d. V. S. L. 13. C. d. Judic. L. 11. in fin. C. d. Reb. Cred. L. si quis ingenuam*

28 *nuam fin. d. Cap. & Postlim. reverf. & l. æquissima pr. ff. d. Usuf.* quod extendunt etiam Ddres, ut procedat, quamvis coeuntes in societatem pacti sint, se nunquam à communione recessuros *per L. In hoc judicio 14. §. Si conveniat. 2. Comm. dividund. & L. Nulla. 70. ff.* Pro *socio.* Vid. Hinrich. Gœden. *cap. 86. n. 2.* Stryck. *in Tr. de Cautel. in Contract. Necess. Sect. 2. Cap. 10. §. 9.* Non obstante *L. 1. ff. pro Socio.* Ad quam do-
29 ctissimè respondet *Carpz. proximè all. L.* Aliquando tamen *invitum* in communione persistere cogi posse docet JCtissimus Mevius *Part. 9. D. 157.* ob familiæ & per consequens Reipubl. conservationem, ubi tamen omnes ab eodem adductas rationes nostras non facimus.

30 Non Humanitatis duntaxat, sed & *Publicæ Utilitatis* rationem, ad quam pertinere videtur, non perire innocentem nec Rempubl. suo privari cive, constituisse credimus, *invito* illo, qui ad supplicium ducitur, & perire festinat, cuilibet licitum esse ad Appellationis progredi remedium *per L. eleg. 9 Non tantum ff. d. Appell,* vid. Brunnem. *ad eund. &* Farinac. *Quæst. 79. n. 95. & quæst. 101. n. 23.* Scaccia de Appellat.
31 *n. 54. seq.* Cornel. Benincas. *d. privil. paup. p. 780. n. 31.* Cum enim natura quandam inter homines introduxerit cognationem, qua alteri alteris benefacere tenentur *L. Ut in vim ff. d. J. & J.* fas est omnibus juvare alios, in necessitatibus subvenire, & *invitorum* licet conditionem meliorem facere *L. 39. ff. d. N. G.* Mev. P. *3. D. 12. n. 3.*

32 Ex quibus concludunt Ddres: *Invito* & renitenti infirmo ad-
33 hiberi curam, Decius *in L* invito *69. ff. d. R. J.* Brunnem. *ad L. 6. ff. de Appellat.* Nec non *invitum* ex ruente domo extrahi posse. Hyppolit. d. Mars. *Sing. 189. Conf.* Brunnem *d. l.*

Lex Julia ad *Publicam Utilitatem* respiciens *L. 2. ff. d. Jur. Dot. L. 1.*
34 *ff. solut. Matrim.* cavet, ne marito integrum sit consentiente, nedum *invita uxore* prædium dotale inæstimatò datum, aut æstimato quidem, verum æstimatione taxationis causa adjecta *L. Quotiens ff. d. Jur. Dot. vid.* Stryck. *ad pr. J. quib. alien. lic. vel non* & Ddres *passim ad Tit. ff. d. Fund. Dot.* vendere, ne fragilitate suæ naturæ in repentinam uxores deducantur inopiam *pr. J. Quibus alien. licet. vel non & L. unic. §. 15. C. d. Rei*
35 *Uxor. act.* Moribus tamen Belgarum maritum *invita* uxore fundum dotalem alienare posse testatur Gröenew. *ad L. 3. ff. d. R. V. & fusius idem in pr J. Quibus alien. lic. vel non.*

36 Claudent agmen Literæ Moratoriæ, quas Principem, *invitis* licet Creditoribus, Debitoribus dare posse, *Publicæ* itidem *Utilitatis* intuitu, pluribus deducit ac persequitur B. Dn. Lembke/ in *Disp. d. Induc. Morat. th. 7.*

Nunc

Nunc URGENTISSIMÆ NECESSITATIS Casus paucis lustrabimus, cujus præprimis *Publicæ* intuitu permittitur Domino territorii *invito* licet Vasallo, belli discrimine terræ suæ imminente, Prædium Nobile, Germ. den Ritter-Sitz / ad Fortalitium inibi extruendum arcendumque hostem irruentem occupare & pro tuitione Status sui munire. *Vid. Excell.* Müller. *in Diss. d. Ædif. Præd. Nob. Cap. 1. th. 6. per tot.* ubi addit: cessante tamen bello Castrum sine moro Vasallo restituendum esse absque refusione expensarum fortificationis. Natta. *Cons. 555. n. 20.* Klockius *d. Contrib. Cap. 7. n. 115.* quod alii etiam ad loca Jurisdictioni & Potestati belligerantis non subjecta, ceterum vicina, & si ab hoste præoccupentur, belligeranti admodum nociva, extendunt, ut & hæc summa belli ratio, quam Galli *Raison de Guerre* appellant *invitis* licet Dominis istiusmodi Loci occupationem & munitionem & munitionem permittat: Quod quotidiana hisce proh dolor! miseris temporibus, quibus omnia bello ardere videmus, satis exempla edocent. 37 38 39

Eadem Imperiosa inevitabilis Necessitatis Lex efficit, ut, quanquam ex communi Juris Gentium Doctorum calculo, Rex qui Regnum in patrimonio non habet, sed ex voluntate populi jure administrationis possidet delatum, neque in totum, neque pro parte propria authoritate alienare possit, administrationis regulas excedente illo qui alienat, cum alienando faciat, ne administrare possit. vid. Ziegl. ad Grot. *Lib. 1. cap. 3. §. 13.* Stryk. *Diss. d. Sal. Publ. cap. 2. n. 54.* nec magis jure propitio *invito* populo alius Rex obtrudi possit, quam quo *invito* Regi Regnum eripitur Bartol. *de las Casas in quæst: Utrum Reges cives à Corona jure alienare possint* §. 25. Grot. d. J. Belli & P. *Lib. 1. cap. 3. th. 13. & Lib. 2. cap. 7. th. 3.* Strauch. *Dissert. Exotica 4. th. 18.* Puffend. *d. J. N. G. Lib. 8. cap. 5. §. 9.* Ziegl. *all. L.* Ubi addit: Facta tali alienatione populum novo Domino resistere seque in Libertatem vindicare posse. Licita tamen sit etiam *invito* populo facta alienatio, si summa *Necessitas* illud exegerit, totumque vel pars sine Reipubl. exitio conservari aliter non possit, nisi alterius ditioni subjiciatur. Vid. Pufend. *d. l. Cui jungatur* Boecl. ad Grot. *Lib. 1. Cap. 4. n. 10. & Ziegl. ad* Grot. *Lib. 2. Cap. 6. §. 11.* Ubi apposite hæc leguntur verba: Consensu populi, ut in alienationem interveniat, opus non est, ubi *Necessitas* alienationem jubet, cum enim cura Reipubl. in solidum commissa sit, nil facit contra voluntatem populi: *Conf.* Stryk. *d. l. n. 55.* 40 41 42

Nec aliter se res habet in bonis Domanialibus, denen Tafel-Gü- 43

 tern:

tern: Horum enim alienationem itidem Principi non esse permissam præter *c. intellecto 32. X. d. Jurejur.* ex communi Ddrum Opinione probat Brunnem. *Con. 1. n. 70.* & Petrus Heigius *part. 1. quæst. 19. n. 5. quos*
44 *sequitur* Stryk. *all. l. n.* 56. Princeps enim rei suæ Domanialis qs. Dominus est, ut maritus Dotis. vid. Stryk. *in Diss. d. Salv. Jur. Princip. Cap. 1. n. 35. & in Diss. d Salut. Publ. Cap. 2. n 56.* Nihilo tamen secus & hoc exceptionem habet, si *Urgentissima Necessitas* alienationem requirat; Hoc enim casu *invito* populo recte alienari ipse fatetur Brunnem. *all. Cons. 1. n. 348.* Hinc Ddres tradunt regulam: Alienationem ceteroquin
45 quin illicitam ex *Necessitate* convalidari. Gothof. *ad L. 13. ff. Famil. Ercisc.* Menoch. *d A. J. Q. Cap. 182.* Stryk. *d l. n. 57.*

Possemus quidem plura *Necessitatis Publicæ* adducere exempla docereque: An & circa Sacra *Inevitabilis Necessitas* jus aliquod tribuat, ut exempli causa, urgente belli calamitate, templa occupari, præsidiisque militum firmari; itemque reditus Ecclesiastici in bellicos converti queant usus? At vero, cum tempori sumptibusque parcendum sit, ac præter opinionem sub manibus jam tum creverit Dissertatio, hac quidem vice in hunc campum excurrere non vacat, quare veniam nobis à benevolo Lectore precati, quod datam supra fidem per omnia liberare, pagellarum haud permittat angustia, frequentioraque saltem exempla adduxerimus.

Ad NECESSITATEM IN GENERE TALEM missa *Publica Necessitate* gradum promovemus, visuri, qualiter hæc privatis etiam jus det, rem alienam *invitis* Dominis propria authoritate arripiendi & ex alterius patrimonio sibi vindicandi, quantum præsens postulat utilitas;

Huc pertinet (1.) *L. 2. §. 2. in fin. ad L. Rhod de Jactu*, ubi dicitur:
46 Quod, quando in navi deficiunt cibaria & alia ad vitam sustentandam necessaria, quisque quod habet, in commune conferre debeat; Quæ necessitas conferendi, utique continet jus contra *invitos* & negantes, ubi petitioni apud Judicem nec locus, nec tempus est, sumendi vid. Ahasv. Fritsc. *d. Præf. Necess Sect. 1. n. 6. quem sequitur* Stryk. *d. salut. Publ. Cap. 1. num. 15. Jung.* Grot. *d. J. B. & P. Lib. 2. Cap. 2. n. 6.* ubi docet: Gravissima *Necessitate* reviviscere jus illud pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent, quia omnibus legibus humanis ac proinde & in lege Dominii, Summa illa *Necessitas* videtur excepta. Ex quibus colligunt Bartol. & Ddres: Ubi civitatem annonæ caritas premit, quæ ad victum pertinent, fieri communia,

&

& aut suppeditanda egentibus, aut abundantibus *invitis* sine injuria auferenda esse; *Conf.* Brunn. *ad L.2. §.2. d.t.ff. ibique* Lauterb. *th.*7.

Pertinet huc (2) Casus *L.29. §.2. ff. ad L. Aquil.* ubi JCtus Ulpianus secutus Labeonem pronunciat, si navis mea vi ventorum in funes 48
anchorales aut retia piscatoria alterius impellatur, nec aliter explicari possit, hæc *invitis*, etiam Piscatoribus discindi posse cessante hoc pacto L. Aquiliæ actione. Vid. Grot. *d. Jure Belli & Pacis L.2. th.6. n.4. Jungatur* Schnob. *Disp.9. th.6.* Brunnem. *ad L. all. §.2 4.* ubi addit: Omnem 49
Nautarum culpam hoc casu exulare debere.

Referunt huc Ddres (3) Casum *L.3. § penult. ff. Ruin Naufr.* juncta *L.49.* 50
§.1. *ad L. Aquil.* Ubi privato, magna vi cogente & ex justo metu incendii suis ædibus avertendi causa vicinas ædes *invito* earum domino, ut destruat, licere dicitur, sive eo perveniat ignis, sive antea extinctus sit, ut contra destruentem nec ex Edicto de ruina, incendio &c. nec ex Lege Aquilia agi possit, cum injuriam non faciat, qui se tueri voluit, cum alias non posset. *L.3 §.7. in fin. ff. d. Incend. Ruin. Naufr.* vid. Brunn. *ibi & ad L.49. ff. ad L. Aquil.* Gail. *2. Obs.22. n.3.* Berlich. *Part.5. Const.25. n.125.* Grot. *de J. B. & P. Lib.2. Cap 2. th.6. n.3.* Jung. Dn. Georg. Amsel. *in Disp. inaug. de Incendiis th.22. & 29 &* Struv. *in Disp. d. Ædif. priv. th.69.* ubi addit in fine: Si tamen pro salute totius viciniæ domus vicini diruatur, merito damnum destructæ domus ab omnibus vicinis sarciendum *arg. L.1. & 2. ff. ad L. Rhod. d. Jact.* Gail. & Berlich. *d. l.* quibus 51
jung. Menoch. *d. A. I. Q. Cap.399. n.14. &* Brunn. *ad L.3. ff. d. Incend.* 52
& L.49. ff. ad L. Aquil. ubi n.3. addit. Hoc in casu ipsum destruentem non qua *destruentem* sed qua *vicinum* ad damnum pro sua parte ex æquitate L. Rhodiæ præstandum teneri; Cui adstipulatur Modestinus Pistorius *Cap.16. n.9. & 16.*

Pertinet huc ultimo Casus *L.14. ff. d. Præsc. verb.* ubi respondet 53
JCtus Julianus: Illum qui suarum servandarum mercium causa *inviti* Domini merces in mare projecit, nulla teneri actione, non obstante *L.2. ff. ad L.* Rhod. vid. Hahn. *ad Tit. all in pr.* Schnobel. *Disp.9. th.8.*

Desinimus hic plura afferre exempla, cum in similibus eadem Juris obtineat ratio atque dispositio, illud saltem adhuc ultimo annotamus loco: Ut *Necessitas* etiam in alienis Juri locum faciat requiri (1) 54
ut *Certa* ac *Vera* sit non *Imaginaria* ac *Ficta*; Perinde enim est, non habeas causam, an fingas: Simulata pro nullis sunt; Carent quippe veri- 55
tate adeoque & jure. (2) Ut Sit *Inevitabilis* ac *Urgentissima*; Nomen illud

non convenit casibus, qui evitari queunt, ut ut summo atque difficili studio; Quo respexit Plato, cum constituit, ex Vicini puteo tum demum aquam petendam esse, si quis in suo ad cretam usque foderit ad aquam exquirendam, quem in hanc sententiam adducit Grot. *Lib.2. Cap.2.th.7.* [3] *Ut remedium non adsit nisi ex usu rei alienæ*, qui *invito* domino ideo justus, quia necessarius; Qualis haud erit, quando alia ratione necessitati medela vel auxilium constabit, ideoque antequam ad alienũ porrigantur man⁹, tentanda sunt propria & sine damno alieno usurpanda. (4) Ut *invocet prius, quam auferat ex alieno remedium.* Jus enim *Necessitatis* à rigore dominii exceptum, ut æquitate nititur, sic æquitatem in exigendo servare debet: Si igitur mora sine periculo sit extremo, æquum est precibus aut implorata Superioris ope tentare suppetias; Ubi negantur inique, necessitate fiet justum, quod vi necessaria contra inhumanam duritiem suscipitur. (5) *Ut non ultra Necessitatem*
58 *licentia extendatur.* Illa enim hujus regula est, extra quam fit injusta. Igitur non aliud sumendum retinendumque quam exigit; Ubi custodia sufficit, non arripiendus usus. Ubi usus, non sumendus abusus.
59 Supra diximus, Necessitatem aliam *Facti* esse aliam *Juris*; circa
60 ILLAM.

Quæritur: *An invitis Dominis ad evitanda adversæ religionis suscipiendæ pericula, subditis licitum sit emigrare?* Qualia extant exempla in crudelissima illa Superior: Ann. persecutione & reformatione Gallica: Et putamus, præterquam, quod ejusmodi emigratio Juri Naturali, propriæ
61 salutis curam dictitanti. *Pufend. d. J.N. & G.* Divino, ipso Salvatore fu-
62 gam suadente. Matth.10. v.23. & Humano conveniens sit. *L 31. ff. ad*
63 *Municip. L.5. §.3. & L.12. §.3. ff d. Captiv. L.1. & 2. C. d. Incol.* §. wo aber
64 unser *Pac. Religios.* summam necessitatem, quæ homines in pristinum redigit statum, quo omnes liberi erunt. Grot. *Lib.2. Cap.6. §.5.* quæque legem non habet *L penul. §. fin. ff. d. Excus. Tut.* & magnum humanæ infelicitatis patrocinium est. Senec. *Lib.4. Cap.27.* liberam emigrandi, *invito* licet persequente, dare facultatem; Cum quæ causa fuit vinculi
65 inter homines, non possit non esse causa ejus dissolvendi, naturali ratione dictante, eo jure, quo quid constitutum est, idem etiam dissolvi. Vid. Dn. Schulz. *Athenæi Gedanensis Professor in Decad. Casuum Illustr.*
66 *Modern. temp. §.2.* Ubi firmandæ huic sententiæ adhibet argumentum
67 à servo crudeliter habito desumtum, cui jura fugere permittunt, *L. unic. C. Si quac. prædit. pot. Vid.* Dn. Bekman. *Diss. De jure recipiendi Exules.*

Qui-

Quibus addi poteſt, quod territorii Dominus ultra humanum modum cum Civibus agens pro ſubditis eosdem agnoſcere amplius noluiſſe videatur, Imperantium felicitate in ſubditorum felicitate conſiſtente. Grotius *Lib.1. Cap.4.* Beckman. *d. ſuſpect. Doctor.* Tyran. *Cap.2. th.6. p.19.* illoque expellente, media qui fugiendi ſuppeditat.

Ad *Facti Neceſſitatem* Famis neceſſitatem pertinere in vulgus notum eſt; Cujus occaſione quæritur: *An Pater, cui hodie quidem filium ſumma famis neceſſitate urgente, vendere* invitum *non licet, ut alterius ſervus fiat, ſervitute inter Chriſtianos hodie abrogata,* invitum *ſaltem ad illa ſervitia addicere poſſit, quibus ea conditione eſt, qua eſt familia conductitia?* Et arbitramur cum Chriſtin. *v.3. D.65. n.3.* & qui hunc ſequitur Stryk. *Diſp.4. ff. d. uſ. modern. Lib.1. tit.6. n.6.* Si Pater ea ſorte vivat, ut Magiſtratus, cui incumbit egentibus ſuccurrere Struv. *ad ff. Exerc.23. th.28. add.* Bugnyon. *ad LL. Abrogat. Lib.1. Sect.6.* Mornac. *ad Tit. C. d. Parent. qui fil. diſtrax.* fruſtra tentet ſuppetias, aut ſperet auxilium, nil quicquam obſtare, quo minus Pater etiam hodie Filii licet puberis *inviti* operas alteri cedere valeat, quo neceſſitatis ſubſidium inde ferat, patria poteſtate nec hodie omni vi orbata. 68

Pergimus ad NECESSITATEM JURIS, cujus intuitu etiam *invitus* aliquid pati cogitur. Huc pertinet (α) Quod pro *invito* quis ſolvere poſſit. *Pr. J. quib. mod. toll. Oblig. L.23. L.40. & 43. ff. d. Solut.* Quoniam naturali & civili rationi convenit, conditionem alterius quamvis *inviti* reddere meliorem *L.29. d. N. G.* non obſtante *L.69. ff. d. R. J. & 156. eod.* ubi dicitur, *Invito* beneficium non dari: De cujus conciliatione Vid. Dn. Damm. *in Diſp. ſub Præſidio Præ-Nobiliſſ.* Dn. Præſidis: De Donat. Præſumt. *Cap.2. n.204.* inibique all. Ddres Jung. Bachov. *ad §. Item vobis J. Per quas perſ. cuique acquir. Et* Barboſ. *Lib.9. Cap.83. ax. ult.* 69

(β) Quod *invito* Creditori liceat melius reddere, quam quod datum ſit, cum melius ſine dubio bonum ſit. *L.75. ff. d. V. Obl.* & plus etiam minus contineat. Vid. B. Redeker. *in Diſp. d. Contract. Intermixt. Var. quæſt. th.11. n.7.* 70

(γ) Quod ante diem ſolvi poſſit etiam *invito* creditori *L.70. ff. d. Solut. L.38. §.16. L.41. §.1. d. V. Obl. Vid. L.114. §.11. ſeq. d. Legat.* Gomez. *Tom.2. Var. Reſol. Cap.11. n 22. ſeqq.* Suthold. *Diſp.15. aphor.84.* Schnob. *Diſp.23. §.27. in fin. L.50. ff. d. Obl. & Act. L.137. §.2. d. V. O.* Donell.15. *Comm.11 & in L.41. §.1. n.47. d. V. O.* Bachov. *ad* Treutl *Diſp.29. th.2.* 71

(δ) Quod, cum compenſatio ſolutionis vicem obtineat, Guido 72

pap.

Pap. *D.171.* Schnob. *Disp. ff.10. th.14.* Imo imaginaria & interpretativa dicatur solutio. *L. Si debitor 4. ff. Qui pot. in pign. L.19. ff. d. Liber. Caus.* Manz. *§.30. J. d. Act. n. 15.* & hæc *invito* creditori fieri possit. Mev. *P.7. D.52. inibique all. jura.*

73 (ε) Quod juris Necessitate Bachhov. § 3. *J per quas person.* Brunn. *ad L.32. ff. d. A. R. D. invitis* Dominis per servos acquiratur § *all. J. L 26. Servus vetante ff. d. V. O. L. Etiam invitis 32. ff. d. A. R. D. L.44. de Acquir. poss. L. jusso 44. § fin. d. Usucap.* Non tamen incommutabiliter. Vid.

74 Barbos. *Lib.9. Cap.83. ax.2.* Idemque (ζ) in Liberis parentum potestati suppositis obtineat *§.1. J. Per quas person. cuique* habita tamen peculiorum consideratione.

75 *An autem creditori INVITO pars debiti solvi possit.* Non inepte hic quæritur? Et respondemus per *L.41. §.1. ff. d. Usur. L.13. §.8 ff. d. Act. Empt. L.31. ff. de Reb. Cred.* Cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat. *L 74. ff. d. R. J.* quod sane creditori per particularem obveniret solutionem, quæ non minima sæpe incommoda habet *L.3 ff.*

76 *Fam. Ercisc.* regulariter quæstionem negando: Excipiunt Ddres se-

77 quentes Casus (1) Si altera pars contentiosa *L.21. ff. d. Reb. Credit* (2)

78 Diversæ sint summæ. *L. fin. Quib. mod. pign. solv* (3) Si debitor belli calamitate depauperatus sit per *Recess. Imp. d. An.1654. §.* So viel nun die *Capitalia vers.* fals aber Drittens. *Vid.* Lauterb. *in Disp. d. Resid. pr.* Mev. *Part.5. Decis.103. Item Part.3. D.236.* Hopp. *Exam. Inst. ad §.1 Quib. mod.*

79 *toll. Obl.* Eckholt. *ad Tit. ff. d. solut. §.3.* Ubi plures adducit exceptiones, ex quibus tamen ultimam saltem ad scopum nostrum pertinere remur.

80 Sed *quid si plane aliud pro alio solvatur, anne INVITUS Creditor hoc tenetur accipere?* Et quamvis regulariter *invito* creditori aliud pro alio obtrudi non possit *L.2. §.1. ff. d R. C. L.46. & 50. ff d solut.* Junct. Nov.4. *Cap. fin.* Carpz. *Lib.5. Resp.120* Bachov. ad Treut. *Vol.1. Disp.20.* Hopp. *in Exam. Inst. ad Tit. Quib. Mod. solv. oblig.* duos tamen Ddres commu-

81 niter hic excipiunt casus. (1) Nisi *Necessitas* cogat, debitorque utatur beneficio dationis in solutum *L.16. Auth. Hoc nisi C d. Solut. Nov.4. Cap.3.*

82 *Nov.120.* (2) Nisi à lege hæc facultas aliud pro alio solvendi debitori sit data. Brunn. *ad L.2 ff. d. reb. Cred.* Ex quibus duabus rationibus colligit *sup. laudatus* Schulz. *in Decad. quæst. §.3.* Exules Gallos die Frantzö-

83 sische Flüchtlinge/ quamvis illis in locis, ubi jam tuto versantur recepti, ad debita in patria contracta, relictis omnibus bonis & à Rege Fisco addictis, solvenda recte adstringantur, jure creditoris metu & infortu-

nio

nio debitoris neutiquam sublato Pantschman. *Lib.*1. *quæst. Pract.*14. *n.*9. Baldus *ad L.*108. *d. Jur. Delib.* Afflictus *D.* 10. *n.*6. Cravetta *Disp.*6. *n.*86. *&* 97. Si tamen bona sua speciali hypotheca Creditoribus obligave- 84
rint, eadem recte in solutum ex Principis, in cujus territorio nunc degunt, sententia, *invitis* Creditoribus offerre posse, quippe quæ ante sententiam aliis quæsita publicari non potuerunt *L. Post contract.* 14. *ff. de Donat.*

Necessitatem Facti, de qua supra egimus, aliam esse Facti Præsen- 85
tis aliam Supervenientis *Cap.*2. diximus. Ad *Supervenientem facti necessitatem* etiam pertinet Casus *L.*3. *ff. Locat. Conduct.* Ubi propter supervenientem indigentiam & necessitatem post contractum *vid.* Brunn. *ad d. l.* item propter supervenientem refectionis necessitatem, quæ inhabitare ruinosas ædes conductori non permittit, Locatori *invitum* Conductorem datur expellere, Conductionis tempore licet nondum exacto; Nisi in specie his duobus casibus renunciatum sit. Trentac. 87
*Lib.*3 *tit. Locat. resol.*4. *n.*6., Carpz. *Part.*2. *D.*137. *n.*8. *& Part.*2. *C.*37. *th.*7. Stryck. *in Tr. d. Cautel. in Contract. Necessa. sect.*2. *Cap.*6. §.18. Ubi in fine addit: Posteriori casu, non obstante renunciatione, atque Locatore quiescente, ipsam tamen locatam domum ob imminentem ruinam 88
ipsum conductorem facile fore expulsuram.

Eadem *Superveniens Facti Necessitas* e. g Pestis efficit, ut, quæ de 89
Conductore *invito* expellendo diximus, etiam locum obtineant in eodem, *invito* Locatore, emigrante; Ut scilicet urgente diuturnæ pestis necessitate, *invito* Locatore, Conductor rem locatam vacuam relinquere & emigrare possit. *Vid.* Gail.2. *Obs.*23. *n.*7. Redecker. *dict. Disp. all.*30. *n.*5. Franzck. *ad t. ff. Locat. Conduct.* *inibique* Lauterb. Ubi plura *Supervenientis Necessitatis* adducit exempla, quorsum brevitatis studio B. L. remittimus.

CIRCA ABUSUM in specie *Patriæ Potestatis* notandum est: Quod 90
Pater destitutus justis dissentiendi rationibus pati cogatur *invitus*, liberos nuptias contrahere exque potestate, licet non quoad omnem effectum moribus hodiernis egredi; Modo ante sponsalia liberi legitime requisiverint consensum Parentum. *Vid.* Carpz. *Jurisp. Eccles. Lib.*2. *Def.*55. Brunnem. *d. Jure Eccles. Lib.*2. *Cap.*19. *n.*5. *alii*sque.

An autem *invitus* etiam Pater cogi possit, ut patiatur Filium per 91
separatam hodie œconomiam è sacris paternis egredi, quæritur? Vid. ea de re differentem Stryk, *in Disp.*5. *d. Us. Mod.* §.20.

92 Quid in patre binubo intuitu liberorum prioris matrimonii obtineat de Jure Lubecensi & an pater ad secunda advolans vota *invitus* cogi possit, ut separet, docebit *Jus Lubec. Lib.2.t.2.art.2. n.12.*

FAVORE LIBERTATIS *invitum*, ut patiatur aliquid cogi posse duobus saltem ibimus demonstratum casibus, quorum primus est, quod inæstimabile libertatis beneficium *L.106. d. R. J.* etiam *invitis* de-
93 tur *L. fin.* §.2. *C. d. Test. manum.* Ubi dicitur: Romanam Civitatem recusare nemini servorum licitum esse. Joan à Sande *Comm. in tit ff. d. R. J. ad L 69.* Vide hujus generis plures casus, quos annotavit. Catel. Cott. *in Memorab. suis in verb. Beneficium invito non datur.*

94 Secundus est *in L. 6. §. 6. ff. d. Stat. Lib.* Ubi ad particularem solutionem recipiendam Creditor *invitus* cogi potest *Favore Libertatis.*

95 INTUITU PIETATIS & RELIGIONIS duæ hic moveri possunt Coronidis loco quæstiones (α) An Judæorum infantes *invitis* parentibus ad baptismata auferri possint? Et (β) An Judæorum infantes non obstante Patria Potestate *invitis* parentibus sacro fonte à peccatis
96 ablui possint? Prius affirmat Zasius *Quæst.1. d. Judæis* Hinr. Corman.
97 *in Respons. d. Judæis art.3.* alii tamen negant Vid. Reinkinck. *d. Regim. secul. & Eccles. Lib. 2. Class. 2. Cap. 3. n. 43.* Cui adstipulatur Vasq. *Contr. Illust. L.1. Cap. 8. n.12. Excell* Dn. Ranger, *Profess. in Acad. Patria famigeratiss. in Disp. d. Jur. Baptism. th.21. Cap.2. &* Dn. Lincker *in Disp. d. Bapt.*
98 inibique allegati Ddres. Balduinus *in Cas. Consc. Lib. 4. Cap. 8.* ubi tamen *n.3.* hoc ita declarat: Nisi infideles vel eorum liberi jure belli, aut per emptionem, donationem, captivitatem aut quocunque alio modo legitimo in nostram pervenerint potestatem & sic pars familiæ nostræ
99 facti, exemplo Abrahæ, non tantum ex sanguine natos, sed & emptitios, qui non erant de stirpe ejus circumcidentis. Genes. *Cap. 17. vers. 13.*
100 Alterum quod concernit quæsitum Zas. *Tom. 5. quæst 2. d. Judæis* id affirmat, quem sequitur Reinkinck. *all. l. n 46.* sc infantes Judæorum *invitis* etiam Parentibus posse petere baptismum, neque parentes vigore Patriæ potestatis id impedire posse. Quibus fusius deducendis, cum Conscientiam tangant & à Theologis rectius discutiantur, ne in alie-
101 nam messem falcem immittamus temere, non immorabimur; Sed hisce pro ingenii modulo temporisque ac sumptuum ratione expeditis, vela contrahimus, inque illius Nomine, quo Auspice, Academicum hunc Discursum exorsi sumus, eidem imponimus

F I N E M.

MAN-

MANTISSA.

I. Pater filio illatam injuriam ipſo *invito* remittere poteſt per *L.17. §.12 ff. d. Injur.* Boer. *D.120.* Harpr. *§.2. J. de Injur. n.17.* Schnob. *Diſp.24. § 9.* ubi id ad actionem civilem reſtringit per *L.5. §.6. ff. d. Injur. Conf.* Brunnem. *ad L.17. all.* ubi hanc limitat ſententiam, ut procedat, niſi filius ſit honeſtioris conditionis patre, *per §.13. dict. L.17. Vid.* Gomez. *Tom.3. Reſol. Cap.6. n 6.* Boer. *d. l. &* Clarus *§. fin. quæſt 5. n.22.*

II. *Invitum* quem teneri recipere rem commodatam deterioratam oblato deteriorationis pretio defendit Schneidew. *in Comm. J. tit. d. Actio. ad §.16. n.22.* Diſtinguit vero Brunn. *ad L.3. §.1. ff. Commod.* ſecutus Bachov. ad Treut. *Vol.1. Diſp.24. th 2. Lit. F.* Hahn. ad Weſenb. & Struv. *tit. Commod.* inter deteriorationem *leviorem & graviorem*; Vt hoc caſu integram Commodatarius æſtimationem ſolvere teneatur; Illo vero *Schneidevvini* procedat ſententia; Cui & nos calculum noſtrum adjicimus Jure Saxonico indiſtincte videtur ſtatutum, commodantem cogi non poſſe, oblato deteriorationis pretio rem deterioratam recipere. *Vid. Art.5. Lib.3. Jur. Sax.*

III. In Commune ſepulchrum *invitis* ceteris mortuum inferre licet. *§.9. Inſt. d. Rer. Diviſ.* Hac enim ratione ſocio non nocetur, cum locus iſte jam ſit religioſus. Sepulchrum enim dicitur, ubi corpus oſſave hominis condita ſunt. *L.2. §.2. ff. d. Relig. & ſumpt. Fun.*

IV. Alienum fundum *invito* Domino ingredi licitum eſt quærendæ rei ſuæ cauſa *per* L.15. *ff. Ad Exhibend.* in ſpecie glandis, i.e. fructus, legendæ L.1. *§.1. ff. d. Gland. Leg.* quæ in vicinam aream delapſa: Hanc enim intra triduum *invito* licet *vicino* arboris Domino legere permittitur L. *unic. ff. eod. Conf.* Brunnem. & Eckholt. *& communiter* Ddres *all. t.* Quod tamen hodie communi Praxi immutatum, ut illi fructus relinquantur, in cujus fundo reperiuntur, docet Stryk. *in Uſ. Modern.* & de Praxi Saxonica in ſpecie teſtatur. Carpz. *Part.3. C.32. D.25. nec non* Zœſius & Struv. *ad t. ff. d. Gland.* Leg.

V. Alias qui *invito* & contradicente Domino alienum fundum ingreditur in legem committit. L.13. *in fin. ff. d. Injur.* Vnde primo intuitu quoque videbatur dicendum; Illum feras in alieno fundo captas ex facto, cui lex reſiſtit, ſibi non acquirere *arg. L.5. C. d. Leg.* Quia tamen *actus ingreſſionis* ab actu *occupationis* probe diſtinguendus eſt, ne-

que ab uno actu diverso ad alium valeat illatio. Carpz. *Part.1. C.53. D.9. n.5. & 6.* Everhard. *in Loc. Leg.18. à separatis per tot.* non dubitamus asserere: Venatorem feras in fundo alieno *invito* licet Domino captas sibi acquirere §. *Feræ 12. Inst. d. R. D.* Georg. Mohr de Nigromonte *d. Jur. Venand. Part.1. Cap.2. n.15.* Dn. Præs. *in Disp. d. Gemm. Cap.2. n.12. seqq.* Quid moribus hodiernis hoc casu obtineat docet. Brunnem. *Exerc. justin.4. §.11. & Heigius eod. n.12.*

VI. Pacta dotalia ab uno Conjugum *invito* altero revocari possunt. Carpz. *Part.2. C.43. D.10.* Gail. *2. Obs.117.* Mynsing. *1. Obs.8.* Modo inita sint per modum ultimarum voluntatum. Vid. Stryk *d. Cautel. in Contr. Necess. Sect.3. Cap.8. §.19. &* 20.

VII. Nil obstat, quo minus Emphyteuseos Dominus jus suum *invito* Emphyteuta alienare possit. Carpz. *2. Const.39. D.10. inibique all.* Ddres.

IIX. Secus se res habet in Domino Feudi *2. Feud.34. §.1.* Hartm. Pistor. *Part.1. quæst.22. n.17. Et* Stryk. *in Exam. Feudal. Cap.19. quæst.6.* inibique all. Struv. & Antonius.

IX. Exceptiones reo competentes *invito* eo à fidejussore opponi possunt. *L.32. ff. d. Fidejuss.*

X. Servus testatoris proprius *invitus* cogitur esse heres *§.1. Inst. d. Hered. Qual. & Different.*

XI. Heres Fiduciarius adire nolens hereditatem eandem *invitus* adire cogitur & restituere. *§.7. J. d. Fideicom. Hered.* Gomez. *Resolut. Cap.5. n.3.*

XII. Qui rogatus est Patrinus, beatissimum hoc munus *invitus* subire cogitur, nisi mulcta pecuniaria vel carcere vel etiam deprecatione publica puniri velit; prout *in Consistorio Cizensi* Mens. Junii Anno 1677. judicatum *refert* Joan. Schilter *in Inst. Jur. Canon. Lib.2. Tit.2. §.27.*

SOLI DEO GLORIA.

I.N.J.C.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
RESIGNATIONE IUDICIALI.
Vulgo
Von der Gerichtlichen Aufflassung.

QUAM
AUXILIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA
AC
SUFFRAGANTE MAGNIFICO JCTorum ORDINE
IN ALMA ROSTOCHIENSI
PRÆSIDE
DN. JOHANNE Klein/
J. U. D.
PRÆCEPTORE, HOSPITE AC FAUTORE
SUO ÆTATEM ÆSTIMATISSIMO
Ad diem 18. April. 1691.
IN AUDITORIO MAJORI
BENEVOLÆ ERUDITORUM CENSURÆ
SUBJICIT
MICHAEL HENNING Wedderkop/
HOLSATUS,
AUTOR ET RESPONDENS.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J C.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Resignationem Judicialem, Definitionem tam Nominalem, quam Realem ejusque Evolutionem, Divisionem, ac Originem.

SUMMARIA.

EX Consensu Gentium sociali, ad usum & necessitatem communem respiciente omnis pene descendit Conventionum nexus. n. 1
Modus firmiter obligandi ex lege civili est. 2
Hujus rationem exhibet. 3
Salus Publica omnium Legum Civilium ultimus finis est. 4
Arbitrium circa res suas liberum expedit sæpe jure civitatis limitari. 5
Exemplum ejus obvium Moribus est in Resignatione Judiciali, *vulgo* die Auflassung für Gericht. 6
Non aliter dominium rerum immobilium pleno in accipientem jure transire, quam prævia judiciali Resignatione, *non est ex Gentium Placito* 7
Juri Gentium simplicitas magis, quam scrupulosa alienationis solennitas amica est. 8
Resignationis judicialis *hodierna solennitas juris Romani per omnia regulis haud convenit.* 9
Redolere fere tamen videtur veterem mancipandi solennitatem, aut non multum effective ab illa differre. 10
Summa & æquitate & utilitate suffulcitur. 11
Quod demonstratum datur ex collatione cum veteri mancipatione instituta. 12
Resignationis *Caussa finalis traditur.* 13. seqq.

Methodi Syllabum in capite primo exhibet. 18
Etymologiam. 19
Homonymiam 20. *seqq.*
Synonymiam 21
Publica authoritate obsignata privatim resignare illicet. 22
Testamenta solenniter resignanda. 23
Resignare idem denotat ac rescribere. 25
Item: Signis loquenti signis respondere. Mit Minen reden. 26
Item abrogare & irritum facere. 27
Et apud JCtos: Ulteriori ex contractu nexui renunciare. 28
Creditor, qui sub annuis usuris datam pecuniam absque temporis determinatione, diutius fœnori expositam habere non vult, commodo ante solutionem tempore resignare *debet.* 30
Sine prævia Resignatione *locatis indefinitè operis, locatori è famulitio discedere illicet.* 31
Jure Lub. Conductorem ex ædibus expellere locatori integrum non est, nisi justo tempore facta sit Resignatio 32
Reluiturus prædium sub pacto antichretico oppignoratum justo tempore resignare *debet.* 33
Resignare *etiam JCtis significat* Abdicare & Reddere. 34
De Resignatione Officiorum *agitur remissive.* 35
Aliquando jus, quod vendi nequit, civili termino dicitur Resignari. 36
Sic Hodie Præbendæ & Canonicatus dicuntur Resignari. 37
Resignare *idem ac* Cedere. 38
Hujus ratio Redditur. 39
Et hâc ratione accipi h. l. docet. 40
Judiciale *ceteroquin denotat omnem actum tam in judicio, quam extra illud, modo authoritate Magistratus gestum.* 42. *seqq.*
Hic v. ad judicium restringitur. 44
Describitur Resignatio judicialis. 45
Vox Actus *cuncta comprehendit, quæ quovis aguntur modo.* 47
Neque jure Saxonico. 49
Neque Lubecensi valet extrajudicialis rerum immobilium alienatio. 50
Ejus rationem exhibet. 52
Resignationem judicialem *esse actum* contentiosæ jurisdictionis *fusius probatur.* 53 *seqq.*
Rationem dubitandi exhibet. 54 *seq.*
Rationes decidendi. 56. *seqq.*
Venditor invitus perfecta solo consensu venditione ad resignandum *cogitur.* 57
Non unicuique, nec quomodocunque resignare *licet.* 58
Venditor rem venditam præcise tenetur tradere. 58
Actus voluntariæ jurisdictionis, neque solennitatem loci neque temporis, nec judicis competentiam desiderant 59. 60. *seqq.*
Quæ omnia tamen ad resignatio-

nem

nem judicialem *necessaria sunt.* 60.*seqq.*
Ad Dubitandi Rationes respondetur. 66.*seqq.*
Sola Resignatio *absque prævia contrahentium conventione nil operatur.* 75
Conventio absque Resignatione *tamen valida est.* *n. eod.*
Resignatio *affinis est actibus voluntariæ jurisdictionis.* 76
De Resignatione jurium *&* *privilegiorum hic non agi docet.* 77
Ad rerum mobilium *pleno jure transferendum dominium neque Jure Saxonico neque Lubec.* Resignatio *necessaria est.* 78
Neque sine commerciorum impedimento ac Reip. incommodo Statuto in hisce rebus induci posse probatur. 79.*seqq.*
Commerciorum utilitas maximũ Reip. fulcrum est. 84
Commercia omnis moræ impatientissima sunt. 81
Alienatio generaliter *accepta omnem includit actum, quo res à nobis in alium transire potest.* 83
Prohibita alienatione etiam oppignoratio prohibita censetur. 84
Excipiuntur odiosa & pœnalia. *eod. n.*
Quicquid prohibitum est in termino, illud etiam prohibitum est in via. 85
Alienatio in strictissima significatione *ad solam restringitur venditionem.* 86
In media significatione *omnem denotat caussam dominii inter vivos translativam.* 88
Quo in sensu h. l. accipitur. 87
Per jus, quod resignare *debet alienans, intelligitur tam* minus plenum, *quam* plenum dominum, *tam* partis, *quam* totius. 90.*seq.*
Quicquid juris est in toto, quà toto, illud idem juris est in qualibet totius parte. 93
Nec excluditur Fictum dominium. 94
Dominus per Procuratorem speciali ad resignandum *mandato instructum rectè* resignat. 96.*seq.*
Non æque per Procuratorem totorum bonorum simpliciter *talem.* 98.*seq.*
Ubi specialis animi declaratio desideratur, ibi non sufficit mandatum generale. 100
Quoties de singulari domini præjudicio agitur, toties specialis animi declaratio desideratur. 101
An Dominus per Procuratorem totorum bonorum cum libera *resignare possit, quæritur.* 102
Affirmantium rationes exhibet. 103
Quoties quis mandatum cum libera *habet, toties omnia illa expedire potest, quæ speciale ceteroquin mandatum requirunt.* 104
Negantium rationes exhibet. 105.*seq.*
Respondetur ad Affirmantium rationes 106
Regula tradita n. 104, *limitatur: Nisi agatur*

agatur de magno Domini præjudicio. 107
Negantium sententiam approbavit Praxis Saxonica. 108
Affirmantium tamen ceu jure veriorem nos amplectimur. 109
In Praxi tamen & extra Saxoniam præferendam esse Negativam concedimus. 110
Ceu æquiorum. 111
Ultra illa, quæ ipse dominus facturus fuisset, non extendendus tenor mandati generalis, etiam cum libera. 112
Desideratur in Resignatione judiciali *potissimũ Competentia judicis ratione* rei & caussæ.
In Resignatione *rei* allodialis *judex competens est, judex* rei sitæ. 114.
In Resignatione *rei* feudalis, *feudi dominus.* 115
Nisi super Resignatione *inter Dominum & Vasallum lis sit, quo casu Pares Curiæ judices sunt competentes.* 116
Jure Saxonico ad Resignationem judicialem *omnibus numeris absolvendam tria requiruntur.* (1) Judicialis Resignatio *& abdicatio.* Die Aufflassung (2) *Judicialis traditio.* Die Ubergebung. (3) *Judicialis investitura.* Die Anweisung und Belehnung. 118. *seqq*
Alterutro omisso pleno jure non procedit alienatio. 121. *seq.*
Jure Lubecensi sufficit judicialis cessio die Gerichtliche Verlassung vor dem sitzenden Rath. (2) *Inscriptio in Librum publicum.* Die Einschreibung in der Stadt Erb-Buch. 124. *seq.*
Quæ ultima vice Investituræ fungi videtur. 123. & 125.
Dividitur Resignatio (1.) *in* Judicialem & Extra judicialem. 126
Quæ ultima tamen hujus loci non est. 127
(2) *In* Expressam & Tacitam. 124
Illa subdividitur in Oralem, & Literalem 132. & 133
(3) *In* Necessariam & Voluntariam. 134
(4) *In* Perpetuam & Temporalem. 136
(5) *In* Puram & Conditionalem. 136
Hæc subdividitur in Suspensivam & Resolutivam. 136
Originem Resignationis *alii veteri Quiritium juri adscribunt* 137
Cui tamen formaliter *accepta parum convenit.* 137
Fluxisse verò videtur ex Jure Saxonico indeq; ad Jus Lub. permanasse. 136
Jus Lub. maximam partem ex Jure Saxonico desumtum est. 141
Et proxime inde interpretationem petit. 142
Resignatio *in Batavia.* 143
Flandria, Geldria. 144
Aliisque Germaniæ locis Hodie frequentatur. *n. ult.*

§. 1.

1 CONventionum penè omnium, qui contrahentes ligat, nexum, socialem Gentium introduxisse consensum, communi juxta utilitate ac necessitate subnixum, sanâ edoctus ratione ac temporum usu jam olim agnovit JCtus Hermogenianus *Lib. 1. Jur. Epitom.* Cujus multis post annis Imperiali splendore illustratam sententiam exhibet Divus Justinianus in *L. 5. ff. de J. & J.* indeque desumto §. 2. *J. de J. N. G. & C.* At verô firmiter obligandi rationem, efficacem inter cives
2 parituram actionem, rerumque dominia valide in accipientem transferendi modum, sedula Legislatorum excogitavit solertia. Didac. Covarruv. *in c. Quamvis De Pact. in 6.* Gabriel Vasquez *Opusc. moral. De Testam. c. 3. Dub. 1. n. 11.* Martin. Bonacin *Theol. & J. U. D. Theol. Moral.*
3 *Tract. De Restit. & Contract. Disp. 3. qu. 1. punct. 1. n. 3.* qui desultoriis
4 non minus levitatibus quam callidis hominum machinationibus obviam ituri, publicæ Utilitatis, ad quam, ceu finem jurisprudentiæ ultimum omnes Leges collimant, quamque intendunt unice, quorum sedula vel circa ferendas vel applicandas vel exequendas leges opera desudat, Stryck. *in Diss. de Salut. Publ. Prooem. n. 5.* habita ratione, non in actibus ultimarum duntaxat voluntatum testantium liberum jure Gentium arbitrium certis solennitatum regulis inclusere, sed & inter vivos rerum suarum in alios transferentium voluntatem Civitatum placitis limitarunt.

§. 2. Cujus sicuti rei varia in jure Romano passim prostant ex-
5 empla, ita sequentia subinde quoque tempora, æmula solertia Romanorum erga Cives suos laudabilem curam adæquare cupientia, in variis juris articulis, interque illos præprimis in alienationis negotio, non cuicunque, nec quomodocunque, de rebus disponendi suis liberum reliquere arbitrium, quin illud potius saluberrimis certorum locorum Statutis juri Gentium, imo & Romano non plene cognitis, providentissimè coarctarunt.

6 §. 3. Quorsum Moribus ac statutis bene multorum locorum circa rerum immobilium alienationem salubriter introducta ac approbata Judicialis Resignatio vulgo Die Aufflassung vor Gericht & *alibi:* Die Verlassung zu Stadt-Buch-Schrifft jure sane optimo refertur.

§. 4.

§. 4. Sicuti enim extra omnem controversiæ aleam positum 7
esse remur, res immobiles alienaturum non aliter pleno jus circa il-
las suum in accipientem jure transferre ac derivare valere, nisi *actis*
intervenientibus solenniter dominium suum resignaverit, id quidem ex com-
muni Gentium placito, quibus simplicitas magè, quam scrupulosâ
alienationis solennitas amica est, haud fluere; ita nec juris Romani
hunc alienandi modum per omnia convenire regulis, veterem licet 8
mancipandi solennitatem, Romæ olim tantopere commendatam, fe- 9
rè redolere, aut certè non multis ab eadem parasangis differre vide- 10
atur. Magnific. Mev. *ad Jus Lub. Lib. 3. Tit. 6. a.* 1. *n.* 2. nemo non,
cui limitatiorem nobiscum utriusque collationem instituere volupe
est, ipsa rerum evidentia victus ingenuè fatebitur.

§. 5. Nec tamen inde nulla hanc Resignationis solennitatem suf- 11
fulciri aut æquitate aut civium utilitate opinari fas est.

§. 6. Quemadmodum enim, quæ olim Romæ libripende & quin- 12
que testibus præsentibus certis verbis expediebatur rerum solennis
mancipatio, qua de vid. Ulpian. *Inst. Tit.* 19. Paul. 2. *sent. Tit.* 17. &
Boet. *in Topic. Cic. juncto §.* 1. *J. de Test. Ord.* primam sapit æquitatis re-
gulam, humanam inconstantiam arctiori obligationis nexu ad con-
ventionis observantiam cum maximo Reipublicæ commodo adstrin-
gentem; Ita, quo certius de contrahentium constaret voluntate, 13
quoque validius ad illa, quæ semel placuerunt, bona fide custodi-
enda, obligarentur cives, è commodo Reipublicæ visum fuit, alie-
nationes quarundam rerum jure civitatis non aliter ratas habere,
quam actis intervenientibus alienaturus pleno jure dominium rei
suæ solenniter resignaverit.

§. 7. Hac quippe via, qua contractus, actus ac Civium con-
ventiones publicis inseruntur & ut barbare loquamur, ingros- 14
santur actis eorumque fide ac sanctimonia defenduntur, non solum
major certitudo fidei ac constantiæ inde illis conciliatur, ut eo
minus dissertationibus obnoxii sint, quo magis *judicialis* istius-
modi *Resignatio* iis nititur documentis, quæ fide ac jure digna 15
ex authoritate publica censere decet, sed & firmum finiendæ
ac muniendæ litigiorum amplitudinis præsidium cautè quæri- 16
tur: Ut jam saltim summo tangamus digito, ex hac præterea so-
lennitate ipsum Publicum majorem ac evidentiorem sibi com- 17

parare certitudinem posse, onera patrimonialia certis immobilium possessoribus imperandi. Mev. *ad J. Lub. L. 3. Tit. 6. a. 1. n. 15.*

§. 8 Hanc ergo utilem non minus, quam æquam hodiernam
18 *Resignationis* solennitatem pleniori tractatione admonitum JCti Pauli *in L. 25. pr. ff. De Liber. leg.* & exemplum Ulpiani *L. 1. ff. De susp. tut.* executuri, ne τῆς ὑστερολογίας argui jure possimus, antequam ad describendam *Resignationis Judicialis* indolem, ejusque deducendam originem prolabamur, disputantium inhærentes regulis de Etymologiâ, Homonymia, & Synonymia *Resignationis* pauca pro meliori Rubricæ intellectu præfabimur.

19 §. 9. Acceptum autem fert natales suos *Resignatio* verbo *SIGNARE*, quod idem est, ac signo notare, & præpositioni *RE.* quæ inter varias, quas post alios fusius exponunt. *Faber in Thesaur. h. voce & Martin. in Lex. Philolog. eadem.* significationes verbo juncta, ejus, quocum componitur, sensum planè contrarium infert, ut hinc *RESIGNARE* idem propriè sit, ac signatum aperire. *Vid. Martin d. l.* & Calvin. *Lex. part. RE.*

20 §. 10. Non eadem verò hujus verbi apud Philologos & JCtos ubique est acceptio. (1.) Enim *Resignare* tam extra fori usum, quam in jure nostro: *Fideliter obsignata iterum aperire ac solvere* significat. v. g. Resignare Epistolam, einen Brieff aufbrechen oder eröffnen. Quali-
21 ter Publica authoritate obsignata, non nisi Publica authoritate *resignare* fas est: Unde illud: Es stehet niemand frey/ des Gerichts Sie-
22 gel eigenmächtiger weise zu brechen: Quo itidem in sensu plane nativo & proprio, miles §. 4. *J. De milit. testam.* testamentum ante militiam
23 non jure conditum dicitur *resignare* i. e. signatum aperire, & testamenta solenniter *resignanda* esse docemur *t. t ff. Quemad. test. aper.*
24 Brunn. *d. t.* jung. *L. 6. ff. eod. L. 23. ff. Qui test. fac. possint.* quorsum quoque pertinet. *L. 1. §. 36. ff. Deposit.* Ubi alter coherendum partem depositæ pecuniæ repetens *resignari* sigillum saculo impressum urget. *Conf. Disp.* Bartholdi *P. P. Francofurt. De Signata Charta. c. 1. p. 17.* (2) Apud *Festum* τὸ *Resignare* idem denotare ac *rescribere*, autor est
25 *Eilhard. Lubinus in Antiquario suo, hoc verbo.* (3.) Eo etiam accipi sensu, ut idem significet, ac per signa loquenti signis respondere. Mit einander durch Minen reden/ notavit ex Cæsario Heysterb. *L. 8. c. 96.* Carl du Fresne in *Glossario ad Script. med. & infim. Latin. Voce Resignare.* *Unde forsan* Die Minen-Sprache.

(4.) Apud

(4) Apud Classicos Authores τὸ *Resignare* sæpe etiam idem denotat ac *ab-
rogare & irritum facere.* Sublatis enim sigillis fides atque authoritas ta-
bularum solvitur. Huc pertinet locus Ciceronis pro *Archia c. 5. pr.*
*Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quam diu in-
columis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem* resi-
gnasset & Flori. *L. 4. c. 7. Brutus, cum in Cassio etiam suum animum perdidisset,
ne quid ex Constituti fide* resignaret, *ipse quoque uni Comitum suorum præbuit
latus* (5) Apud JCtos idem etiam denotat ac *denunciare & ulteriori ex con-* 27
tractu nexui renunciare, vulgo, los kündigen/ Vid. Mev. *P. 1. Dec. 73. & P. 3.
Dec. 144.* Unde passim in mutuo sub annuis usuris absque temporis
determinatione concesso, Creditorem nolentem porro fœnori expo- 29
sitam esse pecuniam, commodo ante solutionem tempore *resignare* 30
oportere tradunt JCti. Hinc instrumentis super mutuo confectis
hanc inseri clausulam utile esse docet Magnific. Stryk. *in Tr. de Caut.
Sect. 2. C. 1. §. 18.* Solte auch dem Gläubiger nicht belieben dieses Capital
ferner dergestalt Zinßbahr stehen zu lassen/ oder dem Debitori nicht gefallen/
dasselbe länger zu behalten/ so soll einer dem andern solches Capital ein halb
Jahr vorher resigniren und auffkündigen. Sic & in casu locatarum in- 31
definite operarum, nemini integrum esse è famulitio discedere, nisi ju-
sto *resignaverit* tempore; Wo er nicht zur rechten Zeit seinen Herren den
Dienst auffgekündiget hat. docet Mev. *P. 2. Dec. 381. per tot.* Pariter nec 32
Jure Lubecensi Locatori conductorem ex ædibus conductis expel-
lendi facultatem concedi, nisi in domo Majore ante semestre spacium
Conductori facta sit *Resignatio* discere est ex Jure Lubec. *L. 3. Tit 8 art. 2.*
Qua quoque ratione prædium sub pacto antichretico oppignoratum 33
reluiturum *resignationem* justo tempore præmittere oportere asserit
Stryk. *dic. Tr. de Caut. Sect. 2. C 4. p. 204.* (6) JCtis idem præterea signi- 34
ficat ac *abdicare & reddere* qualiter accipitur in *Resignatione Officiorum*,
tam Ecclesiasticorum, de qua vid. Brunn. *ad Jus Eccles. L. 2. c. 4. §. 14. in-
ibique* Stryk. quam secularium ac civilium, vulgo vom Dienst abdan-
cken Vid. Mev. *P. 7. Dec. 333. n. 2.* Flamin. Paris. *Tract. De Resign. Benef.
L. 1. Quæst. 1. n. 34.* & Petrus Gregor. Tholosan. *Syntag. Lib. 17. c. 18.* Ubi: 35
An Resignatio à Cessione, Renunciatione & Ejuratione beneficii, quæ
sæpius confundi notat *Paris. d. l.* differat, docte demonstrat. (7) Ali- 36
quando jus, quod proprie vendi nequit, si tamen accepto pretio in ali-
um transferatur, civili termino *resignari* à Nostratibus dicitur. Sic 37
Canonicatus & præbendæ, non quidem vendi, pro pretio tamen mori-

bus *resignari* solent. Vid. Ann. Robert. *Rer. judic. L.1. c.7.* Flam. pari*s.* *De Resignatione Simoniaca L.14. quæst.1. seq.* jung. Excell. Stryk. *Tract. de*
38 *Successf. ab intestat. Diss.11. c.3. n.5.* (8) Tandem idem denotat, ac*cedere*: quo in sensu hoc verbo utitur Horatius *L.3. Od.29. v.13.*

Si celeres quatit [fortunæ]
Pennas, resigno, *quæ dedit*

& Lib.1. Epist.7. v.34.

Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.

39 Cujus locutionis rationem inde petitam esse docet Buchn. *in Lex. &* Faber. *h. verbo.* quod veteres, si quid rerum parassent, condere id, atque obsignare soliti fuerint, ne quid aut negligentia, aut furto periret: Quo cum uti vellent, illud ideo *resignari* dixerunt, quod redderetur, *sive*
40 *ejus usus jam alii concederetur ac aperiretur*; Quæ ultima notatio Rubro Disputationis nostræ apprime convenit, utpote quo in *Resignatio* denotat cessionem ac abdicationem juris ac proprietatis, alio nomine,
41 *Remißionem,* & non nullis *Refutationem ac Mancipationem* dictam, vulgo, die Auflassung/Aufgebung/Ubergab/Verlaß oder Verzieht.

42 §. 11. Vox altera *JUDICIALIS* Nigro præmissa, quanquam ceteroquin omnem actum, tam in judicio, quam extra illud, interveniente modo Magistratus authoritate gestum haud infrequenter in jure nostro complectatur, cum ibi acta esse videantur, ubi aliquid judiciali fit
43 authoritate. Wesembec. *ff. Tit. Qui test. fac. possint n.10.* Reusner. *Tract.*
44 *de Testam. V.2. P.4. c.19.* Carpz. *P.3. C.3. D.6.* Richter. *P.1. Dec.30.* hic tamen in Rubro, nec non in tota Disputatione strictius accepta solum denotat actum *in loco Judicii* vor dem sitzenden Raht. *vid. Jur. Lub. L.3. Tit.6. art.2.* expeditum, cum de resignatione extrajudiciali, pleno effectu proprietatem in accipientem transferre haud valente nulli simus solliciti, sed *de judiciali* duntaxat, *Resignatione,* quæ accipientem protenus dominum efficit, his agere pagellis animus sit.

45 §. 12 Quam cum Excellentissimo Strykio *in Tract. De Succeß. ab intestat. Diss.6. c.4. th. ult.* hisce prælibatis ita describimus: QVOD SIT ACTVS JVDICIALIS, QVO REM IMMOBILEM ALIENATVRVS, JVRI SVO CORAM COMPETENTE JVDICE RENVNCIAT, REMQVE PLENO JVRE ACVIS INTERVENIENTIBVS PRÆVIA INVESTITVRA IN ACCIPIENTEM TRANSFERT.

46 §. 13. Posuimus (1) Generis loco *ACTUM,* eo, quod Resignatio judi-

judicialis non ubique uniformiter expediatur, statutis Moribusque
locorum diversis, modo hanc, modo aliam solennitatis observantiam
hic requirentibus; Hujuscemodi vero negotiis, quæ ita varie perfi- 47
ciuntur, atque quorum non ubique eadem forma esse noscitur, omni-
um commodissime accomodari vocem *Actus*, cuncta comprehenden-
tem, quæ quovis aguntur modo docet JCtus Ulpianus *in L.19. ff. de
V. S. & L.41. ff. de V. O.* Hahn. *ad* Wes. *Parat. ff. Tit. De Donat. n.2.* Struv.
S. J. C. Ex.40. th.1. Cont. *L.1. Disp. Jur. Civ. c.12.* Scheckius *in Deliber.
Jur. Disp.8. th.15.*

§. 14 Voci *Actus* junximus in Definitione nomen *JUDICIALIS.* 48
Non duntaxat ob rationem §.11. expositam, scilicet, quod in præsentia-
rum de extrajudiciali Resignatione agere animo non sedeat senten-
tia; Sed & quod neque Jure Saxonico valeat extrajudicialis rerum 49
immobilium alienatio & Resignatio. *art.60. in fin.* Weichbild. Carpz.
*P.2. C.39. D.35. & L.1. Resp.*102. *n.8. nec non Dec.*127. *P.2. n.12. seqq.* Coler.
*De Process. Execut. P.1. c.10. n.199. & P.1. Dec.*16. *n.2.* Dan. Möller. *ad Const.
Elect.23. ibique* Reinhold. Rosa. *p.2. n.*16. Neque jure Lubecensi istius- 50
modi ratæ ac firmæ sint rerum immobilium nundinationes, nisi co-
ram Senatu fiat Resignatio. *Vid. Jus Lubec. lib.3. Tit 6. art.1. verbis:* Muß
dieselbe für dem Raht verlassen werden / inibique JCtissimus Mevius. 51
præprimis autem, quod ratio introductæ *Resignationis judicialis* potissi-
mum se fundet in judicii actorumque fide, quodque Magistratui inde
nosse liceat, qui bona alienant, nec non quæ alienantur bona, quique 52
eadem sibi acquirere discupiunt, quo, si parum expediat, vel statutis
adversetur alienatio, mature eandem impedire valeat. *Vid. Jus Lubec.
L.1. Tit.2. art.5.* & Mev. *ad J. L. Tit.6. Lib 3. art.*1. *n 5.* qua de re infra
pluribus agendi dabitur locus.

§. 15. Cujus occasione haud impertinenter hic quæritur: *Cum* 53
*in judicio Resignationem expedire oporteat, An ergo hæc sit actus voluntariæ, an
vero contentiosæ jurisdictionis?* Et quanquam prima facie videri possit,
non inepte *Resignationem* Voluntariæ Jurisdictionis adscribi Actibus,
eo, quod Resignatio à *volente* & in hoc resignationis negotium *consen-
tiente solennitatis ac authoritatis* causa expediatur; Voluntaria autem ju- 54
risdictio à JCtis describatur, quæ in volentes & de negotio certo con-
sentientes solennitatis & authoritatis causa exercetur Vid. Frantzk.
Tit ff. de Idict. n.7. Strauch. *Diss.20. aphorism.*1. & Lauterbach. *in Comm.
Maj. ff. ad Tit. de Jurid.* Verior tamen hac non obstante ratione, con- 55
traria

traria est sententia, scilicet Resignationem judicialem esse actum
56 *Contentiosæ jurisdictionis.* (1) Quod ille actus recte dicatur contentiosæ esse jurisdictionis in quo Magistratus duarum partium litigantium jura perpendit & *causa cognita* jus dicit. *Struv. S. I. C. Ex. 4. th. 70.* inque *invitum* reddit judicium. Bernhard. Sutholt. *Differt. elegant. de Jurisdict. n. 326.* Strauch. *d. l.* seu, qui actus imperari potest. *Sutholt. d. l. in fin.* At-
57 qui *Resignationem judicialem* causæ cognitionem præcedere debere, venditoremque *invitum* perfecta emtione ad *resignandum* hancque tradendi solennitatem præcise actione emti cogi posse, eo minus dubium est, quo certius liquet non *unicuique*, nec *quomodocunq;* resignare, neque rei *cujuscunque* aut in *quemcunque* resignando dominium transferre licere:
58 Imo quo firmioribus juris principiis hanc niti credimus sententiam, quæ venditorem perfecta emtione invitum præcise ad tradendi necessitatem obligat. *§. 2. J. de Donat. L. Ex empto. 11. §. 2. ff. de Act. emt. inibique* Brunnem. *& L. 46. ff. eod.* Harpr. §. 2. *J. de Donat. n. 132.* Gomez. *Var. Resol. Tom. 2. c. 10. n. 22.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Disp. 28. Tit. C.* Mynsinger. *Cap. 4. Obs. 51. n. 5.* qualiter respondit Amplissima Facultas Viadrina *Mens. Febr. Anno* 1681. in Casu donatarum rerum immobilium, sed prævatura donantis morte interveniente, nondum judicialiter resignata-
59 rum. (2) Quod Resignare *per supra tradita*, non nisi *in judicio* liceat bona, cum tamen actus voluntariæ jurisdictionis solennitatem loci haud desiderent. Brunnem. *Exercit. Inst. 1. Tit. 5. §. 2.* Ddres *ad L. 2 ff. De*
60 *Offic. Pro Consf.* Vinnius & Ludwell. *§. 2. J. de Libert.* (3) Quod Resignatio nonnisi coram competente judice fieri possit, per ea, quæ jam jam dicentur, cum contra actus voluntariæ jurisdictionis etiam extra ter-
61 ritorium jus dicentis exerceri possint, nec competentiam judicis ratione rei & personæ desiderent. Jason. *in L. fin. de Iurisdict. n. 6.* inibique Duarenus. jung. Covarr. *L. 3. Resolut. c. 20. n. 8.* & Knichen. *De Sublim.*
62 *territ. jur. c. 1. n.* 334. (4) Quod nec *die feriato* expedire resignationem li-
63 ceat, cum tamen actus voluntariæ jurisdictionis temporis solennitati non sint obnoxii Vid. Pommeresch. *ad § 2. I. de Libert.* inibique Vinn.
64 Brunnem. *& Dd. Communiter.* Quibus addi potest. (5) Quod Actus voluntariæ jurisdictionis regulariter in propria causa à judice absque nullitatis periculo recte expediantur. *Vid. L. 3. & 4. ff. De Adopt.* Eckh.
65 *ad Tit. ff. de I. & I. n. 7. inibique* Schvvendendorff. quod in nostra resignatione haud procedit.

66 §. 15. Nec obstat dictis *supra n. 53. & 54.* allata dubitandi Ratio. Respon-

Respondendum enim est. (1) Actum voluntariæ jurisdictionis male inde judicari, quod Judex *in volentes* aliquando jurisdictionem exerceat, sicque ex libera voluntate venditoris nulla prævia emtoris actione sæpe resignatio in judicio fiat; cum, præterquam quod venditor 67
emtione perfecta non ex absolute libera voluntate, quin potius ex necessitate juris & contractus *arg. L.1. ff. De O. & A. L.108. ff. de V.S. L.3. §.1. ff. De V.O. L.21. in fin. C. de C.E. L.22. §.11 ff. Mandat. L.5. C. de O. & A.* inibique Brunn. & Barbosa. jung. Stryk. *ad J. Tit. De Empt.* ad resignandum procedat, potissimum hic dispiciendum sit: an non *ratione essentiæ* 68
suæ, licet non semper *ratione existentiæ* Resignationis actus ita comparatus sit, ut judex resignationem invito mota ab emtore actione, imperare venditori possit: Qualiter cum utique se habeat resignationis solennitas, non magis apte inde desitura est annumerari actibus contentiosæ jurisdictionis, quod actu secundo venditor non resignet *invitus*, quam actio Legis Aquiliæ id propter definet pœnalis esse, quod hoc 69
casu, quo rei æstimatio illo non crevit anno, pœnalis non existat. Vid. Stryk. *§.9. ff. Ad L. Aquil. &* Hoppius *Exam. Inst. h. t. quæst.17.* Sufficit 70
ergo *aptitudinaliter* ex natura resignationis in invitum jus reddi posse, *actualiter* licet non semper invito hic actus imperetur. (2) Respon- 71
dendum est: Infeliciter inde, voluntariæ jurisdictionis actum esse inferri, quod apud Magistratum *solennitatis* saltem & *authoritatis* causa peragatur. Nisi enim *totus* actus ab authoritate Legis ac Magistratus 72
dependeat, parum tutum esse, illum protenus voluntariæ jurisdictioni accensere, erudite omnino evictum ivit JCtissimus Struvius. *S.J.C. Ex.4. th.71.* Obrecht. *Tract. De jurisdict. c.9 n.8. & 14.* Quare, cum ex 73
necessitate prævii contractus & conventionis dependeat Resignationis solennitas, ipsam inde nascituram obligationem ex civitatis jure 74
firmatura, nec citra præviam contrahentium conventio- 75
nem quicquam sola operetur, sicuti & absque illa conventio tamen valida est & suo modo perfecta, sane inde actibus voluntariæ jurisdictionis annumerari neutiquam merebitur. Interim tamen illis pro- 76
terve haud refragabimur, qui Resignationem negotiaque alia similia, quibus Magistratus authoritas & confirmatio eum in finem accedit, ut publica nitantur ac sustineantur fide, affinia esse voluntariæ jurisdictioni asserere sustinent. Vid. Struv. *d. l. th.72. & Ex.33. th.9.* Scip. Gentil. *Lib.1. c.10.* Hilliger ad Donell. *L.17. c.8. Lit. U.* Obrecht. *d. L.1. C.9. n.16. &* Vinn. *Tract. De Jurisdict. c.6. n.6.*

77 §. 16. Diximus (3) QUO REM. Ut eo ipso tacite innueremus,
præsentem hanc nostram circa *Resignationem Jurium & Privilegiorum*,
v. gr. SCti Vellejani, Macedoniani, Excussionis, Divisionis, &c. operam haud occupari.

78 § 17. Addidimus (4) IMMOBILEM. Neque enim jure Saxonico aut Lubecensi, ut *rerum mobilium* pleno jure in accipientem
transeat dominium, in hisce *Resignationem* desiderari *judicialem*
reperire est; quin extrajudicialem cum justo, eoque habili ad transferendum rerum mobilium dominium titulo sufficere traditionem,
79 quotidiana retro judicatorum observantia erudimur. Neque
dubitamus asserere, statuto effici haud posse, ne sine prævia *judiciali*
80 *resignatione* res mobiles alienare fas sit. Tantum enim abesset,
istiusmodi civitatis placitum civium ac Reip. promovere commodum posse, ut potius commerciorum utilitati, quæ non parum
publico conducit bono, *Vid. Instr. Pac. art. 9.* maximo sit impedimento
81 futurum. Quem enim fugit, commerciorum utilitatem omnis
omnino moræ impatientissimam, in quarumcunque, sæpe minimarum rerum nundinationibus judicis demum præstolari jussum
aut ratihabitionem haud permissuram; quibus maximus sane hoc
pacto poneretur obex, si venditurus res suas actis intervenientibus
solenniter dominium resignare necessitatis Lege adstringeretur.
82 Ut taceamus, cum frequentiores rerum mobilium quam immobilium sint licitationes ac alienationes, quotidiano victui atque
amictui nunquam non inservientium, nec judicem omnium implorationibus, nec Tabellarium publicum omnium negotiorum
insinuationibus suffecturum, neque Rempublicam unquam litibus, quibus omnem præscindi ansam, ejus tamen maximopere
salus efflagitat, carituram esse. Confer. Mev. *ad J. Lub. L. 3. Tit. 6.
a. 1. n. 6.*

83 §. 18. Usi sumus in describenda Resignatione (5) verbo
ALIENANDI, non quidem in *generalissima sui acceptione*, qua rei,
juris, imo possessionis translationem & constitutionem ambitu suo
complectitur *per L. fin. C. De reb. alien. non alien. inibique* Brunnem. Ut hoc
sensu prohibita alienatione regulariter, exceptis pœnalibus &
odiosis. Salyc. & Castr. *n. 2. ad d. L.* Neguzanz. *De Pign. P. 2. Membr. 3.
n. 73.* Fusarius *Tr. De Substit. qu. 730. n. 3.* Guttierez. *P. 2. pr. qu. 115. n. 1.*
etiam

etiam prohibitus cenſeatur omnis actus, quo res à nobis ad alium tranſire poteſt. Giphan. *ad L.11. ff. de A.R.D.* Wiſſenbach. *ad L.265. ff. de V.S.* Cum, quicquid prohibitum eſt in termino, etiam prohi- 85 bitum ſit in via. Stryk. *Vol.1. Diſp.2. c.5. n.21.* Perez. *ad Tit. C. De reb. alien. n.7.* Neque tamen *in ſtrictiſſima ſui notatione*, qua ad ſolam re- 86 ſtringitur venditionem, *L.3. & t.t. C. De Præd. Decur. ſine Decreto non alien. Lib.X.* Scipio Gentil. *Tract. De Donat. inter V. & U.3. c.13.* Franzk. *De Laudem. c.14. n.6.* Rebhan. *Hodoget. jur. Chart.2. Clim.2. n.35.* Sed 87 *in media ſignificatione*, ut quidem omnem cauſam inter vivos dominii translativam, tam lucrativam, quam oneroſam ſinu ſuo foveat (quo in ſenſu frequentiſſime hoc verbum in jure occurrit. Scipio Gentil. *Tract. De Secund. Nupt. c.2.* Grivel. *Deciſ. Dolan 22. n.49.* Brunn. *ad L. fin. C. De reb. alien. &c.* Tabor. *Tract. De alien. quæ in mutuo c.8. p.395.*) pignoris autem aliusque juris in re conſtitutionem exulare 88 hic faciat. Utut enim ad hypothecas etiam immobilium valide 89 conſtituendas publicam actorum fidem die Stadt-Buch-Schrifft adhiberi conveniat, *Jus Lubec. L.3. Tit.6. a.1. & Conſtit. Sax.23. P.2. Reſignatio* tamen *judicialis* hic fruſtra deſiderabitur, utpote quæ translationem dominii die übertragung des Eigenthums nach gerichtlicher Auflaſſung unice intendit, quod tamen, cum per pignoris conſtitutionem ex intentione Debitoris in Creditorem abiturum non ſit, nec *reſignari* poterit.

§. 19. Excipiunt verbum alienandi (6) in deſcriptione Reſignationis, verba: JURI SUO *renunciat.* Ubi per *Jus* reſignantis intelligimus, non duntaxat *Plenam Proprietatem conjunctam* 90 *cum uſufructu cauſſali, ſed & Minus plenam Proprietatem* nimium delicatulis, *jus dominio proximum*, rectius tamen hodie termino etiam Legali *Utile Dominium* dictam, pleniſſimum uſumfructum cum poteſtate rem ipſam vindicandi continentem. Eckholt. *Tit. ff. de A. R. D. §.6.* 91 Poſſe enim, imo debere Vaſallum, Emphyteutam omnemque illum, in quem utile dominium translatum eſt, illis caſibus, quibus feudum, emphyteuſin &c. valide alienare poſſunt, judicialiter juri ſuo renunciare, illudque ſolenniter *reſignare*, infra pluribus exponemus. Neque 92 quoad hanc *reſignandi* ſolennitatem quicquam intereſſe credimus, rei pro parte Dominus ſit, an totius. Quicquid enim juris eſt 93 in toto, qua toto, illud & in qualibet totius parte juris eſſe debere

L. 9. §. 4. ff. De A. R. D. Vnde desumtus est *d. §. 42.* Vbi illum, cui
94 indubium est. Nec *Fictum*, quod bona fides tribuit, dominium
L. 136. ff. de V. S. hic voce juris excluditur. Bonæ fidei enim æque
possessorem ex prævio justo titulo in b. f. accipientem rei non vitiosæ
mediante Lege posse resignando transferre usucapiendi conditio-
nem, ceu gradum dominio proximum, quam verum Dominum rei
suæ proprietatem, eo minus asserere ambigimus, quo clarius hunc
bonæ fidei effectum tribuit Imperator Justinianus *in §. 5. J. Per quas.
pers. cuique acquir.*

95 *An autem ipse dominus vel bonæ fidei possessor facta rei alienatione
judicialiter juri suo renunciare dominiumque* resignare *debeant*, *An*
96 *vero & per* Procuratorum *actum* resignationis *expedire possint*, apud
omnes æque expeditum non est? Illud quidem sine exceptione
omnes facile largiuntur, speciali à Domino instructum mandato
utique *resignare posse. arg. L. 11. §. ult. ff. de Pignor. Act. L. Restituta. 37.
in fin. pr. ff. Ad SCtum Trebell. L. Fundi. 33. De A. vel A. P.* Non
97 enim hic de voluntate domini, volentis rem suam in alium tran-
sire, dubitare licet, cum quisque, quod per alium facit, ipse fe-
cisse credatur. *L. 5. §. 3. ff. De adminisl. tut.* Neque de hoc admo-
98 dum ambigunt, quod universorum bonorum administrator
99 *simpliciter talis* neque alienare bona Domini, neque resignare
possit. Cum in hanc sententiam jam olim ivisse JCtum Mode-
stinum, advertere sit ex responso, quod exstat *in L. 63. ff. De
Procurat.* Cujus hæc sunt verba: Procurator *totorum bonorum*,
cui res administrandæ mandatæ sunt, res domini neque mobiles,
100 neque immobiles *sine speciali Domini mandato alienare potest.* Nec
101 optima hoc responsum destituitur ratione: Ubi enim specialis
animi declaratio desideratur, quæ toties exigitur, quoties de
singulari Domini præjudicio agitur, Carpzov *Process. Tit. 5. a. 2. n. 46.
& Lib 3. Resp. 40. n. 15.* Jason. *ad L. Jusjurandum 17. §. 3. n. 4. ff. De
jurejur.* Stryck. *in Introduct. ad Praxin Forens. c. 10. §. 3* juncto
Hoppio. *ad Tit. J. De Mand.* ibi speciale Domini mandatum requi-
ritur, nec generale sufficit. Mev. *P. 8. Dec. 217. n. 2.* At vero:
102 An idem in Procuratore universorum bonorum *cum libera* ob-
tineat, de eo non est concors omnium sententia? Qui
103 hunc *resignare* posse sustinent, asserti fundamentum petunt
ex §. 42. *J. de R. D.* & Responso JCti Caji, quod legere est in

libera

libera universorum bonorum administratio permissa est, si ex his negotiis *rem vendiderit & tradiderit* (seu ut id moribus nostris accommodemus: *judicialiter Dominium rei resignaverit*) eandem accipientis facere, disertis verbis erudimur. jung. *L.* 58. *ff. de Procurat.* Cui adstipulatur decantatissima Practicorum Regula, quam ex notabili *c.* 4. *X. De Procu-* 104
rat. in 6. desumptam exhibent & in judicando sequuntur *Brunnem. ad L.* 58. *ff. De Procurat.* Covarruv. *L.* 1. *Resolut.* 6. *n.* 3. Hilliger. *ad Donellum L.* 4. *c.* 15. *Lit. H. Scilicet.* Quoties quis mandatum *cum libera* habet, toties ipse omnia illa expedire potest, quæ speciale ceteroquin mandatum requirerent. Istiusmodi enim mandatum amplissimam mandatario concedere facultatem, eaque comprehendere, quæ alioquin non comprehenderentur, docent. Jason *in L.* 1. *n.* 20. *inibique* Ripa *n.* 1. *ff. De Legat.* 1. Roland. à Valle. *Vol.* 3. *Cons.* 17. *n.* 47. Camill. Borell. *in Summar. Decis. Tit.* 66. *n.* 409. Carpzov. *Lib.* 3. *Resp.* 6. *n.* 38. Ab his vero qui divortium faciunt, & negativæ patrocinantur sententiæ, 105
supra allegatâ nituntur *L.* 63. *ff. de Procurator.* & tam *ad §.* 42. *J. R. D.* quam *L.* 9. §. 4. *ff. De A. R. D.* & *L.* 58. *ff. De Procurat.* respondent: Hosce, & si qui alii similes sunt, juris textus intelligendos esse de casu, si res domini tempore sint perituræ aut morâ deteriores futuræ, 106
vel si domini utilitas & administrationis ratio rerum alienationem suasura sit. Vinn. *in Comm. Maj. ad* §. 42. *ff. d. t.* Donell. *Lib.* 4. *c.* 15. Franzk. *ff. Tit. De Procurat. n.* 41. *inibique allegatus* Bachov. *ad Treutl.* Ad Practicorum vero allatam regulam reponunt: Illam cessare, quoties de ma- 107
gno Domini agitur præjudicio, ut hoc casu. Finckeltaus *Obs.* 110. *n.* 20. Mozzius *Tit. De Divis. Mandat. n.* 55. Conferatur Brunnem. *ad L.* 63. *ff. De Procurat.* Quæ sententia in foro Saxonico videtur prævaluisse. Vid. Nicolai Process. *P.* 7. *cap.* 7. *n.* 27. Nos tamen in puncto juris priorẽ veriorem esse autumamus, licet Negativam & extra Saxoniam in Praxi obtinere ambabus largiamur, nec eandem æquitate destitui ingenuè 108
profiteamur. Semper enim mandato ut ut generali cum libera bono- 109
rum administratori concesso, cum alienatio & resignatio speciale 110
desiderent mandatum, adhuc incertum foret, an etiam ipse Do- 111
minus res suas immobiles alienare voluisset, licet potuisset; Ultra 112
illa autem, quæ facturus fuisset Dominus ipse, licentia & facultas Procuratori etiam per mandatum cum libera non videtur concessa. Confer. Stryk *in Tr. De Caut. in Contr. necess. Sect.* 2. *c.* 11. §. 4.

§. 20. Diximus (7.) Coram *Competente Judice.* Competentiam 113
hic potissimum desideramus illam, quæ est *ratione Rei & Caussæ*, non

 vero

vero illam præcisè, quæ est *ratione Personæ*. Hinc non semper idem hic Judex competens est: Aut enim agitur *De Resignatione rei allodialis*, & tunc coram judice Rei sitæ eandem expediendam esse docte demonstrant. Matth. Coler. *Decis.* 16. *n.* 20. Daniel Müller. *ad Constit. Elect.* 23. Carpzov. P. 2. C. 39. *D. ult. & Lib.* 1. *Resp.* 202. *n.* 9. Richter. *De*
114 *jur. & Priv. cred. Cap.* 2. *Membr.* 2. Philipp. *Us. Pr. I. Eccl.* 20. *L.* 2. *n.* 4.
115 Aut verò de Resignatione *Rei feudalis*: Quo casu Dominum feudi competentem esse judicem asserere non dubitamus arg. *textus* 2. *F.* 22.
116 *in fin.* Nisi inter ipsum Seniorem & Vasallum super Resignatione lis sit. Hoc enim casu Pares Curiæ desuper cognoscere debere haud obscurè colligere datur ex *all. text.* 2. *F.* 55. *in fin.* Confer. Struv. *S. J. F. Cap.* 16. *aph.* 19. Vinn. *Comm. Maj* §. 41. *J. de R. D.*

117 §. 11. Ultimo tandem loco His verbis: Rem *pleno jure* vel *Actis intervenientibus* vel *prævia investitura* in accipientem transfert. Partim ad effectum *Resignationis*, quo de pluribus infra *Cap. III.* dispiciemus, partim ad differentiam *Resignationis solennis* & *Minus solennis* respeximus, Nec verba: *Actis intervenientibus vel prævia investitura*, otiosa esse voluimus; bene gnari Jure Saxonico rerum immobilium pleno affe-
118 ctu in accipientem haud transferri Dominium, nisi hæc tria conjun-
119 ctim observentur, (1.) Ut alienans *Judicialiter*, *resignat*. Daß er es gerichtlich verlasse *art.* 30. *L.* 2. Landrecht. Rauchbar. P. 1. *qu.* 6. *n.* 34. Frantzk. *De Laudem. cap.* 5. *n.* 54. Modestin. Pistor. *Vol.* 1. *Consil.* 64. (2)
120 Ut bona immobilia vendita Judicialiter tradat. Daß er es gerichtlich übergebe. *art.* 60. *in fin.* Weichbild. Coler. *De Process. Execut. P.* 1. *c.* 10.
121 *n.* 199. Carpzov. *Lib.* 1. *Resp.* 102. *n* 9. (3.) Ut tam in bonis feudalibus, quam censiticis & emphyteuticis novi possessoris *investitura* sequatur. Daß er ausdrücklich damit belehnet werde Weichbild. *art.* 20. *vers.* Der
122 Richter soll/ꝛc. Hinc *Investitura omissa* per solam *abdicationem judicialem* non magis rerum immobilium in novos possessores transferri dominium docet Coler. *d. Tr P.* 1. *c.* 10. *n.* 199. Carpz. *d. Resp.* 102. *in*
123 *fin.* ac transire proprietatem quis falso opinaretur, rebus immobilibus per investituram judicialiter traditis & novo possessore assignatis, non præcedente alienatoris Judiciali renunciatione ac Resignatione
124 Vid. *art.* 30. *L.* 2. Landrecht. & Carpzov. *P.* 2. *Decis.* 127. *n.* 11. Cum autem Jure Lubecensi Inscriptio in Librum civitatis publicum Die Einschreibung in der Stadt-Erbbuch locũ investituræ subintrasse videatur, *Actorum* in Descriptione nostra injecimus mentionem. Con-

ſtat enim hoc Jure *Reſignationis* ſolennitatem hiſce duabus abſolvi parti-
bus (1.) Ceſſione ſeu Juris abdicatione coram Senatu factâ. Der Ge- 125
richtlichen Verlaſſung vor dem ſitzenden Rath. (2.) Inſcriptione in li-
brum publicum publica fide expedita. Der Einſchreibung in der Stadt
Erbbuch. *n.* 1. *&* 2. *Lib.* 3. *Tit.* 6. *jur. Lub. inibique* Mev. Quâ utraque 126
perfecta, cum celebrata *Reſignationis* ſolennitas omnibus numeris ab-
ſoluta dicatur. Mev. *d. l.* inſcriptionem hanc vice Inveſtituræ fungi
nulli dubitamus.

§. 22. Diſpeſci communiter *Reſignationem* à Doctoribus adver- 127
timus in JUDICIALEM, quã alii SOLENNEM appellare malunt, &
EXTRA JUDICIALEM aliis MINUS SOLENNEM dictam, qua
alienans omiſſa ſtatutorum ſolennitate jus ſuum *reſignat.* Quæ cum 128
hujus loci non ſit, nec iisdem cum judiciali gaudeat effectibus, in
illius indole exponenda multi non erimus, ſed ejus loco ſubſtitui-
mus aliam, qua interpretes *Judicialẽ Reſignationẽ* partiuntur, in Epreſſã 129
qua alienans dilucide voluntatem *reſignandi* declarat, & Tacitam, quæ 130
ex facto *Reſignantis* abdicationem ſui juris illativo voluntatẽ *reſignandi*
ſiſtit: Quorſum referunt Libellũ Vaſalli ſupplicẽ, quo feudo ex prævio 131
Domini & Agnatorum conſenſu vendito, accipientem deſuper inveſti-
ri contendit. Illam ſubdividunt in ORALEM, qua ex nonnullo- 132
rum Locorum Statutis reſignans verbis *ore* prolatis *reſignandi* volun- 133
tatem declarare debet, & LITERALEM, qua ſtatuto locali ad *re-*
ſignationis formam præſentiam *reſignantis* vel ejus procuratoris haud
deſiderante, alienanti integrum eſt, voluntatem *reſignandi* per *Litte-* 134
teras declarare. Hiſce jungimus (3) Diviſionem *Reſignationis judicia-*
lis in NECESSARIAM, quæ ex prævia neceſſitatis cauſa v. g. Rei ju-
dicatæ, pignoris &c. præcedit, & VOLUNTARIAM, quæ *ab initio* 135
liberum reſignantis proſupponit non alienandi arbitrium. (4) In 136
TEMPORALEM ac PERPETUAM (5) PURAM & CONDITIO-
NALEM & hanc iterum in SUSPENSIVAM & RESOLUTIVAM;
Quæ ſingula, cum ex ipſis terminis nemini non obvia atque nota
eſſe remur, hiſce fuſius evolvendis, ne modum migret Diſputa-
tio, diutius non immorabimur, binis adhuc verbis *Originem* judi-
cialis Reſignationis expoſituri.

§. Ult. Hanc licet alii altius à Jure quidem Juſtinianeo, imo 137
antiquo Quiritium Jure repetere ac arceſſere velint, & à veteri man-
cipationis ſolennitate, non niſi vocis ſono ac externa verborum fi-
gura diſcrepare, aſſerere ſatagant; Reſignationem tamen *judicialem* 138
forma-

139 formaliter consideratam speciem Mancipationis haud esse, sed illi utique contradistingui, verius putamus. Jure vero Saxonico eandem primitus adinventam successuque temporis ad Lubecensium Rempublicam, indeque ad alias Porussiæ, Pomeraniæ, Holsatiæ ac Megapolis civitates, Jus Lubecense ex libero arbitrio sinu suo reci-
140 pientes, translatam esse, eo nixi fundamento asserimus, quod expresso Jure Saxonico Landrecht *Lib. 1. art. 8. inibique* Zobell. *lit. B. & C.* Weich-Bild. *art. 20. & Constit. Elect. Noviss.* 61. introducta sit. Coler.
141 Process. Execut. P. 2. *c* 10. *n.* 166. *& P* 1. *Dec.* 16. Rauchb. *qu.* 6. *n.* 35. Mev.
142 *Ad jus. Lub. Lib.* 3. *Tit.* 6. *art.* 1. *n.* 5. Et deinde Statutis Lubecensibus, maximam partem ex Jure Saxonico desumtis. Mev. *Ad Jus Lub. qu. Prælim.* 1. *n.* 56. *& qu.* 10. *n.* 31 inque dubio inde proxime lucem interpretationis fœnerantibus *B. Cottmann.* Decis ac Gloria hujus Almæ
143 Varniacæ. *Vol.* 1. *Consil.* 38. *n.* 21. *seqq.* expresse repetita inveniatur. Vid. Lübschs-Stadt-Recht. *L.* 3. *Tit.* 6. *art.* 1. 2. *&* 3. *& L.* 5. *Tit.* 6. *art.* 1. Neque interim negamus aliis eandem Gentibus fuisse cognitam. Enim vero *Resignationem* & hodienum *Judicialem* frequentari apud Batavos. *art.*
144 37. *Ord. Polit. illius provinciæ*, quam allegat Vinnius *in Comm. Maj. ad*
145 § *41. J. De R. D. n.* 4. *inibique all.* Grotius & Grœnweg. Nec non in Geldria, Frideric. à Sande *Ad Consuetud. Geldr. feud. Tr.* 2. *Tit.* 2. *c.* 1. Flandria Nic. Burgund. *ad Consult. Flandr. Tr.* 4. *n.* 12. aliisque quam plurimis Germaniæ locis. Hartm. Pistor. *Obs. final* 230. *n.* 1. *gal tamen Imperio* Germ. Muller. *Ad Const. Elect.* 23 *P.* 2. *n.* 17. abunde testantur.

CAPUT II.

Exhibens

Subjectum Activum, Passivum, Objectum & Formam Resignationis judicialis.

Syllabum methodi in Cap. 2. exhibet. *n.* 1

Ratio methodi traditur. 2

Qui, & quatenus vel natura impediuntur

untur vel Lege ac statuto prohibentur res immobiles alienare, hi, & eatenus impediuntur ac prohibentur judicialiter resignare. 3
Ratio Regulæ subjicitur. 4
Alienare quis proprie dicatur, docet. 5
Procedit argumentum etiam negativum à facultate alienandi, ad facultatem resignandi. 6
Neque infans. 7
Neque Infantiæ. 8
Neque Pubertati proximus. 9
Neque Minor absque Curatoris consensu validè resignant. 11
Imo Minor, ne quidem cum Curatoris consensu recte resignat, *nisi solennitates alienationis adhibuerit.* 12
Ad validum prædiorum Minoris alienationem & Resignationem *requiritur (1.) Justa eaque necessaria* Resignationis *caussa.* 15
Nec utilitas Minoris etiam insignis hic sufficit. 16
Ad cognoscendam alienationis ac Resignationis *necessitatem apprimè facit Inventarij omnium bonorum exhibitio.* 17
(2.) *Accurata caussæ cognitio.* 18
(3.) *Prævium judicis Decretum.* 20
Quod subsequi Resignationem *non sufficit.* 21
De Casibus, quibus Decreto in alienatione & Resignatione *Minoris prædiorum plane opus non est, agitur remissive.* 22
Minor etiam Major declaratus tamen haud validè absque prævio Magistratus Decreto resignat. 23
Quæcunque Minor cum Curatore agere non potest, illa nec Major declaratus agere quiverit, licet Curatore non indigeat. 24
Furiosus & Mente captus resignare *non possunt.* 25. *seq.*
De indicijs furoris agitur remissive. 26
Leviter notatur Hoppius. 29
Neque Fatui & Simplices etiam cum Curatore recte resignant. *n.* 30. & 34
Hi annumerantur Infantibus. 33
Furiosus quiescente furore tamen retinent Curatorem. 37
Qui tamen hoc tempore potius nomine quam effectu Curator est. 36
Hinc etiam sine Curatore tempore dilucidi intervalli furiosus recte resignat. 39
Quæ Resignatio *non redditur inutilis, furore licet redeunte, sicque reviviscente Curatoris officio.* 40
Grossi & Grossolani rectè etiam sine Curatore resignant. 41
Cujus rationem exhibet. 42
Melancholici quando rectè resignent, *docet.* 43 *seqq.*
Muti & Surdi valide resignant. 85
Nisi statutis locorum certa quædam solennia verba requirantur, modo valeant significanter animi sensa exprimere. 47
Prodigus sine Curatore validè non resignat. 49 *seqq.*

Quis sit Prodigus, *docetur.* 50
Annumeratur Furioso. 51
Ejus elegans ratio redditur. 52
Limitatur dicta sententia. 53. *seq.*
Mulier Jure quidem Communi, sine Curatore omnes recte contractus excepta fidejussione init. 54
Non vero Jure Saxonico ac Lubecensi sine Curatore validè resignat. 55
De Casibus exceptis agitur remissive. 57
Mulieres illis in locis ubi jus commune viget, etiam sine Curatore resignare *possunt.* 58
Mulieri etiam extraneæ Lubecæ aut in Saxonia alienaturæ sine Curatore resignare *non est integrum.* 60
Actus ratione solennitatis sequitur Statuta loci contractus. 61
Marito fundum dotalem elienaturo non licet resignare. 62 *seq.*
Etiamsi Uxor in resignationem *consentiat.* n. 64
Rationem hujus exhibet. 65
Idem obtinet Jure Saxonico. 66
Secus se res habet Jure Batav. 67
Et jure Lubecensi, nisi & liberi simul consenserint. 68
Exceptionis ratio est in anomala illa Societate per nuptias hoc jure inter Conjuges contracta. 69
Quibus casibus prædii dotalis simpliciter *dati vel cum vel sine Uxoris consensu jure Lubecensi Civili, Canonico, aut quolibet statutario valide procedit alienatio, iisdem etiam valebit judicialis à marito facta prædij dotalis* resignatio. 70
Modestè notatur Eckholti *sententia statuentis: Rem immobilem inæstimato datam recte indistincte à marito alienari posse.* 71
Fundum pecunia dotali emtum Maritus prævia judiciali resignatione *valide potest alienare.* 72 *seqq.*
Rationes exhibet. 73. *seq.*
Ad Obstantem L. 54. ff. De jur. dot. *respondetur.* 75
Item obtinet in fundo dotali æstimato *dato, æstimatione* venditionis *caussa adjecta, ut & hic Maritus* resignare *possit.* 76. *seq.*
Emphytevta irrequisito domino cum periculo amittendi emphyteusin resignat. 78. *seqq.*
Donando Emphyteuta etiam irrequisito recte domino resignat. 80
Rationes exhibet. 81. *seqq.*
Recte tamen eundem oportebit domino denunciare. 84
Idem obtinet Generali Germaniæ Praxi. 85
Periculosum admodum est, Legem in desuetudinem abiisse, asserere. 86
Restringitur Carpzovii & Franzkii *sententia statuentium:* L. fin. C. De jur. Emph. *Moribus amplius non observari, ad Consuetudinem & Praxin Saxonicam* 87

Idem

Idem obtinet Jure Holland. 88
An Emphyteuta facta irrequisito Domino alienatione fundi emphyteuticarii, nondum addita judiciali resignatione, *protenus jure suo cadat, disquiritur.* 89
Affirmantium rationem exhibet. 90
Negantium. 91
92, *seq.*
Cui nos calculum adjicimus. 92
A Vasallo ad emphyteutam certa ratione procedit argumentum. 95
Domino intra bimestre spatium voluntatem suam non declarante. Emphyteutæ licitum est etiam dissentiente Domino resignare. 96
Vasallus sine Domini consensu jus feudi resignans, *feudo privatur.* 79, *seqq.*
Sique antiquum sit feudum, facta sine proximorum Agnatorum consensu resignatione, *his jus retractus competit.* 99
An Vasallus feudo cadat, si saltem tradiderit, sed nondum resignaverit, *quæritur?* 100
Ratio dubitandi proponitur. 101
Ratio decidendi & casus dictæ quæstionis proponitur. 103
Ad quæstionem respondetur tres distinguendo Casus, quos exhibent. 104
105. *seqq.*
Vasallus saltem vendens feudum, non subsecuta traditione & Resignatione, *feudo non privatur.* 110 *seqq.*
Obæratus Debitor in necem Creditorum nulliter resignat. 111
Sicut & ille, cui de fuga suspecto, desiderante Creditore, bonorum alienationi interdictum est. 112
Possessores bonorum hereditariorum Jure Lubecensi sine Cognatorum, illorumque quorum interest consensu, haud validè resignant. 113
Contra privatam paciscentium legem resignans, *nulliter procedit.* 114. *seqq.*
De Subjecto Resignationis Passivo *agitur.* 117. *seqq.*
Qui, & quatenus Lege vel natura prohibentur dominium acquirere, hi, & eatenus à resignationis subjecto Passivo *excluduntur.* 118
Prævia Resignatione *neque in Infantes, Minores & Prodigos, neque in Furiosos & Mente captos sine Curatoris consensu ex titulo oneroso rerum immobilium transfertur dominium.* 119
Qui prævia resignatione *resignatam emphyteusin acquirere nequeant, docet.* 120
Extra familiam illius, qui non, nisi in familiarem alienari voluit, constitutus, firmum ex resignatione jus non acquirit. 121
Jure Lubecensi Forensis rerum immobilium à cive resignatarum dominium non acquirit. 122 *seqq.*
Nec extraneus ab extraneo, si illi per here-

hereditatem immobilia bona obvenerint. 124
De Objecto Resignationis *agitur.* 125
Immobilia alia naturaliter *alia* civiliter *sunt talia.* 126
Solum, soloque cohærentia, ad Objectum Resignationis pertinent. 127
Item Cujuscunque generis Molendina. 128
Decimæ & annui redditus 129
Quod Jure Lub. & Batav. expresse decisum est. 130. *seqq.*
Actiones rerum immobilium itidem objectum Resignationis constituunt. 133
Forma Resignationis *delineatur* 134 *seqq.*
De Solennitate Resignationis *veteris Saxonicæ, Ducatus Cliviæ, Geldriæ & Dicasterii Rottwillensis Cæsarÿ agitur remissivè.* 135. *seqq.*
Resignatio *Lubecensis paulò fusius describitur.* 140
Formula alibi usitata resignandi *traditur.* 141
Neglecta Resignationis *forma, nil agit* resignans. 142
Venditio tamen nihilominus valida est. 143
Hinc resignatione *licet nondum subsecuta, neutri inde resilire fas est.* 144
Emtor ad resignandum invitus tenetur 145
Periculum est Emtoris 146
Nisi conditio adjecta. 147
Ubi res vendita in totum perempta, perit venditori. 148
Pro parte vero emptori. 149
Certum tempus pacto, de retrovendendo adjectum currit non à tempore facta Resignationis, *sed solo sensu perfecta emptionis.* 150

§. 1.

PErlustrata præcedaneo Capite 1. *Resignationis judicialis* genuina indole ac Origine, subjectisque variis ejusdem Divisionibus, con-
1 sequens est ut proximo jam pede ad *Subjectum Activum, Passivum, Objectum* nec non *Formam* dictæ *Resignationis* pergamus. Parum enim est
2 jus nosse, si personæ, quarum caussa omne jus constitutum est *L. 2. ff. De Stat Hom.* ignorentur *§. fin. J. De J. N. G. & C.* neglectaque rei forma, esse rei abesse, & aliud planè agi, aut quod intenditur, inutiliter agi videtur. Ordiemur autem tractationem à *Subjecto Activo*, quod constituunt Personæ resignare valentes ac volentes. Circa quas, ne nimium vagetur nostra scriptio, eandem sequen-
3 ti Generali includemus Regulæ: *Qui, & quatenus vel natura impediuntur, vel Lege ac statuto prohibentur res immobiles alienare, hi, & eatenus impediuntur ac prohibentur judicialiter resignare.*
Ratio-

Rationem Regulæ hanc subjicimus: Quod tam alienatio, quam *Judicialis Resignatio* in effectu eodem conspirent, hæcque illam semper sequatur. 4
Sicuti enim is demum proprie alienare creditur, non qui vendit, sed qui dominium in accipientem transfert. *L. Alienatum. 68. ff. De V. S. L. 8. in fin. ff. De alienat. judic. mut. causs. L 38. §. 7. ff. De Leg. 3.* Ita & hic resignare noscitur, pleno qui jure Dominium in accipientem derivat. 5
Quare cum natura vel Lege impeditus vel Prohibitus alienando rem facere accipientis non possit *L. 1. C. Non licer. habitant inibid.* Joh. de Platea *n. 1.* Donell. *Lib. 9. c. 10.* Cassan. *in Consuetud. Burgund. Rubr. 9 §. 10. n. 7.* & Sichard. *in C. L. 3. De Condict. ob. Causs.* Frustra resignando hic effectum transferendi dominii præstolabitur, facultate non minus, quam voluntate alienandi qui destituitur; Ut hinc feliciter omnino à facultate cum effectu alienandi, ad facultatem resignandi etiam negative procedere argumentandi rationem autumemus. 6

§. 2. Ex hac autem generali Regula (1) Inferimus; Neque *Infantem* s. hominem septem annis minorem. *L. 14. ff. De Sponsal. L. 18. pr. & §. 4. C. De jur. delib.* cum fari non possit *L. 1. §. 2 ff. De Adem. tut. L 7. §. 2. ff. De supellect. Leg.* nec à Furioso multum differat. *§ 9. J. De inut. stip. L. 1. §. 2. ff. De O. & A.* Neque *infantiæ Proximum* *§. 9. J. d. t. L. 1. §. 13. ff. D. tb. & A. L. 3. ff. Rem. pupill. salv. fore.* Neque Pubertati Proximum; Imo ne Minorem quidem curatorem habentem, sine Tutorum Curatorumve consensu *resignare* posse. 7 8 9 10
Cum enim illos defectus *voluntatis ac intellectus* quibus duobus fulcris verus nititur consensus; hos vero *judicii imbecillitas* ab alienationis negotio arceat *pr. J. de Auth. Tut.* Utique & à judiciali abstinere Resignatione jubentur. 11
Quæ cum circa *immobilia* duntaxat occupetur bona, magis est, ut dicamus; Ne Minorem quidem *Cum Curatoris consensu* protenus resignare posse. 12 13
Quanquam enim Minor cum Curatoris consensu *simpliciter* quidem immobilia alienare non prohibeatur, non tamen firmo aliter jure procedit alienatio, etiam cum Curatoris consensu, quam si cum solennibus juris fiat. *t. t. C. De Præd. Min.* 14
Hinc, cum ad validam prædiorum Minoris alienationem requiratur (2) Justa eaque necessaria alienandi causa *L. Notabili 22. C. De Adm. Tut. L. 6. De Præd. Min.* v. g. æris alieni *L. 5. § 9. L. 14. ff. De Reb. eor. qui sub Tut. inibique* Brunnem. *L. 47. pr. ff. De Minor.* Joh. à Sande *De Prohib. rer. alien. §. 1. c. 1. 59.* Dotis vel Donationis propter nuptias. *L. 22. C. De Adm Tut.* sola Minoris utilitate hic neutiquam suffectura, *L. 5. §. 14. & L. 13. pr. ff. De reb. eor. qui sub* 15 16

sub Tut. Roland. à Valle. *Vol. 3. Consil. 7. n. 26.* Natta. *Consil.* 631 *n.* 35. Afflict. *Dec.* 87. *n.* 5. Guttierez. *De Tutel. P. 2. c. 5. n.* 33. Stryk. *Tr. De Caut. in Contr. necess. Sect.* 1. *Cap. 1. §. 17. in fin.* quanquam eadem insignis fuerit: Hipp. Rimin *Vol. 1. Consil. 5 n. 38.* Riccius. *Dec.* 345. Klock. *Consil. 51. n. 18.* Raudensis. *Vol. 1. Cons. 8. n. 26.* Brunn. *ad L. pen. ff De reb. eor. qui sub. tut.*
17 Lugubre enim satis est Minori in domo, qua in Pater defecit & ipse crevit, Majorum imagines aut non fixas, aut videre revulsas docente Im-
18 peratore *in L 22. C. De Adm. Tut.* (2) Accurata causæ cognitio, an scilicet aliter pupillo succurri non possit, quam alienando. *L 6. & fin. C. De*
19 *Admin. Tut* inibique Brunnem. Carpzov. *P. 2. C 11. D. 18 n. 13.* quem in finem jubebit Prætor sibi omnium bonorum exhiberi Inventarium, ut inde constet, adesse necessariam alienationis causam. Stryk. *d. Tr. §. 23.* Adeo ut ob hunc solum defectum, reliquis licet omnibus solennitatibus adhibitis ipsa alienatio nulla sit. Montan. *De Tutel. c. 33. n. 32.* Curt. *Consil. 29. n 9. & 7.* Dec. *Consi. 351. n. 6. &* Carpzov. *d. l. n. 11.* [3]
20 Decretum judicis super facienda alienatione *L. 6. & Notabili. 12. C. De*
21 *Præd. Min.* Stryck. *d l. §. 19.* Ubi notat: Ipsum Decretum non sufficere sequi alienationem, sed ad ejus Legitimationem præcedere causam alienationis debere Carpz. *L. 5. Resp. 69. n.* 18. Joh. à Sande. *De Probibit. rer. alien. c. 1. n. 68. seqq. Per L. 5. §. 9. ff. De re reb. eor. &c.* Extra casus exceptos, quibus in alienatione rerum Minoris Decreto plane opus non est, quos videre est apud *Dd. ad Tit. C. Quando Decret. non est opus* & Dn.
22 Lauterb. *Differt. De Alien. rer. quæ minor. sunt. th. 44. seqq.* Minorem etiam cum Curatoris consensu, nisi his omnibus prævijs solennibus, *resignare* haud posse asserimus.

23 §. 3. Nec aliter se rem habere statuimus, quanquam Minor
24 *veniam ætatis impetraverit.* Licet enim ab illo tempore Minor, sententia judicis Major declaratus, omnia illa recte agat, quæ sub cura constitutus poterat cum consensu Curatoris *L. 22. C. De Adm. Tut.* Illa tamen, quæ ne quidem consentiente Tutore recte expediebantur, etiam venia ætatis impetrata usque ad annum 25. valide agere prohibetur. *L. 2. §. 1. & L. 3. C. De his qui ven. ætat.* Hopp. *Ex. Inst. Tit. De Curat. qu. 6.* Stryck. *d. l. §. 20.* Mev. *ad Jus Lub. Lib. Tit. 2. c. 7. n. 24.* Hinc sicuti Minor tunc sine Decreto rem immobilem alienare prohibetur. *L. 3. C. De his qui ven. æt.* inibique Brunnem. & Stryck. *cit. loc.* ita nec sine Decreto valebit resignare.

25 §. 4. Ex supra tradita Regula inferimus. (2) Neque *Furiosos,* (cujus-

(cujus indicia & argumenta petere licet *ex L. In his qui* § 1. *ff. De Ædit.* 26
Edict. L.22. §. si maritus ff. de Solut. matrim. L. Quidam 22. ff. De Condit. Inst. & L.3. verb. Saxis, aut alio furoris genere C. De Judæis. Confer. Mascard. *De Prob. Concl.* 827. Menoch. *Lib.6. Præs.45.* Loming. *Consil.40. quæst.4. n.57. seqq.* Mantica *De Conject. ult. vol. Lib.2. Tit.5. n.*10. qui cum rabie 27
quadam & tumultu insaniunt die rasend Toll sind. Neque *Mente ca-* 28
ptos, (quos non tam in confinio furoris & sanæ mentis constituti, uti 29
minus recte ex *L 6. C. De Cur. Furios.* colligit. *Dn. Hopp. Ex. Instit. ad Tit. De Curat. qu.*11. quam *inquiete* insanire & omni animi consilio destitutos in silentio degere die an ihrer Vernunfft gekräncket arbitramur cum Baldo *Ad L. Si Furiosi C. de Nupt.* Mev. *ad Jus Lub. Lib* 1. *Tit.7. a.6. n.27.* Gœdd. *De contrab. stip. c.7. Concl 9.* Mascard. *De Probat. Conclus.*502. 826. & 1049. Stryck. *d l.* §.7. Brunnem. *ad L.3. C. de Curat. Furios.* & Menoch. *Lib.6. Præs.45. n 2. seqq.*) Neque *Fatuos*, aut *Simplices*, quos verius in confinio furoris & sanæ mentis constitui & ad Officia communis vitæ 30
mediocriter sufficere remur. Schlechte/ alberne/ kindische und blöde Leute. Mev. *ad Jus Lub. d.l.* resignare valere. Sicuti enim Furiosi 31
nulla est voluntas. *L. Furiosi 40. ff. de R. J.* nulla certa vox *L. Sancimus* 7. *pr. C. Ad Sen. Trebell.* nullus sensus. *L.22. §. si maritus ff. sol. matrim.* nullus consensus. *L.2. C. de contrab. emt.* & nullus plane affectus. *L.*1. § 6. *Ne vis fiat.* sed pro mortuo fere *L.1. in fin. ff. de Bonor. poss furios.* & absente habetur. *L.*124. *ff. de J. tb.* ita nec alienare. *L.2. ff. de R. J. L.2. C. de contr. emt.* & per consequens neque *resignare* valebit: Et cum inter Mente captum & Furiosum rabies & impetus duntaxat discrimen faciat *per supra dicta*, eadem illius, quæ hujus in *resignatione* est conditio, cum 32
uterque ex potestate mentis exierit. Nec dispar Fatuorum ac Simplicium ratio est: Quanquam enim hi quidem non in mentis exilio versari, sed in confinio rationis adhuc constitui dicantur, infantibus 33
tamen & pueris, quorum non certum animi est judicium, recte annumerantur. Gœdd. *De contrab. stipulat. c.7. Concl.9 n.*110. Mev. *ad Jus Lub. lib.*1. *Tit 7. a.6. n.27.* proindeque eadem cum hisce sorte censebuntur, ut resignare ne quidem cum Curatore possint, sed hic illorum nomine 34
resignare debeat. *arg. L.18. §.3. C. de jur. delib.* Stryck. *Tr. de Caut. Sect.1. Cap.2. §.3. n. ibique all Ddres.* Tiraquell. *de Retract. §.1. Gloss.13. n.20.*

§. 4. Non tamen, quod de *Furiosis & Mente captis* diximus, ad 35
tempus dilucidi intervalli, & quiescentis furoris extendi volumus: Quanquam enim nec hoc tempore Curatorem habere desinat Furiosus,

36 sus. *L. Cum aliis 6. C. de Curator. Furios* quia tamen ratio dati Curatoris
induciarum tempore cessat, ut furioso datus *Nomine* magis & *officio*,
quam *Effectu* ipso Curator esse videatur, docente Imperatore in *all. L. 6.*
37 *C. d. t. in fin.* omnes recte actus celebrare poterit, sanus quos quisque
celebrare non impeditur. *al. L. 6. inique* Brunnem. *& all.* Anton. Go-
38 metz. Quare Curatoris licet non adhibito consensu, resignare quie-
scente furore utique valebit; adeo, ut quanquam facta resignatione
furor postea eundem iterum stimulis suis accenderit, hactenus quie-
39 scens Curatoris officium reviviscat quidem, sed tamen interim factam
40 resignationem retro haud invalidet. *L. 6. C. d. t.*

41 §. 5. Nec *Fatuis & Simplicibus* quoad effectum interdictæ Resi-
42 gnationis *Grossos & Grossolanos* annumerari posse censemus: Quan-
quam enim hi aliquanto obtusioris sint intellectus, quia tamen omni
ejusdem usu haud carent, sed ratione uti sciunt, testarique & contra-
here possunt Heig. *P. 2. quæst. Illustr. 38. n. 28. seqq.* Mev. *ad Jus Lub. 1.
Tit. 7. art. 6. n. 29.* nec *resignare* sine Curatore prohibebuntur.

§. 6. *Sed quid de Melancholicis?* Hos qui furiosis cum Oldekop.
observ. Crim. 23. Tit. 3. n. 5. accensent, illis forsan *resignandi* facultatem
43 non invita Jurisprudentia negabunt. Qui vero furori Melancho-
44 liam cum Heigio *quæst. illustr. 38. n. 23.* contradistinguunt, & cotem in-
45 geniorum excellentium teste Carpz. *Prax. Crim P. 3. quæst. 145. n. 6.* esse
46 contendunt, contra resignandi Melancholicis licentiam dabunt. Nos
cum Mevio *supra cit. loc n. ult.* & Strykio *de Cautel. Sect. 1. c. 2. §. 11.* aliis-
que distinctionis fœdere rem conciliaturi, dispiciendum esse puta-
mus: An Melancholia sit *remissior*, quæ sanæ mentis usum non impe-
dit; & hoc casu sine Curatore factam *Resignationem* valere nulli dubi-
tamus: An vero tanta sit melancholicæ vehementia, ut omnem peni-
tus rationis usum adimat, quo casu pari cum furiosis sorte Melancho-
licos censeri sustinemus.

47 §. 7. Surdis & *Mutis* animi sensa signis vel alia ratione commo-
de & significanter exprimere valentibus, quo minus *resignandi* dene-
gemus facultatem, obstat, quod jura eosdem ab alienatione haud ar-
48 ceant. Quare nisi Statutis localibus certa quædam solennia
verba ad Resignationem requirantur, minus recte à Resigna-
tione quis eosdem excluserit, *Conf.* Stryck. *de jur. Surd. & Mut. Cap. 3.
n. 7. seq.*

§. 8. Cum *Prodigos*, quos Nomothesa Lubecensis *L.1. Tit.7.* 49
art.6. sat congrue unnütze Verschwender Ihrer Güter appellat, dum 50
neque tempus neque finem expensarum habent, sed bona sua dilapidando & dilacerando dissipant & profundunt *L.1. ff. de Curat. furios.*
recte furiosis accenseat jus nostrum §. *Furiosi J. de Curat. L. fin.* 51
§. *2. C. de sent. pass. L. Furios. ff. de R. J.* eo quod, uti notanter lo- 52
loquitur JCtus Ulpianus in *L.2. in fin. ff. de Tut. & Curat. dat.* prodigus furiosum rerum suarum exitum faciat, non magis hunc, quam furiosum sine Curatore *resignare* posse indubitanter concludimus, neutri illorum jure alienandi facultatem concedente. *L.10. ff. de Curat. furios. inibique* Brunnem. jung. *L.40. ff. de R. J.*

§. 9. Subaudiendum autem hoc duntaxat est, de Prodigo 53
civiliter tali, seu cui prævia cognitione & subsecuta judicis decla-
ratione bonis interdictum est *L.10. ff. d. t.* prodigus enim *moraliter* 54
saltem talis, qualis suis constituitur actibus quin etiam sine Curatore valide *resignet*, eo minus dubium, quo certius, eidem contrahendi licentiam non prius adimi, quam per sententiam prodigus declaretur, erudimur ex *L.18. ff. Qui test. fac. poss.* Stryk. *Tr. de Caut. Sect.1. Cap.2. §.14. Brunnem. ad L.10. ff. de Curat. Furios. Riminald. Consil.515. n.12.*

§. 10. Ex Regula Superiori concludimus (3) *Mulierem, neque* 55
Jure Lubecensi, neque Jure Saxonico sine Curatore recte *resignare.* Utut 56
enim jure communi Fœmina, excepta fidejussione *t. t. ff. & C. de SCt. Vell.* etiam absque Curatore omnem recte contractum ineat Stryk. *de Caut. Sect.1. c.2. §.29.* Jure tamen Saxonico Landrecht. *L.1. art.44. & 46. ibi Gloss. Lib. 2. art.63.* absque consensu Curatoris donare, vendere aliove contrahere modo prohibetur. Carpzov. *P.2. C.15. D.1. per tot.* Quod & Jure Lubecensi repertum ac constitutum deprehendimus. *Lib.1. Tit.7. art.4. & Tit.10. art.1. inibique* Mev. *n.2. seqq.* adeo, ut alienatio à muliere non adhibito Curatoris consensu facta, exceptis casibus, quos suppeditat prælaudatus Mev. *d. l. n.44. seqq.*
ipso jure nulla sit. Chassan. *in Consuetud. Burgund. Rubr. 4. § 1.* Moller. 57
ad Const. Sax. P.2. C.15. n.89. Coler. *Dec.67. §.1. n.21.* Roman. *in L. Si quis mihi §. Si coram. ff. de Acq. hered.* Mev. *d. l. n.32. seq. inibique all. Ddres.*

§. 11. Sicuti autem illis in locis, ubi jus Commune viget, 58
Mulieribus *resignare* non interdicitur, ita contra non duntaxat

Fœminis Lubecensibus ac Saxonicis Lubecæ & in Saxonia *resignare*
59 sine Curatore illicet; Verum & aliis quibus vis extraneis in Saxonia,
60 aut locis Juri Lubecensi obnoxiis, alienaturis resignare sine Curatore non permittitur, quamvis ceteroquin ipsæ neque Saxonico
61 neque Lubecensi juri subjectæ sint. Philippi. *Ad Dec. Saxon. observ.* 2. Solennitates enim illius loci, ubi actus geritur, semper ab agentibus attendendæ sunt. *per L.6. de Eviction.* Hopp. *Ex. Inst. Tit. de J. N. G. & C. qu.17. Brunnemann. ad d. L.6. n.3* Gail. *Lib.2. Obs.8. in fin.* Roll. à valle. *Vol.4. Consf.13. n.1. & Vol.3. Consf.100.* Molina. *de J. & J. Tr.2. Disp.260. Carpzov P.2. C.15. D.6. n.8. & Mynsing. Cent.4. Obs.82.*

62 §. 12. Sequitur (4) Ex regula superiori: In fundo dotali, intuitu Mariti *Resignationem* non obtinere. Utut enim ipse dotis dominus sit. *pr. J. Quib. alien. lic. L.7. §. ult. L.96. §.1. L.75. ff. de jur. dot. L.23. C. Eod. L.13 §.1. de fund. dot. L.21. § Ad municipal. L.9. C. de R. V.*
63 Quia tamen ejusdem expressa Lege Julia Marito interdicta est alienatio. *d. pr. J. Quib. alien. lic. t. t. ff. & C. de Fund. dot. L. Un. §. & cum*
64 *Lex Julia C. de R. U. A.* etiam cum Uxoris consensu facta *d. L. Un. C.*
65 *de R. U. A. & §.1. J. d Nov. 61. per tot.* Ne fragilitate naturæ suæ, cum Reip. incommodo, cujus interest, fœminas non esse indotatas, sed dotes ipsis sartas tectas conservari *L.1. ff Sol. matrim.* in repentinam deducantur inopiam *d. prin. J.* nec procedit fundi dotalis *Resignatio.*

66 §. 13. Patitur tamen, quod de fundo dotali etiam consentiente Uxore non alienando, præcedenti diximus §. non quidem Jure Saxonico Vid. Carpzov. *P.2. C.15. D.15. n.5. Wesenbec. In Parat.*
67 *ff. Tit. de fund. dot. n.7. Schneidevv. pr. J. d. t. n.4. Rauchbar. P.1. qu.34. n.18.* bene tamen Jure Batavorum, de quo testatur *Vinnius pr. J. Quib. alien. lic. inibique citati Grotius Neostad.* & Grœwegen indistincte
68 & Jure Lubecensi hanc exceptionem in specie, si uxor & Liberi in alienationem fundi dotalis consenserint. *Vid* Lübsch-Stadt-Recht. *L.1. Tit.5. a.9. inibique* Mev. *n.15. seqq.* Cujus exceptionis juri Communi partim è diametro adversæ, partim incognitæ ratio dubio procul ex qualiquali bonorum communione & anomala Societate, quæ inter Conjuges hoc jure esse noscitur, petenda est: Cujus vigore pleniorem Marito potestatem in res uxoris, imo & alienandi facultatem pro communi usu Jure Lubecensi datam esse, variis ex locis

hujus

hujus juris docte pro more suo demonstrat Jctissimus Mevius *d. l.*
Quin ergo Jure Lubecensi Maritus prævio Uxoris & liberorum con-
sensu recte *resignare* valeat, frustra quis ambiget.

§. 14. Imo, ut multa paucis complectamur, in genere dicimus:
Quibus casibus prædii dotalis *Simpliciter* dati, vel cum, vel sine uxoris 70
consensu jure sive Lubecensi, quos *vide ap. Mev. d. l.* sive Civili, quos
videsis ap. Eckholt. Struv. Zoes. Lauterbach & Ddres communiter
ad Tit. ff. & C. de fund. dot. & Canonico. *arg. cap. 28. X. de jur. & c. 2. Eod.*
Hunn. *L. 2. var. Resol. Tract. 4. qu 15. in fin.* Gail. 2. *Obs. 39. seq.* Peretz. *Ad
Tit. C. de fund. dot. & ad L. 1. C. d. t. ibique* Brunnem. aut alio quolibet
Statutario valide procedit alienatio, iisdem & valebit judicialis à Ma-
rito facta resignatio.

§. 15. Sicuti autem ex hactenus dictis satis liquere credimus,
juri Civili plane contrariam esse Eckholti sententiam §. *2. ff. de fund.
dot. per L. 2. C. h. t.* statuentis : Rem immobilem inæstimato datam, 71
recte à marito alienari indistincte posse, cum contrarium ejus eviden-
ter satis erudiamur *L. Un. §. 15. C. de R. U. A. & ad d. L. 2. C. de fund. dot.*
doctissime respondeat. Brunnem. *d. L. 2.* Ita prohibitam alienatio- 72
nem & *Judicialem Resignationem* ad fundum dotali pecunia emtum neu-
tiquam extendendam esse cum præallegato concludimus Eckolto
d. §. 2. non modo, quod res ex pecunia dotali comparata marito plene
acquiratur *L. fin. C. de serv. pign. dat. man, L. Ex pecunia dotali 12. C. de
Jur. dot.* Carpzov. *P. 3. C. 23. Def. 27.* Bartol. Bald. Cynus. Salycet. 73
& Sichard. *Ad L. Si ut proponis C. de R. V. Jung. Brunnem. ad L. fin. C. de
Serv. pign. dat. man. & in Ex. Just. J. Tit 8. pr.* Verum etiam, quod
pecunia marito ideo detur, ut eam pro suo arbitrio permutet, ita, ut 74
non sit amplius debitor speciei, sed generis. *L. 42. ff. de Jur. dot.* Nec ob- 75
stat. *L. 54. ff. de jur. dot.* Resp. enim est distinguendo inter id, quod est
dotale *simpliciter an indefinite* & quod dotale est *respective & secundum
quid* ratione istius eventus, si maritus non sit solvendo *L. 55. ff. de
Donat. inter V. & U.* Vid. Carpzov. *d. l.* Schwendendorff. *ad* Eckholt.
d. l. Jungatur Donell. *Lib. 5. Comm. 2. & ad L. 12. C. de Jur. dot.* Aliam
responsionem suppeditat Brunnem. *ad L. 12. C. d. l. inibique all. Dd.*

§. 16. Neque tamen Marito in fundo dotali æstimato dato
æstimatione *venditionis causa* adjecta, facultatem etiam sine consensu 76
Uxoris *Resignandi* denegamus. Sicuti enim indubium est, talis-

77 modi prædii dotalis alienationem Marito permitti. *L.10. §.4. & 6. ff. de J. D. L.69. §.8. ff. Eod. L.1. ff. de æstim. act.* cum hoc casu maritus saltem pretii debitor dicatur, *L. Quoties 5. C. de J. D. inibique* Sichard. & Brunnem. *L.10. C. eod.* Covarruv. *Pract. quæst. cap.28. n.1.* Castillo. *de usufr. c.4. n.14.* Mev. *ad Jus Lub. Lib.1. Lit.5. a.8. n.20. seq.* Ita eundem valide etiam *resignare* posse, haud facile quis inficiabitur.

§. 17. *Emphyteuta* an & quatenus Jus fundi emphyteuticarii
78 *resignare* possit, colligere itidem est ex tributa ipsi à Lege alienandi facultate. Non autem liberum hic ejus esse arbitrium, sed domini
79 directi voluntati subordinatum, liquet ex *L. fin. C. de Iur. Emphyteut.* Ubi docet Justinianus: Non aliter fas esse emphyteutæ Jus suum alienare & in extraneum transferre, nisi prærogativam domino cesserit, ejusque exspectaverit declarationem, an idem pretium, quod extraneus obtulit, sit soluturus; secus facientem & propria authoritate emtorem inducentem emphyteutam jure suo cadere. Vid. Brunnem. *ad d. L. fin.* Stryk. *Tr. Caut. Sect.2. C.I. §.37.* Joh. à Sande. *de prob. rer. alien. P.1. c.2.* Trentacinqu. *Var. Concl. L.3. Res.8. per tot.* Mantica *de Tac. & amb. Conv. L.22. Tit.28.* E. nec alio ipsi pacto licebit jus suum *resignare*.

§. 18. Sed hoc ex veriori, eaque communi magis sen-
80 tentia Ruin. *Consil.143. n.10. Lib.1.* Mantica. *d. l. n.60.* Dom. Sil. Aldob. *Cons.143. n.10.* ad solam restringi volumus venditionem. *Donantem* enim emphyteutam etiam irrequisito Domino, non tamen jure cadere suo, hæc suadere videtur ratio,
81 quod Imperator verbum *alienandi in tota Lege fin.* semper ipse ad *venditionem* deprehendatur restringere, quodque ratio offerendæ Domino prius prærogativæ, nempe ut Dominus paratus idem pretium præsta-
82 re, quod emptor obtulerat, huic præferatur, in donatione, quæ ex mera liberalitate rem in donatarium sine omni donantis lucro transfert, cesset. Vid. Vinn. Ludvvel. Vultej. Harprecht. *ad §.3. I. de Loc. cond. inibique all. Dd.* jungatur Mantica *d. l. inibique plena manu citati.* Tum
83 quod in materia hic versemur odiosa, ubi de privationis effectu agitur, quo casu restrictivæ interpretationi locus est. *c. odia. X. de R. I. in 6. Dec. in L. Cui jus est vendere. n.3. de R. I.* Brunnem. *ad L. fin.*

C. de

C. De fund. emph. Ubi docet: Denunciationem tamen fieri debere domino, hoc effectu, ut dominus sciat, quem emphyteutam sit 84 habiturus, & ut electionem habeat, an ipsi pretium offerre velit. Jason. *ad L. fin. d. t. Bachov. ad Treutl. V.* 1. *Disp.* 26. *th.* 13. *Lit. E.* aut sanè novum emphyteutam accepto laudemio in possessionem admittat. *Vinn.* §. 3. *J. De loc.*

§. 19. Nec aliter se rem *hodie* habere, sed & *generali Germaniæ* 85 *Praxi*, spreto Domini consensu vendentem, & judicialiter resignantem ad ductum *d. L. fin. C. De jur. Emph.* jure cadere suo, eo minus dubii asserimus, quo periculosam magis novimus illorum sententiam esse, qui non liquido probata Legis abrogatione, contra *L. Sancimus.* 86 27. *C. De Testam.* ad abolitionem Legis, vel certè ejus non usum temere prosiliunt. Quare, cum contrarium in Praxi observari haud notaverint alii in Foro versatissimi, Carpzovium *L. 6. Resp.* 108. *n.* 3. & Franzkium. *Tract. De Laudem. c.* 5. *n.* 15. *L. fin. C. De jur. emph.* hodi- 87 erna consuetudine non ita præfractè attendi notantes, de Consuetudine & Praxi Saxonica, intelligendos esse arbitramur: Nam localibus statutis à dispositione d. L. recedi posse, probat Decisio Curiæ Holland. 59. satis evidenter, ad quam provocat. Vinn. *in Comm. Maj.* 88 §. 3. *De locat. n.* 6.

§. 20. *An autem Emphyteuta protenus exuatur jure suo, si saltem emphyteusin vendiderit, sed nondum resignaverit, non inutilis, nec injucundæ* 89 *quæstionis est?* Affirmativa niti videtur ipsa L. *Fin. C. de jur. emph.* Ubi solius *venditionis* fit mentio, quam solo perfici ac contrahi consensu 90 constat ex pr. & §. 3. *J. de Emt. Vend. L.* 2. §. 4. *ff. eod. L.* 1. §. 2. *ff. De rer. perm.* Non dubitamus tamen in Negantium castra abire cum Tren- 91 tacinquio. *De jur. Emph. Resol.* 8. *n.* 3. Carpz. *P.* 2. *C.* 39. *D.* 13. Molina. *De J. & J. Disp.* 459. *n.* 6. Brunnem. *ad L. fin. C. De jur. Emphyt.* Mantica 92 *d. L. num.* 19. tum, quod alienatum non dicatur propriè, quod venditum quidem, sed non translatum *L. Alienatum* 67. *de V. S.* Tum, quod tam alienationis, quam venditionis mentio fiat *in d. L.* 93 *fin.* sicque verbum venditionis præprimis in hoc odioso juris articulo cum effectu accipiendum sit. *arg. L.* 1. §. *Hæc autem verba. ff. Quod quisque jur.* tum etiam, quod Vasallum sola venditione abque *resigna-* 94 *tione* feudo haud cadere proximè evictum daturi simus, unde ta- 95 men ad emphyteutam, nisi aperta diversitatis adsit ratio, procedere argumentum docet Stryk. *Jur. Fend. Cap.* 1 *quæst.* 29.

96 §. 21. Illud expediti juris est, si dominus intra bimestre spatium voluntatem suam non declaraverit, & hoc spatium emensum fuerit, licere emphyteutæ etiam dissentiente Domino ad extraneum suum jus transferre. *L. fin. C. De jur. emphyt. inibique* Brunnem: Ergo nec h. c. valebit Dominus *resignationem judicialem* impedire.

§. 22. Ob summam, quam emphyteusis cum feudo teste Strykio *in Ex. feud. c.* 1. *q.* 16. habet affinitatem, proximo eoque non in-
97 congruo hic quæritur loco: *An & quomodo Vasallus jus feudi resignare possit?* Et, cum hujus æque ac Emphyteutæ voluntas Domini arbitrio supposita sit, ut sine ejus, sique feudum antiquum sit, etiam proximorum agnatorum consensu tantum absit, ut validè vasallus aliena-
98 re possit, ut potius *priori casu* jure cadat vasallitico, per textum rotundum *2. F. 52. & 55.* eo, quod consensum domini non implorando eundem contempsisse videatur. *2. F. 24. in fin.* Rosenthal. *Concl. 61. c. 9.* Anton. *Disp. feud. 11. th.* 6. Struv. *S. J. F. c.* 13. *th.* 11. & Bitschius *in Com-*
99 *ment. ad 2. F. 24. in fin. 2. F. 55. & 2. F. 52.* Posteriori vero casu agnatis revocandi jus sartum tectum conservetur. 2. *F. 26. §. Titius* inibique Bitschius. Stryk. *Exam. Feud. c.* 20. *qu.* 1. *seqq.* Struv. *S. J. F. c.* 13. *th.* 15. *seqq.* illorum subscribimus sententiæ, qui nec alia ratione *resignationem*
100 hoc casu procedere concludunt.

§. 23. *Utrum autem Vasallus feudo privetur, si illud tradiderit, sed nondum domino* RESIGNAVERIT, acriter in utramque partem variis animi motibus agitata quæstio est? Ad cujus antequam decisio-
101 nem progrediamur, ne laterem lavare operamque inutilem suscepisse videamur, paucis dispiciemus: *An etiam casus dari possit, quo huic privationi locus sit?* Et quanquam prima fronte dicendum videa-
102 tur, quia per *illa*, quæ supra *n. 115. Cap. 1.* notavimus, in feudalibus *resignatio* coram domino feudi fieri debet, adeo ut coram alio, ceu incompetente judice facta, non subsistat, evenire non posse, ut privationi unquam locus sit. Nam si Dominus in *resignationem* consenserit, cessabit procul dubio privatio: Sin minus, nec tunc quidem privatio obtinebit; cum dissentiente Domino facta alienatio pro nulla habeatur, nec aliam mereatur pœnam, quam actus annul-
103 lationem Hartman. Pistor. *Obs.* 230. Carpzov. *P. 2. C. 49. n.* 8. Wesenbec. *Consil.* 73. *n.* 30. Dari tamen casum, quo quis feudo suo propter alienationem etiam in foro Saxonico privetur, docet Carpzov. *d. l. n.* 13. Nempe, si tam imprudenter rem gerat Vasallus, ut statim

tim omne jus feudi, nullo penitus reservato, in emptorem transferat, & in eo nec resignationis der Aufflassung nec feudi des Lehns/mentionem faciat, neque eam de necessitate requiri existimet, multo minus coram Domino facere cogitet: Quo casu, cum militet contra Vasallum ratio privationis, contemptus sc. Domini, ergo & hoc casu privationi locus erit. Quibus præmissis, ad quæstionem propositam respondemus cum Excellentissimo Struvio in *S. J. F. cap.* 13. *aph.* 9 *n.* 6. tres distinguendo casus: Aut enim (1) Vasallus consensu Domini susque deque habito, rem, quam feudalem noverat, tan- 104
quam allodialem vendidit & tradidit. Et hoc casu, ob jam jam dictam rationem, solam venditionem absque *judiciali resignatione* sufficere, numero præcedenti diximus Vid. Struv *h. t.* & Hartm. Pistor.
Obs. 230. (2.) Aut vasallus feudum alienaturus tradidit quidem, sed 105
eo animo, ut velit Domino *resignare* & ut accipiens de feudo investiatur, petere: Et cum hoc casu dominus haud contemnatur, nec pura & perfecta alienatio videatur sed conditionalis & suspensiva, feudo ob solam traditionem, nondum secuta *resignatione judiciali*, Vasallus privandus non est. Hartm. Pistor. *d. Obs.* 230. & Struv. *all. loc.*
(3) Aut ab initio quidem habuit istum animum, *resignavit* etiam Do- 106
mino postea feudum, sed dominus contradicit *resignationi*, rejectis, quas Vasallus de emtore denuo investiendo fecerat, precius: Et hoc casu interest: An ita vasallus Dominum in consensu alienationi 107
impertiendo difficilem sentiens, statim resilierit à contractu: & condonanda ei utique culpa est, cujus tam mature ipsum pœnitet, maxime in casu nostro, quo ante resignationem imperfecta censetur alienatio. An vero pertinaciter institerit alienationi: quo casu 108
privationem merito locum obtinere debere arbitramur.

§. 24. Sed quid si Vasallus saltem vendiderit feudum, irrequisito Domino, sed neque *tradiderit*, neque *resignaverit?* Et æquiorem 109
putamus hoc casu illorum esse sententiam, qui privationi locum non 110
dari contendunt. Nec enim alienatum censetur, quod in dominio mansit venditoris *L.* 67 *ff. De V. S.* & in pœnalibus verba stricte sunt capienda. Stryk. *Ex. jur feud. Cap.* 23 *qu.* 22.

§. 25. Illud tralatitium esse opinamur, neque *Resignationem* ab 111
obærato Debitore in necem Creditorum *arg. t. t. Quæ in fraud. credit. alien. sunt ut restit.* Vid. Carpzov. *P.* 2. *C.* 3. *D.* 20. & *P.* 3. *c.* 23. *D.* 21. Sande, *Lib.* 3. *Tit.* 13. *Def. ult*, aut illo, cui de fuga suspecto, desiderante

Credi-

112 Creditore, bonorum interdicta est alienatio, *arg. L. 8. ff. de Pollicit.* Vid. Struv. *Jurispr. forens. L. 2. Tit. 9.* §. 2. factam jure subsistere.

113 §. 26. Sicuti & bonorum hereditariorum possessores *jure Lubecensi* non aliter valide *resignare* posse dominio hisce in bonis jure hereditario quæsito, nisi cum cognatorum & illorum, quorum hoc jure interest, consensu, colligere est ex. *a. 6. Tit. 10. Lib. 1. Juris Lubec.* & Mev. inibi *n. 82. seqq.*

114 §. 27. Personas *publica Lege* resignare prohibitas, excipiunt, quæ *privata* pacti, aut conventionis *Lege*, imò testatoris placito alienare prohibentur: Cum enim cuilibet rei suæ Legem dicere integrum sit,
115 quam velit, pactaque traditioni adjecta quomodocunque valeant, *L. 48 ff. De Pact.* inibique Brunnem. non dubitamus, contra pactum & arbitrium primi transferentis *resignantem*, nulliter procedere, ipsâ alienatione & resignatione neutiquam valiturâ. Vid. Brunnem. *ad L. 3. C. De Condict. ob causs.* Joh. de Platea *in L. Un. n. 1. C. non Licere habitant.* Sichard. *L. 3. n. 8. C. De Cond. ob Causs.* Donell. *L. 9. c. 10.* Mev. *ad J. Lubecens. Lib. 1. T. 2. a. 5. n. 76.*

117 §. 28. Contemplati hactenus sumus *Subjectum resignationis* Judicialis *Activum*, consequens est, ut SUBJECTUM PASSIVUM i. e. Personas *resignatum*, dominium acquirere valentes, paucis examinemus, visuri de illis, in quas *resignatio* fieri nequit, quibus cognitis, facile & de his, quæ resignatum acquirere possunt dominium, constabit. Illas autem per compendium Benevolo Lectori sequens
118 sistet Regula: *Qui & quatenus natura vel Lege dominium acquirere prohibentur, hi & eatenus à Resignationis* SUBJECTO PASSIVO *excluduntur.*

119 §. 29. Hinc, quæ supra de Infantibus, Minoribus, Prodigis, Furiosis & Mente captis diximus, huc *quodammodo* repetimus, scilicet sine Curatoris consensu ex prævio titulo *oneroso resignatum* rerum immobilium dominium illos non acquirere.

120 §. 30. Sicuti & ratione alienatæ emphyteusis notamus, non aliter illam etiam hoc casu, quo dominus bimestre labi spatium à tempore legitimè requisiti consensus passus est, valere, nisi prævia *resignatione* illis fundus emphytheuticarius venditus sit, qui in contractu prohibiti non sunt, quique canonem solvere possunt *L. fin. C. De jur. emphyt.* inibique Brunnem.

§. 31.

§. 31. Unde quoque constat, nec in hunc finem ex alienatio- 121
ne cum prævia Resignatione transire jus, qui extra familiam ejus est, extra quam alienari primus transferens rem datam accipienti interdixit. arg. *L. 48. ff. De Pact.* inibique Brunneman.

§. 32. Illud notam meretur: Jure Lubecensi neminem civium 122
rem suam immobilem *Peregrino* aliive, qui civis non est, prævia *resignatione* vendere posse, nisi jure & bonis suis exutus Senatui 50. marcas auri exsolvere velit. Lübsche Stadt-Recht *L. 1. Tit. 2. a. 5.* Cujus rationem hanc *ex Gail. 2. Obs. 19. n. 3.* affert JCtissimus Mevius *ad d. a. 5.* 123
n. 7. quod publicæ conducat utilitati, bona sub ditione civitatis sita, apud subditos remanere, quò judicia eorum nomine instituta sint faciliora, munerum impositio & exactio promptior, augendi habitantium numerum & patrimonia occasio amplior.

§. 33. Idem juris est in *Extraneo*, si ipsi immobilia per heredi- 124
tatem obvenerint. Hæc enim non ad peregrinos, sed cives prævia *resignatione* transferre eundem oportere, docet *modo all. artic. 5. in fin. verbis*: Gleicher Gestalt soll es auch gehalten werden/ wann einem frembden ein Erbe allhier anstirbt/ der soll dasselbe auch nicht an frembde veräussern/ sondern an Bürger bringen/ quod tamen optime temporat B. Mevius *ad d. art. n. 15. seqq.*

§. 34. Transitum facimus ad OBJECTUM *Resignationis* quam 125
occupari *supra c. 1. §. 17.* diximus duntaxat circa RES IMMOBILES.

§. 35. Cum autem constet *immobilia* esse aut *natura* aut *intellectu* 126
juris talia, utraque objectum *Resignationis* constituere indubitanter asserimus, indeque.

§. 36. Inferimus, (1.) Solum, soloque *natura* aut *facto hominis* 127
cohærentia v. g. agros, hortos, prata, cellas, tabernas, domus similesq; possessiones, quæ jure Lub. liegende Gründe *art. 2. Tit. 10. L. 1. & a. 3. Tit. 6. Lib. 3.* stehende Erbe. *a. 3. d. Tit. 10.* Item simpliciter Erbe. *art. 5. Tit. 2. lib. 1.* & stehende Gründe. *art. un. Tit. 3. Lib. 3.* appellantur. vid. Cothman. *Consil. 40. n. 200. seq. Vol. 1.* ad objectum resignationis proculdubio pertinere. *arg. L. 1. ff. De Cond. Tritic. L. 1. §. 3. 4. 6. L. 3. §. 15. De vi & vi arm. L. 7. §. 10. De A. R. D.*

§. 37. Sicuti & (2.) in Cujuscunque generis Molendinis ædibus 128
junctis, Pneumaticis & Navalibus alienandis *Resignatione judiciali* opus esse statuimus Vid. Finkeltaus. *Disp. feud. 3. Contr. 30. & obs. 26. n. 18.*

Xx Carpz.

Carpzov. *P.* 3. *C.* 24. *Def.* 8. *n.* 1. Berlich. *P.* 3. *Concl.* 30. *n.* 11. Struv. *S. J. F.*
c. 6. *aph. n.* 11. *seq.* & *in S. I. C. Ex* 45. *th.* 10. inibique all. Hahn. & Hering.
Tr. de Molendin. c. 8. *n.* 49.

§. 38. Nec aliam sane rationem (3) Decimarum (4) annuo-
129 rumque Redituum, der Renten / esse contendimus. Sicuti enim pa-
lam est, reditus annuos, quorum dies nondum cessit. Gail. *Lib.* 2.
O. 10. *per tot.* Tiraquell. *De Retract. Lignag.* §. 1. *Gloss.* 6. *n* 3. Mynsinger.
1. *Obs.* 69. Mev. *ad jus Lub. L.* 1. *T.* 2. *a.* 5. *n.* 28. ac decimandi jus, fictio-
130 ne juris rebus annumeri immobilibus Vid. Dn. Zesterfleeth. *in Diss. De
Decimis Laicor. Th.* 18. *inibique all.* Tiraquell. *De retract. Gentil.*
§. 1. *Gloss.* 7. *num.* 33. Reinking. *De Retract. Consanguin. qu.* 3. *n.* 104.
Berlich. *P.* 2. *Concl.* 13. *n.* 28. Ita in annuorum redituum venditione re-
signatione judiciali opus esse, docet expressè jus Lubecense *L.* 3 *Tit.*
131 6. *art.* 2. & 3. Idemque in alienatione decimarum observari constat ex
132 Vinnio. *ad* §. 41. *J. De R. D. n.* 4. *inibique all.* Grotio *aliisque* Jure siqui-
dem Batavorum ad translationem decimarum easdem privatim tra-
ditas esse, non sufficere, sed necesse esse, ut illarum traditio publice
fiat, & coram judice illius loci, ubi res sitæ sunt, docet Vinnius *dict.
loc. Conf. d. Dissert. Dn.* Zesterfleeth *Th.* 22.

133 §. 39. Sed & (5.) actiones pro rebus immobilibus competentes
hic neutiquam exulare debere censemus; sicuti enim liquet, hasce
civiliter rebus accenseri immobilibus, Anton. Gabriel. *in Comm. Con-
clus.* 7. *Tit. De V. S. n.* 5. Gail. 2. *Obs.* 11. *n.* 9 *seq.* Mev. *ad Jus Lub. d. l. n.* 33.
& Lauterbach. *ad Tit. De R. D.* Ita non minus ad illarum, quam ip-
sarum, ad quas competunt, rerum immobilium alienationem *judi-
dicialem* desiderari *resignationem*, defendere nulli dubitamus.

134 §. 40. Nunc ad FORMAM accedimus, qua neglecta, omni
suo *Resignatio judicialis* destituitur effectu, utpote quæ dat esse, ac
operari. Non autem deprehendimus hanc ubique eandem, sed di-
versis locorum statutis subinde aliam atque aliam introductam. Ne-
que festinatio ac instantis itineris meditatio permittunt varios vario-
135 rum mores ac consuetudines curatius rimari. Veterem apud Sa-
xones resignandi solennitatem cognoscere datur ex Landr. *L.* 1. *a.* 52.
136 & *Gloss. in* Weichbild. *ad a.* 20. *n.* 19. *seqq.* Qui vero in Ducatu Cliviæ
usitatam resignandi solennitatem mit Hand / Halm und gütigen Mun-
de expediri solitam scire avet, adeat D. Gerhard. Feltm. *in Tract. De
jur.*

jur. in re & ad rem. c. 13 n. 34. & 35. Geldriæ mores discere licet ap. Friederic. à Sande *Comment. in Consuetud. Geldr. Tract. 2. c. 1. n. 6.* jung. 137
Struv. *S J. F. c. 13. aph. 9. n. 6.* & Excel. Rethius *in Comm. Feud. ad 1. F. 4. n. 16.* Quid in Dicasterio Rothwillensi Cœsareo mulierem bona sua 138
transferre volentem observare oporteat, exhibet Stryk. *Tr. De jur. Sens. Diss. 7. De Tact. c. 1. n. 42.* Jure Lubecensi *resignatio judicialis* hoc expedi- 139
tur modo; scilicet Venditor una cum emptore coram consessu Senatus publicè pro tribunali sedentis vorsitzenden Rath / ut habent verba articuli *2. Tit. 6. L. 3.* Wann er öffentliche Audientz giebet / comparet, ibique producto contractu, voluntatem suam de cedenda emptori re vendita, judicialiter declat, rogitans ut Cessio die Verlassung / solenniter fiat. Tum vero unicuique, qui ex istiusmodi cessione damnum metuit, hisce precibus intercedere integrum est; quod si intercessionis vel non justa, vel aperte iniqua appareat caussa, non justificata rectè rejicitur, aut non attenditur contradictio. Si aliquid caussæ prætexitur, siquidem utraque parte audita, in loco de veritate & jure decernere liceat, statim Senatus, quid faciendum Decreto determinat: Ubi vero ampliori discussione res indiget, partes modo ad Processum Summarium, modo ad Ordinarium pro diversa rerum qualitate, remittuntur. Facta Decisione, rejectaque contradictione Senatus solenni Cessioni suffragatur, quæ tum ab aliquo Senatorum consulta formula ac ritu expeditur. Quo peracto rogari solet Inscriptio in Librum Civitatis die Einschreibung in das Stadt-Buch / quæ coram custodibus illius Libri, veluti apud nos Camerariis à Senatu antea decreta, rite expeditur. Vid. Mev. *ad J. Lub. Lib. 3. Tit. 6. art. 1. n. 18. seqq* Ali-
bi data coram Senatu dextra venditor judicialiter Prætoria hac 141
compellatus voce: So gebet die Hand und verlassets / resignare
solet. Tam strictè autem ubique locorum hanc convenit obser- 142
vari resignationis formam, ut ea temere neglecta, nil videatur agi, neque dominium in accipientem transferri, cum paria sint, aut non fieri, aut non legitime fieri.

§. 41. Num ergo solenni resignatione neglecta contra- 143
ctus alienationis invalidus est? Ita ex proximè dictis concludendum esse videbatur. Verum quanquam alienatio sine præ-

via *resignatione* effectum transferendi dominii non operetur, æquè ut ante traditionem emptor rei venditæ non fit dominus, quin tamen producat effectus venditionis primo perfectionis gradu perfectæ, eo minus dubitamus, quo certius novimus hanc resignationem vice traditionis fungi, sicque emptionis substan-
144 tiam absque illa salvam esse. Hinc (1) Neutri resilire à contra-
ctu fas esse sed (2) venditorem actione emti teneri ad resignan-
145 di necessitatem, rectè infert JCtissimus Mev. ad *a. 1. Tit. 6. Lib.*
146 *3. Jur. Lub.* Cui addimus (3) Periculum, simul ac partes de pre-
tio convenere, nec non commodum in emtorem redundare, licet
venditor judicialiter nondum *resignaverit*, *arg. §. 3. J. de empt. vend.*
L. 7. §. 8. De Peric. commod. Rei vend. L. fin. & pen. C. eod. Vid.
147 Carpzov. *P. 2. C. 26. D.* 10. Nisi sit conditionalis venditio ubi
148 re in totum pendente conditione perempta, periculum est vendi-
toris. Carpzov. *P. 2. C. 26. D. 20. per L. Necessario 8. ff. De pericul. &c.*
149 *& L. pen. C. eod.* jung. Harpr. *Tit. De empt. n. 8.* Re autem saltem
deteriorata vel pendente conditione ante judicialem resignatio-
nem pro parte peremta, periculum emptorem manet *d. L. 8. in*
150 *pr. d. t.* inibique Gothofred. Carpz. *P. 2. C. 26. D. 22.* (4.) Quod
si certum tempus pacto de retrovendendo adjectum sit, illud
currat non à tempore demum factæ *resignationis*, sed contractæ ac
perfectæ emtionis.

§. Ult. Coronidis loco non inepte hic quæritur: Cum
ex hactenus dictis satis liqueat, emtione solo consensu perfecta
venditorem invitum ad *resignandum* compelli posse; *Quid er-*
151 *go juris sit, si quidem venditor jure Lubecensi resignaverit, sed ante pro-*
curatam INSCRIPTIONEM: Ehe die Verlassung in der Stadt-
Erb-Buch geschrieben würde / *moriatur; An sufficiat inchoatum esse*
actum: An vero alterum requisitum ab heredibus addi: An denique & re-
152 *signationem repeti necesse sit?* Decidit in terminis hanc quæstio-
nem *Jus Lub. 3. T. 6. a.* 2. his verbis: Stürbe aber der Verkauf-
fer ohne das die Verlassung in der Stad-Erb-Buch geschrieben wür-
de / so sollen doch nichts destoweniger desselben Erben dem Käuffer noch-
mals verlassen und zu Buch bringen lassen / rc. Unde abunde con-
stat, heredes venditoris ad reiterationem primi actus der Verlassung
teneri. Cujus JCtissimus Mevius hanc subjicit rationem:

Ne-

Nedum alius cedit, & ipsius nomen in libro publico inscribitur, olim inde forte disputatio oriatur. Nec longe hoc à Juris Civilis regulis discedit, utpote quo heredes ex nostris contractibus *L. Ex Contractibus ff. d. O. & A.* tam active, quam passive obligantur. *L. Un. C. Ut Action. ab hered.* licet Jure Saxonico heres pretium emtori restituere paratus, 154
venditionem præcise adimplere non cogitur. Landr. *art. 9. Lib. 1.* COLER. *P. 1. Dec 8. n. 3.*

CAPUT TERTIUM.

Exhibens

Judicialis Resignationis insignes Effectus.

SUMMARIA.

Connexio n. 1
Primus Resignationis Judicialis *Effectus est, quod hac prævia contractus pro Iudiciali habeatur* 4
Rite expedita Iure Lubecensi Resignatio Judicialis *rem facit notoriam, nec extrinsecam probationem desiderat.* 6
Semper in Magistratu testium multitudo & justitia actus præsumitur 7
Secundus Resignationis Judicialis *Effectus est, quod* Processui Executivo *locum faciat.* 9
Tertius Resignationis Judicialis *Effectus est valida in accipientem dominii translatio.* 10
Neque Iure Lubecensi, Saxonico, alibive locorum, ubi Resignatio *usu fori recepta est, rerum immobilium in accipientem derivari dominium potest, nisi prævia Iudiciali Resignatione.* 11. *seqq.*
Quodcunque justo vestita titulo Iure Civili operatur traditio, id Iure Lubecensi & Saxonico legitime expedita efficit resignatio. 16
Ratio dubitandi prima proponitur 17
Respondetur ad eandem 18
Defenditur contra Instantiam data responsio. 20
Ratio dubitandi secunda proponitur 23
Ad illam respondetur. 25. 26. *seqq.*
Sola resignatio *absque Iudiciali traditione & investitura in Foro Saxonico & absque Inscriptione in Librum Civitatis publicum in Foro Lubecensi non transfert Dominium* 24
Sine Resignatione *tamen, neque Investi-*

vestitura Iudicialis, neque Inscriptio in Librum publicum rem pleno Iure accipientis facere possunt. 31
Quartus Effectus Resignationis Judicialis *est, quod* prædio feudali *duobus vendito ac tradito, hic præferendus sit, qui prævia* resignatione *consensu primo legitimam possessionem nactus est.* 32
Ratio dubitandi proponitur. 33
Ad quam respondetur 34
Neglecta resignatione *Vasallus feudi alteri licet venditi atque traditi possessionem ac dominium tam diu detinet, donec idem legitime resignaverit.* 35
Prædio allodiali *itidem duobus vendito & tradito, idem juris est.* 36
Emtor nondum facta resignatione *creditori suo in re sibi vendita atq; tradita hypothecam constituens, nil securitatis in eundem transfert.* 37
Ratio ejus additur. 38
Venditor facta resignatione *pro residuo pretii obtinendo, moto Cridæ processu, reliquis hypothecariis non præfertur.* 39
Præfertur tamen h. e. Chirographariis. 41
Non facta resignatione *Venditor dicto casu etiam privilegiatis præfertur* 40
Sicuti, si facta licet resignatione *venditor in casum non soluti pretii sibi dominium reservavit, illis anteponitur* 42
Quintus Resignationis Judicialis *Effectus est, quod in foro Saxonico præsertim Electorali cesset Retractus linearis.* 43
Sextus Resignationis Judicialis *Effectus Iure Lubecensi est, quod post annum & diem, Possessor exceptione præscriptionis contra omnium inquietationes tutus sit.* 44
Quæcunque publico civitatis libro inscribuntur, post annum & diem frustra impugnantur. 45
Hinc exspirat *hoc tempore actio rei vindicatoria nec non hypothecaria.* 46 & 47
Habet tamen priori casu dominus actionem salvam adversus venditorem ad interesse, & posteriori Creditor contra debitorem ad interesse & consequendum creditum 48
Defenditur æquitas & utilitas hujus juris 50. *seqq.*
Qui patitur tempora lege agentibus definita labi, juri pro se introducto renunciasse creditur 52
Magistratum sanctam semper libri publici fidem servare oportet 55
Quibuscunque modis alia quævis præscriptio interrumpitur, iisdem etiam efficitur; quo minus annus & dies currat his, in quorum præjudicium cedere videntur, quæ libro publico inscripta sunt. 57
Protestatio publica annalem præscriptionem interrumpit 58
Non æque privata. 59
Clam facta protestatio nunquam protestanti suffragatur 60

Anni

Anni & Dici Præscriptio à die Resignationis *currit* 61.*seq.*
Quod si diverso tempore res alienata resignata & inscripta *fuerit, ab Inscriptionis die annalis præscriptio currere incipit* 65
Annus & Dies ratione initii *utilis ratione vero* cursus *continuus est.* 66
Currit hoc tempus saltem scientibus, æque ac absentibus 67
Ignorantia hic non præsumitur 68
Sed juramento probanda est. 69
Juramentum justum illorum, quæ in animo consistunt, probandorum remedium est 70
In Praxi etiam ex capite justæ ignorantiæ restitutioni in integrum locus est. 72
Absentes alii naturaliter *alii* civiliter *sunt tales.* 73
Currit his annalis præscriptio ab illo tempore, quo pro scientibus habentur 74
Dies hic non, ut jure Saxonico, spatium 6. Septimanarum complectitur. 75 & 76
Septimus Resignationis judicialis *Effectus est, quod post annum & diem venditor emtori ad evictionem amplius non teneatur.* 80
Rationem vide. 81
Emtori venditor evictionem præstare tenetur, licet nec ille eandem sibi stipulatus fuerit, nec hic promiserit. 79
Octavus Resignationis Judicialis *Effectus est, quod liceat emtori alia non expectata traditione, vacantem rei venditæ possessionem occupare.* 82
Conclusio. *n. ult.*

§. 1.

CUm parum sit Jus nosse, si quem in foro producat effectum quidque operetur illi, cujus causa constitutum dicitur, ignoretur, merito circa quemcunque Juris articulum, ne inutile videantur suscepisse negotium, nulli nisi otiosa curiositate se delectanti profuturum, novam juris constitutionem promulgaturos, civibusque suis novam contrahendi regulam præscripturos, utilitatem ejus, quosque inter cives novum Ius novos parere effectus debeat, prudenti utique consilio respicere oportet. Neque alia prima illis cura magis cordi esse debet, exactam novi qui Iuris evolutionem scriptione sua complecti sibi sumunt, quam, ut commentationem suam insigni, quam lecturis suaviter promittit, utilitate commendent. Quare operam neutiquam lusuri videmur, si hoc capite ultimo varios, quos *Resignatio Judicialis* in foro partim Saxonico, partim Lubecensi producit EFFECTUS, paulo pensiculatius examinandos suscepimus.

(margin: 1, 2, 3)

§. 2.

4 §. 2. Quos inter primum occupat locum, quod hac prævia
solennitate, contractus Iure Lubecensi *Pro Judiciali* habeatur, publico-
rum inde Actorum vim atque fidem sortiturus. Mev. ad Ius Lub.
5 *Lib.3. Tit.6. a.1. n.8.* Cum enim hoc Jure *Resignatio Judicialis* tum omni-
bus demum numeris absolvi noscatur; quando Judiciali Cessioni Pu-
blica in Librum Civitatis publicum inscriptio accessit. Mev. *d. l. art.2.*
6 *n.1.* hoc pacto expedita *resignationis* solennitas rem liquidam, claram
atque notoriam efficit. Coler. *de Proceß. Executiv. P.4 c.1. n.50.* nullius
extrinsecæ amplius probationis indigam *arg. L. Gesta.6. ff. de Rejudic L.*
Apud 2. C. de Edend. c. Olim. X. de V. S. Coler. *d. Tr. P.3. c.2. n.20.* sed Se-
natus authoritate, quo in testium multitudo, Castrensis, Jason, Brunn.
& Ddres, communiter, ad L. Omnium C. de Testam. Mynsing. *Cent.6. Obs.29.*
Carpz. *P.3. C.3. D.11.* Francisc. Barry. *L.1. Tit.2. n.4.* ac actus Justitiæ
nunquam non præsumitur. *L.2. C. de Offic. Civ. jud. inibique* Brunnem.
L. Injur.15. §. is qui ff. de Injur. L. Iniquum 17. L. pen. & ult. C. de his, qui accus.
non poss. Men. *Lib.2. Præs.67.* Masc. *de Prob. Concl.1006. n.22.* Barbosa *ad*
8 *L.2. C. de off. civ. jud. & Lib.9. Tit.89. axiom. ult.* Christin. *Dec.83. n.2. Vol 2.*
& publico totius civitatis, fidem ac robur Libri publici, qua decet ob-
servantia ac reverentia, agnoscentis consensu suffultam. Mev. ad Jus
Lub. Lib.5. Tit.6. a.1. n.9.

9 §. 3. Unde oritur EFFECTUS SECUNDUS, sc. Quod taliter
expedita *resignationis* solennitas, *Processui Executivo & Summario,* ut in li-
quidis, locum faciat, Judice à præcepto hic recte incipiente, fidem ad-
implere nolenti certum præfigendo terminum, quem intra datam
liberare fidem invitus jubebitur. Vid. Mind. *de Mandatis Lib. 2. cap.66.*
n.4. & 5. Mev. *Ad Jus Lub. Lib.3. Tit.6. a.1. n.9. & L.5. T.6. a.1. n.5.*

10 §. 4. TERTIUS *Resignationis Judicialis* EFFECTUS est valida
11 dominii in accipientem translatio. Neque enim aut Jure Lubecensi.
Vid. Lübsche-Stadt-Recht. *L.3. Tit.6 a.1. verbis:* So muß dasselbe vor dem
Raht verlassen werden/ *& a.2. d. L.3. Tit.6. verbis:* Die sollen dem Käuffer
vor dem sitzenden Raht verlassen werden/ inibique Mevius aut Jure Sa-
xonico. Land-Recht/ *L.2. a.30. & Const. Elect. Nov.61.* Jac. Schultz. *in Addit.*
12 *ad* Coler. *P.2. Dec.279.* Peter. Heig. *P.2. Quæst.17. n.18. & Qu.18. n.9.* Si-
mon. Pistor. *in Not. ad* Hartm. Pistor. *Obs.230. n.57.* Rauchbahr. *P.1. qu.6.*
n.34. alibive locorum, ubi hæc traditionis solennitas usu fori recepta
13 est. Gabr. Mud. *de Pign. c. Quemadmodum hypothec. contr. n.25.* Wamess.
L.3. c.486. & Consil.499. n.5. Frider. à Sande. *cum notis* Lamb. Goris

Fr. de

Fr. de Effestucatione, c. 3. Valer. Audr. Dessel. *in Addit. ad* Zoes. *Inst. Tit. de R. D. n. 76* aliter rerum immobilium in accipientem derivari dominium potest, quam si Judicialis præcesserit Resignatio. Sicuti enim 14
Jure Civili, cui resignandi necessitas incognita est, venditione solo consensu perfecta, venditor rei venditæ dominus esse haud desinit §. 3. *J. de Emt. L. 41. ff. de furt. L. Si ager 50. ff. de R. V.* proprietate nudis pactis & conventionibus à proprietario non abitura. *L. 20. C. de Pact. inibique* Brunnem. sed accedat traditio necesse est. *d. L. 20. &* §. 40. *de R. D.* Ita, ubi resignationis solennitas ad consummandum actum 15
ac contractum præter traditionem Localibus statutis introducta, aut utentium moribus recepta est, effectu traditionis defunctura, non aliter res pleno in accipientem Jure devolvitur immobilis, nisi Judicialiter venditor antea Juri, quod transferre discupit, suo renunciaverit: Wo er es nicht zuvor Gerichtlich verlassen hat. Ludov. Fasch. *l. Differ. Jur Sax.* 4. Christ. Zobel. *P. 2. Differ. 28. n. 1.* Dan. Möller *Ad Const. Saxon. 23. P. 2. n. 16.* inibique Reinh. Rosa. *In Addit.* Berlich *P. 2. Concl. 14. n 3.* Ut hinc, quod justo vestita titulo operatur jure Civili traditio, id 16
Jure Lubecensi & Saxonico Legitime expedita efficiat resignatio.

§. 5. Nec adversatur hactenus dictis (1) quod magni nominis 17
JCti Saxon. ad rei allodialis, solis bonis emphyteuticis ac censiticis, nec non feudalibus exceptis, validam alienationem ac dominii translationem Jure Communi Saxonico neutiquam resignationem desiderari autument, omnes à nostræ sententiæ Patronis adductos Juris Sax. textus, ad donationem duntaxat avitorum bonorum, nunquam non fraudibus ac dolosis machinationibus obnoxiam, restringentes, nostramque assertionem, ipso Juris Saxonici textu destitutam, à Glossa primo Latina excogitatam, deinde vero authoritate Authorum Differentiarum aliorumque Doctorum cœco quodam suffragandi impetu illorum vestigia prementium, communemque errorem errantium confirmatam esse arbitrantes; quos inter agmen ducere videtur Excellentissimus Frantzkius. *L. 2. Resol. quæst. 12* Junctis Struvio *in S. J. C. Exerc. 22. th. mihi* 108. *in fin.* & Richtero. *de Concurs. Credit. c 2 membr. 19. n. 17.* Respondendum enim est cum Carpzov. *P. 2. Decis. 127 n. 15. seqq.* 18
inibique plena manu allegatis Dbus. Observantiam fori Saxonici longe certissimam, qua de præter propriam multorum annorum experientiam, omnes à Carpzovio adducti Ddres unanimibus suffragiis 19

 testan-

testantur, validissimum asserto nostro tribuere præsidium; unde magis quam ex verbis, authoritatem Juris Saxonici æstimare convenit.

20 §. 6. Neque majoris (2) momenti est, quod non usque quaque expeditam hanc esse Observantiam reponat JCtissimus Frantzkius d. l. Scabinis Lipsiensibus æque ac Wittenbergensibus, Jenensibusque non stricte semper hanc sententiam amplectentibus, retro
21 id Judicatorum fide luculenter testante. Recte enim supra allegatus monet Carpzovius *d. Dec.127. n.19.* Vel certas facti circumstantias, Juris applicationem nunquam non variantes, contraria extorsisse pronunciata, vel communis observantiæ neglectum iisdem causam de-
22 disse, cum, (*verbis utimur Carpzovianis*) non raro novelli in Dicasteriis Assessores rectius sibi sapere videantur, vel saltem decisa Antecessorum ad theoriam & disputata Academica revocent ambiguaque reddant, usque dum errore suo cognito, ad placita Antecessorum redeant, quæ facile aspernari piaculum sibi alii ducunt.

23 §. 7. Sicuti nec hactenus dictorum fidem subvertit, vel saltem dubiam facit, quod male hic à nobis effectus transferendi dominii soli tribuatur *Resignationi Judiciali*, cum tamen hæc de Jure Saxonico sine
24 *Judiciali Traditione ac Investitura.* Carpzov. *L. 5. R.41. n.9. & L.1. Resp.102. n.1.* & de Jure Lubecensi, sine *Inscriptione* in Librum publicum Mev. ad
25 Jus *Lub. Lib.3. Tit.6. a.2. n.1.* rem non faciat accipientis. Respondendum enim est: Nos hic non spectare Resignationem *inchoative* duntaxat, sed *completive*, prout perfecta est, i.e. omnibus suis constat par-
26 tibus *arg. L.1. ff. de O. J.* & eatenus resignationi effectum transferendi dominium tribuere. Quanquam nec inepte dici possit, respectu ad intentionem & voluntatem *resignantis* habito, *resignationem Judicialem*
27 operari effectum transferendi dominii: Sicuti enim jus Civile in transferendo mediante traditione, positis terminis habilibus, dominio, potissimum attendit voluntatem volentis rem suam in alium transferre, illamque tum ratam habet. *§.40. ff. d. R. D.* Ita, ubi præter traditionem, statuta *resignationis* desiderant solennitatem ad transferendi dominii effectum, potissimum ad voluntatem serio *resignare* volentis respiciunt, ut tum, quantum ad hunc attinet, dominium in accipientem transiisse videatur, si hic modo omni juri suo rite renun-
28 ciaverit. Accedit, quod utroque jure tam Investituram, quam Inscriptionem in librum civitatis publicum Judicialis præcedat *Resi-*

gnatio.

gnatio. Neque enim aliter novi possessores de bonis immobilibus 29
investiri possunt, nisi prior & antiquus possessor suæ investituræ verbis expressis renunciaverit. Hartm. Pistor. *Obs.*230. Carpz. *L.*5. *Resp.*41. *n.*7.
Ut ergo & hoc respectu recte *Resignationi Judiciali* hic effectus derivan- 30
di dominium in accipientem detur, qua sine neque Judicialis inve- 31
stitura, neque in Librum Civitatis inscriptio rem alienatam accipienti pleno addicere effectu valitura est. Confer. Carpzov. *d. L.*5. *Resp.*41. *n.*6. & 10. *inibique all. Ddres.*

§. 8. Fluit ex proxime dictis suapte quasi vi QUARTUS 32
EFFECTUS Resignationis judicialis, scilicet quod prædio feudali duobus vendito ac tradito, ille præferendus sit, qui *prævia resignatione judiciali* consensu Domini primo possessionem adeptus est. Quan- 33
quam enim illum, cui feudum cum consensu Domini venditum traditum est, alteri, qui prævia resignatione judiciali ejus possessionem nactus est, præferendum esse videri possit per *L.*15. *C. de R. V.* ubi Imperatores Diocletianus & Maxim. ita rescripsere: Quoties duobus in solidum prædium jure distrahitur, manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potentiorem; ut vi hujus Rescripti sic satis expeditum esse videatur, eum, qui prius per traditionem jus reale in prædio feudali est consecutus, præferendum esse alteri, qui posteriori possessionis jure nititur Jason. *ad d. L. Quoties De R. V.* Schurffius. *Consil.*53. *Vol.*1. Zasius. *de Feud. P. d. n.*16. & Schrader. *de feud. P.*5. *n.*2. *n.*19. Quia tamen ad prælationem in jure dominii 34
non sufficit nuda detentio, sed possessio *justa atque legitima* sit, necesse est, qualis non est, deficiente *judiciali resignatione*, cum hac non prævia, Vasallus licet feudum alteri vendiderit, tradideritque, possessionem 35
tamen ac dominium usque ad illud tempus retineat, quo feudi *resignationem* coram Domino faciat. Hartm. Pistor. *Obs.*230. *n.*1. & Coler. *De Process. Executiv. P.*1. *c.*10. *n.*166. Utique potior illius conditio erit, qui mediante *resignatione Judiciali* Domini consensu legitimam feudi possessionem nactus est, illo, qui sine *Judiciali resignatione* prius feudum venditum traditumque accepit. Vid. Carpzov. *Lib.*5. *Resp.*41. *per tot.*

§. 9. Nec alia ratio est in prædio allodiali duobus vendito & 36
tradito. Nam & h. c. ille alteri præfertur, in quem possessio non quomodocunque, sed *Juste & legitime*, i. e. prævia judiciali cessione & *resi-*

gnatione translata est. Vid. Carpz. *d. l. Resp.* 41. *per tot.* & Mev. *ad Jus Lub. Lib.* 3. *Tit.* 6. *a.* 1. *n.* 10.

37 §. 10. Cum ergo ante *Judicialem resignationem* venditor vel alienans dominus maneat, ejus consectarium est, emtorem hac non facta, creditori suo in re alienata atque tradita hypothecam constituentem, nil quicquam securitatis ac roboris per istiusmodi hypothecam in
38 ipsum transferre. Cum enim alienæ rei oppignoratio Jus firmum ac reale Creditori haud tribuat. *L.* 2. *ff. de Pign. Act. L.* 1. 2. 6. & 7. *C. si alien. res pign. dat. sit. inibique* Brunnem. Neguzantz. *de Pign. P.* 2. *memb.* 3. *n.* 52. Molina. *de J. & J. Tr.* 2. *Disp.* 529. *n.* 3. & 4. debitore in re non sua Jus aliquod alteri constituere non valente *L. Nemo* 54. *ff. de R. J. L. Qui filias* 6. *C. Quæ res pign. obl. possi.* parum Creditor hac sibi hypotheca consulturus est: Carpzov. *p.* 2. *Decis.* 127. *n.* 3. *seqq.*

39 §. 11. Illud etiam facile ex hactenus deductis liquescit. Cum prævia *resignatione* dominium in emtorem abeat, venditorem pro residuo pretii obtinendo reliquis creditoribus vel hypothecariis, vel
40 privilegiatis, moto Cridæ processu, haud præferri. Utut enim non facta *resignatione*, qua dominus rei venditæ cunctis Creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus præferatur. Rauhb *P.* 1. *qu.* 6. *n.* 12.
41 Neguzant. *d. Tr. P.* 5. *membr.* 2. *n.* 18. Dan. Möller. *Lib.* 1. *Semestr.* 4. *n.* 1. & facta licet resignatione, Jure privilegii personalis gaudeat, cunctis anteponendus chirographariis. *Ordin. Judic. Elect. Sax. Tit.* 49. §. *fin.* verbis: Imgleichen / da einer etwas verkauffet hatte / und ihm von der Kauff-Summa was hinterständig / er aber hingegen sonsten nicht versichert wäre/wollen wir ihm hiemit gleichfals ein Personale privilegium gegeben haben. Hoc tamen casu intuitu residui ipsum Creditoribus hypothecariis posthaberi docte demonstrat Carpzov. *P.* 1. *Const.* 28. *Def.* 21.
42 *per tot.* ubi *n.* 1. docet: Hoc tamen pati exceptionem, si venditor in casum non soluti pretii rei venditæ dominium sibi reservaverit.

43 § 12. QVINTVS Resignationis Judicialis EFFECTVS est quod hic legitime facta, in foro Saxonico præsertim Electorali, cesset Retractus Linearis per expressam *Const. Elect.* 31. *P.* 2. *verb.* Ehe die Güter tradiret und aufgelassen. Berlich. *P.* 2. *Concl.* 39. *n.* 17. Coler. *Dec.* 16. *n.* 8. Stryk. *Tr. de Success. ab intestat. Diss.* 6. *Cap.* 4. *n. ult.*

44 §. 13. SEXTUM, eumque sane insignem Resignationis Judicialis EFFECTUM colligere est ex Jure Lubecensi, scilicet,

Quod

Quod, si alienationis contractum subsequatur solennis & publica *Resignatio, nec non Inscriptio* in librum publicum die Verlassung und Einschreibung / anno & die præscribatur omnibus, contra res venditas aut aliter alienatas competentibus actionibus, ita, ut hoc temporis spatio præterlapso, acturi, præscriptionis exceptione à limine judicii repellantur, Lübsche Stadtrecht *L.* 3. *art.* 3. *Tit.* 6. verbis: Der soll es binnen Jahr und Tag thun / nach dieser Zeit soll er nicht zugelassen werden / cum quo conspirat Jus Hamburgense. *P.* 1. *a.* 3. *Tit.* 30. Hanc 45
quippe vim communem esse illorum, quæ publico civitatis inscribuntur libro, ut emenso anno atque die, nulli amplius impugnationi obnoxia sint, evitenter evincit jus Lubecense. *L.* 5. *Tit.* 6. *a.* 1. verbis: Wird etwas in des Raths Oberste Stadt-Buch geschrieben / und solches würde in Jahr und Tag / nicht angefochten / so kan darauf künfftig niemand eine Rede thun. Unde conjectu facile est, exacto anno at- 46
que die, rem prævia *resignatione* venditam, tanquam suam vindicaturum non audiri, integra tamen ipsi actione contra venditorem ad id, quod sua interest Vid. Mev. *ad jus Lubec. L.* 3. *Tit.* 6. *a.* 3. *n.* 6. Ubi 47
numero 7. *& seqq.* id etiam ad actionem hypothecariam, hypotheca in re vendita publicè constituta, extendit, ut hac quoque exacto anni ac diei spacio, experiri non liceat, salva tamen & hoc casu creditori contra debitorem actione ad petendum creditum & interesse 48
Idem *d. l. n.* 12. Quæ juris constitutio licet juri communi, quo actiones omnes non nisi longo vel longissimo tempore fato suo defunguntur ac terminantur *L.* 3. *& t. t. C. De Præscript.* 30. *vel* 40. *ann. inibiq;* Brunnem. aperte refragetur, non tamen eam æquitate ac utilitate ca- 49
rere opinari fas est: Præterquam enim, quod è re maxime Reipublicæ visum fuerit, ne rerum dominia semper in incerto sint, atque litium amputarentur occasiones, & in tranquillo Respublica floreat 50
statu, metam actionibus ponere, quamquam sæpe prolixiorem, quanto magis ad abbreviandas litium molestias expediet, justo & salutari remedio tempus illud magis coarctare, quod, si quis supinâ correptus negligentia temere labi passus fuerit, desidiæ suæ luet 51
pœnam. Nec habet cur conqueratur; Qui enim tempore lege agentibus definito non utitur, jure suo tacite videtur renunciasse, damnum non sensurus, sua quod culpa sentit *c. Damnum* 86. *de R. J. & ibi* Strik, 52
L. 203. *ff. d. R. J.* Accedit, quod inscriptio publico expediatur loco, ad quem omnibus patet accessus, & singulis, qui damnum inde re- 53

 sor-

formidant, integrum sit, copiam inspiciendi, quid inscriptum sit,
impetrare, ut hinc, quo major illorum, quorum interest, negli-
54 gentia est, eò Justior hæc noscatur esse præscriptio. Et licet tandem
temporis brevitas uni præjudicio esse possit, id tamen commodo in
multos pensatur, quibus inde quies est, & adversus ampla alias li-
tigia securitas Mev. ad Jus *Lub. Lib. 5. Tit. 6. art. 1. n. 10.* Ubi *n. 11. & seqq.*
hanc caussam permovere debere Magistratum, rectè subjicit, ut san-
55 ctam semper servet libri publici fidem, nec eam per affectus, desi-
deria, aut disputationes partium, nedum sua decreta temerari pa-
tiatur, cum longe magis peccetur in Remp. quantum sæpe uni hac
in re indulgetur.

56 §. 14. Intra annum ergo & diem inscriptionem impugnare fas
est: *Sed quibus id fieri remediis debeat, non impertinenter hic quæritur?*
Nos, ne modum migret Disputatio, quæ præter intentionem sub
57 manibus crevit, generalem hic ponimus Regulam: *Quibuscunque mo-
dis alia quævis præscriptio interrumpitur, iisdem etiam efficitur, quo minus an-
nus & dies currat his, in quorum præjudicium cedere videntur libro publico inscri-
pta* Vid. Mev. *proximè all. loco n. 21. ubi n. 22. seqq.* subjicit: Protestationem
58 publicam intra annum & diem interpositam recte annalem præscri-
ptionem interrumpere, non itidem clam, aut nescia altera parte, vel
59 Senatu factam. Hæc enim protestanti nunquam suffragatur. *L. Aut*
60 *qui aliter. 5. §. 1. & 2. ff. Quod vi aut clam.* inibique Brunnem. Bartol. *ad
L. Non solum ff. De Nov. oper. nunc.*

§. 15. A quo autem annus & dies Jure Lubecensi currere inci-
piat tempore; Num à die *venditionis*, An vero à die *factæ Resignationis*,
61 cum id expresso juris textu nullibi decisum deprehendamus, sæpe
disputatum meminimus? Nos illis adstipulamur, quibus placet *Re-
signationis* diem, tanquam terminum à quo hujus præscriptionis at-
62 tendendum esse. Movemur (1) textu *a. 1. & 2. L. 3. T. 6.* Ubi tempus,
intra quod alienans de evictione tenetur, currere incipit à tempore
Resignationis. E. Par ratio erit hujus annalis præscriptionis, utpote
63 qua completa, cessat evictionis præstandæ necessitas. (2) Quod non
alienationi, sed inscriptioni in librum publicum hic effectus tribua-
64 tur. *a. 1. Tit. 6. L 5.* Nec (3.) absque ea venditio pro perfecta effecti-
ve habeatur. Confer. Mev. *ad a. 3. L. 3. Tit. 6. n. 20. seqq.*

§. 16. Hæc quidem procedunt, si *Resignatio & Inscriptio* uno eo-
65 demque tempore expediatur. Quid autem, si ob justam alicujus con-
tradictionem Inscriptione suspensâ, venditor saltem *resignaverit*? Et
Re-

Respondemus hoc casu *Inscripionis* momentum præscriptioni initium præbere. Non enim statuto satisfieri videtur, nisi *resignationi* per *Inscriptionem* ultimum complementũ accesserit, de quo supra fusius egimus.

§. 17. Dum Præscriptionem annalem, uno tempore *Resignatione* & Inscriptione expeditis, initium accipere à *Resignationis* die diximus, id ita accipi nolumus, ut hoc tempus tam ratione *initii*, quam ratione *Cursus* continuum esse inde temere quis inferre vellet. Non enim quidem diffitemur, annum ratione *cursus* continuum esse; At vero eundem ratione *initii* utilem esse juxta statuimus, non solum *absentibus* per expressum textum *a.3. L. Tit. 6. & a. 1. L. 5. T. 6.* sed etiam *præsentibus*, ut utrique Justa ignorantia non obsit. Quod si ergo præ- 67
sens ignorantiam, quæ quidem, inscriptione in publico loco fieri solita, indeque nulli non obvia, Bertazol. *in Tract. Clausular. 31. gloss. 2. n. 18.* hoc casu vix sine rubore & falsi suspicione obtenditur. Bartol. *in L. Si Tutor. C. De Peric. Tut.* Gabriel. *Com. Opin. Lib. 6. Tit. De R J. Concl. 5. n. 19.* non affectatam *L. 2. §. ult. ff. Siquis caut. L. Qui contra. C.* 68
De Inces. Nupt. si non aliter, Juramento, quod Justum illorum, quæ in animo consistunt, probandorum remedium est. Heig. *P. 1. q. 40. n. 20.* Carpzov. *P. 2. C. 22. D. 6.* certo ac liquido probaverit, etiam post annum & diem impugnaturum, quæ libro publico inscripta sunt, audiendum esse arbitramur. Tum, quod Jure civili ignorantibus 69
tempus annale aut brevius non currat. Tiraquell. *De Retract. signag. §. 35. Gloss. 4. n. 1. & 22.* Mev. *ad a. 1 Lib. 3. Tit. 5.* Hartm. Pistor. *L. 2. qu. 12. n. 26.* Tum, quod in aliis articulis Jure Lubecensi annus & dies 70
ad scientes saltem restringatur. Vid. Mev. *ad a. 1. Tit. 8. Lib. 1. n. 37. & d. t.* Tum, quod, quæ ratio absentibus demum à tempore scientiæ 71
voluit hanc obesse annalem præscriptionem, scilicet, quod justa ignorantia nemini damno esse debeat, eadem & pro præsentibus, sed juste ignorantibus militet. Tum denique, quod communis & in Praxi recepta sit sententia, ex Justâ ignorantiæ caussa etiam adver- 72
sus tricennalem præscriptionem, nedum minorem, dari in integrum restitutionem. Cardinal. Tusch. *Tom. 6. Pract. Concl. Lit. P. Conclus. §. 5. 87. n. 3.* Gail. *2. Obs. 19. n. 18* Zanger. *De Except. P. 3. c. 10. num. 227.* Sfort. Odde *De Rest. in integr. P. 2. qu. 90. a. 4* Böer. *Dec. 39. n. 1.*

§. 18. Absentes alios esse *naturaliter*, alios *civiliter* tales nulli non no- 73
tum est. Illis, cum annus & dies demum à tempore currat scientiæ per *proximè dicta*, his v. gr. Furiosis, Mente captis, Pupillis, Mino-

74 noribus &c. à quo annus currat tempore videndum? Et verius eſt, illis annum & diem cedere ab illo tempore, quo pro ſcientibus habentur, i. e. quo ad intellectum rerum pervenerunt. Mev. *ad Jus Lub. Lib. 6. a. 1. n. 25.*

75 §. 19. Diem autem anno Jure Lubecenſi adjectum, ejus rationem videſis apud JCtiſſimum Mev. *L. 1. Tit. 8. a. 1. n. 12.* non ſicuti de Jure Saxonico, continere ſpacium 6. Septimanarum, ſed unicum
76 diem, præter 365. dies, quibus annum conſtare novimus, colligere eſt ex prælaudato *Mevio d. l.*

77 §. 20. Septimus priori proximè affinis de Jure Lubecenſi Reſignationis judicialis Effectus eſt, quod, quanquam de Jure Civili alienans pro pretio emptorem indemnem ſervare, indeque ex
78 natura emtionis, Sichard. *ad Rubr. C. De Evict. n. 9.* Weſenbec. *in ff. eod. n. 2.* ad evictionem, etiamſi nihil de ea conventum ſit *L. 6. C. De Evict. L. Ex emto 11. ff. De A. E.* accipienti teneatur. Vid. Brunn. *ad d. L. 6. ibique alleg. Dd.* idque tam diu, quam diu tempora uſucapionum non-
79 dum ſunt finita; hæc quidem Jure Lubecenſi ſe ſecus non habeant, modo tamen id ſpeciale hic notemus, quod facta *reſignatione*, poſt annum & diem venditor emtori ad evictionem amplius non obligetur
80 *a. 1. L. 3. Tit. 6.* Quod Jure Civili ſecus. Cujus hanc credo ſubeſſe rationem, quod poſt annum & diem res alienata à nemine, poſſit emtori evinci, ergo fruſtra ultra annum quis evictionis urgeret præſtationem.

81 §. 21 Octavus Reſignationis judicialis Effectus eſt, quod hac legitimè facta liceat emptori, alia non expectata traditione, vacantem rei venditæ poſſeſſionem occupare, non vacantem autem ſine ſtrepitu Iudicii ac litis ſufflamine adjudicatione impetrare. Mev. *ad art. 1. Tit. 6. Lib. 3. n. 11.*

82 §. Ult. Alios, ſi qui ſunt, *Reſignationis Judicialis* effectus, temporis, quo excludimur, ratio, ac itineris inſtantis meditatio, curatius rimari haud permittunt; quare velis Diſputationis hac vice contractis, à Te, Candide Lector, ut, ſi quædam minus exaſciata irrepſerint, politiori corrigas Iudicio, ac in meliorem pro tuo candore partem interpreteris, ea qua decet humanitate contendimus. Tibi vero, Ter glorioſe Deus, pro ea, quam nobis clementiſſimè largitus es, gratia, gratias nuncupamus nunquam deſituras, Tuæque providentiæ omnia porro conamina noſtra ſubmiſſâ mente commendamus.

TANTUM.

COROL-

COROLLARIA.

INter irrationabiles Opificum consuetudines non ultimum sane meretur locum, quæ injuriato opificii exercitio tam diu interdicit, donec famam suam contra injuriantem legiteme defenderit. Vid. Ref. Pol. de Ann. 1577. Tit. Von Handwercks-Sühnen. Proceditur enim hic inverso prorsus ordine, cum jura non injuriato, sed injurianti pœnam infamiæ dictitent, L. 1. ff. De his, qui not. infam.

2. Quanquam ex communi Doctorum sententia Clausula Codicillaris omnia testamenti vitia, quæ ex inhabilitate testatoris & ex defectu voluntatis non oriuntur, sanare dicatur, adeo, ut præteritionis & iniquæ exheredationis impedimentum per illam tolli afferant. Fab. Turret. De Effect. Clauf. Codicil. qu. 25. n. fin. Vasqu. De Success. creat. L. 2. § 20. n. 251. Nos tamen rectius dici opinamur: Hanc clausulam planè nullum, imo ne minimum quidem solennitatis defectum sanare, cum, quo casu vi illius Clausulæ testamentum sustinetur, illud tale esse desinat & in codicillos degeneret, scriptis heredibus non integram hereditatem, sed detracta quarta dodrantem saltem consecuturis.

3. Legitimam, qua talem, Statutis planè tolli posse, juri non adversatur.

4. Collateralibus neque jure naturali, neque jure civili præcisè fratris deberi hereditatem, sed etiam sine caussa in conscientiæ foro à fratre eosdem præteriri posse, inopem si exceperis fratrem, dissentiente licet Sutholt. Diss. 11. ad Inst. Coroll. 1. asserere nulli dubitamus.

5. Licet Obligationes ad Obstagium Zum Einlager Per Refor. Polit. de Ao. 1577. Tit. 17. Von Wucherlichen Contracten. §. wiewol auch sub Cassatoria clauussula interdictæ sint. Gail 2. Obs. 46. Hering. De fidejussor. c. 17. n. 69. Carpzov. P. 2. C. 22. D. penult: Berlich. P. 2. Concl. 28. n. 160. renunciatione etiam jurata Coler. De Process. Execut. P. 1. c. 8. n. 89. hujus, ceu publici & prohibitivi Juris, nil quicquam valitura arg. L. 5. C. de LL. Dalner De Renunciat. c. 9. n. 1. seq. quin tamen vi Instrumenti Pacis Osnabr. a. 8. §. De Indaganda, in fin. & Ordinat. Provincialis Haderslebiensis de Ao. 1604. in Patria rectè observetur, sublatoque abusu, nil vitii contineat. Vid. Dn. Tabor. De Obstag. c. 4. n. 4. Debitore propitio Jure se ad arrestum ubicunque locorum deprehensus fuerit, nec non ad carcerem obligare valente, cum Strykio Tr. De Caut. in Contr. necess. Sect. 2. c. 1. §. 37. aliisque magni nominis JCtis defendere sustinemus.

6. Das Strand-Recht / rectius dicitur das Strand-Unrecht / cum omni juri refragetur, C. C. C. art. 218.

7. Cujus filiam uxorem ducere non licet, ejus tamen neptem ducere permittitur, contra Regulam §. 3. J De Nuptiis quæ sano tamen sensu utique procedit.

8. Rationem, cur annulus pronubus quarto inseratur in publico copulationis actu digito, sc. quod in eo vena quædam sanguinis ad cor usque perveniat. Vid. c. 7. Causs. 30. qu. 5. recentiorum Medicorum observationi contrariari, rectè docet Cypræ. De Sponsal. c. 11. §. 4. n. 6. & Lauterbach. Diss. De Arrha. th. 63.

9. Vulgaris subscribentium clausula: Doch mir und meinen Erben unschädlich / cautela abundans est. Moller ad Const. Sax. 52. n. 17. P. 2. Coler. De Proces. Execut. P. 3. c. 1. n. 135. Sicuti & illa contractibus inseri solita: Für mich / mein Erben / und Erbnehmen / tanquam abundans cautela per L. 13. C. De Contr. & comm. stipul. L. 38. §. 13. L. 56. §. 1. ff. de V. O. membranam saltem occupare videtur. Coler. De Process. Execut. P. 1. c. 10. n. 32. exceptis negotiis sui natura ad heredes non transitoriis. Vid. R. J. de Ao. 1654. §. damit auch zum vierdten / rc inque quibus persona industria eligitur Stryk. d. Tract. Sect. 1. c. 4. § 15.

DIS-

DE

IN- ET EXCULPATIONE VULNERATI MORIBUNDI.

Vulgo

Von der Be- und Entschuldigung eines Sterbenden Verwundeten.

QUAM

OCCASIONE ART. C.C.XXV. §. Zum sechsten/ & L. II. FF. DE SCT. SYLL.

PROPITIANTE TRI-UNIUS NUMINIS GRATIA

AC

Suffragante Illustri JCtorum Ordine in Per-Antiqua ac Celeberrima Universitate Patria

SUB PRÆSIDIO

VIRI PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, ATQUE EXCELLENTISSIMI,

DN. JOHANNIS KLEINII,

J. U. D. AC PANDECT. PROFESSORIS DUCALIS Meritissimi, Consist. Duc. Megap. Assess. ac p.t. Direct. Gravissimi,

DN. PRÆCEPTORIS, ac STUDIORUM PROMOTORIS summa veneratione ac observantia ad tumulum suspiciendi.

Ad diem 1. Junii, A. O. R. M. D.C.VCV.

IN AUDITORIO MAJORI

publico ac placido Eruditorum examini submittit

AUTHOR

IOACH. CHRIST. HILTEBRADUS. U. J. Cand.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

INGRESSUS.

OPpido ſollicitam, ac tenerrimam omnino noſtrarum Legum curam, quam in conſervatione ſupremi morientium, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, judicii, eorumque, quod amplius non redit, arbitrii, teſtamentis ac horum acceſſoriis expreſſi ſtudioſe fovent, in quibus tamen privatum ſaltem intereſſe primario exſplendet, omni laudum encomio majorem eſſe, neminem facile inficiaturum certus confido. * Non enim nudæ ipſarum authoritati, ſed concinnæ cum intentione morientis conformitati hæc Legum ſollicitudo indubiè eſt adſcribenda, cum hic in eo homo ſtatu ſit poſitus, in quo nil gratis, vel otiosè protuliſſe, ſed ultimum ſuum effatum qua certum enixæ voluntatis altâ deliberatione præmeditatæ ſymbolum cuſtodiri oppido voluiſſe cenſetur. At longè numeroſiori ea Legum benigna æquitas eſt frequentanda præconio, qua illa denaſcentium effata aſſenſus calculo probant, ac ſingulari effectuum robore firmant, ex quorum exitu SALUS PUBLICA principaliter feliciſſimè conſurgit. Quibus præcipuè MORIENTIS VULNERATI ſic dicta Criminaliſtis INCULPATIO & EXCULPATIO ſummo jure ſunt accenſendæ, quarum utramque tam curatiſſimâ Nomothetæ conſideratione ſunt dignati, ut certum ſpecialeque jus utrisque aſſignare nulli dubitaverint, ut prudenti omnino diſpicientes conſilio, ** Salutem Reipublicæ publicam tum ritè inſtitutâ delinquentium inquiſitione, ac quandoque ſecutura in eos animadverſione, tum legitimè ſuſcepta innocentium defenſione, eorumque procurata abſolutione omnium optimè firmari. Cum igitur de prædicta MORIBUNDI VULNERATI INCULPATIONE, ejusque in iure effectu *ARTICULUM* Caroloniæ Conſtitutionis Criminalis

* *L. Vel negare 5. ff. Teſt. quemadm. ap. L. Prætor 1. in pr. ff. Si quis om. cauſ. teſt. L. Habeat 1. C. de SS. Eccl.*

** *L. Congruit 13. ff. de Off. Præſ. L. Si operis 14. C. de Pœn. L. Servum quoque 33. §. Publicè utile eſt 2 ff. De Procur. L. Abſentem 5. pr. ibi: ſatius enim &c. ff. de Pœn.*

lis XXV. deque ejusdem VULNERATI MORIBUNDI EXCULPATIONE, & quid hæc ad eruendam exculpati innocentiam conferat, *LEGEM* 11. *ff. de SCt. Syll.* eleganter disponere, hanc vero nobilem suaque in foro utilitate se abunde commendantem materiam à JCtis vel frigide nimis, vel satis ad minimum perfunctorie & confuse tractari adverterim, animum sumpsi sub decursum studiorum Academicorum eandem sub incudem Disputationis vocare, inque illa evolvenda ingenii vires periclitari. Ne autem illota manu, neve impia mente saxum hoc volvendum adoriar, summo Numini, à quo omne principium, medium, & terminus, pie monente Imperatore in *N.109.pr.* tam benigno hactenus studiorum meorum Directori precum seriatum lito victimas, ut mentis tot cum fluctuantibus Doctoribus luctaturæ nubes quascunque vaporosas pellere, animumque ac calamum regere gratiose dignetur, quo errorum anfractus sinuosos caute prætervectus, ipsa verioris rationis ac receptæ opinionis vestigia premere ex voto valeam. A Te vero, quod superest, Ἀναγνῶστα candide, enixe expeto, ut favore Tuo propenso hunc meum laborem fulcias, probe recordans, idem omnibus ob summam ingeniorum, hinc & judiciorum diversitatem perplacere, difficile oppido, imo ferme impossibile esse; quod si pensitaveris, eo simul suaviorem ac blandiorem affectus Tui auram adspirabis, benivoleque excusabis, si in hac ardua satis, & non dicam à nemine (id enim vel arrogantiæ, quam mens mea detestatur, vel mendacii forsan, cum omnia JCtorum scrinia perrepere, nec temporis angustia, nec ipsa opera desperata forsan futura siverint, me convinceret,) à per paucis tamen Cathedræ adaptata materie evolvenda quid humani me passum esse deprehenderis. Ne autem in eadem exponenda vel nullo, vel indigesto ac tumultuario ordine processisse videar, eandem IV. innectere lubet Capitibus; Quorum *primum* sistet generalia circa *In-* & *Exculpationem moribundi vulnerati*, una cum Rubri explicatione. *Secundum* proponet *Inculpationis* Casum, requisita, cumque contrariorum resolutione *Effectum ejusdem positivum*. *Tertium* evolvet *Effectum Inculpationis negativum*, cum dubiorum discussione. *Ultimum* demum *Effectum Exculpationis*, tum *positivum*, tum *negativum* una cum responsionibus ad obstantias exhibebit. Sit Ergo.

CAPUT I.

Sistens

Generalia circa in-& exculpationem moribundi vulnerati, una cum rubricæ succincta explanatione.

SUMMARIA.

In materia Indiciorum *& Torturæ totius ferme Praxis Criminalis fundamentum consistit.* n.1
Effectum condemnationis ad mortem indicia *non operantur* 2
Necessitas illorum ac utilitas demonstrantur. 3
Debent esse legitima. 4
Singula non sunt jure definita, cujus rationem dat. 5
Unde hæc ad similitudinem in jure vel plane, vel ex parte non decisorum judicis arbitrio committuntur. 6
Non tamen eapropter generaliter sunt incerta. 7
Definitio illorum traditur. 8
Ratio omissæ ejusdem explanationis affertur & generalis. 9
Et specialis. 10
Causa retinendæ definitionis traditæ proponitur 11
Indiciorum specialium definitio, illorumque sedes in C. C. suppeditatur. 12
Definitiones indiciorum communium & verisimilium cum horum synonymorum explicatione dat. 13
Indiciorum indubitatorum definitionem & synonyma exhibet. 14
Effectus s. Usus evolutæ hactenus distinctionis adducitur. 15
Dubium circa Indicia indubitata, quod sc. dicantur luce meridiana clariora, movetur. 16
Idem resolvitur & explicatur 17.18. 19.20.21.
Transitus cum connexionis ratione ad ipsam In-& Exculpationis *materiem*

riem, ac hujus utriusq; sedem genuinam aperitur. 22.23.
Etymologiam Inculpationis *sistit* 24
Significatio particulæ IN committitur judicis arbitrio. 25
Eadem distinctione, quod nempe ipsa particula vel privative vel augmentative voci jungatur, determinatur 26
Exempla utriusque acceptionis adducuntur 27.28
Ratio, cur particula IN voci: imprudentes *in L.52. §.3. Pro Soc. juncta* augmentative *accipienda sit, affertur.* 29
Textus citantur, in quibus particula in *voci:* Culpatus *tum privative* 30.31.32.33.34 35.36.37.38.39. *tum augmentative* 40.41.42.43.44. *jungitur.*
Quo in sensu in hac materia accipiatur, docet 45
Synonyma Inculpationis *afferuntur* 46
Affines voces exhibentur 47
Laboris definitioni judicii impensi à Duareno cum ejus laude mentionem injicit 48
Definitio inculpationis *traditur* 49
Ratio generis ipsius definiti assignatur. 50
Nec accusatio, *nec* denunciatio *generis loco commode poni possunt in definitione, cujus utriusque dat rationem* 51.52
Verba definitionis: Ad detegendum vulnerantem *explicantur* 53
Etymologia, Synonymum, & definitio Exculpationis *traduntur* 54
Materia Vulnerum *est maxime practicabilis* 55
Evolutio ejus sistitur remissive 56
Vulnera dividuntur in lethalia & non lethalia 57
Sedes hujus divisionis ex jure Civili & Criminali traditur 58
Lethalia definiuntur & dividuntur in lethalia de necessitate, & quam plurimum lethalia 59
Utriusque tradit: r efinitio 60.61
Comprobatur distinctio Responso eleganti 62
Vulnerum non lethalium definitionem cum explicatione exhibet 63
Quæ sint indifferentia vulnera, docet 64
Unde vulneris lethalitas æstimetur, remissive tradit 65
Distinctio vulnerum ad effectum in- & exculpationis *non attenditur, modo mors sit secuta* 66
Moribundi vel improprie, *vel* pro*dicuntur* 67
Illo modo 1. vivens quilibet moribundus dicitur, quod, quomodo intelligendum, explicat 68
Conveniens Synonymum moribundi ita considerati tradit 69
Quæ acceptio optime Principibus convenit. 70

Com-

Comprobatur eadem binis Philosophorum dictis 71.72.73.
2. *Officium depositurus dici potest moribundus, quod explicatur* 74
Proprie *uerum consideratur vel* specialiter, *vel* specialissime 75
Utriusque considerationis modum exprimit 76.77
Moribundum in Rubro disputationis specialiter *accipi, innuit* 78

1 FUndamentum totius ferme Praxis Criminalis in materia INDICIORUM & torturæ consistere, à PERSONALI *Tr. de Indic. & Tort Princ.* citato à JUSTO OLDECOP. *in Obs. Cr. Pr. Tit.1. O.7. n.2. p.29. & Tit.4. O.1. n.2. p.211.* ad cribrum dictum, ipsisque vel Bacidis
2 assertis verius esse, immote adopinor. Quanquam enim ipsa indicia, ut de tortura in præsenti sileam, per se & simpliciter effectum condemnationis ad mortem non operantur, *per notab. art. C. C.22. verb.* Niemand auf einigerley 2c. *ibique* B. Dn. CLASEN *p. m.103. & 104. L. absentem 5. ibi Sednec ff. de Pœn.* Vid. omnino Excell. Dn. PRÆSES, *Patronus summus, cui me totum* ἐν ζῆν *debere debite profiteor, in Diss. de Dieb. Critic.*
3 *Anno* 1687. *d.21. Septembr. hic habita C.3. n.31.32. cum cit.* illorum tamen evidens ac singularis, partim *necessitas*, dum singulas Processus Criminalis partes præcedere debent, & ad illas rite expediendas judicem nonnunquam violenter movere valent, partim *utilitas*, dum ad probationem delicti, indeque orituram ejus veritatem indagandam viam sternunt, & adminicula præbent, Vid. *L. Instrumenta 5. & L. Adprobationem 21. in f. C. de Probat.* in cujusvis delicti instituenda persecutione
4 splendidissime elucet. Quo autem hac sua virtute & authoritate potiantur, inprimis debent esse sufficientia ac Legitima, termino Criminali generaliter german. Redliche Anzeigungen. *art. C. C.6. ibi.* Redlich und derhalben gnugsame Anzeigung *art.8. 11.12. ibi.* Redliche und gnugsame Anzeigung *art.18.19.20.27.30.31.* §. zum dritten *art.32.33.34.37.38.40.*
5 *41.43.44.47.60.183.184.* dicta. Quæ cum generaliter ex circumstantiis ipsius facti colligantur, MASCARD *de probat V.4. Concl.1392. n.16.* hæque, dum sigillatim omnes, ut variæ & innumeræ, quæ quandoque inciderint, Legibus comprehendi nequeunt, *L. Neque Leges 10. & L. Non possunt 12. ff. de LL.* notabiliter paulisper mutatæ juris ad factum applicationem *L. si non sortem 26. §. libertas 12. vers. Et Celsus ibi. Nam plerumque ff. de Cond. ind.* præprimis hic in criminalibus B. Dn. THABOR. *in Barb. Libr.3 c.19. Ax.1. ibique cit. insigne illud Almæ quondam hujus*

Lumen

Lumen B. DN. COTHMAN. *Libr.*3. *Conf.*39. *n.*12. mutent, quibus ergo mutatis ipsa & indicia mutari necesse est, licet eapropter sanctione Carolina pœnali in universum omnia definiri & recenseri nequiverint *art. C. C.*18. *ibi.* dieselben Sachen *& art.*24. *ibi.* wenn nicht müglich 2c. nec *expresse, directo*, & formaliter sint determinata, sed judicis potius, ceu boni viri *L. Continuus* 137. §. *Cum ita* 2. *ff. de V. O.* Vid. 6
omnino MENOCH. *de A. qq. Libr.*1. *Proem. n.*6. *seqq.* MASCARD. *V.*4. *d. Concl.*1392. *n.*19. FARINAC. *Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*37. *n.*197. *cum mult. ex more all. & n* 198. CLASEN. *ad art. C. C.*18. *p.*88. jure vel plane, vel ex parte non decisa generaliter tum in civilibus, *L. si servus* 1. §. *Cum dicit.* 7
f ff. de jur. del. tum in pœnalibus *L. Hodie* 13. *ff. de Pœn.* notab. *L. de his* 1. §. *Expilatores* 1. *ibi. Quibus nulla &c. ff. de Effr. & exp.* notab. *C. de Causis* 4. §. 1. *X. de Off. & pot. jud. deleg.* decidentis B. DN. BRUNNEMAN. *ad d. L.*1. Jodoc. Damhoud. *in Pr. R. C Cap.*11. *n.*8. *& C.*36. *n.*10. B. Dn. Clasen. *in Comm. d. l.* juris dispositioni communi ac æquitati conformato, Vid. omnino Farin. *d. Qu.*37. *n.*193. 194. *cum innum.* & secundum duplex Sal, quo ejus mens referta esse debet, *Sapientiæ*, juxta Leges, & Canones, ne insipida, ac *conscientia*, ne fiat diabolica Damhoud. *d. C.*36. *n.*8. Roland. à VALL. *V.*3. *Conf.*12. *n.*5. *ibique cit.* bene ordinato arbitrio determinanda secundum omnes teste Jul. Clar. *Recept. Sent. L.*5. §. *f. Qu.*20. *n.*1. relinquantur; B. Carpzov. *P.*3. *Qu.*123. *n.*28. 29. 31. Clas. *d. l.* Bernhard. Zieriz. *in Not. ad C. C. Cap.*18. *verb. Una regula p.*34. non tamen eam ob varietatem & absolute definiendi difficultatem sunt incerta, sed eorum *potiora*, *tutiora ac frequentiora* in C. C. tanquam sede fundamentali sunt expressa & recensita. Ipsa vero indicia in genere 8
definiri possunt, quod sint legitima argumenta delicti demonstrativa, per quæ judex ad captivandum, inquirendum, torquendum, & quandoque condemnandum juste procedere potest. Non immorabor 9
multæ & anxiæ horum verborum per se apricantium evolutioni, multo minus sollicitæ, tædiosæ forsan, variarum ipsorum indiciorum definitionum, quas fuso stylo ex variis recenset Farin. *Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*36. *à n.*27. *ad n.*35. conciliationi, cum quodlibet verbum in definitionibus juridicis adpendere, & ad subtiliter philosophantium, quorum ferulis minime Leges subjacent, regulas reducere velle, simulatæ verius, quam veræ Philosophiæ, cujus tamen studium suo exemplo optimo tacite insinuat JCtus *in L. juri* 1. § *cujus* 1. *ff. de J. & J.* sit exercitium &

applicatio, hincque plus otii ac ſubtilitatis quam utilitatis, noſcatur,
10 præprimis hic, ubi omnes confictæ definitiones verbis in cortice quidem diſcrepant, in nucleo tamen ad eundem finem & effectum collineant, uti recte ex ſingularum relatione probat Farin. *d.l.n.34.in f.* Binis
11 interim ſaltem noto: Merito definitionem iſtam ad diviſionem inde commode eliciendam retineri. Dum enim delicti omnis veritas Judici demonſtratur vel comuniter, vel ſpecialiter, illoq; modo vel probabiliter & veriſimiliter, vel ſimpliciter, jure ſumo inde ſumma diviſio in indicia communia & ſpecialia, illaque vel veriſimilia, vel indubitata, fluit, ipſis articulis *C. C.25.29.* & *33.* eorumque Rubricis approbata, atque JCtis hactenus confirmata & defenſa. Carpz. *Qu.120.n.9. cum cit.*
12 & *ſeqq.* quem ſequitur Claſ. *ad art. C. C.20.p.90.* Indicia ſpecialia, ut binis & primo de illis dicam, cum ſcopo non inſerviant, ſunt argumenta delicti certi demonſtrativa, ob quæ judex tuto decernere *torturam* poteſt, quæ proponuntur *ab art. C. C.33. usque ad art.45.* & evolvuntur à Carpz. *integra Qu.22.* B. Dn. LAUTERBACH. *ad tit. ff. de Quæſt. à p.708. Lit. int. a. ad p.709. Lit. d.* & Excell. Dn. D. SCHOEPFFER *in*
13 *Synopſ. jur. priv. Rom. & For. ad tit. de Quæſt. à n.18. ad n.30.* Indicia vero communia, quæ nempe omnibus delictis applicari, & in omnibus delictis aliquem gravare poſſunt, eaque veriſimilia, alias & probabilia, *L. Milites 8. §. Oportet 1. ibi, argumentis primum veriſimilibus probabilibusque C. de Quæſt.* minus plena, remota, dubitata, & minora à Carpz. *d.l.n.10.11.* ac Lauterb. *in d. Comp. jur. p.m.707. Litt. int. C.* dicta, ſunt argumenta delicti non ſemper, ſed *plerumque* ſaltem & *præſumtive* demonſtrativa, unde accommode dicta Synonyma ſunt nacta, eo, quod *reſpective* intuitu ſc. indubitatorum eorumque effectuum ſint *minora*, nec apodictica, ſed *quaſi certa* exiſtant, *Vid.* Carpz. *d.l n.11.* indeque de illorum abſoluta & perpetua veritate effective ſc. dubitare liceat.
14 Indubitata vero à Doctoribus, certa, plena, propinqua, urgentia, luce meridiana clariora Vid. Carpz. *d.l.n.12.* ut & graviſſima Claſen. *d.l.* Germ. gemeine unzweiffelhaffte Anzeigungen / *art. C. C.29.* dicta, ſunt argumenta delicti *immediate, vere & in ſuo genere* demonſtrativa, quibus probatis, nil ad ſententiæ pronunciationem & pronunciatæ executionem præter ſolam rei confeſſionem deeſſe videtur, ut ita tradunt
15 Carpz. & Claſ. *dd. ll.* Farin. *Libr.1. Tit.5. Qu.37.n.3. cum infinit. all.* Uſus hujus diſtinctionis frequens conſiſtit in notabili effectu Imperatoria

au.ho-

authoritate in *art.27.pr.& inf.* expresso, hincq; publica veritate firmato: Quod sc. indicia communia, minus plena, seu verisimilia *per se ac sigillatim* ad torturam infligendam non sufficiant *d. art.27.* ipsa v. indicia indubitata & plena *sola & qua talia* utique ad hunc effectum conducant. *d. art.27* ibi: als die nachfolgende Articul / der ein jeder alleine ein redliche Anzeigung macht/und zu peinlicher Frage gnugsam. junct. Rubr. *art.29.* Gemeine unzweiffelhaffte Anzeigung / derer jegliche allein zu peinlicher Frage gnugsam ist. Vid. Carpz. *d. Qu.*120.*n.*15. & Clas. *d. l.p.*20.
Sed evidenter hæc de indubitatorum indiciorum effectu torturæ modo exposita ante dictorum fidem evertere, aut ipsa fallere videntur; 16
dum enim eadem indicia *luce meridiana clariora* dici, supra asserui, utique videbatur dicendum, aut hanc appellationem à Doctoribus contra Leges confictam, aut effectum torturæ contra jura iisdem adscribi, cum, si probationes luce meridiana clariores adsint, reus non tanquam indiciatus torquendus, sed qua confessus sit condemnandus, quod sibi à judice amico suo objectum esse docet Farin. *d.l.n.*5. Verum facile hoc corruit dubium, si attendatur, hypothesin diversam à 17
thesi esse, maleque haud sine vitio fallaciæ ignorationis Elenchi ab *indicii* effectu ad *probationis* effectum concludi. Non enim dictum, 18
probationes luce meridiana clariores ad torturam requiri, sed *indicia* indubitata à Doctoribus luce meridiana clariora dicta eundem effectum tribuere. Idem enim juris est de parte quoad partem, quod in 19
toto quoad totum, quæ, si huic non congruat, turpis putatur in notab. *c. Quæ contra 2.pr. D.8. & C. Tuas dudum f. X. de Sponsf. duor.* Tabor. *in Barb. Libr.4. C.3. Ax.4.* Cum ergo ad condemnandum probatio de- 20
beat esse luce meridiana clarior, per *infra C.III.* fusius B.C.D. dicenda, pariter & indicia *in genere suo* debent esse luce meridiana clariora. Di- 21
ctum notanter *in genere suo*, non enim debent sic certa esse ad torquendum, ut probatio ad condemnandum, ex qua redditur judex certus de delinquente, cum hic saltem quasi certus reddatur, insuperque probatione existente *regulariter* non opus sit rei confessione, at indiciis existentibus utique eadem requiratur, cum deesse sola dicatur, sed sufficit esse hæc certa, si non ad plene probandum, tamen ad *plene persuadendum*, uti hanc objectionem solide resolvit Farinac. *d.l.n.*5. & ex eodem verbotenus resolutionem repetit B. Dn. Carpz. *d.l.n.*13.14. Ut igitur adhuc immotæ veritati conveniat, indicia indubitata dici luce

meridiana clariora, & ad torturam inferendam requiri, eundem vero contra effectum indicia verisimilia ex sua natura non operari.

22 Hæc inter Inculpatio vulnerati moribundi ex intentione & dispositione Imperatoris expressa *in Artic.C.C.25.* § Zum sechsten/ceu sede originaria ac fundamentali hujus materiæ, est recensenda, cuj⁹ oppositum est Exculpatio à JCto Ulpiano in *L.2. ff. De Sct. Syll.* tractationis itidem hujus cardinali, & in jure universo de hac materia unice, quan-
23 tum mihi constat, sollicito textu practice delineata. Ad cujus utriusque moribundi vulnerati assertionis specialem evolutionem ut eo facilius dein descendere sine remora valeam, cum cognito vocum usu in ipsius sæpe rei cognitionem deducamur, imo sine illarum indagine rem penetrare velle sit tempus perdere, recte monente B. Dn. Tabore *in Jurispr. Meth. P.3. S 4. th.2.* generalia circa Rubri singulas voces occurrentia prius sum enodaturus.

24 Exhibet Inscriptionis frontispicium I. vocem Inculpationis, quam compositam esse, suosque natales particulæ IN & voci: CULPATIO debere, apricari autumo. Cum vero voces huic nomini affines ipso vocabulo inculpationis, Criminalistis quidem familiarissimo, sint in Legibus frequentiores, binis saltem, ut eædem ab æquivocatione, quæ & JCtis naufragium minatur, Dn. Tabor. *ad Barb. Lib.1.C.40.*
25 liberentur, sum annotaturus, quot modis illæ in Legibus capiantur. Et quidem particulam IN voci: CULPATUS, eique affinibus aliis in jure sæpissime junctam, genuinam & hic ὁμωνυμίας matrem in genere tam multiplicis significationis JCti statuunt, ut & judicis arbitrio convenientem ejusdem acceptionem commiserint. Dominic. Cardinal. Tusch. *Tom.2. Concl.292. n.6.* Menoch. *in Tr. De A.I. Q. Libr.2. Cent.5. Cas.495. per tot. ibique all.* Roman. *Cons.336. n.6. vers. Cæterum.* Joh. Strauch. *in Lex. Part. Jur. Voc. In. in f. p.94.* ne tamen arbitrium illud sit vagum & plane in determinatum, aut ignorantiæ
26 asylum promptissimum, omnes acceptiones concinne ad alterutrum hujus partitionis membrum referri ac reduci posse, adopinor. Aut ergo particula IN adjungitur dictioni PRIVATIVE & NEGATIVE, aut AUGMENTATIVE, & INTENSIVE, quo de utroque
28 sensu ex connexione & serie materiæ, in qua eadem vocula aliis juncta, vel limis inspectæ oculis constare potest. Sic, ut paucis hoc firmem in antecessum ex jure exemplis generalibus, *priori* in acceptione intestatus proprie is dicitur, qui testamenti factionem habens activam non est testatus *L. intestatus 1. pr. ff. De suis & leg. L. intestatus*

status 64. *ff. De V. S.* Damnum infectum dicitur nondum factum
L. Damnum 2. *& t. t. ff. De Damn. inf.* injussus *in L. Si filio familias* 25. *pr.*
ff. Sol. matrim. capitur pro non jussu, ut clarè videre est *ex L. si cum do-*
tem 21. §. *Transgrediamur* 12. *vers. Planè si filio ff. Eod.* indebitum est quod
omnino non debetur *L. in summa* 65. §. *indebitum* 9. *ff. De Cond. ind.* in-
juria non jure facta. *L. injuria* 1. *pr. ff. De injur. pr. J. Eod. Vid.* ME-
NOCH. *in Tr. De Præs. Libr.* 4. *Pr.* 1. *n.* 3. STRAUCH. *d. l. n.* 13. *ibique* 28
all. FERRER *in Const. Catalon. gloss.* 1. *n.* 27. Sicuti ex adverso & hæc par-
ticula *augmentativè* variis vocibus in jure apponitur. Ita indifficilis,
ut communis tenet lectio. Vid. STRAUCH. *d. l. n.* 21. ALBERT. de
PERGAMO *in elegantiss. Tr. De Præposit. annexo Strauch. Lex. Part. jur.*
n. 29. *p.* 287. pro valde difficili *in L. Gallus* 29. §. *ille casus* 15. *ff. De liber. &*
posth. accipitur. Increscere dicitur pro valde crescere *in L. Si cui aqua* 1.
§ *imbre autem* 16. *ff. De aqu. & aqu. pluv. &* imprudentes in *L. cum duobus*
52. §. *Damna* 3. *ff. pro Soc.* accipiuntur pro valde prudentibus (quam 29
explicationem, licet singularem, inde tueor, quod mox JCtus Ul-
pianus doceat, per damna imprudentibus accidentia intelligi
damna *fatalia*, si igitur imprudentes pro insciis & imperitis acci-
peremus, textus hic, qui talia damna socios *non* præstare docet, di-
recto aliis bene multis Legibus reclamaret, in quibus damnum im-
prudentia seu incuria vel inscitia datum adeo inter culposa refertur,
ut & ipse imprudenter aliquem ad negotia gerenda eligens præsta-
re omne detrimentum, quod negligentia electi fecit, debeat. *L. Nam*
& Servius 21. §. *mandatu ff. De N. G. conf. L. Cum in plures* 60. *si servi* 7. *ff*
Loc. Vid. omnino Gothofr. *ad d. L.* 52. *voc. imprudentibus.* Albert. de 30
Bergamo *d. l.* & Schard. in *Lex. Jur. voc imprudentia est p.* 1061. Utram-
que itidem ipsius particulæ IN acceptionem circa vocem *inculpatus* in
jure insigniter deprehendimus: jungi enim eandem *privative* & *nega-*
tive prædictæ voci patet *ex* notab. *L Titia* 34 §. *si ea* 4. *ibi Cum sit* incul-
patus *ff. De Leg.* 2. ubi inculpatum eum dici, qui ob factum & impe- 31
dimentum tertii sibi non imputandum culpa caret, vel *non* in culpa
est, è lectione facti speciei patescet. Sic ad habilitatem testificandi
in teste requiri, ut sit honestæ & inculpatæ vitæ, docet JCtus Calli-
stratus in notab. *L. Testium* 3. *pr. ff De Test.* quod Sim. Schard. *in Lex Jur.*
voc. Illaudatus p. 1042. *n.* 30. ita explicat, ut sit exploratæ fidei, ac nulla
unquã inconstantia testimonii labefactatæ, morum probatissimorum,
& integræ famæ, sicque *non* taxandæ, vel culpandæ vitæ, quod com-
modè german. efferretur der einen unsträfflichen Wandel führet / und auf

 welchen

32 welchen man nichts zu sagen hat; Ex quibus omnibus constat, & hic
itidem *privative* & *negativè* particulum *in* voci *culpatus* associari. Parili
ratione dicitur mora inculpata, quæ reprehensione caret, seu *non* cul-
33 panda, nec punienda est in notab. *L. pecuniæ 9. §. usurarum 1. ff. De usur.*
inibique Gothofr. *voc. Nemo Lit. F.* id, quod à necessitate illatum, in-
culpabile i. e. *nullo modo* culpandum in *c. Cum per bellicam 1. §. 1. vers.*
34 *Et ideo C. 34. Qu 1.* Sic Abraham DEO jubente occisurus filium vo-
catur inculpabilis, vel extra omnem culpæ reatum aut *non* in culpa
35 constitutus ab Augustin. *Libr. 22. contra Faust. C. 73.* relato à Corr Rom.
in c. Lex æterna 15. C. 23. Q. 5. voc. Abraham. ipsique Canonici judican-
36 tur inculpabiles i. e nullius culpæ rei seu *non* culpandi ob datum con-
silium in *C. Dilectis filiis 55. in f. X. De Appell.* Eodem sensu illatam vim
propulsare licere moderamine inculpatæ i. e. *non* culpandæ, licitæ,
37 per *L. ut vim 3. ff. De J. & J.* ac legitimæ tutelæ, dicitur in notab. *L. Re-
ctè possidenti 1. C. unde vi*, vimque vi repellendam esse cum moderamine
38 inculpatæ tutelæ præcipitur in elegantissimo *C. Significasti 18. vers. Si
vero quemadmodum X. de homic. vol.* Sic & rationes tractare inculpa-
tim i. e. legitimè *sine* culpatione (quod nostra in lingua vernacula
exprimi posset. Richtig und ohn Verweiß berechnen) legitur in *L. Pa-
latinos 20. C. Th. De Palat. Sacr. largit.* (pro qua voce incomptius *in L.*
40 *10. C. Eod.* vox *inculpantur* legitur, quam tamen idem, quam non cul-
pare, significare, Legis privilegia innuunt,) Quas omnes in uni-
versum acceptiones Macrobius uno, eoque elegantissimo loco in
compendio quasi exhibet, dum *Libr. 6. Saturnal. C. 7.* concise & scite
docet: Omnis *culpæ privatio* inculpatum facit. Nec minus frequen-
ter jura *augmentativè* particulam in voci *Culpatus* adjungunt. Extat
notabilis textus *in c. Si quis ex militum 1. F. 19.* ubi Feudista dicit: Si
41 unus (sc. militum) una de his nominatis culpis inculpatus i. e. *val-
de* culpatus vel accusatus fuerit, cui respondet perelegans juris Ca-
nonici textus *in c. Interrogatum est, 24. C. 2. Q. 5.* quo in reliquis signi-
42 ficantius leguntur duo de adulterio inculpati i. e incusati, & *valde* cul-
pati. Quam acceptionem & approbant *Leges Salicæ Tit. 43. §. 6.* in
verb. *Si cujus servus in furtum* (Quod enim Joh. Calvin. *in Lex suo verb.*
43 *inculpatus* ponat in *futurum*, error est, cum in annexo *Tr. de Verb. feudal.*
44 *p. 1036.* rectius in *furtum* legatur) *fuerit* inculpatus, & *LL. Burgundiæ
Tit. 8. De Ingenuis* inculpatis, necnon sic dictæ *Sanctiones Criminales Bo-
nonienses cum notis, ut vidi,* Annib. Monterentii *Bononiensis Anno 1577. Bo-
noniæ impressæ Libr. 5. Rubr. 7. Quot homines possint* inculpari *de morte*, qui-
bus

bus trinis similiter in locis valdè de delicto culpatos vel accusatos intelligi, ipsa materia evidenter perlegentem edocebit. *Vid.* Barnab. Brisson. *Gallus ille ad miraculum doctus nefando laqueo indignissimam mortem, ominoso tamen suo Symbolo:* Nondum effugimus fortunæ laqueos, *apprime convenientem, passus, de quo* Thuan. *Libr.* 102. *Hist. ad ann.* 1591. *in ejus vita ipsi Tr. præmissa in optimo & absolutiss. Lex. jur seu Tr. de Verborum, quæ ad jus pertinent, significatione verb. inculpatus Libr. 9. p.* 860. Carol. du Fresne *in Glossar. ad Scriptor. med. & inf. Latinit voc. Inculpare Tom. 2. p. 43. in f. &* 44. *cum all.* Calvin. *d. l.* Et hanc *posteriorem* particulæ IN voci 45
culpatus junctæ acceptionem præsens Dissertatio & in ipsa inculpationis vooce sibi vindicare potest, quæ enixam, seriam, & valde factam culpationem denotat. Synonyma hujus nomen Insimulationis *in L. Apostatarum fin. C. Th. De Apost.* obvium (pro quo inconcinne, ut ma- 46
teries innuit, *in L.* 4. *C. Eod.* vox *insinuationis* est supposita.) Increpationis Papian. *Libr. Respons. Tit.* 8. *De Object. crim. & increpationibus*, & Incusationis à Ciceron. *Libr. 3. de Orat Edit. Genev Tom. 1. p.* 273 *Lit.*
B. usurpatum, constituere possunt, quo & pertinent affines variæ 47
in Legibus expressæ locutiones. Sic legitur insimulans *in L. Nullus in carcerem* 2. *C. De Exh. & transm.* adsimulans *in L. Nullus in carcerem* 2. *C. Th. Eod.* insimulare *L. Damus copiam* 4. *C. Th. Ad L. Corn. de falso* incusare *L. fallaciter* 9. *C. De Calumn. L. fallaciter* 3. *C. De Abolit. L. fallaciter* 3. *C. Th. Eod.* Papian. *Libr. Resp. d. Tit.* 8. insimulatus *L. Ea quidem* 7. *C. De Acc. & inscr.* incusatus *L. cum specialiter* 18. *C. De judic.* & criminis incusatus. *L. si quis homicidii* 11. *C. De Acc. & inscr.*

His jam singulis Definitionis Nominalis partibus expositis ac 48
præmissis, Realis ipsius Inculpationis Definitio subjicienda, & subjecta evolvenda erit. Non alte meditabor ejus artificiosam aut nimis subtilem structuram, nec Francisci Duareni JCti ceteroquin inter Quatuor Galliæ Franciscos eadem ætate eandem scientiam professos Principis dicti, vestigia *in T. de judic. pr.* expressa legam, qui integrum annum explorandæ Judicii definitioni cum aliquot divisionibus insumpsit, ne in fine propriam tupitudinem confiteri, eodem, quo ipse, modo cogar, dum nugas se tandem valere jussisse, *d. l.* proclamavit, sed indolem definiendi genuinam pensitando, paucis ita illud definio: *Inculpatio est querela à vulnerato moribundo ad detegendum vul-* 49
nerantem juste facta.

Pla-

50 Placuit generis loco vocabulum *Querelæ* in definitione ponere,
in hoc præcipue apprimè conveniens, quod querela ab eo proprie
moveatur, qui damnum ex re, de qua quæritur, sentit. Vid. Schard.
in Lex. Jurid. voc. querelam n. 20. p. 1918. Conf. L. Si mater. 3. ibi merito &c.
& L. cum duobus 13. ibi justa querela L. liberi 28. vers. Sin autem ibi inquiri
diligenter C. De Inoffic. Test. quo vulneratum satis atroci, vitam jamjam
violenter inde, aut ejus occasione amissurum affectum esse, ipsa de-
51 cumbentis valetudo satis superque demonstrat. Exclusi autem eo
ipso & *Accusationem*, ceu nimis improprium, & *Denunciationem*, ceu
nimis remotum genus. Cum enim ad inculpationem *solennitates*
accusationis non requirantur, nec inculpantem *accusationis onera*,
potissimum in probatione, *art. C. C. 11.* inscriptione, vel hodie cau-
tione super litis in eventum ejusdem non prosecutæ, vel delicti
non probati expensarum refusione, & injuriarum satisfactione, *art.*
C. C. 12. hacque ob inopiam accusationis non præstita, ejusdem in-
carceratione, *art. C. C. 12. & 14.* consistentia maneant, insuperque
deficientibus heredibus, vel quidem existentibus, sed hodie ac-
cusare nolentibus inculpatione à moribundo facta hocque mortuo
non accusatorius, sed *inquisitorius* Processus formetur, cum incul-
pans h. c. omnem debitam persecutionem officio judicis incum-
52 benti commisisse videatur, nonnisi καταχρηστικῶς per accusationem
inculpatio definiretur Vid. Clar. *R. S. §. f. Qu. 10. n. 2.* Nec accu-
ratiori longe ratione *Denunciationem* qua genus hæc agnosceret, cum
ipsa denunciatio non tantum à parte læsa, sed quocunque Officiali,
imo & privato *tertio* proferatur, hic autem assertio *partis læsæ*, nempe
ipsius vulnerati intelligatur, quæ longè proximiori ac convenienti-
ori termino querela dici potest, uti hanc differentiam accuratè ex
53 more tradit B. Dn. Brunnem. *in absolutiss. Pr. suo inquis. C. 4. n. 25.* Ad-
ditum autem in definitione: *Ad detegendum vulnerantem*, partim, ut
differentiam specificam ab ipsa *exculpatione* tacite innuerem, quæ
potius ad absolvendum, quam detegendum diffamatum tendit, par-
tim, ut finem factæ inculpationis sisterem, qui hic est, ut
vulnerante in genere inculpato idem per ulteriorem judicis
inquisitionem, in specie vero seu individuo incusato per hanc as-
sertionem detegatur, ne delicta impunita maneant, vid. *L. Ita vul-*
neratus 51. §. æstimatio 2. vers. Quod si quis ff. Ad L. Aqu. L. si longius 18. §. si
filius familias 1. ibi Ne dum pater ff. De judic. L. Stichum 95. §. Quod si quis
1. vers. Sane quoniam ff. De Solut. C. licet Heli 31. X. de Simon. L. Per omnes 6. C.
De

De Defens. civ. cum pœnas ob maleficia solvi expediat, *L. Si unus* 27. §. *Pacta* 4 *ff. De Pactis* magna ratio suadeat, *L. Si à reo* 70. §. *id quod vulgo* *f. ff. De Fidejuss.* nec remitti facile publice intersit, ne ad maleficia temere quispiam prosiliat, *L. si operis* 14. *C. De Pœn.* & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant nequiores, *C. ut famæ tuæ* 35. *X. De Sent. Excomm.*

Subjicit II. Rubrica vocabulum EXCULPATIONIS, è particula EX, & voce: CULPATIO compositum, quasi extra culpationem seu absque culpatione vi voculæ *Ex* significationem exclusivam habentis, dixeris, quæ ex mente *Legis 2. ff. De SCt. Syll.* & purgatio dicta, definiri potest, quod sit *excusatio certi subjecti vel nondum diffamati vel indiciis jam gravati ad liberandum exculpatum à moriente aut aperte, aut consequenter facta.* Cum autem circa generalia hujus materiæ nil moneri possit, quod non convenientiori methodo in *Cap. IV.* possit & debeat tractari, ne ibidem specialiter explicanda huc transcribendo ob luxatum ordinem inculpationem Lectoris incurram, eò hæc reservaturus ad residua pergo enucleanda. 54

Offert se III. in ipso Titulo vocabulum *VULNERATI*, & cum eo totius vulnerum materiæ, præ cœteris omnibus maxime practicabilis, referente hoc & stabiliente Paul. Zachia *Q. Q. Med. Legal. libr.* 5. *tit.* 2. *Qu.* 1. *n.* 1. seges uberrima & fertilissima. Verum, cum thema nostrum primario non tam vulnerationis, quam vulnerati assertionis elaborationem urgeat, altius illam non repeto, sed Lectorem studiosum *ad Magnif.* B. D. Redekeri *accuratam De Vulnerib. Dissert. Ann.* 1667. *d.* 18. *Apr. hic habit.* ablego, interim, & eorum definitione *in prælaudat. Diss. th.* 2. & 3. optimè traditâ, missâ, potiorem divisionem huc non parum facturam sum relaturus. Summa ergo respectu *periculi, impedimenti remansuri*, vel *securitatis*, ut loquitur Zachias *d. Tit.* 2 *Q.* 2 *n.* 1. eorundem est divisio in lethalia, Farinacio *in Pr. & Th. Cr. Q.* 127. *num.* 2. mortalia, seu secundum Leges mortifera, & non talia, quæ in jure, tum Justinianeo, notab. L. *Huic scripturæ* 15. §. *si servus* 1. *ibi. vulneratus* mortiferè & *vers. Sed si ibi. vulneratum* mortiferè L. *Nam sicut* 36. §. *si Dominus* 1. *ibi.* mortiferè *vulneraverat.* notab. *L. Si ita vulneratus* 51. *pr. ibi. ita vulneratus, ut* eo ictu *certum esset moriturum & vers. Rursus ibi.* ex vulnere *certum esset aliquem vita excessurum & vers. igitur ibi.* mortiferum *vulnus* collata *cum L. Qui occidit* 30. §. *si vulneratus f. ibi.* non mortiferè *ff. Ad L. Aquil.* tum Caroli-

55 (cum eo totius…) 56 (nostrum primario…) 57 (divisionem huc…) 58 (mortifera…)

no *art. C.C.* 148. *verf.* wer gefährlicher weiß tödtlich geschlagen collato cum *verf.* Aber der ander *ibi.* nicht tödtlich verletzt worden ist / immotè fundata
59 & stabilita. Illa in genere definita, quod sint continuæ solutiones plus ad mortem, quam evasionem tendentes Farin *d. l. n. 2. cum suf. cit.* subdividunt Doctores in lethalia de necessitate, & quamplurimum lethalia. Zacch. *d. Q. 2. num. 2. & num. 5. 6.* seu omnino, &
60 non omnino lethalia. Farin. *d. l. n.* 4. Ista sunt, quæ *per se* & *sua natura* omni spe sanitatis defalcata, hincque & consilio & auxilio peritorum desperato *necessario* mortem inferunt. Vid. Zacchias *d. l.*
61 *num. 5.* quæ lethalia *ab initio* dicit B. Redeker. *d. Diss. th. 4.* Hæc ita dicuntur, quorum curatio ut plurimum male succedit, licet non semper mortem inferant, quæ lethalia *ab effectu* dicit B. Redeker *d. l.* quanquam accuratius periculosa eadem vocaveris, ut IDEM. *cit.*
62 *th.* 4. recte monet. Quam distinctionem concinnè comprobat Responsum illustris FCtis Lipsiensis ex Finkenlth. *O. 61. n.* 12. à Magnif. B. REDEKER. *d. diss. th.* 14. allatum, cujus elegantia hæc sunt verba: Als geben wir Decanus &c. diesen Bericht / daß solche vulnera nicht zwar vor sich pro simpliciter & necessario lethalibus zu achten / weilen kein solch Glied verletzet / dessen Verwundung vor tödlich erkannt wird vom *Hippocrate d. aph.* 16. *L. 6.* da er spricht: Vulnerata vesica, aut cerebro, corde, diaphragmate, tenui intestino, ventriculo hepate mortiferum. Sondern ex sententia ejusdem Hippocratis pro periculosis & curatu difficilibus zu halten / wegen der grossen Ader / so des Orts gelegen / aus welcher Verletzung ein grosses bluten / und daher ein geschwinder Tod leichtlich verursachet werden kan / wo nicht alsobald durch gebührliche Mittel und sonderbaren Fleiß eines geschickten Chirurgi das-
63 selbe gestillet / und der Verwundete bey Kräfften erhalten werde. Vulnera vero non lethalia, non mortalia, nec mortifera, sunt, quæ secundum regulas Medicorum ritè recteque observatas curari possunt, & unde *per se* nullum periculum mortis metuitur, ut accurate docet Ex-
64 cell. D. Redeker. *d. l. th. 4. inf.* Notanter dictum *per se*, sive enim simpliciter non lethalia, sive *indifferentia*, sic dicta, quæ pro Medici industria, ægri natura, constitutione, ætate, robore, obedientia, temporis ratione, vel regionum qualitate, Zacch. *d. l. n. 4.* mortem vel possunt vel non possunt accelerare, fuerint, neutra per se mortem inferunt, sed eam extrinsecum aliquod vulnera secutum accidens potius causatur. Unde autem lethalitas vulneris in specie æstime-

tur,

tur, mei instituti non est operose persequi præprimis, cum sufficienter jam hæc sint dudum à Medicis pariter & JCtis celeberrimis, in specie Paul. Zacchia *d. l. n. 11. & benè multis seqq.* eumque referente Excell. Dn. D. Schöpffero *in Synops. Jur. Privat Rom. & For. ad tit. ff. Ad L. Corn. de sic. n. 34.* ac B. Redekero *d. Diss. th.* 4. 5. 6. *& 13.* aliisque explanata, unde ea fferendo nullas quam Exscriptoris parum imo nihil addituri laudes me reportaturum præsagire potui, eapropter horum ob præteritionem exculpationem candidi Lectoris indubiè mihi polliceor. In specie hoc saltem addo: Intuitu In- & Exculpationis ad 66
utriusque effectum fundandum nil interesse, an vulnus In- vel Exculpanti inflictum lethale, an non lethale fuerit, sed sufficere, *mortem* sive ex vulnere, sive ex accidenti evenientem *secutam* esse, cum in determinatione effectuum exin enascentium non vulneris lethalitas, sed mors ipsa, pro qua multa *per infra* dicenda, favorabilis ac benigna est præsumptio, à Doctoribus consideretur, quamquam intuitu pœnarum irrogationis & animadversionis in vulnerantem, jam lethalitate sc. demonstrata aggravandæ, eâdem verò negata, mitigandæ, utique summum momentum hac in distinctione situm esse, ambabus facile concesserim.

Subjunctum denique IV. in ipso Rubro: *MORIBUNDI*, qui non 67
unis ex mente Medicorum æque ac JCtorum modis dicitur, ad declinandam tamen ejus circa homonymicas acceptiones confusionem concinnè bifariam pensitari potest. Nimirum vel impropriè & generalissime, vel propriè. 68
Illo modo (N.) quilibet *vivens* moribundus dici potest, vel potentia pro actu posita, quod semper mori possit, Polidor. Ripa *in per-eleganti Tr. De Act. in mort. artic. C. 1. n. 12. cum fus. cit. & n. 14. ibique all. BURSAT. Libr. 1. Cons. 40. n. 65.* vel eapropter, quod bene gnarus sit, se quandoque moriturum, notab. *L. Mortis causa 31. §. Sine donatione 2. in f. ff. De M. C. Don.* & ipsam mortem terminum *N. 1. C. 1. §. fin. vers. Et nullos* Conf. *N. 22. C. 20. pr.* ac finem cursus vitæ. *L. Præsens Lex fin. vers. Homini C. De Episc. & Cl.* certo, licet dies ejus incertus sit, *L. Sub. conditione 16. § Quod autem 1. & L. Nam si cum moriar 17. ff. De Cond. indeb. L. Legatis 1. §. Cum dies 1. ibi nam diem incertum mors habet ff. De C. & D.* exstituram esse, *L. Si post mortem 68. §. Unde ait. fin. in f. ff. De Legatis 1. §. Cum dies 1. in f. L. Hæres meus 79. §. 1. ibi. Quamvis enim ff. De C. & D.* Sicque nullo quidem præsentis periculi metu perterritus, cogitationem tamen præprimis mortalitatis volvens. *L. Julianus 2. ff. L.*

Cum de mortis causa fin. ibi longiore cogitatione mortis C. De M. C. Don. vivens adhuc quasi moriatur. Conf. Zacch *Q. Q. Med. Legal. Libr.* 2 *Tit.* 1. *Qu.* 19. *n.* 10. *& ab eo citat.* Franc. Bursat. V. 1. *Conf.* 40. *n.* 85. *ac* Lazar. Fö-
69 nut. *De moment. Temp. Libr.* 1. *C.* 5. *n.* 23. Add. Rip. *d. Tr. C.* 19. *n.* 6. *ibique cit.* Salic. qui proinde ultimo hoc intuitu haud inconcinne in mortis articulo *imaginario*, seu ut ex Fönutio *d. l. n.* 14 Zacchias *c. l. n.* 16. loquitur, non in mortis articulo (puta *reali*,) sed mortis *periculo* constitutus diceretur, uti hanc distinctionem Thomam Hurtado *in Resol. moral. Tr.* 5. *C.* 6. *Res.* 68. prolixè tueri, tradit *Illustris JCtus* B. Dn. Zieg-
70 ler. *ad Zacch. d. n.* 16. *verb.* *Quam distinctionem* quod optimè convenire Principibus, quorum ex negotiorum difficultate & curarum varietate, mollique ac delicata corporum temperantia frequens mors est,
71 tradit Rip. *d. C.* 1. *n.* 13. *ibique cit.* Socin. Et hanc acceptionem non adeo ipsos Philosophos latuisse, testes invenio binos sine exceptione idoneos, Ciceronem, penes quem ex judicio *Judiciosissimi JCti, Illustris* Dn. de Rhez. *in limitiss. Med. Acad. ad Inst.* 2. *Pos.* 2. *p.* 17. omne JCtorum ævo suo decus stetit, & Senecam, non immeritò virtutis studio penè Christianum dictum à *Consummatiss. JCto, Illustr.* Dn. D.
72 Stryck. *in accurat. Tr. De Succ. ab. int. Diss.* 10. *C.* 1 §. 1. *& Doctiss. Tr. De J. S. Disp.* 8. *in præfat.* Horum ille *Libr. De Senect. Edit. Genev. Tom.* 4. *p.* 356. *Litt. A. Meditatum*, fatur, *ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest*, moriendum enim certè est, *& id incertum, an eo ipso die, mortem igitur omnibus horis impen-*
73 *dentem timens quis possit animo consistere.* Hic autem expressius *in Epistol. ad Lucilium* 24. *Non repente*, inquit, *nos in mortem incidimus, sed minutatim procedimus.* Quotidie morimur, quotidie *enim* demitur aliqua pars vitæ, *&* tum quoque, cum crescimus, vita decrescit. *Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam usque ad hesternum, quicquid successit temporis, periit*, hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. *Quemadmodum elepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.* Hæc
74 ille. *Vid. ibid.* Just. Lips. *in not. n.* 17. (ב.) Eadem parili ratione mox *officium* suum, quo hactenus functus, *depositurus*, moribundus dici potest. Sicuti enim Officialis finito jam in totum Magistratu mortuus dicitur, non quidem tanquam homo, quia non separatur anima à cor-

pore,

pore, nec tanquam liber, quia ab illo libertas nõ sejungitur, nec tanquã civis, quia ea de re civitatem non amittit, sed tanquã Officialis, vel Magistratus temporarius, quia creatura illa legalis desinit esse per separationem officii, ut suaviter loquitur Polydor. Ripa *in sæpe laud. Tr. De Act. in M. A. Cap. 14 n. 26.* ita illo temporis spatio, quod proxime ipsam depositionem antecedit, non minori jure moriens seu moribundus dici potest, at utroque modo non nisi generalissime & improprie. Pro- 75
prie autem, quæ acceptio propius nostro scopo accedit, iterum librari potest vel specialiter, vel specialissime: Illo in sensu hic moribundus 76
appellatur, qui morbo sontico *L. Non exigimus 2. §. Si quis judicio 3. in f. ff. Si quis caution. L. Judex datus 46. ff. De Judic.* cujusque rei agendæ impedimento futuro *L. Quæsitum 60. vers. Sonticus autem ff. De Re jud. L. Morbus sonticus 113 ff. De V. S. L. Non solum 10. §. Si quis ita f. ff. de Excus. tut. L. Ob quæ vitia 4. § illud erit 5. notab. L. animi potius 65. §. Quoties 1. ff. De Ædil. edict.* decumbit, à quo se convaliturum frustra vel ægre sperare habet, *d. L. 65. § 1.* hincque in periculo propinquæ *L. Mortis causa 3. ff. de M. C. Don.* impendentis *Paul. 2. Sent. 23. §. 1.* ac instantis mortis *L. Hæc enim 6. ff. de M. C. Don.* est constitutus. Conf. paululum aliter hæc tractantes Zach. *d. l. n. 11. cum cit.* & Rip. *d. Tr. C 1. n. 6. 7. 8.* Hoc in sensu is 77
moribundus vocitabitur, qui in ultimo instanti & momento vitæ, quam jam linquit, est constitutus. Vid. Zach. *d. l. n. 4. & Illustr.* Dn. Stryck. *in pereleganti Diss. de Effatis Agonizantium V. 1. D. 5. C. 1. n. 2.* & tum recte *agonizans* dici potest. Vid. omnino Zach. *d. l. n. 6. & 14.* Omni- 78
bus reliquis jam missis acceptionibus, eam huic Dissertationi proprie ac genuine convenire autumo, in qua proprie & quidem specialiter moribundum jamjam consideravimus, unde In- & Exculpans vel lethaliter cæsus ex in jam exspiraturus, vel non lethaliter læsus, accidenti tamen externo ita debilitatus, ut haud sit respiraturus, recte moribundus dici potest, ut morte dein subsecuta effectus jamjam recensendos ejusdem assertio jure firmissimo sit operatura.

CAPUT II.

Proponens

Inculpationis casum, Requisita, cumque contrariorum Resolutione effectum ejusdem affirmativum seu positivum.

SUMMARIA.

Connexio *num.* 1.
Effectus in omnibus ob virtutem suam principaliter est attendendus 2
Hic in materia In- & Exculpationis *duplex est, quem monstrat* 3
Methodus exponendæ Inculpationis *materiæ innuitur* 4
Casus Inculpationis *ponitur* 5
Cardo quæstionis formatur 6
Dubium fundamentale ex L. 3. §. 1. De SCt Syll. movetur 7
Idem triplici d. Legis explicatione tollitur 8. 9. 10
Rolandus à Valle dissentiens adducitur 11
Et notatur 12. 13
Ad Effectum Inculpationis *stabiliendum certa requisita tum intuitu dicentis, tum intuitu dicti sunt necessaria* 14
In Inculpante *requiritur I. BONA FAMA & VITA* 15
Quod explicat 16
Quid inde inferatur, docet 17
Applicatio illationis in dubium vocatur 18
Illatio prædicta explicatur 19
Applicatio ejusdem ex bonis pro quolibet homine, imprimis moriente variis conjecturis militantibus defenditur 20
Novum circa hanc dubium exhibet 21
Cujus resolutionem cum ratione dat 22. 23.
Objicitur Baldi proverbium 24
Idem explicatur 25
Nostraque sententia ulterius à majori parte morientium confirmatur 26
Veritas imprimis dictis morientis habenda 27

Cujus

Cujus binas rationes dant. 28.29
Nec creditur contrarium de moriente dicenti 30
Rationem hujus suppeditat 31
Quod præprimis in eo, qui bonam egit vitam procedit 32
Argumentum à communiter contingentibus in jure firmum est 33
Præsumptio generalis uno vel altero exemplo non tollitur 34
LL. non attendunt, quæ raro accidunt 35
II. Requiritur PLENUS INTELLECTUS 36
Qui in moriente & præsumitur & conspicitur 37
Utrumque egregiis exemplis ab actibus & inter vivos. 38 *& ultimæ voluntatis, iisque & accessoriis* 39 *& principalibus* 40 *desumptis probatur.*
Dubium movetur circa intellectus plenitudinem 41.42.43
Idem resolvitur & deducitur 44.45 46.47
Alia in contrarium ratio urgetur 48 49.50.51
Removetur eadem à 52. *ad* 55
Explicatur L. 29. C. De Testam. & L. 43. De M. T. 52.53
Mortis articulus dupliciter capitur 54
Ad certificandum in moriente intellectum utilis est signorum collectio 55
Qualia hæc in specie in Inculpante *esse possint, tradunt* 57.58
Deficiente Intellectu Inculpatio *effectu destituitur* 59
Cujus defectus signa tradit remissive 59
III. Requiritur PERSEVERANTIA 60
Qua cessante, Exculpatio *ejusque effectus locum habet* 61
Intuitu Inculpationis *requiritur IV. DEFECTUS CONTRARIARUM CIRCUMSTANTIARUM ac PROBATIONUM* 62
Quæ si adfuerint, exspirat vis Inculpationis 63
Inculpatio I. *operatur Effectum GENERALIS INQUISITIONIS* 64
Quod quomodo intelligendum, exponit 65
Rationes hujus effectus concessi traduntur 66.67
Diversa Lectio Glossæ in L. 2. C. de Cal. innuitur, & quæ præferendæ, docetur 68
Praxis sententiæ de prædicto effectu adducitur 69
Farinacius notatur 70
Excusationes pro eodem adducuntur 71.72
Et refelluntur 73.74.75
II. Inculpatio *operatur Effectum CAPTURÆ & INCARCERATIONIS.* 76
Quis hujus effectus finis sit, docet 77
Quæ nam dicatur receptio inter reos, & quando fiat, docet 78
Fugere & in specie reo competit & in jure eidem tribuitur 79.80
Ratio concessi prædicti effectus adducitur 81

Alia-

Aliqualem informationem ad incarcerationem sufficere, Praxi corroboratur 82
Objicitur L.2.C.de Exh & transm. 83
Eadem cum nostra sententia conciliatur, & exacte explicatur ac applicatur 84.85.86.87
Dubium movetur 88
Quod distinctione removetur 89
Querela partis læsæ distinguitur ibid.
Ampliatur prædictus effectus. 90
Differentia inter Inculpationem socii Criminis & inculpationem vulnerati moribundi quoad nominatum incarcerationis effectum cum diversitatis ratione traditur 91.92.93
Praxi hic effectus inculpationis vulnerati firmatur 94
Doctores Inculpationi *Effectum SPECIALIS INQUISITIONIS tribuentes & detrahentes recensentur.* 95.96
Clari conciliatio horum adducitur 97
Convenientior affertur eorundem compositio. 98
Quis sit intuitu heredum *effectus* Inculpationis, *docet* 99
Jure Civili necem defuncti vindicare sub pœna confiscationis hereditatis heres tenetur 100
Exceptiones traduntur remissive ibid.
Communis opinio prædicti effectus adducitur 101
Hodie *confiscatio cessat* 102
Cujus rationes ex mente Doctorum illam sententiam defendentium exhibet 103.105
Clarus leviter notatur 104
Denunciatio tamen hodienum occisi defuncti heredi incumbit 106
Cujus singularitas in eo demonstratur, quod in casu opulentæ hereditatis heredes expensas fisco inquirenti subministrare teneantur 107
Denunciationis & accusationis est separata natura, quod probat 108

1 POstquam in præcedenti CAPITE ex more ac Lege Disputantium *generalia* nostræ materiæ excusse sunt præmissa, ipsa Thematis dignitas deposcit, ut ad specialem ejusdem considerationem pro-
2 ximo jam gradu properem. Et cum in omnibus principaliter effectus pensitetur, *L. Cum servus* 104. *in fin. ff. de V. O.* Conf. *L. Si habitatio* 10. *pr. ff. De U. & H.* utpote, qui vim omnem rei tribuit, *L. Si is, qui*
3 *ducenta* 13. §. *Utrum ita* 3. *vers. Nam cum ff. De Reb. dub.* hic autem in præsenti materia duplex dari possit, alius *Affirmativus*, *Assertivus*, seu *Positivus*, quem In- & Exculpatio ex juris suffragio producit, & ad quem judex licite procedit, alius vero *Remotivus*, *Exclusivus seu*
4 *Negativus*, qui inde non oritur, nec à Judice suscipitur: accommodæ in evolvenda *Inculpatione* methodo Ordinem regularem ac nativum Processus Criminalis secutus insistam, deque *priori* ipsius *Inculpationis* effectu prius ex JCtis promptissime sibi contrariis, limpidissi-

dissima, ipsisque principiis rationis ac Sanctionis Criminalis primis ad amussim responsura colligam. Ut autem ipsius materiei evolutio- 5
ni eo clarius lumen affundatur, in hac facti Specie ejus conspectus sit adumbratus: Javolenus amicum forsan suum invisurus in sylva, vel extra portam in agro à peregrinantibus aut circumhabitantibus bono inventus fato miserrime vulneratus vixque respiraturus edixit, se vel à Mevio in vepretis circumserpentibus aut pago proxime latitaturo, vel à quodam incognito sibi, capillo tamen in miros gyros fracto, mediocri ac gracili habitu corporis, rubentibus genis, exotico vel Persico vestitu induto & cincto equite absque sufficiente, aut omni plane causa, vel ea levissima & indignissima, quod v. c. viam, cujus se ipsum ignarum esse dixit, demonstrare noluerit, invasum, prostratum, & gladio forsan proprio sibi è manibus vibrato vulneratum esse. QUÆ- 6
RITUR, si hi, qui has querelas languescentis vulnerati madente luctu pectore exceperunt, vel delictum tantum, & delinquentis habitum, latebrasque ignoti inculpari generaliter, vel facinus cum facinoroso per certam inculpationem noto ad magistratum juxta juris formam detulerunt, & dicta hæc revera à moribundo esse, legitime firmaverunt, an nil hæc assertio operetur? an vero aliquid causetur? & si quid causetur, quousque ergo officium Judicis Legum Constitutione, & saniore Doctorum opinione suffragante hanc ad inculpationem porrigatur & exerceri possit? Prius ab initio, nullum sc. effectum huic 7
nudo dicto jam defuncti tribuendum esse, ex textu, quem capitalem vocat Ant. Gomez. *Var. Res. Tom.* 3. *C.* 13. *n.* 16. Legis *Si quis in gravi* 3. §. *Si quis moriens* 1. *ff. de SCt. Syll.* colligendum videbatur, ubi JCtus Ulpianus rotundis verbis asserit: *Si quis moriens dixisset, à servo vim mortis allatam esse sibi, dicendum est, non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi* 8
potuerit & probari. Verum varie hæc Lex non incommode explicari potest: Aut enim eadem ad *Gentilismum seu Ethnicismum* quo in ipse Author hujus Legis Ulpianus vixit, solide parum religiosum, & exiguam veræ immortalitatis spem habentem referenda, cujus dispositionis ergo vigorem *Christianismus* eliminaret, quo in nemo vivens censetur cogitationem mortalitatis, & factorum in æterna vita certo securturæ remunerationis deponere, sicque nec ullo, multo minus mortis tempore animæ propriæ mentiendo, & alterius vitæ confitendo præjudicium inferre, uti ita fere sentit pius JCtus B. Dn. Brunnem.

9 *ad d. L. n. 2.* vel ad eandem regeri poteſt: Ulpianum non ſimpliciter, ſed *conditionaliter* vulnerati aſſertioni fidem detrahere, & de tempore *particulari* loqui, ſi ſc. *moriens* hoc dixerit, i. e. ſi quis in ultimo vitæ puncto decumbat, & infirmitatem corporis & infirmitas intellectus concomitetur, vel tumultu mortis anguſtiatus ſit, ubi facile eorum, quæ acta ſunt, obliviſcitur, *N. 18. C. 6. ibi: quoniam incertum eſt*, quam ſententiam geminatio verborum: *Si moriens* bis in d. L. poſitorum, ut enixæ mentis teſtis confirmare videtur, ut ergo, ſicuti ceſſante conditione, & ceſſat conditionalis diſpoſitio, ita & deficiente intellectus infirmitate, ac prædicto tumultu mortis, ceu cauſis rejecti teſtimonii, & deficiat ipſa rejectio, ſicque aſſertioni credi poſſit, quam interpretationem apponit Farinac. *Libr. 1. Tit. 5. Qu. 46. n 23.* aut denique dici
10 poteſt: JCtum negare ſaltem fidem aſſertioni ad effectum *probationis*, non quoad effectum *indicii* alicujus ſufficientis ad effectus jam jam
11 recenſendos. Et licet hæc diſtinctio non arrideat ROLANDO à VALLE *V. 3. Conſ. 37. n. 27.* putanti, effectu probationis generaliter remoto & removendum eſſe indicii effectum, cum indicium ſit probationis, licet ſemiplenæ ſpecies, certum autem ſit, remoto genere, ut h. c.
12 probatione, omnes ſimul ſpecies removeri. Facile tamen & prompte hæc dilui poſſunt, quæ duntaxat ſunt poſita & affirmata, non vero ſtabilita, nec confirmata, male namque & ſine fundamento indicium ſpecies probationis ſemiplenæ dicitur, quod ipſa potius ſemiplena probatione minus eſſe, rectius ex innumeris all. probat Farin. *Libr. 1. Tit. 5. Qu. 36. n. 218. 13.* & pejus, minusque ſolide à probationis excluſione ad *indicii* remotionem infertur, cum in jure non ſit proditum, negationem ejus, quod majus eſt, negationem ejus, quod minus eſt, una involvere.

14 Ut autem Inculpati qua tali ſuus conſtet Effectus poſitivus, certa præſuppono requiſita, ex ſanis principiis rationis & veritatis deducta, intuitu tum confitentis, ſeu vulnerati Inculpantis, tum confeſſionis ipſius, ſeu Inculpationis, ſine quibus hæc nullum effectum habere poterit. In *Inculpante* requiro I. BONAM FAMAM, VITAM-
15 QUE BENE HACTENUS ACTAM. Ut pius & religioſus, ſeu, uti Auguſtinus in *c. Ne quis arbitretur 14. pr. C. 22. Q. 2.* dicit, perfectus & ſpiritualis, ex communi civium ejus loci, ubi commoratus eſt, aſſer-
16 tione fuerit, à rixis, & locis, ubi eæ communiter feruntur, abſtinuerit, nec

nec viperina lingua cuipiam nocere, male de eo loquendo, morem aluerit. Tum enim, cum præsumptio alias sit de præterito in præsens, *C. Præterea quarto* 10, *X. De Transact. L. Sive possidetis* 16. *C. de Probat.* Menoch. *1. Pr.*19. *n.*3. & *Pr* 24. *n.*8.9. Mascard. *Concl.*551. *n.*5. Damhud. *Pr. R. C. Cap.*10. *n.*12. Tab. *in Barbos. Libr.*14. *C.*70. *Ax.*1. *ibique cit.* nec mutatio præsumatur. notab. *C perlatum* 1. *X. De his quæ vi met.* Vid. omnino Mascard. *De Probat. Concl.*1084. *n.*1. *cum fusiss. cit. Concl.*526. *n.*5. *cum citat. Concl.* 1160. *n.* 3. & *Concl.* 1346. *n.*7. Farinac. *Dec. Rom.*553. *n.*6. & *in Dec. Cr. Libr.*2. *D.*100. *n.*10. Mev. *P.*2. *D.*243. *n.*1. Menoch. *1. Pr.*9. *n.*12. & *Pr.*13. *n.*4. Tab. *in Barb. Libr.*11. *C.*60. *Ax.*7. *cum copiosiss. cit.* cum sit accidens, Alciat. *De Præs. Reg.*2. Menoch. 6. *Pr.*25. *n.*3. & *Pr.*37. *n.*3. & *Pr.*42. *n.*12. Tab. *d. l. Ax.*7. *ibi. Est enim* & facti, quæ præsumptionem non admittunt, *L. Si vero* 5. § *Qui pro* 1. *ff. Qui satisd. L. Si emancipati* 9. *vers. Sin autem C. De Collat.* notab. *C. Licet Romanus* 1. *ibi. Cum sint facti, & in facto consistant De Constit. in* 6. Gail. 2. O.31. *n.*14. Mascard. *Concl.*733. *n.*1. *cum fusiss. all.* ubi *n.*2. ratio *ex operos. cit.* Menoch. 6. *Pr.*14. *n.*1. Rol. à Vall. *V.*3. *Cons.*26. *n.*14. & *Cons.*32. *n.*17. Mev. *P.*1. *D.*160. *n.*2. & *P.*5. D.294. *n.*2. Barb. *in LL. CC. Jurispr. Libr.*6. *C.*3. *Ax.*27. *cum fusiss. cit. & ratione.* semel bonus semper talis præsumetur, Menoch. 5. *Pr.*19. *n.*9. & qui hactenus bonus fuit, jam quoque talis censebitur; notab. *L. Non omnes* 5. §. *A barbaris* 6. *ff. De R. M.* notab. *C. cum in juventute* 15. *X. De Præs.* Menoch. 5. *Pr.*1. *n.*17. & 1. *Pr.*14. *n.*26. Alciat. *De Præs. Reg.*2. *Pr.*8. Vid. Tab. *Libr.*19. *C.*31. *Ax.*6. ut eapropter ejus assertioni quà boni viri de vulnere ac vulnerante credendum sit. Nec obstat, 18

Quod bonitas & vitæ probitas alicujus in præjudicium tertii, ut h. c. Inculpati non præsumatur, nec contra eundem confessionem reddat validam. Menoch. 5. *Pr.*1. *n.*19. *cum fus. all.* Alciat. *Reg.*3. *Pr.*2. *n.*2. *cum cit.* Farinac. *Libr.*1. *D.*140. *n.*10. *ac in Pr. & Th. Cr. Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*47. *n.*288. *cum cit. nec non P.*3. *Qu.*85. *n.*47. *cum fus. cit.* Mascard. *V.*1. *Concl.*222. *n.*5.6. *cum mult. alleg. & V.*3. *Concl.*1007. *n.*60. *cum longa serie cit.* Polyd. Rip. *De Act. in M. A. Cap.*50. *n* 6. Resp. enim, hoc tum procedere, si ur- 19

gens aliqua præsumptio contra hunc virum bonum extet, ut expresse ita datam regulam limitat Menoch. 3. *Pr.*141. *n.* 16. Atqui præsum- 20

ptio non contra, sed potius *pro* inculpante est, quod, quia nemo præsumitur salutis æternæ immemor, *L. Sancimus fin. C. Ad L. jul. repetund.* (quæ Lex Canoni sata exhibetur in *c. Sancimus* 26. *C.*1. *Q.*7.) Conf.

C. Litteras 14. *ibi: quia verisimilius X. De Præs.* Farin. *Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 4. Hippol. de Marss. §. *Diligenter n.* 119. *& Cons.* 5. *n.* 14. Gail. 2. O. 43. *n.* 2. Polyd. Rip. *d. l. C.* 45. *n.* 3. Menoch. 2. *Pr.* 60. *n.* 2. *&* 5. *Pr.* 5. *n.* 1. Alciat. *De Præsumpt. Reg.* 3. *Pr.* 4. *n.* 1. aut mentiri, Rip. *d. l. C.* 51. *n.* 7. *cum all.* Menoch. 5. Pr. 5. *n.* 7. 8. *ibique cit.* vel decedere velle cum mendacio & peccato, Rip. *d. l. c.* 51 *n.* 3. *& C.* 59. *n.* 1. Menoch. 5. *Pr.* 5. *n* 7. Hippolit. Riminald. *Cons.* 58. *n.* 29. Schnob. *Disp. ad ff.* 8. *th.* 21. nec moriens dolum admittere, Rip. *C.* 52. *n.* 1. *cum cit. & n.* 2. aut mentiri, Mev. P. 5. *D* 46. *n* 1. Rip. *d. Tr. C.* 51. *n.* 2. *cum fus. cit. C.* 45. *n.* 4. *cum iisd. all. & C.* 82. *n.* 14. Rol. à Val. *V* 3. *Cons.* 37. *n.* 2. Marss. *d. l. n.* 119. Mascard. *Concl.* 1080. *n.* 1. *cum operos. cit.* Vid. Joan. Petr. Bimius, *Comes, & JCtus Mediol. Libr* 3. *Cons.* 208. *n.* 2. 3. aut decedere cum mendacio & peccato, Rip. *C.* 59. *n.* 14. quin potius verum dicere, Rip. *C.* 23. *n.* 5. *cum mult. all.* & maxime salutis memor, magisque quam vivens esse præsumatur, quia ulterior locus deliberandi in eo articulo pœnitentiæ vix, raroque datur, Rip. *d. Tr. de Act. in M. A Cap.* 23. *n.* 15. *cum fusiss. cit. C.* 27. *n.* 9. *C.* 50. *n.* 4. Menoch. 5. Pr. 5. *n.* 2. Vall. *d l. n.* 3. Farin. *Libr.* 1. *Tit* 5. *Qu.* 43. *n.* 28 *cum fus. cit.* unde & in eo acta præsumuntur fieri cum magna deliberatione, Rip. *C.* 58. *n.* 1. *ibique cit. & C.* 82. *n.* 13. ipsaque confessio in vitæ discrimine facta vera, sincera, & nullo affectu humano corrupta censetur. Mascard. *Concl.* 359. *n.* 4.

21 Et quamquam & hæ bonæ morienti apprime faventes conjecturæ toties à JCtis elidi dicantur, quoties præjudicium tertii adest. Farin. *Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 43. *n.* 30. *& Qu.* 46. *n.* 16. *ibique cit.* Menoch. 5. Pr. 5. *n.* 17. *& Libr.* 1. *Cons.* 39. *n.* 46. *&* 71. exque hoc Polyd. Ripa *in sæpe cit. Tr. de Act. in M. A. Cap.* 23. *n.* 16. *ibique cit. C.* 24. *n.* 4. *cum all. C.* 42. *n.* 9. *C.* 59. *n.* 11. 12. *ibique cit & C* 82. *n.* 15. Rol. à Vall. *V.* 3 *Cons.* 37. *n.* 26. *vers. Secundo non obstat.* Alciat. *de Præs Reg.* 3 Pr. 4. *n* 8. Barbos. *Libr.* 11. *C.* 51. *Ax.* 12. *ibi præsertim. Excell.* Dn. Stryk. *in supr. laudat Diss. de Essat. agoniz. V.* 1. *D.* 5. *C* 1. *n.* 15. *ibique cit.* uti ita omnes concludere docet Farinac. *d. Qu.* 46. *n.* 16. ut hinc dicendum videretur, nec ipsi Inculpanti licet morituro aut ejus assertioni credendum esse in Inculpati præjudicium, nec in hunc jure propitio aliquid statui posse: Dicta tamen illa omnia intelligenda esse reor de præjudicio *enormi* ex asser-
22 tione Inculpantis resultaturo, vel, uti in simili loqui amat Polyd. Rip. *in cit. pretioso Tr. C.* 31. *n.* 20. 21. *secundo & tertio* præjudicii *gradu*, i. e. *speciali* inquisitione, (quam transmissionem inqui-

sitio-

sitionis ex Claro §. *f. Q.* 21. *n.* 5. 6. more sueto Criminalistarum vocat) & *quæstione*, addo & *condemnatione*, ut sc. quoad hos effectus, sicque *per omnia & plenariè* assertio in mortis articulo facta nominatum gravare non possit, benè tamen ad effectum *generalis inquisitionis* & *incarcerationis*, quod discrimen ipsi JCti agnoscere videntur, dum assertioni 23
morientis ad præjudicandum tertio effectum denegant, & tamen eundem generalis inquisitionis & incarcerationis ipsi Inculpationi assignant, de quo infra.

Nec hactenus dicta cum generali morientium fide evertit noto- 24
rium illud Baldi Proverbium, quod ponit in *Constit. De Pac. Constant.* *5. F.* 21. §. 1 *ad verb. Vasalli nostri n.* 6. Non omnis moriens est sanctus Johannes Evangelista, à Doctoribus uno ore approbatum & citatum. Menoch. *De A. J. Q. Libr.* 2. *Cent.* 1. *Cas.* 89. *n.* 30. *ibique cit. &* 5. *Pr.* 5. *n.* 19. *necnon Libr.* 1. *Cons.* 139 *n.* 68. & 70 exque eo Polyd. Ripa *all. Tr. de A. in M. A. Cap* 27. *n.* 8. *ibiqueplures cit. C.* 45 *n.* 3. *cum fusiss all. C.* 50. *n.* 1. *cum innum. cit.* Barb. *Libr.* 11 *C.* 51. *Ax.* 12. *in fin. ibique all.* Johan. Arelatanus *in Addit. ad Alc. Tr. de Præs. Reg.* 3. *Pr.* 4. *n* 5 Rol. à Valle v. 2. *Cons.* 63. *n.* 33. & *V.* 3. *Cons.* 37. *n.* 8. Hipp. de Marsil. *in Pr. Cr.* §. *Diligenter n.* 118. *vers. Item facit.* & §. *Restat. n.* 11. *ut & Cons.* 5. *n.* 15. Masc, *Concl.* 144. *n.* 3. *cum cit. & Concl* 1080. *n.* 2. *ibiq. cit.* Mev. P. 5. *D.* 46. *n.* 5. Hippol. Riminald. *V.* 1. *Cons.* 58. *n.* 31 B. Dn. Lauterb. *in Comp. jur. ad Tit. de jurej. p. m.* 185. Farinac. *Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46 *n.* 5. Claud. de Battandier *in Pr. Caus. Cr. Reg.* 33 *n.* 2. Excell. Dn. D. Stryk *prælaud. Diss. De Eff. agon. d. C. num.* 12. & *in accuratiss. Diss. de Bacill fiss. V.* 3. *D.* 9. *C.* 4. *n.* 33. neque idem semper dicit verum. Polyd. Ripa *d. Tr. C.* 23. *n.* 6. Masc. *d. l.* Marsil. *cit.* §. *Diligenter &* §. *Restat. n.* 12. Vall. *all. l.* & Menoch. *d. n.* 19. *in f.* Nam 25
licet hoc verificari possit in hypothesi ad *unum* vel *alterum individuum*, in *tota* tamen *specie* certissime fallet, quod vel ipsæ regulæ *particulariter* loquentes innuunt. Major enim pars morientium nititur mori sine 26
onere conscientiæ, Mars. *d.* §. *Diligenter n.* 123. Farin. *in Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 5. Rol. à Vall *d. Cons.* 37. *n.* 8. paucique è contrario sunt, qui tum mentiuntur, Marl. *Cons.* 5. *n.* 14. cum experientia nos edoceat, infirmantes magis quærere salutem, quam bene valentes, ut docet Hipp. Riminald. *V.* 1. *Cons.* 58. *n.* 31. imo quamplurimos toto vitæ tempore facinorosos in extremo vitæ suæ spatio signa pœnitentiæ & contritionis edere, Mascard. *Concl.* 144. *n.* 2. Hipp. de Mars. *d.* §. *Diligenter n.* 120. *vers. præterea & d. Cons.* 5. *n.* 14. *nec non Cons.* 109. *n.* 39.

Cum de mortis causa fin. ibi longiore cogitatione mortis C. De M. C. Don. vivens adhuc quasi moriatur. Conf. Zacch *Q. Q. Med. Legal. Libr. 2 Tit. 1. Qu. 19. n. 10. & ab eo citat.* Franc. Bursat. V. 1. *Conf. 40. n. 85. ac* Lazar. Fö-
69 nut. *De moment. Temp. Libr. 1. C. 5. n. 23.* Add. Rip. *d. Tr. C. 19. n. 6. ibique cit.* Salic. qui proinde ultimo hoc intuitu haud inconcinne in mortis articulo *imaginario*, seu ut ex Fönutio *d. l. n.* 14. Zacchias *c. l. n. 16.* loquitur, non in mortis articulo (puta *reali*,) sed mortis *periculo* constitutus diceretur, uti hanc distinctionem Thomam Hurtado *in Resol. moral. Tr. 5. C. 6. Res. 68.* prolixè tueri, tradit *Illustris JCtus* B. Dn. Zieg-
70 ler. *ad Zacch. d. n. 16. verb. Quam distinctionem* quod optimè convenire Principibus, quorum ex negotiorum difficultate & curarum varietate, mollique ac delicata corporum temperantia frequens mors est,
71 tradit Rip. *d. C. 1. n. 13. ibique cit.* Socin. Et hanc acceptionem non adeo ipsos Philosophos latuisse, testes invenio binos sine exceptione idoneos, Ciceronem, penes quem ex judicio *Judiciosissimi JCti, Illustris* Dn. de Rhez. *in limitiss. Med. Acad. ad Inst. 2. Pos. 2. p.* 17. omne JCtorum ævo suo decus stetit, & Senecam, non immeritò virtutis studio penè Christianum dictum à *Consummatiss. JCto, Illustr.* Dn. D.
72 Stryck. *in accurat. Tr. De Succ. ab. int. Diss. 10. C. 1. §. 1. & Doctiss. Tr. De J. S. Disp.* 8. *in præfat.* Horum ille *Libr. De Senect. Edit. Genev. Tom. 4. p. 556. Litt. A. Meditatum*, fatur, *ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest*, moriendum enim certè est, *& id incertum, an eo ipso die, mortem igitur omnibus horis impen-*
73 *dentem timens quis possit animo consistere.* Hic autem expressius *in Epistol. ad Lucilium* 24. *Non repente*, inquit, *nos in mortem incidimus, sed minutatim procedimus.* Quotidie morimur, quotidie *enim* demitur aliqua pars vitæ, *&* tum quoque, cum crescimus, vita decrescit. *Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam usque ad hesternum, quicquid successit temporis, periit*, hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. *Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit: sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.* Hæc
74 ille. *Vid. ibid* Just. Lips. *in not. n.* 17. (ב.) Eadem parili ratione mox *officium* suum, quo hactenus functus, *depositurus*, moribundus dici potest. Sicuti enim Officialis finito jam in totum Magistratu mortuus dicitur, non quidem tanquam homo, quia non separatur anima à cor-

pore,

pore, nec tanquam liber, quia ab illo libertas nõ ſejungitur, nec tanquã civis, quia ea de re civitatem non amittit, ſed tanquã Officialis, vel Magiſtratus temporarius, quia creatura illa legalis deſinit eſſe per ſeparationem officii, ut ſuaviter loquitur Polydor. Ripa *in ſæpe laud. Tr. De Act. in M. A. Cap. 14 n. 26.* ita illo temporis ſpatio, quod proxime ipſam depoſitionem antecedit, non minori jure moriens ſeu moribundus dici poteſt, at utroque modo non niſi generaliſſime & improprie. Pro- 75
prie autem, quæ acceptio propius noſtro ſcopo accedit, iterum librari poteſt vel ſpecialiter, vel ſpecialiſſime: Illo in ſenſu hic moribundus 76
appellatur, qui morbo ſontico *L. Non exigimus 2. §. Si quis judicio 3. in f. ff. Si quis caution. L. Judex datus 46. ff. De Judic.* cujusque rei agendæ impedimento futuro *L. Quæſitum 60. verſ. Sonticus autem ff. De Re jud. L. Morbus ſonticus 113 ff. De V. S. L. Non ſolum 10. §. Si quis ita f. ff. de Excuſ. tut. L. Ob quæ vitia 4. § illud erit 5. notab. L. animi potius 65. §. Quoties 1. ff. De Ædil. edict.* decumbit, à quo ſe convaliturum fruſtra vel ægre ſperare habet, *d. L. 65. §* 1. hincque in periculo propinquæ *L. Mortis cauſa 3. ff. de M. C. Don.* impendentis *Paul. 2. Sent. 23. §. 1.* ac inſtantis mortis *L. Hæc enim 6. ff. de M. C. Don.* eſt conſtitutus. Conf. paululum aliter hæc tractantes Zach. *d. l. n. 11. cum cit.* & Rip. *d. Tr. C 1. n. 6. 7. 8.* Hoc in ſenſu is 77
moribundus vocitabitur, qui in ultimo inſtanti & momento vitæ, quam jam linquit, eſt conſtitutus. Vid. Zach. *d. l. n.* 4. *& Illuſtr.* Dn. Stryck. *in pereleganti Diſſ. de Effatis Agonizantium V. 1. D. 5. C. 1. n. 2.* & tum recte *agonizans* dici poteſt. Vid. omnino Zach. *d. l. n. 6. & 14.* Omni- 78
bus reliquis jam miſſis acceptionibus, eam huic Diſſertationi proprie ac genuine convenire autumo, in qua proprie & quidem ſpecialiter moribundum jamjam conſideravimus, unde In-& Exculpans vel lethaliter cæſus ex in jam exſpiraturus, vel non lethaliter læſus, accidenti tamen externo ita debilitatus, ut haud ſit reſpiraturus, recte moribundus dici poteſt, ut morte dein ſubſecuta effectus jamjam recenſendos ejusdem aſſertio jure firmiſſimo ſit operatura.

CAPUT II.

Proponens

Inculpationis casum, Requisita, cumque contrariorum Resolutione effectum ejusdem affirmativum seu positivum.

SUMMARIA.

Connexio *num.* 1.
Effectus in omnibus ob virtutem suam principaliter est attendendus 2
Hic in materia In-& Exculpationis *duplex est, quem monstrat* 3
Methodus exponendæ Inculpationis *materiæ innuitur* 4
Casus Inculpationis *ponitur* 5
Cardo quæstionis formatur 6
Dubium fundamentale ex L.3. §.1. De SC. Syll. movetur 7
Idem triplici d. Legis explicatione tollitur 8.9.10
Rolandus à Valle dissentiens adducitur 11
Et notatur 12.13
Ad Effectum Inculpationis *stabiliendum certa requisita tum intuitu dicentis, tum intuitu dicti sunt necessaria* 14
In Inculpante *requiritur I. BONA FAMA & VITA* 15
Quod explicat 16
Quid inde inferatur, docet 17
Applicatio illationis in dubium vocatur 18
Illatio prædicta explicatur 19
Applicatio ejusdem ex bonis pro quolibet homine, imprimis moriente variis conjecturis militantibus defenditur 20
Novum circa hanc dubium exhibet 21
Cujus resolutionem cum ratione dat 22.23.
Objicitur Baldi proverbium 24
Idem explicatur 25
Nostraque sententia ulterius à majori parte morientium confirmatur 26
Veritas imprimis dictis morientis habenda 27

Cujus

Cujus binas rationes dant. 28.29
Nec creditur contrarium de moriente dicenti 30
Rationem hujus suppeditat 31
Quod præprimis in eo, qui bonam egit vitam procedit 32
Argumentum à communiter contingentibus in jure firmum est 33
Præsumptio generalis uno vel altero exemplo non tollitur 34
LL. non attendunt, quæ raro accidunt 35
II. Requiritur PLENUS INTELLECTUS 36
Qui in moriente & præsumitur & conspicitur 37
Utrumque egregiis exemplis ab actibus & inter vivos. 38 *& ultimæ voluntatis, iisque & accessoriis* 39 *& principalibus* 40
desumptis probatur.
Dubium movetur circa intellectus plenitudinem 41.42.43
Idem resolvitur & deducitur 44.45 46.47
Alia in contrarium ratio urgetur 48 49.50.51
Removetur eadem à 52. *ad* 55
Explicatur L. 29. C. De Testam. & L. 43. De M. T. 52.53
Mortis articulus dupliciter capitur 54
Ad certificandum in moriente intellectum utilis est signorum collectio 55
Qualia hæc in specie in Inculpante *esse possint, tradunt* 57.58
Deficiente Intellectu Inculpatio *effectu destituitur* 59
Cujus defectus signa tradit remissive 59
III. Requiritur PERSEVERANTIA 60
Qua cessante, Exculpatio *ejusque effectus locum habet* 61
Intuitu Inculpationis *requiritur IV. DEFECTUS CONTRARIARUM CIRCUMSTANTIARUM ac PROBATIONUM* 62
Quæ si adfuerint, exspirat vis Inculpationis 63
Inculpatio I. *operatur Effectum GENERALIS INQUISITIONIS* 64
Quod quomodo intelligendum, exponit 65
Rationes hujus effectus concessi traduntur 66.67
Diversa Lectio Glossæ in L. 2. C. de Cal. innuitur, & quæ præferendæ, docetur 68
Praxis sententiæ de prædicto effectu adducitur 69
Farinacius notatur 70
Excusationes pro eodem adducuntur 71.72
Et refelluntur 73.74.75
II. Inculpatio *operatur Effectum CAPTURÆ & INCARCERATIONIS.* 76
Quis hujus effectus finis sit, docet 77
Quænam dicatur receptio inter reos, & quando fiat, docet 78
Fugere & in specie reo competit & in jure eidem tribuitur 79.80
Ratio concessi prædicti effectus adducitur 81

Alia

Aliqualem informationem ad incarcerationem sufficere, Praxi corroboratur 82
Objicitur L.2.C. de Exh & transm. 83
Eadem cum nostra sententia conciliatur, & exacte explicatur ac applicatur 84.85.86.87
Dubium movetur 88
Quod distinctione removetur 89
Querela partis læsæ distinguitur ibid.
Ampliatur prædictus effectus. 90
Differentia inter Inculpationem socii Criminis & inculpationem vulnerati moribundi quoad nominatum incarcerationis effectum cum diversitatis ratione traditur 91.92.93
Praxi hic effectus inculpationis vulnerati firmatur 94
Doctores Inculpationi *Effectum SPECIALIS INQUISITIONIS tribuentes & detrahentes recensentur.* 95.96
Clari conciliatio horum adducitur 97
Convenientior affertur eorundem compositio. 98
Quis sit intuitu heredum *effectus* Inculpationis, *docet* 99
Jure Civili necem defuncti vindicare sub pœna confiscationis hereditatis heres tenetur 100
Exceptiones traduntur remissive ibid.
Communis opinio prædicti effectus adducitur 101
Hodie *confiscatio cessat* 102
Cujus rationes ex mente Doctorum illam sententiam defendentium exhibet 103.105
Clarus leviter notatur 104
Denunciatio tamen hodienum occisi defuncti heredi incumbit 106
Cujus singularitas in eo demonstratur, quod in casu opulentæ hereditatis heredes expensas fisco inquirenti subministrare teneantur 107
Denunciationis & accusationis est separata natura, quod probat 108

1 POstquam in præcedenti CAPITE ex more ac Lege Disputantium *generalia* nostræ materiæ excussæ sunt præmissa, ipsa Thematis dignitas deposcit, ut ad specialem ejusdem considerationem pro-
2 ximo jam gradu properem. Et cum in omnibus principaliter effectus pensitetur, *L. Cum servus* 104. *in fin. ff. de V. O.* Conf. *L. Si habitatio* 10. *pr. ff. De U. & H.* utpote, qui vim omnem rei tribuit, *L. Si is, qui*
3 *ducenta* 13. §. *Utrum ita* 3. *vers. Nam cum ff. De Reb. dub.* hic autem in præsenti materia duplex dari possit, alius *Affirmativus*, *Assertivus*, seu *Positivus*, quem In- & Exculpatio ex juris suffragio producit, & ad quem judex licite procedit, alius vero *Remotivus*, *Exclusivus seu*
4 *Negativus*, qui inde non oritur, nec à Judice suscipitur: accommodæ in evolvenda *Inculpatione* methodo Ordinem regularem ac nativum Processus Criminalis secutus insistam, deque *priori* ipsius *Inculpationis* effectu prius ex JCtis promptissime sibi contrariis, limpi-
dissi-

dissima, ipsisque principiis rationis ac Sanctionis Criminalis primis ad amussim responsura colligam. Ut autem ipsius materiei evolutioni eo clarius lumen affundatur, in hac facti Specie ejus conspectus sit adumbratus: Javolenus amicum forsan suum invisurus in sylva, vel extra portam in agro à peregrinantibus aut circumhabitantibus bono inventus fato miserrime vulneratus vixque respiraturus edixit, se vel à Mevio in vepretis circumserpentibus aut pago proxime latitaturo, vel à quodam incognito sibi, capillo tamen in miros gyros fracto, mediocri ac gracili habitu corporis, rubentibus genis, exotico vel Persico vestitu induto & cincto equite absque sufficiente, aut omni plane causa, vel ea levissima & indignissima, quod v. c. viam, cujus se ipsum ignarum esse dixit, demonstrare noluerit, invasum, prostratum, & gladio forsan proprio sibi è manibus vibrato vulneratum esse. QUÆRITUR, si hi, qui has querelas languescentis vulnerati madente luctu pectore exceperunt, vel delictum tantum, & delinquentis habitum, latebrasque ignoti inculpari generaliter, vel facinus cum facinoroso per certam inculpationem noto ad magistratum juxta juris formam detulerunt, & dicta hæc revera à moribundo esse, legitime firmaverunt, an nil hæc assertio operetur? an vero aliquid causetur? & si quid causetur, quousque ergo officium Judicis Legum Constitutione, & saniore Doctorum opinione suffragante hanc ad inculpationem porrigatur & exerceri possit? Prius ab initio, nullum sc. effectum huic *nudo* dicto jam defuncti tribuendum esse, ex textu, quem capitalem vocat Ant. Gomez. *Var. Res. Tom.* 3. C. 13. *n.* 16. Legis *Si quis in gravi* 3. §. *Si quis moriens* 1. *ff. de SCt. Syll.* colligendum videbatur, ubi JCtus Ulpianus rotundis verbis asserit: *Si quis moriens dixisset, à servo vim mortis allatam esse sibi, dicendum est, non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi potuerit & probari.* Verum varie hæc Lex non incommode explicari potest: Aut enim eadem ad *Gentilismum seu Ethnicismum* quo in ipse Author hujus Legis Ulpianus vixit, solide parum religiosum, & exiguam veræ immortalitatis spem habentem referenda, cujus dispositionis ergo vigorem *Christianismus* eliminaret, quo in nemo vivens censetur cogitationem mortalitatis, & factorum in æterna vita certo secuturæ remunerationis deponere, sicque nec ullo, multo minus mortis tempore animæ propriæ mentiendo, & alterius vitæ confitendo præjudicium inferre, uti ita fere sentit pius JCtus B. Dn. Brunnem.

9 *ad d. L. n. 1.* vel ad eandem regeri potest: Ulpianum non ſimpliciter, ſed *conditionaliter* vulnerati aſſertioni fidem detrahere, & de tempore *particulari* loqui, ſi ſc. *moriens* hoc dixerit, i. e. ſi quis in ultimo vitæ puncto decumbat, & infirmitatem corporis & infirmitas intellectus concomitetur, vel tumultu mortis anguſtiatus ſit, ubi facile eorum, quæ acta ſunt, obliviſcitur, *N. 18. C. 6. ibi: quoniam incertum eſt*, quam ſententiam geminatio verborum: *Si moriens* bis in d. L. poſitorum, ut enixæ mentis teſtis confirmare videtur, ut ergo, ſicuti ceſſante conditione, & ceſſat conditionalis diſpoſitio, ita & deficiente intellectus infirmitate, ac prædicto tumultu mortis, ceu cauſis rejecti teſtimonii, & deficiat ipſa rejectio, ſicque aſſertioni credi poſſit, quam interpretationem apponit Farinac. *Libr. 1. Tit. 5. Qu. 46. n 23.* aut denique dici
10 poteſt: JCtum negare ſaltem fidem aſſertioni ad effectum *probationis*, non quoad effectum *indicii* alicujus ſufficientis ad effectus jam jam
11 recenſendos. Et licet hæc diſtinctio non arrideat ROLANDO à VALLE *V. 3. Conſ. 37. n. 27.* putanti, effectu probationis generaliter remoto & removendum eſſe indicii effectum, cum indicium ſit probationis, licet ſemiplenæ ſpecies, certum autem ſit, remoto genere, ut h. c.
12 probatione, omnes ſimul ſpecies removeri. Facile tamen & prompte hæc dilui poſſunt, quæ duntaxat ſunt poſita & affirmata, non vero ſtabilita, nec confirmata, male namque & ſine fundamento indicium ſpecies probationis ſemiplenæ dicitur, quod ipſa potius ſemiplena probatione minus eſſe, rectius ex innumeris all. probat Farin. *Libr. 1. Tit. 5. Qu. 36. n. 218. 13.* & pejus, minusque ſolide à probationis excluſione ad *indicii* remotionem infertur, cum in jure non ſit proditum, negationem ejus, quod majus eſt, negationem ejus, quod minus eſt, una involvere.

14 Ut autem Inculpati qua tali ſuus conſtet Effectus poſitivus, certa præſuppono requiſita, ex ſanis principiis rationis & veritatis deducta, intuitu tum confitentis, ſeu vulnerati Inculpantis, tum confeſſionis ipſius, ſeu Inculpationis, ſine quibus hæc nullum effectum habere poterit. In *Inculpante* requiro I. BONAM FAMAM, VITAM-
15 QUE BENE HACTENUS ACTAM. Ut pius & religioſus, ſeu, uti Auguſtinus in *c. Ne quis arbitretur 14. pr. C. 22. Q. 2.* dicit, perfectus & ſpiritualis, ex communi civium ejus loci, ubi commoratus eſt, aſſer-
16 tione fuerit, à rixis, & locis, ubi eæ communiter feruntur, abſtinuerit,

nec

nec viperina lingua cuipiam nocere, male de eo loquendo, morem alueerit. Tum enim, cum præſumptio alias ſit de præterito in præ- 17
ſens, *C. Præterea quarto* 10, *X. De Tranſact. L. Sive poſſidetis* 16. *C. de Probat.* Menoch. *1. Pr.19.n.3. & Pr 24.n.8.9.* Maſcard. *Concl.551.n.5.* Damhud. *Pr. R. C. Cap.10.n.12.* Tab. *in Barboſ. Libr.14. C.70. Ax.1. ibique cit.* nec mutatio præſumatur. notab. *C perlatum 1. X. De his quæ vi met.* Vid. omnino Maſcard. *De Probat. Concl.1084.n.1. cum fuſiſſ. cit. Concl.526. n.5. cum citat. Concl. 1160. n.3. & Concl.1346. n.7.* Farinac. *Dec. Rom.553.n.6. & in Dec. Cr. Libr.2. D.100. n.10.* Mev. *P.2. D.243 n.1.* Menoch. *1. Pr.9 n.12. & Pr.13. n.4.* Tab. *in Barb. Libr.11. C.60. Ax.7. cum copioſiſſ. cit.* cum ſit accidens, Alciat. *De Præſ. Reg.2.* Menoch. *6. Pr.25.n.3. & Pr.37. n.3. & Pr.42.n.12.* Tab. *d. l. Ax.7. ibi. Eſt enim* & facti, quæ præſumptionem non admittunt, *L. Si vero 5. § Qui pro 1. ff. Qui ſatisd. L. Si emancipati 9. verſ. Sin autem C. De Collat.* notab. *C. Licet Romanus 1. ibi. Cum ſint facti, & in facto conſiſtant De Conſtit. in 6.* Gail. 2, O.31. *n.14.* Maſcard. *Concl 733. n.1. cum fuſiſſ. all.* ubi *n.2.* ratio *ex operoſ. cit.* Menoch. *6. Pr.14.n.1.* Rol. à Vall. *V.3. Conſ.26. n.14. & Conſ.32. n.17.* Mev. *P.1. D.160. n.2. & P.5.* D.294. *n.2.* Barb. *in LL. CC. Juriſpr. Libr.6. C.3. Ax.27. cum fuſiſſ. cit. & ratione.* ſemel bonus ſemper talis præſumetur, Menoch. 5. *Pr.19.n.9.* & qui hactenus bonus fuit, jam quoque talis cenſebitur; notab. *L. Non omnes 5. §. A. barbaris 6. ff. De R. M.* notab. *C. cum in juventute 15. X. De Præſ.* Menoch. *5. Pr.1. n.17. & 1. Pr.14. n.26.* Alciat. *De Præſ. Reg.2. Pr.8.* Vid. Tab. *Libr.19. C.31. Ax.6.* ut eapropter ejus aſſertioni qua boni viri de vulnere ac vulnerante credendum ſit. Nec obſtat, 18
Quod bonitas & vitæ probitas alicujus in præjudicium tertii, ut h. c. Inculpati non præſumatur, nec contra eundem confeſſionem reddat validam. Menoch. 5. *Pr.1. n.19. cum fuſ. all.* Alciat. *Reg.3. Pr.2. n.2. cum cit.* Farinac. *Libr.1. D.140. n.10. ac in Pr. & Th. Cr. Libr.1. Tit.5. Qu.47. n.288. cum cit. nec non P.3. Qu.85. n.47. cum fuſ. cit.* Maſcard. *V.1. Concl.222. n.5.6. cum mult. alleg. & V.3. Concl.1007. n.60. cum longa ſerie cit.* Polyd. Rip. *De Act. in M. A. Cap.50. n 6.* Reſp. enim, hoc tum procedere, ſi ur- 19
gens aliqua præſumptio contra hunc virum bonum extet, ut expreſſe ita datam regulam limitat Menoch. 3. *Pr.141. n. 16.* Atqui præſum- 20
ptio non contra, ſed potius *pro* inculpante eſt, quod, quia nemo præſumitur ſalutis æternæ immemor, *L. Sancimus fin. C. Ad L. jul. repetund.* (quæ Lex Canoni ſata exhibetur in *c. Sancimus 26. C.1. Q.7.*) Conf.

C. Litteras 14. *ibi: quia verisimilius X. De Præs.* Farin. *Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*46. *n.*4. Hippol. de Marſ. §. *Diligenter n.*119. *& Conſ.*5. *n.*14. Gail. 2. *O.*43. *n.*2. Polyd. Rip. *d. l. C.* 45. *n.* 3. Menoch. 2. *Pr.* 60. *n.*2. *&* 5. *Pr.*5. *n.*1. Alciat. *De Præſumpt. Reg.*3. *Pr.*4. *n.*1. aut mentiri, Rip. *d. l. C.*51. *n.*7. *cum all.* Menoch. 5. *Pr.*5. *n.*7. 8. *ibique cit.* vel decedere velle cum mendacio & peccato, Rip. *d. l. c.*51 *n.*3. *& C.*59. *n.* 1. Menoch. 5. *Pr.*5. *n* 7. Hippolit. Riminald. *Conſ* 58. *n.*29. Schnob. *Diſp. ad ff.* 8. *th.*21. nec moriens dolum admittere, Rip. *C.*52 *n.*1. *cum cit. & n.*2. aut mentiri, Mev. P.5. *D* 46. *n* 1. Rip. *d. Tr. C.*51. *n.*2. *cum ſuſ. cit. C.*45. *n.*4. *cum iisd. all. & C.*82. *n.*14. Rol. à Val. *V* 3. *Conſ.*37. *n.*2. Marſ. *d. l. n.*119. Maſcard. *Concl.*1080. *n.*1. *cum operoſ. cit.* Vid. Joan. Petr. Bimius, *Comes, & JCtus Mediol. Libr* 3. *Conſ.*208. *n.*2. 3. aut decedere cum mendacio & peccato, Rip. *C.*59. *n.*14. quin potius verum dicere, Rip. *C.*23. *n.*5. *cum mult. all.* & maxime ſalutis memor, magisque quam vivens eſſe præſumatur, quia ulterior locus deliberandi in eo articulo pœnitentiæ vix, raroque datur, Rip. *d. Tr. de Act. in M. A Cap.*23. *n.*15. *cum ſuſiſſ. cit. C.*27. *n.*9. *C.*50. *n.*4. Menoch. 5. *Pr.*5. *n.*2. Vall. *d l. n.*3. Farin. *Libr.*1. *Tit* 5. *Qu.*43. *n.*28 *cum ſuſ. cit.* unde & in eo acta præſumuntur fieri cum magna deliberatione, Rip. *C.*58. *n.*1. *ibique cit. & C.*82. *n.*13. ipſaque confeſſio in vitæ diſcrimine facta vera, ſincera, & nullo affectu humano corrupta cenſetur. Maſcard. *Concl.*359. *n.*4.

21 Et quamquam & hæ bonæ morienti apprime faventes conjecturæ toties à JCtis elidi dicantur, quoties præjudicium tertii adeſt. Farin. *Pr. & Th. Cr. Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*43. *n.*30. *& Qu.*46. *n.*16. *ibique cit.* Menoch. 5. *Pr.*5. *n.*17. *& Libr.*1. *Conſ.*39. *n.*46. *&* 71. exque hoc Polyd. Ripa *in ſæpe cit. Tr. de Act. in M. A. Cap.*23. *n.*16. *ibique cit. C.*24. *n.*4. *cum all. C.*42. *n.*9. *C.*59. *n.*11. 12. *ibique cit & C* 82. *n.*15. Rol. à Vall. *V.*3 *Conſ.*37. *n.*26. *verſ. Secundo non obſtat.* Alciat. *de Præſ Reg.*3 Pr.4. *n* 8. Barboſ. *Libr.*11. *C.*51. *Ax.*12. *ibi præſertim. Excell.* Dn. Stryk. *in ſupr. laudat Diſſ. de Eſſat. agoniz. V.*1. *D.*5. *C* 1. *n.*15. *ibique cit.* uti ita omnes concludere docet Farinac. *d. Qu.*46. *n.*16. ut hinc dicendum videretur, nec ipſi Inculpanti licet morituro aut ejus aſſertioni credendum eſſe in Inculpati præjudicium, nec in hunc jure propitio aliquid ſtatui poſſe: Dicta tamen illa omnia intelligenda eſſe reor de præjudicio *enormi* ex aſſer-

22 tione Inculpantis reſultaturo, vel, uti in ſimili loqui amat Polyd. Rip. *in cit. pretioſo Tr. C.* 31. *n.* 20. 21. *ſecundo & tertio* præjudicii *gradu*, i. e. *ſpeciali* inquiſitione, (quam transmiſſionem inquiſitio-

sitionis ex Claro §.*f.Q.*21. *n.* 5.6. more sueto Criminalistarum vocat) & *quæstione*, addo & *condemnatione*, ut sc. quoad hos effectus, sicque *per omnia & plenariè* assertio in mortis articulo facta nominatum gravare non possit, benè tamen ad effectum *generalis inquisitionis* & *incarcerationis*, quod discrimen ipsi JCti agnoscere videntur, dum assertioni morientis ad præjudicandum tertio effectum denegant, & tamen eundem generalis inquisitionis & incarcerationis ipsi Inculpationi assignant, de quo infra. 23

Nec hactenus dicta cum generali morientium fide evertit notorium illud Baldi Proverbium, quod ponit in *Constit. De Pac. Constant.* *f.F.*21.§.1 *ad verb. Vasalli nostri n.* 6. Non omnis moriens est sanctus Johannes Evangelista, à Doctoribus uno ore approbatum & citatum. Menoch. *De A. J. Q. Libr.* 2. *Cent.* 1. *Cas.* 89. *n.*30. *ibique cit. &* 5. *Pr.* 5. *n.* 19. *necnon Libr.* 1. *Cons.* 139 *n.* 68. & 70 exque eo Polyd. Ripa *all. Tr. de A. in M. A. Cap* 27. *n.* 8. *ibiqueplures cit. C.* 45 *n.* 3. *cum fusiss all. C.* 50. *n.* 1. *cum innum. cit.* Barb. *Libr.* 11 *C.* 51. *Ax.* 12. *in fin. ibique all.* Johan. Arelatanus *in Addit. ad Alc. Tr. de Præs. Reg.* 3. *Pr.* 4. *n* 5 Rol. à Valle v. 2. *Cons.* 63. *n.* 33. & *V.* 3. *Cons.* 37. *n.* 8. Hipp. de Marsil. *in Pr. Cr.* §. *Diligenter n.* 118. *vers. Item facit.* & §. *Restat. n.* 11. *ut & Cons.* 5. *n.* 15. Masc, *Concl.* 144. *n.* 3. *cum cit. & Concl* 1080. *n.* 2. *ibiq. cit.* Mev. P. 5. *D.* 46. *n.* 5. Hippol. Riminald. *V.* 1. *Cons.* 58. *n.* 31 B. Dn. Lauterb. *in Comp. jur. ad Tit. de jurej. p. m.* 185. Farinac. *Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46 *n.* 5. Claud. de Battandier *in Pr. Caus. Cr. Reg.* 33 *n.* 2. Excell. Dn. D. Stryk *prælaud. Diss. De Eff. agon. d. C. num.* 11. & *in accuratiss. Diss. de Bacill fiss. V.* 3. *D.* 9. *C.* 4. *n.* 33. neque idem semper dicit verum. Polyd. Ripa *d. Tr. C.* 23. *n.* 6. Masc. *d. l.* Marsil. *cit.* §. *Diligenter &* §. *Restat. n.* 12. Vall. *all. l.* & Menoch. *d. n.* 19. *in f.* Nam 25 licet hoc verificari possit in hypothesi ad *unum* vel *alterum individuum*, in *tota* tamen *specie* certissime fallet, quod vel ipsæ regulæ *particulariter* loquentes innuunt. Major enim pars morientium nititur mori sine 26 onere conscientiæ, Mars. *d.* §. *Diligenter n.* 123. Farin. *in Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 5. Rol. à Vall *d. Cons.* 37. *n.* 8. paucique è contrario sunt, qui tum mentiuntur, Mars. *Cons.* 5. *n.* 14. cum experientia nos edoceat, infirmantes magis quærere salutem, quam bene valentes, ut docet Hipp. Riminald. *V.* 1. *Cons.* 58. *n.* 31. imo quamplurimos toto vitæ tempore facinorosos in extremo vitæ suæ spatio signa pœnitentiæ & contritionis edere, Mascard. *Concl.* 144. *n.* 2. Hipp. de Mars. *d.* §. *Diligenter n.* 120. *vers. præterea & d. Cons.* 5. *n.* 14. *nec non Cons.* 109. *n.* 39.

nec prius ex hac vita mori contendere, quam facinorum pœnituerint.
27 Mascard *d. Concl.* 144. *n.* 4. Unde, si unquam habetur veritas ab homine, habenda à discessuro ex hoc seculo, & quando anima separanda à corpore. Marſ. *d.* §. *Diligenter. n.* 119. Farin. *d. Q.* 46. *n.* 4. & Rol.
28 à Vall. *V.* 3. *Conſ.* 37. *n.* 3. idque ob has potiſſimum elegantes rationes, tum, quod morientes magis timere debeant eo tempore, quo omnium dictorum mox DEO ſunt reddituri rationem, mentiri & offendere majeſtatem DEI, quam alio aliquo tempore, Farin. *d. l. n.* 4.
29 Marſ. *d.* § *Diligenter n.* 120. *verſ. Præterea & Conſ.* 109. *n.* 39. tum, quod infirmitas ſit quædam tortura ſpiritualis, & quidem tutior ac certior illa, quæ ſit per fidiculas & cruciatum corporis. Sicuti autem affirmans & negans aliquid in tortura præſumitur puram & meram veritatem dicere, Vid. Farin. *Lib.* 2. *Tit.* 5. *Q.* 40. *n.* 1. *cum copioſiſſ. cit. & Libr.* 1. *Conſ.* 102. *n.* 50. *cum cit.* quod totum ita mundum tenere communi ex obſervantia docet Clar. *R. S. Lib.* 5. §. *f. Qu.* 64. *n.* 38. ita & multo magis præſumendum eſt, quod veritatem dixerit is, qui pro-
30 pe mortem exiſtens propriæ conſcientiæ ſtimulo ſponte torquetur, ſcitiſſimè ſic loquente Farinac. *d. Tit.* 5. *Q.* 46. *n.* 5. 6. Quam præſumptionem benignam adeo extendunt JCti, ut nec ipſe, qui conſtitutum in mortis articulo mentiri dicit, debeat audiri, cum veriſimile non
31 dicat: Maſcard. *Concl.* 144. *n.* 4. *inf.* Farinac. *d Qu.* 46. *n.* 5. Rol. à Vall. *all. Conſ.* 37. *n.* 8. Hipp. de Marſ. *cit.* §. *Diligenter n.* 123. tale quid autem dicens, cum imaginem habeat falſitatis, Menoch. *De A. Q. Lib.* 1. *Qu.* 76. *n.* 20. *& Libr.* 2. *Cent.* 1. *Caſ* 85. *n.* 1. *cum mult. cit.* Barb. *Lib.* 19. *C.* 10. *Ax.* 3. *verſ. & è contra cum fuſiſſ. all.* non eſt audiendus. *L. Si ita quis* 31. *ibi. Quod utique nemo ſanus probabit. ff. De Evict. L. Non eſt veriſimile fin. pr. ff. Quod met. cauſ. L. Titia* 34. §. *Qui invita* 5. *ibi. Non eſt enim veriſimile ff. De Leg.* 2. notab. *C. Quia veriſimile* 10. *ibi. Ne ſuper hoc probatio-*
32 *nem recipias X. De Præſ.* Rol. à Vall. *d. n.* 8. Hipp. de Marſ *d. l. ibique cit. & Conſ.* 65. *n.* 22. *Illuſtr.* Dn. Stryk. *all. Diſſ. cit. C. n.* 10. Quod præprimis procederet concurrente in moriente vitæ anteactæ probitate, cum tanta pro homine honeſto & bono militet præſumptio, ut multis in cauſis fides illi habeatur, quæ aliis denegari ſolita eſt, ut ex Menoch. *Conſ.* 39. *n.* 13. refert, & per exempla accuratè probat *Illuſtr.* Dn. Stryk. *d. C.* 1. *n.* 11. Ut eapropter ob hactenus dicta, vi argumenti à communiter accipientibus ſumpti, ac in jure fundati *L. Certi condictio* 9. §. *Si*
33 *nummos* 8. *ibi cum quotidie ff. Si cert. pet. L. Certè ſi interim* 6. §. *Quæſitum* 4.

ibi.

ibi & est hæc sententia etiam utilissima, quotidie enim &c. ff. De Precar. Vid. Gothofr. *ad d. L. 9. voc. quotidie Lit. E.* Barb. *Libr. 3. C. 32. Ax. 7.* pro moriente præsumptio sit constans cessantis mendacii & falsitatis, Rol. à Vall. *d. Conf. 37. n. 8 inf.* Marſ. *d. n. 123. & cit. Conf. 5. n. 14.* Mascard. *cit. Concl. n. 2.* Riminald. *all n. 31.* nec præsumptionem generalem uno vel 34
altero exemplo contrario elidente, nec Legibus rarissime contingen- 35
tia, sed ea, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον i. e. ut plurimum contingunt, potissimum attendentibus. *L. Jura 3. ff. de LL.* Conf. *L. Ex his 4. & L. Non ad ea 5. ff. Eod.* Vid. *Excell.* Dn. Stryk. *Diss. d. l. n. 12.* rectè enim docet Theophrastus à JCto Paulo relatus in *L. 6. ff. de LL.* Τὸ ἅπαξ ἢ δὶς, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται nec, quæ raro contingunt, impedimentum faciunt universis, ut in simili docet Imper. *N. 44. C. 1. §. 3.*

II. Requiro in *Inculpante* Plenum intellectum, B. Dn. Carpz. P. 36
3. *Qu. 120. n. 52. ibique cit.* B. Dn Clasen. *ad C. C. Art. 25. p. 120.* qui in dubio in moriente præsumitur, Polyd. Rip. *in eleg. nt. Tr. de Act. in M. A. Cap. 21. n. 1. ibique mult. cit.* Vid. omnino Gothofr. *ad L. 15. C. de Testam. voc. fortè Litt. G. ibi. tantisper enim* & ut plurimum in eodem conspicitur. Unde idem tam actus inter vivos, Vid. Polyd. Rip. *d. Tr. C.* 38
57. n. 2. ibique cit. fusiss. ut donationem, *L. Seja 42. §. Cum pater 1. in f. ibi. Eum autem, qui absolutè donaret, non tam mortis causa, quam* morientem *donare ff. De M. C. Don.* Rip. *d. Tr. C. 4. n. 1. ibique copiosiss. cit.* legitimationem Rip. *C. 83. n. 10.* matrimonium Sanchez. *Libr. 7. de Matr. Disp. 105. n. 3.* citat. à Paul. Zacch. *QQ. Med Leg. Libr. 2. Tit. 1. Qu. 19. n. 23. vers. Speciatim* Polyd. Rip. *C. 2. n. 1. ibique fusiss. all.* ubi decies de communi testatur sententia *n. 1. 2. & 3* transactionem Idem. *C. 56. n. 1.* ac quemlibet contractum, Idem. *C. 4. n. 2. cum cit. & C. 12. n. 10. cum mult. all. nec non C. 57. n. 1. ac præprimis n. 4. 5.* Conf. *C. 7.* quam ultimæ voluntatis, tam accessorium, ut fideicommissum, notab. *L. Et sine scriptura 5.* 39
ibi. in discrimine mortis constituta C. Ad SCt. Trebell. notab. *L. Pamphilo 39. §. Propositum 1. ibi. in discrimine vitæ constitutum & verb. fideicommissum valet ff. de Leg. 3.* notab. *L. Si pater 47. § Quædam f. ibi. in extrema esset valetudine & verb fideicommissa ff. De fideic. libert.* quam principalem, ut te- 40
stamentum notab. *L. Quoniam indignum 15. ibi. Nec necessaria sunt momenta verborum, quæ forte seminecis & balbutiens lingua profudit C. De Testament.* ibique *Consummatiss.* B. Dn. Brunnem. *cum all.* Illustr. B. Ziegl. *ad Zacch. 22. LL. Med. Leg. Libr. 2. Tit. 1. Qu. 19. n. 23. cum optime cit.* Mascard. *V. 3. Concl. 1360. n. 12.* Polyd. Rip. *ad Tr. C. 22. n. 6. cum fusiss.*

cit.

cit. & C. 61. n. 1. *cum mult. all.* Vid. *Excellent.* Dn. Stryk. *d. Diss. C. 1. n. 9.* celebrare poteſt, qui omnes tamen actus, cum prærequirant neceſſario in moriente conſenſum, hic autem ſine duobus fulcris, intellectu & voluntate talis ne quidem audiat, certiſſimum eſt, Leges actibus hiſce ſubſiſtentiam largientes intellectum eo ipſo præſupponere.

41 Nec hanc ſententiam infringit, aut contrariam ſtabilit, quod mortis præcipuè cogitatione memoria perturbetur, *L. Hac conſultiſſima 8. verſ. At cum humana fragilitas C. Qui teſt. fac. poſſ.* Polyd. Rip. *in ſæpe cit.*
42 *Tr. De Act. in M. A. Cap. 23 n. 1.* Rol. à Vall. *V. 3. Conſ. 37. num. 21.* Farin. *Lib. 1. Tit. 5. Qu 46. n.* 13. corporale quoque inſuper vitium interdum
43 usque ad animum perveniendo eum vitiet *L. Labeo* 1. §. *Apud Vivianum 9. & L. Ob quæ* 4 §. *Sed ſi 1. ff. de Æd. ed.* Rip. *d. Tr. C 21. v. 7.* Zacch. *Q. Q. Med. Leg. Libr. 2. Tit.* 1. *Qu. 19 n.* 8 *ibi. quia difficile &c. cum cit.* hincque in adverſa valetudine & mente ſæpe captus conſpiciatur, quo de loquitur *L. In adverſa* 17. *ff. Qui teſt. fac. poſſ.* Vid. omnino Gothofr. *ad L.* 27. *C. De Transact. voc. mente & voc. Licet.* Zacch. *d. l. verſ. Et corporis eum citat.* ex quibus jam colligendum videbatur, hanc cogitationem, quæ imprimis Inculpantem moriturum tenebit, ipſius & intellectum debilitaturam, Vid. Maſcard. *Concl.* 144. *n. 8. & Concl.* 1035. *n. 14. in fin.* Farin. & Vall. *dd. ll.* vitiumque corporis ex vulneratione contractum animi
44 exilium ſeu intellectus defectum ſimul inducturum eſſe. Nam ſicuti infauſte à memoria plane deperdita ad rationem *de neceſſitate* deperditam infertur, uti accuratiſſime deducit Zacch. *Q. Q. Med. Leg. Tom.* 3. *integro Conſ.* 18. *præprimis à n. 8. verſ. Sed difficuiter ad fin.* Menoch. 6. *Pr.* 45. *n.* 31 ita multo infelicius à memoriæ *perturbatione*, in *d. L. 8* ſaltem conceſſa ad *totalem* aut ejusdem, aut animi & intellectus *convulſionem ac corruptionem* concluditur. *Excell.* Dn. Stryk. *in ſæpe laudat. Diſſ.*
45 *De Eff. agon. C. 1. n. 9.* præprimis, cum nulla ſolida diverſitatis ratio adduci, aut ejus genuinus ſaltem color duci poſſit, cur hæc perturbatio ſententiæ ſeu in teſtamenti ſeu in codicillorum tenore compoſitæ animi ipſius perturbati declarationi non obſtet, ut limpidiſſime ipſa Lex *all. 8. d. verſ. At cum humana ibi. patebit eis &c.* docet, & ſupra *n.* 40.
46 probatum, eadem vero validitatem & effectus Inculpationis impedire poſſet; Accedit, eandem mortis cogitationem, ex qua prædicta perturbatio oritur, ſingulis Chriſtianis vel continuam, vel ad minimum creberrimam eſſe debere, multosque omne vitæ punctum iisdem dicare, in deliciis habere, quos tamen integro intel-

lectu

lectu & felici memoria esse totâ die videmus. Nec insuper infirmitas seu vitium corporis *indifferenter*, *necessario*, ac *perpetuo*, sed *interdum* saltem, ut ipsæ citatæ LL. docent, vitium & infirmitatem intellectus secum trahit, contrario ceteroquin inde secuturo: ægrotos sc. quoscunque laxati intellectus esse, quod ipsi experientiæ, & dispositioni Legis *Sanum 27. C. De Transact.* aperte repugnaret. 47

Et licet efficacius ad destruendum in morituro intellectum urgeri posset, quod morti vicinus, seu in articulo mortis constitutus constitutus fatalitatis timore oppressus mortuo similis *L. Jubemus 29. vers. Si enim C. De Testam.* Malcard. *d. Concl.* 144. *n. 9.* Rol. à Vall. *d. Cons.* 37. *n.* 14. *cum all.* Hipp. de Marsiliis §. *Restat. n. 13.* Farinac. *d. Q. 46. n. 13.* imo pro mortuo haberi dicatur, *arg. L. Filius familias 43. ff. de M. T.* Rol. à Val. *d. Cons. 37. n. 25.* Farinac. *cit. Qu.* 46. *n. 13.* hincque ei minus credendum sit, quam alteri Vall. *d. l. n.* 21. Farin. *cit. n.* 13. cum & ipsa experientia quotidie doceat, hos in eodem articulo adeo cruciari timore & dolore mortis, ut sint ab omni intellectu alieni, nec compotes mentis. Rol. à Vall. *d. l. n. 25.* Mars. *in Pr. Cr. d. §. Restat. n. 12. vers. Nam ut* (Præterquam tamen, quod nec Lex. *29.* nec *43.* hanc sententiam fulciant, cum *illa* nil aliud doceat, quam nec scribere, nec articulatè loqui valentem mortuo similem esse, neutiquam vero affirmet, omnem morti vicinum articulatè loqui non posse, vel mortuo similem esse, quod tamen ad nostram sententiam infringendam inferendum esset, *hæc* verô ponat actû futurum, cingendi confestim militis, pro præsenti, seu pro eodem jam cincto, hunc in finem, ut ipse privilegio jure militari testandi fruatur: quod non nisi in *favorabilibus*, ut exemplum *d. L.* innuit. B. Dn. Brunnem *ad d. L.* 43. *n.* 2. *ibique cit.* Hipp. Rimin vel, ubi *paritas rationis* inter utrumque extremum adest, procedit. Polyd. Rip. *d. Tr. De A. in M. A. Cap. 22. n. 7.* quod utrumque hic cessat.) Responderi potest: Diversam *articuli mortis* considerationem & hanc tollere pugnantiam. 48 49 50 51 52 53

Aut enim mortis articulus capitur pro *ultimo* & extremo *instanti*, quo quis exspirat, quem *philosophicum* mortis articulum dicit Rip. *d. l. C. 21. n. 3.* aut pro discreta quadam & *circumscripta temporis latitudine*, qua de corporea salute decumbentis, hacque in materia vulnerati, diffidimus, & sicuti in sensu priori intellectus defectus & absentia in moriente ita considerato ut plurimum conspicitur, ita in posteriori acceptione in dubio integra mentis præsentia in eodem esse præsumitur, uti hanc distinctionem ap- 54

 pro-

probat Polyd. Rip. *De Act. in M. A. Cap. 7. n. 9.* 10. & eadem relatas dubitandi rationes cum nostra in specie sententia conciliat. *d. Tr. C. 21. num. 3.* 4. 5.

55 Quo autem veritas hujus pro morientis intellectu præsumptionis eo evidentius demonstrari possit, sollicitam ac utilem oppido JCti operam collectioni signorum ac causarum impenderunt, ex quibus mentis sanitas sufficienter colligi & deduci potest, quæ inter hac in
56 nostra in specie materia præcipuè vox Inculpantis articulata Vid. Rip. *d. Tr. C.* 21. *n. 22.* allegatio causarum ipsius Inculpationis, quam procul dubio Imperator eum in finem requirit *art.* 25. *§.* Zum sechsten *ibi:* aus etlichen Ursachen B. Dn. Carpz. *P. 3. Qu.* 120. *n.* 52. Dn. Clas. *ad Art. C C. 25. p.* 120. ut & circumstantialis facti ipsius, nimirum vulnerationis
57 expressio, erunt referenda. Quod si ergo vulneratus balbutire quidem jam inceperit, Vid. Polyd. *d. Tr. C. 68. n. 3* aut voces lasso spiritu ruptim extruserit, Vid. *Excell.* Dn. D. Stryk. *in sæpe cit. Diss. De Eff. ag. C.* 1. *n.* 8 earum tamen sensus & tenor bene pleneque percipi potuerit, aut ipse verba offensiva, quæ vel ante vulnerationem, aut in ipso ejusdem actu inculpatus evomuit, vel causas, unde certo personam hujus cognovit, recensuerit, firma inde præsumtio sani & perfecti in-
58 tellectus felicissime elicietur. Quo jam deficiente, (cujus signa Judi-
59 cis arbitrio multum tribuens recenset Menoch. *De A. Q Q Libr.* 2. *Cent.* 1. *Cas.* 97. *n.* 2 3 & exactius 6. *Pr.* 45. *n.* 18. *usque ad* 59. exque hoc in compendio Polyd. Rip. *d. Tr. C.* 21. *n.* 6. *ibique cit.* Alex. Rauden. *Tr. De Analog. C.* 36. *n.* 143. *& n.* 156.) nullam probationem nullumque indicium Inculpatio est factura, Hipp. de Mars. *in Pr. Cr. §. Diligenter n.* 123. *vers Attamen non obstantibus* Mascard. *Concl.* 144. *n.* 8. *inf.* Farin. *Lib.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 49. *cum fusiss. cit.* imo nihil operatura Menoch. 1. *Pr.* 89. *num.* 80. Carpz. *d. l. Q* 120. *n.* 52. & Clasen. *ad art. C. C.* 25. *d. p.* 120.

60 III. Requiro in *Inculpante* Perseverentiam in ipsa nimirum Inculpatione seu delicti imputatione, per express. *Art.* 25. §. Zum sechsten *ibi:* darauf stirbt. Carpz. *d. l. n.* 53. Clasen. *cit. p.* 120. Quod si er-
61 go idem vulneratus decumbens Inculpationem prius factam dein firmiter ac constanter revocaverit, non *Inculpationis*, sed *Exculpationis* effectus authoritatem suam nanciscetur, de quo fusius C. IV. Deo volente sum dicturus.

IV. &

IV. & ultimo Requiro intuitu ipsius *Inculpationis* Defectum 62
Contrariarum Circumstantiarum ac Probationum, quæ si emerserint, dum *v. c.* evidenter demonstratum, Inculpantem plus quam Vatiniano erga Inculpatum odio multis jam ab annis arsisse, nulla Inculpationi factæ fides erit adhibenda, Claud. de Battandier. *Pr. Cauf. Cr. Reg. 34. n. 3.*

His conjunctim omnibus jam requisitis præsuppositis, conclu- 64
do (N) Inculpationem vulnerati moribundi operari Effectum Generalis Inquisitionis, uti ita statuunt Mascard. *de probat. V.* 3. *Concl.* 1135. *n.* 3. *ibi. & offensi, ac n.* 15. Farinac. *Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 26. *ibi: Licet secus, & in fin.* Excell. Dn. Stryck. *in sæpe cit. Diss. De Eff. agoniz. C.* 4. *n.* 4. Quod sine dubio facillime ac luculentissimè hoc in 65
casu procedet, si nempe vulneratus decumbens *certum* delinquentem, seu *individuum*, non nominaverit, B. Dn. Brunneman. *in eleg. Pr. Inqu. C.* 4. *n* 59 *ibique alleg.* Scaccia *Libr.* 1. *De Judic. Cauf. Civ. & Crim. C.* 73. *n.* 2. sed, uti jam *supra n.* 5. *hujus Cap.* in facti specie ipsius Inculpationis recensitum, à pedite, vel equitante Viatore, aut Studioso fronte capillata, rubra toga & chlamyde induto, facie rotundâ, pallente, vel aliis ex signis ac qualitatibus tandem cognoscendo se ita vulneratum esse, solummodo sit conquestus. Rationes, quæ 66
hanc Doctorum conclusionem solidis Processus Criminalis principiis conformem reddunt, sunt in aprico; Cum enim *generaliter* querela partis læsæ ac offensæ Judici ad assumendas informationes, seu generalem inquisitionem viam aperiat, Farin. *Libr.* 1. *Tit.* 1. *Qu.* 2. *num.* 16. *vers. Si ad inquirendum & Libr.* 1. *Cons.* 5. *num.* 82. 92. & 103. Clar. *R. S. §. f. Qu.* 5. *n.* 3. *vers. Sed scias & n.* 4. *nec non Qu.* 10. *n.* 1. *Conf Qu.* 7. *pr. vers. Nam denunciatio ac vers. Et ideo facta.* B. Brunnem. *d. C.* 4 *n.* 17. *ibique all* B. Dn. Cothm. *V.* 4. *R.* 30. *n.* 109. non minori ob argumenti à genere ad speciem ducti efficaciam, imo potiori sanè jure hæc vulnerati, ceu imprimis morientis *in specie* querela eadem ad præ- 67
dictum effectum producendum virtute pollebit: Accedit hisce præprimis, quod Criminalistæ ex authoritate singularis, Ant. Gomez, *V. R. Tom.* 3. *C.* 13. *n.* 16. *vers. ista est*, ac communiter receptæ Clar. §. *f. Qu.* 21. *n.* 14. *vers. Si vero vulneratus ibique alleg.* Villaband. Mascard. *De Probat. V.* 3. *Concl.* 1135. *n.* 14. Farin. *Libr* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 46. *n.* 14. *ibi quam in proposito, cum citato* Alexandro *V.* 3. *Cons.* 14. *n.* 5. Gomez *d. l. verb. Et communiter* Polyd. Rip. *in sæpiss. laud. Tr. De Act. in M. A. Cap.* 16 *n.* 1.

Glossæ in *L. Mater 2. C. de Calumn. gl. pen.* junctim concedant: Inculpationem vulnerati moribundi aliquod indicium Farin *d. Qu. 46. num. 17. verb. Ubi quod licet cum citat.* vile, Roland. à Vall. *V. 3. Conf. 37. num. 19. verb. Quia illud est*, ac levem aliqualem & vilem præsumptionem seu suspicionem facere: Mascard. *de Prob. Concl. 144. n. 2. verf. Contrarium & Concl. 135. n. 1. in fin.* Hippol. de Marsiliis. *Singul. 22. verf. vid. tamen, & in Pr. Cr. §. Diligenter n. 121. ibique cit.* Socin. *V. 3. Conf. 54. col. pen.* Ant. Gomez. *V. R. d. l. n. 16. ibi: quod dictum* Farinac. *d. Qu. 46. num. 14. cum mult. all. & num. 17. cum cit. nec non num. 26. ibi. Sed sic est* Rol. à Vall. *d. Conf. 37. n. 16. ibique cit. Dd.* Polyd. Rip. *d. l. num. 2. B.* Dn. D. Hahn. *in eleg. Obs. Th. Pr. ad W. tit. De Testib. num. 3 p. 143. 13.*
68 Excell. Dn. D. Stryk. *d. Diss. C. 4. num. 2.* (Licet enim *recentiores* Codices pro *vili* legant *utilem* præsumptionem, illos tamen corruptos esse, & ex *vetustioribus*, qui *vilem* legunt, corrigendos esse, tradit Gomez. *d. l. ibi: & illa est corrupta*, exque eo prælaud. Dn. Stryk. *in d. Diss. De Eff. agoniz. C. 4. n. 2.*) jam verò ex primis Juris Criminalis fundamentis evidentissimè constat, ad generalem formandum inquisitionem talia levia indicia Clar. *R. S. §. f. Qu. 20. num. 1. verf. Sufficiunt etiam & num. 2.* Menoch. 1. *Pr. 88. n. 8. verf. quo itaque* & ex hoc Farinac. *Libr. 1. Tit. 1. Qu. 1. num. 48. verf. Et hoc idem* huncque secutus Carpz. *Qu. 108. num. 2.* (uti de communi hujus practica *ex Dd. cit.* testatur Clar. *d. Qu. 20. n. 2.*) ac aliqualem colorem commissi delicti, *Illustr.* Dn. Stryk. *in accurat. Diss. De facto Judicis de facto C. 7. n. 10. quæ est in V. 3. D. 23.* h. e. levem vilemque præsumtionem ac suspicionem
69 omnino sufficere. Et hanc sententiam Effectum Inculpationis hactenus deductum stabilientem communem & receptissimam esse, de stylo servari, ac omnes tenere, minimeque plane hoc mutandum esse, operose ex prolixissimo Doctorum Catalogo tradit Mascard. *Concl. 1135. num. 2. 3.* imo ipsos JCtos *Inquisitionem* hoc in articulo admittentes de *generali* inquisitione intelligendos esse, bene multos explicando sollicitè deducit Farinac. *Lib. 1. Tit. 5.*
70 *Qu. 46. à n. 27. usque ad 34.* qui licet sibi ipsi, eoque insimul nostræ sententiæ obloquatur, dum Inculpationi generalis inquisitionis effectum à se ipso & nobis stabilitum ac firmatum dubium facere conatur, expressis verbis *Libr. 1. Conf. 100. num. 26.* asserendo: *Inculpationem vulnerati in articulo etiam mortis constituti vix*

indi-

indicium facere ad inquirendum generaliter, *seu assumendas informationes.* Nihilo tamen minus, cum pro hac assertione nulla *citato Cons. n.26.* ratio adducta sit, aut solida vix adduci possit, & verior & receptior est hucusque à me fusius defensa contraria sententia. Nec quicquam 71
pro excusando Farinacio faciet, quod idem forsan *all. n.26.* illum mortis articulum intelligat, quo in omnis deficit intellectus, de quo *supr. n.45.* latius dixi, insuperque assertioni prædictæ vulnerati non *simpliciter* hunc effectum detrahat, sed *difficulter* saltem eundem concedat, 72
ex particulæ *vix*, qua hic usus, indole, quæ non quidem actus *impossibilitatem* innuit, Vid. notab. *C. Per Catechismum 2. ibi: Nam quod vix fit, fieri tamen dubium non existit De Cogn. Spirit. in 6.* Conf. B. Dn. Strauch. *in eleg. Lex. Part. jur. voc. Vix. p.m.273. col.1.* ejusdem tamen *facilitatem* impedit & constringit. Vid. §.2. *verb. & vix receptum De Il. & H. imbique* Excell. Dn. Stryk. Neutra namque interpretatio applausum facile 73
merebitur, non *prior*, ceu quæ ex meræ forsan imaginationis viribus citius conjecturari, quam solide demonstrari poterit, cum integrum *citatum consilium* ne verbulo quidem ullius, vel minimæ circumstantiæ mentionem injiciat, ex qua hæc explicatio lucem vel ejus saltem umbram fœnerari posset, imo tela ad destruendam hanc explicationem ex ipso *citato Cons.* peti poterunt; Longe namque probabilius est, 74
prædictum Farinacium in dubiorum *n.12. seqq.* sibi objectorum orsa *n.26.* resolutione eundem mortis articuli intellectum, quem illa fovent ac innuunt, retinuisse, ni ineptum ac confusum eum Respondentem egisse, dicere velimus, hæc autem dubia de articulo mortis in circumscripta sua latitudine *supr. n.45* descripto, in quo intellectus vigor adhuc adest, disponunt, quod inde limpidissime colligitur, cum assertionis seu Inculpationis juramento firmatæ ad effectum ejus fulciendum mentionem faciant. Vid. *d. Cons.100. n.12. ibi: cujus assertioni,* cui frustra vim tribuerent, si facta non fuisset; jam vero certum, juramentum judicio seu intellectu ceu secundo Comite suo Vid. notab. *c. Animadvertendum 2.22. C. Qu.2. & C. Etsi Christus 26. vers. Et quamvis ibi: dummodo illos tres comites &c. X. De Jurej.* jung. Excellentiss. Dn. Præses *nunquam sine summa veneratione à me nominandus in Notis in COLLEGIO JURIS UNIVERSALI dictitatis ad* B. Dn. Lauterb. *Comp. Jur. tit. De Jurej. voc. Intelligunt, p.m.172.* & Excell. Dn. D. SCHOEPFFER. *in eleg. Synops. Jur. Priv. Rom. & For. ad d.t. De jurej. n.13.* destitutum nullum robur, nullum effectum habere posse, necesse ergo erit, concesso, jura-

mentum à vulnerato præstitum esse, ut per jamjam dicta concedi debet, quo effectum assertionis, cui accessit, firmet, intellectum in jurante
75 adfuisse, simul largiri. Nec *posterior* pro Farinacio adducta *supr. n.72.* explicatio firmiori talo innititur, quæ externa saltem specie & fuco defensionis superbit: Cum enim idem Farin. citato sæpe *n.26 ad Pr. suæ & Th. Cr. Qu 46.* ipse provocet, eoque Lectorem ableget, qua in tamen *n.27. seqq.* sine ulla difficultate fuse & solide hunc Inculpationi effectum concessit, vel sibi sponte contradixisse, vel priorem sententiam, eo, quo nos remittit loco, expressam & firmatam tacite arripuisse omnino censendus erit. Ut proinde nihilominus verum maneat, ex Inculpatione generaliter ita facta, & generaliter inquirendi occasionem jure summo exsurgere.

76 Non autem ipsa Vulnerati assertio uno semper eodemque modo profertur, nec peregrinum vel ignotum indistincte ferit, aut cum formato generalis inquisitionis effectu ob notitiam omnino forte omnem de ignoto Inculpato deficientem indifferenter ejusdem virtus exspirat, sed sæpe evenit, Inculpatum à vulnerato exacte perspicueque depictum tandem indagari, vel certum vulnerantem à decumbente individualiter & circumstantialiter inculpari. Si ergo hanc accuratiorem demonstrationem facilior forsan investigatio secuta fuerit, ipseque antea plane ignotus, jam inde notus factus, aut Titius in specie inculpatus detectus fuerit, dicendum. (ב) Hanc assertionem parere Effectum CAPTURÆ & INCARCERATIONIS, prout ita docent Mascard. *De Probat. V.*3. *Concl.*1135. *n.13.* Menoch. 1. *Pr.88. n.18. cum alleg.* Farinac. *Lib.1. Tit.4. Qu.*27. *n.129. & Tit.*5. *Qu.46. n 18 ibique cit.* Ant. Gomez. *V. R. Tom.*3. *C.13. n.16. ibi: & similiter causare* Clar. *R. S. Libr.5.* §. *f. Qu.*21. *n.15.* Polyd. Rip. *in Tr. De Act. in M. A. C.16. n.16.* B. Dn.
77 Brunnem. *in elegantiss. Pr. Inqu. C.8. M.1. n.*16. non quidem hunc in finem, ut incarceratus statim super delicto examinari possit, nomen-
78 que ejus inter reos recipiatur, Clar. *d. l. Qu.*20 *n.1. vers. Levia sufficiunt.* (quam inter reos descriptionem seu receptionem actum separatum & specialem non esse, sed eo ipso, quo ad examen incarceratus vel affirmative vel negative respondet, vel binis: Dum litem contestatur, fieri, inque hac opinione, ceu quam consuetudo communis approbat, nullam videri esse difficultatem tradit, *ex cit.* præallegatus Clarus *d.* §. *f. Qu.*14. *n.*13. Vid. Joh. Rosin. *Antiqu. Rom. à THOM. DEMPSTER. à MURESK. JC. Scot. locuplet. Libr.9. C.*9. *Edit. Colon. p.*1480. *E.*) Sed ut fugien-

giendi, Conf. notab. *C. Si Clericos* 15. *De Sent.* Excomm. *in* 6. Clar. *cit.* 79
*Qu.*20. *d.l.* (quod tamen alias proprium rei quarti modi frequentissime à practicis dicitur, Excell. Dn. præses *in prælaud Not. ad* Lauterb. *Tit. De Judic. verb fugiens dicitur p. m.*98. Vid. B. Dn. Tabor. *ad Barb. Libr.*16. *C.*58. *Ax.*4. unde & in specie sub FUGIENTIS nomine in jure 80
venit. *L. Properandum* 13. *§ Etsi quidem* 2. *ibi:* parte fugiente *ex una parte Actoris absentiam incusante & vers.* Et *si quidem ibi: Volumus non solum partem* fugientem *ibique* Gothofr. *voc. fugientem Litt. C. & verb. Sacramento* fugientis *& §. Sin autem* 3. *ibi: per res & facultates* fugientis *nec non §. Illo* 9. *ibi: vel* fugientis *vel* agentis *C. de Judic. L. cum antea* 5. *pr. ibi. persequitur* fugientis *& ibi: &* fugienti *exceptionem & agenti actionem C. De Rec. arbitr. L. Cum & judices* 2. *pr. ibi. Neque* Actorem *neque* fugientem *& §. Sed quia* 4. *ibi. & ab* actore *& à* fugiente *C. De Jurej. pp. cal. L. Cum non solum f. pr. in f. ibi vel* agenti *vel* fugienti *& §. Ubi autem* 3. *ibi & in* agentibus *& in* fugientibus *C. De Bon. quæ lib.* Nepos à Monte Albano *in* Fugitivo *citat.* ab *Illustr.* Dn. Stryk. *in elegantiss. Intr. ad P. F. C.*16. §.6. *in f.*) sicque judicium fundandum ludificandi facultas adimatur, Carpz. *Qu.*111. *n.*1 *ibique cit.* nec judex ea omissa ipsum quasi reum ad fugam impellere & instruere videatur. Clar. *R. S. §. f. Qu.*28. *n.*2. *vers. Et certe si eo modo.* Ratio autem, cur judex ad assertionem vulnerati 81
moribundi facultate incarcerandi Inculpatum polleat, huic potissimum hypothesi innititur, quod ad incarcerationem, ex veriori inter tot variantes Doctorum opiniones, quas sollicite pro more collegit Farinac. *Pr. & Th. Cr. Libr.*1. *Tit.*4. *Qu.*27. *à n.*117. *usque ad n.*127. sententia, probabile indicium, notab. *art. C. C.*6. *ibi:* Glaubwürdige Anzeigung/ Verdacht und Argwöhnig/ und derhalb durch die Obrigkeit von Amtshalben angenommen würde/quod colorem habet veritatis, Carpz. *P.*3. *Qu.*111. *n* 25. ac simplex & summaria de delicto cognitio, judicisque aliqualis informatio sufficiant. Gomez. *V. R. Tom.*3. *C* 13. *n.*16 *ibi: Cum ad eam.* Mascard. *De Probat. V.*3. *Concl.*1135. *n.*24. Farinac. *Libr.*1. *Tit.*4. *Qu.*27. *n.*123. *cum fusiss. cit.* Hipp. de MARSILIIS *in Pr. Cr. §. Constante n.*5. *& Sing.* 93. *ibique cit. Sal.* Rol. à Vall. *Libr.*3 *Cons.*17. *n.*6. Clar. *R. S. §. f. Qu.*20. *n* 3. *vers. Cæterum ubi indicia & Qu.*28. *n.*2. *vers. Et ideo dic.* (quam communem sententiam, ac Juridicam practicam esse, & cautos 82
ac bonos Judices modernos observare, ipsosque Deputatos ad maleficia practicare, *ex citat.* refert Clarus *d. Qu.*28. *n.*2. *vers. Et hanc esse seqq.*

ac vers. Et ita practicant, quem sequitur Farin. *d. Qu. 27. n. 123, inf.*) quibus exacta decumbentis Inculpatio ob præsumptiones pro eo *supr. n. 20.* adductas summe favorabiles vel præferenda, vel ad minimum omni dubitationis fomite restincto accensenda erit. Non obstante
83 *L. Nullus 2. C. De Exhib. & transm.* quæ licet primo obtutu incarcerationem non ob prædictas causas ac conjecturas, sed tum demum concedere videatur, si reus delicti, ob quod detinendus, sit convictus, unde inferendum videbatur, nec eandem ob Inculpationem à vulnerato factam decerni posse, cum per hanc itidem nondum Inculpatus sit convictus: Contrarium tamen allegata lex penitius eam inspicien-
84 tem edocebit, ceu quæ non sine causa disponit: Nullum in carcerem, priusquam convincatur, omnino *vinciri* debere, sicque tacite facultatem in *vinculis* detinendi à facultate in *carcerem* detrudendi distinguit,
85 Vid. Excell. B. Dn. Brunnem. *in d. L. n. 1.* insuperque terminos, ut ajunt, habiles præsupponit. Ut hinc concludendum sit: Solam imputati delicti atrocitatem & gravitatem non operari, ut reus illico compedibus sit vinciendus, si ipse nondum de delicto sit convictus, sed tum in carcere eundem saltem custodiendum esse, Farin. *Pr. & Th. Cr. Libr. 1. Tit. 4. Qu. 27. n. 101.* Menoch. *de A. qq. Libr 2. Cent. 4 Cas. 103. n. 7.* Excell. Dn. Stryk. *in Diss. De Carcere ad Custodiam C. 3. n. 9. quæ est in V. 1. D. 4.* ne incarceratus pœnam contra omnem juris ordinem ante sententiæ pronunciationem luat, incarcerationis ipsius insuper ad pleniorem Judicis informationem ac Reipublicæ securitatem factæ finis, qui est custodia, in pœnam convertatur, Conf. Excell. Dn. Stryck. *d. Diss. C. 1. n. 15. in f. & C. 3. n. 9.* hocque incarceratus modo convictus ob simplicem in Leges commissionem duplici animadversione coerceatur. Vid. prælaud. Dn. Stryk. *d. n. 15.* quo in æquitatis & benignitatis Leges promptissime transilirentur, præprimis, cum Judex per solam incarcerationem factam securitatem sibi de captivo spondere certo possit, ut proinde inhumana temeritas, & superflua ferme sollicitudo foret, in ferramentis eundem ob solam criminis quantumvis gravis & atrocis imputationem detinere. Vid. Farin. *d. l. n. 101. in fin.*
86 Quod si tamen ipsum crimen atrox exstiterit, ejusdemque reus fuerit convictus, aut hoc nondum facto, vel locus carceris parum tutus, vel incarceratus de fuga sit suspectus, & in carcerem conjici, & vinculis constringi publicum ob interesse idem juste poterit. Menoch. *d. n. 7.* Farin. *d. n. 101. & 102. ibi: & solum in casu.* Excell. Dn. D. Stryck. *cit. Diss.*

C.1. n.17. vers. Si vero cum all. B. Dn. Brunnem. *in accurat. Pr. Inqu. C.8. M.1. n.21.* Cum ergo hoc in nostro casu delicti adsit imputatio à vul- 87
nerato nimirum inculpatione sua facta, quam incarcerationi causam dare jamjam dixi, propitiante jure jurisque ratione sequitur, recte Inculpatum carceri, sine vinculis tamen, cum necessarium antecedens horum, convictum sc. esse *all. L.2. C. De Exh. & transm.* per Inculpationem meram haud inferatur, nisi justa de persona detenta suspicio aut loci non muniti conditio obstent, esse mancipandum. Et quamvis 88
Inculpationi Effectus hic capturæ permissæ ideo forsan denegandus videri posset, quod querela partis læsæ ac offensæ sola contra querelatum (qua voce Criminalistæ, præprimis Itali, utuntur) capturam decernendi justa non sit causa nec sufficens, Farinac. *d. Qu.27. n.122. & 128.* exque eo Carpz. *Qu 111. n.27. ibique cit Foller. Pr. Cr. verb studeat se ornare n.58.* B. D. Brunnem. *d l n.15.* cujus rationem dat Farin. *d. n.122.* illumque secutus Carpz. *cit. n.27.* hincque nec in specie querela vulnerati ceu partis læsæ ac offensæ esse possit, cum quicquid negatur de genere, ex recepto Topicorum Canone, de qualibet ejusdem simul specie negetur: Distinguendum tamen erit cum Farin. *Libr.1. Tit.4.* 89
Qu.27. n.128.129. huicque consentiente B. Dn. Brunnem. *d l. n.15.16.* inter *nudam* querelam, à sano *v. c.* emanatam, & inter querelam *qualificatam*, seu cum *infirmitate querelantis* (sit venia verbo) conjunctam. *Priori* effectum incarcerationis Doctores saltem detrahunt, Farin. *Libr.1. Tit.5. Qu 46. n.20. & cit. Q 27. n.128.* BR. *d. n.15. posteriori* eundem tribuunt, Far. *d. n.129.* BR. *cit. n.16.* ob præsumptionem, quam infirmitas inducit, quæque pro infirmo abstractive pensitato militat, dictorum sc. veritatis, & Salutis æternæ charitatis, ad quam tamen sine illa, nullo eum modo perventurum esse, certum foret. Conf. Far. *d. n.129. in fin.* & ita quotidie ac communiter Romæ servari testatur IDEM, Civis ejus loci *d. n.129. verb. & ita.* Nec quicquam interesse autumo, 90
an sponte moribundus certum vulnerantem coram personis ob vitæ integritatem, dignitatem, & bonorum facultatem idoneis inculpaverit, an Magistratus, percepta è Chirurgo forsan vulneratione, Notarium, ut mos Italiæ fert, maleficiorum ad eundem miserit, ipseque infirmus coram eodem Notario vulnerantem individualiter indicaverit, cum nil intersit, an Curia ad ipsum, an ipse ad Curiam de tegendorum reorum causa miserit, non enim modus ad Magistratum factæ

relationis attenditur, sed potissimum favor præsumptionis pro præsenti asserentis statu utrobique paribus lacertis militantis expenditur.

91 Cæterum, qui fiat, Inculpationem hanc vulnerati nudam effectum capturæ parere, eandem vero à Socio criminis factam solam, itidem ad capiendum non sufficere, quod quotidie in Praxi sic observari, docet, & Ill. Dn. Scabinorum præjudiciis eleganter firmat B. Dn. Carpz. *Qu.111.n.33.34.* non gratis forsan hic quæritur? Sed ratio diversæ hujus dispositionis est diversa ac aperta, quæ proinde diversam simul non potest non formare decisionem. Cum enim hæc assertio Socii eum
92 potissimum in finem fieri soleat, quod ipse veniam propter flagitia adjuncti speret, vel pro communione Criminis consortium personæ Superioris optet, (aliorum salutem in dubium vocando, dum de sua desperat, Dn. Clasen. *ad art. C. C.31.p.136.*) aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satietur, vel eripi se posse nominati aut studio, aut privilegio confidat, uti has conjunctim rationes Impp. Honorius & Theodosius addunt in textu, quem capitalem Ant. Gomez. *V. R. Tom.3. C.12. n.16.* vocat, Legis *Accusationis fin. C. De Accus.* merito ea in omni reo periculosa audit, notab. *c. Nemine 5. C 15. Qu.3. C. Cum Monasterium 1. X. De Conf.* nec à Judice admittenda erit. *d. c.5. & C.1.* accedit, per criminis Confessionem reum factum esse infamem, Conf. *præter all. text. C. Veniens 10. ibi: nullique de se &c. X. De Testib.* infamiam autem enervare omnem fidem, est notissimum. Clas. *d. l.p.137.*
93 Quæ rationes fere omnes in Inculpante vulnerato cessant, quo in nullum crimen adest, (quæ palmaria ferme est ratio contra testimonium socii criminis pugnans) nisi dicere velimus, eum patiendo & vulnera excipiendo deliquisse, quod tamen eadem facilitate removeretur, qua absurditate poneretur. Ut proinde satis hactenus assignatum Inculpationi Effectum Incarcerationis deductum esse crediderim. Et hanc communem opinionem esse, tradit Gomez. *V. R.*
94 *Tom 3. C.13. n.16. ibi. & communiter Dd.* Clar. *§. f. Qu.21. n.15.* exque hoc Mascard. *De Probat. V.3. Concl.1135. n.24.* Farinac. *Lib.1. Tit.5. Qu.46. n.18.* Polyd. Rip. *in sæpiss. cit. Tr. De A. in M. A. C.16. n.16.* seque ita vidisse passim in practica observari, docet Petr. à Placha *in Epit. Del. Libr.1. C.13. n.15. vers. Quorum sententiam,* quem citant Clar. Masc. Far. & Rip.

& Rip. *dd. ll.* quibus consentit Didac. Covarruv. *V. R. Libr. 2. C. 13. n. 8.* citatus à Mascard. & Far. *all. loc.*

Tribuunt Doctores quidam Inculpationi vulnerati jamque 95
mortui (2) Effectum SPECIALIS INQUISITIONIS, si quod indubie præsupponendum, certus à vulnerato delinquens inculpatus, aut in genere descriptus sit inventus. Scaccia. *Libr. 1. De Judic. Caus. Civ. & Crim. C. 73. n. 2.* exque eo B. Dn. Brunnem. *in Pr. Inqu. C. 4. n. 19.* huncque secutus Excell. Dn. D. Stryk. *in sæpe laud. Diss. De Eff. at. ag. C. 4. n. 4.* Franc. Brunus. *Tr. De Indic. & Tort. P. 1. Q. 3. n. 26.* & ex eo Menoch. *1 Pr. 88. n. 21. p. m. 179. col. b.* quo & inclinare videtur Carpzov. *Qu. 108. n. 54.* in genere Denunciationem partis offensæ indicium ad specialem inquisitionem dicens, allegando suas inter alios in partes Far. *Libr. 1. Tit. 1. Qu. 9 n. 11.* & Clar. *§. f. Qu. 7. n* 3. licet uterque de alio plane subjecto denunciante loquatur hicque simpliciter intellectus omnino è diametro contrarietur. Idem vero 96
contra negant Mascard. *cit. Concl. 1135. n. 14 15.* Farinac *d. Qu. 46. n. 23. cum sufiss. cit. & n. 26. seqq.* Angel. *De Malefic. in verb. Qui Judex ad probationem n. 6.* ubi contrarium observantes Judices imperitos appellat, citatus à Mascard. *d. n 14* & Farinac. *n. 23.* quod & confirmat IGNEUS *in L. 3. §. 1. post n. 4. vers. adde Angelum Aretinum ff. De Sct. Syll.* asserendo: Angelum eo loci bene locutum esse, quam opinionem communem ex Plot. *in Repert. ad L. Si quando 9. C. Unde vi, in verb. indicium ad inquisitionem* vocat Rol. à Valle *V. 3. Cons. 3. n. 47. in fin.* & receptam Conclusionem ex Vulpell. *Cons. 30. n. 1.* dicit Farin. *d. l. n. 23.*
Distinctionis fœdere hoc dirimendum censet Clar. *R. S. §. f. Qu. 7.* 97
n. 3. vers. Nam aut talis, ibi: licet in hoc &c. & clarius *Qu. 21. n. 14. vers. Si vero*, distinguendo sc. inter *Theoriam & Praxin*, seu *consuetudinem*, & de *illa* posteriorem sententiam *negativam*, de *hac* priorem *affirmativam* veriorem opinatur, quod & refert Mascard. *d. Concl. 1135. n. 16.* & ita priorem, affirmativam puta opinionem communem Stylum & observantiam Italiæ servare, seque non putare ab ea qua longo usu obtenta, in Practica recedendum esse, *d. l.* concludit, quod itidem citat Mascard. *d. n. 16. inf.* Putarem diversam *specialis* Inquisitionis consi- 98
derationem praxi quotidianæ notissimam & *priorem & posteriorem* sententiam recensitam approbare: *Hanc*, si illa specialis inquisitio

dicatur, quæ demum incipit à responsione ad interrogatoria, uti Practici vocant, s. articulos inquisitionales formatos data, quæ in Criminalibus vice Litis Contestationis, (ut in practica ita servari ex *all.* eleganter refert CLARUS *non immerito à* Carpz. *Qu.*111.*n.6. JCtorum, qui de Criminalibus scripserunt, Princeps dictus, R. S.* §.*f. Q.*45.*n.2. vers. Aut vero reus.*) fungitur. B. Dn. Carpzov. *Qu.* 115. *n.26.* exque eo forsan B. Dn. Brunnem. *in Pr. Inqu. C 8. M.*1. *n.*75. *Illam* vero, puta affirmativam, si hæc specialis inquisitio dicatur, quæ certam personam concernit, ubi tamen testes tantum summarie pro Judice informando examinantur.

99 Hactenus de Effectibus ad fundandum Processum *Inquisitorium* pro temporis & ingenii ratione actum est. Non minus insignis Effectus positivus ad fundandum Processum *Accusatorium* ex assertio-

100 ne decumbentis de Jure Civili resultat, isque intuitu *heredum*; qui, dum necem defuncti pœna confiscationis hereditatis cum omni causa *L. Hæredem* 17. *ff. De his, quæ ut indign.* ipsos qua indignos ac ingratos *L. Cajus* 22. *ibi: ingratæ hæredis ff. De SCt. Syll.* manentis, alioquin feriendi vindicare tenentur, *L. cum fisco* 9 *ff. De SCt. Syll. L. Minoribus* 6. *in f. ibique ex* necessitate *L. Cum fratrem* 9. *ibi* necesse *est C. de his, quibus ut indign.* Vid. omnino Dn. Carpzov. *P.1.* Qu.34 *n.73.* Clar. *R. S.* § *f* Qu.79. *n.8. ibique:* Hieron. Giachar. *verb. Fiscus illam ab ea aufert, Litt. B.* Ant. Gomez. *V. R. Tom.3. C.*3. *n.*53. Vit. Polant. *Consiliarius quondam Palatinus in qq. earumque Distinct ad Cod. qu.*125. B. Dn. Brunnem. *in eleg. Memor. LL. C ad Tit. De his, quibus ut indign. q.7.* Excell. Dn. D. Stryk. *in eleg. Tr. De Succ. ab Int. Diss.*12. §.15. *cum mult. all.* (Exceptiones tradit Gomez. *d. n.53. vers. Adde tamen*, & Dn. D. Stryk. *d.* § 15. *vers. Excusatur tamen*) si officii per Inculpationem languescentis jamque exspirantis sui admoniti Inculpatum apud Judicem detulerint, à calumnia & temeritate sunt excusati, ob elegantissimas has rationes expressis juris textibus optime fulcitas, quod iidem non sponte accusent, notab. *L. Qui cum major.* 14. §. *Si pater* 10. *ff. De Bon. libert.* nec suum, sed alienum judicium exequantur, notab. *L. Paulus respondit* 47. § *Quæro* 1. *ff. Eod.* hincque multum inter voluntariam accusationem, & heredis officii necessitatem intersit, per notab. *L. Mater.* 2. *in f. C. De Calumn.* quam sententiam communem esse ex

101 Bertrand. *P.1. Libr.*2. *Cons.*137. *n.*10. referunt Mascard. *De Probat. V.3.*

Concl.

Concl. 1135. *n.* 5. *ibi:* & *hanc opinionem.* Farinac. *Libr.* 1. *Tit.* 5. *Q.* 46. *num.* 8. & 9. *ibique citat. nec non n.* 14. *verb. hac autem* Jul. Clar. *§. f. Qu.* 21. *n.* 16. Polid. Rip. *in Tr. De Act. in M. A. C.* 16. *n.* 6. & *C.* 50. *n.* 15. quos sequuntur Mascard. *Concl.* 144. *n.* 12. *in f.* Ant. Gomez. *V. R. Tom.* 3. *C.* 13. *n.* 16. *ibi: Sed tantum excusat. Rol. à Vall. V.* 3. *Cons.* 3. *n.* 47. & *Cons.* 37. *n.* 16. *vers. Ubi post Bald.* Hip. de Marsil. *in Pr. Cr.* §. *Diligenter n.* 120. *vers. Ad prædicta facit. Excell.* Dn. Stryk. *in sæpe all. Diss. De Eff. ag. C.* 4. *n.* 6. Moribus hodiernis, licet pœna intermissæ prædictæ ultionis jure 102 Romano sancita, hereditatis nempe privatio seu confiscatio ex receptiori sententiâ cesset. Clar. *R. S. Qv.* 79. *n.* 8. B. Dn. Carpz. *P.* 1. *Qu.* 34. *n.* 74. *cum mult. all. quod n.* 86. 87. 88. *ibid VII Præjudiciis probat.* B. Dn. Lauterb. *in Comp. Jur. ad tit. ff. De SCt. Syll. in f. p. m.* 508. B. Dn. Hahn *ad W. d. t. in f.* B. Dn Struv. *in S. J. C. Exerc.* 34. *th.* 50. *ibique all.* Pingiz. *Qv.* 4. *n.* 11. Magnif. B. Dn. Brunnem. *ad L.* 1. *ff. d. t. n.* 3. & *in Q. Q. ad Par. W. d. t. Qu. ult. nec non in eleg. Memor. LL. C. ad d. tit. De his, quibus ut indign. Q.* 7. *p. m.* 371. Magnif. Dn. SVendendorff. *in accur. Not. ad* B. Ekh. *d. t. De SCt. Syll.* §. 4. *verb. Et illud notandum.* Magnif. Dn. Stryk. *in Colleg. olim habito U. M. ff. ad Br. Q. Q. in W. d. Q. ult.* & *in absol. Tr De Succ. ab Int. Diss.* 12. §. 16. *Excell.* Dn. Præses *in Coll. publ. ad* Schnobel. *Disput. in ff.* 16. *cit. tit.* & *in Not. ad* Lauterb. *d. l. Excell.* Dn D. Schöpffer. *in Syn. J. P. R* & *F. d. ff. tit. n.* 2. *inf.* (Vid. tamen omnino solidas rationes & contrariarum discussiones Dissent. *Illustr.* JCti Dn. Lynckeri *in accur. Analect. ad* B. Struv. *cit. th.* 50. *p.* 323.) 103 cujus, inter alios à Carpz. prolixe *in Pr. C. cit. Qu.* 34. *à n.* 76. *ad* 83. propugnatæ fundamenta potiora hæc Doctores afferunt, quod nec ipse læsus defunctus, multo minus ejus heres in jus ipsius successurus ad accusandum hodie cogi possit, ut colligunt ex *art. CC.* 214. *ibi:* oder andern dergleichen Fällen zu klagen wider seinen Willen nicht genöthigt werden. Carpz. *d. l. n.* 79. 80. ubi *n.* 81. præjudicio hoc firmat, quem sequitur prælaud. Dn. Suendend. *d. l.* & *Excell.* Dn. Stryk. *d. D.* 12. §. 16. idque non primario quidem ob hanc rationem, quem ponit Clarus. *d. l. n.* 8. *in fin.* quod ista Lex (ad accusandum sc. cogens) 104 nutritiva peccati esset, cum per illam pax & concordia & remissio injuriarum impedirentur, sed quod inquisitio (*per se* sc. & quoad *authoritatem juris, ex quo profluit* spectata Carpz. *Qu.* 107. *n.* 41. *in f.*) hodie sit remedium ordinarium Idem *Qu.* 103. *n.* 51. *cum fus. all.* B. Dn.

Brunn. *in Pr. Inqu. C. 1. num. 9. cum citat.* quo Judex ad delicta detegenda ex officio uti tenetur Excell. Dn. Stryk. *d.* §. 16. *cum all.* non omni tamen necis hujus persequendæ indistincte curæ ac molestiæ heres est subductus, sed commissi sceleris *Denunciationem* adhuc hodiè debitè maturare tenetur. *Art. C. C.* 214. B. Dn. Brunnem. *ad d. L. 1. n. 3. ac in Q. Q. ad W. cit. loc. ut & in Mem. LL. C. all. l. Q. 7. nec non in Pr. Inqu. C. 4. n.* 27. *ibique adduct.* Wissemb. Dn. Stryk. & Dn. Præses *dd. ll.* Dn. Schöpff. *d. l. n. 3.* quæ in eo Denunciationis proprie sic dictæ Vid. Carpz. *Qu. 138. num. 65. ibique n. 66. duo Præjudicia*, naturam deponit, & Accusationis indoli jurique quodammodo accedit, quod, si ampla ac opima vulnerati jamque exstincti fuerit hereditas, successor ad *expensarum*, quæ necessario Processui Inquisitorio impendendæ erunt, *exsolutionem*, aut eo jam terminato, à Magistratu factarum refusionem teneatur B. Dn. Brunn. *cit. jam jam loc.* B. Dn. Carpz. *d. Qu. 34. n.* 90. exque eo Struv. *cit. th. 50. in fin. Excell.* Dn. Præses, *quem nominasse, laudasse mibi
108 est cc ll.* quod Carpz. *all. Qu. 34. n. 91. 92.* VI. Præjudiciis eleganter confirmat. Separata nihilominus ut generaliter, ita & hic in cæteris Accusationis & Denunciationis natura mansura, quam qui simpliciter non admittunt, misere cum suo, Asseclarumque damno errorum scopulis impingunt, & genuinum Denunciationis effectum, de quo vid. Carpz. *Qu. 108. n. 54 ibique cit.* ipsamque Praxin sibi contrariam, quam præjudicium Dnn. Scabinorum Lipsiensium Ann. 1630. Mens. Novembr. ad Præfectum Pegaviensem conceptum stabilit, quod adducit Carpz. *d. Qu. 108. n. 55.* se turpiter ignorare, eo ipso, quo illud profitentur, hoc confitentur.

CAPUT III.

Evolvens

Effectum inculpationis Negativum cum dubiorum Discussione.

SUM-

SUMMARIA.

TRansgressio. n. 1
Methodus Capitis monstratur. 2
Quo modo Specialis *inquisitio inter Effectus* Inculpationis Negativos *sit referenda, docet remissive.* 3
Inculpatio *vulnerati moribundi I. Effectum TORTURÆ non operatur.* 4
Quod Art. CC. n. 5. Doctoribus n. 6. rationibus n. 7. 8. 9. 10.
Praxi n. 13. & integro Consilio super vera facti specie concepto, & remissive adducto n. 14. probatur.
Dubium circa ultimam rationem proponitur. 11
Et resolvitur. 12
Ampl. Effectus Negativus (α) Licet Inculpans fuerit optimæ vitæ. 15
Cujus rationem dat. 16
Ampl. (β) Licet Inculpans Juramento Inculpationem firmaverit. 17
Inculpatio *jurata firmiorem præsumtionem, non tamen* specialem *illico* Torturæ *facit* 18
Rationes posita Ampliationis recensent. 19. 20
Hippolitus de Marsiliis refutatur. 21
Ampl. (γ) Licet ante *vel* post Inculpationem statim Eucharistiam sumserit. 22
Singularem usum S. Cœnæ de Jure Canonico monstrat. 23
Ratio allatæ Ampliationis traditur. 24
Dissentientes ab hoc effectu negativo adducit remissive. 26
Hippoliti de Marsilys dissentientium Antesignani argumenta singula recensentur. 27. 28. 29. 30
Ipsiusque proprium judicium de sua sententia affertur. 31
Eadem in specie secundum ordinem dispositum refelluntur. n. 32. 33. 34. 35. 36
Idem qua sibi contrarius indicatur. 37
Et Notatur. 38
Quam sortem parilem ipse Angelus, cui Hippolytus innisus, à Doctoribus patitur, de quibus agunt. 39. 40.
Novum dubium circa effectum negativum *formatur.* 41
Et resolvitur. 42
Inculpatio *vulnerati moribundi II. Effectum CONDEMNATIONIS NON operatur.* 43
Cujus rationes, & generalis 44. & *speciales n.* 46. 47. 48. *cum Praxi n.* 45. *adducuntur.*
Dubium ex Regula: Mortem idem operari, quod corporale juramentum *formatur. n.* 49. & *præsenti materiei applicatur.* 50
Idem explicatione Regulæ tollitur. 51

Immo-

1 IMmote, ut opinor, hactenus *prior* Inculpationis Effectus nimirum *Positivus* est firmatus. Ut ergo ordinis præstitutæ sub initium hujus materiei metæ limites observem, ac fidem ita inibi obstrictam liberem, jam *posteriorem* ejusdem Inculpationis Effectum NEGATI-
2 VUM nempe, solertioris scrutinii libra sum trutinaturus. Hunc autem potiores illæ binæ Processus Criminalis partes, Quæstio scil. & Condemnatio constituent, cujus utriusq; demonstratio hoc *Cap. III.*
3 ex variis variorũ ingeniorum fœtibus est depromenda. (Qua autem ratione *specialis* Inquisitio Effectus inter *negativos* referri possit præcedenti jam CAP. *n. 98.* ob concinniorem ibidem hæc excutiendi subnatam methodum est indicatum, ut proinde iis huc jam referendis ac repetendis me supersedere posse certissimè confidam) Concludo igi-
4 tur I. Inculpationem vulnerati moribundi Effectum QUÆSTIONIS, seu juxta communem Synonymicam acceptionem (Vid. *Rubrum Tit. ff. & C. De Quæst. & Art. C.C.* 45. *ibique Dd. communiter.* Jung.
5 Carpz. *P. 3. Qu.* 117. *n.* 18.) TORTURÆ NON operari. Quæ assertio firmissimo fulcro in ipsa Sanctione Criminali posito innititur. Dum enim Imperator in *Art. C. C. 27.* disertis verbis exprimit, nullum istorum indiciorum, quæ in *Art. 25.* enarrata, ad torturam decernendam *solum* & *qua tale* sufficere, *verb.* Derselben argwöhnige Theile oder Stück ist keines allein / zu redlicher Anzeigung / darauf Peinliche Frage mag gebrauchet werden / gnugsam / hæcque inter ipsam moribundi læsi vel vulnerati Inculpationem sexto loco in specie recensuerit, *d. Art. 25.* §. zum sechsten. omni sine dubio secundo oppido exinde amne fluit, & hanc *nudam* effectum torturæ operari neutiquam valere, ni generalem illam in *Art. 27.* formatam regulam in hoc unico exemplo Inculpationis vitiari, Lege tacente, imo prohibente, ju-
6 ris vel parum gnari, vel parum studiosi dicere velimus. Et huic sententiæ negativæ etiam patrocinantur Mascard. *De Probat. V. 1. Concl.* 144. *n.* 10. *11. & V. 3. Concl.* 1135. *n.* 1. *2. 4.* 5. 7. *cum all. Dd.* Ant. Gomez *V. R. Tom. 3. C. 13. n.* 16. *vers. Item etiam.* Rol. à Vall. *V. 3. Cons.* 37. *n.* 9. *& ss.* Menoch. 1. *Pr.* 89. *n.* 80. *in f.* Clar. *R. S. §. f. Qu.* 21. *n.* 17. Farin. *Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qv.* 46. *n.* 10. *cum fusiss. all.* Claud. de Battandier. *in Pr. Caus. Cr. Reg.* 33. *n.* 2. Paris de Puteo *Tr. De Syndicatu verb. Tortura vers. Officialis n.* 9. *p.* 971. Fachin. *Contr. jur. Libr.* 9. *C.* 90. Polyd. Ripa. *in sæpiss. cit. Tr. De A. in M. A. Cap.* 16. *n.* 3. *cum fus. cit. & C.* 50. *n.* 14.

Joachim.

Joachim. à Beust. Tr. De Jurej. ad L. 31. ff. De Jurej. n. 1182. §. Circa hanc. Carpz. P. 3. Qu. 120. n. 54. seq. B. Dn. Brunnem. ad L. 10. ff. de Testib. n. 7. B. Dn. Hahn. ad W. Tit. De Testib. n. 3. 13. p. 145. B. Dn. Zanger. in Tr. De Qu. & Tort. reor. C. 2. n. 158. p. 818. annexo ejus eleg. Comm. De Except. B. Dn. Clasen. ad Art. C. C. 25. p. 120. Illustr. Dn. Stryk. in sæpe laud. Diss. De Eff. agon. V. 1. D. 5. C. 4. n. 2 in f. Illustr. Dn. D. Lynker. in absol. Anal. ad B. Struv. S. J. C. Tit. De Testib th. 39. verb. In causa propria Excell. Dn. D. Schöpff. in Syn. I. P. R. & F. Tit. De Conf. n. 14. Rationes, quæ hanc 7
authoritate publica pariter ac privata hucusque stabilitam Conclusionem eo solidiorem reddunt, non unas præallegati Doctores insinuant, quarum prima ex communi Jctorum Regula: Illud in Criminalibus indicium ad torturam facere, quod in Civilibus semiplenam probationem constituit, Mascard. De Probat. Concl 34. n. 15. Farinac. Libr. 1. Tit 5. Qu. 36. n. 221. ibique cit. Hip. de Marsil. in Pr. Cr. §. Diligenter n. 2. cum cit. & n. 116. ibique all. ac Cons. 65. n. 35. cum iisd. all. nec non Cons. 101. n. 35. Rol. à Vall. V. 1. Cons. 24. n. 3. & V. 3. Cons. 37. n. 15. cum cit. Paris de Puteo. De Synd. verb. Tortura vers. An fletur. n. 49. p. 1004. & negative procedente Mars. d. n. 116. Farin. cit. n. 221. Rol. à Vall. V. 3. Cons 3. n. 40. eruitur. Cum igitur eadem semiplena probatio per unum omni exceptione majorem testem, i. e. & quoad testimonium, & ipsam personam sine omni mundi exceptione, ut dicit B. Dn. Hahn. in accur. Obs. ad W. Tit. De Testib. n. 2. verb. Testes porro alii dicuntur, fide dignum demum inducatur, Art. C. C. 23. ibi. mit einem guten Zeugen/ & verb. dieselb als ein halb Beweisung & notab. Art. 30. Rol. à Vall. V. 1. Cons. 24. num. 3. B. Dn. Mev. P. 7. D. 41. num. 2. B. Dn. Lauterb. in Comp. jur. ad tit. De Jurej. p. 185. Litt. C. & ad tit. De Probat. p. 422. verb. vel semiplena, ibique cit. Carpz. P. 2. C. 23. D. 4. quam sententiam in Praxi receptam esse per signum inibi positum testatur Dn. Lauterb. d. p. 422. idem & ad torturam decernendam necessario requiritur. Ant. Gomez. V. R. Tom. 3. C. 13. num. 7. in fin. Hip. de Marsiliis. Cons. 29. num. 19. cum all. & Cons. 65. n. 34. cum mult. cit. Clar. R. S. §. f. Qu. 62. num. 1. vers. Si semiplena. Rol. à Vall. V. 1. Cons. 7. n. 3. cum cit. & n. 11. Cons. 24. n. 2. & 36. & V. 3. Cons. 3. n. 38. Cons. 37. num. 9. cum cit. & num. 14. Carp. d. l. Qu. 120. num. 55. ibique all. Farin. d. Qu. 36. num. 219. 225. cum mult. all & n. 131. nec non Qu. 37. n. 58. cum innum. cit. ubi n. 60. hanc sententiam verissimam ac magis communiter approbatam dicit,

ac Qu. 46. *n.* 12. quæ proinde hic locum non habebit, cum Inculpantis dictum non sit invulnerabile, quod ad affectum torturæ tamen requitur, Rol. à Vall. *V.* 3. *d. Conf.* 3. *n.* 37. *ibique cit. & Conf.* 37. *n.* 9. Polyd. Rip. *d. C.* 16. *n.* 8. Farin. *cit. Q.* 37. *n.* 58. idque ideo, quoniam ipse non est testis omni exceptione major, ceu, qui in causa propria deponit, cui actui, ut alias virtutem ac efficaciam probationis atque decisionis & Leges, *L. Nullus idoneus* 10. *ff. & L. Omnibus* 10. *C. De Testib.* & Canones, *c. Si testes* 3. §. 24. *&* §. 39. *C.* 4. *Qu.* 2. *&* 3. (in quibus binæ ante *all. LL.* Canonisatæ notab. *C. De Cætero* 14. *vers. Nec tunc. X. De Testib.* & Doctores Menoch. *De A. J.* QQ. *Lib.* 2. *Cent.* 5. *Cas.* 473. *n.* 2. *&* 2. *Pr.* 51. *num.* 27. Petr. Gregor. *S. I. U. Libr.* 48. *C.* 13. *num.* 32. Marsil. *Conf.* 29. *n.* 25. Dn. Mev. P. 5. *D.* 65. *num.* 2. *&* P. 6. *D.* 294. *n.* 6. *nec non D.* 403. *n.* 2. ita & hic effectum torturæ detrahunt. Mascard. *De Prob. Concl.* 144. *n.* 10. *& Concl.* 1135. *n.* 4. Rol. à Vall. 3. *Conf.* 37. *num.* 10.
8 Farin. *D.* Qu. 46. *num.* 12, Carpz. *d.* Qu. 120. *n.* 55. Zang. Clas. Dn: Stryk: & Dn: Lyncker: *dd. ll.* Accedit, Inculpationem hanc levem saltem præsumptionem gignere, ut præcedenti *Cap. n.* 66. ex mente fuse adductorum est concessum, quæ ad torturam infligendam minimè est sufficiens, *arg. L. Milites* 8. §. 1. *C. De Qu.* Masc: *Concl.* 1135. *n.* 2. Rol: à Vall: *V.* 3. *Conf.* 37. *n.* 6. *in fin.* Farin. *d.* Qu. 46. *n.* 14. *inf.* Excell: Do: Stryk. *d. Diss. De Eff. ag. C.* 4. *n.* 2. *inf.* ad quam potius indicia gravia, certa, imò luce meridiana clariora Vid. *supra dicta C.* 1. *num.* 14. 18. 19. *seqq.* requiruntur, Farin: *Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. *Tit.* 5. *Qu.* 37. *num.* 3. *cum innum: all:* ac talibus argumentis probatio est inducenda, ut sola tantum rei confessio deesse videatur, ut notabilis loquitur *L. In criminibus* 1. §. *Sed & epistola* 1. *inf. ff. De Quæst.* Conf. *cit. C.* 1. *n.* 14. *ibique add.* quorum tamen efficacia præsumptio hæc ex Inculpatione oriens
9 omnino destituitur. Ut jam leviter saltem attingam, eandem Inculpationem indicium saltem aliquod, Farin. *Pr. & Th. Cr. Qu.* 46. *n.* 17. non vero probationem, IDEM *d. l. num.* 55. sicque nec speciem ejusdem, semiplenam scilicet facere, indeque nec ob eandem torturam decerni posse, propter rationem connexionis ex Regula *supr. n.* 7. suppeditata desumendam. Addunt Doctores postremo & hanc
10 rationem, ex qua Inculpantem non omni exceptione majorem testem esse, evincere, hincque ejus dicto effectum torturæ detrahere satagunt, quod vulneratus simultatem ac inimicitiam erga Inculpatum

tum fovere præsumatur, Mascard. *De Prob. Concl.* 144. *num.* 10. 11. & *Concl.* 1135. *n.* 5. Rol. à Vall. *V.* 3. *Conf.* 37. *n.* 11. 12. 13. Farin. *Pr. & Th. Cr. Qu.* 46. *n.* 12. Ant. Gomez. *V. R. Tom.* 3. *C.* 13. *n.* 16. *verf. item etiam* Polyd. Rip. *in Tr. De A. in M. A. Cap.* 16. *n.* 10. eamque capitalem. Mascard. Vall. Gomez. *dd. ll.* Excell. Dn. Stryk. *in sæpe cit. Diss. de Eff. ag. C.* 4. *n.* 1. *p.* 40. Cujus rationes excutiunt Masc. Far. *all. ll.* ac præprimis Rol. à Vall. *cit. n.* 12. 13. & Excell. Dn. Stryck. *jam memorato loco.* quam satis idem Inculpans explicare videtur, dum Inculpatum offendentem nominat, ac delicti insimulat: Jam vero expediti juris est, assertionem inimici ad torturam decernandam minimè sufficere, Mascard. *Concl.* 1051. *num.* 11. 12. Mars. *Conf.* 15. *n.* 16. Menoch. *De A. Q. Q. Libr.* 1. *Qu.* 28. *n.* 5. etiamsi idem in mortis articulo sic constitutus, Vid. Rol. à Vall. *d. Conf.* 37. *num.* 13. *cum. cit* Farin. *cit. Qu.* 46. *num.* 12. *verb. Etiam in &c. cum sus. cit.* & Polyd. Rip. *d. Tr. num.* 10. & sanctissimam Evcharistiam acceperit: Mascard. *Concl.* 1051. *n.* 10. *ibique cit*: ut proinde idem de Inculpante dici possit, ejus qua inimici testimonium effectum torturæ Inculpato infligendæ operari non posse. Et licet 11
de veritate ultimæ hujus rationis hanc ob causam dubitare liceret, quod morti vicinus, ceu memor Salutis æternæ præprimis Synaxi Sacrosancta assumpta, in qua frustra remissionem peccatorum à DEO exspectat, quam ipse Proximo denegat, inimicus planè 12
non videatur, dici tamen potest: Inimicum non ex mentis odio, sed ex causa eaque vel certa, vel præsumta æstimari, hincque sufficere, causam inimicitiæ apparere, licet ex animo non probetur, ut *ex all.* optime tradit Mascard. *Concl.* 1051. *n.* 9. cum Lex præsumat statim, quod aliquis sit inimicus, si causa inimicitiæ subfuerit, etiamsi fortè animus nocendi cupidus non statim adfuerit, accurate ita loquente B. Dn. Clasen. *ad Art. C. C.* 66. *p.* 240. Conf. Polyd. Rip. *De Act. in M. A. Cap.* 16. *n.* 11. 12. ut eapropter, licet vulneratus eo tempore rancorem ac simultatem animi non nutriat, ipsa tamen causa ad inimicitiam suffectura Inculpato imputata faciat, quo minus ad torturam decernendam testimonium vulnerati sufficere possit. Et hanc sententiam negativam indubitati juris, receptissi- 13
mam ac verissimam esse, & ita omnes tenere, nec ab ea, ceu usu forensi, Praxique communi approbata, in judicando & consulendo recedendum esse, ex operosè *all.* docet Farin. *Pr. & Th. Cr. Libr.* 1. 14

 Tit.

Tit.5. Qu.46.n.10. quam & in facti Specie, dum quidam vulneratus Franciscus de Contis dictus à Bartholomæo Salvieto se vulneratum esse in articulo mortis deposuerat, Rolandus à Valle integro *Conf. 37. V.3.* est tuitus.

15 Quæ ad fundandum Effectum Negativum priorem huc usque sunt apposita & exposita, adeo extendunt Doctores, ut licet (α) Inculpans probatissimæ vitæ fuerit, non tamen ejus assertio effectum torturæ contra Inculpatum operari possit Mascard. *Concl. 1135. num. 12.* Polyd. Rip. *d. Tr. De A. in M. A. C. 16. num. 4.* Farin. *Qu. 46. num. 48.* ibique *num. 47. alleg. dissentientes* Ant. Gomez. *V. R. Tom.*

16 *3. C. 13 num. 16.* Cujus rationis lineas jam *supr. C. 2. n. 22.* duximus, quod scil. bonitas vel probitas alicujus licet dignissimi in præjudicium tam enorme tertii, vel *secundum* & *tertium* præjudicii gradum nil operetur, insuperque adhuc rationes torturæ effectum præscindentes hoc Cap. *num. 7. seqq.* adductæ contra hunc Inculpantem militent, nec per bonitatem ejus jam tum per damnum alterius adeo momentosum concurrens hoc effectu denudatam, elidantur.

17 Ampliant JCti hanc Regulam (β) ut, licet Inculpans Inculpationem suam jurejurando firmaverit, nec tum effectum torturæ eadem nanciscatur. Mascard. *d. Concl. 1135. n. 20.* Farin. *d. Qu. 46. n. 45.* Polyd. Rip. *cit. C. 16. n. 4.* Beust. *in Tr. De Jurej. ad L. 31. ff. De Jurej. n. 1182. §. Circa hanc &c.* Excell. Dn. Stryk. *all. Diss. De Eff. ag. C. 4. n. 5.* quamvis

18 enim asseverare non dubitem, Inculpationem juratam firmiorem præsumptionem facere, quam si non esset jurata, ut ex Ludov. Covarruv. *V. R. Lib. 2. C. 13. n. 8. vers. major tamen oritur*, recte docet Farin. *d. n. 45. in f.* an tamen effectum hunc specialem torturæ illico operetur, hoc

19 est, quod non minori certitudine nego, præprimis, cum ipse Imperator Inculpationis etiam juratæ Casum ponat in *Art. CC. 25. §.* Zum sechsten *ibi:* oder bey seinem Eyd betheuret / & nihilominus cum reliquis indiciis ibidem recensitis & huic qua tali in *Art. 27.* effectum torturæ detrahat, insuperque exceptio causæ propriæ ac inimicitiæ à Lege in Inculpante ob causam Inculpatione indicatam alioquin suffecturam præsumptæ nec elidatur, nec suppleatur per juramentum Farin. *d. Qu. 46. n. 45.* exque eo Excel. Dn. Stryk. *d. Diss. C. 4 n. 5.* jung. Mascard. *d. n.*

21 *20.* Non autem fulcitur contrarium ex assertione Hipp. de Marsil. *in Pr. Cr. §. Diligenter n. 188. vers. Sed contrariam partem.* Parum namque præsidii idem ex *all.* capiet, cum Romanus & Baldus *ibidem*

citati

citati in diversis terminis, de *teste* sc. & non de vulnerato Inculpante loquantur, statuentes: Testem in mortis articulo constitutum validare juramento suum testimonium: Jam vero disparitatis inter testem & vulneratum evidens est ratio; ille enim in aliena, hic in propria deponit causa, ut proinde illius assertio ob cessantem supradictam exceptionem probari, hujus vero confessio ob exceptionem obstantem quoad hunc in specie Effectum reprobari debeat, uti ita refert Mascard. *d. Concl.1135. n.22.* exque eo Farin. *all. Qu.46. n.45.*

Extenditur data Regula (γ) & ultimo, ut, licet Inculpans morti vicinus haberet in manibus Sacrosanctam Eucharistiam, immediate eandem assumpturus, nec h. c. qualitas hæcce confessionem vulnerati convalidare, nec effectum torturæ operari possit. Mascard. *d. Concl.1135. n.13. cum suf. cit.* Farinac. *d. qu.46. n.46.* Polyd. Ripa. *in sæpe laud.* Tr. *De A. in M. A. Cap.16. n.4. in f.* Joachim. à Beust. *d. n.1182. §. Circa hanc* Excell. Dn. Stryk. *d. C. 4. n.5.* De Jure Canonico quidem asserendum videtur, Corpus Domini i. e. Sacram Synaxin in causis temporalibus speciem probationis esse, uti ex notabili ac plane singulari colligo *c. Sæpe contingit* 23. *C.2. Q.5.* (quam Quæstionem secundam post tertiam positam esse ob simillimum harum argumentum, notant Corr. Rom. *ad Rubr.*) in quo statuitur: *Si furto in monasterio facto de* " *Authore delicti non constet, post missam celebrandam fratres omnes communi-* " *care debere in hæc verba:* Corpus Domini sit mihi *AD PROBATIO-* " *NEM hodie.* " Verum quicquid sit de Jure Pontificio, ut in multis aliis, ita & hoc in passu sacro Codici contrario, est tamen nihilominus hic usus Sacrosanctæ Cœnæ magis abusus, cum finem à Summo ejusdem Authore, Salvatore nostro in verbis *Luc.22. v.19.* τȣτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, præscriptum, ac à Divo Paulo *1. Cor.11. v.24.25.* repetitum non respiciat, nec impleat, sicque hic nullum effectum operatur, cum id, quod animæ salutem affert, corpori alterius perniciem inferre non possit, nec divinum præceptum ad præcipientis commemorationem & recipientis spiritualem absolutionem tendens ad delicti imputationem vel manifestationem, sicque proximi læsionem adhiberi, ac ita violari debeat, ut proinde verum maneat, abusum rei effectum parere non valere, hincque nec ad torturam nostro in casu decernendam quidpiam conferre posse. Quam & rationem Authorem Consultationis Saxonicæ *Libr. 5. Qu. 122. n.3.* cujus verba citat *Illustr.* Dn. Stryk. *d. Diss. De Eff. ag. C 4. n.5. vers. Constitutum* pro funda-

Margin: 22 (beside "Extenditur"); 23 (beside "asserendum"); NB (beside "Si furto"); 24 (beside "ut in multis")

mento habuisse, ut effectũ torturæ Inculpationi ipsa & Eucharistia assumpta detraxerit, extra omnem dubitationis aleam positum esse immote auguror.

Cæterum negativam hanc sententiam sub rationum & Do-
25 ctorum umbone hactenus defensam, ac jam ex mente illorum
extensam nonnulli Jctorum mordere conantur, quorum Catalogum
exhibent Menoch. *l. Pr.* 89. *n.* 78. Farinac. *Pr. & Th. Cr. Libr. 1. Tit. 5. Qu. 46. n. 1.* & agmen inter reliquos citatis locis recensitos Hippo-
26 litus de Marsiliis *in Pr. Cr.* §. *diligenter à n.* 117. *usque ad n.* 132. in hoc du-
bio importanti & multum quotidiano, ut *inibi* loquitur, prima quidem fronte satis speciose ducit, sententiæ affirmativæ, sc. Inculpationem morituri vulnerati ad torturam sufficere calculum aperte addens, hoc saltem *d.* §. *n.* 123. *vers. Attamen non obstantibus* præsupposito: Inculpantem perfecti esse intellectus, aliterque veritatem haberi non posse: Cujus rationes potiores adducit Farinac. *d. qu.* 46. *n.* 38. 39. 40. & secun-
27 dum ordinem ab ipso illarum patrono dispositæ sunt sequentes (1)
Quod intuitu communiter accidentium quilibet, aut major pars morientium verum dicere, & æternam salutem respicere videatur. *d.* §. *Diligenter n.* 119. quod exemplis *d. n.* 119. & 120. stabilire conatur. (2) Quod sæpe recedatur à regulis juris communis, & alias non conce-
28 dendum concedatur, si veritas aliter haberi non possit, dum ob diffi-
cultatem probationis Lex ea probatione contentetur (ut ita Barbare loquitur) quæ fieri potest. *n.* 124. 126. quod exemplis *d. n.* 124. 125. confirmat (3) Quod hac sententia rejecta delicta necessario mansura
29 sint impunita, quod Leges vetant. *L. Ita vulneratus* 51. §. *Æstimatio* 2.
vers. Quod si quis ff. Ad L. Aqu. L. Si longius 18. §. *Si filius familias* 1. *ibi. Ne dum pater ff. De Jud. L. Stichum* 95. §. *Quod si* 1. *vers. sane quoniam ff. De S. & Lib. L. Si operis* 14. *C. De Pœn. C. Licet Heli* 31. *X. De Simon. C. Ut famæ tuæ* 35. *X. De Sent. Excomm.* Vid. J. D. *n.* 127. & ne hoc fiat, multa alias illicita
30 reddunt licita, quod probat exemplis *n.* 128. 129. 130. (4) Quod, quam-
vis causa ex unius, quacunque dignitate etiam præfulgeat, *L. Jurisjurandi* 9. §. *Simili* 1. *C. De Testib.* (quæ Lex est Canonisata & relata in *c. Si testes* 3. § 38. *C.* 4. *Q.* 2. & 3.) secundum ordinem judiciorum solitum teste *C. Licet ex quadam* 47. *vers. Nec tamen si unus X. De Testib.* dicto nulla terminetur, *C. Licet universis* 23. *X. De Testib.* de facto tamen proprio deponens, cum præsumatur magis veritatem scire quam alius, etiam unus plene probet. *L. Quæro* 58 §. *Servum fin. ff. De Æd. ed.* ubi,

dum

dum creditur uni servo de facto proprio, à fortiori colligendum omnino est, multo magis libero credi. JD. *n.*130. *in f.* & *n.*131. Quam sententiam ipse magis æquam, justam, juri naturali consonam, & optimis juribus ac rationibus confirmatam dicit *d.* §. *Diligenter n.*121. & 131. *inf.* 32
Verum rationes hæ omnes tantarum non sunt virium, ut sententiam nostram negativam debilitare, multo minus enervare valeant, sed potius in promptu est, quod ad singulas commode regeri possit. A præsumptione enim in *prima* ratione adducta pro moriente alioquin militante ad torturam decernendam non nisi infauste infertur, sed hoc ex eadem recte colligitur, assertionem vulnerati moribundi non negligendam esse à judice, sed effectum, quem jure nancisci potest, eidem ab eodem tribuendum esse, quod vero effectum torturæ possit inducere, id equidem inde non nisi contrario amne fluere autumo. Si enim hanc præsumptionem pro decisione singulorum Inculpationis effectuum generaliter ac simpliciter posuerimus, nec rationes potius jure fundatas, quæ effectum unum alterumve detrahunt, attenderimus, eadem facilitate sequetur, & ad *condemnationem* hanc Inculpationem sufficere, quod tamen oppido falsum esse, per rationes jam jam demonstrabimus. Accedit insuper, hanc bonam pro moriente conjecturam adeo enormiter tertio præjudicare haud posse, per ea, quæ fusius dixi *C.*2. *n.*22. & repetii hoc *C. n.*16. Vid. Roland. à Vall. *V.*3. *Cons.*37. *n.*26. *vers. Secundo non obstat.* & *Illustr.* Dn. Stryk. *in sæpe laud. Diss. De Eff. agon. C.*4. *n.*3. *vers. Quod enim primam.* *Secundam* rationem quod 33
attinet, illa in hypothesi merito negatur, nunquam enim conceditur in jure, quod ob difficultatem probationis cuipiam in causa propria & insuper inimico testimonium perhibere liceat, cum & testimonium de gestis à se dictum si ad dicentis beneficium & utilitatem, aut tertii detrimentum, ut hoc in casu omnino accidit, nec potius hujus commodum collimet, non approbetur. Mascard. *V.*4. *Concl.*1364. *n.*63. *ibique all.* uti fere hanc Marsilii opinionem in specie refutant Rol. à Vall. *d. Cons.*37. *n.*27. *vers. Ultimo non obstat.* & *n.*28. Farinac. *d. Qu.*46. *n.*41. & Dn. Stryck. *cit. Diss. p.*42. addi & hoc pro destructione opinionis Marsilii certiori potest, torturam nunquam in delictis, licet difficilis probationis, & ubi veritas aliter haberi non potest, ne quidem atrocissimis deferendam esse, nisi indicia legitima, de jure subsistentia, & ad hanc sufficientia præcesserint, uti elegantissime tradit Farinac. *I. Cons.*20. *n.*8. quale non esse solam vulnerati Inculpationem fusius in ante-

antedictis variis rationibus, apertoque C. C. textu probatum ac de-
34 monstratum. Ad *tertiam* rationem reponi potest, nondum sufficienter delictum per nudam Inculpationem contra Inculpatum, ad hunc effectum demonstratum esse, aut torturæ in persona Inculpati exclusionem simul generalem aliam persecutionem, vel ulteriorem inquisitionem tollere, nec eandem semper aut simpliciter hunc metum impunitatis delictorum insequi. Hic enim tum demum optime urgeri posset, si omnis Inculpationi Effectus omnino denegatus esset, at dum idem jure approbatus in *C.II.* ipsi attributus, facile fieri potest, Inculpati fugam, hancque secutam in carcerem reductionem, vel maturatam à morsu conscientiæ confessionem Inculpationi accedere, quibus casibus utique ad torturam, ac tandem delictorum coercitionem deveniri posset, quæ omnia si deficiant, Inculpatus censetur innocentiam suam abunde purgasse, ut tum sola Inculpatio effectum torturæ nonnisi invita jurisprudentia operaretur. Accedit, ipso etiam effectu torturæ Inculpationi assignato, adhuc tamen necessario ac infallibiliter condemnationẽ, quam hic urget Marsilius, neutiquam secuturam esse, cum vel Innocentia Inculpati post torturam detegi, vel idem patientia ac duritia tormentorũ ita hæc contemnere possit, ut illi veritas exprimi nullo modo possit, loquente sic *L. In criminibus* 1. §. *Quæstioni* 23. *vers. Nam plerique ff. De Quæst.* quo casu adhuc intentio
35 Hippoliti eventu suo destitueretur. Nec *quarta* ac ultima ratio majoris est momenti, longe enim diversa sunt: De *facto* proprio, & in *causa* propria testimonium edicere. Farinac. *Qd. v.46. n.42.* exque eo Excell. Dn. Stryk. *d. Diss. p.42.* Illud à jure recipitur, *L.58. §. f. ff. De Æd. ed.* hoc rejicitur. *L.10. ff. & C. De Testib.* Cum igitur illud Marsilius intelligat, hoc vero assertio moribundi respiciat, & à diversis diverse inferatur, non potest idem aliter quam Statum Controversiæ
36 evertere, sicque fallaciam ignorationis Elenchi committere. Et quod Legem 18. §. *f. De Æd. ed.* ab illo in defensionem suæ rationis ultimæ citatam attinet, ea sane neutiquam ita generaliter, ut Hippolitus eam refert, loquitur, sed non inconsulto conditionaliter disponit, Servi rebus ablatis fugitivi facti, asserentis, se & in domo Venditoris ita fugisse, responso ceu unius testis de proprio facto testantis credendum esse, SI & ALIA INDICIA prioris fugæ NON DEFICIANT, Vid. B. Dn. Brunnem. *ad d. L.1. ibique cit. Dd.* Menoch.

De

De A. J. Q. Libr. 2. Cent. 1. Caſ. 99. n. 17. unde vi argumenti à contrario, ceu in jure validiſſimi apodictice ſequitur: Solum ergo reſponſum, vel teſtimonium ſervi, ſi indicia alia deficiant, nunquam ſufficere, multo minus ergo probari poterit, teſtimonium alicujus in cauſa propria, ut jam Inculpantis, ſine omni alio adminiculo torturam inducere poſſe. Quod egregie confirmatur ex iis, quæ habet *Illuſtr.* B. Dn. Brunnem. *ad d. L. 58 n. 3.* ubi aſſerit: Teſtimonio unius de proprio facto deponentis credendum non eſſe, ſi eadem depoſitio in *grave præjudicium tertii* vergat, quod hic in tortura deferenda notorie adeſſe, junctaque infirmitate teſtimonii in propria cauſa prægnantiorem rationem Effectum torturæ Inculpationi detrahendi cau- 37
ſari, nullum fluctuare putaverim. Et hæc ſententia eo certius defenſionem meretur, quo apertius conſtat, ipſum opinionis nobis contrariæ Anteſignanum prædictum Hippolitum in ſuis ſcriptis fluctuare, modo noſtram negativam, modo ſuam affirmativam defendendo. Dum enim in *Conſ. 20. n. 14. & Singul. 21. verſ. Item nec confeſſio.* liquido ſtatuit: *Confeſſionem offenſi in articulo licet mortis conſtituti Inculpato offerendenti non nocere*, eo ipſo huic confeſſioni, ſeu Criminali termino appellatæ Inculpationi effectum torturæ utique alias torto nocituræ denegat. Unde ei tanquam vario non eſſe credendum, 38
in materie præſenti docet Cravett. *Conſ. 16. in fin.* quem citat *Illuſtr.* Dn. Stryck. *d. Diſſ. C. 4. n. 4.* præprimis, cum ipſe Angelus, *in L. 3. §. 1. ff. De SCt. Syll.* Inculpationem à morti vicino factam effectum torturæ operari, tradens, cui Marſilius *d. §. Diligenter n. 118. verſ. Sed contrariam partem* innititur, negativam opinionem 39
in L. Mater 2. C. De Calum. tueatur, quare & ipſum *in d. L. 3.* ſine Lege & ratione locutum eſſe, hincque ejus opinionem non eſſe tutam, & communiter non teneri, ex *cit.* tradunt Roll. à Vall. *V. 3. Conſ. 37. n. 26. verſ. Non obſtant.* & Farinac. *Qu. 46. n. 10. verſ. Ubi quod* 40
opinio, & hoc ſecundo loco melius & gravius dixiſſe ex Alexandr. *V. 3. Conſ. 14. n. 5.* referunt Maſcard. *De Prob. V. 3. Concl. 1135. n. 7.* Farinac. *d. l. n. 10.* Rol. à Vall. *V. 3. Conſ. 37. n. 26.* Excell. Dn. Stryck. *cit. Diſſ. C. 4. n. 4.* Unicum adhuc reſtat argumentum, primo 41
omnium loco ex merito adducendum, non quidem à Marſilio pro ſua ſententia nexum, apprime tamen ipſi favere viſum, quod ex *Art. C. C. 25.* ad oculum demonſtrari, ac acerrime urgeri poterat,

ubi Imperator expresse inter indicia ad torturam sufficientia hanc Inculpationem recenset, ex quo hucusque tam operose pro detrahendo Inculpationi torturæ Effectu deducta, vel levi talitro destrui, meque qua paratum Legis oppugnatorem temeritatis, imo impietatis macula vel tingi, vel aspergi posse, dicendum videbatur.

42 Verum fundamento disceptationis curatius pensitato suavis horum jam dictorum potius cum antea deductis Harmonia erit atque consonantia. Aliam namque decisionem hæc Quæstio: Annon Inculpatio *junctis aliis indiciis* effectum torturæ habeat, aliam vero hæc: An Inculpatio *sola*, *in se*, *& qua talis* eundem effectum operetur, responsionem efflagitat. Et sicuti *illam* cum Imperatore promptissime concedo, cum plura indicia in se imperfecta ad effectum torturæ conjungi posse, ut unum perfectum inde oriatur, in ipsis juris Criminalis principiis sit fundatum; ita *hanc* eadem authoritate & veritate pernego, quam unice hactenus excutere allaboravi, quæ cum *supr. n.*5. clarius sit stabilita, eo Candidum Lectorem humanissime remissum volo.

43 Hæc de *Priori* Inculpationis Effectu *Negativo*, QUÆSTIONEM respiciente exposita sufficiant. Restat *Posterior* adhuc Effectus CONDEMNATIONEM concernens, quem ad demonstrandum concludo II. Inculpationem vulnerati moribundi Effectum CONDEMNATIONIS NON operari, sicuti ita autumant Mascard. *De Prob. V.*3. *Concl.*1135. *n.*1. Farinac. *Pr. & Th. Cr. Libr.*1. *Tit.*5. *Qu.*46. *n.*55. Clar. *R. S.* §. *f. Qu.*21. *n.*16. *in fin.* Cujus

44 assertionis veritas fluit ex priori Effectu negativo: Cum enim Inculpatio Effectum torturæ ipsa condemnatione omnino levioris, per hactenus sufficientissime stabilita, non producat, multo minus poterit Effectum Condemnationis ceu ipsa tortura mul-

45 tum gravioris operari. Et hanc sententiam de Italiæ observantia, & communis styli opinionem esse, testantur ex *fusiss. all.* Farinac. *d. l. in f.* & ex Petro à Plach. *Libr.* 1. *C.*13. *n.*15. Clarus & Mascard. *dd. ll.*

46 Rationes ejusdem urgentiores hæ sunt. (1) Quod, sicuti in Civilibus nemo morti licet vicinus sua adnotatione ac propria confessione sibi debitorem in nummis potest constituere, notab. *L. Rationes defuncti* 6. *in f. C. De Probat.* jung. *L. Instrumenta* 5. *& L. Exemplo* 7. *Eod*, nec non *L. Inter chartulas fin. C. De Conv. fisc. deb. Libr.*10.

Libr. 10. *Tit.* 2. ita multo minus in *Criminalibus*, ceu magnis causis, quæ hominis famam, corpus, vitam & bona afficiunt, notab. *Art. C. C.* 1. *vers.* in dem allen ꝛc. Inculpans sibi possit debitorem constituere in pœna, uti ex Alberic. *in L. 2. n. 3. vers. Sed hoc etiam facit ff. De SCt. Syll.* concludit Farin. *d. l. n. 11. inf.* ex quo idem recenset Excell. Dn. Stryk. *d. Diss. C. 4. n. 1. p. 40.* (2) Quod ad condemnationem probationes districtissimæ, notab. *c. Epiphanium 4. C. 5. Q. 6.* palpabiles, *Magnif.* Dn. Præses *in Not. ad* Laut. *Tit. De Jurej. verb. Arg. L. p. m. 183.* indubitatæ, ac luce meridiana clariores requirantur, per famosissimam Practicam *L. Sciant cuncti fin. C. De Prob. ibique* DN. BRUNN. qua Regula ex d. l. desumpta quotidie Doctores utuntur Menoch. *De A. Q. Q. Libr. 2. Cent. 5. Cas. 492. n. 1. Cas. 464. n. 2. & Cent. 3. Cas. 279. n. 1.* Marsilis. *Cons. 20. n. 1. Cons. 29. n. 7. Cons. 44. n. 11. Cons. 50. n. 15. Cons. 63. n. 13. Cons. 88. n. 1.* Farinac. *1. Cons. 40. n. 31.* Mascard. *V. 2. Concl. 460. n. 14. & Concl. 857. n. 26.* Rol. à Vall. *V. 1. Cons. 7. n. 35. Cons. 16. n. 30. Cons. 24. n. 23. & V. 3. Cons. 3. n. 37.* JACOB. de BELLOVISU *in Pr. Cr. Libr. 3. C. 20. n. 2.* Paul. Ghirland. *JCt. Florent. Tr. De Hæret. & eor. pœn. Qu. 5. n. 18.* quarum tamen efficacia hæc Inculpatio est denudata, quæ probationem non facit, Vid. *supr. n. 9. ibique cit.* Farinac. multo minus plenam probationem, quam sequitur condemnatio, inducit. (3) Quod unius testimonium ad condemnationem alicujus non sit sufficiens, notab. *C. Veniens ad nos* 10. *X. De Testib.* nec ulla divina humanaque Lex unius testimonio, etiam idoneo quemquam condemnet, per elegantissimum *c. Admonere 8. C. 33. Q. 2.* Sed per duos demum testes perfecta, legitima, Mascard. *De Probat. V. 1. Qu. 6. n. 47. & Concl. 303. n. 2.* & plena probatio Carpzov. *P. 3. Qu. 114. n. 5.* Mascard. *Concl. 899. n. 21.* Rol. à Vall. *V. 2. Cons. 33. n. 1. V. 3. Cons. 23. n. 5.* Damhoud. *Pr. R. C. Cap. 49. n. 1.* B. Dn. Clasen. *ad Art. C. C. 30. p. 133.* Conf. *C. Licet Universis 23. & C. Cum à nobis 28. X. De Testib.* qua deficiente tamen neutiquam ad condemnationem deveniri potest, inducatur, sicque nec hic ipsa Inculpatio morientis, ceu unius saltem testis, præprimis omni exceptione non majoris ad condemnationem sufficere possit. 47 48

49 Nec dubium hanc nostram sententiam, multo minus falsam facere potest decantata JCtorum Regula: Mortem non minorem facere fidem, quam corporale juramentum, Polyd. Rip. *in eleg. Tr. de A. in*

M.A. Cap.23. n.11. cum fusiss. cit. C.28. n.12. cum mult. all. C.38 n.13. cum cit. copios. & C.82 n.11. cum cit. Men.5. *Pr.5. n.4. inf. & De A. J. qq. Libr.2. Cent.2. Cas.116. n.4.* Schnobel. *Disp. ad ff. 8. th 21. ibique cit.* Gail.2. *O.43. n.2. cum fusiss. cit.*
50 Excell. Dn. Stryk. *in Diss. De Eff. agon. C.3. n.6. cum mult. all.* Unde inferendum videbatur, ſicuti juramentum effectum plenæ probationis habet, per elegantiſſimam *L. Non erit juratum 5. §. Dato Jurejurando 2. inf. ff. De Jurej.* Conf. *L. Post rem 56. ff. De R. jud.* ceu quo legitime præſtito non illud quæritur, an debeatur, ſed, an juratum ſit *§. 11. J. De Act. d. L.5. L. Nam posteaquam 9. §. Jurejurando 1. L. in duobus 28. in fin. L. Quod si juravi 29. ff. De Jurej.* ita & eadem mortem hujus vulnerati ejusque confeſſionem non deſtitui, hincque ex illo effectu plenæ probationis effectum condemnationis ſequi poſſe. Nam prædicta Regula male huc trahitur, ceu quæ ſaltem Quæſtioni de Juramenti delati & acceptati per mortem impedita præſtatione applicatur, an ſc. Juramentum delatum & acceptum habeatur pro præſtito, eo, cui delatum, mortuo, de qua, cum hujus loci non ſit, Vid. interim omnino Polyd. Rip. *d. Tr. C.38. n.14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.* B. Dn. Brunn. *in Pr. Civ. C.23. n.20.* B. Dn. Lauterb. *ad Tit. De Jurej. p.185. ibique Not. Excell.* Dn. Præſes. *verb. pro impleto haberi*, non vero Quæſtioni de plena probatione, quam tamen hic ſaltem ſollicite excutimus, ut proinde Theſin noſtram de negato inculpationi Condemnationis effectu hactenus ſtabilitam alius ac diverſus longe hypotheſis ſenſus vel confundere, vel evertere minime ſit valiturus.

CAP. IV. ſeu ULTIMUM.

Exhibens

Effectum exculpationis tam poſitivum, quam negativum, una cum reſponſionibus ad obſtantias.

SUM-

SUMMARIA.

Continuatio. n. 1. 2.
Ordo Capitis sistitur. 3.
Exculpationis *Effectus* positivus *traditur.* 4
Et confirmatur authoritate. n. 6. 7. *ac rationibus.* 8. 9.
Singulare Plagium in ROSBACHII PRAXI CRIMINALI *noviter ostenditur.* 6
Dubium circa Exculpantis *fidem proponitur.* 10
Et resolvitur. 11
Exculpatio, *si* verisimilis, *effectum demum assignatum producit.* 12
Quæ quando talis audiat, Conjecturis n. 13. 14. *& exemplo* n. 15. *probatur.*
Ampliatur prædictus Effectus (α) *in* Exculpatione implicita. 16
Quæ quando fiat, docet. 17
Ampl. (β) licet Exculpans Exculpatum prius inculpaverit. 18.
Cujus rationes suppeditant. 19. 20
Dubium ad infringendam sic factam Exculpationem *formatur.* 21
Idem diluitur 22
Enervatur veritas hujus Exculpationis *in* Exculpante *morti non vicino* n. 23. *ubi & ratio traditur.*
Cujus Limitationem dat. 24
Qua cessante adhuc Exculpationi *non creditur, ob rationem quam dat.* 25
Hippolitus de Marsilys & in hoc puncto contrarius producitur. 26
Cujus argumenta ordine referuntur. 27. 28. 29. 30. 31. 32.
Fundamentum horum sistit. 33
Quæ & resolvuntur. 34. 35. 36. 37. 38.
Ipsa eorundem Hippoliti Conciliatio refutatur. 39
Exculpationis *Effectus I.* negativus *sistitur* 40
Qui Praxi n. 41. *ac rationibus*, 42. 43. *probatur.*
Effectus II. Negativus *traditur* n. 44. *& demonstratur.* 45
Qua ratione idem elidatur, docet. 46
Quod deducunt. 47. 48
Exitus Dissertationis. n. ult.

PRimam hucusque partem Dissertationis nostræ in frontispicio ipsius materiei delineatæ, ipsam nimirum INCULPATIONEM 1
secundum distinctos suos Effectus, & *positivos*, & *negativos*, ea, qua tot inter fluctuantes & confligentes Doctores fieri potuit, oculorum ac mentis acie lustravimus. Altera adhuc, EXCULPATIO
scilicet restat evolvenda, qua in parte & fide exsoluta, eo felicio- 2

 rem

4 rem colophonem hæc Disputatio indubiè sibimet est sponsura. Hu-
jus autem evolutio Methodi in prioribus Capitibus selectæ & hic cu-
stodiendæ causa; Effectus itidem *affirmativi* & *negativi* consideratione
absolvetur, cum vix hic aliquid præter Effectum tractari possit, quod
Praxin, quam ad omnis labor collimare debet merito, solidam sapiat.
Si ergo Mevius vulneratus viribus corporis prostratis, mentis in-
tegris dixerit, Cajum de vulnere diffamatum nec Authorem, nec
adjutorem sceleris fuisse, sed innocentissimum esse, Sempronii vero
manus infelices hoc effuso sanguine madentes rutilare, hocque su-
um effatum obitu præprimis insecuto firmaverit, hujus assertionis
pro Cajo egregiè facientis, vel ex Criminalistarum loquendi more,
Caji Exculpationis hic notabilis ac pretiosus *positivus* est Effectus, ut
enervet omnes vires & effectum præsumptionum ac indiciorum con-
tra Cajum licet militantium, ut idem alias forsan ob illa Exculpa-
tione non facta torquendus, jam inde tormentis subjici nequeat, si-
5 cuti ita statuunt Bald. *in L. 1. vers. Item si testator n. 32. col. pen. C Comm.
de legat.* Mascard. *De Probat. V. 2. Concl. 389. n. 2. & V. 3. Concl. 1136. num.*
1. Farin. *Libr. 1. Tit. 5. Qu. 46. n.* 104. *cum innum. all.* Marsil. *in Pr. Cr. §.
Diligenter n. 200. cum fusiss. cit. & Cons. 17. n. 20. cum ijsd. all. Cons. 50. n.
18. ac Cons. 61. n. 34. nec non in Sing. 22. vers. Teneas tamen menti cum ijsd.
cit.* Alciat. *De Præsumpt Reg. 3. Pr. 4. n. 10. & Pr. 44. n. 5.* Ant. Gomez.
V. R. Tom. 3. C. 13. n. 17. vers. Si vero delictum Clar. *R. S. § f. Qu. 52. n. 5.*
Claud. de Battandier. *Pr. Caus. Cr. Reg. 34. n. 2. & Reg. 35. n. 1. cum mult. all.*
Menoch. 1. *pr. 90. n. 1. cum innum. all.* Polyd. Rip. *De Act. in M. A. Cap. 16. n. 17.
cum add.* B. D. Carpz. *Qu. 120. n. 58.* B. Dn. Clasen. *ad Art. C. C. 141. vers.
Item statur. p. 524.* Excell. Dn. Stryk., *in sæpe cit. & laud. Diss. De Eff. ag.
C. 4. n. 8.* Joan. Ant. Rubeus *in Tr. De Pot. Proc. & Def. in Caus. Cr. n. 168.*
6 & ex eo Joan. Emeric. à Rosbach. *in Pr. Cr. Tit. 1. C. 3. n. 102.* (De hoc
enim *Pr. Cr. Tit.* 1. integro Capite III. insigne ac famosum plagium
integras centum & quatuor paginas absolvens est notandum, cum
illud ex jam memorati Johannis Antonii Rubei Patricii Alexandrini
*De Potestate Procuratoris & Defensoris in Causis Criminalibus ad interpreta-
tionem L. 33. §. 2. ff. De Procur. & L. 13. §. 1. ff. De P. J.* Paduæ Anno 1534.
conscripto, & in Tomo Posteriore Voluminis Rerum Criminalium
variorum JCtorum primum à Joanne Baptista Ziletto, post corre-
ctius à Francisco Modio JCto Brugensi collecti à *p. 27. ad p. 73.* exhibi-
to

to Tractatu, singulis verbis sæpe absurdè satis, optimeque Veri Authoris, non vero Rosbachii temporibus convenientibus. Vid. *d. C. 3. n. 97. vers. Decima quarta & cit. Tr. n. 163.* retentis, exscriptum, ac ipsi Rosbachio qua pars Processus sui Criminalis sit adscriptum, quod me in collatione jam adductorum locorum invenisse; *Magnifico* meo Dn. Præsidi usum prædictorum Rerum Criminalium Tomorum è Bibliotheca sua instructissima inter alios bene multos pro summo in me æternum colendo affectu mihi concedenti, debitè acceptum fero.) Et hanc sententiam de insigni ipsius Exculpationis effectu jam- 7
jam ex Doctoribus relatam verissimam communemque esse, testantur Mascard. *d. Concl. 1136. n. 2. ibi. ita etiam.* Clar. *d. l. n.* 5. Farinac. *c. l. n. 105. in f.* nec dubium habere, singulariter ex Marc. Mantua. *Sing.* 249. *n.* 3. refert Polyd. Rip. *d. l. n.* 17. unde non immerito Baldi *supr. n. 6. add. l.* idem statuentis dictum aureum, Phœniceum & Sybillinum vocat Claud. de Battandier. *Pr. Caus. Cr. Reg.* 35. *n.* 1. Rationes hujus assertio- 8
nis Doctores sequentes adducunt. (1.) Quæ præsumptio delicti exclusiva, ceu nobilis, Farin. 1. *Cons.* 60. *n.* 51. *cum citat.* præferatur præsumptioni delicti inclusivæ, notab. *L. Merito autem* 51. *pr. in fin. ff. Pro. hoc* notab. *L. Si defunctus 10. C. Arbitr. tut.* Bart. à Saxoferrato. *in L.* 8. §. 5. *ff. De N. O. N n.* 1. *ibique* Schard. *verb. Adde Bald.* Farin. *1. Cons. 6. n. 23. cum cit. Cons. 11. n.* 30. *Cons. 37. n. 148. Cons.* 37. *n.* 9. *Cons.* 61. *n. 12. & Cons.* 102. *n. 49. in fin.* Roland. à Vall. *V. 3. Cons. 1. n. 92. & V. 4. Cons. 58. n. 8.* B. Dn. Clasen. *ad Art. C. C. 6. p.* 50. Tab. *in Barb. Libr.* 14. *C. 68 Ax.* 13. *cum cit.* Conf. MEnoch. *De a. qq. Libr.* 2. *Cent.* 5. *Cas.* 472. *n.* 25. *& 1. Pr. 29. n.* 11. ac ea pro non delicto, seu quæ facit ad defensionem innocentiæ diffamati, excludat generaliter delicti præsumptionem, Clas. *ad Art.* 28. *p. 130.* cum jura ad absolvendum & liberandum, quam puniendum & condemnandum sint procliviora, notab. *L. Arianus* 47 *ff. De O. & A.* notab. *C. Adhæc vers. & promptiores 2. F.* 28. notab. *C. Ex Litteris 3. vers. Quodsi X. De Probat.* satius putantia, impunitum relinqui facinus etiam nocentis, quam innocentem damnare, per famosissimam *L. Absentem* 5. *pr. ff. De Pœn.* hincque favor & præsumptio innocentiæ ex purgatione ac excusatione morientis oriens præsumtione contraria fit potentior, Masc. *d. Concl. 1136. n. 2. &* 7. Ant. Gomez. *d. l. n. 17. vers. Si vero delictum p* 542. exque illis *Excell.* Dn. D. Stryk. *d. C. 4. n. 8. p.* 46. ipsaque offensi excusatio quoad offensionem, uti scite ex Boss. *De Favor. Def.*

n. 10.

n. 10. refert Maſcard. *d. Concl. 1136. n. 8. & 12.* ut proinde eadem & hic à vulnerato Exculpante orta jure ſummo delicti præſumtioni ex indiciis contra Exculpatum pugnantibus emanatæ præferatur, ac torturæ delationem impediat. (2) Quod unius ac ſingularis, teſtimonio pro rei innocentia & defenſione plena fides habeatur. B. Dn. Tabor. *in Barb. Libr. 9. C. 64. Ax. 1. verſ. Ita pro rei ibique mult. all. & Libr. 18. C. 15. Ax. 4. Lim. 5. cum ijsd. cit.* Maſcard. *V. 2. d. Concl. 906. n. 10. ibique add. Dd.* Zang. *De Quæſt & tort. reor. C. 3. n. 43.* Carpz. *P. 1. Q. 33. n. 44. & P. 3. Qu. 120. n. 59.* B. Dn. Claſ. *ad Art. C. C. 66. p. 248. verſ. Sic poteſt ibique all. Dd. & ad Art. 141. verſ. Similiter p. 524.* cum circa hanc apices juris, qui magis ſubtilitatem, quam facti veritatem reſpiciunt, non attendantur, ſed ſæpe ejus favore à Regulis Juris recedatur, multaque ſpecialia contra jura communia ſint recepta. Carpz. *Q. 33. num. 10. cum cit.* Claſen. *ad Art. C. C. 66. p. 247. in fin.* multo magis igitur partis offenſæ Salutis ſuæ & gnaræ, & memoris, non in præjudicium ſed favorem alicujus ſingularem deponentis aſſertioni credendum, ac ipſius teſtimonium ad innocentiam Exculpati probandam qua ſufficiens admittendum erit. Dn. Carpz. *cit. Qu. 120. n. 59.* exque eo *Excell.* Dn. Stryk. *d. Diſſ. C. 4. n. 8.* Et licet Doctores uno ore aſſeverent: Teſtibus duobus affirmantibus plus quam mille negantibus credi. Polyd. Ripa *in eleg. Tr. De Act. in M. A. Cap. 21. n. 15. cum all.* B. Dn. Claſen. *ad Art. C. C. 141. p. 524. verſ. Præterea. ibique cit.* Vid. Rol. à Vall. *V. 1. Conſ. 38. n. 26. & V. 2. Con. 63. n. 47.* Tab. *ad Barb. Libr. 18. C. 15. Ax. 2.* ut hinc colligendum videretur, effatum Exculpantis Exculpatum reum eſſe negantis, ſatis debile futurum. Hanc tamen regulam toties fallere, quoties de innocentia rei, ac pro non delicto deponitur, uti hic omnino fit, in ſpecie tradunt Rol. à Vall. *d. Conſ. 63. n. 47.* Tab. *d. l. Lim. 1. 2. 3. cum innum. all.* Tum autem demum Exculpatio attendetur, & Effectum prædictum arduum ſatis nanciſcetur, ſi non ex affectu, B. Dn. Lauterb. *in Comp. Jur. ad tit ff. D. Quæſt. 6. p. 707. cit. ibique* Zoeſ. *ad tit. d. ff. n. 26.* ſed animo veritatis detegendæ facta fuerit, Maſcard. *Concl. 1136. n. 4.* ſeu, ut Claruſ. *R. S. §. f. Qu. 52. n. 5. in f.* exque eo Farin. *d. Qu. 46. n. 118.* loquitur, veriſimilis fuerit, quod licet quidem dijudicandum totum relinquatur Judicis arbitrio, Clar. Far. *dd. ll.* Maſcard. *cit. Concl. n. 10.* inter alias tamen conjecturas, ſecundum quas idem arbitrium regulandum erit, ea potiſſimum veriſimilitudinem

nem Exculpationis inducet, si vel vulneratus Cajum v. c. exculpando seipsum inculpaverit, Mascard. *add. Concl. n. 15.* dicendo eidem Cajo male, & contra omnem veritatis colorem delictum inflicti vulneris imputari, sed se ipsum ex tædio vitæ, ira, aut aliis malorum glomis violentæ manus signum sibi inflixisse, tum enim stimulus conscientiæ vulneratum pupugisse censetur, ut se verum delicti reum 14
diceret, aliumque sparsæ de hoc famæ eximeret, vel & inde verisimilitudo factæ Exculpationis elucescet, si Exculpatione jam facta ipse Exculpans lucrum, quod ea non facta accepturus fuisset, jam fit perditurus, uti elegantissimè notat Farin. *in Pr. & Th. Cr. Qu.* 46. *n. 119.* cujus præsumptionis notabile *ex cit. in f.* recenset exemplum, si *v. c.* 15
Mevius Titio cautionem de non offendendo sub pœna 100. huic qua parti offensæ applicanda præstiterit ipseque Titius postea vulneratus reperiatur, tum enim, licet Mevius de vulnere ob vehementem ex cautione de nocendi affectu & effectu resultantem præsumptionem diffamatus fuerit, ipsa tamen Exculpatio hujus jam facta eundem sufficienter absolvet, quia nulla validior potest conjectura adesse, quam quod Titius, si veritati consonum fuisset, eo certius & citius, præprimis ob lucrum sibi ex acquisitione pœnæ conventionalis ob cautionem ruptam obventurum Mevium inculpaturus fuisset, quod dum jam omisit, imo contrarium per Exculpationem commisit, aperte dictum Exculpantis veritatem spirare, hincque diffamatum liberare noscitur.

Hæc, quæ jam pro fundando Exculpationis Effectu positivo 16
dicta ac explicata sunt, adeo deducunt Doctores. Ut (a) non solum in expressa & explicita, si nempe moriens certum individuum expresse exculpaverit, seu ab eodem se vulneratum haud esse dixerit, qua de hactenus actum, sed & tacita & implicita Exculpatione verificentur: Farin. *d. Qu.* 46 *n.* 106. quæ toties fit, quoties moriturus vulneratus, neminem exculpando aliquem inculpat, cujus 17
rei exemplum ita formandum erit; Si de vulneratione, V. dixerim, diffamati fuerint, ipseque vulneratus duos vulnerationis incusaverit, reliquorum trium nullam mentionem injiciens, tum enim hi tres non inculpati, nec tamen apertè excusati, tacitè & implicitè exculpati videntur, cum inclusio unius sit exclusio alterius. Vid. elegantissimam *L. Cum ita legatum 63. §. Videamus* 1. *ibi. Quæ enim Titio nu-*

bere prohibetur ff. De C. & D. Menoch. *De A. Q. Libr. 1. Qu. 37. n. 21.* Barbos. *in LL. CC. Jurispr. Libr. 9. C.* 30. *Ax. 2. ibique fusiss. cit.* uti eleganter ita statuit Farin. *cit. Qu. 46. n. 107.*

18 Extendunt eadem Doctores (β) ut quamvis vulneratus moribundus jamjam Exculpatum prius inculpasset, tamen Exculpatio qua posterior sit ipsi Inculpationi præferenda, & major illi, quam huic maximè licet solenni fides attribuenda, Mascard. *cit. Concl.* 1136. *num. 12.* Farin. *d. l. Qu. 46. num. 118. ibique cit.* exque illis *Excell.* Dn. Stryk. *cit. sæpe Diss. de Eff. ag. C. 4. n. 8.*
19 *vers. Imo & quamvis*, tum, quod hæc posterior præsumptio reo favens priori sit validior & efficacior, cum confessio ad excusandum vincat confessionem ad incusandum tendens. tum &, quod ipse moriens
20 non præsumatur falsa & ementita excusatione alterius vitam liberare, & propriam animam onerare, aut pro corpore alterius animam suam occidere, os enim, quod mentitur, occidit animam notab.
21 *c. Si quis ad te 17. pr. C. 22. Qu. 2.* Et quamquam hæc assertio posterior in præjudicium animæ tendere non videatur, hincque nec usque adeo attendenda sit, cum aliud sit mentire & falsum dicere, aliud vero verum occultare, si quis forte ad istam visibilem mortem non velit hominem prodere, uti clare docet *c. Ne quis arbitretur 14. C. 22. Qu. 2.* quam sententiam fovet Alciat. *De Præs. Reg. 3. Pr 4. n. 10. in f.* exque eo repetunt Mascard. *Concl 1136. n. 11.* & Farin. *cit. Qu. 46. n. 113. vers. Non obstat.* Attamen, cum uterque reus sit, & qui veritatem
22 occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & hic nocere desiderat, notab. *c. Quisquis metu 80. §. 1. C. 11. Q. 3. ac C. Falsidicus 1. X. De Crim. Fals.* & ipse crimen committere dicatur, qui, cum potest emendare, non corrigit, notab. *c. Præterea 12. in fin. C. 23. Qu. 8.* quod hic utique poterat vulneratus in nostro casu in Inculpatione perseverando, imò magis nocere dicatur, qui crimen celat, quam qui amicabiliter (Inculpationem h. c. reiterando, aut non revocando) indicat, per elegantissimum *c. Non vos judicatis 1. C. 5. Q. 5.* quoniam is vulnus in corde putrescere sinit, *d. c. 1. in fin.* & plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari, eo, quod facilitas veniæ (hac jam Exculpationis revocatione cuicunque delinquentium promissæ, absque iis sperandæ) incentivum tribuat delinquendi, ut aurea verba sunt *c. Est injusta 33. C. 23. Q. 4.* non præsumitur Exculpans nisi ex deliberatione, qua cuncta moriens agere censetur, *per supr. C. 2. n. 20.*

dicta,

dicta, Inculpationem ex errore vel doloribus forsan factam revocasse, sicque enixam veritatis voluntatem hac Exculpatione ultimo facta declarasse censetur. Cum igitur hæ bonæ morienti oppido faventes conjecturæ in quocunque Exculpante verificari nequeant, 23
hincfluit, Exculpationem & vulnerato morti non vicino aut offenso furtum, vel aliud damnum passo, aut teste, sanis adhuc, factam, *qua talem & nudam* ante factam Inculpationem tollere non posse. Nisi error prioris Inculpationis aliunde quam ex dicto Exculpantis demonstratus fuerit, cum & alias revocatio confessionis docto demum errore concedatur, quam communem opinionem esse, omnesque tenere ex operose *all.* referunt. Clar. *R. S. § f. Qu. 55. n. 18.* & Farin. 24
Pr. & Th. Cr. P. 3. Qu 81. n. 337. seqq. Quo non sufficienter ostenso Exculpanti, quâ varia, & contraria dicenti, hincque suspecto, notab. *C. Litteras 14. ibi. Quorum utrumque X. De Præsumpt.* non erit credendum. *L. in testimoniis 2. ff. De Testib.* notab. *C. dilectis 55. vers. Et ideo X. De Appell.* Tab. *in Barb. Libr. 189. C. 2. Ax. 1. 2. 5.* cum in fraudem fisci hæc Exculpatio dicta videatur, in cujus præjudicium ea non probat. Mascard. *Concl. 389. num. 1. ibique cit.* quam sinistram præsumptionem tamen mortis instans terminus elidit, uti hæc ita ferè tradunt Farin. *d. l. Qu. 46. n. 109.* Mascard. *cit. Concl. 1136. num. 12. in f.* exque eo *Excell.* Dn. Stryk. *d. C 4. num. 8. in fin.* Ut eapropter hæc Exculpatio à moribundo tamen vulnerato facta per hactenus dicta priorem Inculpationem Jure tollere sit valitura. 25

Sed hanc Ampliationem veritatis statera non fulciri, solenniter & ex professo Hippolitus de Marsilys integro *Pr.* 26
suæ *Cr.* §. *Restat.* variis rationibus tueri conatur, quas quidem Mascard. *Concl. 1136. num. 13.* recenset, fidelius tamen & Authoris ordini convenientius ita disponi possunt. *Primam* eruit ex *L. 3. §. 1. ff. de SCt. Syll.* quam 4. exemplis, ut (α) judicis falsam 27
se tulisse sententiam in mortis articulo dicentis, (β) testis post depositionem in judicio solennem extra illud testimonium falsitatis incusantis, (γ) vulnerati culpæ Medici mortem imputantis, & (δ) testatoris restitutionem usurarum à variis inique extortarum heredibus injungentis, quibus tamen omnibus non

Hhh 2 cre-

creditur, à *n. 2. verf. Sed contrariam partem* usque ad *num. 6.* com-
28 probat. *Secundam* inde desumit, quod eadem in destruendo, quæ in construendo requiratur solennitas, expr. *Auth. E. contra si filij familias in f. C. De Repud. N. 15. C. 1. §. 1. in fin.* ibi. *ut inde ei fiat. L. Nihil 35. ff. De R. J. L. Omnia 100. L. Ferè 153. pr. ff. Eod. L. Emptio & venditio 3. ff. De R V. L. Prout quidque 80. in fin. ff. De Solut. L. Quemadmodum 8. ff. De A. vel A. P. C. 1. X. De R. J.* Vid. Tab. *in Barb. Libr. 4. C. 36. quod* exemplis & innumeris Dd. comprobat à *num. 6.* ad *n. 11.*

Cum ergo in Exculpatione non intervenerit solennitas judicii & juramenti, quæ intervenit in Inculpatione, fortior autem actus sit in judicio, quam extra judicium gestus, *d. §. n. 17.* indicium ex
29 Inculpatione ortum non erit per Exculpationem licet posteriorem sublatum *d. num. 11. Tertiam* hanc ponit, quod non omnis moriens sit sanctus Johannes Evangelista, nec Semper dicat verum *d.*
30 *num. 11.* 12. *Quartam* hanc dat, quod illis deficiat intellectus, dum habent laqueum ad collum, & sunt super furca, vident enim instrumenta ad semet interficiendum apta, proindeque iis non erit cre-
31 dendum *num. 12. 13. Quintam* inde depromit, quod si verum esset, ipsum vulneratum indebitè jam Exculpatum inculpasse, non exspectasset tempus ad exculpandum illud, quo jam est super furca cum laqueo ad collum, sed juridice eo tempore, ceu magis ad illum actum apto exculpasset, quo post confessionem peccatorum accepit S. Evcharistiam, quam cum peccato directo octavo Decalogi præcepto contrario per indebitam Inculpationem admisso, nec sibi remisso accepisse non præsumitur, *num.* 16. *Sextam* ac ultimam exin colligit, quod Exculpans eo ipso, quo
32 Inculpationem juramento in judicio corroboratam revocat, sit perjurus, & hinc infamis, *L. si quis major 41. C. De Transact. 1. infames c. 7. C. 6. Qui* 1. *c. Si quis convictus 7. in f. C. 22. Q. 2. 5. c. Prædicandum 17. C. 22. Q.* 1. dictum autem perjuri non probet. *C. Quicunque 18. C. 6. Q. 1. d. c. Si quis convictus 7. &* notab. *c. Parculi* 14. *C. 22. Q. 5. C. sicut vobis 9. in f. C. Testimonium 54. verf. Si vero in f. X. De Testib. C. Litteras 14. X. Præsumpt.* Ergò & dictum ipsius Exculpantis ceu perjuri nullum effectum operari poterit *d. num. 15.*

Verum

Verum effœtas horum argumentorum vires esse, ex jam jam ad 33
singula sigillatim regerendis clarebit. Præterquam enim, quod ipse Hippolitus de casu longe à nostro diverso loquatur, cum ipse de *socio criminis* socium exculpante disputet, nos vero de *vulnerato* vulnerantem exculpante quæramus; ex quorum tamen casuum differentia responsiones sæpe nostras natas esse in progressu apparebit. *Prima* ratio inde 34
refellenda, quod hypothesis dictorum exemplorum manifesto vitiose sit formata, ceu quæ in universum omnia de præjudicio vel dicentis proprio, vel tertiis, aut re non amplius integra, jureque alteri quæsito retractationem non permittente agunt, unde assertioni ita deponentium robur fidei merito plenarium detrahitur, quæ obstacula cum in Inculpatione omnia, nullius detrimentum, sed pingue potius Exculpati emolumentum ejusdemque favorem satis prægnantem concernente, cessent, insuperque ad defensionem semper res sit integra, nec eidem, ut Practici loquuntur, currant fatalia, recte ob evidentem à prioribus exemplis disparitatis rationem sequitur, utiq; fidem eidem, non attenta prima Exculpati Inculpatione habendam esse. Ad *secundam* rationem responderi potest, eam de speciali casu, Socio criminis, 35
non v. vulnerato conveniente disponere, non enim vulneratus semper juramento Inculpationem confirmat, multo minus in judicio ipsum vulnerantem inculpat, quo negato, sponte ratio enervatur, sicque pro nostra sententia recte ex L. ab ipso Marsilio allegata *35. ff. de R. J.* urgetur, Inculpationem verbis & rei confessione factam priorem Exculpatione verbis & confessione ejusdem rei posteriori elidi & tolli posse, & licet demus, ipsam Inculpationem in judicio & jurato factam esse, adhuc tamen Exculpatio eandem solennem licet ac juratam Inculpationem, tollere est valitura, uti ex *all.* expresse referunt Masc. *de Prob. V.3. Concl.1136.n.12.* & Farin. *cit. Qu 46.n.108.* cum præter sæpe adductum statum Exculpantis bene considerandum major favor actus dissolutionis s. Exculpationis h. c. quam constitutionis s. Inculpationis adsit, qui proinde eandem solennitatis in utroque observationem non est admissurus. Ad *Tertiam* rationem reponi potest; Regulam illam po 36
tissimum ad impediendum Effectum *præjudicii*, non commodi & favoris urgeri, ipsique communem pro moriente præsumptionem fusius supra *C.2. n.* deductam se ipso variis in scriptis suis locis stabilitam obstare. Quo & *quartæ & quintæ* satisfieri potest rationi, quæ partim in 37
speciali delinquentis qualis non est vulneratus, timore & circumstan-

tiis singularibus se fundant, (nec enim omnis vulneratus moriens Eucharistiam, nec eandem semper ante Exculpationem accipit) partim præsumptioni pro intellectus plenitudine in vulnerato moriente
38 *supr. C.2.n.32.seqq.* stabilitæ contrariantur. Nec fortioris efficaciæ est ratio *ultima*, cum itidem specialem casum juratæ Inculpationis factæ revocationis contineat, quæ, si juramentum eidem non accesserit, uti nec necessario ad Effectus fundandos accedere debet, cessabit. Ut ergo
39 adhuc immotum maneat, ampliationis fundamentum, Inculpationem postremo factam tolli posse. Et licet ipse Marsilius *in fin. d. §. vers. vel forte* rigorosæ suæ contradictioni aliquantulum ex forsan diffidentia cedere videatur ac diffidentes Doctorum opiniones hac distinctione multum juri & rationi naturali, ut ipse ait, conveniente componere tentet: An sc. pro imputatione primo facta concurrat aliquod indicium, præsumptio vel conjectura, an neutra horum, & *priori* casu simplicem revocationem non prodesse Inculpato, *posteriori* vero casu eam priorem Inculpationem tollere autumet, quam distinctionem & approbat Mascard. *d. Concl.1136. n.14.* nec hæc tamen placet mihi sententia ob eam, quam *supr.* hoc *CAP. n.* ex bene multis DD. Collegi assertionem: Exculpationem sc. elidere indicia contra diffamatum militantia, ut Exculpatus etiam torqueri nequeat; quibus jam indiciis deficientibus otiose de tortura removenda adducti Doctores disponerent, cum eam sine indiciis non deferri sit notorium. Ut igitur inde necessario ac indistincte sequatur, sive aliqua indicia pro priori Inculpatione, eaque licet gravia Farin. *d. Qu.46. n.114.* Mascard. *d. Concl. n.6.* Ant. Gomez. *V.R. Tom.3 C.13. n.17. vers. Si v. delictum* adfuerint, sive non adfuerint, illa tamen per hanc Exculpationem tolli. Qua ratione autem indicia effectui Exculpationis positivo potestare possint, in effectu negativo jam jam demonstrabo:

40 Nullum Ergo, ut ad Effectum Negativum tandem progrediar, in favorem Exculpati intuitu Reipublicæ operatur ipsa Exculpatio à vulnerato moriente facta Effectum, sed ea non obstante Reus potest definitive in ordinariam pœnam condemnari, si I. delictum vulnerationis plene & dilucide fuerit probatum. Mascard. *d. Concl.1136. n.5.* Farin. *d. Qu.46. n.110. cum sus. cit. & n.115. cum mult. all.* Clar. *§.f. Qu.52. n.6.* Ant. Gomez. *V. R. Tom.3. C.13. n 17. vers. Quod si contra* Men. *1. Pr.90. n.2. ibique cit.* Polyd. Rip. *Tr. sæpe cit. De A. in M.A. Cap.16. n.17.* Excell. D. Stryk. *d. Diss. C.4. n.11.* vel, uti Claud. de Battandier. *in Pr. Caus. Cr. Reg.34. n.3.* loqui

loqui amat, liquidæ & Lynceæ probationes contra Exculpationem adfuerint, quam sententiam communem esse, & ita practicari, docent 41
Masc. & Clar. *dd. ll.* exque illis Rip. *all. l.* ipsumque Augustinum apud Ang. *in ejus malef. Tr. verb. Qui judex ad probationem n. 12.* pedibus manibusque in eandem ivisse, refert Battand *c. l.* Rationis binæ fundamentum hujus assertionis jaciunt, (1) Quod in potestate alicujus non sit, 42
facere de crimine non crimen, ut concinne loquitur Bart. *in L. Transigere 18. C. De Transact. in f.* quod referunt Menoch. *d. Tr. 90. n. 3.* & Farin. *d. l. n. 111.* hincque nec Exculpans excrimine jam probato facere possit, ut per Exculpationem tale se esse desinat: (2) Quod talis Exculpatio 43
eo in casu, quo de delicto plene & realiter constat, nil aliud sit, quam ipsius delicti i. e. injuriæ, offensionis, & damni dati, uno verbo: quoad *privatum* interesse benigna remissio, quæ jure in præjudicium tantum remittentis & heredum valet, ut accusare, injuriam & damna vindicare nequeant minime vero in præjudicium *publici* interesse s. Reipublicæ *L. locatio vectigalum 9. §. Quod illicite S. in ff. de Publ. & vecti DD. in L. Transigere* 18. *c. de Transact.* Ant. Gom. *Q. m. d. n. 29. vers. Cujus ratio* Masc. *d. n. 6.* Fac. *cit. n. 112.* Men. *cit. Pr. 90. n. 3.* & ex his *Excell* Dn. Stryk. *all. n. 11.* unde Exculpans moriturus illum non hunc Effectum Exculpatione sua, ne alias plane inutiliter facta videatur exprimere voluisse censendus erit.

Non majorem priori Effectum Exculpatio producit, si (2) urgentissima, gravissima, & plus quam ad torturam sufficientia indicia contra 44
Exculpatum pugnent, si igitur adversus eundem præter unum testem 45
omni exceptione majorem, ad torturam alias per *supr. C. 3. n.* solum suffecturum alia indicia, ut fuga, minæ, inimicitia, fama adsint, quoniam tum Exculpatus non solum ad torturam sufficientibus, sed plus quam sufficientibus gravatus est indiciis, absurdum foret, tantum Exculpationi soli concedere Effectum, ut hæc urgentissima indicia elidere possit, ut, eleganter ex more tradit Farin. *d. Qu. 46. n. 116.* Quod 46
si vero cum Exculpatione concurrant alia indicia pro Exculpati innocentia, quoniam tum eadem non nuda amplius sed qualificata existit, eadem indicia tollere sine dubio valitura est. Sicuti enim una præsum- 47
ptio fortior ac gravior ad alteram tollendam est efficax. Barb. *Libr 14. C. 68. Ax. 23. 24. cum suf. cit.* Mascard. *de Prob. Concl. 225. n 15. cum c. t. Concl. 1153. n. 27. Concl. 1231. n. 15.* Menoch 1. *Pr. 30. n. 1 cum all & 6. Pr. 64. n. 46.* ita multo magis præsumptio hæc aliunde, quam ex nuda confessione

Excul-

tiis singularibus se fundant, (nec enim omnis vulneratus moriens
Eucharistiam, nec eandem semper ante Exculpationem accipit) par-
tim præsumptioni pro intellectus plenitudine in vulnerato moriente
38 *supr. C.2.n.32.seqq.* stabilitæ contrariantur. Nec fortioris efficaciæ est
ratio *ultima*, cum itidem specialem casum juratæ Inculpationis factæ
revocationis contineat, quæ, si juramentum eidem non accesserit, uti
nec necessario ad Effectus fundandos accedere debet, cessabit. Ut ergo
39 adhuc immotum maneat, ampliationis fundamentum, Inculpationem
postremo factam tolli posse. Et licet ipse Marsilius *in fin. d. §. vers.
vel forte* rigorosæ suæ contradictioni aliquantulum ex forsan diffiden-
tia cedere videatur ac diffidentes Doctorum opiniones hac distinctio-
ne multum juri & rationi naturali, ut ipse ait, conveniente componere
tentet: An sc. pro imputatione primo facta concurrat aliquod indi-
cium, præsumptio vel conjectura, an neutra horum, & *priori* casu sim-
plicem revocationem non prodesse Inculpato, *posteriori* vero casu eam
priorem Inculpationem tollere autumet, quam distinctionem & ap-
probat Mascard. *d. Concl.1136. n.14.* nec hæc tamen placet mihi senten-
tia ob eam, quam *supr.* hoc *CAP. n.* ex bene multis DD. Collegi asser-
tionem: Exculpationem sc. elidere indicia contra diffamatum mili-
tantia, ut Exculpatus etiam torqueri nequeat; quibus jam indiciis de-
ficientibus otiose de tortura removenda adducti Doctores dispone-
rent, cum eam sine indiciis non deferri sit notorium. Ut igitur inde
necessario ac indistincte sequatur, sive aliqua indicia pro priori Incul-
patione, eaque licet gravia Farin. *d. Qu.46. n.114.* Mascard. *d. Concl. n.6.*
Ant. Gomez. *V.R. Tom.3 C.13. n.17. vers. Si v. delictum* adfuerint, sive non
adfuerint, illa tamen per hanc Exculpationem tolli. Qua ratione au-
tem indicia effectui Exculpationis positivo potestare possint, in effe-
ctu negativo jam jam demonstrabo:

40 Nullum Ergo, ut ad Effectum Negativum tandem progrediar, in
favorem Exculpati intuitu Reipublicæ operatur ipsa Exculpatio à vul-
nerato moriente facta Effectum, sed ea non obstante Reus potest defi-
nitive in ordinariam pœnam condemnari, si I. delictum vulnerationis
plene & dilucide fuerit probatum. Mascard. *d. Concl.1136. n.5.* Farin. *d.
Qu.46. n.110. cum sus. cit. & n.115. cum mult. all.* Clar. *§. f. Qu.52. n.6.* Ant.
Gomez. *V. R. Tom.3. C.13. n 17. vers. Quod si contra* Men. *1. Pr.90. n.2. ibi-
que cit.* Polyd. Rip. *Tr. sæpe cit. De A. in M. A. Cap.16. n.17.* Excell. D. Stryk.
d. Diss. C.4. n.11. vel, uti Claud. de Battandier. *in Pr. Caus. Cr. Reg.34. n.3.*

loqui

loqui amat, liquidæ & Lynceæ probationes contra Exculpationem adfuerint, quam sententiam communem esse, & ita practicari, docent 41
Masc. & Clar. *dd. ll.* exque illis Rip. *all. l.* ipsumque Augustinum apud Ang. *in ejus malef. Tr. verb. Qui judex ad probationem n.12.* pedibus manibusque in eandem ivisse, refert Battand *c. l.* Rationis binæ fundamentum hujus assertionis jaciunt, (1) Quod in potestate alicujus non sit, 42
facere de crimine non crimen, ut concinne loquitur Bart. *in L. Transigere 18. C. De Transact. in f.* quod referunt Menoch. *d. Tr. 90. n.3.* & Farin. *d. l. n.111.* hincque nec Exculpans ex crimine jam probato facere possit, ut per Exculpationem tale se esse desinat: (2) Quod talis Exculpatio 43
eo in casu, quo de delicto plene & realiter constat, nil aliud sit, quam ipsius delicti i. e. injuriæ, offensionis, & damni dati, uno verbo: quoad *privatum* interesse benigna remissio, quæ jure in præjudicium tantum remittentis & heredum valet, ut accusare, injuriam & damna vindicare nequeant minime vero in præjudicium *publici* interesse f. Reipublicæ *L. locatio vectigalum 9. §. Quod illicite S. in ff. de Publ. & vecti DD. in L. Transigere 18. c. de Transact.* Ant. Gom. *Q. m. d. n.29. vers. Cujus ratio* Masc. *d. n.6.* Fac. *cit. n.112.* Men. *cit. Pr. 90. n.3.* & ex his *Excell* Dn. Stryk. *all. n.11.* unde Exculpans moriturus illum non hunc Effectum Exculpatione sua, ne alias plane inutiliter facta videatur exprimere voluisse censendus erit.

Non majorem priori Effectum Exculpatio producit, si (2) urgentissima, gravissima, & plus quam ad torturam sufficientia indicia contra 44
Exculpatum pugnent, si igitur adversus eundem præter unum testem 45
omni exceptione majorem, ad torturam alias per *supr. C.3. n.* solum suffecturum alia indicia, ut fuga, minæ, inimicitia, fama adsint, quoniam tum Exculpatus non solum ad torturam sufficientibus, sed plus quam sufficientibus gravatus est indiciis, absurdum foret, tantum Exculpationi soli concedere Effectum, ut hæc urgentissima indicia elidere possit, ut, eleganter ex more tradit Farin. *d. Qu.46. n.116.* Quod 46
si vero cum Exculpatione concurrant alia indicia pro Exculpati innocentia, quoniam tum eadem non nuda amplius sed qualificata existit, eadem indicia tollere sine dubio valitura est. Sicuti enim una præsum- 47
ptio fortior ac gravior ad alteram tollendam est efficax. Barb. *Libr 14. C.68. Ax.23.24. cum suf. cit.* Mascard. *de Prob. Concl.225. n 15. cum c. t. Concl. 1153. n.27. Concl.1231. n.15.* Menoch. *1. Pr. 30. n.1 cum all & 6. Pr. 64. n.46.* ita multo magis præsumptio hæc aliunde, quam ex nuda confessione

Excul-

48 Exculpantis verisimilis reddita iisdem indiciis pæponderabit. Grammatt. *Dec.56. n.1.* Sicque super abundantia indiciorum contra reum existentiũ qua odiosa per abundantiam indiciorum innocentiæ cum Exculpatione concurrentium qua favorabilem tolletur, concinne sic loquente Farin. *& Th. Cr. Pr. Libr.1. Tit.5. Qu.46. n.117.* exque eo *Illustr.* Dn. Stryk. *d. Diss. de Ag.16. C.4. n.10.*

49 Et hæc sunt, quæ in hac nodosa, ab ipsa tamen Praxi satis commendata materie ex Magnifici DN. PRÆSIDIS aliorumque Almæ hujus Procerum Illustrium, quorum in meam Tenuitatem affectum omni compensatione majorem publica laude venerari observantia exigit, instructissimis Bibliothecis colligere, ac pro temporis, cujus spatio altioribus curis, ipsiq; itineris meditationi impendente constringor, ratione deducere, volupe fuit visum. Hic ergo Dissertationis meæ suppara condo, tuæque Lector ingenue humanitati, si quid humani passus, me totum committo, à qua vel optatam *Exculpationem* vel amicam *Inculpationem* mihi promitto, sancte spondens, calamum meum ad corrigendum animo Tuo ad blande monendum voti meta consecuta & velociorem & paratiorem futurum. Tibi vero summe DEUS, viventium & morientium & terrenæ & æternæ Salutis anchora pro concessis hunc laborem consummandi, meaque studia fauste hucusque continuandi viribus obnixas & immortales grates, & cum iis me totum affero. Tuæ porro tutelæ studia factaque mea omnia committo, fac, ut iis TUA gloria, hancque secutura Proximi Salus promoveatur, ipsisque post optatissimos successus felicissimus imponatur.

F I N I S.

DISPU-

10

DISPUTATIO JURIDICA DE FAVORE MATRIMONII IN MITIGANDIS POENIS,

Von Gelinderer Bestraffung Zu Ehren dem Heil. Ehestand.

QUAM

AUXILIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA

AC

INDULTU AMPLISS. JCtorum ORDINIS

IN ILLUSTRI ACAD. ROSTOCH.

PRÆSIDE

EXCELLENTISSIMO CELEBERRIMOQUE JCto,

DN. IOHANNE KLEINIO,

J.U.D. ET PROF. PANDECTARUM PUBL. NEC NON CONSIST. MEGAPOLIT. H.A. DIRECTORE,

DN. MOECENATE AC PRÆCEPTORE ÆTERNO OBSEQUII CULTU PROSEQUENDO & DEVENERANDO,

SOLENNI AC PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI

DIE XII. OCTOBRIS A. O. R. MDCXCV.

IN AUDITORIO MAJORI

SUBJICIT

AUTHOR

AUGUSTUS MAGNUS FECHT,

BADA-DURLACENSIS MARCHICUS.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

ADJUVANTE DEO.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa mitigationem pœnarum favore matrimonii.

SUMMARIA.

Nullum. 1. & 2.
Præmittitur quæstio præjudicialis: An Magistratui liceat pœnam à Lege præscriptam pro circumstantiarum varietate minuere? 3.
Non intelligitur per Magistratum in quæst. (α) Summus Princeps. Cujus ratio annectitur. 4.
Exemplum sistitur. 5. 6.
Rationes aliæ adduntur. 7.
Neque (β) alii Imperii Status hodie Jure regali vi superioritatis territorialis gaudentes intelliguntur. 8. 9.
Rationes suppeditantur. 10.
Sed intelligitur per Magistratum inferior judex, qui in criminalibus caussis de jure respondere ac delinquentibus pœnam ordinariam definire potest. 11.
Per pœnam in Qu. non intelligitur illa, quæ Jure Divino, sed quæ Jure humano est dictitata. 12.
Cujus ratio datur 13.
& Exemplum adjicitur. 14.
Rationis ratio sistitur. 15
Ejusdemque exemplum in Henrico IV. Magno Galliæ Rege adducitur & asseritur, magistratui inferiori circa pœnam Jure Divino præscriptam nullum competere mitigandi arbitrium. 16.
Non intelliguntur pœnæ civiles, sed criminales. 17.
Ratio ejusdem; quæ duobus corroboratur exemplis. 18.
Ratio altera, ejusque exemplum. 19. & 20.
Concluditur, Magistratui inferiori arbitrium pœnas mitigandi arbitrarias non tamen uniformes & taxativas competere. Modo justa adsit mitigandi causa. 21. 22. & 23.
Probatur expressis juris textibus & variis rationibus. 24. 25.
Illustratur exemplis. 26. 27. 28. & 29.
Annectuntur aliæ rationes & auctoritate Const. Crim. Car. V. stabiliuntur. 30.

Refe-

Referuntur argumenta contraria. 31.
Ad quæ respondetur, judici pœnam uniformem & certam mitigare non licere. 32.
Quanam dicatur uniformis, explicatur. 33. 34. 35.
Rationes suppeditantur. 36.
Exemplis declaratur, in arbitrariis judici fas esse pœnam ordinariam justa ex causa mitigare. 37.
Et quidem (1.) in pœna rapinæ, quæ est gladii & occisi cadaveris rotæ impositio. 38.
Quo casu hæc mitigari possit, exponitur. 39.
(2.) Pœna simplicis adulterii tam in, quam extra Saxoniam. 40. 41. ad 47.
Quibus casibus eadem mitigatur. 48.
Alia proponitur quæstio præliminaris: An judex teneatur causam mitigandi in sententia exprimere? 49.
Judex regulariter causam decidendi inserere non tenetur. Ratio. 50.
Ab hac sententia recedere videtur Brunnem. 51
Affirmatur proposita quæst. 52.
Sufficit hoc tamen casu in genere causam expressisse. 53.
Usitatius in Praxi est, quoties favore matrimonii pœna mitigatur, in specie addi sententiæ: Zu Ehren dem Heil. Ehestand. 54.
Sequitur ultima Q. prælim. An judici fas sit post sententiam ab extraneo judice latam, pœnam in sententia expressam mitigare? 55
Affirmatur, positis tamen terminis habilibus. 56. 57.
De causis in genere pœnam mitigantibus agitur remissive. 58.
Q. Num favore matrimonii Judex hic pœnam mitigare possit? 59.
Proponuntur exempla nupturientibus certa præmia distribuentium. 60.
Exhibetur maximus matrimonii favor hoc & seqq. numeris. 65. ad 70.
Adducuntur pœnæ cœlibatus. 70.
Ad fin. Quisnam in aliis Juris articulis matrimonii favor sit, adjicitur, & expedire Reipubl. ob pœnæ rigorem matrimonium non facile dirimi aut impediri, annectitur.

DE mitigatione pœnarum favore matrimonii hac Dissertatione 1
acturi, eademque exhibituri casus; in quibus judici omnino integrum est, tam ratione matrimonii demum *contrahendi*, quam jam tum *contracti* delinquentibus lege determinatam, si non *in totum*, certe tamen *in tantum* remittere pœnam, operæ utique pretium facturi videmur, si missa descriptione, quæ ex antecedaneis facile lineis formari poterit, posthabitaque nominum, quorum sensus nemini non obvius est, in Rubro occurrentium accuratiori examine, hoc capite primo præliminarem ac in hac materia præjudicialem enucleandam

præmiſerimus quæſtionem: *An Magiſtratui etiam competat facultas de-*
2 *terminatam à Lege pœnam pro circumſtantiarum qualitate minuendi?* Laterem enim utique lavare videremur, monſtraturi favore matrimonii promeritam delinquentibus in certis delictorum ſpeciebus mitigari pœnam, ſi judici pœnam alicujus delicti ordinariam minuere, inque mitiorem quandam pœnam commutare ulla ex cauſa fas ſit minime. Quo autem in hac variis Doctorum diſſenſionibus nobilitata quæſtione feliciter decidenda diſtinctius procedamus.

Præſupponimus (1) per Magiſtratum nos hic neutiquam intel-
3 ligere *Summum Principem* & qui τὸ κύϱιον habet: cum enim majeſtate gaudens pœnam *jure humano* dictitatam remittere ex cauſa, deque ea diſpenſare poſſit *L. 27. in fin. pr. ff. de pœn. Carpzov. in Pr. Crim. qu.* 150. *n. 8. ſeqq. Mev. P. 7. D. 407. n. 2.* cujus exemplum in pœna polygamiæ ho-
4 die ad ductum *C. C. C. Art. 121.* capitali, à qua ne conjugis innocentis quidem interceſſio Bigamum vel Polygamum liberat, vid. illuſtr. *Stryk. in Not. ad Brunnem. Jus Eccl. L. 2. c. 16. n. 2. inib. all. Dan. Moller. ad Conſt. Elect. 20. P. 4. n. 4. conf. Diſſ. D. Balthaſaris de Nupt. c. 2. §. 1. n. 111.*
5 conſpicuum eſt: (Competit quippe Principi jure regalium ex communiori JCtorum ac Politicorum ſententia, jus aggratiandi *Farinac. in Pr. Crim. L. 1. qu. 6. n. 2. Peregrin. de Jure Fiſci. L. 5. T. 2. n. 1. Bodin. L. 1. de repl. c. 10. n. 164. vid. L. 4. & L. 31. ff. de pœn. juncta L. 2. C. de bon. damnat.*)
6 pœnam Legis *3. C. de Crim. ſacrileg.* certo certius promereremur, ſi quod minus eſt, puta pœnæ mitigationem, ſummo Principi ſuſtineremus denegare aut ſaltem in dubium vocare *vid. d. L. 3. & arg. §. utriusque religionis magiſtratus A. 5. Inſtrum. Pac. Oſnabr. verb. neque docendo diſputando &c. dubiam faciat Gen. Dn. à Rhetz. in Inſtit. Jur. publ. L. 1. T. 1. §. 45. & 80. ſeq.* Et cum (2) non ſolus Imperator, ſed & ipſo inferiores
7 Principes, Duces, Comites, Barones & Civitates Imperiales, ceu Imperii Status jure Regalium hodie gaudeant vi ſuperioritatis territorialis *Sixtin. de Regal. L. 2. c. 4. Rutger. Ruland. de Commiſſ. L. 5. c. 4. n. 41. Arum. ad A. B. præf. p. 18. Steph. de Idict. L. 2. P. 1. c. 7. & Paurmeiſter. de*
8 *Juriſdict. L. 2. c. fin.* ſicque conſequenter æque ac Imperator in ſuis territoriis, in quibus vigore dictæ ſuperioritatis territorialis tantum posſunt, quantum ipſe Imperator in Imperio §. *gaudeant. 2. Art. 7. Inſtr. Pac. Oſnabr. Magnif. Dn. Præſes in Not. ad Lauterb. Comp. Jur. Tit. de Conſt. princip. verb. qui LL. ferre poſſunt Gail. de P. P. L. 1. c. 16. n. 10. Schrader. de feud. P. 9. Pr. Sect. 10. n. 36. Waremund. ab Ehrenberg. de Subſid. regn. c. 15. v. 15.*

n. 15. jus aggratiandi exercere, pœnamque justa ex causa plane sonti remittere valeant *Theoder. in Colleg. Crim. Disp. 10. th. 7. lit. B. Mev. P. 7. D. 407. n. III. Czov. Pr. Crim. P. 3. q. 150. n. 21.* adeo, ut ne Imperator 9 quidem de subditis statuum Imperii eo intuitu quicquam statuere possit aut velit per §. 27. *in fin. Capitul. Leopold, verb.* gewehren lassen *&* §. 26. *capit. Joseph.* §. 16. *Rhet. in Inst. Jur. publ. L. 2. T. 7.* § 7. *per tot.* formatam quæstionem de illis quoque accipi nolumus, ne in Domitianam abeat.

Sed (3) per Magistratum intelligimus in hac quæstione inferiorem Magistratum & judicem, cui in Criminalibus causis de jure respondendi & supplicia adversus reos juxta Leges, statuta & consuetudines decernendi competit facultas. *vid. Czov. P. 3. q. 142. n. 38. Mev. P. 7. D. 107. n. 6. & ad Jus. Lub, L. 4. Tit. 15. A. 1. n. fin. Philipp. in pr. Inst. L. Eccl. 18. n. 3.* 10

(4) Præsupponimus in hac quæstione non agi de mitigatione pœnæ Jure Divino morali sontibus dictitatæ & præscriptæ, sed de pœna duntaxat vel Lege humana vel certa consuetudine introducta. 11 Sicuti enim ne summo quidem Principi jus dispensandi in illis 12 competit pœnis, *Illustr. Rhet. in J. P. L. 2. Tit. 7.* §. 8 ubi pie adducit textum *Lev. 18. v. 25. 1. Reg. v. 31. seqq. & proverb. Salom. 17. v. 15. Illustr. Stryk. ad §. 1. J. de J. & J. de Hopp. ad pr. J. eod. voce ubique in fin. & ad* §. *6. de J. N. G. & C. verb. sine exemplo.* adeo ut recte docente cum præallegatis Schulzio *in Synops. Inst. Tit. de publ. jud. lit. o. Eckholt. in Comment. ff. ad tit. ad L. Corn. de siccar.* §. *6. & Gail. 2. O. 100. n. 9.* Principes in homicidio 13 doloso salva conscientia mortis pœnam mitigare & in leviorem convertere non valeant *Conf. Exc. D. Willebrand. in Disp. de Homicid. impun. in præf. & Max Ven. D. Osiand. in Theol. Cas. p.* 37. cum in illa pœna per- 14 sonarum ratio haberi haud possit, quæ in decernentis arbitrio non est, deque alieno largiri videantur Principes, teste *Zeppero de LL. Mosaic L. 5. c. 7. p. 709.* qui circa pœnam Jure divino Morali dictitatam jus dispensandi usurpant *Bodinus L. 1. de republ. c. 50.* imitaturi potius 15 pium exemplum Henrici IV. Magni Regis Galliæ, qui rogatus, ut pœnæ promeritæ alicui delinquenti gratiam faceret, respondisse fertur: Je ne veux pas pour l' amour de vous charger sur moy ce mal' heureux crime, dont il me faudroit un jour rendre compte devant Dieu. Et postea conversus ad Parlamenti Deputatos: Faites justi-

ce: referente *Authore d'utile & salutaire advis au Roy p. 20.* Ita multo minus inferiori Magistratui hic mitigandi competet arbitrium.

16 (5) Præsupponimus, nec hanc quæstionem ad pœnas Civiles, quæ ad privatum læsi tendunt interesse, sed ad pœnas pertinere
17 Criminales, publicam vindictam respicientes. Sicuti enim in illis justitia obtinet commutativa, omni personarum exulante respectu, cujus exemplum occurrit in pecuniaria furti manifesti & nec manifesti pœna § 5. *J. de obl: quæ ex delict. vid. Hopp. in Exam. Inst. qu. 11. Tit. de J. & J. & in Comm. ad pr. J. de J. & J. junct. Franzk. ad ff. Tit. de J. & J.* Ubi in pœna Legis Aquiliæ aliud adducit exemplum: Ita in his con-
18 tra Distributiva sibi locum vindicat, cujus exemplum in pœna moderna furti criminali tradunt communiter Doctores, suspendii pœnam in Nobili in arbitrariam convertentes. *vid. Stryk. in Not. ad pr. J. de J. & J. inib. Hopp. Farinac. Oper. Crim. P.* 3 *q. 98. n. 120. & Limn. de J. P. L. 6. c.* 4. *n.* 55. Quanquam quoad personam Nobilis dissentiat *Philipp. in Us. pr. Inst. Eccl. 1. cum inibi all.* benignior tamen adhuc Fabro de Arena *Dec. Crim. 25.* Et Guttierezio *L. 4. Pr. quæst. c. 15. n. 20. & c. 10. n. 18.* Nobiles ob furtum in altius patibulum suspendendos esse au-
19 tumantibus. Et de hisce uniformibus & taxativis pœnis aliis exaudio JCtos, statuentes, non nisi in pœnis arbitrariis & ex qualitate personarum, aliisque circumstantiis per judicem distinguendis, judici mitigandi competere facultatem, *vid. Philipp. in Us. Pr. J. Eccl. 1. 2. cum plena manu inibi. all. & in Eccl. 29. §. 2. conf. Mev P.* 7. *Dec.* 407. *n.* 15.

Quibus præmissis, jam concludo: *Inferiori Magistratui pœnam*
20 *arbitrariam justis ex causis utique competere mitigandi ac minuendi arbitrium.* Quod probo, quia (1) Leges expresse judici permittunt pro qualitate
21 ac circumstantiarum differentia, quæ in *L. 16. §. 1. ff. de pœn.* graphice delineantur, modo graviorem, modo leviorem pœnam statuere. *Vid. L.* 38. § *9 ff. de pœn.* & notabilem *L. 11. pr. ff. juncta L. 16 §. 1. & fin. ff. & L.* 5. *§. fin. eod.* Ex quibus & similibus juris textibus recte infert *Mevius ad J. Lub. L.* 4. *Tit.* 15. *Art.* 1. *n.* 10. Si judex prohiberetur justa ex causa in sententionando ab ordinaria pœna recedere, frustra in Legibus expressas videri pœnæ minuendæ rationes, simulque removeri summe necessariam in Legibus pœnalibus interpretationem. jung. *Natt. Consil.* 129. *n.* 4. *Heig. P.* 2. *q.* 22. *n.* 34. *Mev. P.* 7. *D.* 407. *n. 8. ibique*
22 *cit. Tiraquell.* cum pœnales etiam Leges scire, non sit verba earum tenere, sed vim & efficaciam, *L. 17. ff. de LL. Illustr. Stryk. in Præf. ad Academ. Medit.*

Medit. Rhet. jung. Rhet. in hisce Medit. Dissert. 1. ad Proœm. th. 7. & D. 2. th. 9. Thabor. in Barbos. Lib. 3. c. 19. Axiom. 11. inibique citat. Ziegler. in Dicast. Concl. 26. §. 18. (2) Quia delicta non iisdem semper qualitatibus & circum- 23
stantiis committuntur, ex quibus tamen ipsum qualificatur delictum, ita, ut quandoque fiat excusabilius, quandoque vero odiosius, per *notab. cap. sicut. dignum. in pr. X. de homicid. L. Gracchus C. ad L. Jul. de Adult.* Sic, licet per supra notata pœna bigamiæ hodie sit gla- 24
dius, remittitur tamen ultimum supplicium, si bigamus à conjuge sua malitiose desertus, ad alia advolaverit vota, desertionis qualitate & circumstantia judici facultatem concedente gladii pœnam mitigandi & in extraordinariam carceris vel relegationis convertendi. *vid. Czov. Pr. Crim. P. 2. qu 66. n. 60. seqq. inib. cit. jung. Magnif. Dn. D. Schœpffer. in Synops. ad L. Jul. de Adult.* Contra adaugetur ordinaria gladii 25
pœna in homicidio ex occisi, sæpe etiam loci qualitate, cujus exemplum exhibet in persona Ecclesiastica in loco sacro occisa *Philipp. in Us. Pr. Inst. Eccl 17.* quo in casu Scabini Lipsienses Anno. 1612. reo ignominiose ad supplicii locum tracto, rotæ pœnam dictitarunt. Cum 26
vero omnes delicti qualitates Legibus complecti non liceat *arg. L. 4. ff. de Præs. verb. & L. 12. cum seq. ff. de LL. Menoch. de A. J. Q. proœm. n. 2. seqq.* neque tamen id propter eas negligere fas sit, *L. 16. §. 1. ff. de pœn.* utique religiosi ac prudentis judicis arbitrio hic locus dari debet, ne gravior vel mitior pœna, quam par est, irrogetur, justaque proportio inter pœnam & delictum, cui illa commensurari debet *L. 11. pr. ff. de pœn* religiose observetur *L. Sancimus C. de pœn.* minima circumstantia Legis pœnalis applicationem variante: in quam rem apposite 27
scribit *Tholos. in Reg. Crim. 1. Vol. Comm.* citatus à *Farinacio in Pr. Cr. L. 1. Tit. 1. q. 17. n. 9. & Czovio in Pr. Crim. P. 3. q. 142. n. 29. Cum in Criminalibus certa doctrina dari non possit, pœnarumque constitutio ex quantitate rei delinquentis & delictorum circumstantiis pendeat; ideo pœnæ determinationem optimo jure judicis prudentiæ ac discretioni relinqui.* Accedit (3) quod 28
non unis in locis Constitutio Criminalis Caroli V. Criminalem dicturo sententiam arbitrium tribuat, pœnam alias Lege definitam pro ratione circumstantiarum, facti qualitate, personarumque conditione immutandi ac mitigandi *vid. Art.* 160. 159. 167. 171. 109. *& passim.* Quodque (4) pars administrationis justitiæ sit rigidiorem pro 29
admissi qualitate pœnam mitigare, adeo ut recte monente *Mev. P. 7. D. 407. n. 11.* jurisdictionem Criminalem tollere vel saltem impedire videa-

ADJUVANTE DEO.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa mitigationem pœnarum favore matrimonii.

SUMMARIA.

NUm. 1. & 2.

Præmittitur quæstio præjudicialis: An Magistratui liceat pœnam à Lege præscriptam pro circumstantiarum varietate minuere? 3.

Non intelligitur per Magistratum in quæst. (α) Summus Princeps. Cujus ratio annectitur. 4.

Exemplum sistitur. 5. 6.

Rationes aliæ adduntur. 7.

Neque (β) alii Imperii Status hodie Jure regali vi superioritatis territorialis gaudentes intelliguntur. 8. 9.

Rationes suppeditantur. 10.

Sed intelligitur per Ma[illegible]ratum inferior judex, qui[illegible]ibus causis de jure re[illegible]linque[illegible]tibus pœnar[illegible]defi[illegible] potest.

P[illegible]pœnam [illegible]li[illegible]

[illegible]

Rationis ratio sistitur. 15

Ejusdemque exemplum in Henrico IV. Magno Galliæ Rege adducitur & asseritur, magistratui inferiori circa pœnam Jure Divino præscriptam nullum competere mitigandi arbitrium. 16.

Non intelliguntur pœnæ civiles, sed criminales. 17.

Ratio ejusdem; quæ duobus corroboratur exemplis. 18.

Ratio altera, ejusque exemplum. 19. & 20.

Concluditur, Magistratui inferiori arbitrium pœnas mitigandi arbitrarias non tamen uniformes & taxativas competere. Modo justa adsit [illegible]itigandi causa. 21. 22. & 23.

[illegible]atur expressis juris textibus & variis rationibus. 24. 25.

[illegible]ustra[illegible]mplis. 26. 27. 28. & 29.

Ann[illegible]æ rationes & auctori[illegible]im. Car. V. stabiliun[illegible] 30.

Resti-

Referuntur argumenta contraria. 31.
Ad quæ respondetur, judici pœnam uniformem & certam mitigare non licere. 32.
Quænam dicatur uniformis, explicatur. 33. 34. 35.
Rationes suppeditantur. 36.
Exemplis declaratur, in arbitrariis judici fas esse pœnam ordinariam justa ex causa mitigare. 37.
Et quidem (1.) *in pœna rapinæ, quæ est gladii & occisi cadaveris rotæ impositio.* 38.
Quo casu hæc mitigari possit, exponitur. 39.
(2.) *Pœna simplicis adulterii tam in, quam extra Saxoniam.* 40. 41. *ad* 47.
Quibus casibus eadem mitigatur. 48.
Alia proponitur quæstio præliminaris: An judex teneatur causam mitigandi in sententia exprimere? 49.
Judex regulariter causam decidendi inserere non tenetur. Ratio. 50.
Ab hac sententia recedere videtur Brunnem. 51
Affirmatur proposita quæst. 52.
Sufficit hoc tamen casu in genere causam expressisse. 53.
Usitatius in Praxi est, quoties favore matrimonii pœna mitigatur, in specie addi sententiæ: Zu Ehren dem Heil. Ehestand. 54.
Sequitur ultima Q. prælim. An judici fas sit post sententiam ab extraneo judice latam, pœnam in sententia expressam mitigare? 55
Affirmatur, positis tamen terminis habilibus. 56. 57.
De causis in genere pœnam mitigantibus agitur remissive. 58.
Q. Num favore matrimonii Judex hic pœnam mitigare possit? 59.
Proponuntur exempla nupturientibus certa præmia distribuentium. 60.
Exhibetur maximus matrimonii favor hoc & seqq. numeris. 65. *ad* 70.
Adducuntur pœnæ cœlibatus. 70.
Ad fin. Quisnam in aliis Juris articulis matrimonii favor sit, adjicitur, & expedire Reipubl. ob pœnæ rigorem matrimonium non facile dirimi aut impediri, annectitur.

DE mitigatione pœnarum favore matrimonii hac Dissertatione 1 acturi, eademque exhibituri casus; in quibus judici omnino integrum est, tam ratione matrimonii demum *contrahendi*, quam jam tum *contracti* delinquentibus lege determinatam, si non *in totum*, certe tamen *in tantum* remittere pœnam, operæ utique pretium facturi videmur, si missa descriptione, quæ ex antecedaneis facile lineis formari poterit, posthabitaque nominum, quorum sensus nemini non obvius est, in Rubro occurrentium accuratiori examine, hoc capite primo præliminarem ac in hac materia præjudicialem enucleandam

ADJUVANTE DEO.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa mitigationem pœnarum favore matrimonii.

SUMMARIA.

N*llm.* 1. & 2.

Præmittitur quæstio præjudicialis: An Magistratui liceat pœnam à Lege præscriptam pro circumstantiarum varietate minuere? 3.

Non intelligitur per Magistratum in quæst. (α) Summus Princeps. Cujus ratio annectitur. 4.

Exemplum sistitur. 5. 6.

Rationes aliæ adduntur. 7.

Neque (β) alii Imperii Status hodie Jure regali vi superioritatis territorialis gaudentes intelliguntur. 8. 9.

Rationes suppeditantur. 10.

Sed intelligitur per M[illegible]ratum inferior judex, qui [illegible]ibus causis de jure re[illegible]linque[illegible] tibus pœnar[illegible] defi[illegible] potest.

P[illegible] pœnam [illegible]lli[illegible]

Rationis ratio sistitur. 15

Ejusdemque exemplum in Henrico IV. Magno Galliæ Rege adducitur & asseritur, magistratui inferiori circa pœnam Jure Divino præscriptam nullum competere mitigandi arbitrium. 16.

Non intelliguntur pœnæ civiles, sed criminales. 17.

Ratio ejusdem; quæ duobus corroboratur exemplis. 18.

Ratio altera, ejusque exemplum. 19. & 20.

Concluditur, Magistratui inferiori arbitrium pœnas mitigandi arbitrarias non tamen uniformes & taxativas competere. Modo justa adsit [illegible]itigandi causa. 21. 22. & 23.

[illegible]atur expressis juris textibus & variis rationibus. 24. 25.

[illegible]ustra[illegible]mplis. 26. 27. 28. & 29.

Ann[illegible]iæ rationes & auctori[illegible]im. Car. V. stabiliun[illegible] 30.

Reste-

Referuntur argumenta contraria. 31.
Ad quæ respondetur, judici pœnam uniformem & certam mitigare non licere. 32.
Quænam dicatur uniformis, explicatur. 33. 34. 35.
Rationes suppeditantur. 36.
Exemplis declaratur, in arbitrariis judicies fas esse pœnam ordinariam justa ex causa mitigare. 37.
Et quidem (1.) in pœna rapinæ, quæ est gladii & occisi cadaveris rotæ impositio. 38.
Quo casu hæc mitigari possit, exponitur. 39.
(2.) Pœnæ simplicis adulterii tam in, quam extra Saxoniam. 40. 41. ad 47.
Quibus casibus eadem mitigatur. 48.
Alia proponitur quæstio præliminaris: An judex teneatur causam mitigandi in sententia exprimere? 49.
Judex regulariter causam decidendi inserere non tenetur. Ratio. 50.
Ab hac sententia recedere videtur Brunnem. 51
Affirmatur proposita quæst. 52.
Sufficit hoc tamen casu in genere causam expressisse. 53.
Usitatius in Praxi est, quoties favore matrimonii pœna mitigatur, in specie addi sententiæ: Zu Ehren dem Heil. Ehestand. 54.
Sequitur ultima Q. prælim. An judici fas sit post sententiam ab extraneo judice latam, pœnam in sententia expressam mitigare? 55
Affirmatur, positis tamen terminis habilibus. 56. 57.
De causis in genere pœnam mitigantibus agitur remissive. 58.
Q. Num favore matrimonii Judex hic pœnam mitigare possit? 59.
Proponuntur exempla nupturientibus certa præmia distribuentium. 60.
Exhibetur maximus matrimonii favor hoc & seqq. numeris. 65. ad 70.
Adducuntur pœnæ cœlibatus. 70.
Ad fin. Quisnam in aliis Juris articulis matrimonii favor sit, adjicitur, & expedire Reipubl. ob pœnæ rigorem matrimonium non facile dirimi aut impediri, annectitur.

1 DE mitigatione pœnarum favore matrimonii hac Dissertatione acturi, eademque exhibituri casus; in quibus judici omnino integrum est, tam ratione matrimonii demum *contrahendi*, quam jam tum *contracti* delinquentibus lege determinatam, si non *in totum*, certe tamen *in tantum* remittere pœnam, operæ utique pretium facturi videmur, si missa descriptione, quæ ex antecedaneis facile lineis formari poterit, posthabitaque nominum, quorum sensus nemini non obvius est, in Rubro occurrentium accuratiori examine, hoc capite primo præliminarem ac in hac materia præjudicialem enucleandam

videatur, qui arbitrandi facultatem judici criminali reſtringit vel de-
negat: Et huic, ceu non communiori duntaxat; ſed & veriori ſen-
tentiæ patrocinantur *Mev. ad J. Lub ſupr. all. loc. in f. Philipp. in Uſ. Pr.
Inſt. Eccl. 18. Czov. Pr. Crim. P. 3. q. 142. n. 22. ſeqq. Farinac. Pr. Crim. L. 2.
T. 3. qu. 17. Tiraquell. in Tr. de pœn. temperand. in præfat. Mynſing. Cent. 2. O.
30. aliique ab his citati.* Cui nil quidquam adverſantur vulgatæ Juris
30 Regulæ: Quod in delictis, præprimis enormibus judici conveniat
uti ſeveritate & non benignitate, per *L. 28. §. 15. ff. de pœn. c. ut Clericorum
X. de vit. & honeſt. Cleric.* Neque lege clementiorem eſſe eundem opor-
teat *Nov. 82. c. oportet. 10. L. 1. §. 1. in f. ff. ad SCtum Turpill. L. 14. C. de pœn.*
utpote cujus eſt, non de legibus, ſed ſecundum Leges judicare *c. 3.
Diſt. 4.* ceteroquin eandem incurſuri pœnam, quam delinquens ipſe
merebatur *L. 3. in fin. C. ne ſanct. baptiſm. reit.* una cum infamiæ labe alia-
31 que extraordinaria coërcitione per *L. notabilem 8 §. 2. C. ad L. Jul. de
vi publ.* Nam hæ & ſimiles juris regulæ nil evincunt aliud, quam quod
judici haud liceat ſine juſta probabili ac ſufficienti cauſa à pœna jure
determinata recedere, eamque mitigare; unde tamen infeliciter ab
adverſæ ſententiæ Patronis infertur: Ergo nec judici dari faculta-
tem, ubi juſta & probabilis exiſtit cauſa criminisque qualitas mino-
rem exigit pœnam, lege præſcriptam mitigandi *Czov. Pr. Cr. qu. 142. n.
32 42. ſeqq. Brunnem. ad L. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de vi publ.* vel ſaltem intelli-
gendæ ſunt de illo caſu, *quo certa eſt pœna, inque lege pœnali determinatis
omnibus facti circumſtantiis caſus criminalis, de cujus deciſione agitur, per
33 omnia convenit.* Hoc enim caſu, ſi judex ſub cerebrinæ æquitatis præ-
textu ſibi temerario auſu ſumat arbitrium aliter judicandi, quam Le-
gibus ac moribus introductum eſt, quas tum ſtricte eundem ſequi
oportet, *§. 1. J. de O. J. ibique Dd.* legis ipſe animadverſione dignus eſt.
34 Judex quippe miniſter tantum legis etiam duræ eſt *arg. L. 12. ff. qui &
à quib. man.* cujus non eſt judicare, juſtum ſit, nec ne, quod Legibus
Superioris ſancitum fuit, neque debet ille ſub æquitatis ſpecie vim
atque authoritatem aperti juris Legumque perſpicue ſcriptarum te-
mere evertere, ſed, ſi id fiat, extra limites officii ſui vagatur & æqui-
tatem ſibi conſtituit extra Jus plane cerebrinam & capitoſam: ver-
ba ſunt *Celeberr. Ziegleri in Dicaſtic. Concl. 36. §. 40.* cedro omnino digna.
*Confer. Mantica L. 1. Lucubrat. Vatican. Tit. 17. n. 16. & Ventur. de Valent.
35 in Parth. Litig. L. 1. c. 12. n. 16.* Ab hoc vero caſu, ſi quis ad illum inferre
velit, quo lex ſcripta negotium non perſpicue definit, nec caſum, quo
de

de agitur, cum omnibus suis qualitatibus & circumstantiis comprehendit, ut potius inde dissimilitudo quædam oriatur, certe committet fallaciam consequentiæ. Quin enim hoc casu permittendum sit judici ex probabili humanitatis ratione scriptam legem mitigare & æquitatis arbitrium interponere, ambigendum non est *per L. Placuit. 8. C. de judic.*

Cum vero exempla regulam aperiant & declarent, *L. prætor. 3. §. quoties 2. ff. de Collat. ibi quod dico exemplo, ut manifestius fiat*, optimumque 36
dicendi genus sit, rem exemplis illustrare, *Matth. de Afflict. in Prælud. Constit. Neapolit. q. 12. n. 12.* dictis fidem exemplis quibusdam conciliabimus. Notum est in jure mediocriter versatis, raptores ad ductum *Const. Crim. Carolinæ Art. 126.* gladio puniri, exque recepta in plerisque locis consuetudine ipsorum cadavera rotæ imponi. *Czov. Pr. Crim. q. 90. n. 12. & P. 4. C. 35. D. 1. Mev. ad Jus Lub. L. 4. Tit. 2. A. 1. n. 8. Hopp. in t. M. ad pr. J. de vi bon. rapt.* Quam tamen pœnam judicem mitigare & 38
in extraordinariam fustigationis cum perpetua relegatione convertere posse illo casu, quo prædator in via publica illum spoliat, à quo prius deprædatus erat, docet, rationibusque & præjudicio confirmat *Czov. Pr. Cr. P. 2. qu. 91. n. 36. seqq.* Sic extra omnem dubitationis aleam 39
positum est, ordinariam adulterii simplicis, cum solutus cum conjugata rem habuerit, pœnam, Jure Saxonico gladii soluto æque ac conjugatæ imponi vid. *Czov Pr. Cr. q. 53. n. 41. & q. 54. n. 31. seqq.* Extra Saxoniam vero solutum plerumque capite plecti conjugatamque fustigari *Hopp. in U. M. ad Tit. de publ. jud. §. 4. ibique Illustr. Stryk jung. Brunn. in Processf. Inquis. c. 9. n. 30. & Magnif. Schopfer. in Synops. ff. ad Tit. ad L. J. de Adult. n. 23.* Ast pœnam hanc ordinariam judicem posse variis ex 40
causis mitigare æque indubium est: Sic (1) mutatur in Saxonia in extraordinariam fustigationis, si solutus concumbat cum uxore meretricio more vivente *Heig. p. 2. q. 29. n. 77. Joach. à Beust. de jure Connub. c. 19. Berlich. P. 4. Concl. 27. n 88. Czov. p. 2. qu. 75. n. 24.* quod in aliis etiam obtinet locis, in quibus cæteroquin solutus capite plectitur. Hoc 41
tamen casu & uxor, & qui prima vice cum ipsa rem habuit, ordinaria pœna afficiendi sunt, *Brunn. in Processf. Inquis. c. 9. n. 38.* (2) Sic mitius punitur fœmina pœnaque gladii in Saxonia mitigatur, si à marito sit deserta sicque cum ipso concumbere non potuit. Hoc enim casu de- 42
sertam in Saxonia tantum relegari variis præjudiciis confirmat *Czov. p. 2. qu. 58. n. 23.* extra Saxoniam vero ultra carcerem judex haud procedet.

43 det. Idem juris est, si maritus (3) Uxori debitum conjugale præstare noluerit. Hoc enim itidem casu ordinaria gladii pœna in Saxonia in extraordinariam fustigationis cum perpetua relegatione, extra Saxoniam vero in relegationis pœnam mutabitur *vid. Czov. P. 2. qu. 61. n.*
44 *21. seqq.* Quorsum quoque (4) pertinet, si maritus ob impotentiam artibus magicis ligatus debitum conjugale uxori non potuit præstare. Nam & hoc casu proxime dictam pœnam judex adulteræ, non vero
45 ordinariam dictitabit *Czov. P. 2. q. 61. n. 19. seqq.* Quos tres ultimos casus JCti hac complecti Regula solent: *Quoties matrimonium se non exeruit actu secundo, toties judici competit arbitrium ordinariam adulterii pœnam*
46 *mitigandi.* Sic tandem (5) hoc casu mitigatur pœna ordinaria, si maritus pro adultera uxore intercedat, illamque retinere velit, idque *fa-*
47 *vore matrimonii*, de quibus infra *cap. III. acturi* sumus. Unde in ultimo casu absque relegatione privatim duntaxat adultera in Saxonia in carcere castigabitur, extra Saxoniam vero carcere mulctabitur *Vid. Czov. P. 2. q. 61. n. 19. verb.* Es wolte ihr denn ihr Ehemann solche Verbrechung verzeihen und Sie wiederum annehmen und ferner bey sich behalten/ auf solchen Fall bliebe sie dem H. Ehestand zu ehren mit der Staupe und Landes-Verweisung verschonet und würde allein im Gefängniß mit Ruhten ziemlich gezüchtiget.

Atque Sic ex hisce quoque exemplis, sufficienter, ni fallor, clarebit, inferiori Magistratui pro circumstantiarum qualitate in pœnis arbitrariis competere facultatem ordinariam Legis pœnam mitigandi.

48 Ceterum, an hoc casu teneatur mitigationis causam Judex in sententia exprimere, non impertinenter hic quæritur? Et ut ut regulariter non necesse habeat judex causam decidendi exprimere, cum
49 contra stolidum dicant, qui id facit *vid. Czov. in Processf. Tit. 10. A. 1. n. 65.* & post *Imolam Cavall. qu. 718.* hæcque communior sit Interpretum sententia, *Brunnem. in Proc. Civ. c. 27. n. 20.* eo quod judex parti ansam hoc ipso videatur suppeditare disputandi & cavillandi; si enim ratio decidendi sit falsa eaque unica, nec possit vera ratio pro sustinenda sen-
50 tentia dari, tunc vitiat sententiam. *Stryk. in Intr. ad Pr. For. c. 22. §. 5.* Quanquam à communi hac sententia recedere videatur *Brunnem. d. l.* omnes tamen in eo cum ipso Brunnemanno conveniunt, quod in Criminalibus *Clarus §. fin. q. 93. Gail. de P. P. L. 2. c. 6. n. 16. seqq.* præsertim, ubi judex ex causa recedit à pœna legali, statutaria vel consuetudinaria, illam mitigando, causam mitigationis sententiæ suæ adscribe-

re

re debeat *Anguianus de LL. L. 2. Controv. 5. n. 45. August. Barbos. ad L. 3. C.
de b. qv. not. in f. Farinac. in Pr. Crim. L. 1. T. 3. q. 17. n. 63. Tiraquell. de pœn.
temper. in præf. n. 54. seq.* Quanquam tamen hoc casu sufficiat causam 52
in genere expressisse v. gr. vorkommenden Umständen oder gestalten
Sachen nach/ oder nach Gelegenheit dieses Falls. *Bechman. in Comment.
Theoret. Pract. ff. Tom. 2. P. 2. Exerc. 12. n. 24. th. 80. item:* Aus erheblichen
und bewegenden Ursachen *Magnif. Stryk. in J. ad P. F. C. 22. §. 5. Czov. Pr.
Cr. P. 2. qu. 142. n. 58. ibique all. Dd.* Nec præcise desideretur, ut specialis 53
ratio addatur: Usitatius tamen in Praxi esse, ut, quoties favore matri-
monii ordinaria mitior dictitatur pœna, tum in specie addatur:
Dem Heil. Ehestand zu Ehren/ tum varia apud *Czov. aliosque Dd.* obvia
præjudicia, tum etiam ab Exc. Dn. Præside mihi benevole communi-
cata duo responsa Amplissimæ hujus FCtis Juridicæ Anno. 1695. faci-
le edocebunt.

Expedito Ergo per hactenus dicta, judici in concipienda senten- 54
tia licere justa ex causa à pœna legali vel consuetudinaria recedere il-
lam mitigando, restat adhuc hoc dubium eximendum: An judici
etiam fas sit post sententiam à Collegio JCtorum latam & publica-
tam pœnam in sententia expressam mitigare? Hoc unanimiter nega-
re Dres asserit & testatur *Brunnemannus in Processͣ Inquis. c. 10. §. 18. se-
cutus, quos allegat, Farinacium in pr. Cr. qv. 5. n. 5. eum inibi allegg. & Paris
de Puteo in tract. de Syndicatu v. compositio. c. 5. no. 2 seq.* Concedit id vero 55
Mevius P. 7. Dec. 407. per tot. modo inferior Magistratus (1) id non
faciat sine justa & evidenti ratione (2) caveat, ne delictum maneat
impunitum (3) sed, ut pœna ipsi eveniat congrua, præprimis si (4)
quod tamen necessitatis non est, super rationibus mitigationem sua-
dentibus Peritorum audiat consilium: In quibus terminis eidem
adstipulatur *Czov. in Pr. Crim. P. 3. qu. 150. no. 59. seqq.* quibus & nos
subscribimus ob rationes ab ipsis adductas. 56

Ne vero hic judex sua abutatur potestate, facultatem mitigandi
pœnam ordinariam non aliter ipsi Leges concessere, quam si justa
& evidens mitigationis adsit causa. Convenit enim judici arbi-
trium suum gubernare secundum terminos ac tramites juris ac æqui- 57
tatis *Czov. in Pr. Cr. P. 1. qv. 17. no. 20. & P. 3. qv. 120. no. 4. seqq.* Quæ-
nam autem sint justæ mitigationis causæ, & an huc referri possint, A-
mor, Pluralitas liberorum, Minorennitas, Senectus, Pœnitentia, Con-
fessio spontanea promissione mitigationis à judice facta elicita, Ira,
Furor, Ebrietas, Melancholia, Legum inevitabilis ignorantia, Reo-

 rum

rum multitudo, Insigne delinquentis artificium & hujus generis alia,
propositi nostri ratio hic exactius examinare aut fusius exponere,
haud permittit, præsertim cum hæ causæ non leviter tactæ jam sint ab
Andr. Tiraquell. in spec. tract. de pœn. temper. Prosp. Farinac. in Oper. Crim.
quæst. à 87. usque ad 98. Czov. in Pr. Crim. P. 3. à quæst. 142. usque ad fin. to-
58 *tius operis Criminalis, aliisque ab his allegatis,* ad quos, ne modum migret,
Disputatio, *Benevolum Lectorem* remittimus, id saltem antequam huic
capiti primo colophonem imponamus, notaturi, inter mitigandarum
59 pœnarum causas non ultimum sibi locum vendicare matrimonium,
præprimis circa carnis delicta. Cum enim Matrimonium, semina-
rum sit generis humani, quo sine & sine civibus ex eo procreatis Res-
publ. nulla consistere potest *Nov. 22. in fin. pr. & Nov. 140. pr.* nil in re-
bus mortalium æque venerandum esse ac matrimonium censuit Justi-
60 nianus, quippe quod generi humano mortalitatem artificiose indu-
cit d. *Nov. 22. pr.* regiones atque civitates frequentes reddit, & unde
61 demum optima Reipl. coagmentatio esse dicitur in *Nov. 140. pr.* Hinc
tanta semper apud omnes gentes matrimonii habita fuit veneratio,
ut non duntaxat variorum privilegiorum concessione homines Re-
rumpublicarum Rectores allicere alloboraverint ad nuptiale fœdus
contrahendum, & civitatem, quam *teste Themistocle ap. Justin.* non mœ-
nia, sed homines constituunt, liberis hominibus adimplendam, per *L.*
63 *1 ff. Solut. matrim.* (Quorsum quoq; spectat Constitutio Regis Hispaniæ
Philippi IV. de Ao. 1622. vi cujus, qui uxorem ducunt, quatuor à nu-
ptiis annis ab omni onere publico immunes sunt *vid P. Ferdinand. Na-*
64 *varell. de cônservat. Monarchiæ Hispan. Job. Laët. in Descript. Hisp. p. 483. seq.* &
quod in adipiscendis honoribus maritus competitorem cœlibem ex-
cludat, etiam jure Romano, licet majoribus suffragiis adjutum, *per L. 9.*
C. de Decurion. vid. Knichen. lib. polit. c. 1. th. 7. p. 39. D. Balthas. in Diss. de Nupt. in
65 *f. n. 90.*) Contra vero à cœlibatu arcuerint, pœna in cœlibes, quos in
ditione Palatinatus Odenwald / non Procul à patria mea, per con-
temptum Hagestolzen / appellant *vid. Besold. & Webner. in Thes. Pract.*
66 *hac voce,* statuta. Quorsum pertinet, quod ad senectutem cœlibes a-
pud Romanos æram pœnæ nomine jussi sint ærario inferre, teste *Valer.*
67 *Maxim. L. 2. c. 4. Conf. Cic. L. 3. de LL. c. 3.* Legeque Papia Pappea nil
quicquam ex testamento capere potuerint, nisi intra 100. dies à morte
testatoris nuptias contraxerint, *teste Sozomeno L. 3. c. 9. Vid. Bald. ad h.*
68 *Leg.* quodque alibi Scarabæum annulo insculptum gestare coacti fue-
runt,

rint, quoniam id animal sine fœminis esset *Gell. Lib. 2 Noct. Attic. c. 15.* & illorum bona in dicta ditione Palatinatus Odenwald/ qui excesserunt annum ætatis 25. cœlibesq; mortui sunt, ad fiscum devolvantur, in pœnam, quod annos suos consumpserint & mariti & patris nomine vacui Schönborn. *L. 1. Polit. c. 6. Herm. Lather. de Censu L. 3. c. 3. n. 38. Besold. thes. Pract. d. l.* Sed & in aliis favori matrimonii multum tribuerint. 69 70
Hinc est, quod, quando de nuptiis non dissolvendis agitur, favore matrimonii imperfectæ probationes, puta testimonia de fama, juramenta & consimiles probationum species admittantur. *Gloss. in c. ult. §. fin. X. de jurejur. Gail. 2. O. 94. n. 12. Mascard. de Probat. V. 2. Concl. 1035. n. 29.* (2) Quod pro matrimonio, ceu re admodum favorabili, *Heig. P. 1. qu. 16. n. 37. Mev. P. 2. D. 366. n. 1.* in dubio præsumatur, *Paris. Consil. 53. n. 3. L. 1. Mev. P. 2. Dec. 366. n. 2. & Philipp. in Us. Pr. J. Lib. 1. Eccl. 47. n. 5. ibique all.* ejusque favore interdum etiam semiplena probatio sufficiat *Czov. in Ipr. Eccl. L. 3. Def. 50. n. 9. & 20. Philipp. d. l. n. 6* (3) Quod opinionem singularis alicujus Doctoris matrimonium sustinentis præferri velint plurium sententiæ matrimonium impugnantium, nisi hæc aperto nitatur textu. *Felin. in Rubr. de sponsal. n. 6. vers. 9. Menoch. de Præs. 17. Lib. 2. n. 30.* (4) Quod processus matrimonialis ad instar causæ criminalis, cui illa comparatur. *c. pen. X. de rest. in integr. Gail. 2. o. 94. n. 5. Alex. in L. 3. §. quæcunque de jurejur. ibique Accurs. & Barthol.* summarie & levato velo sit terminandus *Mev. p. 2. D. 366. & 4. ibique allegg.* (5) Quod causam matrimonialem ipsa Nobilitate favorabiliorem judicent. *vid. Exc. Petr. Müller. in Disp. de Jure Prægn. c. 8. th. 13.* Ejusque intuitu (6) non semel à communibus Juris regulis recedatur *c. fin. de sent. & rejud. c. X. qui matr. accus. poss. c. 6. per tuas X. de condit. app.* Unde etiam mirum non est, quod & in delictorum pœnis mitigandis, multum honori favorique detur matrimonii, *Mev. P. 3. d. 39. n. 11.* ejusque favore judex sæpe mitiget pœnas cæteroquin sat acerbas *vid. Const. Elect. Saxon. 19. P. 4. verb.* daß also dem Ehestand zu Ehren die Straffe etwas gemildert werde. *Czov. P. 3. 149. n. 58.* Expedit enim Reipl. ob pœnæ rigorem matrimonium non facile dirimi, aut impediri. *Czov. d. l. n. 59. in fin. & in Ipr. Eccl. L. 3. Def. 80. n. 11. Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 92. seq.* Quod, quibus in casibus obtineat, sequentibus capitibus videbimus.

71 72 73 74 75

CAPUT II.

Exhibens

Casus in quibus Favore Matrimonii Contrahendi ordinaria Legis vel Statuti pœna mitigatur.

SUMMARIA.

Num. 1. & 2. 3. & 4
Sodomiæ traditur pœna. 5. 6. 7. 8
Quam in honorem matrimonii judex minuere non potest. 9. & 10
Incestus crimen inter Ascendentes & Descendentes commissum ipso adulterio gravius, proindeq; ceu Gentium Jure prohibitum gladio puniendum. 11
Quem ne favore quidem matrimonii contrahendi à judice remitti posse, rationes Num. 12. 13. & 14 evincunt. 15
Incestus inter Affines in linea Ascendentium & Descendentium commissi pœna. 16. cum seqq.
Quæ in honorem Matrimonii mitigari potest. 20
Quænam pœna incestus in linea collaterali primi gradus commissi obtineat, exponitur. 21 22. & seqq.
Qua ratione eadem mitigetur, dicitur, & quid juris sit, si dicto casu adulterium insimul committatur, traditur. 26
Pœnam incestus inter Consanguineos in secundo lineæ collateralis inæqualis gradu commissi, sistit. 27
Quomodo in honorem matrimonii contrahendi mitigetur, exhibet. 28
Incestus pœnam inter Affines in gradu secundo lineæ inæqualis commissi proponit. 29

In

In quamnam haec favore matrimonii contrah. commutetur, explicat. 30
Quomodo Jure Saxonico & alibi incestus Consobrinorum puniatur, exponit. 31
Causam mitigationis nectit. 32. 33
Duplicati adulterii pœnam de Iure Communi tradit. 34
Pœnam Iuris Saxonici, Prutenici & Brandenburgici exhibet. 35
Adulteri uxore, adulteraque marito viventibus, casus fingi nequit, quo in de mitiganda pœna favore matrimonii contrahendi quæstio institui possit. 36
Annon, si adulteri uxore mortua, demum crimen duplicati adulterii judici, sed intra lapsum tamen quinquennii innotescat, aliaque puella adultero nubere cupiens pro ipso intercedat, ordinaria gladii pœna mitiganda sit? 37
Respondetur ex Iure Saxon. 38
Et ex Iure Communi. 39. seqq.
Rationes decidendi habent. 42. 43
Quænam soluto ad maritatam accedenti pœna tam de Iure Saxon. quam Communi dictitetur, edocet. 44. & 45
Solutæ corporis sui copiam uxorato concedenti & de Iure Saxon. & Communi pœnam decernit. 46
Q. An ad intercessionem puellæ priori casu pœna hd. ordinaria mitigetur? 47. 48. 49
Dubitandi rationes. 49. seqq.
Negativa sententia varias ob rationes arridet. 54. 55. 56
Posteriori casu soluta in matrimonii honorem ordinaria pœna mitigatur, imo si sponsa fuerit, ad intercessionem sponsi ordinaria quoque in mitiorem commutatur pœnam. 57
Quid sit quasi adulterium. 58
Rationem exhibet cur stuprum in sponsam & à Sponsis commissum non sit verum adulterium. 60
Cum seqq. probant. 63. & 64
Pœnam determinat. 65
Eandem ad certum casum quo solutus ad alterius sponsum accessit & ad solas Provincias Saxonicas restringit- 66. & seq.
Quidnam extra illas obtineat præjudiciis declarant. 70 71. & 72
Quænam sponso ad fœminam solutam accedenti irrogetur pœna de Iure Communi & Saxonico 70

An

An illa pœna ad instantiam partis innocentis remittatur, quæritur. 74
Affirmatur. 75
Quodnam pœnæ genus in Saxonia tum imponatur, traditur. 76. 77
Quidnam extra Saxoniam obtineat, explicatur. 78. 79
Sententia rationibus fulcitur. 80
Intercessio Sponsi adulteræ Sponsæ tantum prodest, non etiam sponsaliorum violatori. 81
Ratio. 82
Hujus pœna ordinaria. 83
Quæ mitigatur, si alia cum ipso contraxerit sponsalia, earumque consumationem urserit. 84
Idem juris est, si antequam delicti convictus, pars innocens moriatur. 85
Ratio. 86
Q. an ad intercessionem sponsi ordinaria pœna remittenda sit sponsæ alterius maritum admittenti? 87
Ratio dubitandi. 88. seqq.
Decidendi. 92
Idem esse in Sponso cum alterius uxore concumbente, si sponsa pro ipso intercedat, asseritur. 93
Quæritur remissive: An adultero marito cum sponsa alterius concumbenti ad intercessionem uxoris remittatur pœna in Saxon. 94
Talis concubitus pro vero duplicato adulterio non habetur. 95. 96
Pœna raptus. 97
Quando obtineat ordinaria 98
An favore matrimonii mitigetur. 99
Neg. de Iure Civ. 100. *de Iure VVolfferbytano* 101. *& Hamburgensi.* 102
Affirmatur de Iure Can. 103. seq.
Hoc Praxis sequitur. 105
Ius Lub. vero sub distinctione. 106
Q. an si rapta raptori nubere nolente, alia eund. in maritum petat, pœna ordin. relaxanda? 107
Neg. 108
Ratio I. 109
Ratio II. 110. seqq.
Stupri violenti pœna de Iure Civili, Constitutione Crim. Car. V. Iure Divino, Culmensi, Saxonico. 115. 116
Hujus in d. pœna singularia continent. 117
Favore matrimonii contrah. mitigari potest. 118. seqq.
Subministrant rationes varias 125

Modo

Modo ipsa, quæ vim passa est, non v. stuprator sese offerat ad matrimonium. 126
Ratio. 127
Iure Lub. hoc casu stuprator invitus stupratam ducere cogitur. 128
Hac nolente, ordinariam ille sustinere tenetur pœnam, licet alia puella eund. petat in matrimonium. 129. *seqq.*
Rationes. 132
Stupri voluntarii pœna in Saxonia. 133
Extra Saxoniam. 134
Qua ratione hæc favore matrimonii consummandi mitigetur. 135
Rustici puellam Nobilem stuprantis pœna. 136. 137
Qualiter hæc mitigetur favore Matrimonii contrahendi. 138
Remittitur pœnitentia etiam Ecclesiastica favore matrimonii contrahendi, si stuprator compressam à se puellam ducere velit. 139
Adduntur rationes. 140
Ampliatio. 141
Remittitur eadem etiam desponsatis concubitum anticipantibus in favorem secuturi matrimonii. 142. *seqq.*
Rejicitur sententia statuentium, anticipatum concubitum in desponsatis plane non puniri. 147
Additur ampliatio. 148. *seqq.*
Sponsam tn. h. c. vittatam incedere debere asseritur. 150
Potest sponsus putativam virginem cognito errore repudiare. 152
Punitur tamen sponsa h. c. poena publicæ deprecationis & illarum Parentes ipsam scienter elocantes carcere vel mulcta. 153
Mitigatur hæc poena favore matrimonii contrahendi. 154
Additur ampliatio. 155. *seqq.*
Poena Sponsi posteriorem sponsam carnaliter cognoscentis Iure Civili & Sax. Elect. exponitur. 157
Hæc mitigatur favore matrimonii cum priore consummandi. 158
Hoc casu tamen famæ deliquium patitur sponsus. 159. *seqq.*
Traduntur rationes. 161
Mitigatio poenæ sponso facta prodest etiam secundæ sponsæ. 162
Limitatio. 163
Ratio. 164
Mitigatur etiam poena priori sponsa sponsum recipere nolente, posteriori eidem nupturæ. 165

Ratio. 166

Exponitur qua poena afficiendus sit, qui utramque comprimit sponsam. 167

Hæc tamen etiam mitigatur priori sponsa sponsum desiderante 168

Quæ tum posteriori præfertur. 169

Ratio. 170

Quænam sit poena sponsi malitiose sponsam deserentis, docetur. 171

Volens sponsa liberatur à sponso. 173

Maritus malitiose deserens uxorem fustigatur. 175

Mitigatur poena malitiose desertoris sponsi favore matrimonii consummandi. 176

Ratio. 177

Quid sit Fornicatio & unde dicatur. 178

Quænam sit meretrix secundum glossam Iuris Canonici. 179

Meretrix ex vicinia expelli potest. 181

Poena fornicationis Iure Lub. 183

Gravius punitur, qui vetulam deformem, quam formosam juvencam comprimit. 184

Mitigatur poena fornicationis favore matrimonii contrahendi. 185

Non obtinet mitigatio poenæ capitalis in aliis delictis. 186

Secus in Hispania & Gallia. 190 *seqq.*

Adduntur rationes. 196

Non mitigatur poena furti capitalis etiamsi fur meretricem ducere uxorem velit. 197

Rationes pro hac sententia. 200

Potest tamen Princeps h. c. favore matrimonii contrahendi condemnato poenam mitigare. 201

Quo casu neutiquam dein licebit ad intercessionem puellæ liberato à nuptiis resilire sub prætextu metus. 202

Ratio Dubit. 203. *seqq.*

Ratio Decid. 205

Non remittitur capitale supplicium foeminæ Carnifici nupturæ. 206

Ratio Dub. 208

Rat. Decid. 210

An recte faciat mortis rea vitam redimere recusans per oblatam occasionem nubendi Carnifici, de eo agitur remissive. 211

Egressus.

1 PRæmissis Generalibus Capite præcedaneo, hoc II. Caput cum sequenti III. jam circa recensendos occupabitur casus, in quibus ordi-

ordinaria delicti pœna mitigari solet *favore vel matrimonii contrahendi, vel jam tum contracti:* Neque minus enim videtur interesse Reip. pœnarum intuitu *contrahendum* non impediri, quam *contractum* non dirimi matrimonium. Cum autem de illis hoc potissimum capite agere 2
animo sententia sedeat, ne vel plane nullo vel tumultuario hos retulisse videamur ordine, juxta atrocitatis gradus in *delictis carnis* conspicuos, in quibus mitigatio pœnæ *favore matrimonii* sibi præcipue locum vendicat, eosdem hoc capite pertractabimus.

Principe loco acturi de omnium gravissimo & fœdissimo *Sodo-* 3
mia crimine, contra quod, cum spretis naturæ legibus ipsum naturæ ordinem violet ac turpiter invertat, *c. Clerici. X. de Excessibus Prælat. L. Cum vir nubit. 31. C. Ad L. Jul. de Adult. Nov. 77. in pr. & n. 141.* merito leges insurgunt, juraque armantur gladio, ac nefandum hoc facinus vel vivibomburio, *CCC. art. 116. inibi. Clasen & Stephan.* concre- 4
matis simul quoque bestiis, ne indignam turpis facti memoriam refricent, *c. 4. C. 15. q. 1.* vel gladii pœna hodie coërcent, *Czov. Pr. Crim. qu. 76. n. 16. & 25. Stryk. & Hopp. ad §. 4. J. de P. J. juncto Colero Dec. 187.* Quæ pœna tantum abest, ut judicis arbitrio subjaceat, ut po- 5
tius eandem ne *in honorem* quidem *matrimonii contracti*, multo minus *contrahendi*, si Sodomitam sibi in matrimonium petat puella, mitigare judex valeat: Ut ut enim matrimonii maximus sit favor, tantus 6
tamen non est, ut ejus non impediendi favore, justissima pœna in tam atroci ipsique Deo detestabilissimo crimine, *vid. Lev. 20. vs. 13. &* 7
15. Lev. 18. vs. 20. Exod. 22. vs. 19. mitigetur præprimis cum ne bygamiæ, delicti tamen Sodomia multo levioris, quidem pœna, Lege tantum humana constituta, etiam *contracti matrimonii favore* ad intercessionem innocentis Conjugis remittatur, aut mitigetur, nullamque vel legem vel Statutum reperire sit, aut rationem stringentem, quæ in 8
hoc excepto crimine *favore matrimonii contrahendi* ordinariæ pœnæ mitigationem judici suaderent; Quare misso peccato Sodomitico.

Ad *incestus* crimen, ipso adulterio gravius æstimari solitum *L. 38.* 9
§. 1. ff. Ad L. Jul. de adult. c. Adulterium. 32. q. 7. progredimur. Constat autem incestum inter *Consanguineos* in linea *Ascendentium & Descen-* 10
dentium commissum, ceu ipso Gentium jure etiam prohibitum, *L. fin ff. de R. N. L. 38. §. 1. ff. Ad L. Jul. de adult.* gladii pœna pu-

 niri,

niri. *Czov.* §. *2. q. 72. n. 20. Stephan. & Clasen ad art. 117. CCC. Menoch. de A. J. Q. L. 2. Cas. 502. Berlich. P. 4. Concl.* 32. *n.* 13. *& Farinac.*
11 *L. 5. Obs. Crim. qu. 149. n. 104.* Hanc vero pœnam *favore matrimonii contrahendi* itidem mitigari haud posse, etiamsi puella illi nubere velit, qui omni deposito pudoris sensu, incestuoso complexu propriam matrem maculavit, inde concludimus, quod ne ad
12 intercessionem quidem uxoris, si quam habuerit incestuosus, â gladii pœna eximatur, sicque in hoc excepto crimine *contracti ma-*
13 *trimonii* nulla habeatur ratio, ergo multo minus incestuosæ commixtionis enormitas concessura est, ut *favor matrimonii contrahendi* pœnæ severitatem, quam ipsa Juris Gentium violatio huic excepto crimini deposcit, mitiget, præprimis cum hanc gratiam incestuo-
14 so filio nulla lex, qua sine tamen loqui erubescimus, *c. 18. X. de sent. ex comm. in 6to Nov. 18. c. 5. ibique Dres.* faciat.

15 Alia vero ratio est *in Incestu* inter *Affines* in linea *Adscendentium* commisso. Cum enim ejus pœna ultra fustigationem cum perpetua relegatione non extendatur, *Cothman. V.* 3. *Resp.* 47. *p.* 426.
16 *Clasen ad A: 117. CCC. p. 161. Carpz. P. 2. q.* 74. *n. 9. seqq. & Hopp. in U. M. ad J.* §. *12. de Nupt.* non dubitamus cum *Carpzovio P.* 3. *q. 150. n. 60. seq.* asserere, in *favorem matrimonii* cum puella, illum in ma-
17 ritum petente, qui Novercam compresserat, *consummandi*, ordinariam fustigationis pœnam in relegationem, ita, ut puella incestuo-
18 sum sequi in exilium teneatur, converti posse, eo, quod pœnæ corporis inflictivæ, mortis pœna minores *in honorem matrimonii* fa-
19 cilius mitigentur, ipsiusque *matrimonii consummandi* favor sit sat magnus *Czov. P.* 3. *q. 150. n. 60. ubi præjudicium in terminis.*

20 Ab incestu in linea Adscendentium commisso pedem promovemus ad incestum *in linea Collaterali* commissum, qui tam inter *Consanguineos*, quam *Affines in primo gradu*, puta inter Fratres & Sorores, & inter Titium & mortuæ suæ Uxoris sororem, fustigatione cum perpetua relegatione coërcetur. *Berlich. P.* 4. *Concl.* 33 *per tot. Carpz. P. 2. q.* 73. *per tot. & q.* 74 *Clasen ad A.* 117. *CCC. Brunnem. in Proc. Inquisit. c. 9. n. 45. Cothman. V.* 3. *R.* 48. *n.*
21 43. Quam, quin judex *favore matrimonii contrahendi* in relegationem,

nem, ita, ut quæ incestuosi matrimonium appetit, ipsum sequi in exilium teneatur, convertere possit, non ambigimus, cum incestus in linea collaterali commissus tantus non sit, quam in Adscendentium, ubi tamen *per dicta n. 17. h. capit.* concurrente licet adulterio, *in honorem matrimonii consummandi* ordinaria gladii pœna in relegationem convertitur. Id interim facile largimur 22
Carpzovio P. 2. n. 74. n. 71 seqq. illo casu, quo cum incestu in gradu lineæ collateralis primo inter affines concurrit adulterium, v. g. si Titia suæ sororis marito corporis usuram turpiter concesserit, tum quidem adultero in honorem matrimonii contracti ad 23
intercessionem suæ innocentis Uxoris, ordinaria adulterii & incestus pœna remissa, eandem in relegationem commutari, sed ita, ut in carcere adulter privatim simul fustigetur, *per præjudicia inibi adducta.* Quam pœnam illo quoque obtinere casu autumat *Stephan. ad n. 117. CCC.* quo tempore commissi incestus & 24
adulterii nondum junctus uxori, sed cœlebs fuit, postea vero duxit uxorem; ut ad ejus intercessionem, prævia privata in carcere fustigatione, pœna ordinaria in relegationem commutetur v. g. Si quis cum Fratris uxore incestu commisso, Titiam duxerit uxorem, hæcque pro marito ratione commissi ab ipso in cœlibatu adulterii & incestus intercedat: quo de casu volente Deo *cap. seq.* pluribus. Id tamen ex hactenus dictis in- 25
ferre licebit: Si ordinaria incestus & concurrentis adulterii pœna inter affines in primo lineæ collateralis gradu commissi in honorem *matrimonii* postea *contracti* mitigatur, multo magis ordinariam fustigationis pœnam incestus inter affines in lineæ collateralis gradu primo solitarie commissi *in honorem matrimonii contrahendi* in relegationem mutari posse.

Idem judicium esto in *Incestu inter Consanguineos* commisso 26
in secundo lineæ Collateralis inæqualis gradu, v. g. inter Titium & suæ Sororis filiam: Cum enim & huic incestui Jure æque Divino, *Lev. 18. vers. 12. & Lev. 20. vs. 19.* ac civili *§. 4. & 6. J. de Nupt. L. 14. §. 2. & L. 56. ff. de R. N.* interdicto, fustigatione gravior non dictitetur pœna, per ea quæ habet *Hartm. Pistor. obs. 192. n. 66. &* 27
Czov. P. 2. q. 73. n. 17. 25. & 28. ob paritatem rationis cum priori

 casu,

casu, & hic ordinariam fustigationis pœnam ad intercessionem
sponsæ postea quæsitæ Titio remittendi, inque *honorem contrahendi matrimonii* in relegationem commutandi, ita tamen, ut
sponsa eundem sequi in exilium teneatur, competere facultatem
judici arbitramur.

28 Multo magis vero mitigandam adopinamur pœnam favore
matrimonii contrahendi in incestu *inter Affines in gradu secundo lineæ inæqualis* v. g. inter Titium & defunctæ Uxoris sororis filiam aut Patrui defuncti viduam, commisso: Cum enim h. c. perpetua relegatione gravior in Praxi pœna incestuoso non dictitetur. *Czov.*
29 *P. 2. q. 72. n. 32. seqq.* Hæc autem facilius adhuc, quam fustigationis mitigari pœna possit, uti fere in terminis docet
Czov. P. 2. q. 74. n. 80. seq. hanc favore *matrimonii contrahendi* ad
intercessionem sponsæ Titio postea quæsitæ vel in temporalem
relegationem vel carceris mutari pœnam posse, nulli dubitamus.

30 Consobrinorum incestum punit Jus Saxonicum perpetuæ relegationis pœna. *Czov. P. 2. qu. 73. n. 29. 33. & 35. Struv. in Jpr. Rom.*
31 *Germ. For. L. 3. T. 28. §. 23.* Alibi coercetur incestus hic pœna
pecuniaria: Quin ergo & illo casu *in honorem matrimonii contrahendi* perpetua relegatio vel in temporalem vel carceris aut etiam pecuniariam mutari pœnam possit, ob rationem proxime adductam
vix ambigendum est.

32 Sequitur, *jam adulterium*, quod vulgo in *Duplicatum & Simplex* dividitur. Illud secundum jus Civile per *Nov. 131. c. 10. &*
33 *Auth. Sed hodie C. Ad L. Jul. de adult.* constitutione Carolina confirmatum, *vid. A. 120. CC.* illis in locis, ubi particularibus statutis aliud non est cautum, adhuc hodie in *adultero* pœna gladii,
in *adultera* vero fustigatione & perpetua relegatione, quæ moribus in locum detrusionis in Monasterium *Novella* 131. definitæ surrogata est, *Heig. P. 2. q. 29. n. 72. Beust. de Jur. Connub. P. 2. c. 18.*
34 *Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 25. & Clasen. ad A. 120. CC.* punitur. Quod
& Jure Saxonico, extra Electoratum Saxoniæ, ubi tam in adulterum, quam adulteram mortis pœna statuitur. *Czov. q. 54. n. 17. seqq.* idemque in Borussia, *vid. Jus Prut. Elect. Revis. L. 6. T. 6. A. 1. §. 1.*

§. 1. Marchia Brandenburgica. *Brunn. in Proc. Inquisit. c. 9. n. 30.* & ubique fere observatur. *Stryk. & Hopp. ad* §. 4. *J. de Publ. jud. jung. Rhetz. in Med. Acad. Diss.* 31. *pos.* 20. ita obtinet. Landr. *L.* 2. *a.* 13. *Czov. P.* 2. *q.* 53. *n.* 18. *seqq. Philipp. in Us. Pract. E.* 4. *Eccl.* 81. *n.* 5. 35
ibique allegati Dd. Et cum hic adulteri uxore, adulteræque marito viventibus, casus fingi nequeat, quoin de mitiganda gladii pœna favore *matrimonii contrahendi* quæreretur, non abs re tamen erit inquirere: *An non si adulteri uxore mortua, demum crimen duplicati adulterii judici, sed intra lapsum tamen quinquennii,* (hoc enim 36
elapso, omnis Inquisitio cessat. *Philipp. Us. Pr. J. Lib.* 4. *Eccl.* 81. *n.* 16. *Habn. ad W. Ad L. Jul. de Adult. n.* 18. *p.* 740.) *innotescat, aliaque* 37
puella adultero nubere cupiens, pro ipso intercedat, ordinaria gladii pœna mitiganda sit? Et quanquam in Electoratu Saxoniæ hæc quæstio dubio careat, quippe cum juxta *expressam Constitutionem Electoralem* 19. *P.* 4. §. Es soll aber/ ne ad innocentis quidem Conjugis intercessionem, sicque ne *favore quidem contracti matrimonii*, ordinaria gladii pœna mitigetur, *Czov. P.* 2. *Qu.* 55. *n.* 109. & *III. ibiqui ak.* extra Electoratum tamen Saxoniæ, & ubi commune Jus Saxoni- 38
cum, Civile, & Carolinum obtinet, non ambigimus asserere, hoc casu ordinariam gladii pœnam in extraordinariam temporalis relegationis pœnam sponsa adulterum in exilium secutura, *favore matrimonii contrahendi* converti posse. (1) quia notissimi juris, 39
quod mortua adulteri uxore, antequam hic commissi convincatur adulterii, præsumatur uxor pro adultero marito intercessisse, hoc effectu, ut ordinaria capitis pœna in relegationem ex præsumpta mortuæ uxoris intercessione convertatur. *vid. Czov. P.* 2. *q.* 55. *n.* 50. & 55. *ibique præjudic.* (2) quod huic præsumptæ interces- 40
sioni accedat vera sponsæ intercessio, quæ tamen ultra mortuæ uxoris præsumptam intercessionem aliquid & ad minimum mitigationem perpetuæ relegationis in temporalem operabitur, præprimis cum in pœnis levioribus mitigatio favore 41
matrimonii contrahendi facilius locum inveniat. *Carpzov. P.* 2. *q.* 149. *n.* 39.

Sed misso adulterio duplicato, pergimus ad *simplex adulterium*, quod committit vel *Solutus cum Maritata*, vel *Soluta cum Uxorato*. Priori casu in *Electoratu Saxoniæ* utrisque pœna gladii dictitatur,

tatur. *Czov.* §. *2. q. 54. n. 27. & 36. Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 40.* Extra Electoratum vero, & ubi Jus Commune Saxonicum & Carolinum viget, gladii quidem pœna in *Soluto obtinet in Adultera* pœna fustigationis cum perpetua relegatione locum inveniente, per *Nov. 134. c. 10. CCC. A. 120. vid. Czov. P. 2. q. 53. n. 41. Berlich. P. 4. Concl. 27. n. 35. Heig. P. 2. q. 29. n. 19. Hopp. in U. M. ad* §. *4. J.*
44 *de P. J. ibique Stryck.* Posteriori vero casu in Electoratu Saxoniæ *maritus* ad fœminam solutam prolapsus, gladii pœnam incurrit, *soluta* vero virgis cæsa in perpetuum mittitur exilium. *Const. Elect.*
45 *19. p. 4. us.* darüber aber *Czov. P. 2. q. 54. n. 37. 40. & seqq.* Extra Saxoniam, ubi jus commune Sax. Civ. & Carolinum viget, *marito* tantum fustigando & relegando in perpetuum, *soluta* arbitrarie punienda, relegationis temporalis, vel carceris pœna. *Heig. P. 2. q. 19. n. 2. & 22. Coler. Dec. 176. n. 21. Czov. d. l. n. 37. in fin. & q. præced. 53.*

46 Unde quæritur: An ad intercessionem puellæ in priori casu sc. *ubi Solutus cum Conjugata rem habuit*, tam in Electoratu Saxoniæ, quam extra illum, adultero nupturæ, in *favorem matrimonii*
47 *contrahendi*, ordinaria pœna hodie mitigetur? Et quanquam videatur dicendum, utrobique pœnam gladii in *honorem matrimonii contrahendi* in perpetuam relegationem converti posse, tum, quod ad intercessionem mariti innocentis, adulteræ h. c. in honorem *matrimonii contracti* utrobique remittatur pœna ordinaria, *Const.*
48 *Elect. 19. P. 4.* §. Dieweil *circa medium Czov. P. 2. q. 55. n. 2. 18. 23. & q. 54. n. 36. & qv. 53. n. 39.* tum etiam, quod non minor favor sit futuri matrimonii non impediendi quam præsentis non diri-
49 mendi. *Vid. Czov. P. 3. q. 149. n. 57. seq.* Quia tamen (1) à remissione pœnæ *favore matrimonii contracti*, ad remissionem pœnæ *favore matrimonii contrahendi* non simpliciter argumentari licet affirma-
50 tive, uti constabit infra ex exemplo remissæ pœnæ gladii pro stu-
51 pratore intercedente, quæ vi compressa est, quæ tamen pœna non remittitur, si alia stupratori violento nubere velit, quanquam
52 firmius negative inde petitum procedat argumentum. (2) Insuper non facile pœna mortis remittatur *favore matrimonii contrahendi*, hic-
53 que (3) textus & exempla deficiant, huic sententiæ subscribere dubitamus.

Minus

Minus vero dubii res habere videtur in posteriori casu, ubi 54
Conjugatus cum Soluta adulterium commisit: Cum hoc casu Solutæ nullibi mortis supplicium imponatur. Unde non dubitamus ad intercessionem sponsi adulteram in matrimonium petentis, in *Electoratu Saxoniæ* fustigationem in perpetuam relegationem *favore matrimonii contrahendi* converti posse: Sicuti ita in terminis casum decidit. *Carpzov. P. 3. q. 149. n. 60. ubi adhuc incestus in linea Ascen-* 55
denti Affinitatis adulterio accesserat, & præjudiciis aliis ibi allatis confirmat. *Extra Saxoniam* vero aliquot dierum carcerem vel pœnam 56
pecuniarum dictitandam esse.

A vero adulterio transitum facimus *ad Quasi Adulterium quod* 57
in Desponsatas personas committitur *L. 13. §. 3. ff. Ad L. Jul. de Adult.* Cum enim inter has nondum verum sit matrimonium, etiam 58
qui sponsam comprimit, aut nexu sponsalitio susque deque habito, cum Soluta se carnaliter commiscet, proprie adulterium committere haud dicitur; quia tamen appellatione nuptæ sponsa quoque venit, uti & sponsus mariti nomine continetur, juraque de 59
uno loquentia, etiam in altero locum habeant *L. 4. ff. de fund. dot.* nisi evidens disparitatis ratio dari possit. *Exc. D. Stryk. in Diss. de* 60
Jure sponsi & sponsæ c. 6. n. 7. in fin. imo nec spem matrimonii violare liceat. *L. 13. §. 3. ff. Ad L. Jul. de Adult. Brunn. in Proc. Inquis. c.* 61
9. n. 24. Sponsæ violatio inde *quasi adulterium* appellari cœpit. Quorsum pertinet, quod non duntaxat ex communi sententia, & in sponsum sponsamque adulterium dicatur committi, de qua *vid. Czov.* 62
in Ipr. Eccl. L. 2. T. 10. D. 184. & in Pr. Cr. P. q. 2. 56. per tot. Stryk. d. Diss. c. 6. n. 16. seqq. istaque sententia & Juri Divino. *vid. Ossea. c. 4. th. 13.* conveniat, Ovidiique sequentibus haud parum adjuvetur versiculis:

Improbe tolle manus, quam tangis nostra futura est,
Post modo si facies istud, adulter eris.

sed & in Ordinatione Ecclesiastica Megapolensi *Tit.* Von denen die sich mit zweyen verloben / *verb.* ein solcher ist alß ein Ehebrecher gegen der vorigen verlobten zuhalten / talis sponsaliorum violator pro adultero habetur. Cum vero hujus quasi adulterii pœnam in jure 63

Civili certam nullibi reperire sit, illa autem quæ jure Divino *Deut.* 22. *vs.* 23. determinata legitur, hodie amplius non obtineat, com-
64 munis, inque plurimis Germaniæ locis recepta sententia est, extraordinariam, vero adulterio minorem, majorem tamen stupro simplici, hoc casu pœnam obtinere, puta fustigationem cum perpetua relegatione *Joach.* à *Beust. de spons. P. 1. c. 16. p. mihi 25. Cypræus de spons. cap. 20. §. 25. n. 12. Heig. P. 2. q. 28. n. 8. Exc. Petr. Müller in Disp. de Muliere prægnante C. th.* 4. *Czov. P. 2. q. 5. 6. n. 36. seqq.*
65 Quam, sicut in casu, *quo Solutus alterius* Sponsam compressit, in persona soluti æque ac sponsæ in Electoratu Saxoniæ admittimus, præprimis cum claris eandem verbis ita constitutam deprehendamus in *Const. Elect. Sap. Tit.* von der Straff der Unzucht und des Ehebruchs *verb.* würde aber durch einer eines andern Braut / ehe denn der Bräutigam beygelegen / wissentlich beschlaffen / so sollen beyde Persohnen zur Staupen geschlagen und des Landes ewig verwiesen werden.
66 *jung. Ordin. Matrim. de Anno* 1624. *punct.* 4. §. würde auch. ita eandem quoad *sponsam* credimus extra Electoratum Saxoniæ, & ubi jus Commune Saxonicum, vel Civile viget, justo graviorem, cum hac ratione sponsa adultera eadem afficeretur pœna, qua uxor
67 adultera solutum admittens; quod dispar matrimonii inchoati & consummati ratio haud admittere videtur, cum inibi vero adul-
68 terio leviorem statui pœnam, ipsi delicti qualitati magis conveniat: Quam proinde relegationem temporalem, vel carceris pœnam statueremus; Qualiter, uti ex Ven. Dn. Parente percepi, judicatum est in Consistorio Megapol. Mense Sept. an. curr. ubi sponsæ post sponsalia publica ab alio compressæ quadriennalis re-
70 legatio, dictata est. In illo vero casu, *quo sponsus ad fœminam solutam accedit*, in sponso tantum fustigatio cum perpetua relegatione, in fœmina autem soluta sola temporalis relegatio obtinebit, per ea,
71 quæ fusius deducit *Czov. P. 2. q. 56. n.* 45. ibique præjudiciis con-
72 firmat. Quod itidem quidem in Electoratu Saxoniæ admittimus, extra illam vero & ubi jus Commune obtinet, æquius putantes, Sponsum ad certum tempus relegari, Solutam vero ad aliquot septimanas carcere constringi, ne itidem quasi adulterii pœna eadem sit, quæ veri adulterii, mariti cum soluta commissi, quam extra Electoratum Saxoniæ supra diximus in marito esse fustigationem

cum perpetua relegatione, in foemina vero temporalem relegationem.

An vero hæc poena ordinaria tam in Saxonia, quam extra 73
illam, si sponsa pro quasi adultero sponso, & contra sponsus pro quasi adultera sponsa intercedat, & matrimonium non obstante quasi adulterio commisso, consummare velit, in *honorem contrahendi matrimonii* mitigetur, non incongrue hic quæritur? Et sicuti 74
extra omnem dubitationis aleam positum est, si sponsus jure suo uti velit, & dissolutionem sponsaliorum urgeat, tunc dissolutis sponsalibus, per *c.* 25. *X. de jur. jur.* Fürstl. Mecklenb. Consist. Ordin. *Tit.* von denen die sich mit zweien verloben. *Czov. in Jurisp. Eccl.* 75
L. 2. *T.* 10. *D.* 184. *n* 9. ordinariam quasi adulterii poenam locum obtinere, per supra dicta, ita *favor consummandi matrimonii* postulare videtur, ut remissa *priori casu* in Electoratu Saxoniæ fustigationis & perpetuæ relegationis poena, locum tamen carceris poena inveniat, *Heig. P.* 2. *q.* 28. *n.* 27. *Coler. P.* 1. *D.* 176. *n.* 37. *Berl. P.* 4. *Concl.* 27. *n.* 149. *& Czov. P.* 2. *q.* 56. *n.* 52. *&* 56. ubi & præjudicia videsis: Extra Electoratum vero hoc casu remissa itidem tempo- 76
ralis relegationis poena, sponsa ex arbitrio judicis mulctetur. *In posteriori autem casu* in Electoratu Saxoniæ, si quasi adultero deli- 77
ctum suum condonet & nuptiarum consummationem sponsa urgeat, itidem tantum carceris obtineat poena, *ut Const. Elector. de Anno* 1619. & extra Saxoniam ultra Ecclesiasticam Poenitentiam & leviorem mulctam non procedatur; Neque id sine ratione. Cum enim, per supra notata, veri adulterii pœna *in honorem contracti, imo &* 78
contrahendi matrimonii his casibus in mitiorem convertatur pœnam, cur non idem juris quoque esse debet in quasi adulterii pœna remittenda ad intercessionem læsi sponsi sponsæque: Recte enim docet 79
Czov. P. 2. *q.* 56. *n.* 53. non minorem h. c. *honorem esse matrimonii contrahendi, & non impediendi*, quam in adulterio â conjugatis perpetrato *matrimonii contracti, & non dissolvendi.*

Verum quamvis sponsi intercessio tantum quasi adulteræ 80
sponsæ prosit, ipsi tamen quasi adultero juveni profutura est minime, utpote in cujus persona caussa remissionis, *favor sc. matri* 81
monii contrahendi cessat, *arg. L.* 6. §. 2. *ff. de jur. Patron.* indeque hic ordinariam fustigationis cum perpetua relegatione pœnam 82

ſubire tenetur. *Petr. Theodor. in Coll. crim. Diſp. 6. th. 2. in fin. Beuſt. de Sponſ. P. 1. c. 16. & Czov. P. 2. q. 56. n. 58. ſeqq. ubi & præjudicium.*

83 Non dubitamus tamen, ſi Titia, antequam quaſi ille adulterii convictus ſit, cum ipſo ſponſalia interim contraxerit, illorumque urſerit conſummationem, & hoc caſu *favore matrimonii contrahendi non impediendi* pœnam fuſtigationis cum perpetua relegatione in carceris vel pecuniariam pœnam converti propitio jure poſſe.

84 Idem omnino juris eſt, ſi offenſa perſona, commiſſo â ſponſo vel ſponſa quaſi adulterio, moriatur, antequam hi quaſi adul-
85 teri delicti perpetrati fuerint convicti. Sicuti enim tali caſu in vero adulterio ordinaria ob præſumptam Conjugis interceſſionem, per ſupra dicta, remittitur poena, ita & in hoc quaſi adulterio idem omnino obtinere debet, cum & hic præſumatur, ſi perſona offenſa delictum ſciviſſet, id alteri fuiſſe condonaturam, *vid in terminis Czov. P. 2. q. 56. n. 63. ubi præjudicium.*

86 An vero ad interceſſionem ſponſi, ceu partis offenſæ, ordinaria etiam remittenda poena ſit ſponſæ, alterius Uxoris maritum admittenti, omni carere dubio non videtur, eo quod dupli-
87 catum hic committi videatur adulterium, in quo interceſſio innocentis partis in Electoratu Saxoniæ nil operatur. *per ſupra dicta.*
88 Verum, cum itidem ex ſupra dictis ſatis clareat, verum & proprie ita dictum in ſponſam haud committi adulterium, non dubita-
89 mus aſſerere, non duntaxat extra Electoratum Saxoniæ, ubi in duplicato per *ſupra notata* adulterio ad interceſſionem innocentis conjugis mitigandæ pœnæ locus datur, hocque caſu pecuniariæ pœ-
90 næ locus eſſe poteſt, *Cypræus de ſponſ. c. 10. §. 25. n. 11. in fin.* ſed & in ipſo Electoratu, ut ut crimen hoc ſimplici adulterio gravius
91 ſit, *favore matrimonii contrahendi* ordinariam pœnam in relegationis vel carceris pœnam commutari poſſe, cum in effectu juris talis concubitus pro ſimplici tantum habeatur adulterio. *Vid. Czov.*
92 *in terminis n. 76. & 80. ubi varia præjudicia:* Quod & ob paritatem rationis in pœna ſponſo cum alterius uxore concumbenti ad interceſſionem ſponſæ offenſæ remittenda & in perpetuam relegationem convertenda obtinere ſtatuimus cum *Carpzov. d. l. n. 82. ſeqq.*

93 Sed, An etiam adultero marito hoc caſu ad interceſſionem

Uxo-

Uxoris innocentis in Electoratu Saxoniæ remittenda sit pœna *infra cap. 3.* plenius discutiendum reservamus; Hic binis tantum notantes, cum pro vero duplicato adulterio concubitus mariti cum sponsa non habeatur, inque pœnalibus restrictiva juris interpretatio locum obtineat, c. *odia X. de R. I. in 6.* utique mitigationem pœnæ & hic locum sibi vendicare. *Conf. Czov. P. 2. q. 56. n. 87. & 89. ubi varia præjudicia.* 95

Ad RAPTUS crimen quod stupro violento gravius dicitur, *Deciano Tr. Crim. L. 8. c. 11. n. 8. Wes. in Parat. ff. Ad L. Jul. de Adult. n. 22. Finckelt. O. 114. n. 7. pag.* 874. *Stryk. ad I. E. Brum. L. 2. c. 18. §. 27. p.* 721. misso vero & quasi adulterio, jam prolabimur, visuri, an & hic quoque casus mitigandi pœnam ordinariam *favore matrimonii contrahendi* occurrat. Notamus autem hic in antecessum, pœnam raptus capitalem esse, tam quoad ipsum raptorem, quam eos, qui opem huic flagitio dederunt. *L. Un. C. de Rapt. Virgin. ibique Br. & Peretz §. 8. J. de Publ. jud. ibique Stryk. & Hopp. Czov. P. 1. q. 40. n. 27. ibique all. Dd. jung. CCC. A. 118. ibique Clasen. & Jus Lubecense L. 4. T. 7. A. 2. ibique Mevius.* Unde, si quis illicitis amoris aut libidinis stimulis nimium indulgens ad impia hæc violentiæ consilia prorumpat, & raptam carnaliter cognoscat, dictam capitis incurrit pœnam. *Covarruv. in repetit. Clem. si furios. fol.* 278. *n.* 8. *Menoch. de A. I. Q. Cas. 291. n. 20. p. mihi 410. & Cas. 360. n. 32. p. m. 486. Czov. d. l. n. 27. in fin. Brunnem. in Ex. Just. 32. §. 8.* Quæ pœna, num raptori remittenda, inque mitiorem commutanda sit, *favore matrimonii contrahendi*, si rapta sc. raptori nubere velit, non usque quaque expeditum est? Certe de Jure Civili id negatur, per disertum textum *L. Un. C. de Rapt. Virg. verbis: Nec sit facultas raptæ virgini vel viduæ vel cuilibet mulieri raptorem suum maritum exposcere, sed cui parentes voluerint, (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio, quoniam nullo modo nulloque tempore datur á nostra Serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra Rep student matrimonia sibi conjungere.* Qua cum dispositione Juris Civilis etiam congruit *Statutum Provinc. Ducatus Wolfferbytani* verb. Da es sich auch begeben würde/ daß eine Jungfrau oder Frau von jemand mit List/ Trug/ oder Hinterführung persvasionibus & inductionibus ohne/ oder mit Gewalt per raptum heimlicher Weise weggeführet/ und

96 97 98 99 100

und solches von unsern Ehe-Richtern und Räthen beygebracht würde/ alsdenn soll nicht allein zwischen solchen Persohnen keine Ehe erkennet/ sondern auch der / so gehörter massen raptumbegangen / in gemeiner Rechte und unsere ernstliche Straffe gefallen seyn; Et Edictum pœnale Hamburgense d. 21. Sept. 1676. verbis: Dafern iemand ꝛc. entführet / selbe ihm heim-oder öffentlich für oder nach der Verkoppelung oder Entführung in oder ausser der Stadt / vor ordentlichen oder frembden Predigern sich trauen lassen würde / daß solche Handlung / ob gleich die Parteyen sich eydlich verknüpffet / als an sich nichtig / Krafftlos und von keinen Würden / auff Summarisches Anruffen/ so fort dafür erkläret / und für keine Ehe geachtet / noch gehalten / sondern als zu recht/ und dieser Verordnung nach ungültig/ und unbündig cassiret/ und das Gelübde vernichtet werden soll. Et paulo pöst. Der Entführer keiner Bürgen zugelassen haben / sondern zur Hafft gebracht / ordentlich vorgeführet / und NB. ohne Gnade am Leben gestraffet werden. jung.
102 *Hamb.* St. R. *P. 4. T. 26.* Cum vero de Jure Canonico *per c. 9. C. 36. q. 2. & c. 6. & 7. X. de raptorib.* matrimonium inter raptorem & raptam subsistat, raptæ consensu raptum præcedente vel subsequente, *dd. textib. Paul de Castro in L. Raptores C. de Episc. & Cler. Sanchez de matrim. L. 7. D. 12. n. 28. Molina. de J. & J. Disp. 105. n. 9.*
103 *Rittersh. de Diff. J. C. & C. L. 1. c. 21. & L. 6. c. 5.* §. *Quibus adde.* usus que fori tam in Saxonia, quam extra illam in toto Imperio, nisi ubi localibus statutis aliud cautum, Juris Canonici sequatur dispositionem, *Exc. Stryk. ad Brunn. Jus Eccl. T. 2. c. 18.* §. *27. & 37. Hopp. in U. M. ad* §. *8. J. de J. Beust. de sponsal. c. 39. Czov. P. 4. C. 30. D. 7. n. 9. & p. 2. qv. 75. n. 68. Farinac. in Pr. Crim. P. 5. q. 145. n. 29. Philip. in U. Pr.*
104 *Inst L. 4. Eccl. 90. n. 13. & Finckelt. obs. 216.* in Praxi nulli dubitamus asserere, hanc gladii pœnam *in favorem matrimonii contrahendi* raptori remitti, inque extraordinariam relegationis converti posse. *Magnif. D. Schilter. Ex. 49.* §. *105. ubi præjudic. Mev. ad Jus Lub. L. 4. tit. 7. A. 2. n. 3 Finkelt. obs. 114. n. 18. Struv Jurisp. For. L. 3. T. 78* §. *26. Wissenb. v 2. Disp. 35. th. 6. Illustr. Stryk. ad Br. J. E. L. 2. c. 18. verb. Raptori matrimonium Generos. Dn. à Rhetz. in Med. Acad. D. 5. th. 23. in fin. Exc. Dn. Hopp. in U. M. ad* §. *8. J. de Publ. jud & Magnif. Dn. Præses in notat. ad Lauterbach. Tit. de R. N. verb. Hoc etiam mutatum.*
105 Singulare vero plane est quod Jure Lubecensi hoc casu distinguatur:

tur: An rapta excesserit annum ætatis decimum sextum, an vero hanc nondum assecuta sit ætatem, ita, ut priori casu *favore matrimonii contrahendi* ordinaria gladii pœna in extraordinariam commutetur, in posteriori vero casu, non obstante, quod rapta eundem sibi copulari postulet, raptor ad capitale supplicium rapiatur. *Vid.* Lüb. Stadt-Recht: *L. 4. T. 7. art. 2. verb.* Nimbt dann der Entführer sie zur Ehe / ist sie 16. Jahr alt / und darüber / so können sie nicht an Leib und Leben gestraffet werden / ist sie aber unter 16. Jahren / so soll der Thäter mit dem Schwerdt gerichtet werden. *inibique Mevius n. 4.*

Quid si vero rapta raptiori nubere nolente, alia in maritum 106
petat raptorem, anne & hoc casu ordinaria gladii pœna in extraordinariam *favore matrimonii contrahendi* commutanda? Non putamus, quia gladii pœna in *honorem matrimonii contrahendi* non tam 107
facile mutatur in leviorem. *Czov. P. 3. q. 149. n. 59.* (2) Quia ne in leviori quidem stupri violenti crimine ordinaria mitigatur pœ- 108
na, alia quam vi stuprata violento stupratori nubere volente. *Mev. ad Jus Lüb. L. 4. T. 7. A. 1. n. 17. in fin.* & (3) Quia alias sub *velamento matrimonii contrahendi* facile capitis evitari pœna posset & in aliis capitalibus delictis.

Raptui affine est STUPRUM VIOLENTUM cum â raptu 109
ad stuprum violentum, ceu minus grave delictum negative argumentari liceat, docentibus *Berlich. P. 5. Concl. 41. n. 13. Carpz. P. 2. q. 75. n. 68. & Stryk. in not. ad J. E. Brunn. L. 2. cap. 18. §. 17. p. mihi 721.*

Hujus vero violenti stupri pœna Jure Civili per *L. 1. §. Qui* 110
puero, ff. de Extraord. crimin. L. Mariti. 29. §. ult. ff. Ad L. Jul. de Adult. & hodie ubique fere est gladius. *Const. Crim. Caroli V. A. 119.* verb. So jemand einer unverleumbten Ehefrau / Witben / oder Jungfrau mit Gewalt / oder wieder ihren Willen / ihre Jungfräulich / oder Fräuliche Ehre nehme / derselbe Ubelthäter hat das Leben verwircket / und soll einem Räuber gleich vom Leben zum Tode gebracht werden: *Berlich. P. 5. Concl. 41. n. 20. Joh. à Sande L. 5. Fris. Dec. Def. 1. Peretz. in C. ad L. Jul. de adult. n. 48.* Cui convenit Jus Divinum, *Deut. 23. vs. 25.* 112
Jus Lubecense *L. 4. Tit. 7. art. 1. inibique Mev.* Culmense. *P. 2. L. 5. Tit. 10. c. ult.* nec non Saxonicum *L. 3. art. 40. vid. Jus Provinc. &* 113

Constit.

114 *Constit. Elect. 30. P. 4. inibique Czov. Def. 3.* Ubi id tamen singulare
est, quod quoad paritatem supplicii, violentum stuprum etiam
in meretricem committatur, Landr. *L. 3. n. 46. & Const. Elect. 31. P.*
4. juncta Ord. Eccl. Rubr. von Straffe der Unzucht. *Czov. P. 2. q. 75. n.*
115 *6. Richt. Dec. 88. n. 84. & Finckelt. O. 144. n. 13.* Quodque omne
animal, quod tempore violentiæ adfuit, simul occidatur, insu-
perque ædificia prædiorum, in quibus mulieres vel virgines vio-
116 lenter compressæ, ad terram prosternantur. Landr. *L. 3 A. 1.* Quod
ultimum tamen hodie in desuetudinem abiisse cum *Colero P. 1. D.*
117 *176. n. 102. Berlich. P. 5. Concl. 41. n. 28.* notat *Philipp. in U. Pr. J. L. 4.*
Eccl. 84. n. 21. Hanc vero gladii pœnam in *favorem matrimonii con-*
trahendi, vi compressa stupratori soluto nubere volente, mitigari
in relegationis pœnam, stuprata stupratorem in exilium secutura,
unanimi Ddrum calculo comprobatur. *Farinac. Op. Cr. L. 5. q. 145.*
3. raptus. n. 97. Czov. P. 2. q. 75. n. 65. & P. 4. C. 30. D. 7. Finkelt. obs.
118 *114. n.* 17. *Menoch. De A. J. Q. Cas. 2. q. 1. n.* 27. *Brunn. in J. E. L. 2.*
c. 18. §. 27. *ibique Exc. Stryk. & præjudicia.* Neque sine ratione.
(1) Enim *n. 9. hujus capitis* vidimus, pœnam gladii in raptu mitiga-
119 ri in relegationem, si rapta raptorem petat maritum, cum vero
eadem raptæ & vi stupratæ sit ratio. *Lessius de J. & J. L. 4. c. 3. Dub.*
9. n. 66. vs. si non abducatur. Stryk. in not. ad Brunn. J. E. Lib. 2. c. 18.
120 *§.* 27. *p.* 721. procedente argumento à raptu ad stuprum violentum,
vid. *Stryk. d. l. Czov. P.* 4. *C. 30. D.* 7. *n.* 7. *Berlich. P. 5. Concl.* 41. *n.* 13.
121 utique & in stupro violento idem juris erit. (2) Favendum utique
est personæ per vim stupratæ, quo per matrimonium subsequens
eo magis compensetur injuria ipsi illata *Illustr. Stryk. in not. ad Brunn.*
jus Eccl. d. l. quæ ceteroquin difficulter repertura est maritum, sic-
que stupratore ad supplicium rapto, duplex incursura incommo-
122 dum, sc. (a) quod per vim stuprum passa & (b) spe futuri matri-
123 monii orbata sit. (3) Accedit, quod ceteroquin ipsi absque cul-
pa stupratæ, omnis adimeretur via ignominiæ purgandæ, quod
ab omni humanitatis lege alienum videtur, cui sat afflictionis ad-
huc est, quod violento stupratori sociata, per copulam matrimo-
nialem in perpetuum ipsocum ire exilium teneatur. *Czov. & Finkelt.*
supra all. loc. jung. Br. in J. E. L. 2. c. 17. §. 17. *& in Proc. Inquisit. c.*
124 *9. n. 65.* ubi laudat sententiam Caroli Burgundiæ Ducis, Comitem

qui

qui puellæ rusticæ vim intulerat, post consummatum cum rusticana matrimonium, ipsamque ex asse heredem scriptam, misso spiculatore truncari jubentis, quo & sibi, ac læsæ simul fieret satis.

Quod autem diximus, *favore matrimonii contrahendi* stupratori violento gladii remitti pœnam, hoc aliter accipi nolumus, quam si vim passa ipsi nubere velit, illa enim nolente, vel stupratore legitimam uxorem habente, utut stuprator se vel centies ad illam ducendam offerat, gladii tamen pœnam evitabit minime. *Mev. ad J. Lub. L. 4. tit. 7. A. 1. n. 7. Czov. P. 4. C. 31. D. 8. per tot. ubi & præjudicium.* Cessat enim favor matrimonii, si hoc stuprata recuset, ad quod invita compelli nequit. Illud singulare est, quod jure Lubecensi stuprator invitus stupratam ducere uxorem cogatur. Lübsch. St. R. *L. 4. T. 7. A. 1. & Mev. ibidem. n. 16.* 125 126 127

An non autem hanc ordinariam gladii pœnam evitabit violentus stuprator, si per vim compressa ipsi nubere nolente, alia eundem in matrimonium puella petat? Et respondemus Neg. (1) Quia pœnæ ordinariæ remissio in favorem vi stupratæ potissimum introducta est, quo afflictionis habeat solamen, quæ ratio, cum cesset in alia puella, cessabit & merito dispositio. *Vid. Mev. ad Jus Lubec. d. l. n. 17. & all. ab ipso Virgil. Pingizer. qu. 8. n. 6. seqq.* (2) quia in delictis capitalibus ægre ordinaria pœna favore matrimonii contrahendi mitigatur & (3) quod hac via impunitum facile futurum sit stuprum violentum, non defutura forsan, quæ bonam nubendi occasionem ambabus amplexura sit, præprimis si violentus stuprator facultatibus sit instructus. *vid. Generos. Dn. Rhetz. in Med. Acad. Diss. 31. th. 9.* 128 129 130 131

Stuprum Violentum jam ordine excipit *Stuprum Voluntarium s. Non Violentum*, cujus pœna, quod Remp. concernit, regulariter in Saxonia incarceratio est, ne quidem ex arbitrio judicis in mulctam convertenda, Vid. *Const. Elect. de 30. Sept. 1609.* quæ repetita est *1612. & 1624. Vid. Czov. in Jpr. Eccl. L. 3. Def. 74. n. 11.* Extra Saxoniam vero vel incarceratio vel pecuniaria. *Brunn. in Proc. Inquisit. c. 9. §. 5. §. 50. Farinac. in Pr. Cr. P. 4. T. 16. q. 147. n. 99. Mev. ad Jus Lub. L. 4. Tit. 5. A. 1. n. 28. Hopp. ad §. 4. J. de P. J. in Us. Pr.* Hæc tamen pœna mitigatur, si stuprator à se compressam ducat uxorem 132 133 134

in honorem matrimonii contrahendi, ita, ut in Saxonia carcer ad pauciores dies puta 5. vel 6. restringatur *Mev. d. l. n. 31. & Carpz. d. l. Def. 76. n.* 17. alibi vero levior præstetur mulcta. Cum vero ali-
135 quando incarceratio in fustigationem convertatur. v. gr. Si vilis conditionis homuncio Nobili puellæ stuprum inferat, *Vid. Philipp. in ll. Pr. J. L. 4. Ecl. 84. n. 18. ibique plena manu addicti Dd.* non du-
136 bitandum est, hanc tamen etiam pœnam in *favorem subsecuturi matrimonii*, si quidem Nobilis rustico nubere velit, mitigari & in carceris pœnam converti posse: Sed & idem hoc casu obtinere do-
137 cet *Moller. ad Const. Elect.* 27. *P. 4.* si rusticus stupratam ducere paratus sit, hac licet vel ipsi nubere nolente, vel metu Parentum
138 refragante. Par ratio est in *Pœnitentia Ecclesiastica* vulgo der Kirchen-Buß/ quæ etiam in *favorem matrimonii contrahendi* remittitur, inque mulctam convertitur, si stuprator stupratam ducere velit:
139 matrimonium enim metu publicæ deprecationis impediatur, sed illa remissa, quantocius consummetur, æquitatis ac humanitatis regu-
140 lis apprime convenire videtur, pœnitentiam Ecclesiasticam hic remittere, præprimis si vita illorum ceteroquin bene anteacta talem remissionem suaserit. *Vid. Czov. in Jurispr. Eccl. L. 3. Def. 88. n. 5. seqq. ubi n. 16. præjudicia.*

141 Multo magis vero hæc *publicæ deprecationis* remissio locum habebit *in personis Desponsatis*, si hæ ante copulam Sacerdotalem con-
142 cubitum anticipaverint: Ut ut enim illorum sententiæ neutiquam accedere possimus, qui desponsatos ab omni plane pœna absolvunt, eo quod in Dei oculis vi mutuæ sponsionis, indeque descendentis validæ obligationis, veri jam tum conjuges videantur,
143 *Vid. Exc. Müller. in Diss. de Pœnit. Ecclesiast. c. 4. n. 79.* qui potius non levem inter desponsatos & Conjuges agnoscimus differentiam, neminemque diffessurum esse adopinamur, anticipationem concubitus, vulgo das Vorspiel/ Ordinationibus Ecclesiasticis, quæ omnia
144 ordine & decenter in Ecclesia fieri desiderant, bonisque moribus ac ipsius honestatis contrariari regulis, certissimumque incontinentiæ ac inordinatæ libidinis dare argumentum, atque inde juste metu pœnitentiæ Ecclesiasticæ arceri desponsatos à festinato con-
145 cubitu; attamen, quia subsequens matrimonium omnia vitia præcedanea purgat, *c. Tanta X. qui fil. sunt. legit. efficitque*, ut fictione

JCto-

JCtorum retro nuptiæ jam ante copulæ carnalis acceſſionem videantur eſſe conſummatæ, omnisque culpa cenſeatur ſublata, *favori* id datur *matrimonii contrahendi*, ut remiſſa pœnitentia Eccle- 146
ſiaſtica, levior pœna pecuniaria dictitetur. *Exc. Dn. Müller. in Diſſ. de Pœn. Eccl. c.* 4. *n.* 76. *& in Diſſ. de Hierologia. Sect. 5. th.* 4. *Illuſtr. Dn. Stryk. Vol. 1. Diſp. De Jure Sponſi & Sponſæ c. 6. Czov. in Jpr. Eccl. L. 3. Defin.* 88. *n. 26. ſeqq. Hopp. in U. M. ad pr. J. de Nupt.* præprimis
ſi anteacta vita aliud non poſtulaverit. *Müller. d. Diſſ. de Pœn. Eccl.* 147
c. 4. *n.* 79. *Hopp. d. l. jung. Cypr. de Sponſ. c. 5.* §. *10. n. 2. & c. 13.* §. 54.
n. 1. & 2. ubi adjicit: Sponſam tamen h. c. in pudicitiæ deperditæ 148
ſignum velatam ac vittatam incedere debere, eo, quod clam pudicitiam ſuam ſponſo prodiderit.

Hæc ita ſeſe habent, ſi ipſe *Sponſus* poſt *contracta Sponſalia* 149
concubitum anticipaverit: At vero quid juris, ſi *ante Sponſalia* ſponſa *ab alio* compreſſa, ac virginitatis flore privata, celata hac corruptione, Titio ſpem matrimonii fecerit? Et quanquam, ſi velit
Titius, eam propitio repudiare jure poſſit, *arg. c. 1. Matth. vſ. 19.* 150
Nov. Leon. 93. *Vid. Stryk. & Hopp. ad pr. de Nupt. Ziegl. ad Lancell. L. 2. Tit. 12.* §. *1. Menzer. de Conjug. p. 90. Ungeb. Ex. 1. q.* 8. jung. *Ord. Eccl. Megap. Tit.* Wann einer eine vor Jungfrau nehme / ſo vorhin
von einem andern geſchwängert / ceſſanteque licet Veteris teſtamen- 151
ti pœna, qua de *Vid. Deut. 22. vſ. 20. & 21.* ſtupratæ, tam ob commiſſam fornicationem, quam concurrens falſi crimen, dum publice ſe pro virgine geſſit, ſuamque doloſe ſponſo conditionem
celavit, & adulterinam ſubjicere prolem conata fuit falſa ac emen- 152
tita hæc puella, Pœnitentiæ Eccleſiaſticæ pœna, ipſis vero Parentibus ſcienter ipſam elocantibus carcer vel mulcta jure imponi poſſit, *Cypræus de Sponſal. c. 13.* §. 45. *&* 46. *Gerhard. de Conjug.* §. *112.*
Müller. in Diſſ. de Muliere prægnante. c. 5. n. 16. Si tamen Sponſus 153
Sponſæ injuriam ſibi illatam, tentata feliciter à Conſiſtorio reconciliatione, remittere, eidemque cohabitare velit, *favore* quoque *contrahendi matrimonii* Eccleſiaſticorum judiciorum frequenti obtinuit uſu, totam hanc pœnam in longe mitiorem converti, *Cypr.*
d. l. præſertim, ſi ſponſa à celebratis ſponſalibus ſe modeſte ges- 154
ſerit, culpamque commiſſam decenter fuerit deprecata.

Sed quid ſi ſponſus duabus ſponſis fidem de matrimonio dede- 155

rit, posteriorem vero carnaliter cognoverit, anne, etiam hoc casu pœna fustigationis vel relegationis in vilioris conditionis, con-
156 fiscationisque in honestis personis Jure Civili, §. 4. *J. de publ. Jud. L. 28. C. Ad L. Jul. de Adult. Berlich. P. 4. Concl. 28. n. 56. Czov. P. 2. qu. 66. n. 23. & P. 2. q. 67. n. 25. seqq.* & in Electoratu Saxoniæ nummellarum inclusionis, una cum perpetua relegatione dictitanda, *Exc. Stryk. in Diss. de Jure Sponsi ac sponsæ. c. 6. n. 28. Czov. d. loc. per ordin. Eccl. Electoral. Tit.* von Ehesachen. *Rubr.* von Ehegelöbniß. *jung. Joach. â Beust. de sponsal. c. 10. §. Secundo sponsalia*, ad intercessionem
157 primæ sponsæ innocentis, ipsum recipere volentis, mitiganda est? Et verius est, *Sponsum* hoc casu *favore matrimonii contrahendi* ab ordinaria pœna liberari, illamque in pœnam carceris vel aliam arbitrariam, cum jactura tamen famæ converti. *Vid. Ord. Eccl. Elect. Tit.* Von Ehesachen. verbis: Und auff den Fall soll das verbrechende Theil ꝛc. anrüchtig seyn und mit Gefängniß oder sonst willkührlich gestraffet werden. *Stryk. in d. Diss. de Jure Sponsi & Sponsæ c. 4. n. 3. Berlich. P. 4. Concl. 28. n. 25. Moller. ad Const. Sax. 20. P. 4. n. 12. in fin.*
158 Neque miraberis famæ tamen deliquium hoc casu sponsum pati, posteriorem sponsam conprimentem. Enimvero, cum Serenissimus Elector Saxonicus sponso in venereos amplexus post celebrata sponsalia alterius fœminæ ruenti, pœnam fustigationis ob violatam sponsaliorum fidem imponat, *Czov. P. 2. q. 56. n. 37. Cypr.*
159 *de Sponsal. c. 10. §. 20. n. 2.* hocque nostro casu concubitus cum secunda sponsa in gravius utique delictum incidat, cum contra leges hic bina contrahens sponsalia, gravius fidem sponsaliorum adhuc violare videatur, *arg. Art. 121. CCC. Beust. de sponsal. P. c. 15. verb. sed propter adulterium eam, quæ non ignoravit prima sponsalia cum*
160 *illo pœna Adulterii plectendum esse*, & inde gravius etiam coerceri potuisset, de fama dispensasse non creditur Elector, licet *in honorem matrimonii contrahendi* de severitate pœnæ aliquid remiserit, *vid. supr. all. ord. Ecclesiast. verb.* anrüchtig seyn.

161 Illud vero non minus adhuc singulare est, quod illo casu, quo prior sponsa sponsum adhuc in matrimonium petit, ut ut secundam carnaliter cognoscendo sponsam fidem sponsaliorum tam graviter violaverit, mitigatio pœnæ *in favorem futuri matrimonii* facta, etiam secundæ sponsæ prosit, pœna publicæ numellæ & perpetuæ

petuæ relegationis in carcerem vel aliam arbitrariam cum famæ jactura convertenda. *Ord. Eccl. Elect. 1. Tit.* von Ehesachen Rubr. von Ehegelöbniß. verbis: So wohl auch die andere verlobte Persohn. 162
Modo tamen haud ignara priorum sponsaliorum sui copiam sponso fecerit. *Czov. P. 2. q. 97. n. 46. Stryk. proxime all. loc. n. 30.* Cujus 163
non alia potest dari ratio, quam quod aliquo modo ignoscendum videatur ei, quæ spe futuri matrimonii deliquit. *Czov. d. l. n. 50. ubi & præjudicia.* Nec aliter se res habet, licet prior sponsa spon- 164
sum recipere nolit: remittitur enim & mitigatur tamen ordinaria publicæ numellæ & perpetuæ relegationis pœna in diuturniorem mutanda carcerem, *si modo secunda sponsa* priorum sponsaliorum ignara cum sponso matrimonium per hierologiam consummare velit. *Rosa in addit. ad Müller. Const. Sax. 20. P. 4. n. 12. Berlich. P. 4. Concl. 28. n. 59. Czov. P. 2. q. 67. n 55. Stryk. d. Diss. c. 6. n. 32.* Suadet 165
siquidem partim favor matrimonii cum sponsa ultima ineundi, partim etiam ipsius sponsæ, quæ ignara priorum sponsaliorum fidem matrimonii dedit, & illius spe, corporis usuram sponso concessit, ordinariam hic non minus mitigari pœnam, quam ubi ad intercessionem prioris sponsæ illa mitigabatur, cum non minus huic innocenti, quæ priorum sponsaliorum expers spe matrimonii deliquisse creditur, injuria illata sit, quam priori. *vid. Czov. d. l. ubi & præjudicia.*

Quid, si vero impostoris malitia eo processerit, ut *utramque* 166
impregnaverit Sponsam? Et quanquam ob delicti qualitatem, cui 167
ob copulæ carnalis reiterationem aggravans quædam accessit circumstantia, severiori pœna sponsus dignus sit, *Vid. Excell. Dn.* 168
Casp. Matth. Mülleri, Disp. de actu iterato passim & Czov. P. 2. q. 67. n. 37. si tamen prior sponsa ipsi hanc culpam condonare & sponsalia consummare velit, *in favorem matrimonii contrahendi* â numellis liberatus tantum relegabitur, sponsa ipsum in exilium secutura. *Vid. Joach. Beust. de sponsal. c. 15. vers. verum enim vero p. mihi 25. & Cypr. De sponsal. c. 10. §. 20. n. 2. p. mihi 367.* quæ posteriori omnino præ- 169
ferenda, eo quod ipsi per consensum sponsalitium ipso concubitu consummatum fortius jus quæsitum sit, quam sponsæ posteriori ex secundis & illegitimis sponsalibus copula licet carnali consummatis.

170 Cum vero sæpius post contracta sponsalia sponsus, nulla honesta impulsus causa, ex levitate vel ex temeraria quadam malitia, nonnunquam etiam difficultate pressus alimentorum futuræ Uxori præstandorum, sponsam suam deserat, non abs re erit, in pœnam malitiosi desertoris, antequam ad ultimum carnis delictum properemus, inquirere, dispicereque, num & hæc *favore matri-*
171 *monii contrahendi* mitigetur? Et sicuti indubium est, desertam sponsam legitime instituto processu desertorio, â sponso per sententiam liberari posse, sicuti pronunciatum est Mense Sept. a. c.
172 in Consist. Megapolensi, ita non dubitamus, relegationis adminimum pœnam in desertorem statui posse, si ejus dein copia haberi possit. *arg. Ord. Eccl. Sax. sub Tit.* von Ehegatten so einander böß-
173 lich verlassen / ubi conjugi malitiose thori sociam deserenti fustiga-
174 tionis pœna dictitatur, cum perpetua relegatione. Cum enim desertio malitiosa Divinam pariter ac Humanam eludat ordinationem, spemque matrimonii datam turpiter fallat, impium foret
175 hanc impietatem ac malitiam impunitam relinquere. Mitigari tamen hanc relegationis, inque carcerem mitiorem vel pecuniariam mutari pœnam posse *favore matrimonii consummandi* statuimus, si sponsa deserta, remissa sponso culpa, ipso cum matrimonium consummare cupiat, cum & deserta Conjuge marito culpam remit-
176 tente, pœnæ fustigationis obtineat mitigatio. *vid. Ord. Eccl. d. verb.* Es wäre dann / *Beüst. de sponsalibus P. 1. c. 61. verb. hic secundum est. p. m. 84.*

177 Sequitur jam *Fornicationis* crimen, ipso voluntario stupro gravius, à fornicibus s. locis obscuris, in quibus olim meretrices corpora sua vulgabant, ita dictum. *Vid. Ursin. Diss. De Quæst.*
178 *Meretric. c. 1. n. 19. usque ad 24.* Quod committitur cum illis, quæ non tantum secundum glossam *c. Viduæ Dist. 34.* plures quam 23000, viros admiserunt, sed quæ turpis acquæstus causa passim & sine
179 delectu pluribus pudorem vulgant. *L. 43. pr. §. 2. ff. de R. N.* Sicuti autem pietatis ac honestatis adversatur Legibus, brutorum
180 adinstar commisceri, ejusque farinæ homines recte ex vicinia expelli possunt, ne bonis scandalo sint, ac corruptioni *arg. Nov. 14.*
181 *§. 1. Vid. Diss. Exc. D. Gerdes. de jur. Vicinorum Concl. 10. §. 7.* ita jure Lubecensi relegandæ, & redeuntes ad locum, ex quo exesse

jussæ

jussæ sunt, publice ad palum infamem fustigandæ & sub mortis pœna bannisandæ sunt Lübsch. St. R. *P. 4. T. 5. A. 5.* illo, qui rem 182
cum meretrice habuit, extraordinariam quoque pœnam incursuro. *Czov. Pr. Cr. P. 2. q. 70. n. 43.* gravioremque coercitionem adhuc 183
merituro, si cum deformi vetula concubuerit; *Glossa ad c. 4. q. 6. Berlich. P. 5. Concl. 39. n. 16.* Remitti tamen etiam hanc pœnam & 184
minui *favore matrimonii contrahendi*, si quis opus misericordiæ exercere & à turpi vita retracturus meretricem, eandem sibi matrimonii vinculo copulari cupiat, docet pluribus. *Exc. Mev. ad J. Lub. d. l.*

An autem hæc pœnæ mitigatio in aliis quoque delictis capi- 185
talibus v. gr. furto, locum sibi vendicet, ut in honorem matrimonii ad petitionem puellæ furi nupturæ, laquei pœna condemnato sit remittenda, apud omnes æque expeditum non est: Præter- 186
quam enim, quod apud Hispanos, teste *Chassenæo in Consuetud. Burgund. §. 2. Besold. L. 2. Pol. c. 2. §. 3. n. 19. Busio. ad L. 26. §. fin. n. 3. ff. Ex quib. caus. major.* id usu obtinuerit, idemque & de Galliæ moribus testetur. *Chassenæus 1. Tr. Rubr. 1. §. 6. verb. nisi habeat abolitionem n. 98.* nec desint JCti, qui *contrahendi matrimonii favorem* eo etiam extendunt, quos magno numero allegatos videsis ap. *Czov.* 189
P. 2. c. 88. n. 23. & P. 2. q. 149. n. 49. veriorem tamen illorum arbitramur esse sententiam, qui ultra casus recensitos in capitalibus delictis favore matrimonii contrahendi mitigationem pœnæ mortis non admittunt. (1) Quia contraria admissa sententia, via aper- 190
ta panderetur ad omnis generis delicta illis, qui spe impunitatis ac matrimonii cum puella se ipsam postea offerente, vel à criminis socio oblata contrahendi, provocati deliquerunt, non sine maximo Reipl. detrimento, cujus interest, delicta non manere impunita, *L. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. L. 95. §. 1. ff. de solut.* sed impiis ac malis hominibus purgari provinciam, ut in quiete permaneat. 191
L. 13 ff. de Off. Præs. L. 2. C. qu. lic. unic. in Jud. se vind. jung. L. 14. C. de pœn. c. 33. in f. C. 23. qu. 4. (2) Quia vigor disciplinæ publicæ, 192
qui solvi pœnas vult ob maleficia, *L. 70. §. ult. ff. de Fidej. L. 9. §. 5. ff. de Public. & vectig. L. 3. C. de Episc. Aud.* non permittit, sub velamento matrimonii pœnam criminis intermitti, *arg. L. 27. C. ad L. J. de Adult. ibique Brunn.* cum potius, teste Seneca, pinguior victima

DEO 193

DEO mactari nequeat, quam homo ſceleratus, ſecundum diſtichon, quod refert *Zieriz. in Epiſt. Dedic. notis ad C. C. C. præmiſſa:*

Pinguior ulla nequit mactari victima Summo,
Quam meritus fieri victima ſacra DEO.

194 *vid. C. Quali nos. 43. in fin. C. 23. qu. 5.* (3) Quia, ſi matrimonii favori promiſcue tantum daretur, ſequeretur, nullum maleficum uxoratum unquam ob capitale delictum capite plecti poſſe, cum contracti matrimonii non diſſolvendi minor favor eſſe non poſſit, quam contrahendi non impediendi: quod tamen oppido abſurdum: Hinc recte docet *Illuſtr. Dn. Rhet. in Medit. Acad. Diſſ. 31. Th. 9.*
195 Vulgi iſtam erroneam, omnique deſtitutam fundamento eſſe opinionem, quaſi ob crimen aliquod ad pœnam ultimi ſupplicii condemnatum expetere poſſit puella innocens in matrimonium & hac ratione â morte liberare. Cui calculum ſuum adjiciunt *Finckelth. obſ. 114. p. 847. n. 4. Gomez. Var. Reſol. Tom. 3. c. 13. n. 37. Coler. P. 2. Dec. 238. n. 3. Harpr. ad §. 9. J. de J. N. G. & C. n. 28. & Tit. de Obl. qu. ex del. §. 5. n. 92. ſeqq. inib. allegg. & Bocer. de Furt. c. 3. n. 31. & de Idiction. c. 5. n. 72.*

196 Nec aliud obtinere remur, etiamſi meretrix ſit, quæ ad ultimum ſupplicium condemnatum in maritum petit: Ut ut enim h. c. facilius mitigationem pœnæ favore matrimonii contrahendi locum inventuram eſſe autumet *Franciſc. Vivius Lib. 1. Comm. Opin. lit. C. verb. condemnatus ad mortem. Suarez in theſ. recept. ſent. lit. M. n. 135.*
197 *verb. meretricis matrimonium aliique.* eo, quod (1) meretricem ab erroris ſemita ad frugi vitam revocans, magnum charitatis opus, ad peccatorum remiſſionem ipſi profuturum facere videatur *c. inter*
198 *opera. X. de ſponſ. gloſſ. in c. 1. cauſ.* 33. *qu. 1.* Quodque (2) ipſi facinoroſo ipſa promerita pœna gravius aliquid accidat, per individuum meretricis ac levis iſtiusmodi perſonæ conſortium; *Suarez. in Annot. ad Reſ. Gomez. T. 3. c.* 13. *n.* 37. *Harpr. ad §. 9. de J. N. G.*
199 *& C. n.* 23. *& Czov. P. 2. qu. 88. n. 24. in fin.* Cum tamen in foro judiciali hac ratione promeritæ ſubtraheretur maleficus pœnæ citra legis permiſſionem cum maximo Reip. & partis offenſæ præjudicio, meretricis interceſſionem ipſi ad mitigationem pœnæ nil prodeſſe ſtatuimus. *vid. Pariſ. de Puteo in Tr. de Sindic. fol. 116. Petr. de Bernia in addit. ad Jac. Butr. in L. Raptores* 54. *C. de Epiſc. & Cler.*

Illud

Illud interim largiuntur omnes fere JCti: Principem h. c. ex- 200
tra homicidium, *Vid. Brunnem. ad L. 27. C. ad L. J. de Adult. in fin.* mortis pœnam condemnato remittere, aut in leviorem mitigare pœnam posse favore matrimonii contrahendi *arg. L. 9. §. 11. L. 27. & 31. ff. de Pœn. Vid. Illustr. Dn. Kulpis. in Dissert. Acad. de Jure circa cadavera punitor. cap. 4. §. 4. in fin. Brunnem. d. l. & in Exerc. Justin. 31. Tit. 28. §. 2. Virgil. Pingiz. qu. Sax. 8. n. 3. Czov. P. 2. qu. 88. n. 30. ubi præjudicium.*

Quo casu non incongrue quæritur: *An non fur à pœna laquei* 201
ad intercessionem puellæ vel meretricis liberatus à promissa fide conjugali postea resilire possit? Et quanquam id videatur affirmandum esse, eo, 202
quod metu mortis compulsus fidem de matrimonio dedisse videatur ad mortem condemnatus, qualis metus impedit matrimonium, illudque ipso jure nullum reddit *L. 22. ff. de R. N. L.* 14. *C. de Nupt. c. 2. X. de h. qu. vi. aut met. caus. c. 5. X. de R. J. c.* 14. *& 17. X. de spons. Czov. in Jpr. Eccl. L. 2. Def. 17. & Hopp. ad pr. J. de Nupt. P. 52.*
Verior tamen sententia est negativa (1) quia ille metus non est fu- 203
ri incussus *ad sponsalia extorquenda*, sed propter prævium delictum *Magnif. Stryk. ad Br. J. Eccl. L. 2. c. 16. §. 2. verb. licet minor sit metus in f.* (2) quia consensus damnati ex duobus malis, quod minus 204
est, eligentis, de natura inviti & spontanei non tantum participat, sed & vicinior videtur esse illi, quod sponte fit. *L. 21. §. 5. ff. qu. met. caus. conf. Diss. D. Balthas. de Nupt. c. 3. n. 26.*

Coronidis loco notamus: non remittendam capitis pœnam 205
esse fœminæ *Carnifici* nupturæ: ut ut enim dubitandi ratio inde de- 206
sumi posse videatur, quod ex vulgi opinione carnificis sordeat officium *Czov. P. 3. qu. 107. n. 58. Besold. in thes. Pract. vb.* Schergen. *Exc. Dn. Præses in Dissert. de Invito, nullo prævio facto obligatorio contractus vel delicti c. 2. n. 48. ib. all. Conrad. Dinner. & Walther.* sicque sa- 207
tis puniri videatur puella, talem in maritum acceptura, à cujus aliæ consortio abhorrent, quodque subveniendum sit carnifici, sui parem ob levis notæ maculam sibi adhærentem ægre inventuro. Quia tamen ex veriori sententia carnificis officium, utpote ad ju- 208
stitiam tuendam pertinens, nil infamiæ ac improbitatis habet, *Matth. Bernegger. in Decad. 1. qv. 11. ad Taciti Germaniam, & Magnif. Dn. Præses d. Diss. n. 49. c. 2.* insuperque sui similem carnifex facile invenire 209

poteſt, nullam advertimus juſtam & probabilem cauſam, quam propter Magiſtratui hic fas eſſet, ordinariam mortis pœnam mitigare.

110 An vero recte faciat fœmina mortis rea, ſi oblato â carnifice matrimonio vitam redimere abnuat? docet *Celeberr. D. Becmann in*
111 *Linea Mor. Doctr. c. 15. §. 3.* ad quem brevitatis ſtudio B. L. remitto, à quo ſimul veniam mihi polliceor, quod tempore excluſus & itineri inſtanti accinctus caſuum enumerationem, in quibus FAVORE MATRIMONII JAM CONTRACTI ordinaria mitigari pœna poteſt, quosque Capiti III. deſtinaveram, alii occaſioni ac ſpeciali Diſſertationi reſervare cogar: Quod, aliaque pro ingenii modulo hic dicta pro candore ſuo meliorem in partem interpretabitur.

SOLI DEO GLORIA.

DISPU-

DISPUTATIO JURIDICA

DE

MITIGATIONE POENARUM FAVORE MATRIMONII CONTRACTI

Von

Gelinder Bestraffung

zu

Ehren dem Heil. Ehestand.

QUAM

SUFFRAGANTE DIVINI NUMINIS GRATIA,

AC

INDULGENTE MAGNIFICO JCtorum ORDINE,

IN CELEBERRIMA VARNIACA

SUB PRAESIDIO

EXCELLENTISSIMI FAMIGERATISSIMIQUE JCti,

DN. IOHANNIS Klein/

J. U. D. ET PROF. PANDECTARUM PUBL. NEC NON

CONSISTORII MECKL. h. t. DIRECTORIS,

DN. MECENATIS, PRÆCEPTORIS, ac HOSPITIS SUI

SUMMO ANIMI CULTU ÆVITERNUM DEVENERANDI,

PUBLICÆ PLACIDÆQUE ERUDITORUM CENSURÆ

DIE XV. DECEMBRIS A. O. R. MDCXCVII.

IN AUDITORIO MAJORI

subjicit AUTHOR.

Hans Hinrich von Sallern.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J. C.

DISSERTATIO

Exhibens Casus,

In quibus favore matrimonii contracti ordinaria mitigari pœna potest.

SUMMARIA.

Ingressus. 1. *seqq.*
Sodomia est delictum carnis atrocissimum. 6. *seq.*
Ejus pœna est ignis vel gladius. 8
Nec favore matrimonii contracti mitigari potest. 9
Propter insignem ejus atrocitatem. 10.
Maritus Christianus Judæam carnaliter cognoscens an committat Sodomiam? 11
Affirmant nonnulli. 12
Rectius negatur. 13. *seqq.*
Mitigatio ergo pœnæ ob conjugis intercessionem hic locum habet. 16
Idem est, si solutus rem cum judæa habens, eam postea ducat. 17
Matrimonium Christiani cum Judæa contrahendum non permittitur. 18
Contractum toleratur. 19. *seq.*
Pœna stupri cum judæa commissi fustigatio est & relegatio, vel arbitraria. 21
Favore matrimonii supervenientis mutatur in pœnam carceris. 22
Incestus adulterio est gravior. 23
Pœna ejus variat, pro diversitate linearum & graduum. 24. *seqq.*
Matrimonium in linea Ascendenti & Descendenti inter Consanguineos omni jure est probibitum. 25
Prohibitionis rationes quænam? 26. *seqq.*
Pœna hujus Incestus indistincte est gladius. 31
Nec ad intercessionem conjugis mitigatur. 32. *seqq.*
Incestus in linea Ascendenti & Descendenti inter Affines commissus non est tantæ turpitudinis. 35
Pœna ejus est fustigatio cum perpetua relegatione. 36
Ad intercessionem conjugis in solam relegationem converti potest. 37
Probatur etiam Præjudicio. 38
Licet concurrat adulterium. 39
Incestus in Linea Collaterali, tam inter Consanguineos, quam Affines in primo gradu commissus, coërcetur fustigatione cum perpetua relegatione. 40

An

An matrimonium Fratrum & Sororum sit contra jus Gentium, an vero contra solum jus divinum positivum remissive. 41
Hæc pœna ad conjugis innocentis intercessionem in relegationem converti potest. 42. seqq.
Innocens ita relegatum maritum sequi tenetur. 45
An hæc mitigatio obtineat, si quis uxoris mortuæ sororem sibi copulaverit? 46
Subjungitur pro illustranda hac quæstione Responsum juris. 47
Adducuntur affirmantes. 48
Contraria sententia tutior videtur. 49
In Ducatu Megapolensi talis incestus est plane indispensabilis. 50
Quid si huic incestui adulterium accedat? 51
Frater Cœlebs Sororem Cajo nuptam incestans in Electoratu Saxoniæ una cum Sorore capite plectitur, extra Electoratum illi capitis, huic fustigationis pœna cum perpetua relegatione dictatur. 52
Utrobique hæc pœna ad conjugis innocentis simul abituræ intercessionem in relegationem mutari potest. 53
Ratio apponitur. 54. seqq.
Eadem mitigatio multo magis obtinet, si fratris adulteri uxor pro incestuoso marito intercedat. 57. seq.
Idem obtinet, si maritus viva uxore corpus suum cum ejus sorore misceat, illaq; pro marito intercedat. 59
Carpzovius statuit maritum in carcere privatim fustigandum esse. 60. seq.
Hæc puniendi ratio, præsertim extra Electoratum Saxoniæ est rigidior. 62. seq.
Rejicitur sententia Stephani statuentis in carcere fustigandum esse, qui cœlebs incestum & adulterium commisit, uxore postea ducta pro ipso intercedente. 64. seq.
Incestus in secundo gradu lineæ collateralis inæqualis inter Consanguineos fustigatione, inter Affines sola perpetua relegatione punitur. 66
An in hoc gradu favore matrimonii contracti pœna ordinaria remitti possit? 76. 77. seqq.
In gradibus jure divino expressis nihil interest, an duplici, an simplici vinculo quis sit conjunctus. 68
An matrimonium cum Sororis, vel prædefunctæ uxoris Sororis filia contractum sit dissolvendum, an vero superior dispensare possit? 69
Affirmantes adducuntur & præjudicium. 70. seqq.
Negantium sententia tutior videtur. 75
Hæc recepta est in Ducatu Megapolensi. 76
Pœna ordinaria ipsis incestuosis ob matrimonium in secundo gradu lineæ inæqualis cum incestuosa contractum non remittenda, sed si cum alia contrahatur, ob innocentis intercessionem mitigari potest. 77. sqq.
Incestus in tertio gradu lineæ inæqualis tam in Affinitate, quam Consanguinitate, præsertim inter personas, quibus parentelæ respectus debetur, committitur. 80

Ultra relegationem perpetuam non punitur. 81
Inter quos respectus parentelæ cessat, in Saxonia temporalem relegationem, extra illam pœnam pecuniariam incurrunt. 82
Mitigatur favore matrimonii cum alia contracti. 83
Non vero in ipsis incestuosis. 84
Superior hic dispensare potest. 85
Incest⁹ statutarius inter Consobrinos. 86
Pœna ejus moribus universæ Germaniæ pecuniaria, Saxoniæ vero etiam perpetua relegatio. 87
Mitigatur ob matrimonium cum alia postea contracti. 88
Inter ipsos consobrinos contractũ non rescinditur & quare. 89
Carolus V. in Ord. Crim. art. 121. ex Papicolarum forsan principiis statuit Polygamiam adulterio esse graviorem. 90
An Polygamia simultanea virilis sit contraria juri Naturi? remissive. 91
An juri divino remissive. 92
In Imp. Rom. punitur gladio. 93
An obtineat in locis, ubi adulteriũ ultra carcerem non punitur? 94
Iudæus hic non excipitur. 95
Nisi, secundum Brunnem. prima uxore ex libertate legis Mosaicæ repudiata, aliam ducat. 96
Pœna hac ob prius matrimonium non mitigatur. 97
Princeps ex justa causa eam remittere potest. 98
Qualis non est prioris conjugis improbitas. 99
Pœna gladii bene remitti potest Mahumetano cum pluribus uxoribus ad nostram religionem transituro. 100
Item Christiano à Turcis detento, qui nulla affulgente spe redemtionis superinduxit primæ uxori illam, cujus ope liberatus est. 101
Exempla referuntur. 102. seq.
Item, si una uxor mariti ustionibus ex seminis exuberantia ortis non sufficiat. 104
Exemplum allegatur. 105
Adulterium est delictum gravissimum. 106
Dividitur in Duplex & Simplex. 107
In Duplicato mas capite, fœmina fustigatione punitur. 108. seq.
Cur fœmina mitius puniatur? 110. seqq.
In Saxonia fœminæ adulteræ etiam capite puniuntur. 113
In simplici solutus decapitatur, maritata fustigatur. 114
Iure Saxon. maritata quoque ultimum supplicium sustinet. 115
Maritus solutã cognoscens fustigatur, soluta arbitrarie punitur. 116

In-

In Electoratu Saxoniæ vero maritus gladii, soluta relegationis pœnam incurrit. 117
Mitigatio pœnæ favore matrimonii obtinet etiam in duplicato adulterio. 118. 120
Superioris consensus extra Saxoniam hoc casu necessarius. 119
In Saxonia Electorali in adulterio duplicato conjugis remissio non habet locum. 121. *seqq.*
In simplici à conjugato cum soluta commissi ob intercessionem conjugis pœna ordinaria mitigatur. 124
Idem obtinet, si solutus conjugatam adulterio polluat. 125
An conjugis intercessio prosit solutæ personæ? 126
Affirmat Carpzovius. 127
Negativa verior. 128. *seq.*
Intercessio conjugum nihil operatur, si uterque adulterii reus. 130. *seq.*
Conjugis intercessio valet, etiamsi pœna jam semel remissa. 132. *seq.*
Remissio semel facta revocari nequit. 134
In arbitrio adulteri non est, remissionem acceptare aut spernere. 135. *seq.*
Quæ conditionaliter intercessit, si in loco commissi delicti manere possit, an relegandum invita sequi teneatur. 137
Ita judicatum. 138
Quasi adulterium committunt desponsatæ. 139
Desponsati jure conjugum utuntur. 140. *seq.*
Fallit in odiosis. 142
Pœna quasi adulterii est fustigatio. 143
Illis in casibus, quibus pœna adulterii veri est mors. 144
Sponsus vel juvenis solutus alterius sponsam corrumpens, una cum ipsa in Saxonia fustigatur. 145
Alibi sponsa tantum ad tempus relegatur, vel carcere punitur. 146
Contra sponsus ad fœminam solutam prolapsus in Saxonia fustigatur, fœmina temporalem sustinente relegationem. 147
Alibi sponsus ad tempus relegatur, soluta carcere constringitur. 148
An pœna quasi adulterii favore matrimonii mitigetur in sponsa ab alio vitiata? 149
Vir in virginitate sponsæ deceptus eam post consummatum matrimonium dimittere potest. 150
Si eam retineat & pro ea intercedat pœna mitigatur. 151
Divertendi potestas an fœminæ competat? 152
An fœminæ intercessio mitigationem pœnæ operetur. 153
Affirmantur. 154. *seq.*
Quid si quasi adulterium conjunctum cum vero adulterio. 156
Pœna eadem, quæ veri adulterii. 157
Mitigatio tamen pœnæ hic obtinet. 158
Raptus crimen stupro violento gravius. 159
Pœna ejus capitalis. 160
Quæ favore matrimonii contracti jure Civili non mitigatur. 161

Bene tamen jure Canonico & moribus. 162. *seq.*
Non obtinet, si alia, quam rapta, intercedat. 164. *seq.*
Stuprum violentum simplex stuprum & fornicationem turpitudine sua antecedit. 166
Pœna ejus omni jure est ultimum supplicium. 167
Mitigatur tamen favore matrimonii contracti. 168
Et quidem cum vi stuprata, non cum alia. 169
Si concurrat adulterium pœna ordinaria non remittitur. 170. *sq.*
Stuprum voluntarium quid. 172
Pœna ejus de jure Civili. 173
Iure divino & Canonico. 174
Hodierno jure stuprator vel pecunia vel carcere punitur, stupratamq; vel ducere vel dotare tenetur, alimentis præstitis infanti. 175
Quæ electio obtinet; si stuprator stupratæ matrimoniũ non promisit. 176
Si promisit stupratam ducere tenetur. 177. *seq.*
Si stuprata stupratori nubere nolit, dotem petere nequit. 179
Præjudicium. 180
Secus, si pater in nuptias consentire nolit. 181
Suprata dotem frustra petit, si juvenem seduxit. 182
Pœna stupri mitigatur favore matrimonii contracti. 183
An pœnitentia Ecclesiastica remittenda? 184
Plerique affirmant, nisi vita ante acta aliud suadeat. 185
Inprimis, si desponsati concubitum anticipaverint. 186
Fornicatio jure Civili est extra pœnam. 187
Hodie arbitrarie punitur. 188
Mitigatur pœna favore matrimonii contracti. 189
Pœna fustigationis malitiosæ desertioni statutis localibus imposita favore matrimonii contracti mitigatur. 190 *seqq.*
Concurrente etiam adulterio. 193

1 Diu, multumque mecum cogitanti, quamnam potissimum eligerem materiam, elaborandæ Disputationi aptam, quam speciminis qualiscunque Academici loco, in Almo hoc Roseto conscribere, jam dudum mihi proposui, in manus tandem incidit Disputatio aliqua, DE FAVORE MATRIMONII IN MITIGANDIS POENIS, sub præsidio EXCELLENTISSIMI AC CELEBERRIMI JCti DN. KLEINII, *Mæcenatis, Præceptoris, ac Patroni mei, ea, qua par est, observantia ætatem colendi, â Viro juvene Nobilissimo ac Politissimo, Domino* AUGUSTO MAGNO FECHTIO, MAGNI PARENTIS *æmulo Filio,*

lio, Paternarumque Virtutum ex asse Hærede, communi omnium Eruditorum applausu hic habita. Observavi autem in perlectione dictæ 2
Dissertationis, illam propter instans tum temporis iter *Nobilissimi Dn. Authoris* non omni ex parte absolutam fuisse, inibique istos tantummodo casus recenseri, in quibus FAVORE MATRIMONII DEMUM CONTRAHENDI ordinaria mitigari potest pœna, reservata illorum casuum enumeratione, ac dilucidatione, quorum pœnam, cæteroquin Legibus determinatam, FAVORE MATRIMONII JAM TUM CONTRACTI judex in mitiorem convertere valet, AD CAPUT
TERTIUM. Cui manum admovere temporis angustia ac instantis 3
illa tempestate itineris necessitas præfato Dn. Authori non permisit, *vid. Cap. 2. d. Dissert. n.* 211. Cum vero non minus expediat Reip. ob pœnæ rigorem *non facile dirimi* CONTRACTUM MATRIMONIUM, quam CONTRAHENDUM *non impediri*, vid. Carpz. *P. 3. C. 149. n. 48. & in Jurispr. Ecclesiast. L. 3. Def. 80. n. 11.* suasu *Excellentissimi Domini PRÆSIDIS* cœptam à *Nobilissimo Dn. Fechtio* telam pertexere statui, hac Dissertatione illos exhibiturus casus, in quibus pœnas ordinarias FAVORE MATRIMONII CONTRACTI, ad præviam innocentis Conjugis intercessionem, mitigandi Judici conceditur facultas.

Ne autem in illorum enumeratione tumultuarie processisse vi- 4
dear, eundem retinere ordinem in pertractando hoc practico, ac frequenti Juris articulo apud animum constitui meum, quem prælaudatus Dn. FECHTIUS in sua Disputatione sibi *juxta atrocitatem delictorum* elegit, initium facturus ab extremo illo, ac omnium detestabilissi-
mo carnis delicto, scil. à SODOMIA. Cujus crimen adeo nefarium 5
ac abominandum est, ut non proficiat scire, & ne verbis quidem ob
summam suam turpitudinem, & deformitatis atrocitatem pronuntiari 6
debeat. Vid. Damhouder. *Cap. 98. n. 1. fol 171. Prax. Criminal.* Carpzov.
p. 2. qu. 76. n. 23. fol. 109. Reliquæ enim libidinum species naturales 7
sunt, & à naturæ instinctu proficiscuntur, ac cum homine diversi sexus exercentur; at Sodomiticum peccatum, spretis naturæ Legibus, ipsam naturam turpiter violat, humanæ sobolis propagationem non modo non intendit, sed potius impedit ac destruit, omnemque specialitatem turbat, & fidei Christianæ maculam fere inextinguendam inurit, ex Christianis filios diffidentiæ, (quasi de ipsorum salute pœne diffidendum sit, *c. Clerici X. de Excess. prælat. Nov. 77. in pr. & Nov. 141.*) efficiens. Ne ergo de tam horrendo crimine plura cum tædio verba

Ppp facia-

8 faciamus, ſcire hoc in præſens ſufficiat, Divinas pariter ac Humanas Leges contra hoc graviſſimum delictum ſumma cum ſeveritate inſurgere, juraque armari gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ultimoque ſupplicio vel *ignis* vel *gladii* ſubdantur infames hujus criminis rei. *L. cum vir nubit 31. C. ad L. Jul. de Adult. CCC. art. 116. inibique Claſen. & Stephan. Cz. Pr. Crim. qu. 76. n. 16. & 25. Dn. Stryk. & Dn. Hopp. ad §. 4. J. de publ.*
9 *Judic. juncto Colero Dec. 187.* Quam juſtiſſimam ultimi ſupplicii pœnam, nefando huic delicto præſtitutam, nullo reſpectu humano, adeoque *nec Favore matrimonii contracti*, ad præviam Conjugis innocentis in-
10 terceſſionem poſſe mitigari, verius judico. Quandoquidem non unius tantum Reip. ſed totius generis humani, quin & ipſius Divini Numinis intereſſe videtur, atrociſſimum hocce delictum non manere impunitum, utpote & mortalibus maxime exoſum, & ipſi DEO deteſtabiliſſimum, *vid. Lev. 20. verſ. 13. & 15. Lev. 18. verſ. 20. Exod. 22. verſ. 19.*

11 An vero idem Juris ſit, Marito Chriſtiano ſe cum Judæa carnaliter commiſcente, ex præjudicialis quæſtionis: *Utrum talis commixtio in reatum Sodomiticum incidat?* deciſione dijudicatu haud erit difficile.
12 Equidem Jodocus Damhouderus *in prax. rer. Crim. Cap. 96. n. 28.* coitum hunc affinitatem quandam cum Sodomitico habere peccato aſſerere nullus dubitat; Cui accedit *Nicolaus Boër. Deciſ. 136. n. 5.* referens, Pariſiis combuſtum quendam Johannem Alardum fuiſſe, qui ex quadam Judæa, quam in domo retinuerat, liberos ſuſceperat, eo quod idem fere ſit crimen cum Judæa rem habere, atque cum cane. Qua de cauſa etiam Chriſtiano, carnaliter cognoſcenti Judæam, mortis pœnam infligendam eſſe, non aliter ac ſi cum bruto animali rem habuiſ-
13 ſet, voluit *Bonifacius Vitalinus in tit. de Rapt. n. 7.* Verum enim vero contrariæ ſententiæ, tanquam veriori & in praxi receptæ, inter complures alios ſaniores JCtos patrocinatur ipſe Carpz. *in Pr. Crim. qu. 76.*
14 *n. 66.* & recte; cum Judæa homo tamen ſit, ad imaginem Dei æque condita, licet in religione nobiſcum non conveniat, ac proinde quamvis etiam præſtantiſſimã beſtiam dignitate ſua multis antecedat para-
15 ſangis. Sane *quod H. Grotius in Proleg. de J. B. ac P.* de quovis mortalium in genere elegantiſſime aſſerit, merito de Judæa etiam dici poteſt, ſcil. quod Homo animans quidem ſit, ſed eximium animans, multoque longius diſtans à cæteris omnibus, quam cæterorum genera

inter

inter ſe diſtant. Quæ cum ita ſe habeant, proindeque ex ſolis adul- 16
terii regulis hoc delictum dijudicandum ſit, (ubi mitigationi pœnæ
ordinariæ favorem *matrimonii Contracti* locum facere poſſe, ex infra-
dicendis apparebit clarius) ſtatuere equidem non vereor, & hujus-
quoque delicti pœnam *favore Matrimonii contracti*, intercedente pro
Marito innocente Conjuge, in mitiorem converti poſſe.

Parile etiam judicium eſto de illo caſu, quo Chriſtianus ſolutus 17
cum Judæa itidem ſoluta rem habuit, eamque ſtupro pollutam, indivi-
duo matrimonii nexu ſibi poſtea junxit. Quamvis enim tale ma-
trimonium CONTRAHENDUM non permittatur per *L.6. C. de Jud.* 18
& Cœlic. Hopp. in u. m. ad pr. J. de Nupt. ob varia ex ejusmodi conjugiis
metuenda incommoda, quæ adducit *Arniſæus de Jure Connub. l.6. ſect.5.*
n.25. ſeqq. Conf. Jacobi R. A. Don. Reg. Lib.2 fol.57. CONTRACTUM 19
tamen hodie, ob ſpem converſionis non reſcindi, praxis quotidiana
nos docet apertiſſime, *Dn. Stryk. ad Br. Jus Eccl. Lib.2. cap.17.ſ.8. ad verb.*
cum infideli contractum, cum pernotiſſimam Juris Canonici regulam, 20
multa impediant futurum Matrimonium & *contrahendum*, quæ *contra-*
ctum tamen non diſſolvunt. *cap.25. x. de Jurej.* Quo caſu pœnam 21
fuſtigationis ac relegationis, vel etiam arbitrariam in praxi illis dicti-
tari ſolitam, qui cum Judæa ſe commiſcent carnaliter, *Vid. Jul. Clarus*
Lib.5. ſent. §. fornicatio num.29. Ægid. Boſſ. in tit. de coitu Damnat. & punib.
n.21. Oldrad. Conſ.333. n.1. & ſeqq. Nicol. Boër. Dec.316. n.15. Barbat. Conſ.73.
n.10. lib.4. Proſper. Farinac. part.5. oper. Crim. qu.139. n.2. & Cz. p.2. qu.76. 22
n.66. favore matrimonii cum Judæa contracti mitigari recte, inque carceris
mutari pœnam poſſe, neminem facile inficias iturum arbitror.

Pedem nunc promovemus ad INCESTUS crimen, quod ipſo 23
adulterio gravius æſtimari ſolet *L.38. §.1. & 3. π. ad L. Jul. de Adult.*
cap. adulterium 32. qu. 7. Farinac. p.5. Oper. Crim. qu.149. n.1. fol.717.
Quoniam vero delictum hoc non uniformiter ſed varie pro ratione 24
Conſanguinitatis & Affinitatis, proque diverſitate *linearum & graduum*,
committitur, nec uniformem omni inceſtui præfinitam Legibus pœ-
nam reperire licet. Equidem in *Linea Aſcendenti & Deſcendenti* inter 25
CONSANGUINEOS matrimonium non ſolum JURE CIVILI,
per *§.1. J. De Nupt. L. nuptiæ 53. π. De R. N. L. nemini 17. C. eod.*

Nov.12. cap.1. CANONICO, *can.16.17.18. XXXV. qu.3.* ſed &
DIVINO *Levit.18. verſ.7. & 10. Deut.22. in f.1. Cor.5. ac ipſo NATU-*
26 *RALI, GENTIUMQUE JURE per L. notab. Jure Gentium fin. π. de*
R. N. L. 38. §. 2. π. ad L. Jul. de Adult. prohibetur. Enim vero
maritus, qui ſuperior eſt Lege matrimonii, eam reverentiam non
poteſt præſtare *Matri*, quam natura exigit, nec *Patri Filia*; quia, quan-
27 quam hæc inferior eſt in matrimonio, ipſum tamen matrimonium
talem inducit ſocietatem, quæ illius neceſſitudinis reverentiam
excludit. Conſtat etiam quod conjuges identificentur, ac una
28 fiant caro; in *parentibus & liberis* vero eſt naturalis quædam repu-
gnantia ad identificationem, quia cauſa cum effectu nunquam
identificari poteſt. Unde & videmus, in ipſis affectibus eſſe natu-
29 ralem & inſitam quandam fugam commixtionis talis, quippe cum
ab ea etiam quædam animantia bruta naturaliter abhorreant, vid.
Nov.12. cap.1. Plin. Lib.8. Nat. Hiſt. c.42. Ariſtot. Animantium hiſtoria
nona c.46. Ælianus Lib.5. Hiſt. Anim. Varro de Re Ruſt. lib.11. c.7. Hye-
ron. Rorarius in diſſertat. quod animalia bruta melius homine utantur.
Accedit, maximam confuſionem Familiarum, ac totius Generis
30 humani, indeque omnium poſſeſſionum ac ſucceſſionum ſecutu-
ram, ſi conjugia ejusmodi permitterentur. *vid. H. Grot. de J. B. P.*
Lib.2. cap.5. n.12 Conf. Celeberrimus Dn. Becmannus in conſpect. Doct. pol.
cap.8. p. 40. & in Medit. polit. d.1. th. 13. Excell. Dn. von der Linde *in*
elegantiſſima Diſſertatione De inceſtu cap.3. Dn. Hopp. ad § 1. J. de Nupt.
Carpzov in Jurisprud. Conſiſt. lib.2. tit.5. Def.73. vide tamen etiam τὸν πάνυ
Thomaſium in Jprudentia Divina Lib.3. cap.2. n.220. ſeqq. Pœnam hujus
31 delicti, quæ indiſtincte, concurrente adulterio, vel non, per ſe
capitalis, ac *gladii* quidem eſt, *Dn. Stryk. ad B. Br. Jus Eccl. Lib.2. cap.16.*
§.24. ad verb. etiam capitis ſupplicium Carpzov. qu.72. n.21. Claſen.
& Stephani ad art. 117. CCC. Menoch. de A. J. Q. Caſ. 502. Berlich.
p.4. concl.32. n.13. & Farinac. Pract. Crim. p.4. tit.16. qu.149. n.14. &
n.61. nec remitti à Judice, neque *favore Matrimonii contracti* mitigari
32 poſſe, expediti videtur Juris eſſe. *vid. Hartm. Piſtor. Lib.2. qu.13. n.35. Coler.*
p.1 Dec 174. n.18. & 19. p.400. Carpz. p.2. qu.72. n.39. Philipp. in uſu pract.
inſt. Lib.1. tit.10. Eccl.70. ubi præjudicium. Nullibi enim in jure reperio
33 diſpoſitum, quod *ad interceſſionem Conjugis Patri inceſtuoſo* gratia fieri
poſſit,

possit, isque ab ordinaria pœna liberari: Proinde licet Uxor Marito, 33
qui cum propria *filia sua* incestum, omni sequestrato pudore, commisit, ignoscere, & delicto non obstante, ulterius cohabitare vesit, non tamen auditur, sed *Pater* cum *Filia* pœna gladii sunt afficien- 34
di. *Vid. Thoming. Decis. 42. n. 20. p. 451. & Clasen. ad art. 117. CCC.*

Tantæ verò turpitudinis utique non est *Incestus inter* AFFINES *in Linea Ascendenti & Descendenti*, sive per simplicem fornica- 35
tionem, sive etiam sub specie matrimonii commissus: proindeque ejus pœna *ultra fustigationem cum perpetua Relegatione* non extenditur. *Dn. Stryk. ad Br. Jus Eccl. d. l. Stephan. & Clasen. ad art. 117. CCC. Ernest.* 39
Cothman. Vol. 3. Resp. 48. fol. 426. & 427. Colér. p. 2. Dec. 234. n. 7. p. 68. Dn. Hopp. in U. M. §. 12. J. de Nupt. Hanc vero quin Judex, *Favore matrimonii* non quidem cum illa, quam quis tali incestuoso polluit 37
complexu, (utpote quod statim rescindendum foret) sed cum alia quadam *legitime contracti*, in solam relegationem convertere valeat, nullus fere ambigo. vid. *omninò Carpz. qu. 149. n. 60.* Cothman. Quam etiam sententiam *Amplissima in hac Alma Facultas Juridica* deciso suo de 38
19. Dec. 1696. approbavit, quod ex benigna communicatione *Excellentissimi Dni. Præsidis* pro illustranda hac materia integrum huc transcripsisse, forsan non pœnitebit.

P. P. Als derselbe uns abermalen beygehende/ unter unser Facultät Insiegel wieder zurück kommende Protocolla inquisitionalia, contra Michael & Zacharias Höckstede, Vater und Sohn/ wie auch Trien Schultzen/ *in puncto Incestus, Adulterii & Stupri* zugefertiget/ und unser Rechtliches Sentiment, welcher gestallt allerseits Delinquenten zu bestraffen/ auch wie es mit Verpflegung des Kindes/ da es lebendig an des Tageslicht kommen solte/ und denen Gerichtskosten/ denen Rechten nach/ zu halten sey/ ihm zu ertheilen/ freundlich verlanget; Solchem nach haben wir Dechand. &c. sothane Protocolla bey versamleten Collegio fleißig verlesen/ und erachten/ nach reiflicher derselben Erwegung/ vor Recht: Daß Inquisita Trien Schultzen ihrer gerichtlich zugestandenen/ mit Vater und Sohn betriebenen Blutschande halber/ nach völlig überstandenen Kindes-Bette/ öffentlich/ jedoch solcher gestalt/ daß ihrem Kinde/ fals sie es selbsten nährt/ an seiner Nahrung kein Abbruch geschehen möge/ zur Staupen zu schlagen/ und nach ausgestandener solcher Leibes-Straffe/ des Landes/ auf Vergünstigung der Hohen Landes-

Obrigkeit / Ewig zu verweisen sey. Inquisitum Michael Hückstäde betreffend NB. wird demselben zwar auf geschehener Vorbitte seiner Frauen / die wolverdiente Straffe des öffentlichen Staupenschlages zu Ehren dem heiligen Ehestande erlassen / doch ist er / nach erlegten Gerichts-kosten / und nöthigen Unterhalt / des mit Trien Schultzen in Blutschande erzeugeten Kindes / fals es lebendig zur Welt kommen solte / NB. auf Vergünstigung der Hohen Landes Obrigkeit / des Landes ewig zu verweisen / und seine Frau ihm mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig. Der Sohn Zacharias / weil er von dem Beyschlaff seines Vaters nichts gewust / ist nach 8. tägiger Gefängniß bey Wasser und Brod / sich bey der Gemeine durch öffentliche Kirchen-Busse wider auszusöhnen allerdings gehalten. V. R. W. den 9. Decembr. 1696.

39 Eo usque autem dicta procedunt, ut non tantum obtineant in illo casu, quo *solutus cum soluta* incestuosum exercuit concubitum, sed etiam hoc casu, quo *Conjugatus cum soluta* incestum hujusmodi commisit, e. g. si uxoratus, Novercam suam post mortem Patris sui incestare non erubuerit: Quinimo & tunc, cum *solutus conjugatam* (e. g. Viduus privignam suam, vivente adhuc ejus marito,) carnaliter cognovit, posteaque ad secunda advolans vota, aliam sibi quæsivit legitimam thori sociam: Quo ultimo casu capitalis pœna, propter concurrens simul adulterii crimen, (quod per se mortem meretur;) infligenda, adhuc ad intercessionem innocentis Conjugis, *favore matrimonii cum ipsa contracti* remitti, inque perpetuam Relegationem mutari poterit, prout eleganter contra *Berlich. p. 4. Concl.* 34. *n. 29. Colerum p.* 1. *Dec.* 174. *Num.* 18. *& Stephan. ad Art.* 117. *CCC.* decidit *Carpzov. qu.* 74. *n.* 70. & in terminis n. 71.

40 Misso jam incestu in Linea Ascendenti & Descendenti, pergimus ad incestum *in Linea collaterali* commissum, qui tam inter *Consanguineos*, quam *Affines in primo gradu*, puta inter Fratres & Sorores, & inter Titium & mortuæ suæ uxoris Sororem, itemque inter Cajam, & Matri-Fratrem, *fustigatione cum perpetua relegatione* coërcetur. *Berl.* 4. *Concl.* 33. *per tot. Carpz. p.* 2. *q.* 73 *per tot & qv.* 74. *n.* 19. *Classen ad art.* 117. *CCC. Stryk. ad B. Br. Jur. Eccl. Lib.* 2. *c.* 16. § 24. *adverb.*
41 *etiam capitis supplicium, Br. in Proc. inquis. cap* 9. *n.* 45. *Cothman. V.* 3. *R.* 48. *n.* 43. *Vid. Disp. Dn. Fechtii. c.* 2. *n.* 2. Exspatiari jam non lubet in latissimum illum, qui hic se aperit, campum, latebrosissimam pertractando quæstionem: An Matrimonium inter Fratres & Sorores sit

con-

contra Jus Gentium, an vero contra ſolum Jus divinum poſitivum?
Qui de ardua hac, ac vexatiſſima inter Theologos æque, ac JCtos
controverſia, plene informari cupit, evolvere poterit præ omnibus
aliis Juris Naturæ Scriptoribus, ipſum *H. Grotium*, tanquam reli-
quorum omnium Coryphæum, ac Anteſignanum, in aureo ſuo
Opere *de J. B. ac P. Lib. 2. c. 5. n. 13. Conf. Simon. de impotent. Conjug. Cap.*
9. th. 2. n. 2. Strauch. D. 2. ad Jus Inſt. aph. 11. Navarr. Conſil. 14. n. 3 Simon.
v. in Leuwen Cenſur. For. Lib. 5. cap 28. n. 1. & inprimis Generoſ. Dn. von der
Linde *in prælaudata Diſſ. de Inceſtu. cap. 4. per tot. junct. Puffendorf. Lib. 6.*
cap. 1. §. 34. ſeqq. Dn. Hopp. ad §. 2. J. de Nupt. Velthuſ. de natural pudore
pag. 20. ſeq. Illud interim appricari reor, hujusmodi inceſtus pœ- 42
nam, ad præviam innocentis Conjugis interceſſionem, *Favore Ma-*
trimonii, poſtea contracti, in relegationem converti poſſe. Pœnæ 43
enim corporis inflictivæ, morte minores, facilius *in honorem contra-*
cti matrimonii mitigantur; Quod in inceſtu, inter *Collaterales Affines* 44
primi gradus commiſſo, eo minus dubii habere videtur, quo ex
proxime dictis liquet clarius, non obſtante *Parentelæ reſpectu*, qui ta-
men procul dubio magis aggravat inceſtum inter *Adſcendentes* & *De-*
ſcendentes Affines commiſſum) pœnam *fuſtigationis*, ad interceſſionem
innocentis Conjugis in *Relegationem* mutari poſſe, licet accedat *adul-*
terium. Vid. Carpz. P. 3. q. 50. n. 60. Quo tamen caſu innocens Con- 45
jux relegatum Maritum in exilium ſequi tenetur, ne dati ſcandali
veſtigium remanens, turpis facti refricet memoriam, aliosque ad
idem delictum pelliceat. Utrum vero hæc Pœnæ Ordinariæ, puta 46
Fuſtigationis, mitigatio, *favore matrimonii contracti*, illo obſervari caſu
ſolita, quo Uxor e. g. pro marito, *ante matrimonium ſecum contractum*,
ſororem prædefunctæ Uxoris inceſtu polluente, crimine deinde co-
gnito, intercedit, ipſum in exilium ſecutura, etiam hoc obtineat
caſu, quo inceſtum cum *Defunctæ Uxoris Sorore* committens, *hanc ſibi*
ipſam copula ſacerdotali clam copulari curavit, non inutilis, aut im-
pertinentis eſt quæſtionis? Qui cum JCtis Francofurtenſibus, (uti 47
ex ſequenti Illuſtris Viadrinæ FCtis Juridicæ reſponſo, de 3. April.
1696. cum Actis ad Illuſtrem hanc Varniacam FCtem Juridicam miſ-
ſo, mihique ab Exc. Dno. Præſide benevole communicato; plenius
videre eſt;

PP. Als uns berichtet worden / was massen ein Wittwer seiner verstorbenen Frauen Schwester zu ehelichen / nicht aus Uppigkeit / sondern aus dem sonderbaren Vertrauen / daß niemand / als dieselbe seiner Kinder voriger Ehe mit mehrer Treue und Sorgfalt sich annehmen würde / gesonnen; Und demnach so wohl unser / als auch der löbl. Theologis. Facult. hieselbst wolgegründete Meinung verlanget wird.

Ob eine solche Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester / nach heil. göttlicher Schrifft / und denen Rechten / gäntzlich und allerdings verbotten / und in keine Wege zugelassen werden könne?

Demnach halten wir Decanus, Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juristen Facultät auf der Churfürstl. Brandenb. Univers. Franckfurt an der Oder dafür /

Ob schon (1.) zweiffels ohne im Weltlichen und Canonischen Rechten dieselben Ehen verbotten und pro incestuosis gehalten *L. 5. l. ult. C. de Inc. nupt. C. 21. l. 24. Caus. 32. q. 7. c. per X. de Consang.*

(2) Auch nach heutigen Gebrauch im gantzen Reich / und fast in der gantzen Christenheit / nicht gebilliget werden. *Beust. de Connub. p. 2. tit. 51. vers. secundo.*

Nicht weniger (3) im göttlichen Rechten die Ehe mit des Brudern Frau ausdrücklich verbotten / solches aber eben derselbe Grad / nemlich der zweite Gradus affinitatis, ist. *Lev. 18. vers. 16. & Lev. 20. v. 21.*

Massen dann (4) die proximitas Carnis der einige / und eigentliche Grund des göttlichen Verbots / und dieses pro Regula gesetzet / ne quis accedat ad proximam carnis suæ. *Lev. 18. v. 6.*

Es ist aber eines jeden Frau ipsius Caro, und demnach deren Schwester ipsius Carnis proxima / und zwar eben so wol / als des Brudern Frau /

Zu dem (5) So ist ausdrücklich auch mit der Frauen Schwester die Ehe verbotten / in *Lev. 18. v. 18.*

Solches auch (6) viele Theologen und Rechtslehrer also dafür halten / und zwar zum Grunde setzen / daß Levit. 18. nicht bloß die allda benahmte Personen / sondern derselben Gradus verstanden / und bey jedem Verbott toto gradu die Ehe untersaget werden.

Alldieweil aber hingegen in keinen Streit kommet / ob solche Ehen würcklich verbotten sind / zumalen solches Verbott in dem gemeinen und Canonischen Rechten deutlich gnug enthalten ist / sondern darauf die Frage ankomt? Ob selbige lege divina morali & naturali verbotten / und

Dem-

dennach der höchsten Obrigkeit die Hände gebunden sind / solche zuzulassen / und darin zu dispensiren.

Ob nun zwar Vener. Facultas Theologica dieses Orts solches verneinen will / so halten wir doch derselben / und alleer bessere / Meinungen vorbehältlich / dafür / daß solche Heyrath mit der verstorbenen Frauen Schwester lege naturali & divina morali nicht verbotten seyn / aus folgenden Gründen.

(1.) Weil in der gantzen heil. Schrifft ein Verbott / die Frauen Schwester zu heyrathen / sich nicht findet; Sondern

(2) Hingegen / so offt von dem Verbott dieses Gradus secundi affinitatis gehandelt wird / allezeit bloß und allein des Brudern Frau / nie aber der Frauen Schwester gedacht und also beständig das Verbott auf des Brudern Frau restringiret wird. Wie solches zu zweyen malen also wolbedächtlich geschiehet. *Levit. 18. v. 16. & Lev. 20. v. 21.*

Und ist es (3) zwar idem gradus, nicht aber eadem ratio, sondern beyde Fälle / des Brudern Frau / und der Frauen Schwester / allerdings / und in dem Haupt-Grund selbst unterschieden.

Solches (4) um etwas gründlicher zu untersuchen. So ist zu forderst gewiß / daß die propinquitas Carnis, die Lev. 18. v. 6. erwehnet / und als zum Grund gesetzet wird / nicht generaliter verstanden werden könne / angesehen zwischen allen Menschen eine Cognatio & propinquitas Carnis ab eodem stipite ist / und also in infinitum die Ehen dadurch verboten seyn müsten; Sondern nothwendig diese general Benennung durch die so gleich darauf subnectirte special Satzungen und Fälle erkläret / restringiret und beschräncket werden müsse.

Aus allen diesen Lev. C. 18. &c. C. 20. befindlichen Ehesatzungen aber erhellet (6) Daß daselbst von keiner andern propinquität gehandelt werde / als welche zu forderst in linea recta ist / zwischen Eltern und Kindern / (als dem Hauptgrund und Ursprung aller Anverwandschafft) und dann zwischen denen / die mit Eltern und Kindern ein Leib sind / und pro una cum iis carne gehalten werden / oder die wenigstens eine Unitatem familiæ begreifft.

Massen nicht nur (6) daselbst bloß und allein verboten wird / daß ein Mann heyrathe zuforderst seine Eltern; und Kinder / ferner die mit seinen Eltern und Kindern ein Leib sind / als wie derselben Ehegatten (qui sunt affines ipsius in linea recta) und derselben seiner Eltern Söhne und Töchter (qui sunt ipsius fratres & sorores patrui vel avunculi &c.

Propatrui &c. Und dann endlich die / so in seines Vätern Familie durch Heyrath eintreten (ut fratris ipsius vel patrui vidua) unter keiner Gattung aber ist seiner Frauen Schwester begriffen / welche weder seiner Eltern / Ehegatte oder Tochter ist / noch in seiner Väter Familiæ eintrit.

Sondern es erweiset auch (7) Eben dasselbe die ausdrücklich angehengte Ratio: Daß er seine Eltern und deren Ehegatten nicht soll heyrathen / weil jenes Seine / dieses Seines Vatern / oder seiner Mutter; (quasi ejusdem corporis) scham ist / *Lev. 18. v. 8. 10. 16.*

Noch seine amitas & materteras, quæ sunt unum Corpus cum avo &c. *Lev. 18. v. 12. 13.*

Noch seines Brudern und Vatern Brudern Frau / weil selbige zwar nicht ein Leib sind / mit seinen Eltern / jedoch mit denen / die mit Ihme ein Hauß und Familie constituiren. *Lev. 18. v. 14. 16.*

Da hingegen seiner Frauen Schwester weder einige Unität mit seinen Eltern / noch mit derer / oder seine Familie hat. Folgends unter der daselbst angeführten propinquität gar nicht begriffen ist. Wie denn auch

(8) Aus eben derselben Ursache / an beyden Orten / alleine des Patrui, nicht aber des Avunculi Frau zu heyrathen / verbotten ist. *Lev. 18. v. 14. & Lev. 20. v. 20.*

Weil jene durch die erste Heyrath schon in seines leiblichen Vatern / und dessen Brudern Familie getreten / hingegen diese zu seyn / oder seines Vatern Familie gar nicht gehörig / sondern in so weit fremde ist. Daß nun auch.

(9) Dieses mit dem wahren Moral-Gesetz / oder Natur-Rechte so alleine indispensabel ist. §. *pen. Inst. de Jur. nat. gent. & Civil.* gäntzlich überein komme / und demselben gemäß sey / erscheinet gnugsam daher / weilen kein Verbot dieser Ehe aus dem Moral-Rechte dargethan werden kan; Ein solches Verbott aber allerdings erwiesen werden muß: Prohibitio enim, quæ facti est, probari debet: & quicquid lege prohibitum non apparet, permissum intelligitur. Et sola prohibitio legis illicitum reddit, quæ proinde si nulla ostendi possit, nec illicitum quid statui poterit

Und weil (10) die Obligatio hominis ad legem servandam alleine ex lege ipsa, ejusque præcepto entspringt / so kan kein Mensch dieses Gesetze und Verbotte / wegen der Frauen Schwester abzuhalten / obligat seyn / wann Ihm ein solches Gesetze nicht gezeiget / und erwiesen wird. Neq; enim quisquam obligari potest ad legem servandam, quæ non apparet, & existere probatur, neque violatur lex, quæ nescitur. Wie dann

(11) Eben

(11) Eben aus dieser Ursache herkommet; quod nulla lex obliget nisi publicata, id est, nisi ad publicam notitiam omnium perlata, ita ut omnes certi esse possint de lege lata: Bloß darum/ weil kein lex, obligiren kan/ nisi eam latam esse constet, atque probatum sit.

Welches (12) Vornehmlich in Ehen statt hat/ als deren Erläubniß dem Allergemeinesten Natur-Recht zugeschrieben wird/ welches auch den Thieren gemein ist. *Princ. Inst. de jur. Nat. Gent. & Civ. L. 1. §. 3. ff. de Just. & jur.*

Und demnach vor allen diese allgemeineste Concessio naturæ so lange stehen muß/ bis wol erwiesen werde/ daß die Natur/ oder deren Urheber davon einige Fälle ausgenommen/ und zwischen etlichen Persohnen die Ehen verboten.

Nun ist (13) bereits zwar aus heiliger göttlicher Schrifft klar erwiesen/ daß niemand seine Eltern/ und Kinder/ und die mit denen für ein Leib gehalten werden/ oder durch vorige Heyrath schon in dieselbige Familie versetzt/ und einverleibt sind/ und also in specie seines Brudern/ und Vatern Brudern Weib heyrathen könne: Daß aber über deme auch der Frauen Schwester zu heyrathen verbothen sey/ ist in gantzer heil. Schrifft nicht zu finden/ noch daraus bündig zu erweisen. Massen dann

(14) Gar nicht gnug ist/ bloß hin zu asseriren/ daß Lev. 18. & 20. Wann daselbst eine Persohn zu heyrathen verboten wird/ nicht nur dieselbe Persohn/ sondern der gantze Grad, in welchen dieselbe stehet/ verboten sey/ dann solches ist kein Beweiß/ sondern eben das/ worüber gefraget wird/ und also/ ut Scholæ loquuntur, petitio principii, welches nicht gestanden wird/ sondern eben dieses/ daß die Gesetze Lev. 18. & 20. nicht nach ihren Inhalt/ und allein von der Persohn/ davon sie reden/ sondern weiter/ und ausser deren tenorem, auf den gantzen Grad und alle Persohnen/ die in den Grad sind/ & licet alia ratio sit, ut sic, zu extendiren sey/ völlig erwiesen werden muß/ also durch solche assertion lex lata noch nicht dargethan ist. Hingegen kan

(15) Leicht erwiesen werden/ daß diese assertio, daß daselbst durch Benennung einer Person der gantze Gradus verstanden/ und verboten werde/ gantz falsch sey; weiln daselbst auch viele Personen ejusdem Gradus genennet werden/ und dennoch dieselbe/ ob sie schon in einem Grad sind/ nicht unter einen Verbot begriffen/ sondern allezeit auf jede Person ein eigenes/ absonderliches Verbot gesetzt ist/ welches demnach kein Verbot seyn kan/ so auf den gantzen Grad/ sondern nur auf die benennete Per-

sonen gerichtet ist. Als wie von jedes Schwester ein absonderliches Gesetz und Verbott gemacht/ und die Ehe cum Germana, ac Consanguinea, vers. 9. cum Uterina. v. 11. mit des Vatern Schwestern v. 11. mit der Mutter Schwester. v. 13. absonderlich verboten werden/ ob diese beyde schon in einen/ und alle Schwestern/ auch in gleichen Grad sind/ wie auch die Stieff-Mutter und die Schnur beyde in eodem gradu primo sind/ und doch auf jeder ein besonder Verbot steht/ &c. v. 8. & 15.

Ist demnach ohne Zweiffel falsch/ quod Lev. 18. & 20. nominata persona, totus gradus nominatus & prohibitus intelligatur, sondern im Gegentheil klar/ daß auf jede Person/ wann die schon ejusdem gradus ist/ ein absonderlich Verbot gesetzet/ und demnach solches nicht auf die Gradus, sondern auf die Versöhnung gerichtet sey. Massen

(16) sonsten die absurdität folgen würde/ daß daselbst ein Gradus zu zwey-drey- und mehrmalen verboten/ und ein Verbot von einem Fall öffters inutiliter wiederholt/ und cumuliret worden sey. Und

(17) Noch ein ungereimters/ daß da nominata persona, paritas gradus gemeinet und verstanden werden müste/ ein Mann seine Uhr-Uhrenckel/ oder obneptem in quarto gradu eben/ wie Consobrinam, quæ in eodem gradu est, ehlichen möge/ und müste selbige Regul, und paritas beydes in linea recta transversa gelten/ nachdem kein Unterscheid daselbst gemacht/ und nirgends zu sehen ist/ daß in etlichen Fällen graduum paritas, in andern aber nicht angesehen werden solte.

Wie nun (18) dieses Verbot/ der Frauen Schwester zu nehmen/ gar nicht aus göttlicher Schrifft erwiesen ist/ also kan solches eben wenig aus dem gesunden Natur- und Völcker-Rechte/ sondern auch daraus nur bloß die obbesagte Fälle erwiesen werden; Massen/ daß in linea recta keine Ehen zugelassen werden können/ ist zuforderst unstreitig/ indeme unter andern bekant ist/ quod membris illis, quæ in concubitu miscentur, natura sua & omnium Gentium judicio insit pudor & turpitudo quædam, cujus detectio directo pugnat cum perpetua illa reverentia, quæ post Deum summa debetur lege naturæ Parentibus, quorum personam Natura liberis maximè sacro sanctam, esse voluit: Welches dann der Haupt-Grund aller durch die Natur verbottenen Ehen/ und alleine zum Beweiß gnug ist: Massen/ weil dißfals alleine von Vermischung der Leiber gehandelt wird/ und darauf das Verbot gehet/ so folget eben aus diesem Verbott zwischen Eltern und Kindern

dern / daß man auch mit den jenigen / die mit Eltern oder Kindern ein Leib sind / oder aber da sie schon selbst nicht ein Leib mit denselben seyn / dennoch durch die Ehe natürlicher weise in eben diese propinquität einverleibet / und in eandem Corporis cum Parentibus & liberis unitatem jure Familiæ surrogirt / und inseritt werden / sich eben so wenig vermischen dürffe. Worunter denn alle Prohibitiones Lev. 18. & 20. und nahmentlich des Brudern / und Vaters Brudern Wittben / nicht aber der Frauen Schwester begriffen ist; Als zwischen welcher / und ihrer Schwester Mann gar keine propinquität ist / die unitatem corporis cum alterius Parentibus, vel liberis vel saltem necessitudinem unitati illi jure conjugii & familiæ insertam, & jure Divino ac Naturali ei comparatam, in sich begreifft; Und ist also nichts beweißlichers / als daß dieses Verbott aus Gött- und Natürlichen Rechten nicht erwiesen werden könne / zu dessen allen überflüßiger Bestärckung / und Zuhebung alles Zweiffels dienet.

(19) Das Exempel Jacobs / welcher neben seiner Frauen / deren Schwester / die Rahel genommen / und demnach / daferne GOtt solche Ehe durch ein Moralisch- und Natürliches Gesetze verbotten / in steter Blutschande mit der Rahel gelebet haben müste. Nun kan ja

(20) ohne äusserste Verletzung Göttlicher Ehren nicht gedacht / weniger geglaubet werden / daß eben damals / als Jacob mit seinen Weibern fortgereiset / GOtt ihme also sorgfältig begleitet / gesegnet / beschützet / gar berührt / mit ihm umgangen / und gerungen / und so hoch sich ihme geoffenbahret haben würde / wenn er eben damahls / und auf demselben Wege so ungescheuet / und öffentlich seine lege morali & naturali verbotene Blut-Schande mit sich herum geführet hätte. Und mag

(21) nicht gesaget werden / daß GOtt auch mit David und anderen grossen Sündern es also gehalten / weil solches nach geschehener Busse / oder um sie zur Busse zu bringen / geschehen / Jacob aber hat die Rahel biß an ihr Ende behalten / ist deßwegen nie erinnert / weniger bestraffet / sondern hingegen vielmehr in währender dieser Ehe dermassen von GOtt beseeliget worden; Welches / da es eine lege morali verbottene Blutschande wäre / unsers Erachtens mit der höchsten Reinigkeit und Heiligkeit GOttes / und mit dessen Wort / daß er die Ubelthäter nicht leiden könne / und aber um solcher Ehen willen / die Cananäer ausgerottet habe / nicht bestehen kan / zu geschweigen / daß

(22) Joseph und Benjamin / samt ihren Nachkommen / wenn sie aus solcher Blutschande gezeuget wären / nicht für Eheliche Kinder und Erben / weni-

weniger für rechtmäßige Erben der Verheissung des Landes Canaan gehalten werden konten: Und kan

(23) am wenigsten vorgegeben werden/ daß GOtt hierin dispensiret hätte; denn zugeschweigen/ daß solches erdichtet/ und in der H. Schrifft davon das geringste nicht zufinden ist; so ist hingegen bekant/ daß der Heydnische Laban diese dem Jacob ohne Göttliche dispensation angetragen/ und darauf Jacob sie ohne Bedencken und erhaltene dispensation angenommen habe. So kan auch

(24) nicht verneinet werden / daß Lev. 18. v. 18. die Ehe mit der verstorbenen Schwester deutlich zugelassen / und bloß nur befohlen wird / da bey deren Lebzeiten es geschiehet / (wie damals zugelassen war /) daß alsdann zwischen zweyen leiblichen Schwestern die æmulation, und Eyfersucht verhütet werden solle / wie der Einhalt klar zeiget. Es konten zwar

(25) viel Exempel diesfals allegirt werden / welches aber desto mehr für überflüßig gehalten wird/ nachdem ein Evangelischer Reichs-Fürst/ wie bekant/ neulich in solcher Ehe gelebet/ und selbige durch viele Responsa und Consilia, auch publice approbiret worden.

Welchem nach wir dann dafür halten/ daß zwar die Ehe mit der verstorbenen Frauen Schwester im gemeinen Rechten / und in den Christlichen Herrschafften Europä verbotten sind/ solches Verbott aber juris positivi sey/ und also darüber/ zumalen wenn einige erhebliche Ursachen verhanden/ auf unterthänigste Bitt/ von der Hohen Landes-Fürstl. Obrigkeit/ ob sie wolle / wohl dispensiret werden könne. Von Rechtswegen. 3. April. 1696.

48 Cumque *Dn. Christophoro Joachimo Bucholtz. Prof. Rintelensi in Responso suo pro Matrimonio Augusti, Ducis Holsatiæ, cum duabus Sororibus successive inito, inque Assertione hujus Responsi, ex Examine Assertionis Adversarii Havemanni, & tandem in Vindiciis contra eundem*, nec non cum *Dn. Pfeil. Cent. 1. Cons. 2. n. 4. Hieronym. Brücknero in Decis. Juris Matrimonial. controv. c. 8. n. 14.* aliisque, quorum consilia pro Matrimonio Alberti Ernesti Oettingensis & Eberhardinæ Catharinæ Würtenbergensis Principum, Oettingæ typis excusa, sub Titulo: Unterschiedliche Streit-Schrifften/ Responsa, und Gutachten/ samt denen Actis, eines/ in der Fürstl. Residentz Oettingen den 10. Octobr. 1681. gehaltenen Colloquii, über die Frage: Ob GOtt verboten/ oder zugelassen habe / daß einer seiner Verstorbenen Frauen Schwester heyrathen möge? extant, hunc casum inter

inter *mero jure positivo* prohibitos, sicque consequenter *Dispensabiles*, referunt, ac istiusmodi matrimonium *contractum minime dissolvendum* esse suadent, variisque illustribus firmant exemplis, *Vid. Richter. Dec.11. no.25. Carpzov. L.2 Def.83. & 99. aliique longa serie citati Ddres à Brüknero, d.Tr.5.c.50.p.264.* à Pœnæ Ordinariæ mitigatione hoc casu non erunt alieni; At vero, qui cum *Michaële Havemanno, Superintendente olim Generali in Ducatu Bremensi & Verdensi in Gamalogia sua L.2. Tit 5. & Appendice Consil.34.35.36. & postea in Assertione, tandemque, in Defensione Responsi Mosis,* cumque *Ægidio Strauchio in Tractatu Wittenbergæ 1669. edito, cui titulus est:* Daß das Gesetz Mosis / du solt deines Weibes Schwester nicht nehmen / noch fest stehe / *ejusque Duplica & Triplica*, aliisque Theologis æque, ac JCtis quam plurimis, quorum longum exhibet catalogum *Dn. Brückn. d. Tr. c.8. n.1.* contrariæ sententiæ, ut *tutiori*, subscribunt, & juxta Regulam Brunnem. *in J. E. Lib.2. c.16. §.27.* Strykii *in Not. ad eund. d. l.* Gerhardi *in loco De Conjugio* §.289. & Havemanni. *in all. Tr. Lib 5. Tit.5. Pos 9. Reg.19.* omnis matrimonii, in gradibus *Jure Divino*, probibitis, *contracti*, urgent dissolutionem; hi omnem etiam pœnæ ordinariæ mitigationem *intuitu istiusmodi clam contracti matrimonii*, omni prorsus favore indigni, exulare debere, non sine ratione statuere videntur, ne tali incestu se invicem maculantes, ex *maleficio* suo sentiant *beneficium*, invito jure fruituri favore illius matrimonii, quod Jus *Divinum* æque, ac *Humanum* damnat. Sane, cum *Ordinatione Ecclesiastica Megapolensi, Tit.8. in fin.* incestus cum *mortuæ Uxoris Sorore* inter casus plane *indispensabiles* referatur, non potuit Amplissima Fctas Juridica Rostochiensis, post JCtos Francofurtenses, referente Excell. Dn. Præside, de hoc casu consulta, aliter, quàm pro deneganda dispensatione contra Consulentem, Subditum Megapolensem, respondere, præprimis, cum varia Consistorii Megapolensis præjudicia, perpetuam hanc dicti Ducatus praxin satis confirment. 49 50

Quid vero, si hujusmodi *incestus* Crimini accedat simul *adulterium*, 51
e.g. Si Frater cœlebs ad adulterium seduxisset Sororem, Cajo adhuc nuptam, vel Soror Cœlebs, Fratris, viva adhuc Uxore sua, turpi incestu se maculasset, vel tandem Cajus, viva Uxore sua, in venereos amplexus Sororis ejus, adhuc Virginis, ruisset. Et nullus dubito asserere, utut 52
primo casu in persona *Sororis* æque, ac *Fratris in Electoratu Saxoniæ* adulterium capitis, *Carpzov. P.2. q.54. n.27. & 36.* Extra *Electoratum* vero, & ubi Jus Commune & Carolinum obtinet, in *solo Fratre*, Capitis pœna

coer-

coerceatur, *Sorore* adultera *fustiganda* cum perpetua relegatione, *Nov. 134. c. 11. CCC. a. 120. Heig. P. 2. q. 29. n. 19. Hopp. in Usu. Mod. ad §. 4. J. de*
53 *Publ. judic ibique Dn. Stryk.* ad intercessionem tamen Mariti, *Sorori in Electoratu Saxoniæ, & extra illum* etiam. *Fratri* tempore incestus, & adulterii cum Sorore, Caji Uxore, commissi adhuc cœlibis, ad intercessionem postea sibi matrimonio quæsitæ Uxoris legitimæ, capitis remitti pœnam, inque *relegationem* mutari posse, innocente Conjuge, nocen-
54 tem in exilium secutura. Decisionis hujus fundamentum in illo pono, quod accedens incestus duntaxat *relegationis perpetuæ ac fustigationis pœnam*, mereatur, hæc autem levior *pœna gladii* ob adulterium dicti-
55 tandi, non impediat mitigationem, quam *honor contracti matrimonii*, ejusque *non dirimendi favor* sibi deposcit: Unde infero: Quo casu gravior *adulterii* pœna *extra concursum* cum *incestu* non impedit, quo minus illa ad prævias Conjugis preces, cum adultera in exilium abituri, in *honorem matrimonii contracti* mutari possit in leviorem *perpetuæ relegationis* pœnam, illo quoque casu, levior *Incestus* pœna etiam *in concursu cum adulterio* impedimento esse non potest, ne *favore contracti matrimonii*, innocente pro adultero intercedente, pœna promerita mitigetur.
56 Cum enim perspecti ubique juris sit, poenam majorem absorbere minorem. *L. J. Und. 31. §. fin. ff Ad Aquil. Bald. in L. Quicunque 4. n. 5. C. de Serv. fixit Nicol. Reusner. Dub. 1. Dec. 20. n. 7. Damhaud. in Prax. Rer. Crim. cap. 77. n.* 4. inconveniens utique erit, graviorem majoris delicti poenam ordinariam *in honorem contracti matrimonii* remissam, non levaturam esse concurrentis minoris delicti, per majus jam absorpti, poenam ordinariam minorem.

57 Eadem *ordinariæ Pœnæ mitigatio* multo magis locum inveniet in *Secun-*
58 *do casu*, Fratris adulteri, Uxore, pro *incestuoso & adultero* Marito intercedente, cum hoc casu, neque *adulterii*, neq; *incestus* solitarie spectati pœna, *fustigatione* gravior sit, extra sc. *Electoratum Saxoniæ*, & ubi viget Jus *Commune & Carolinum*, Heig. *d. l. n. 22.* Coler. *Dec. 176. n. 21.* Carpzov. *P. 2. q. 54. n. 37. in fin.* *In Electoratu vero Saxoniæ*, in Conjugato, cum solutarem habente, *pœna gladii* obtineat, *Vid. Const. Elect. 19. P. 4. verb.* darüber aber *Carpzov. d. l. n. 37. & 40. favore matrimonii contracti in relegationem perpetuam* commutanda, innocente Conjuge, nocenti tenaciter adhærente. *d. Const. Elect. verb.* dieweil *circa medium*, *Carpz. P. 2. q. 55. n. 2. 18. 23.*
59 *q. 54. n. 36. & q. 53. n. 39.* Nec aliud judicium esto de *Tertio casu*, ob iden-
60 titatem rationis & poenæ. Vid. omnino *Carpzov. P. 2. q. 74. n. 71. seqq.*

Vbi

Vbi tamen putat, Adulterum Maritum, cum *Uxoris suæ Sorore* se carnaliter commiscentem, licet pro ipso Uxor intercedat, *privatim* in carcere *fustigandum* esse: Vid. præjudicium de A. 1603. Mense Aprili inibi ad- 61
ductum, in verbis: Hat Cajus bekant / daß er mit seines Weibes Schwester/ einer ledigen Dirne/ welche desfals albereit mit Staupen schlagen des Landes ewig verwiesen worden / fleischlich Unzucht und Ehebruch begangen / und NB. es hat sein Eheweib für ihn gebethen/ und sich erkläret/ ihm dieses Verbrechen zu verzeihen / und ferner ehelich beyzuwohnen: Ob ihn nun wohl auf gedachtes seines Weibes geschehenen Vorbitte / NB. dem Heil. Ehestand zu Ehren/ die ordentliche Todes-Straffe/ so er sonsten deßfals verwircket/ erlassen werden mag; So wird er doch nach Gestalt seiner Verbrechung / NB. im Gefängniß mit Ruthen ziemlich gezüchtiget/ 62
und hernacher des Landes ewig verwiesen/ daraus ihm sein Eheweib mit wesentlicher Wohnung zu folgen schuldig. Quam puniendi rationem, licet *hoc casu* facilius quis in *Saxonia Electorali*, (ubi per proxime notata *Conjugatus* ob adulterium, cum *soluta* commissum, *gladii pœnæ* subjicitur) admittet, quorsum & respexisse in præjudicio allato videtur Carpzovius in verbis: Die ordentliche Todes-Straffe? so er sonsten deßfals verwircket etc. (utut tamen hic justa dubitandi ratio minime deficiat, eo, quod & major hoc casu *adulterii* poena extra concursum cum *incestu*, vincat leviorem *hujus* poenam, illamque plane absorbeat, etiam in concursu cum adulterio) rigidiorem tamen illam extra *Electoratum Saxoniæ*, illisque in locis, in quibus adductum Constitutionum Crimi- 63
nalium Carolinarum hoc casu tantum in *adulterum & incestuosum fustigatio cum perpetua relegatione* statuitur, esse, inde concludo, quod ceteroquin *intercessio Uxoris innocentis* parum operatura sit, ad quam tamen tam in *incestu* tali, quam in tali *adulterio* ordinaria *fustigationis* poena, in solam *relegationem* mutabitur, quodque quoad læsionem honoris conjugii parum videatur interesse, an Maritus *publice*, *an privatim in carcere* fustigetur, Uxore Maritum, virgis coesum, ægre receptura, uti in simili docet *Carpz. p. 2. q. 55. n. 28.* Hinc assentiri non possum Dn. Stephani *in* 64
Commentario ad CCC. art. 117. statuenti, *privatim in carcere* etiam hunc *fustigandum* esse, qui celebs *adulterium & incestum* simul commisit, uxore, quam postea duxit, pro ipso intercedente, cum accedens *adulterio* 65
simplici incestus collateralis efficere nequeat, ut poena, *ad intercessionem innocentis Conjugis* in casu *simplicis adulterii*, etiam à *soluto cum Conjugata*

commiſſi, capitalis, non mutetur in *ſimplicem relegationem perpetuam*, *inceſtu collaterali in gradu primo*, graviorem quam *fuſtigationis* poenam, non admittente.

66 Sequitur nunc inceſtus *in ſecundo Gradu Lineæ collateralis inæqualis* tam INTER CONSANGVINEOS (e.g. inter Titium & ſuæ ſororis filiam, vel Cajam, & ſuæ Sororis vel Fratris Filium, itemque inter Me & Amitam, aut Materteram meam, quam AFFINES, (e.g. inter Titium, & Patrui Defuncti viduam, interque Titium, & defunctæ uxoris ſororis filiam, commiſſus; ubi in *priori* caſu, ſcil. Conſanguinitatis *fuſtigatio*, *Carpzov. P. 2. qu. 73. n. 17. 25. & 28. Hartman. Piſtor. Obſ. 192. n. 59. & 66. in poſteriori*, nempe Affinitatis, ſola *perpetua Relegatio* in praxi dictitatur. *Carpzov. qu. 74. n. 32. & ſeqq. Conf. Dn. Fechtii Diſp. c. 2. n. 26.*

67 An vero illo caſu, quo Titius *Sororis vel Germanæ vel Conſanguineæ*
68 (in gradibus enim *Jure divino* expreſſis nil intereſt, an perſona *duplici*, an vero *ſimplici* tantum vinculo ſit conjuncta, *Bechſtad. de Jure Connub. P. 1. c. 11. p. 81. in fine & P. 2. c. 5. pag. 177. Carpz. Lib. 2. Def. 81. & Stryk. in not. ad Brunnem. Jus Eccl. Lib. 2. cap. 16. §. 22.*) vel prædefunctæ *uxoris ſororis Filiam* ſibi nuptiis junxit inceſtuoſis, in *honorem matrimonii contracti* remitti ordinaria *fuſtigationis & relegationis* pœna, & priori caſu in *exilium*, poſteriori vero in *Carcerem* converti poſſit, dependere ex
69 præjudiciali quæſtione ſecundum *nonnullos* videtur: *An taliter juncti*
70 *iterum ſint diſſolvendi, an vero Superior de hoc caſu licite diſpenſare poſſit?*
71 Quod ultimum integris quidem Reſponſis defendit *Fctas Juridica*
72 *Helmſtadienſis 27. Sept. 1680. Chilonienſis 17. Octobr. ejusd. Anni & Rinte-*
73 *lenſis 7. Octobr. ejusd. Anni*, quæ videre ſunt *in notis Strykianis ad Br. Jus Eccl. Lib. 2. c. 6. §. 22. p. 619. ſeqq. conf. Richter. Dec. 11. n. 13. ſeqq.* ubi diſpenſatum fuiſſe teſtatur illo caſu, quo quis ſibi junxerat *prædefunctæ*
74 *uxoris ſororis filiam*; juncto *Dn. à Beuſt. de Jur. Connub. p. 2. n. 52.* aſſerente, ſuo tempore matrimonium Nobilis cujusdam, *cum Matertera ſua* de facto contractum, non fuiſſe reſciſſum, ſed toleratum potius, in-
75 flicta *ſolius Relegationis* pœna; Mihi tamen, ſalva veneratione tot illuſtrium Collegiorum, tutior videtur ſententia negantium, ex rationibus, quas adducit *Excell. Stryk. d. l. p. 617. ſeqq.* & bis ſecuta eſt *illuſtris Facultas Juridica Viadrina 7. Febr. 1674. & 1681. vid. Stryk. d. l. & Hopp.*
76 *in Comm. ad pr. J. de Nupt.* Quam etiam recepit Ducatus Magapolenſis,

lensis, sicuti videre est in ORDINATIONE *Consistoriali Mecklenburgensi tit. 8.* von Gradibus der Blutfreundschafft und Schwägerschafft darinnen die Ehe verboten ibid. in derseitwerts Linie &c. zwischen dir, und deines Bruders NB. oder Schwester Tochter *& paulo post NB.* deines Weibes Schwester Tochter *juncto versic. fin.* ubi expresse statuitur, quod hæ personæ etiam *post contractum Matrimonium* separari debeant.

Sed ut, quod sentiam, clarius exponam; Ad decisionem *principalis* 77
quæstionis parum facere decisionem hujus quæstionis, juxta alios, *præjudicialis*, omnino statuo. Licet enim facile largiar, dirempto istiusmodi 78
incesto matrimonio, pœnam *in honorem matrimonii, jam dissoluti, aut dissolvendi*, promeritam, mitigari haud posse, cum ejus, quod non est, favor etiam possit esse nullus; persuadendo tamen mihi esse non potui, ut illorum etiam subscriberem sententiæ, qui pœnam illo casu mitigandam autumant, quo ex dispensatione Superioris, (quam sua ex hypothesi ipsi tribuunt Alii) matrimonium inter incestuosos Conjuges non dissolvitur. Hinc cum *uterque* Conjugum *idem deli-* 79
ctum comiserit, nec alteri ex alterius remissione, aut intercessione *quicquam favoris* accedere possit, sicuti nec ex *alieno delicto*, alter Conjugum hic *quicquam damni* metuit, quin potius *uterque ejusdem reatus* & quidem *ex propria & non aliena* culpa, *pœnam* sustinere debeat *eandem*, concludo, non quidem *favore matrimonii, cum incestuosa contracti*, incestuosis Conjugatis remittendam esse pœnam ordinariam, illo vero casu, quo Titius ad copulam carnalem *sororis filiæ*, vel prædefunctæ *uxoris sororis filiæ, extra matrimonium* prolapsus, *cum alia* contraxit matrimonium, quæ, manifestato demum *post secum initas nuptias* incestuoso concubitu, intercedens pro marito, illi diutius vult cohabitare, ordinariam *fustigationis* pœnam priori casu in *perpetuam Relegationem*, uxore cum marito in exilium abitura, *& perpetuam relegationem*, posteriori casu, in *carcerem* mutari posse.

Incestum tam in *Affinitate* quam *Consanguinitate*, *in tertio gradu* 80
Lineæ inæqualis, præsertim has inter personas, quibus *parentelæ respectus* debetur, (v. g *inter Te, & Avi, Aviæque Sororem*, item inter *Te, & Fratris, Sororisque Neptem*, & inter *Te*, & defunctæ *uxoris sororis Neptem*, item inter *Titiam* & defuncti mariti *Propatruum*, JURE CANONICO, *c. f. X. de Consang. & Affinit.* CIVILI, §. *item amitam 5. J. de Nupt. L. per adoptionem* 17. §. 2. *L. Sororis* 39. *π de R. N. & OMNIUM FERE LOCO-*

RUM STATUTIS vid. Stryk. & Hopp. ad pr. J. de Nupt. §.16. & 12. *Philippi in Usu Pr. inst. ad Tit. de Nupt. Ecl.*63. & *Carpzov. p. qu.* 73. *n.*37. etiam committi, ne juris quidem Tyroni amplius incognitum esse potest.
81 Quanquam vero istiusmodi incestus, ultra Relegationem in *Consanguinitate, vid. Carpz p.*2. *qu.*73. *n.*37. & 47. *ubi præjudicia*, æque ac *in Affinitate* perpetuam. *Carpz. p.*2. *q.*74 *n.*43. & 44 *ubi præjudicium* non puniatur, (reliquis, *qui invicem sibi Parentum Liberorumque loco non sunt, in eodem gradu Lineæ inæqualis*, v. g. Titio, & Amitæ vel Materteræ magnæ Filia, item Titio, & mortuæ uxoris consobrinæ Filia, *incestum* committentibus, *Cognatis*, æque *Affinibus, temporalis* duntaxat *Relegationis* pœnam *in Saxonia*, *Carpz. d. l. qu.*74. *n.*45. *ibique præjuditium* & *quæst.*73. *n.*48. &
83 52. *ibique præjudicium*, & *extra illam* alibi *pecuniariam* incursuris,) hincque intrepide concludam, judicem *perpetuam Relegationem, in temporalem, aut carceris* etiam pœnam, illo casu, quo uxor innocens, pro marito suo, hujus incestus reo, intercedit, *favore matrimonii* ipsocum, post commissum cum *Matertera Magnæ Filia* incestum, *contracti*, convertere
84 posse; *Ipsos* tamen *incestuosos* hoc casu matrimonio coeuntes, nil præsidii ex *illicite contracto istiusmodi matrimonio* ad mitigandam promeritam pœnam petere posse, sed utrosque in perpetuum esse *relegandos*, ex antea jam adductis statuo rationibus ; facile cæteroquin largiturus,
85 *dispensationi Superioris* hoc casu locum dari etiam in *ipsis incestuosis Conjugibus*, ne contractum dissolvatur matrimonium. *vid. in terminis Magnific. Dn. Mevium p* 3. *Dec* 309. *Br. in J. E. L.*2. *c.*16. §.21. *Stryk. in Not. ad Br. d. l. ibique FCtis Viadrinæ Responsum de* 19. *August.* 1680. & *Excellentiss. Dn. Schöpffer. in Synops. Pandect. ad Tit. de Nupt.*

86 Consobrini etsi de *Jure Civili* recte connubiali vinculo sibi invicem jungi possint, §. *duorum* 4. *J. de Nupt. L. si nepotem* 3. *π. de R. N. L. conditioni* 2. *l. de instit.* & *substit.* neque in Lev. 18. & 20. prohibeantur, vel quoad *personas* vel quoad *gradus*; Quin potius Viri pii, vitæque sanctimonia illustres, talia contraxisse matrimonia in sacro Codice legan-
78 tur, conf. Genes. 29. v. 12. Exod. 6. v. 20. Num. 36. v. 11. Tobiæ 7. Josuæ 15. v. 17. *Moribus* tamen *universæ Germaniæ sub pecuniaria, Saxoniæ* vero etiam *sub perpetuæ Relegationis pœna* à matrimonii nexu arcentur, *Carpz. p.*2. *qu.*73 *n.*29. 33. & 35. *Struv. in Jpend. Rom. Germ. For. lib.*3. *tit.*28. §.23 *Hopp. in Il. M.* §.4
88 *J. de Nupt.* Quin ergo & hoc casu ordinaria illa pœna in relegationem temporalē, vel carceris, aut etiam pecuniariā *favore matrimonii* cum alia postea *contracti* mutari possit, nullam ferme deprehendo dubitandi rationem.

tionem. Illud vero neminem latere posse, ex regula supra tradita, arbitror: hoc sc. matrimonium inter Consobrinos initum, utpote non Jure *Divino*, sed *statutario* tantum, ac *Provinciali* incestuosum, non rescindi, sed sua gaudere validitate plenissima: Cujus forsan non ineptè hanc dabis rationem, quod cum magno illo *Grotio Lib. 2. cap. 5. §. 16.* sæpè indecentia sit major in actu, quam in effectibus; sæpe etiam incomoda, quæ rescissionem sequuntur, majora, quam ipsa indecentia, aut incommodum actus ipsius.

Misso jam incestu, ad POLYGAMIAM descendo, quam sua
atrocitate ipsum superare adulterium, in Ordin. Crim. *art. 121. vb:* 90
Welche Ubelthat dann auch ein Ehebruch / und NB. und grösser / dann dasselbige Laster ist forsan ex Papicolarum principiis, Matrimonium, *Sacramentorum* numero adscribentium, *Vid. Magnif. Dn. Stryk. in Coroll. 2. Disp. de Dissensu utriusque Desponsat.* aperte statuit Imperator Carolus V. *Confer. Fichard. Tom. 1. Cons.* 115. *q.* 7. *Gilhaus. ad d. art.* 121 *fol. 38.* Non producam jam quidem in scenam, variis animi motibus inter Theologos æque, ac JCtos in utramque partem plus simplici vice agitatam spinosissimam illam quæstionem: *Utrum Polygamia simultanea Vi-*
rilis Juri Naturali sit contraria? Quade vide, consulique possunt plenius Viri acerrimi judicii *H. Grotius de J. B. & P. Lib. 2. c. 5. n. 8. & 9. adque eundem in notis MS. Excell. Dn. Coccejus, Præceptor olim meus, ad cineres summâ cum observantia colendus, Puffendorff. de J. N. G. & C. Lib. 6. c. 1. §. 15. Dn. Thomasius in Jurisprud. Divin. L. 3. c. 2. §. 200. inque Disput. de Crimine Bigamiæ. Bruckner. in Dec. Jur. Matrim. controv. c. 14. §. 13. D. Zeidler. in Tract. Posthum. De Polygam seq.* cum quibus, aliisque ceteroquin in *negativam* ego propendeo. Neque jam excurrere lubet in famosissimam illam controversiam. *Utrum Polygamia Jure Divino* 91
sit prohibita? Quod non sine prægnantissimis rationibus negare vi- 92
dentur *Exc. Stryk. in not. ad §. 6. J. de Nupt. & ex eo Hopp. in Comm. J. d. §. 6. Conf. Epistola Christiani Vigilis Germani, ad Sincerum Warenbergicum Svecum Ejusdemque Discursus inter Polygamum & Monogamum; Pariterque Theophili Alethæi Discursus de Polygamia. Celeberr. Dn. Thomasius cit. loc. c. 3. n. 76. seqq.* Sed illud pro instituti ratione duntaxat hic notasse sufficerit, sc. in Imperio Romano Germanico *per CCC. art. 121.* in Polyga- 93
mos *gladii* pœnam esse constitutam, *Carzov. P. 2. q. 66. n. 30. Berlich. P. 4. Concl. 28. n. 10.* Matth. *Coler. P. 1. D. 176. n. 80. & Stryk. in not. ad Brunnem. I. E. Lib. 2. c. 16. §. 1.* Quam licet illis in locis, ubi per statuta 94

adulterium *ultra carcerem* non punitur, etiam in mitiorem pœnam
commutandam esse, non sine ratione statuat *Brückner d. l. cap.* §. 27.
in Foro tamen Lubecensi, nec non hic Rostochii, aliud Usu obti-
nere constat.

95 Neque hic *Judæorum* personam excipi arbitror per *L. 7. & 8. C.*
De Judæis, Vid. Dn. Hopp. ad §. 6. J. de Nupt. Decian. Lib. 5. c. 12. n. 3. &
96 *Brunnem. ad d. L. 7.* ubi tamen cum aliis inibi citatis, hanc pœnam
illo cessare casu statuit, quo Judæus repudiata Uxore prima, ex li-
bertate Legis Mosaicæ aliam ducit, de quo dubitandi rationem faci-
97 le subministrabit Lex 8. *C. de Judæis.* Hanc vero gladii pœnam, ne
ad intercessionem quidem prioris Uxoris, *in honorem prioris matrimo-*
nii contracti remitti & in mitiorem mutari, licet in crimine adulterii
aliud obtineat, constans est JCtorum assertum, ipsa Fori Praxi satis
comprobatum. *Vid. Moller P. 4. Const. Elect. 20. n. 4. Clasen ad CCC. art.*
121. *Carpz. qu. 66. n. 39. Habn. ad Wesenb. ff. Ad L. Jul. de adult. n. 8. Stryk.*
ad J. E. Brunnem. L. 2. c. 16. *§. 1. jung. Joh. Volckm. Bechman. in Comm.*
Theor. Pract. ff. Ad Tit. ad L. Jud. de Adult. Observ. 44. *ibique præjudicium.*
ut ut justa non deficiente *dispensationis* caussa, Superior gladii pœ-
98 nam remittere ceteroquin utique possit, *Vid. Besold. Diss. de Regal. c. 4.*
th. 2. in fin. Stryk. in not. ad J. E. Brunnem. d. l. ibique FCtis Viadrinæ Respon-
99 *sum. Conrad. ab Einsidel. de Regal. c. 2. n. 67.* Qualis non quidem illa esse
videtur, qua motus aliquando fuit, Rex Galliæ Carolus, ad veniam
cuidam Gallo, ob polygamiam capitis damnato, impertiendam:
scilicet, quod hic polygamus post ductam *Primam* Uxorem parum
probam, *Secundam* pejorem, *Tertiam*, pessimam, illique similem in-
venisset *Quartam*, animoque induxisset, se à ducendis Uxoribus
ante cessaturum non esse, quam tandem unam invenisset bonam &
probam, referente *Beustio de Connub. P. 2. c. 3. Ægyd. Bossio in Tract. De*
100 *Coitu damnat. n. 78.* Bene vero huc referri potest. [1] Casus, quo ex
Turcicis, aliisque Gentibus Mahumetanis & Ethnicis, (qui ex
permissione Legum suarum, cum pluribus Uxoribus matrimonium
bona fide jam dudum contraxerunt) quis cum liberis & Uxoribus ad
nostram Religionem Christianam est transiturus. *D. Mayer. in Tract.*
De Conjugio inter duas. Sect. 2. c. 3. §. 26. & Sect. 5. c. 4. §. 5. Dunte in Casib.
101 *Consc. c. 19. Sect. 1. q. 41. Brükner. d. Tr. c.* 14. *n.* 64. *& Bronchmandus in Loc.*
de Conjug. cap. 4. *q.* 6. [2] Quo Christianus apud Turcas, aliasque
Barba-

Barbaras Gentes permultos annos absque ulla redemptionis ſpe, dura detentus Captivitate, perque Fœminam ſub promiſſione matrimonii à moleſtia vinculorum liberatus, domum revertitur, Uxo- 102
rem priorem vivam adhuc deprehendens. Quale exemplum exſtitit in Comite Glichenſi, referente *Wolffio in Sect. Memorab. Centur. 16. ad Annum 1515. Dreſſero in Millenar. 6. ad Ann. Chriſt.* 1217. *Peckerſtein in Theatro Saxon.* P. *c.* 16. *D. Sagittar. in Hiſt. Glichenſi L.* 2. *c.* 4. & *Dn. Bruckner. d. l. c.* 14. *n.* 66. uti ex ejus epitaphio Saxeo, in quo ipſe in medio duarum Uxorum Erfurti, in templo Monaſterii S. Petri adhuc hodie conſpicitur, diſcere eſt. Similis caſus meminit *Joh. Volckm. Bech-* 103
man. in Comm. ff. 1. *Theor. Pract. ad Tit. de R. N. Obſerv.* 2. *n.* 36. Vbi Nobilis quidam Vxoratus in Polonica militia à Moſcovitis captus, omni alio carcere elabendi remedio deficiente], ducta Virgine Muſcovitica in Saxoniam rediit, reſponſoque Ampliſſimæ FCtis Juridicæ Jenenſis ab ulteriori inquiſitione ex hac potiſſimum ratione liberatus eſt; quod durum omnino videatur, ipſum, qui cogente duro neceſſitatis telo, ſecundam Uxorem ſuperinduxit vivæ priori, ad quam ſine illa redeundi ſpes omnes decollaverat, eadem dignum judicari cenſura, quam ad ſecundas nuptias, durantibus adhuc primis, *dolo* advolantes, merito incurrunt; à quo, cum facile hoc caſu polygamum liberaverit *neceſſitas*, juſtam deprehendit Ampliſſima Jenenſis FCtas Juridica cauſſam ſecundum matrimonium hoc caſu non dirimendi. Addi his poteſt *Tertius Caſus* Vnius uxoris, ex ſe- 104
minis exuberantia ortis uſtionibus Mariti reſtinguendis non ſufficientis: Ex qua cauſſa Philippo Haſſiæ Landgravio B. Lutherus Ao. 105
1539. Philippus Melanchton, Martinus Bucerus, Antonius Corvinus, Joh. Leningus, Juſtus Winther & Dionyſius Melander ſecundam Uxorem conceſſerunt. *Vid. eorundem reſponſum ap. Bruckner. in Dec. Jur. Controv. Matrim. c.* 14. *in fin.*

Polygamiam nunc excipit ADULTERIUM Crimen certe ut fre- 106
quentiſſimum, ita graviſſimum. Carpz. qu. 51. per totam. Hoc in *Duplex*, quod *maritus* cum *aliena uxore* committit, ac *ſimplex*, quod 107
vel à *ſoluto*, ad *alterius tori ſocium* prolabente, vel ab *Uxorato* cum *Soluta* ſe carnaliter commiſcente, perpetratur, dividi, tam notum quidem eſt, quam quod notiſſimum: Interim tamen ab hac delicti diverſitate varietas quoque pœnæ dependet.

Equi-

108 Equidem in Duplicato Adulterio moribus hodierni ævi ferè universalibus, vid. tamen Beust. de Connub. *p. 9. c. 18. & Stephani ad art. 120. CCC.* secundum dispositionem *Juris Civilis Nov.* 134. *c.* 10. *& Auth. sed hodie C ad L. Jul. de Adult.* ac Carolini, *vid. art. 120.* adulter capitis incurrit supplicium, adultera *fustiganda cum perpetua relegatio-*
109 *ne*; Pœna hac usu Fori in locum *detrusionis in monasterium* Novella 131. definitæ, introducta. *Berlich. p. 4. Concl. 27. n. 25. & illustriss. Dn. Stryk. in not. ad Lauterbach. tit. Ad L. Jul. de Adult. verb. detrudebatur, Clasen ad art. 120. CCC. Carpz qu. 53. n. 7. & 8. Berlich. p. 4. Concl. 27. n. 17. fol. 175 Fari-*
110 *nac. qu.* 141. *n. 19. fol.* 579. In investiganda autem verà ac genuina causa, quæ Justinianum ad hanc lenitatem erga fœminas adulteras commoverit, mirum, quam desudent JCti, *vid. Stephan. & Clasen. ad art. 120. CCC. Damhouder. c. 19. n. 37. & 105. fol. 157. & 161. & Carpz. qu. 53. n. 10. seqq.*

111 Nobis vero ex variis, quas acervatim colligunt Doctores, arridet illa potissimum ratio, quam ex Bodino adducit *Carpz. d. qu 53. n. 20. & cum eo Excell. Dn. Hoppius ad* §. 4. *J. de publ. Judic.* quod scilicet ita
112 placuerit Theodoræ Imperatrici; Non rejiciendo tamen & illam, quæ à fragilitate sequioris sexus desumitur. *Vid. Illustr. Dn. de Rhez in Med. Acad. Disc. 31. Posit. 20.* Fœmina enim mala merx est, quæ cito corrumpitur Stephan. ad art. 120. *CCC.* Hæc tamen Pœna *In Saxo-*
113 *nia* non absque ratione & in fœminis est exasperata, adeo, ut hæ quoque inibi non secus, ac mares, ferali gladio sontem submittere cervicem jubeantur. *Carpz. p. 2. qv. 54. n. 17. seqq.*

Quod si vero *simplex adulterium solutus cum maritata* commiserit,
114 tunc itidem *adulter* hujusmodi hodiè *gladium* experitur vindicem; *conjugata* vero, *virgis cæsa, in perpetuum mittitur exilium Clasen. ad d. art. ibique Stephan. Jul. Clarus Lib. 5. sent.* §. *adulterium Coler. Decs. 176. n. 10. p.* 1. frustra dissentiente Zieritzio *ad art.* 120. *CCC.* & pœnam gladii ad fœminam quoque extendente, qui propterea confutatus est *ab Hahnio*
115 *ad Wesenbec. ad L. Jul. de Adult. n.* 19. *fol.* 506. 507. Sed ab hac Juris Civilis dispositione & generali Germaniæ praxi divortium fecit *Jus Saxonicum per Constit. Elect. 19. p.* 4. vigore cujus in ditionibus Electoratus Saxonici fœminæ conjugatæ, solutum ad carnalem admittentes copulam, *pœna gladij* afficiuntur, non secus, ac si maritis sese prostituissent, *Carpz. qu. 54. n. 27. seqq. Joh. Shneidw. ad tit. inst. de nup. sub rubr.*

rubr. de divort. Num. 26. vers & fecit extensionem Matth. Berlich. p. 4. Concl. 27. n. 40. Denique si *maritus cum soluta aliqua fœmina* corpus suum misceat 116
carnaliter, tum *conjugatus in praxi* fustigatur, atque in perpetuum relegatur, *soluta* vero tantum arbitrarie, vel *carcere* vel *temporali etiam relegatione* punitur, *Heig p. 2. qu. 19. Num. 5. & 21. Matth. Coler. Dec. 176. n. 21. seqq. Matth. Wesenb. in paratitl. π. ad L. Jul. de Adult. n. 19. vs. at solutæ mulieres Dn. Hopp. in Il. M. §. 4. t. de publ. Judic.*

At vero *Constitutio Electoralis Saxonica* longè severiorem pœnam 117
utrique personæ indicit. Siquidem inibi *Maritus* ad fœminam *solutam* prolapsus, æque *gladii pœnam* incurrit, ac si ad uxorem conjugatam accessisset: *fœmina* verò *soluta virgis cæsa*, in perpetuum relegatur, docente *Carpz. qv. 54. n. 37 seqq.*

Restat ut ordine nunc pariter lustremus, an & qualiter prædictis hisce, quæ regulariter adulteros manent, pœnis, *favor matrimonii contracti* ac intercessio innocentis Conjugis mitigationem afferre valeat, si qui forte deprehendantur Conjuges, mitiori adhuc animo prædici, quam Paulus Eremita, qui cum haberet uxorem pulchram, eam vero in adulterio prehenderet, tacite subridens, jurato affirmavit, se nunquam cum ea in posterum rem habiturum, ad adulterum verò dixit: Tu eam habeto. *Clasen ad art. 110. CCC?* *Duplicatum* ergo 118
quod attinet *adulterium*, noto erit notius, *extra Electoratum Saxoniæ* in aliis ditionibus, in quibus *Jus Commune Saxonicum & Jus Carolinum* viget, hujusmodi adulteris ad intercessionem Conjugum *favore matrimonii contracti* pœnam ordinariam, *gladii* nimirum, atque *fustigationis*, remitti, substituta poena relegationis. *Dn. Hopp. in Il. M. ad §. 4. J. de Publ. Judic. Carpz. qu. 55. n. 13. Stryk. ad §. 4. J. de Publ. judic. Dn. de Rhetz. Med. Acad. 31. Posit. 20. & Dn. Bechman. ad Tit. ff. Ad L. Jul. de adult. n. 28. Obs. 10.* Ubi notanter subjicit: Hoc tamen casu *extra Sax.* Su- 119
perioris desiderari consensum exque ejus dependere arbitrio, an ignoscente Uxore, reo gratiam facere velit: Unde solet in sententiis addi clausula: Es wolte ihm dann die hohe Obrigkeit in Ansehen seines Weibes Vorbitte Gnade erzeigen. *Conf. Carpz. d. l. n. 29.*

Quin & expresse huic suffragatur. *Nov. 134 c. 10. & Auth. sed hodie* 120
C. ad L. Jul. de Adult. Ubi marito conjugem, ob adulterium cum alieno marito perpetratam, in Monasterium detrusam, *intra biennium* recipere permittitur: In *Electoratu vero Saxonico* in hac adulterii
specie locum non habet remissio Conjugis. *Carpz. p. 2. qu. 55. n. 109. seqq.* 121

Dan. Möller. ad Constit. Elect. 19. *p.* 4. *n.* 5. *petr. Heip. Lib.* 2. *qu.* 29. *n.* 22.
122 *Joach. à Beust. de Iur. Connub. p.* 2. *cap.* 17. Quod licet durum videatur Matth. Wesenbecio à *Dan. Mollero d. n* 5. allegato, ratione tamen nequaquam caret sua, quæ est gravitas delicti, remissionem conjugis ac mitigationem poenæ excludens. Nemo enim nescit, duplica-
123 tum adulterium simplici longe gravius esse, ceu quod duplicem thorum violat, duplexque delictum continet. *Carpz. d. qu* 55. *n.* 110.

124 *Simplex* quod attinet *adulterium*, & quidem (1.) à *Conjugato* cum *Soluta* commissum, Praxis omnium in Germania judiciorum abunde testatur, hic facilius ad *intercessionem innocentis Coniugis* in honorem *contracti matrimonii*, ordinariam *in Saxonia* poenam *gladii*, in *perpetuam relegationem*, *extra Saxoniam* vero ordinariam *fustigationis* poenam, in *temporalem* relegationem, vel etiam *carceris* poenam, mutari posse. *Vid. Carpz. P.* 3. *qu.* 149. *n.* 6. *& P.* 2. *q.* 55. *n.* 33. *Illustr. Rhez. & Stryk. proxime all. loc.*

125 Sicuti (2.) à *Soluto* cum *conjugata* adulterio commisso, ad intercessionem innocentis *Mariti*, *Uxor* in *Saxonia* gladio subjicienda, in *honorem contracti matrimonii* tantum in *perpetuum* relegatur, *extra Saxoniam* vero regulariter fustiganda, *temporale* subire *exilium* tenetur, aliquando etiam *soli carceri* mancipanda. *Carpz. q.* 55. *n.* 2. *&* 23. *ibique longa serie cit. Ddres. Confer. præjudicium ap. Bechmannum. in Comm. ff.*
126 *ad Tit. Ad L. Iul. de Adult. n.* 31. *Obs.* 13. Illud vero non inutiliter hic quæritur: *Utrum intercessio pro* Conjuge adultero *facta*, etiam ad mitigationem poenæ ordinariæ *utroque casu* prosit solutæ personæ, *qua cum* Conjugatus vel Conjugata *turpiter corpus suum miscuit?* Ita putat
127 Carpzovius *quæst.* 55. *n.* 122. cum pluribus aliis, ibi allegatis Dbus, hanc communem extra *Electoratum Saxoniæ* esse sententiam referens *n.* 124.

128 At vero illam non tantum non ubique receptam esse, videre est ex illis, quæ notavit *Dn. Bechman. d.* 1. *n.* 39. *Obs.* 21. (Ubi expresse docet, se non recordari unquam respondisse FCtem Juridicam Jenensem, Uxore pro Marito intercedente, qui cum *soluta* rem habuit, ordinariam *solutæ* esse pœnam remissam, neque profuisse unquam Mariti, pro Uxore intercedentis rogationem illi, qui adulterino am-
129 plexu eam polluerat); Nec non ex allegato à prælaudato *Bechmanno. d. l.* Responso Durum Lipsiensium, Anno 1618. Mens. Nov. ita etiam

extra

extra Electoratum respondentium; Sed destitui etiam eandem omni saniori ratione, inde liquet, quod *favor Matrimonij*, qui unica hujus mitigationis causa esse censetur, cesset in *solutis*, quibus tantum abest, ut tum præprimis, quando variis lenociniis, insidiis & artibus ad furtivum amorem pertraxerunt aliorum Uxores, sæpè non inhonestas, sua prosit nequitia, ut potius eosdem malitiæ suæ promeritam sustinere pœnam oporteat, intercessione Conjugis innocentis soli Uxori seductæ profutura. *Vid. Dn. Brunnem. in Proc. Inquisit. cap. 9. n. 36. Conf. Excell. Dn. Schöpff. in Synops. ff. Ad Tit. Ad L. Jul. de adult. n. 30.*

Ceterum, licet Carpzovius *P. 2. q. 55. n. 70. & q. 61. n. 74.* statuat, in *honorem contracti matrimonii* hoc etiam casu ordinariam *adulterii* mitigari pœnam, quo uterque Conjugum adulterii reus, alter pro altero intercedit, ex rationibus, ad quas in publico conflictu V. D. dabitur respondendi occasio, contrariam tamen *B. Brunnemanni in Proc. Crim. cap. 9 n. 34. & Dn. Mulleri ad Const. Elect. 19. P. 4. n. 11.* sententiam puto æquiorem, esse ac veriorem, eo, quod inconveniens videatur, *adultero* tribui beneficium *innocenti* datum, cujus solius, & non *adulteri* favore, quo hic utique indignus est, placuit, ad ejus intercessionem huic remitti pœnam, cujus mitigationem frustra urget hoc casu uterque nocens. *Vid. D. Schöpff. d. l.* 130 131

Illud verò facilius largior, hanc ob Conjugis innocentis intercessionem *favore matrimonii contracti*, concedendam pœnæ mitigationem etiam tum locum invenire, ut ut adultero jam ante ob commissum adulterium promerita pœna sit remissa, non obstante *L. 2. §. Lenocinii. ff. & L. 2. C. Ad L. Jul. De Adult.* juncta *L. 3. C. De Episcop. aud.* cum favor innocentis Conjugis, cui duplex perfidi thori socii adulterium sat gravem attulit afflictionem, simulque & duraturi matrimonii ratio permittere haud videantur, ut ex morte adulteri, vel alia duriori pœna, gravior innocenti accedat afflictio, & sine culpa damnum, universalitate Novellæ *124. c. 10. & Auth. Sed hodie. C. Ad L. Jul. de Adult.* huic sententiæ, juxta quam non semel ita pronunciasse Lipsienses, cum *Carpzovio, P. 2. q. 55. n. 66. seqq.* testatur *Joh. Volckm. Bechman. ad Tit. ff. Ad L. Jul. de Adult. n. 34. Observ. 16.* non parum patrocinante. Sicuti autem Conjux remissionem semel factam revocare non potest, *arg. L. 5. C. de O. & A.* ob firmum jus adultero *ex hac remissione* quæsitum, *arg. c. 17. C. 32. q. 5. & L. 15. §. 5. ff.* 132 133 134

 Ad

Ad L. Iul. de Adulter. Vid. Carpz. P. 2. qu. 55. n. 76. & 83. ubi præjudicia Conf. Bechman. d. l. n. 35. O. 17. ita in arbitrio *adulteri* non est, an factam
135 sibi remissionem acceptare, an vero condignam delicto pœnam subire malit, cum hic non de *delinquentis adulteri*, sed de *innocenter læsi Conjugis* agatur favore, deque damno ab hoc, citra omnem cetero-
136 quin culpam, subeundo, hac via evitando; Et ne frustra hæc asseri arbitreris, eo quod casum dabilem esse vix credas, quo *supplicium* & *pœnæ acerbitatem* adulter ejus *remissioni, & gratiæ* sit prælaturus, duo eodem anno nempe 1630. à Scabinis Lipsiensibus emanata responsa,
137 dubium desuper subortum facile dispellent. *Vid Carpz. P. 2. q. 55. n. 129. seq. Confer. Dn. Bechman. d. l. n. 40. Obs. 21.* Hoc magis dubium videri potest etiamsi sub hac expressa conditione pars innocens pro adultero intercesserit, eidemque cohabitare promiserit *si ipsi gratia fiat in loco commorandi*, tamen hanc intercessionem *pro pura* haberi, hoc effectu, ut pœna adultero mitigetur, eundemque in exilium iturum sequi teneatur, quæ non nisi conditionaliter pro ipso intercesserat.
138 Qualiter judicatum esse Ao. 1630. & 1632. refert *Carpzov. q. 55. n. 78. eumque secutus Bechman. d. l.*

139 Hactenus de vero adulterio; Sequitur nunc *quasi Adulterium*, quod personæ nondum quidem maritatæ, desponsatæ tamen committunt per *L. notab. si uxor. 13. §. 3. ff. ad L. Iul. de Adult. L. propter 7. C.*
140 *eod.* Neque enim infrequens est in Jure nostro, ut sponsus Jure mariti utatur *L. 15. §. 24. ff. de injur. L. 74. ff. de Jure dot. L. 5. C. de bon. quæ*
141 *liber.* utque quod de uxore dicitur, in sponsa quoque locum habeat, *Petr. Heig. p. 2. qu. 28. n. 14. Andr. Tiraquell. de LL. Connubial. Gloss. 2. num. 1. & seqq. vid. illustris Strykii Dissertat. de Jure Sponsi & Sponsæ c. 6. n. 7.* in fine *ejusque Differt. de dissensu utriusque despons. §. 24.*

142 Quia tamen nondum consummatum inter desponsatas personas est matrimonium, sed potius sola matrimonii spes *L. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.* insuper in odiosis *Sponsus mariti* appellatione non con-
143 tinetur, nec *nuptæ* verbo *sponsæ*, *Tiraqu. in LL. Connub. gloss. 2. verb. en pouvoir de son. mari num. 18. 19. Carpz. qu. 56. n. 16.* veri quoque adulterii poena in corruptoribus alienarum sponsarum in praxi non invenit locum, sed lenior aliqua coërcitio nempe *fustigatio, illustris Dn. de Rhetz. meditat. Acad. diss. 31. pos. 19. Carpz. qu. 56. n. 36. seqq. petr. Heig. d. qu. 28. n. 28. Matth. Berlich. p. 4. Concl. 27. n. 143. & 147. Matth. Coler. p. 1. Decis. 176. n. 37. Wesenbec. in paratit. ff. ad L. Iul. de Adult. num. 7.*

Quod

Quod tamen non aliter intelligi velim, quam ut pœna *fustigationis*, in 144
locum ordinariæ *gladii* pœnæ surrogata, in hoc *quasi adulterio* eo casu
locum habeat, quo *in vero adulterio* ordinaria pœna *gladii* irrogari solet.
Proinde quemadmodum in Saxonia, marito vel viro soluto cum alte- 145
rius uxore concumbente, utrique personæ pœna adulterii ordinaria,
nimirum *gladii* indicitur, ita *sponso vel Iuvene soluto cum alterius sponsa carnaliter se commiscente*, quin ibidem utrique quasi adulteræ personæ,
tam sponso vel juveni soluto quam sponsæ fustigationis pœna infligenda sit, dubitandum non est, *Carpz. qu.56. num.43.*

Ex quo etiam secundo fluit amne, quod proinde extra Saxoniam 146
hoc in casu in desponsatam tantummodo temporalis relegationis vel
carceris pœna statuenda sit, prout fusius elegantibus rationibus demonstravit *Dn. Fecht. in sæpius laudata disput. cap.2. n.66. & seqq.*

In casu autem contrario si *sponsus ad fœminam solutam accedat*, cum- 147
que ea rem habeat, quasi adulter sponsus solummodo *fustigatione*,
fœmina soluta *temporali relegatione in Saxonia* punitur, *Carpz d. qu.56.
n.45. seqq. Extra illam* autem & ubi jus Commune obtinet, sponsus ad 148
certum tempus relegari, soluta vero per aliquot septimanarum spatium in carcerem conjici poterit.

Quæritur ergo jam *in priori casu*. An hæc pœna ordinaria mi- 149
tigari possit favore matrimonii contracti, si quis matrimonio cum
sponsa sua consummato deprehendat, illam ab alio, post contracta
jam cum ipso sponsalia vitiatam esse, (ubi tamen solum virginitatis
defectum allegare non sufficit, utpote cujus certa signa non dari,
fatentur plerique *Gonalez. Tellez. ad C.4. n.8. X. De probat. Zachias q. m.
Leg. L.4. tit.2. qu.1.*) hanc tamen sponte remittendo injuriam, Jurique suo renunciando, quasi adulteram suam conjugem retinere, ac
pro ipsa intercedere velit? (Id equidem indubiæ est veritatis, quod 150
viro ita misere decepto, ac circa virginitatem, sponsæ suæ erranti, jus
fasque sit, comperto hoc facinore, illam à se, mediante consistorii authoritate, dimittendi. *Conf. Nov. Leon.93. & Deut.22. vers.21. Dn.
Ziegler. ad Jus Canon. L.2. tit.12. §.1. vid. B. Brunnem. J. E. Lib.2. cap.17.
§.25. ibique Illustris Dn. Stryk. ad verb. sed videntur rectius sentire. jung.
Excell. Dn. Joh. Samuel. Strykii paternæ eruditionis æmuli Disput. inaug. De
Matrimonii nullitate th.24. seqq.*) & Constat inter omnes cordatiores 151
JCtos locum utique hoc casu dari *mitigationi pœnæ* quasi adulteræ præ-

Sss 3 stitutæ

stitutæ *favore matrimonii contracti*, & in SAXONIA quidem fustigationem cum perpetua relegatione in *carcerem* mutari *Heig. p. 2. qu. 28. n. 27. Berlich. p. 4. concl. 27. n. 149. Carpz. qu. 56. n. 52.* ALIBI vero tempora-
152 lem relegationem in *arbitrariam pœnam* converti. In posterioris casus evolutione duæ occurrunt quæstiones, quarum prima, eaque
153 præjudicialis quasi est: *An fœminæ quoque competat potestas, divertendi* hoc casu quo sponsus, hodie maritus, post sponsalia contracta cum alia soluta corpus suum miscuit, quasi hoc adulterio à sponsa demum post contractum cum quasi adultero matrimonium cognito? Secunda quæstio eo recidit: *An fœminæ intercessio in hoc ipso casu pro quasi adultero suo marito & favor Matrimonii contracti ad mitigandam hujus pœnam aliquid conferre valeat?*

154 Et sicuti ex sequenti pronunciato Consistorii Lipsiensis de Anno 1673. verbis: Nachdem sich Cajus mit seiner Magd / da zwischen Ihm / und der Ottilia NB. allbereit öffentliche sponsalia gehalten gewesen / fleischlich vermischet / und dergestalt hiedurch von ihm NB. ein wahrhaffter Ehebruch begangen worden / die Ottilia auch / ihm solches zuverzeihen / und gebrochener Treu und Glaubens ungeachtet / ferner beyzuwohnen / sich nicht will bewegen lassen / NB. So mag die gäntzliche Ehescheidung deßwegen wol vorgenommen / der Ottiliæ auch hernach / fals sie ohne Verletzung ihres Gewissens ausser der Ehe zu leben nicht vermöchte / sich in andre Wege gebührlich zuverheyrathen verstattet werden / exque illis, quæ habet *Excell. Strykius in Not. ad Brunnem. J. E. Lib. 16. §. 25. verb. comperit eum stupro se maculasse & Dn. Joh. Georg. Nicolai, De Divortio cap 2.* divertendi licentiam hoc casu in Consistoriis concedi Uxori, quæ scientiam stupri, *post sponsalia* à sponso commissi, demum nacta *post consummatum cum ipso matrimonium*, culpam eidem remittere, ac reconciliationi infelici suc-
155 cessu à Consistorialibus tentatæ, locum non vult relinquere, satis apparet, ita vix ambigendum est, quin Uxore pro Marito suo *inverso casu* intercedente, eidemque amplius cohabitare volente, *favore matrimonii contracti* in SAXONIA quasi adultero, remissa *fustigatione*, *carceris pœna*, vi Constitutionis Electoralis *de A. 1619. Carpz. d. qu. 56. n. 52. seqq.* in ALIIS VERO GERMANIÆ LOCIS *sola Ecclesiastica pœnitentia*,
156 *leviorque mulcta* Marito sit dictitanda. Hæc ita sese habent *in quasi adulterio* à sponso sponsave cum *personis solutis* commisso; Sed, quid si *sponsus cum alterius conjuge rem habeat, vel sponsa marito alieno copiam sui faciat?*

ciat? Quod genus quasi adulterii eo gravius est alio simplici, quominus sponsus sponsave personæ solutæ dici queant. Et constat *sponsum* 157
hoc casu gladii pœnam incurrere, *sponsam* vero virgis cæsam, in perpetuum mitti exilium. Quæ ipsa pœna tamen ad intercessionem par- 158
tis offensæ *favore matrimonii contracti* remitti ac in longe mitiorem converti potest, prout eleganter demonstrat *Carpz. d. qu. 56. n. 7. seqq.* ubi simul *num* 86. determinat, quid sentiendum hoc casu, de marito seu uxore conjugatis cum personis desponsatis rem habentibus, an etiam iisdem ad intercessionem conjugis innocentis in terris Electoratus Saxoniæ (nam de Jure communi, quo etiam in duplicato quovis adulterio Remissioni locus est res dubio caret) pœna gladii remitti debeat?

Pergimus jam ad RAPTUS Crimen, quod stupro violento gra- 159
vius ac atrocius judicatur, *Decian. Tr. Crim. L. 8. c. 11. n. 8. prosp. Farinac. p. 5. op. Crim. qu. 145. illustr. Stryk. ad J. E. Brunn. L. 2. c. 18. §. 27. p. 721. Berlich. p. 5. Concl. 41. n. 12. seqq.* vindicandum ultimo supplicio, *L. un. C. de* 160
Rapt. Virg. ibique Br. & Perez. §. 8. J. de Publ. Judic. ibique Stryk. & Hopp. Carpz. p. 1. qu. 40. n. 27. ibique citati DD. jung. CCC art. 118. ibique Clasen. & Stephan. Quod, utrum *favore matrimonii contracti* in relegationem 161
converti possit quæritur? Equidem de Jure Civili id negandum videtur per clarum & manifestum textum *d. L. un. C. De Rapt. Virg. §. 1. vers. nec sit facultas:* jungatur *Edictum pœnale Hamburgense d. 21. Sept. 1676. Hamb. S. R. p. 4. t. 26.* At vero, cum *Jure Canonico per cap. pen. & ult. X.* 162
de Rapt. (cui in terris etiam imperii standum esse tradunt *Prosp. Farin. p. 5. Op. Crim. qu. 145. n. 29. Salyc. in L. Un. C. de Rapt. Virg. n. 12. vers. de Jure Camnio secus Berlich. p. 5. Concl. 41. 51. Carpz. p. 2. qu. 75. n. 68. ibique plena manu allegati DD.*) inter Raptorem & Raptam subsistat matrimonium, indubiæ quoque erit veritatis, hanc raptui determinatam pœnam *favore Matrimonii contracti* mitigari ac in extraordinariam relegationis mutari posse, *illustris Dn. De Rhetz. Medit. Academ. Diss. 31. pos. 52. Beust. p. 1. De Spons. 39. Excell. Dn. Stryk. ad Br. I. E. Lib. 2. c. 18. §. 27. & 32. Magnif. Dn. Præses in not. ad Lauterbach. tit. de R. N. verb. hoc etiam mutatum.* Si enim *favore Matrimonii contrahendi* poena ordinaria raptoribus re- 163
mitti potest, prout eleganter evictum ivit *Nobiliss. Dn. Fechtius in laudata sua Disputatione cap. 2. n. 102. seqq.* Sane multo facilius *favore matrimonii jam contracti*, cujus major adhuc in Jure nostro favor est, *arg. c. 25. X. de Jurej.*

164 *Jurej.* mitigatio poenæ locum inveniet. Hanc vero frustra sibi pollicetur Raptor illo casu, quo vel jam Uxoratus, vel ante contractum *cum alia* matrimonium, crimen raptus commisit, *hac* pro marito raptore
165 intercedente. Nam si & hoc casu poenæ otineret mitigatio favore *matrimonii* cum non rapta *contracti*, nullus maleficus uxoratus ob capitale delictum capite plecti posset, cum inter *raptum & alia delicta*, quoad hunc effectum, nulla dari possit differentia, & mitigatio poenæ, raptori imponendæ, unice in favorem ac *solatium raptæ* sit introducta.
166 Raptum propter singularem affinitatem ordine excipit STUPRUM VIOLENTUM, quod simplex stuprum ac fornicationem turpitudine sua multis antecedit parasangis, *Matth. Wesenb. in paratitl. π. ad L. Iul. de Adult. n.22. Iul. Clarus Lib.5. Sent. § raptus n.1. Carpz. p.2.*
167 *qu.75. n.1. ibique citati DD.* Poena ejus tam De JURE DIVINO, *Deut. 22. v.25. quam* CIVILI *L.1. §. qui puero π. de Extra Ord. Crim. L. mariti 29. §. ult. π. ad L. Iul. de Adult. &* CAROLINO *CCC. art.119. ibique Clasen. & Stephan.* omniumque locorum STATUTIS *vid. Mev. ad Ius Lub. Lib.4. tit.7. art.1. & Dn. Hopp. ad § 4. I. de publ. Iudic.* est capitalis.
168 Quæ ultimi supplicii poena quin & ipsa quoque *favore matrimonii cum fœmina, per vim stuprata, contracti* ad præviam hujus intercessionem violento stupratori remitti, ac in relegationis poenam mitigari possit, nullus fere Doctorum inficiabitur, *B. Br. in I. E. L.2. c.18. §.27. ibique Excell. Dn. Stryk. Farinac. Op. Crim. L.5. qu 145. n.97. Carpz. p.4. C.30. D.7. & p.2. qu. 75. n. 65. Berlich. p.5. concl.41. n.51. seqq.* propter elegantes rationes à Berlichio & Carpzovio dict. loc. magno agmine
169 adductas. Sicuti vero paulo supra notavimus, tum demum Judici competere facultatem, ordinaria mitiorem raptori imponendi poenam, si *is ipsam personam raptam* in uxorem duxerit, non vero si quamcunque aliam, ita & hic binis parilem addemus limitationem, monendo, hactenus dicta eo saltem procedere casu, quo inter violentum stupratorem & *ipsam fœminam vi compressam* legitimum subsequitur connubium, secus vero si aliam matrimoniali copula sibi postea junxerit, & hæc pro illo intercedere velit, vid. *omnino Berlich. d. concl.41. n.51.* Idem quoque judicium esto de illo casu, quo *maritus puellæ violen-*
170 *tum intulit stuprum*; Siquidem hic nec favor matrimonii cum uxore sua antea legitime contracti neque ulla ejus intercessio quicquam operabitur. Etenim quod in crimine Adulterii receptum est; ut nem-

nempe *in honorem matrimonii contracti*, ad conjugis intercessionem, pœna ordinaria remittatur adulteris, ad casum stupri violenti, quod *per se* etiam *ultimo supplicio* coercetur, nequaquã extendi debet, *Carpz. d. qu. 75. n. 24. ubi præjudicia.* Nunquam autem *favore matrimonii contracti* ordi- 171
narium remittitur *mortis* supplicium, quoties delictum cum adulterio conjunctum, *per se* mortis pœnam meretur, præprimis si delictum cum adulterio concurrens æque principaliter ad *tertii* læsionem tendat. Lustrato stupro violento, facile jam erit judicium de STUPRO 172
VOLUNTARIO, quod scil. cum virgine, vel vidua volente, & parum reluctante, committitur. Puniturid ipsum JURE CIVILI in ho- 173
nestioribus publicatione dimidiæ bonorum partis, in vilioribus fustigatione cum relegatione §. 4. *J. de publ. Judic.* JURE DIVINO ita, 174
ut stuprator stupratam & ducat & dotet, *Exod. 22. vers. 16. Deut. 22. vers. 28.* cui consentit JUS CANONICUM *c. 1. & 2. X. de Adult.* HODIE plurimis in locis stuprator mulctam solvit pecuniariam, 175
vel incarceratur pro arbitrio judicis, stupratamque *vel* ducere *vel* dotare tenetur, alimentis præstitis infanti, Carpz. *qu. 69. per tot. & p. 4. C. 27. def. 1. Dn. Stryk. ad B. Br. J. E. Lib. 2. cap. 18. n. 26. Besold. p. 6. Cons. 261. n. 40. Dn. Hopp. in Il. M. ad §. 4. J. de P. J. & illustris Dn. de Rhetz. Medit. Acad. Diss. 31. posit. 25.*

Quæ electio tamen vel dotandi vel ducendi stupratam, tunc 176
demum stupratori permittitur, si non simul cum stupro spem Matrimonii puellæ deceptioni obnoxiæ fecit. Quod incomparabilis ille 177
Grotius de J. B. ac P. Lib. 2. cap. 17. n. 1. c. 5. eleganter ita exprimit: *Qui Virginem imminuit vi, aut fraude, tenetur ei rependere, quanti minoris ipsi valet spes nuptiarum: Imo & ducere tenetur si ea promissione corporis usuram impetraverit.* Sic enim etiam Invitus consummare stuprator compellitur 178
matrimonium, etiamsi ex vera sua intentione ficte tantummodo seu ex joco matrimoniũ promiserit ad obtinendũ in stuprum consensum *Dn. Stryk. in not. ad Lauterb. tit. ad L. Iul. de Adult. coerc. verb. aut dotet, vid. Disp. ejusdem de Iure Persuasionis c. 2. n. 66. seqq. Carpzov. in Iprud. Eccl. L. 2. d. 228. n. 8. & Hopp. d. l.* Quod si ergo stuprator illam ducere velit, 179
ipsa vero huic nubere detrectet, tum ne quidem ad dotem dandam obligatur; vid. *Ziegl. ad Lancell. inst. Lib. 3. tit. 8. verb. si vero pater.* Qualiter respondisse Facultatem Juridicam Rostochiensem 1695. 180
& ejusdem Anni Mense Junio Consistorium Mecklenburgense,

181 notavit *Excellentissimus Dn. Præses in not. ad Lauterbach. tit. ad L. Jul. de Adult.* secus vero se res habet, si pater stupratæ in nuptias consentire nolit, hoc enim stupratæ non imputandum. *Farinac. p.5. Oper. Crim.*
182 *qu.147. num.127. & seqq.* Quæ illo frustra quoque dotem etiam casu urget quo ipsa Juvenem seduxit, stuproque ansam dedit v. g. ad Musæum Juvenis sine justa causa veniendo *Vid. Dn. Stryk. ad Br. I. E. Lib.2. cap.18. & 18.26. ibique præjudicium.*

183 Ceterum in hoc unanimi consensu omnes conspirant Doctores, quod *carceris vel pecuniaria* pœna, omnibus stupro se polluentibus regulariter determinata, *mitigetur* utique *favore matrimonii contracti*, si stuprator per legitimum copulæ sacerdotalis nexum sibi junxerit illam, quam stupro polluerat, & vel *in paucorum dierum carcerem vel leviorem mulctam* convertatur. *Mev. ad I. L. Lib.4. tit.5. art.1. n.31. Carpz. Iprud. Consist. Lib.3. Def.76. n.17. & seqq. & p.2. qu.69. n.51. seqq..*

184 An vero & pœnitentia Ecclesiastica, vulgo die Kirchen-Buß/ *favore Matrimonii contracti* remittatur, inque mulctam commutetur, disquirere hic solent JCti, & plerique eorum in affirmativam abeunt
185 sententiam, nisi vita ante acta aliud exigat, Vid. *Dn. Hopp. in U. M. ad*
186 *pr. J. de Nupt. Carpzov. in Jprud. Eccl. L.3. def.88. n.5.* Quæ quidem sententia sine omni dubio calculum meretur, si ipsæ personæ desponsatæ amoris amentiæ ductæ concubitum anticipaverint; Conf. *Excell. Dn. Müller. in Dissert. de pœnit. Eccl. c.4. n.76. & in Dissert. de Hierologia*
187 *Sect.5. th.4. Cypr. de Spons. Cap 5. §.10. n.2. & cap.13. §.54. n.1. & 2.* Agmen delictorum carnis jam claudit FORNICATIO; Quæ JURE quidem CIVILI extra omnem pœnam est, quippe quæ ad stupra & adulteria evitanda inibi permissa per *L.13. §.2. π. L 22. & 23. C eod.* sicut apud plures quoque populos impunita fuit, *Grot. de J. B. P. Lib.3. cap.4.*
188 *n.2.* id quod tamen *hodie* inprimis post. *R. J. de A.1530. tit.32.* aliter se habet, utpote ubi fornicatio *arbitrarie* punitur carcere nimirum, mulcta, relegatione aut fustigatione, prout scil. vel clam vel palam, sæpius, aut non adeo sæpe, commissa. *Carpzov. qu.70 per tot. Georg. Schultz. in Syn. inst. h. t. lit. M. Excell. Dn. Hopp. ad §.4. J de publ. Judic.*
189 Quod vero etiam in hoc crimine *favor matrimonii contracti* locum facere possit mitigationi pœnæ ordinariæ, si quis videlicet opus misericordiæ exercuerit, *vid. cap. fin. & pen. 32. qu.1. & cap. inter opera ubi Glossa de Sponsal.* & à vita meretricia in semitam virtutis reducturus

fœmi-

fœminam aliquam, illam legitimo matrimonii nexu sibi associaverit, nemo non concedet facile, *Mev. ad J. L. d. l. n.8.* cum subsequens matrimonium omnem turpitudinem purgare videatur. arg. *c. tanta 6. X. qui filii sint legitimi Conf. Bonacoss. in quæst. crim. verb. meretrix Hyppol. de Marsiliis sing. 248. Roman. in L. si vero §. de Viro num. 23. π. solut. matrim. Matth. de Afflict. in Const. Neapol. rubr. 43. num.2. lib. 3.* Antequam 190
colophonem præsenti imponam dissertationi, lubet vel binis tantum, ne illa modum migret, inquirere in *Desertionem*, an hujus quoque criminis rei poena *fustigationis statutis localibus* determinata *favore matrimonii contracti* ad præviam innocentis Conjugis pro reverso desertore intercessionem remitti ac in mitiorem converti valeat? Et sicuti 191
de *Saxonia* (ubi cæteroquin omnium rigidissime delicta carnis coercentur ipsaque malitiosa desertio fustigatione punitur:) hoc asserit multisque præjudiciis confirmat *Carpzov. p. 2. qu. 58. n. 64. seqq. sumto Beust. De sponsal. p. 1. c. 61. verb. hic secundum est p. m. 84. propter expressa verba Ord. Eccl. ibi,* Es wäre dann &c. ita dubium remanet nullum, 192
quin *extra Saxoniam* & illis in locis ubi fustigatione minor malitiosis desertoribus imponitur poena, hæc mitigatio multo facilius locum sit obtentura. Quænam vero sit poena malitiosi desertoris adulte- 193
rium simul committentis, & num hæc quoque *favore matrimonii contracti* per reditum reconciliati mitigari queat, ex professo tractat *Carpz. d. qu. 58. n 91.* ad quem mitigationi & hoc casu locum dantem ut benevolum lectorem remittam brevitatis me cogit studium. Atque hic finire me posse arbitror, non quod omnia dicta sint, quæ dici poterant, sed quod dictum satis mihi videatur ad judicandum de omnibus, quæ in hac materia occurrere possunt, quæstionibus, quas si quis limatiori judicio & accuratiori opera collectas publico sistet, adeo me invidentem non habebit, ultro & gratiam referet.

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA.

EX veris & justis parentibus salvis Legibus potest nasci spurius.
II. Vir cum propria sua uxore potest committere adulterium.
III. Ex adultera matre natus filius censetur legitimus.

IV. Solutus cum ſoluta concumbens aliquando recte punitur gladio.

V. Sponſus in propriam ſponſam poteſt committere raptum.

VI. Sponſus per vim cognoſcens ſponſam non ſubit ultimum ſupplicium.

VII. Vxor ne liberandi quidem mariti cauſa eoque conſentiente poteſt committere adulterium.

VIII. Ex ſocietate difficulter poteſt demonſtrari omnem ſcortationem eſſe contra Jus Naturæ.

IX. Nec Raptus nec ſtuprum Violentum in Meretricem commiſſum punitur gladio.

X. Meretrix propter raptum, & propter ſtuprum Violentum, gladio perit.

XI. Sponſam etiam vi ſtupratam retinere Maritus non tenetur.

XII. Qui comprimit puellam ſumme ebriam eo ſaltem fine inebriatam ut induceretur ad ſtuprum, pro violento fere ſtupratore habetur.

XIII. Quæ maritum habet inutilem eſt vidua.

XIV. Maritus ea intentione, ut à captivitate ſe liberaret, aliam ſuperinducens uxorem, poena bigamiæ ordinaria non tenetur.

FINIS.

Q.D.B.V.

Q. D. B. V.

DISPUTAIO INAUGURALIS JURIDICA

De

IUDICE SUSPECTO,

Vom

Verdächtigen Richter.

QUAM

DEO PROPITIO

Ex Decreto & Auctoritate Magnifici JCtorum Ordinis in Celeberrima ad Varnum Academia

SUB PRAESIDIO

EXCELLENTISSIMI CELEBERRIMIQUE JCti

DN. IOHANNIS Klein/

J.U.D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CONSIST. MEGAPOL. h. a. DIRECTORIS & AD HUNC ACTUM DECANI SPECTATISSIMI

DN. PATRONI, PROMOTORIS, PRÆCEPTORIS, AC HOSPITIS ÆTERNUM DEVENERANDI

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC PRIVILEGIA CONSEQUENDI

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

IOACH. HENRICH. Bröning/

WISMARIENSIS.

IN AUDITORIO MAJORI

Horis Ante & Pomeridianis ad diem 7. Aprilis 1696.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J. C.

PROOEMIUM.

EX omnibus omnino rebus, quibus stabilitur ac conservatur humana societas, quibusque omnes in universum bene constitutæ perpetua florent felicitate Respublicæ, primam esse Legum ac Justitiæ curam, prudentissimi omnium seculorum judicarunt Legislatores. *vid.* Brun. *ad l. 2. §. 13. n. 7. &* Zasius *ibid. n.* 11 *ff. d. O. Jur.* Neque tamen quicquam profutura noscitur generi humano provida hæc Legum ordinandarum cura, nisi in qualibet sint Republica, qui secundum præscripti juris regulam jus suum cuique æqualiter tribuant. Quantum enim est, jus in Civitate esse, nisi sint, qui jura regere, i. e. ad usum societatis humanæ accomodare possint, non abs re quærit JCtus Cajus in *l. 2. §. 13. ff. d. O. I.* prudenti prævidens conjectura, in cassum abituram omnem esse juris sanciendi solertiam, nisi publicis constitutis Tribunalibus, nemini Magistratum adeundi fruendique justitia intercluderetur facultas, non concesso singulis, quod per Magistratum publice fieri oportet, *l. 176. ff. d. R. I.* notamque violentiæ incursuro, qui id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit *L. 13. ff Quod met. caus. l. 7. C unde Vi. l. 14. C d. Iudæis. Conf.* Grotius *d. I. B. & P. L. 1. c. 3. §. 1. &* Reinking. *d. R. S. & E. L. 2 Class. 2. c. 13.* At verò licebit mihi cum præfato JCto Cajo immutatis paulò ipsius verbis exclamare: Quantum est publica in Civitate judicia exstare, inque illa non deesse, qui jura regere possunt, nisi sint, qui DEUM timentes ab omni impio affectu vacui, juxta prudentissimum Jethronis *Exod. 18. vs. 29. & Deuteronem 1. vs.* 13. consilium, jus populo administrent? Neque enim justam ab illo judice exspectare licet sententiam qui timore Domini, cujus, & non hominis exercet judicium, *2. Chronic. 19. vs. 6 seq.* turpiter abjecto, non tam præscripta Legum, quam pravorum suorum affectuum in dicenda sententia, sequitur libidinem, parum pensi habens salutarem illam instructionem, quam ab his, qui judiciario funguntur munere, sanctissime custodiri observarique jubet Imperator *in Ord. Cam. P. 1. T. 13. §.* Es sollen auch die Besitzer an solchen sich weder Furcht / Bedrohung / Gewalt ꝛc. davon behindern lassen / sondern männiglich weß Würden oder Standes der

sey

sey / ohne einige sondere *Affection &c.* gleichmäßig recht sprechen und mittheilen. Sane nil magis remoratur Reipublicæ incrementum, nilque vehementius societatem turbat humanam, quam vel injustitiæ deditos, vel de Injustitia non leviter saltem *suspectos* judiciis præsidere judices. Neque ullius magis, quam ipsorum litigantium interest, Judiciorum integritatem sartam tectam conservari, quæ non parum labefactatur, cum non sine metu etiam in justissima causa per iniquam judicis sententiam succumbendi, judex aditur suspectus. Neque frustra ejus quis reformidat sententiam, quem collitigatori vel necessitudinis nexu devinctum esse, vel sibi parum bene cupere, vel donis etiam excœcatum esse, ex certis rerum argumentis optimè novit. *Exod.* 23. *Deuter.* 16. *v.* 19. 1. *Sam.* 12. *v.* 3. Sicuti enim judicia, si rectè procedunt, æquitatis sunt Delubra, ita, cum ab injustis depravantur judicibus, foveæ esse incipiunt fallaces, in quibus jus misere perdit, qui ejus conservandi causa ad suspectum judicem advolat. *Teste* Ammiano *Lib.* 30. Cui pestifero Reipubl malo ut obviam iretur, jus suum in judicio persequentibus Leges permisere *suspectum* istiusmodi *Judicem* probata Justa *suspicionis* causa, oppositaque inde *suspecti Judicis* exceptione, recusare, *per l. Notabilem* 16. *C. d. Judiciis.* Cum autem haud infrequenter hæc à morosis, & in quibuscunque dilatoriis exceptionibus subterfugia impiè quærentibus debitoribus, secundum tritum illud Rabularum: Zeit gewonnen / viel gewonnen / non absque insigni temeritatis nota etiam justissimis judicibus frivole opponatur exceptio, non operam me lusurum credidi, si exantlato rite examine rigoroso, factaque mihi benevole à Magnifico ac Amplissimo JCtorum Ordine Inauguralem ex more Disputationem conscribendi facultate, quando propitio jure Judex ut *Suspectus* recusari possit, ad monitum JCti Pauli *in L.* 25. *pr. ff. de Legat.* & Exemplum JCti Ulpiani *in l.* 1. *ff. d. susp. Tut.* pleniori tractatione exequerer, hac usurus methodo, ut CAPITE PRIMO *Generalibus* de suspecto Judice *præmissis*, SECUNDO *Personas* exhibeam, quæ ut suspectæ possunt recusari, subjectis TERTIO CAPITE *Causis*, ex quibus procedit *Suspecti* recusatio; additis CAPITE QVARTO. *Modo & Tempore* proponendi probandique *Judicis suspecti* Exceptionem, una cum *Effectu & Affini Remedio*, quibus recensendis destinavi QUINTUM seu ULTIMUM CAPUT. Faxit Trinunum Numen, ut quod hic susceptum operæ est, felici successu absolvatur, Censoresque ac Judices sortiatur ab omni *Suspicione* vacuos.

CAPUT

CAPUT I.
De Judice Suspecto in genere.
SUMMARIA.

INgressus Capitis I. n. 1.
Principium eruditionis à verborum intelligentia procedit. 2
Derivationem Judicis exhibet. 3. seq.
Dubium motum. 5
Tollitur. 6
De significatione vocis Judicis agitur. 7. seqq.
Usurpatur vox Judicis etiam cognominis loco. 8
Denotat praeterea hominem privatum & morum Censorem 9
Item Arbitrum Compromissarium. 10
Arbiter proprie non est Judex. 11
Ratio habetur. 12. seq.
Est tamen instar Judicis. 14
Denotat vox Judicis proprie Judicem Pedaneum. 15
Quid intersit inter Judicem & Magistratum, vid. 16
Differentiam hodie cessare docetur. 17
Improprie accepta vox Judicis denotat omnem, etiam Summi Principis dignitatem 18 seq.
A Principe omnis est Jurisdictio. 20
Quo sensu accipiatur in Rubro Disputationis, exponitur. 21
Notarios etiam Judices dici, & quomodo, traditur. 22. seq.
Cur Judices vulgo Richter dicantur. 24.
Judices dicuntur etiam Graffen. 25
Comitib⁹ aliquando contradistinguuntur Judices sumpti pro illorum Assoribus. 26
Denotat vox Judicis etiam Advocatos. 27. seq.
Hodie etiam in nonnullis locis adhuc Judices appellantur Graffen. 28. 29.
Dividitur Judex in Ordinarium & Extraordinarium. 30. seq.
Aliae Divisiones habentur remissive. 32. seqq.
Suspectus unde dicatur. 36
Nomen Suspecti etiam substantive accipitur. 37
Item tam active quam passive. 38. seqq.
Etiam adverbialiter 42
Quomodo in hac Dissert. accipiatur, docetur. 40
Tribuitur in Jure nostro partim Personis, partim rebus, quod exemplis declaratur. 41. seqq.
A Suspectissimis inchoanda est tortura 45
Litterae pro aliquo litigantium à Judice scriptae sunt suspectae & faciunt Judicis recusandi locum 46
Lex est suspecta, quae in sui rationem non permittit inquiri. 47
Instrumentum suspectum fit ex insolitis clausulis. 48

Et

Et atramenti varietate. 49
Testis mendacii suspectus est, qui nimis animose & verbose deponit, aut ad non interrogata, 50
Inimici mei amicus, licet meus non sit inimicus, contra me, ut testis productus, est Suspectus. 51
Quo in sensu Judex dicatur in hac Dissert. Suspectus. 52
Descriptio Suspecti Judicis traditur. 53
Et explicatur. 54. seqq.
Inhabili & Incompetenti Judici frustra opponitur exceptio suspecti. 55
Quid inter hanc, & Præventionis, Litis pendentis, Primæque Instantiæ exceptionem intersit. 56
Differentia inter Exceptionem Præventionis & Lic. Pend. hodie cessat. 57
Fundamentum Except. Suspecti Judicis traditur. 58
Ad hanc Except. non sufficit levis metus, sed qui ex legitimis suspicionum causis procedit. 59
Jure Can. & hodierna Praxi non allegari, sed & probari debet suspicionis causa 61
Alias causa ad recusatum Judicem remittitur 63
Et temere recusans injuriarum convenitur ac punitur 64. seq.
Recusatio Judicis suspecti favorabilis est, ac in ipsa naturali æquitate fundata. 66
Recusare judicem suspectum liberæ est facultatis. 67
Non opposita judicis suspecti oppositione, sententia etiam à suspecto judice lata subsistit. 68
Moventur duo dubia contra totam Disput. Et resolvuntur. 60. seq.
Pro omni judice militat Justitiæ præsumtio. d. n. 69
Ejus limitatio 73
Judex in Jure dicitur Vir bonus. 70 seqq.
In virum bonum non cadit suspicio. 74
Ejus limitatio traditur. n fin.

Antequam vero propius ad ipsam rem pedem promoveam, communibus Disputantium regulis morem gesturus, ad Imitationem JCti Ulpiani *in L. 1. ff. de J. & J. L. 1. §. 1. ff. de Pact. L. 1. pr. ff. Depos. L. 49. ff. de V. S.* Juliani *in L. 51. ff. de Furt.* Pauli *in l. I. eod. & L. 1. §. 1. ff. de Tutel.* Imo Ipsius Sacratissimi Imperatoris Justiniani *in §. 5. J. Quib. mod. Jus PP. solvit. §. 2. de Tutel. Princ. J. de Test. Ord. Pr. I. Quib. mod. re contrah. Obl. & §. 2. de Obl. quæ ex del. oriuntur, alibique passim*; Paucis pro meliori *Rubricæ* intellectu in natales utriusque nominis inquirere non pigrabor, principio eruditionis à verborum intelligentia procedente; quorum 1 2

rum in omni legitimo tractatu prior, licet rerum potior, debet
3 esse consideratio. Scaliger. *L. 1. Ex. 1. Sect. 1.* Ruland. *de Commissariis,*
P. 1. Lib. 1. c. 2. n. 1. seqq. Iudicis vocabulum à judicando & jure dicun-
do descendere apricari autumo cum Wesenbecio *ad Tit. de Judic. n. 10.*
Varrone *L. 5. de ling. latin. Excellentissimo Dn.* Hoppio *in Dissert. de Judic.*
4 *Putav. membr* 1. § 1. *Dn.* Petr. Müllero *in Dissert. de æstim. Jud. cap.* 1. §. 5.
Judex enim quasi *Iuridicus* dicitur, *arg. Rubr. ff. de Offic. Iuridic. Alexan.*
sive jus dicens populo, *c. Forus X. de V. S.* & jure disceptans, i.e.
5 juste judicans *c. 4. C. 3. q. 7.* Cum judicis nomine indignus exi-
stat, in quo non est Justitia *d. c. Forus.* Quæ licet derivatio parum
convenire videatur antiquo Judiciorum Romanorum ordini, utpote
apud quos judex non *de Iure* sed *de facto* cognoscebat, præscriptam
6 Prætoris formulam stricte in Judicando secutus, sufficit tamen quod
quandoque in judicio de jure & æquitate ex formula ipsa, præser-
tim si *ex bona fide* additum esset, disceptatum fuerit, *Vid.* Sutholt *de*
Iurisd. aphor 307. quem sequitur Dn. Hopp. *d. Diss. &* Bartholdi *in Diss.*
7 *de Favore Iudic. Permiss. c. 1. n. 16.* Significationem hujus vocis latissi-
mè se diffundere non minus notum est. Præterquam enim, quod
8 etiam *cognominis* loco usurpata legatur ap. *Suetonium, teste* Hoffmanno
in Lex. Univ. Contin. voc. judex; Æque ut vox Germanica Richter / sic
(1.) *Extra Iudiciorum usum* denotat *privatum* etiam *hominem*, mores
9 nostros & actiones examinantem deque illis judicantem, Quor-
sum pertinet illud Ciceronis *L. 1. Epist. 1. ad famil. Si iniquus in me ju-*
10 *dex es, condemnabo eodem te crimine.* (2.) *Arbitrum* notat *Compromis-*
sarium, L. pen. ff. d. Iudic. L. 41. ff. qui arbitr. recep. qui, quamvis re-
11 vera judex non sit, utpote quem partium consensus non facit, *L. 3. C.*
de Iurisdict. omn. Iud. L. 1. ff. Iud. Klock *Vol. 2. c. 20. n. 16.* ejusque pro-
12 nunciatum *laudi* & non *sententiæ* nomine veniat. Struv. *S. I. C. Ex. 8*
13 *th. 102.* quia tamen judicis instar est, Zas. *ad Tit. ff. de Recept. & qui arbitr.*
recep. num. 4. ejusque partes suscipere dicitur in *L. 13. §. 2. ff. d. t.*
14 arbitriis ad Similitudinem judiciorum redactis, *L. 1. ff. d. t.* Judicis
etiam appellatione continetur *d. L. pen. ff. de Iudic.* Menoch. *Vol.* 1.
Concl. 33. num. 6. it. 125. num. 3. Lauterbach. *ad Tit. de Iud. in f.* Con-
15 fer. Hopp. & Bartholdi. *dd. l. l.* [3.] *Quoad Iudiciorum usum* vox judicis
designat (a) *Communius & propriè Iudicem datum & Pedaneum, per l. 46.*
16 *& 81. ff. de Iudic. L. pen. ff. Iudic. solv. L. 3. Ne quis eum qui in jus voc. L. 4.*
ff. de Tut. & Curat. t. t. C. de Pedan. Iud. ibique Cujacius *in Paratit.* quem
in-

inter & Magistratum s. Prætorem, qui tamen etiam aliquando *judicis* nomine insignitur, *L. 1. & 81. ff. de Iudic. vid* Brisson. *de V. S. lib. 9. Lit. I.* jure Romano veteri, hæc erat differentia, quod *dati Iudices* simplicem duntaxat causarum, ad quas dati fuerunt, habuerunt notionem *L. 5. & 15 pr. ff. de Iurisd. L. 3. ff. de Jurisd.* Sine exequendi facultate *d. l. 15. pr.* quaque pollent, potestas ipsis tantum competierit vi commissionis à Magistratu factæ, Stephan. *de Offic. Iudic. L. 1. c. 2. n. 1.* cum contra *Magistratus* Jurisdictione instructi, potestatem suam exercuerint vi officii ordinarii, *Conf. supra alleg. Differt.* quorum tamen officiis hodie 17
confusis cessat etiam hæc differentia. *Vid. L. 2. C. de Iud. ped.* Ludwel. *ad Inst Disp. 17. th. 9. lit. b. Excell* Stryk. *in not. ad Inst. 8. de Interd.* Hopp. *ad pr. j. eod.* Lauterb. *C. M. ad Tit. de Iud. §. 32.* (β) *Improprie* & laxius vox *judicis* accepta ambitu suo complectitur non duntaxat omnes dignitates adeoque Præsidem, Proconsulem, Rectores Provin- 18
ciarum, aliosque Magistratus, *Rubr. C. ut Omn. jud. item. Rubr. C. de jurisdict. omn. jud.* juncto *t t de Reb. auth jud. post.* Sutholt. *d. l. &* Schrader. *in Lex. jur. lit. I. vid omnino* Hoffmannus *sup. all. loc. junct* Du. Fresne *glossar. voc. judex.* Sed etiam qui τὸ κύριον in Rep. habet, id est, Principem s. omnium supremum Judicem, qui fons & origo est omnis 19
jurisdictionis, ad instar fluminis ab ipso per *concessionem* fluentis, 20
adque ipsum tanquam ad mare *per appellationem* refluentis. Lud. *à* Peguerra *Dec. 36. n. 8.* Ventur. de Valent. *in Parthen. litig l. 1. c. 16. n. 23. Excell.* Stryk. *in Us. Mod. ff. ad Tit. de jurisd.* §. 6 Et in hoc sen- 21
su tam in *Rubro* quam in *Nigro* accipio Judicis vocem in hac Dissertatione, scil. pro *omni publica persona, ad decidendas lites publice constituta*; *Conf.* Lauterb. *ad Tit. de judic. §. 32.*

In hac tamen acceptione *Notarios*, quos *Chartularios* etiam dici 22
judices notum est, per ea quæ habet Gail. *L. 1. O. i. num.* 13. Menoch *l 2. Præs. 78.* Marant. P. 4. *dist. 18. num. 2. Conf.* Carol. du Fresne *in gloss. ad script. med. & infim. lat.* voce *judex.* comprehendi nolo, utpote quorum officium non in *Iuris dictione*, sed *gestorum fide* tantum consistere docent *Excellent.* Ziegler, *de Iure Maj. L. I. c. 16. §. 9.* Jac Man- 23
dell. *ad l. fin ff. de Iurisdict.* Musculus *de Succ. convent. class. I. membr. 3. num. 66.*

Appellantur judices vulgo Richter/ cum illorum officio conveniat, jus omnibus impertiri, daß sie niemand Rechtloß lassen sollen 24
vid.

vid. R. J. Spirens. de Anno 1570. verb. damit aber die Unterthanen nicht
25 Rechtloß gelassen werden / soll ein jeder seine Gerichte mit verständigen
Urtheileren besetzet halten. Item Graffen / Lat. Comites, Quorsum
egregiè facit locus *glossæ Speculi Saxon L. 3. art. 53. verb.* ein Graff bedeutet nach alten Sächsischen deutschen einen Richter. Datum haben
diese Nahmen unterschiedliche Richter *Conf. Lehmann. in Chron. Spirens. L. 2. c.* 17. Illustr. Dn. Rhet. *in Inst. Iur. Publ. L. 1. T. 17. §. 4. Magnif.* Dn.
Stryk. *in E. I. F. c. 5. q. 16. seqq.* Crusius *de Præcedent. c.* 17. *n.* 19. *seq.* Weh-
26 ner. *in obs. pract. voc.* Graff Limnæus *de I. P. Lib.* 4. *c.* 4. *n.* 12. utut vox
27 Judicis sæpe Comitibus opponatur, & vel *juris Doctores*, qui in
28 judiciis Comitibus assidebant, vel alios *Assessores*, imo & *Advocatos* denotet. Carl du Fresne *supr. all. l.* Et illa denominatio, quod sc. Ordinarios Judices denotet, conspicua est in Comite Palatino Comitibus Centenariis, Pfaltz-und Cent-Graffen / qui centenis Pagis, ut judices præfecti erant. Lehman. *d. l. c.* 23. §. 1. Burgraviis, Burggraffen / Marchionibus, Marggraffen / Pagi Comitibus, Gaw-
29 Graffen: Imo adhuc hodie in quibusdam locis hoc nomine judices venire, exemplo Coloniæ Agrippinæ notat *Limn. d. l. n.* 12.

Dividitur Judex [1] in ORDINARIUM de quo *t. t. X. de Offic.*
30 *ordin.* qui jure suo, *L. 5. ff. de Jurisdict.* vel Principis beneficio *L. 5. in fin C. de judic. L. 6. ff. de jurisd.* vel à lege *d. l. 6.* vel Universitate, Spec. *L. 1. Tit. de offic. ord.* §. 2. *num.* 1. vel consuetudine, *l. 12.* §. 1. *ff. de Judic.* Jurisdictionem & plenissimam causarum cognitionem habet. Emer. à Rosbach. *in Process. Civ. Tit. 4. n. 5.*

31 Et EXTRAORDINARIUM, qui alterius beneficio judicat, ut delegatus. *t. t. ff. de Offic. ejus cui mand. est jurid. & t. t. X. de O. ff. & potestate Jud. deleg.* & Pedaneus *t. t. C. de jud. pedan.* Ordina-
32 rius subdividitur in PRIVILEGIATUM, coram quo reus ex certo Privilegio debet conveniri, qualis est Judex *Austregarum Ordinationis*, de quo vid. *Ord. Cam.* P. 2 *T.* 2. 3. & 4. it. *Studiosorum: per Auth. Habita. C. Ne fil. pro Patr. Militum &c. L. 6. C. de Jurisd.* & NON PRIVILEGIATUM, coram quo *ordinariè* ex persona rei Actor actionem suam instituit *c. Cum sit. 8. X. de For. Compet.* Barbos. Locuplet. *L. 1. c. 20. ax. 6.*

Di-

Dividitur Judex (2) in ECCLESIASTICUM & SECULA- 33
REM. Secularis subdividitur in CRIMINALEM & CIVILEM; 34
Hic iterum in FEUDALEM ALLODIALEM & FORESTALEM quos omnes prolixiori persequi stylo nec vacat, neque instituti nostri ratio permittit, præprimis, cum Dd. passim sub *Tit. ff. & C. de Jurisd. & Judic.* de illis fusius agant, quin brevitatis studio hanc subjicimus potius regulam: *Quot sunt Species jurisdictionum, tot etiam diversæ sunt Judi-* 35
cum species.

Excipit in *Rubro* Vocem *Judicis*, ejus adjunctum, nempe SUSPE- 36
CTI, quæ vox natales suos debet verbo antiquo Plautino: *Specio*, *vid. Plaut. Casina. Act.3 sc.1. vers.2.* ibi: *Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.* Conf. Faber. *in Thes. Erud. Scholast. cum not. Buchner.* ad vocem *Species* unde verbum *specto*, quod cum suis compositis in usu remansit, & nomen *suspectionis & suspecti*, quod & *substantive* à Seneca accipi pro 37
admiratione notat Faber *d. l.* jung. Plin. *l.38. c.9.*

Sumitur aut vox suspecti vel *active*, pro eo, qui suspicatur, sive qui 38
suspicax est, der Argwönisch ist/und einen in Verdacht hält/ quod probatur authoritate Catonis *L.4. Dist.44. ibi.*

SUSPECTUS cave sis, ne sis miser omnibus horis
Nam timidis & SUSPECTIS aptissima mors est.

Vel *passive*, pro illo, qui suis se factis reddit suspectum, inque quem 39
ex non levibus causis justa cadit suspicio, der sich selbsten verdächtig
machet: Et hoc in sensu regulariter in jure nostro, Constitutionibus 40
Carolinis, nec non in hac Dissertatione usurpatur.

Tribuitur autem in Jure nostro partim *Rebus ut in L.11. pr. & L.14.* 41
§.4. ff. ad Sct. Trebell. ubi hereditas dicitur *suspecta*. Sic passim in jure tabulæ dicuntur *suspectæ*, & *suspecta* invenies instrumenta. Vitæ *suspectæ* mentio occurrit in *L.8. pr. ff. de procurat. in L.21. ff. de His quib. ut indig.* 42
etiam *adverbialiter* usurpatur, ubi portiones illorum fisco addicuntur, qui mortem libertorum suspecto decedentium non defendunt. Par- 43
tim *Personis* ut in *L.69. ff. d. R.I. & 25. ff. d. Procur.* ubi qui operam suam ingerit, *suspectus* dicitur, qualiter etiam accipitur in *L.18. §.1. ff ad Leg. Cornel. d. Fals.* ubi *suspectus* dicitur, qui affectavit tutelam, & *in L.8. nec non t. t. ff. C. & I.* tutor *suspectus* dicitur, quem mores *suspectum* faciunt, quique non ex fide tutelam gerit, *vid. §.5. I. de Susp. tut.* aut non præsu- 44
mitur gesturus. Vid. *L.3. §.8. & 12. ff. d. susp tut.* Imo inter *suspectos* dari & *suspectissimos* constat ex *L.1. §.2. ff. De Quæst.* ubi ex Rescripto

45 Divi Hadriani inter plures *suspectos* primum torquendus est *suspectissi-*
mus. Conf. Zanger. *de Tort.* c.4. *n*.25. & Brunn. *ad d.l.*1. *n* 4. Neque,
46 vero in jure tantum, sed & apud Doctores passim vox *Suspecti* modo
rebus, modo vero *personis* tribuitur: Sic Judicis literæ pro aliquo liti-
gantium scriptæ ita *suspectæ* habentur, ut recusando judici locum faci-
ant: D. Mev. *P.2. Decis.67.* ibique alleg. Cacheran. *Dec.16.n*.8. ita & lex
47 quæ in sui rationem inquiri non patitur, *suspecta* dicitur Rittershusio,
48 *in Comment. Inst. proœm.p.3.* pariterque ex insolitis clausulis Instrumen-
tum teste Accursio *in L. si quis sub condit. ff. d. Condit. Inst.* Cravetta *Consil.*
38.*n.5.* & Decio *Consil.*399.*n*.8. nec non ex varietate atramenti videtur
49 *suspectum*, vid. Men. *Vol.*1. *Consil.*199.8. Sic etiam mendacii *suspectus* dici-
50 tur testis, qui nimis animose vel verbose, aut ad non interrogata depo-
nit. Mascard. *Vol.2. Concl.1375. n.2.* & Brunn. *ad ff. de interrog. in jure fac.*
51 *ad L. d. ætate 11. n.*28. *& 97.* Et amicus mei inimici, licet meus inimicus
non sit, affectioni tamen sui amici & familiaris aliquid tribuere, inde-
que *suspectus* creditur. Mev. *P.9. Decis.123. n.3. per L.3. pr. ff. d. Testib.* aliis
exemplis amore brevitatis prætermissis.

52 Quo vero in sensu Tutor suspectus dicitur, supra monui *n.43.* eo-
dem etiam *suspectus* dicitur *Judex in L. Apertissimi 16 C. d. jud. & in c.15. C.3.*
q.5. junct. c.5. X. d. Except. c.41. §.1. X. d. Appell. c.36. eod. sc. quem, ut lo-
quitur Imperator in *Nov.*86 *c.2.* indeque desumpta *Authentica: si vero*
contigerit C. de Judic. alterutra litigantium pars *in dubitationem habet*,
quod vel non ex fide procedat in judicando, vel inique judicaturus
53 sit, hincque ex dictis textibus ita *describere* lubet *Judicem suspectum*,
quod *sit persona publicam quidem de causis controversis cognoscendi, easque sua*
sententia definiendi facultatem habens, quam tamen ob justum metum non obti-
nendi juris, quod sibi debetur, ex legitimis recusare causis litigantibus permittitur.

54 Generis loco dixi, (1) quod *judex Suspectus* sit persona *publicam*
habens judicandi potestatem. Quo ipso indigitare animus est, in quæstio-
ne *suspecti judicis*, semper præsupponi ipsum, qui ut *suspectus* recusatur,
idoneum, habilem ac competentem esse, cum ceteroquin ne quidem
55 opus foret hac *suspecti judicis exceptione*, utpote quem exceptio *inhabili-*
tatis & incompetentiæ ad causarum cognitionem non essent admissuræ
t. t. C. Si à non compet. Jud. L.12 §.2. ff. de Judic.

56 Dixi (2) *Quem tamen ob justum metum non obtinendi juris, quod sibi de-*
betur &c. Ut eo ipso innuerem (α) differentiam specificam, quæ inter
hanc *Suspecti judicis*, & alias *Exceptiones*, quæ *judici etiam ad judicandum*
cete-

ceteroquin *ratione causæ habili* à litigantibus opponi propitio jure pos-
sunt, v. g. *Præventionis L.7. ff. d. Judic. Litis pendentis, d. L.7. & 15. ff.*
Rem. rat. haberi, quæ tamen hodie, postquam per solam citationem 57
litis inducitur pendentia, amplius non differunt. vid. Mynſ. *Cent.4.*
Obſ.26. Carpz. *L.2. Reſp.46.* & Hopp. *in Comm. J. ad Tit. d. Except. §.10.*
nec non *Primæ Inſtantiæ c.13. C.11. q.1. & § 186. Noviſs. R. I. de Anno 1654.*
item fori declinatoriæ *intuitu perſonarum L. fin. C. d. Except.* noſtra enim 58
Exceptio in *ſolo metu* ſe fundat, juſtam etiam à competente Judice non
obtinendi ſententiam, *per Nov.86. c.2. & Auth. Si vero contigerit C. de Jud.*
(β) ut etiam eo ipſo monſtrarem non tam quemcunque hic metum 59
& levem ſufficere ſuſpicionem, ſed *juſtum* & ex *probabilibus legitimisque*
cauſis procedentem deſiderari dubitationem, *arg. L 3. ibi: Si careat ſuſpi-*
cione ff. de Teſtib. Emericus à Rosbach *in praxi civ. T.4. § 59.* Dixi (3) *Ex* 60
legitimis cauſis: Quæ & quales ſint, exhibebit totum *caput tertium*; Hic
interim notamus, non ſufficere legitimam in *libello recuſatorio* allegari 61
ſuſpicionis cauſam, ſed inſuper JURE CANONICO *per cap.41. § 1. x. de*
Appellat. ibi: Quod ſi coram ipſis cauſa ſuſpicionis probata fuerit, c. ſuſpicionis 39.
x. d. Off. & Poteſt. Jud. deleg. ibi coram quibus probatio eſt facienda quod pra- 62
xis hodierna in judiciis ſequitur, vid. Gail. 1. *obſ.33. n.16.* Mev. *P.1 deciſ.*
193. n.7. Stryk. *in Uſ. Mod. ff. ad Tit. d. Judic. §.13. in f.* ejus probationem
deſiderari, vid. Rosbach. *in Prax. Jur. Civ. T.4. n.64.* Mev. *P.1. Deciſ.51.*
n.12. Zanger. *d. except. P.2. c.4. n.21.* in tantum, ut non probatis cauſis 63
recuſati judicis legitimis, non duntaxat cauſa *ad judicem recuſatum* ſit re-
mittenda, *c.41. §.1. de appellat.* Gail. 1. *obſ.33. n.14.* ſed inique recuſans 64
actione injuriarum conventus à judice frivole recuſato, Bald. *in cap.*
ſuper x. d. off. de leg. juſte puniri poſſit Faber. *in Cod. L.5. T.1. D.2.* Carpz. 65
p.4. C.42. def.8. & Mev. *P.1. Deciſ.51. n.12.* Rutger. Ruland. *de commiſs. P.1.*
L.2 c.15. n.8. qua de re infra c. f. pluribus. Dixi (4) *Recuſare litigantibus:*
Cum enim *ſuſpectum* habere *judicem* graviſſimum ſit Br. *ad L.16. C. d.* 66
Judic. & Lauterb. *in Comm. Maj. eod. §.39.* ipſa ratione naturali dicti-
tante *c.15. C.3. q.5. pr. c.41. X. d. Appell.* Summaque ſuadente æquitate,
Mev. *P.1. Deciſ.51. n.1.* Carpz. *P.4. C.41. D.8. n.2.* ſuſpectorum judicum
declinare inſidias, *d. c.15. C.3. q.5. circa fin.* non absque cauſa cordi ſibi
fuiſſe, docet Imperator Juſtinianus in *L.16. C. d. Judic.* ut ſine *ſuſpicione*
omnes lites procederent, conceſſo *favorabili* recuſandi *judicem ſuſpectum*
remedio Mev. *P.1. D.51. n.1.* Carpz. *P.4. C.42. D.8. n.2.* illi qui *ſuſpecti* ju-
dicium non temere refugit ac reformidat *c.15. C.3. q.5. in f.* Dixi (5) *Per-* 67
mit-

mittitur: liberæ enim *facultatis* & non *necessitatis* est, *exceptione suspecti judicis* uti, adeo ut omissa hac declinatoria exceptione, uti illam recte ap-
68 pellat Masc. *De probat. concl.945. n.39.* sententia à *suspecto* etiam *judice* lata valeat, & subsistat Viv. Neap. *Decis.390. n.1.* Grævius ad Gail. *pr.*
69 *Concl.33. n.9.* Neq; vero hactenus dictis quicquam refragatur, (α) quod non duntaxat pro omni judice justitiæ militet præsumptio, *c.13. X. d. sent. c.6. x. de Renunciat.* Marant. *de Ordin. Jud.2. p.6. in pr. Tit.9. n.21.* Menoch. *Consil.100. n.1. seq.* Tusch. *Pr. Concl. Tom.6. lit. P. Concl.621. per tot.* omnisque Judex *bonus* præsumatur, Vid. Baldus *ad L.2. C. de Off. Civ. jud. &*
70 *in L. Un. in fin. C. Ne quis in sua causs.* Castrens. *Cons.270. Col.1. Vol.3.* Masc. *de Probat. Concl.1007. n.21.* quodque (β) in Jure nostro judex non unis in locis VIR BONVS audiat, ut in *l.137. §.2. ff. d. V. O. verbis: Et magis est, ut totam rem ad judicem i. e. ad* virum bonum *remittamus*, (utut Corasius id propter recte notatus à Menochio *d. A. I. Q. in Proœm. n.3.* legendum velit *ad judicem aut ad bonum Virum) jung. l.18. ff. Jud. sol. V. l.76. pro soc. l.45. ff. d. Procurat. L.21. §.4. ff. d. N. O. N.* usque adeo, ut generaliter cum Baldo *ad L.4. §.1. ff. Fam. ercisc.* concludere Dd. nulli dubitent;
71 *Quoties in jure nostro Viri boni mentio fit, toties judicem esse subintelligendum.* Conf. Hopp. *in Diss. d. Iudice. Putat. membr.1. §.4.* eo, quod *boni* & innocentis *Viri* officio fungi judicem omnem oporteat, per *l.4. §.1. ff. Fam.*
72 *ercisc.* expediti vero juris sit, *in Virum bonum non cadere suspicionem, arg. c.*
73 *semel X. d. R. I. in 6.* Tiraqu. *Tr. de Pœn. temper. Caus.51. n.3.* Nam quod primam attinet præsumptionem, illa *generalis est*, & obtinet *in dubio*, deficientibus sc. legitimis *suspicionis* causis, ita tamen ut hæc *juris* præsumptio ipsi cedat veritati, *L.57. ff. in f. d. Iur. Dot. L. fin. pr. ff. Quod metus caus. L.25. ff. d. prob.* Card. Tusch. *Pr. Conc. T.6. lit. P. Concl.612. per tot.* Carpz. *P.2. C.2. D.8. n.5.* & causæ *suspicionis* legitime probatæ, per *c.6. X. de Renunc* ibi: *ut tanta sit judicialis authoritas, ut semper pro ipso* i.e. judice, *præsumatur, donec*
74 *contra ipsum aliquid legitime comprobetur.* Card. Tusch. *Pract. Concl. lit. P. Concl.612.* Ad secundam dubitandi rationem respondeo: In virum bonum non cadere *levem & temerariam* suspicionem Georgius de Cabedo *Dec. Regn. Lusat. p.1. Decis.20. n.4.* bene tamen *probabilem & legitimam* suspicionem, præprimis tunc ubi ex legitimis indiciis *mali* fortior contra ipsum militare incipit præsumptio, Cui, *ceu specialiori c. 1. X. de præsumpt. L.80. ff. d. R. I. L.25. ff. de Prob.* Vultej. *1. cons. Marb.22. n.7.* Cravett. *Cons.258. n.21. & fortiori 7. ff. de in integr. restit. L.67. ff. d. R. N.* Men.

d. Præs.

d. Præſ. L.1. Præſ 30. n.1. Curt. Jun. *conſ.35. n.6.* Barboſ. Locuplet. *L.14. c.68. ax.24. generalis illa boni* præſumptio cedere debet, probato ſc. illo, quo bonus eſſe deſiit, aut deſiturus ex non levibus argumentis præſumitur cum omnes juxta Comin *L.8.p.258.* Profecto omnium temporum Senatores ac Viri Præſtantes, qui fuerũt aliquando, vel hodie ſunt, errarint & ſæpe errare labiq; poſſint, teſteq; Gabr. Alvar. de Velaſc. *Tract. de Judic. Perfect. in Proœm.* in Judice nævi appareant, qui eundem in *ſuſpicionem* deducant, præprimis hiſce conclamatis temporibus, quibus Judices aliosque non ultimum in Rep. locum obtinentes Viros in ſpeciem graves ſæpius ex temerario ac pravo affectu nonnunquam etiam vindictæ cupidine ac ſpe lucri vitam moresque arrodere eorum qui honeſte vivere ſtudent, horumque facta omnimodo denigrare, ac multa ſcelera flagitiaque illis temere objiciendo, qui ſe horum reos agnoſcunt minime, uſu expertum comprobatumque eſt; de quibus accuratum judicium Taboris legere eſt in eleganti ejusdem *Tract. d. Tortur. ad Art.25. Conſt. Carol.V. Crim. §.16.* 75

CAPUT II.

Siſtens

Perſonas, quæ ut Suſpectæ recuſari poſſunt.

SUMMARIA.

Ingreſſus n.1
Pontifex appellatur Sanctiſſimus Pater 2. *ſeq.*
Ipſi Papicolæ tribuunt parilem cum Angelis honorem. 4
Deumque appellant. 5
Quod probatur inter alia verſibus Octavii Menini 6
Tribuunt præterea ipſi Infallibilitatem & omnium jurium connatam ſcientiam. 7 *ſeq.*
Arrogant ſibi pontifices in omnes Imperantes imperium. 9 *ſeq.*
Aſſerunt pontificii Papam ut Suſpectum non poſſe recuſari 11
Gallicana Eccleſia negat Pontificiis infallibilitatem. 12

Asseruit sibi Galliæ Rex Ludovicus XIV jus Regaliæ. 13
Quid sit jus Regaliæ docetur 14
Protestatio Fabii Chisii contra Instr. Pac. de A. 1648. illamque subsecuta Papæ Innocentii X. Nullitatis Declaratio spreta & derisa est. 15
Refertur responsum Philippi Pulchri Regis Galliæ, quo arrogantiæ Pontificis Bonifacii, VIII. obicem posuit. 16
Ejus Decretales in Gallia non sunt receptæ. 17
Invictissimus Imperator Leopoldus Papam etiam suspectum habuit 18
Cui & Martinus Lutherus veritus non est, suspecti exceptionem opponere. 19
Protestatus est non ita pridem modernus Romanæ Curiæ præsul. Innocentius. XII. contra nonum Electoratum ad Exemplum Innocentii X. qui per Nuncium suum contra octavum Electoratum protestatus erat. 20. *seq.*
Imperator ut suspectus recusari An possit exponitur. 23
Rationes Negantium recensentur 24 *seq.*
Affirmantium. 26. *seq.*
Refutantur Negantium rationes 31. *seq.*
An Commissarius Imperatoris ut Suspectus recusari possit, traditur 34. *seq*
Rationes pro affirmativa vide 36. *seq.*
Recusari etiam ut suspectus potest Commissarius à Camera datus. 38
Recusari etiam ut Suspectus potest ex sufficienti causa Commissarius Cæsaris, licet datus sit cum clausula:
Recusatione cessante 41
Rationes dubitandi videsis. 39. *seq.*
Limitatio traditur. 42
Rationes decidendi 44. *seq*
Differentia & Convenientia remedii Appellationis & Recusationis & qualiter ab uno ad alterum argumentari liceat, traditur. 45 *seq.*
An Comes Palatinus sit Judex Competens Imperatoris trad. 50. *seq.*
Illum ut Suspectum recusari posse exponitur à 52. *usque ad* 56
An Camera Cæsarea ut Suspecta possit recusari vid. 57. *seq.*
Superiori seculo hac de re acriter Disputatum fuit 59
Negantium rationes exhibet 60. *seqq.*
Affirmantium rationes recenset. 66. *sqq*
Refutantur rationes negantium. 73. *sqq*
Ultima ratio Strauchii pro affirmativa leviter notatur. 77
Singuli Assessorum recusari possunt. 58
Principes privilegio de non appellando gaudentes, recte tamen ut suspecti possunt recusari 78. 79
Consiliariis Principum in causa Dominorum principalium judicaturis non ex necessitate juramentum relaxatur. 81
Quomodo Principes omnium optime à se amovere possint omnem suspicionem traditur. 82
Subjicitur Responsum Wittebergense 83
Quorundam Membrorum Imperii prima instantia est in foro Austregarum 84

Potest

potest etiam Judex Austregarum ut suspectus recusari. 85
Quod non procedit in Austregis Conventionis, nec in Arbitris Compromissariis. 86. seq
Limitatur hæc sententia. 88. seq.
Laudo ab Arbitro recusato pronunciato obstat doli exceptio. 91
An toti Collegio suspecti exceptio opponi possit vid. 92
Negantium sententia traditur. 93 seq.
Temerarius est, qui omnes sapientes in Civitate suspectos dicit. 95
Rationes sententiæ negativæ recensentur. 96. seq.
Affirmantium sententia cum suis rationibus exhibetur. 98. seqq.
Exemplum hujus traditur. 104
Aliqui ex Assessoribus Collegii recte ut suspecti recusari possunt. 105
Non tamen tenentur ipsi, omissa recusatione, judicio abstinere. 106
Bene vero illa opposita. 107
Non potest totum Collegium ut suspectum recusari, si tantum lis sit cum solo Collegii Directore. 108. seq.
Idque sub distinctione expeditur. 110. seq.
Rationes hujus sententiæ exhibent. 112 seqq.
Concurrente duplici Magistratu in constituendo judicio, alterutro suspecto, toti judicio exceptio suspecti non obstat. 116. seq.
Num Collegium JCtorum ut suspectum possit recusari vid. 118
Acta regulariter insciis partibus tam in civilibus, quam Criminalibus causis solent transmitti 119
Licet partibus contra unam alteramve Academiam excipere 120
Hæc exceptio diligenter à protonotario Judicii est notanda. 121
Satius foret istiusmodi exceptiones absque sufficiente causa non admitti 122
Judiciorum praxis tamen non desiderat, ut ab excipiente causa recusationis allegetur. 122
Causa recusationis ut plurimum inde oritur, quod alterutra pars privatim à suspecta Academia consilium petierit. 124
Quomodo caveri possit, ne acta ad illud Collegium mittantur, quod alterutra pars privatim consuluit. 125. seqq
Judex Delegatus potest ut suspectus recusari. 129
Etiam Ordinarius de jure Canonico 130
Num etiam de Jure Civ. 131
Negantium sententiam vid. d. 131
Affirmantium 132
Ejus rationes recenset 133 seq.
Respondetur ad rationes negantium 135
Notatur responsio. 136
Num in criminalibus judex ut suspectus possit recusari. 137
Affirmatur per rationes 138 seq.
Non tamen locum habet suspecti recusatio, nisi ex evidentissimis argumentis. 141
Sed potius Notarius suspecto est adjun-

 gen-

gendus, & acta sunt ad Extraneum judicem transmittenda. 142
Quomodo procedatur si justa adsint suspicionis argumenta. 143
Difficilius in Criminalibus Judex ut suspectus recusatur, si delictum notorium, eique certa à lege determinata est pœna. 144. *seq.*
Recusato Ordinario, Vicarius non statim potest recusari. 146. *seqq.*
Exceptio traditur. 149
Non potest Vicario Rectoris Academiæ hic suspecti exceptio opponi, quando ad instantiam partis toto convocato Concilio procedit. 150. *seqq.*
Executor sententiæ ut suspectus recusari non potest. 145
Limitatio traditur. 155
Notarius solo juramento recusatur. n. f.

1 CUm parum sit nosse *Causas*, ex quibus recte procedit *suspecti Judicis Recusatio*, si *Personæ*, quibus *Suspecti exceptio* propitio jure opponi potest, ignorentur, expeditis *primo capite* generalibus circa *judicem suspectum*, ordinis jam exigit ratio, ut antequam *causas* sistam *suspicionis* legitimas hoc II. exhibeam *Capite Personas*, quæ *suspicione* gravatæ, alii *non suspecto* judicandi Spartam, opposita suspecti exceptione, cedere co-
2 guntur. Has inter vero primipilari loco de Curiæ Romanæ Præside,
3 PONTIFICE nempe MAXIMO, dispiciemus: Hunc enim *sanctissimum* Patrem, ut cultu plus quam Divino à Parasitis salutari amat, teste Gentiletto JCto Delphinensi non infimi subsellii, *in Exam. Concil. Trident. L.* 5. & Celeberrimo Theologo Christian Kortholt in eleganti Disput. cui titulus: *Apotheosis Papæa, habita Kiloni* 1690. §. 27. *ibique alleg.* juncto Johann. de Paris. *de Potest. Rep. & Papal.* mancipia sua non dun-
4 taxat sortem Angelorum adæquare, *vid. glossa ad capit. fundamenta. De Elect. & Electi. potest. in* 6. *& in Procemio Clement.* Confer. prælaudatus Theologus, Beatus D. Kortholt. *d. Dissert.* §. 3. *ibique plena manu adducta*
5 *multorum testimonia*, verum etiam *Deum* esse, pudenda adulatione & assentatione impia mentiri non erubescunt, *vid. glossa Jur. Can. ad c. Cum*
6 *inter X. de V. S. ibi: Credere Dominum Deum nostrum Papam non potuisse ita statuere. Conf. c.* 7. *Dist.* 96. *&* Dissert. Exc. Mayeri Anti-Grotiana: *Num dogma Papistarum sit, Pontificem Rom. Deum esse c.* 3. nec non proxime all. B. Kortholti *Dissert.* Ut veri metas minime videatur transgressus Celeberrimus Forojuliensis JCtus Octavus Meninus in eleganti Ode sua, qua hosce Curiæ Romanæ Assentatores ita Papam compellantes introducit.

Pater

Pater Beate, digna sat merentibus
Quænam rependes Præmia?
Pro te pudoris cuncta frena rupimus,
Et fronte perfricta nihil
Intactum, inausum liquimus,
Ut turpi pulsa veritas
Sinceritasque amabilis, nivea & fides
Cogatur hic facessere.
Nos, nos locamus Te supremo vertice,
Cœlumque supra attollimus.
Nos Te vocamus alterum Jovem: Tuis
Claudi, patere nutibus
Sedes Olympi dicimus & horrida
Nigrantis Orci limina.
Armamus ipsi ultricibus flammis
Tuam hanc fulgurantem dextram:
Nec jam veremur astra Cœlo dicere
Lapsura, ni Tu fulcias.
Jam regna cuncta, quæ cadens sol aspicit
Surgensque, Tibi adscribimus.
Et quod Coronis fulgent nitentibus
Reges Ducesque, & ipsius
Quod sceptra gestent Imperii, totum hoc tui
Juramus esse muneris.
Jam nostra cunctas limites modestiæ
Transcendit impudentia.
Dum mille lingua blandienti nomina
Tibi superba affingimus;
Hinc turba honores credula immensos Tibi
Largitur: Hinc vulgus stupet.
Quod si quis exstet altiori spiritu,
Cui libera indignatio
Bilem tumentem suscitet, fallacias
Qui tentat has refellere,
Plectroque fide meliora personet,
Quam gratiora Curiæ,
In hunc venenis viperinis illita
Torquemus omnes spicula.
Quid jam, Beate Pater, quid vis amplius?
Tu Numen & Præsens Deus,
Tu certa spes mortalium vocabere,
Salusque mundi publica.
Ergo Tiaras, Infulas, Ostrum manu
Potenti nobis divide:
Nam magna quamquam pro te adortigessimus,
Majora adhuc conabimur.
Ipsum detrahimus de solio Jovem
Ut ipse solus imperes.

Hunc verò *suspicionis* notæ exemptum esse, non solum ex hactenus recensitis, sortem humanam longe superantibus attributis, verum & inde potissimum constanter crepabunt Curiæ Romanæ Asse- 7
clæ, quod *infallibilitas*, quam moderni Jesuitæ & receptior Romanæ scholæ doctrina eidem turpiter tribuunt, vid. sæpius laudat. *Dissert.* B. Kortholti §. 16. & Connata quasi *omnis juris scientia*, quam in scrinio 8
pectoris sui Pontifex censetur habere, juxta arrogans effatum Pon-

9 tificis Bonifacii VIII. *in cap. 1 de Constit. in 6. Supremaque in omnes Imperatores & Reges potestas*, quam ex doctrina Hiltebrandina cum suis Successo-
10 ribus juxta canones *Dictatus* in Synodo Basilicæ Lateranens. Pontifex Greg. VII sibi impudentissime arrogat *vid. Epist* Gregor. M. ad Imperatorem Mauritium *lib. 2. Epist 61. aliaq; loca, quæ cumulate affert.* B. Kortholt.
11 *supr. all. Diss. §. 3. junct. can. Solitæ 6. X. de Majoritate & Obed.* Conf. Exc. Zigler, *in Orat. Proœm. ad Inst. Jur. Can. Lancellotti*; exclusa omni appellandi facultate, non possint admittere, ut ipse in Ecclesiasticis aut
12 Secularibus negotiis *tanquam suspectus* recusari possit: Verum cum infallibilitatem non duntaxat *Gallicana Ecclesia* Pontifici dubiam fecerit, sed & perstrenue sibi contra Pontifices *Clementem X.* ejusque Suc-
13 cessores *Innocentium XI. Alexandrum VIII. Innocentium XII.* spretis eorundem fulgurationibus atque excommunicationibus, ab *Anno*, ni fallor, 1673. usque ad Annum 1693. (quo hæc lis qualitercunque tandem composita est, sicuti ex regiis ad Pontificem missis literis, legere est, quarum summam exhibet Mercure Historique & Politique *de An.* 1693. *Mens. Nov. p. m.* 480. sequentibus verbis: *Que je suis bienaise de faire scavoir à V. St. que j' aÿ donné les ordres necessaires, affin que les affaires contenues dans mon edit du 2. Mart. 1682. concernant la declaration fai-
14 te par le Clergé du Roÿ aume (à quoi les conjunctures d' allors m' avoint obligè) n' ayent point de suite.*, assertum *Jus Regaliæ* i. e. (1.) conferendi beneficia Ecclesiastica vacantia (2) Constituendi personas Ecclesiasticas, & [3] interim percipiendi reditus bonorum Ecclesiasticorum vacantium, vid. Elegans Differt. Gerhardi hab. sub Præsidio Magni Theologi B. Dn. D. Bayeri *Jenæ 1691. de Jure Tertii in Causa Regaliæ Cap. 1. Sect. 2. §. 1.* ibique all. Petrus de Marca *de Concord. Sacerd. & Imper* Confer de hac controversia Librum Gallicum, cui titulus: *Relation de la Regale,
15 dans les Dioceses d' Alet. & Recueil de diverses pieces & lettres, concernant la Regale. iunct.* Larroque *Tr. de Regale:* modernus Galliæ Rex LUDOVICUS XIV. affectatam illam in *Ecclesiasticis summam Potestatem* in suo Regno *simpliciter* concedere noluerit, insuperque derisa à Pacificantibus An 1648. per Nuncium Apostolicum Fabium Chisium, 14. & 28. Octobr. temere interposita contra Instrumentum Pacis, Germaniæ inter cineres bellicas adhuc fumantis, & tantum non in solitudinem versæ, singulari Dei beneficio restitutæ, bina protestatio, illamque Anno 1651. 3. Januarii mox subsecuta inaudito antea exemplo Pontificis Innocentii X temerariæ nullitatis Declaratio, quam videsis

ſis in doctiſſimo Tract: Celeberr. Polyhiſtoris B. Conringii, qui inſcribitur: *Animadverſio in Bullam Innocentii X. in fin.* idem haud ſub obſcure innuat, non *Suſpicione* caruiſſe omni Pontificem Romanum ex illis intellectu facillimum eſſe autumo. Neque vero meliora fata expertum eſſe olim Pontificem Bonifacium VIII. dum ſummum ſibi in Philippum Pulchrum, Galliæ Regem arroganter aſſerere Imperium auderet, ex animoſa & Heroica præfati Regis claret reſponſione,
quam his verbis: *Sciat MAXIMA TUA FATUITAS nos in temporalibus*
nemini ſubeſſe, refert Gerhard von Maſtricht. *in hiſtor. Jur. Eccleſ. num. 369.* 16
vid. Zigler ad Lancellottum, *Inſt. Jur. Can. Orat. Procem.* §. 55. Nec
non inde, quod idem Rex librum ſextum Decretalium, à Prædicto 17
Bonifacio VIII. confirmatum, cum in illo multum authoritati Regis detraheretur, cum ſequentibus Galliæ Regibus in hodiernum uſque diem non receperit. Id. Zigler. *d. l.*]

Non ſolum autem Galliæ Reges, ſed & IMPERATOREM Ro- 18
manum *ſuſpicionis* nonnunquam arguiſſe Papam, vel ex unico Moderni Invictiſſimi Imperatoris Leopoldi Magni abunde ſatis exemplo liquet, Alexandrum VIII. Canonicorum Colonienſium, Comitum ſc. de Lowenſtein Reckheim aliorumque reſtitutionem maximo urgentem opere, ex hac legitima cauſa recuſantis, quod nimium Gallorum partibus eſſet addictus. *vid. Mercur. Hiſtor. & Politique Anno*
1690. Menſ. Febr. p. 124. Imo idem, Dei ſingulari in reformationis ne- 19
gotio adjutum auxilio MEGALANDRVM B. Lutherum, Religionis noſtræ ANTESIGNANUM, feliciſſimo tentaſſe ſucceſſu, Papaque Leone X. 28. *Nov. An. 1518. ut ſuſpecto* juſtiſſimè rejecto, ad generale provocaſſe Concilium, memoriæ prodiderunt Illuſtr. Vitus Ludovicus à Seckendorff. *in Comment. Hiſtorico & Apologetico de Lutheraniſmo L. 1. ſect. 21.* §. 43. & Illuſtris Puffendorff. *in Introduct. ad Hiſtoriam p. m. 819.*

An vero nupera Anno. ſc. 1693. Menſ. Mart. Moderni Pontificis 20
Innocentii XII. contra *Nonum Electoratum* per Nuncium ſuum Dn. Tanaram interpoſita proteſtatio omni ſuſpicione careat, indeque apud Imperatorem ac Imperii Proceres majorem effectum ſortitura ſit, illa, quam irrito ſatis conamine Papa Innocentius X. Anno 1648. contra *Octavum Electoratum* per Nuncium ſuum Fabium Chiſium in-
terpoſuit, eſt de quo maximopere dubito, illud interim laudans in 21
Innocentio XII. quod ſententiam ſuam de Decreto annullatorio
Electio-

Electionis moderatior ſuo Anteceſſore cognomine Innocentio X. in inanem proteſtationem mutaverit. *vid. Mercur. p. Tract. p. 249.*

22 Sed miſſo Pontifice, ad Summum Imperii Romano-Germanici caput, IMPERATOREM ſc. advolvor, in ſubſequentibus expoſiturus, an Ipſe *ut ſuſpectus* recuſari poſſit?

Negat id Blumius *in proceſſu Camerali Tit. 25. n.* 11. Chriſtineus *Vol. 2.*
23 *Dec.* 148. *n.* 15. Lancellott *de Attent. P. 2. c. 6 n.* 42. *in f.* Scacc. *de Appellat. qu. 16 limit.* I. *n. 7. ſeqq.* Græværus *ad Gail. Concl pract. 33. n. 5.* Fivizt. *Dec.* 28. *n. 111. p. 2.* Fulv. Pacian. *Tract. de Probat. c. 45 n. 94. lib. 2.* & Dd.
24 communiter ex his rationibus (1.) quod nulla in Imperatorem cadat recuſationem. Scacc. *de Appell. qu.* 36. *Lit. I. n.* 8. Cujac. *L. 9. Obſ.* 23.
25 ſuſpicio *vid.* Blum. *d. l. num.* 11. & Græværus *d. l. n.* 5. Ungeb. *ad Tit. d. Jud. X. num.* 24. [2.] quod ab Imperatore ad neminem poſſit appellari, procedente argumento ab Appellatione recuſationem. Scacc. *de Appell. qu.* 36. *Lit. I. num.* 8. Cujac. *L. 9. Obſ.* 23. Blum. *d. l.*
26 *num.* 12. *vid. Diſſert.* Alex. Stein. *de ſuſpic. c.* 6. *num.* 26. Cujac. *L. 9. Obſ.* 23. Zaſius *ad L* 16. *C. d. Iudic. n.* 29. Verum *Affirmativæ* certa ratione cum paucis ſubſcribere nullus dubito, ut juſta exſtante *ſuſpicionis* cauſa, non in *totum* quidem, *hoc tamen effectu* recuſari, *Imperator* poſſit, ut vel
27 in *Comitiis*, vel *aliorum Principum conſilio adhibito*, cauſa ventiletur, motus ſequentibus *rationibus*: (1) *Quia Imperator in Capit. Leopoldina, art.* 26. *in f.* Et Rex Romanorum Joſephus in ſua *Capitul. art. 5. in f.* promiſere der Juſtitz ihren freyen ſtarcken Lauff zu laſſen/ inque quibus cau-
28 ſis *ſuſpecti* aliis videri poterant, ſe non, niſi adhibito Electoralis Collegii conſenſu, judicaturos eſſe, cujus exemplum exhibet *artic.* 28. *Capitul. Leopoldi*, & 27. *Capitul* Ioſephi. [2] Quod jam olim Imperatores legibus ſubmiſerint principatum. *L. 4. C. de LL.* §. *ult. in f. J. Quibus mod. teſt. infirm.* Vt inde non videantur Imperatores illa litigantibus denegaturi juris remedia, quæ publicis legibus prodita ſunt, utpote quibus non minus, quam Anteceſſori Laudatiſſimo Iuſtinia-
29 no cordi eſſe pie præſumitur, omnes lites ſine ſuſpicione procedere. (3) Quod recuſatio *Judicis ſuſpecti*, modo cum debita opponatur veneratione, non ſolum nil injuriæ contineat, *Mev. P.* 1. *Dec.* 51. *n.* 3. verum etiam ſit remedium jure probatum, legitima ex cauſa judi-
30 ce ſuſpecto. *C.* 15. *C.* 3. *q.* 5. imo in ſana & naturali ratione fundatum, utpote defenſionis favore introductum *Clem. Paſtoral. verſ. Hæc quidem de Sentent. & Re Judic* Strauch. *in Diſſert. Exoteric. fin.* §. 14. [4.] Quod Imperator Sigismundus jam olim id pie agnoverit, quando Electori Moguntino optime reſpondet: Daß wir in unſern eigenen Sachen nicht

nicht wohl Richter seyn mögen/ referente Buxtorffio. *ad A. B. th. 83. Lit. D.* exque illo Excell. Stryk. *in Uſ. Modern. ff. ad Tit. de Judic.* §. 11. Ubi huic quoque patrocinari videtur ſententiæ, quando docet, *Si talis ſit cauſa, in qua Imperator intereſſe habeat, vel alias ob affectionem erga alteram partem non extra ſuſpicionem ſit, non ægre laturum ipſum Imperatorem, ſi petatur,* 31
ut vel in Comitiis, vel aliorum Principum conſilio adhibito cauſa ventiletur. Nec dictis obſtat prima Negantium ratio: Sicuti enim facile largior, Sacroſanctam Imperatoris perſonam *levibus vulgaribusq; quibuscunque* non eſſe ſubjiciendam *ſuſpicionibus* ita plane nullam in Imperatorem, etiam, ubi *proprii intereſſe* ac *ſingularis affectionis* ratio ceteroquin quemcunque judicem *ſuſpectum* reddit, cadere *ſuſpicionem*, id quidem eſt, 32
quod principium petere videtur: Neque enim Imperator humanæ fragilitatis ita expers vivit, ut, quod humanum eſt, de ipſo ex juſtiſſimis cauſis præſumi nequeat. Neque (2.) majoris momenti eſt ſecunda Negantium ratio: Præterquam enim quod in hoc argumento: *A quocunque judice appellari non poteſt, ille nec ut ſuſpectus poteſt recuſari, &c.* merito *Connexionis* deſideretur ratio, apertaque hic videtur committi *fallacia Conſequentiæ*, quippe, cum remedium *appellationis* & *recuſationis ſuſpecti judicis*, recte notante Strauchio *in Diſſ. Exot. fin.* §. 14. ex diverſis non duntaxat cauſis oriantur, fineque diſcernantur, ſed & contra diverſos competant, ideoque à *ſeparatis* nihil recte inferatur. vid. Stryk. *in Uſu Modern. ff. ad Tit. d.* §. *Jud. 12. in f.* (ubi docet: comparationem inter *appellationem* & *recuſationem*, quas pari paſſu ambulare, cum ſupra alleg. Dd docet Zaſius *ad L. 16. C. D. Jud. n. 29.* vel falſam eſſe, vel adminimũ valde reſtringendam) ita non aliter illud admitto, quam quoad hunc effectum, ut in *totum* hic recuſari non poſſit, à quo appellari non licet, quem tamen bene quoad hunc effectum recuſare fas eſt, ut *aliorum adhibito conſilio* judicet, *aliosque ſuo* 33
adjungi judicio patiatur. vid. Stryck. *in Differt. d. ſuſpic. C. 4. n. 28.* Et quanquam [3.] Principi in *ſua* etiam *cauſa* judicandi facultatem concedant quidam JCtorum, vid. Hilliger. ad Donell. *Lib. 17. c. 2. lit. B.* Surdus. *Conſ. 50. n. 9.* neque exempla deficiant Imperatorum, qui in *propria cauſa* dixerunt ſententiam Vid. *L. 41 ff. de Hered. Inſtit.* indeque *deſumptus* §. *ult. Inſt. d. Vulg. ſubſtit. L. pen. ff. d. His quæ in teſt. de l.* conf. Rumel. *ad A. B. P. 2. Diſſ. 5. th. 3* videntur tamen Doctores ſine Lege loqui, qua ſola, & non exemplis judicandum eſt. *L. Sed licet 12. ff. d. Offic. Præſ. L. Nemo 13. C. d. Sentent. & inter loc.*

Imperatorem excipit datus ab ipſo COMMISSARIUS, qui, an 34

ut *suspectus* recusari possit, non impertinenter quæritur? Et cum ex
antea dictis liqueat, ipsum Summum Principem recusari posse, ex
prævia legitima *suspicionis* causa, multo magis *suspecto* ejusdem *Com-*
35 *missario* hanc *suspecti* exceptionem obstituram esse arbitror. (1.) Quia,
qui vice Imperatoris jus dicit, non æqualem semper cum ipso com-
mittente meretur fidem, ut in simili loquitur Stryck. *in Tr. d. Us. Mod.*
36 *Pand. ad Tit. d. Jud.* §. 11. (2.) Quia ab ipso ad delegantem appellari po-
test. Henning. Gœden. *Consil. 18. n. 1.* Emerc. à Rosbach. *in Prax. Civ.*
37 *T. 5. n. f.* (3.) Quia delegatam habet Jurisdictionem, Gail. *Libr.* 1.
O. 33. n. 3. Delegatum vero *judicem suspectum* recusari posse, extra om-
nem dubitationis aleam positum esse, satis evincit *L. Apertissimi* 16. *C. d.*
Judic. vid. c. 36. & 61. X. d. Appell. c. 39. X. d. Off. Jud. deleg. Petrus Gregor.
Tholosan. *S. J. Civ. Libr. 49. c.* 3. *n. 12.* juncto Fermosin. *ad cap.* 4. *X. d.*
For. compet. q. 9. n. 1. seq. & Sichardo *ad L. 16. C. d. Judic.* Et huic sen-
tentiæ, sc. Summi Principis Commissarium jure propitio ut *suspectum*
recusari posse, subscribunt præter supra allegatum Gail. *cit. loc.* Bar-
bosa *ad d. L.* 16. *C. d. Jud. n.* 9. Mynsing. *C.* 2. *Obs. 52.* & Stryck. *in Dissert.*
d. suspic. c. 6. n. 18. ubi idem & in Commissario à Camera Imperiali dato
39 procedere docet cum Gail *L. 1. O. 33. n.* 3. Rutger Ruland. *d. Commissar.*
L. 2. c. 15. pr. Græv. ad Gail. *Pr. Concl.* 33. *n. 12.* aliique communiter.
Quod & ad Cardinales Legatosque de Latere extendit Roland à Val-
le *Cons.* 19. *n. 17. V. 3. ibique alleg.* Paris. & Abbas.

An vero in Cæsaris Commissario etiam tunc dicta recusatio lo-
cum inveniat, si cum hac expressa clausula: *Omni recusatione cessante*,
datus sit, magis dubiæ quæstionis esse videtur? Negativam qui tuen-
39 tur, illa potissimum nituntur ratione, quod *recusatio* æquiparetur
appellationi indeque, sicuti Commissarius à Cæsare datus cum hac clau-
sula: *Remota appellatione* [posse enim causam cum hac clausula com-
mitti, constat ex *L. 1.* §. *pen. ff. à quib. appell. non lic.* Vid. Mev. *P. 2. d.* 149.
n. 1. Brunnem. *ad d. l.* 1.] non tenetur admittere appellationem, Maran-
ta. *in specul. P. 6. de Appell. Limit. 28. n. 336. seq.* Rebuff. *in tract. d. Appell.*
art. 7. Gloss. 2. n. 16. Tom. 3. Mev. & Brunn. *d. l. ibique cit.* ita multo minus
Commissario cum clausula: *Remota recusatione*, dato opponi exceptio
40 *suspecti* possit, præprimis cum *adempta recusatione*, læso iniqua judicis
sententia adhuc supersit appellationis remedium: Franc. *in cap. postre-*
mo n. 5. de Appell. vid. Lancellot. *de Attent. P. 2. c. 6. n. 39. ibique cit.* Hacta-
41 men ratione non obstante, *Affirmativa* magis arridet sententia, sub
illa

illa tamen distinctione: Utrum Commissarius datus sit sub clausula: *Remota recusatione speciali. v.g. Non obstante, quod sit amicus &c.* An ve- 42
ro sub *generali clausula*: Et sicuti priori casu propterea, quod Committens causam *suspicionis* jam satis trutinasse, eaque ut insufficienti rejecta, causæ decisionem commisisse videatur, cessare recusationem Commissarii facile largior cum Dn. Fabro *in C. Libr.* 3. *T.* 4. *Def.* 8.
in fin. & Græv. *ad* Gail. *Concl.* 33 *p.* 77. *n.* 3. ita posteriori causa præfatam 43
nec quicquam obstare clausulam, quo minus datus taliter Commissarius Cæsareus adhuc recusari, vel ad minimum peti possit, ut alius *non suspectus* ipsi adjungatur, qui quasi freno *suspectum* cohibeat, inque terminis juris ac justitiæ, ne extravagetur, retineat, uti loquitur Carpz. *in Proc. T.* 3. *a.* 4. *n.* 89. & Brunn. *in f. ad Auth. Si vero C. d.*
Judic. hisce motus statuo rationibus (1.) Quod comparatio Appella- 44
tionis & Recusationis non procedat *simpliciter*, sed tantum *secundum quid*, [sc. quatenus utraque in naturali æquitate & defensionis fa- 45
vore fundatur, uti de recusatione suspecti judicis jam supra fusius deductum ivimus. vid. *c. qui suspecti* 15. *C.* 3. *Q.* 5. *c.* 41. *vers. Tertio X. d. Appell.* Schrad. *de Feud. P.* 10. *S.* 14. *n.* 24. Mev. *ad Jus Lub. L.* 1. *T.* 1. *A.* 8. *n.* 2. de appellatione vero id satis clare docetur *in cap. Pastoralis* 53. *X. d. Appell.* junct. *c.* 61. *§. Porro X. Eod.* Mev. *P.* 2. *D.* 193. *n.* 6. Gail. *L.* 1. *O.* 33.
n. 4. & Alexander. *Cons.* 113. *n.* 1. *V.* 5. & utraque facit quiescere judicis of- 46
ficium. Lancellot. *d. Attent. P.* 2. *c.* 6. *n.* 8. *ibique citat.*] ita ut ne quidem extra tertium comparationis, ab una ad aliam tuto inferre liceat, sicuti ex hoc unico constabit, quod Commissario cum clausula: *Remota appellatione* dato, non statim *recusatio ejus, ut suspecti*, remota cen- 47
seatur. Lancellot. *d. l. n.* 38. [2] Quod utrobique illa clausula, nisi 48
inde injuriarum occasionem nasci velimus, unde jus oriri debeat, contra *L. Nec Avus* 4. *C. d. Emancip.* tantum tollat *frivolas, leves ac iniquas* Appellationis *Specul. de Appell. §. in quibus* Rebuff. *Tr. d. Appell. a.* 7. *gloss.* 2. *n.* 26. Lancellot. *d. Attentat.* P. 2. *C.* 12. *Lim.* 8. *n.* 40. Mev. P. 2. *D.* 94. *n.* 12. & Gail. *L.* 1. *O.* 33. *n.* 5. *ibique plena manu cit.* ac Recusationis causas *c.* 13. *X. d. Off. & Potest. Jud. deleg.* Franc. *in c. postremo X. d. Appell.* Hippolit. *singular.* 292. *incipit nil esse* Mynsing. *C.* 3. *Obs.* 43. *in f.* Zanger. *de Except. c.* 3. *n.* 6. (3) Quod omne Rescriptum Principis, & consequenter 49
etiam *Commissoriale*, ita interpretandum sit, ne tertio noceat. *cap. super eo* 15. *X. d. Off. & Potest. Jud. Del. L.* 4. *C. d. Emancip. liber.* Dec. *Cons.* 209. *n.* 5. aut æquitati adversetur, utut natura verborum hoc non patiatur *L.*

Quamvis ff. d. in jus voc. Curt. Jun. Conf. 315. V. 3. n. 11. Et huic sententiæ calculum adjiciunt Gail. L. 1. O. 33. n. 5. seq. Zanger. de Except. supra all. loc. Mynsing. C. 3. O. 43. Brunn. Proc. Civ. c. 7. n. 19. Hilliger. ad Donell. Lib. 17. c. 25. lit. E. Stryk in Diss. d. suspicione c. 6. n. 18. & Mev. ad Jus Lub. L. 1. P. 1. A. 8. n. 3. Ad rationem obstantem ex decidendi ratione 1. & 2. facile responderi potest.

Ab Imperatore & ejus Commissario ad COMITEM PALATI-
50 NUM transitum facio, quem licet multi negent in civilibus causis competentem Imperatoris, qua Imperatoris, non qua Archiducis Austriæ, vid. Buxtorff. Diss. ad A. B. Concl. 64. lit. B. in f. Rumelin. ad A. B. Diss. 5. §. 6. in addit. lit. a. esse judicem, vid. Autor Justitiæ Cæsareæ circa Declar. Bann. contra Comit. Palatinum Propos. 18. Christian Gottlieb von Friedenberg in neuen Calvinischen Model des Heil. R. R. à Tulemar de Octovir. cit. c. 18. n. 20. Schluter in Animadv. ad Hippolith. à Lapide: P. 1. c. 5. Sect. 3. n. 3. Kulpis in Comment. ad Monzamb. P. 2. c. 5. §. 15. p. m. 112. & c. 6.
51 §. 7. p. 223. affirmant tamen contra plurimi, quorum sententia adjuvari ac firmari videtur partim expresso textu Aureæ Bullæ C. 5. §. f. Capitulationibus omnium Imperatorum confirmatæ, partim etiam exemplis non omni utique dubio tamen carentibus, de quibus vid. Schweder: in Introd. in jus Publ. Part. spec. Sect. 2. c. 5. §. 18. Schuz. V. 1. Diss. 7. th. 21. L. A. Strauch. Diss. Exot. 3. th. 6. Petr. de Antlo. L. 2. c. 10. de Imper. Rom. ibique Marquardus Freher. in not. ad verb. illud insigne privilegium p. 194. Schrader de Feud. P. 10. S. 1. n. 55. Gœden. Conf. . n. 12. Heig. P. 1. q. 4. n. 29. Zverin. Cubach. L. 2. d. Jur. Publ. c. 30. n. 31. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 8. n. 52. Daniel Otto in Differt. d. Jur. Publ. c. 16. p. 559. Clapmar. de Arcan. Rer. publ. L. 8. c. 20. aliique à Rumelino ad A. B. Diss.
52 5. th. 1. allegati, ad quos B. L. brevitatis amore remitto, de eo saltem hoc loco sollicitus: Utrum Comes Palatinus iis in causis, in quibus juxta A. B. Imperatoris Judex esse perhibetur, ut Suspectus possit recusari? Et non dubitamus hanc quæstionem affirmativè decidere.
53 (1) Quia ipse Imperator ex gravissimis causis recusari potest, per su-
54 pra not. (2) Quia & hic militat defensionis & naturalis æquitatis ratio pro illo, qui jure suspectam refugit sententiam, sc. ut sine suspicione
55 procedant judicia. (3) quia justa suspicionis, puta proprii interesse vel affectionis causa in Palatini etiam personam cadere potest, quam propter
56 recte statuit Buxtorff: ad A. B. c. 5. Concl. 77. lit. E. in propria causa Comitem Palatinum, si ipsi cum Imperatore negotium esset, ejus judicem esse non posse.

Ad

Ad CAMERAM IMPERATORIAM jam dimisso *Imperatore* ejusque *Judice ac Commissario*, pedem promoveo visurus, non: *An aliqui ex numero Assessorum dictæ Cameræ recusari ex legitima possint causa?* id enim non duntaxat apricatur ex claris verbis *Ord. Cam. P.1.T.13 §. Item* ordnen wir 13. sed & omnes largiuntur JCti, vid. Stryk. *Us. mod. ad Tit. ff. d. Jud.* § 11. *& in Disp. de suspic. c.6. n.27.* Gilken. *ad l.16. C. d. Judic. n.8.* Græv. *ad Gail. Concl. Pract* 33. *n.*7. aliique. Sed: An toti huic Judicio Imperiali, ceu summo Germaniæ Tribunali, universum repræsentanti imperium, exceptio *suspecti judicis* possit opponi? Acriter hac de controversia in utramq; partem diversis animi motibus Evangelicos inter & Pontificios, quorum illi *suspectam* Cameræ Jurisdictionem ex non levi causa habebant, superiori seculo certatum fuisse, liquet ex illis, quæ fusius exposuit & recensuit ex Hortledero Strauch. *in diss. Exot. fin.* jung. Stryk. *Us. Mod. ad Tit. ff. d. Jud. §.11.* Blum. *Pr Cam. Tit.25. n.12.* Gylm. *Voc. Exceptiones §. Quod & quibus.* Et licet Pontificii negativam omni nisu tueantur sententiam, illisque præter Grævæum. *ad Gail. Pract. Concl.33. n.6.* aliter statuentes temeritatis notam incurrere asserentem, adstipulentur Blum. *in Proc. Cam. T.25. § 11.* Gail. *L.1. O.33. n.1.* aliique omnes, qui integra Collegia ex capite *suspicionis* recusari posse negant, *de quibus infra pluribus:* hisce potissimum moti rationibus (1) Quod cum in Assessorum Cameralium numerum non adoptentur, nisi Viri singulari eruditione ac morum probitate vitæque integritate conspicui, *vid. O. C. P.1. Tit.3. §.* Blum. *d. Tract. T.7. §.30. seq.* & Rethz. *in Inst. Jur. publ. L 4. T.1. §.13.* illorum dignitas ac fidei integritas videatur omnem sinistram satis removere *suspicionem* ut in simili loquitur Roland. à Valle *Cons. 19. v.3. n 8.* imprimis, cum verosimile non sit, 50. Assessores, quot numero hodie summo huic Tribunali assidere possunt, omnes *suspicione* esse gravatos. (2) Quod Camera gaudeat ordinaria jurisdictione Rhetzius *d. Tr. L.4. T.1. §.22.* Blum. *Proc. Cam. Tit.25. §.7. seq.* Gail. *l.1. O.41. n.5.* Ordinarius vero judex *ut suspectus* recusari nequeat, *per Auth. si vero contigerit C. d. Judic.* quæ desumta est, ex *Nov.86. c.2.* (3) Quod Camera repræsentet ipsum Imperatorem, omnesque imperii Proceres, quos suspectos dicere nefas omnino foret. (4) Quod à Camera non possit appellari; (5) Quod læsis per sententiam suspecti judicis Cameralis satis prospectum sit remedio Syndicatus, de quo vid. *L.1. C. Ut omn jud. tam Civil. quam milit. post administ. ibique* Brunnem. juncta *Nov.18. c.9. & Nov.128. c.23. seq.*

57
58
59
60
61
62
63
64
65

indeque desumta *Auth. Si vero C. d. t.* quod potissimum Schmalcaldiæ urgebat contra Protestantes Heldus superiori seculo referente Strauch.
66 *supr. cit. loc.* (6) Quod quidem hoc tentatum fuerit aliquando, sed irrito conatu. vid. Gail. *l.* 1. *th.* 33. *n.* 1. *quosque ibid. alleg.* Ego tamen his, aliisque rationibus minime obstantibus, in *Affirmantium* condescendere castra nullus ambigo, præfatus, per Cameram me *non ipsam Cæsaris Jurisdictionem, sed Personas huic judicio assidentes* intelligere; Moveor vero cum Argentoratensibus & Constantinensibus, quos cum aliis indi-
67 stincte affirmasse, Judicium hoc recusari posse, testatur Strauch. *sup. all.*
68 *Diss. fin. Exot.* §. 16. hisce argumentis (1) Quod per supra deducta ipse Imperator ex non frivola *suspectus* causa recusari possit (2) Quod vi Ordinationis Cameralis *P. 1. T. 13. §. 13.* Assessores *suspecti* de studio partium, excedere judicio jubeantur, sicque, si singuli tales sint, etiam
69 singuli possint recusari: (3) Quod & JCti, qui ceteroquin negant, totum collegium *ut suspectum* recusari posse, id tamen tum largiantur, si omnes Assessores sint suspecti. vid. Zanger. *de Except. c.* 3. *n.* 8. de quo
70 infra pluribus: (4) Quod jure Canonico, moderna Judiciorum praxi quoad hanc quæstionem comprobato, etiam Ordinarius Judex recusari *ut suspectus* possit, qua de re itidem infra fusius dicendi dabitur oc-
71 casio: (5) Quod exceptio *suspecti judicis* sit favorabilis, ipsaque æquitate nitatur naturali, & sic in omni judicio non frivole opposita, locum
72 obtinere debeat. (6) Quod jam olim hæc exceptio feliciter Cameræ opposita fuerit à Duce Bavariæ, causaque aliis, Camera recusata, fuerit demandata, teste Strauch. *in Diss. Exod. fin.* § 12. Et huic sententiæ præter allegatum Strauchium etiam patrocinatur Exc. Stryck. *in Us. Mod. ff. ad Tit. d. Judic. §. 11.*

73 Ad rationem obstantem *Primam* paucis respondeo: Licet non diffitear, rariorem hanc esse exceptionem, publicamque omnino Rei exigere salutem, non facile Summum hocce Tribunal recusari, nil tamen obstare, quo minus probata legitima suspicionis causa in singulis, etiam singuli recusari possint, præsumptione generali tunc veritati
74 probatæ cessura: jungatur ratio decidendi *Secunda & Tertia.* Ad rationem obstantem *Secundam*, *Tertiam & Sextam* responderi potest per rationem decidendi *Quartam, Primam, Quintam & Sextam:* Ad *Quartam* dubitandi rationem jam supra responsum fuit fusius *n. 44. hujus cap.*
75 Ad *Quintam* Resp. (1) Satius esse intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedia quærere, perque remedium recusationis, quo illi,

illi, qui læsionem justis ex causis metuit futuram, succurritur, (2) non excludi illa remedia, quibus *ab initio* bene de judice sperantibus præter opinionem læsis subvenitur; Insuper (3) per Remedium Syndicatus non semper apte consuli parti à suspecto judice læsæ posse, constat ex non adspernenda ratione, quam dictis olim jam superaddidit Senatus Norimbergensis in suo Consilio his verbis: Durch das Syndicat kan nicht allen Sachen gerathen werden / am wenigsten aber denen Sachen / so die Acht belangen. Denn gesetzt / daß einer unbillig durch einen Feind / oder Wiederwärtigen abgönstigen Richter in die Acht erkennt / wie würde demselben durch das Syndicat wieder geholffen / so er Mittlerweile ümb sein Leib und Leben käme / in Krafft der Acht / sonderlich / da der Regensburgische Abscheid saget / daß mittler Zeit des Syndicats der ergangenen Urtheil execution beschehen soll. Warlich / ehe denn einer / so mit Urthell in der Acht erkläret / zu Ausführung der Unbilligkeit solcher Urthell von dem Syndicat richten können möchte / so wäre er wohl zehenmahl nicht allein üm Guht / sondern auch üm sein Leib und Leben kommen: Was hülffe ihm denn das berühmte Syndicat? vid. Strauch. *d. Diss.* 76
Exot. fin. §. penult. ubi & hanc pro affirmativa sententia adhuc superaddit rationem, quod ex juramento Cameralium liqueat, quasdam dari causas, quæ ad ipsorum cognitionem non pertinent *O. C. de Anno* 1555. *P.* 1. *c.* 57. *&* *O. C. de Anno* 1541. *§.* Item Ordnen wir. Ergo in his Camera recusari possit. Verum hanc nostram non facimus, cum in hisce 77
causis Camera recusetur non tam ex capite *suspicionis*, quam potius *Incompetentiæ*, quæ exceptio tamen ab exceptione suspecti judicis omnino differt.

Exigit ordinis ratio, ut & Camera missa, ad IPSOS IMPERII 78
PRINCIPES ALIAQUE COLLEGIA properem. Quod vero Illos attinet, indubiũ est, vi superioritatis Territorialis, ceu æmulæ Majestatis, in suis Ipsos territoriis Cæsares esse, i.e. tantũ posse, quantum Imperator in universo Imperio, Zas. *Consil.* 1. *L.* 2. *n.* 29. Schrader. *de feud. P.* 2. *princ.* 9. *Sect.* 10. *n.* 36. Knichen. *de jure Territ. c.* 1. *n.* 361. Klock *de Contrib. c.* 4. *n.* 144. juxta vulgatum illud: Ein jeder Herr ist Kayser in seinem Lande. vid. Nicol. Myler. ab Ehrenbach *de princip. & Stat. & Imp. Rom. Germ. P.* 1. *c.* 14. *§.* 8. *ibique alleg.* indeque eandem de illis, recurrere quæstionem, quam de Imperatore supra discussam jam exhibui: Scilicet *An Electores aliique Imperii Principes, qui privilegio de non appellando gaudent,*

ut

79 *ut suspecti recusari possint?* Et posse hoc effectu, ut alios non suspectos judicio suo adjungi patiantur, ex supra adductis concludo rationibus.
80 vid. Exc. Stryck *in Diss. d. suspic. c. 6. n. 28. ubi* subjicit: Hoc fine in multis receptum esse Dicasteriis, uti in Tribunali Regio constitutum *vid. Ord. Trib. l. 1. T. 5.* §. 4. ut si, causa Principem ipsum concernat, Consiliariis sententiam laturis, juramentum, quo Principi obstringuntur,
81 remittatur, quo sine affectibus judicent: Quamquam id magis *consuetudinis receptæ* quam *necessitatis* esse putaverim, Consiliariis ad promovenda per adulterationem justitiæ Principis sui commoda juramento, quod iniquitatis vinculum non esse debet *c. cum Contingat. X. d. Jurejur.* Gail. *l. 2. O. 147. n. 2.* Roland. à Valle *Cons 59. n. 25. Vol. 1.* neutiquam obli-
82 gatis. Omnium vero optime à se Bonus Princeps omnem amovet *suspicionem*, si hoc casu quibusdam vel ex Equestri Ordine, vel ex Consiliariis Provincialibus, suis Consiliariis adjunctis, causa cognita, acta transmittat ad extraneum judicem, & ita aliis litis decisionem committat. Vid. omnino B. Brunn. *ad L. un. C. Ne quis in sua caus. judic. & ad L. 17. C. d. Jud.* Conf. Perez. *ad C. L. un. d. t.* Zigler. *de Jur. Majest. L. 1. c. 1. n. 31.* Stryck. *in Diss. d. suspic. c. 6. n. 29.* Quibus lucem affundere videtur responsum Jctorum Wittebergensium à Ziglero d. l. exhibitum his
83 verbis: Wenn gleich einem Landes-Fürsten alle Fürstliche Macht und Hoheit über seine Unterthanen zustehet / auch die Unterthanen nicht leichtlich / warum eines oder das ander von ihm geschehen / Red und Antwohrt zu fodern berechtiget / dennoch aber und dieweil einem Landes-Fürsten nicht gebühret / seinen Unterthanen das jenige so sie bono titulo an sich gebracht / und besitzen / aus eigenen Gefallen und Bewegniß zu entziehen / oder sie dessen aus freyer Macht / ohne gnugsahme Ursache zuentsetzen / und dieses in dergleichen Fällen allerdings eine vorhergehende Causæ cognitionem, und darauf erfolgte sentence erfordert / auch hierinnen ein Fürst selbsten denen von Ihm vorgeschriebenen Rechten sich billig submittiret / und aus seinen eigenen / oder seiner Vorfahren Contractibus als ein Privatus dazu verbunden / so mag auch der Successor in einem Fürstenthum in dergleichen Fällen wieder seine Unterthanen eigenen Gefallens nicht verfahren / sondern Er ist entweder etlichen von seinen Rähten / die so denn der Pflicht zuerlassen / niederzusetzen / und vor denselben seine Nothdurfft außzuführen / oder anderen hierzu erbehtene Richter darüber erkennen zu lassen schuldig. vid. omnino hic B. Mev. P. 4. *D. 230. n. 1.* ubi exemplum nobis sistit.

Cum

Cum vero quando ipsi Electores & Principes, aliique Imperii 84
Ordines & Membra, quibus ex privilegio prima Austregarum competit instantia, conveniendi sunt, inviti statim coram Camera stare non teneantur, sed secundum præscriptos in Ordinatione Camerali *P.2. T.2. c.3. & 4.* modos, certos judices Austregarum eligendi competat actori arbitrium, coram quibus lis, tanquam in prima instantia, disceptetur, quod e Austregarum foro & Processu videri poterit Exc. Stryck. *in duabus special. Disput. quæ exstant in Vol.*1. itemque Roding. *in Pandect. Cameral. L.*1. *T.*4. *c.*3. Blum. *in Proc. Cam. T.*27. *junct.* Exc. Rhetz. *in Inst. Jur. publ. L.*4. *T.*2. *aliique passim.* non incongrue hic quæritur:

An hisce *Ordinationis Austregarum* Judicibus etiam *suspecti* exce- 85
ptio opponi jure possit? Et posse eo facilius JCti concedunt, quo certius, ab illis ad Cameram licere appellare. *Ord. Cam. P.*2. *T.*2. §.2. *& T.*4. §.1. Rhetz. *d. Tr. L.*4. *T.*2. §.31. *seq.* Blum. *in Proc. Camer. Tit.*27. §.199. Et huic sententiæ calculum adjiciunt Exc. Stryck. *in Diss. d. Foro Austreg. nec non in Disp. d suspic. c.*6. §.19. Grævæus *ad Gail. Concl.* Pr.33. *n.*14. ubi etiam Mynsing. & Rutger. Ruland. *de Commiss.* allegat, quorum neuter tamen *all. loc.* quicquam de hac quæstione habet. Quod autem 86
de *Austregarum Judicibus* proxime dictum, id neutiquam extendendum est ad Judices *Austregarum Conventionis*, quos ut *suspectos* non magis, quam partium conventione electos *arbitros* recusari posse arbitror, propterea, quod utriusque partis voluntate sint electi, *L.*11. §.1. *ff. d. Recept.* quodque sibi imputare habeat, qui ante electionem in fidem 87
hujus Judicis compromissarii non diligentius inquisivit. Sichard. *ad L.*16. *C. d. Jud. n.*2. Limitatur tamen hæc sententia (1) Nisi demum 88
post compromissum supervenerit *suspicio*, (2) Vel illo tempore alter 89
litigantium illam suspicionis causam ignoraverit, exque aliis eandem facile intelligere nequiverit: Et ita intelligo, Exc. Dn. Strykium, quando *in Diss. d. Susp. c.*6. §.7. *n.*18. asserit, *arg. L.*32. §.14 *ff. de Recept.* Arbitro exceptionem suspecti opponi posse, vid. Bargal. *L.*3. *d. dolo* 90
*c.*10. & Brunn. *ad d. L.*32. §.14. Ubi subjicit: Rogati arbitri *suspecti* ne 91
judicet, tamen judicantis laudo doli mali obstare exceptionem. conf. Lancellot. *d. Attent. p.*2. *c.*6. *n.*54. Ubi Joh. Bapt. generum Bartoli allegat *in tract. de Arbitr. L.*9. *c.*7. *col. f. in f.*

Ad alia jam COLLEGIA *privilegio de non appellando non munita*, 92
(nam quod in Camera juris esse supra dixi, idem & in Dicasteriis

Principum, à quibus ex singulari privilegio ad Cameram non conceditur appellatio obtinere reor, paritate rationis juris paritatem exigente; Cujus exemplum elegantissimum exhibet *Ordinatio Regii Tribun. Wism. P.1. T.5. §.13.* ibi. Ob denn woll Wir dies Gericht zum Exempel/ des Keyserl. Cammer-Gerichts / für ein unstreitiges Ordinarium Judicium gehalten/respectiret und geehret haben wollen/woferne jedoch über alle gefaste Zuversicht einige Partey uns gnungsahme Ursache eines rechtmässigen Verdachts/gegen dasselbe vorbringen / oder auch einer unbilligen Verzögerung / vielmehr einer denegation justitiæ glaubwürdig beschuldigen würde. So behalten Wir Uns bevor denselben alsofort von unseren anderen vornehmen der Sachen / verständigen Rähten zuzuordnen / und nach Befindung des Mangels gegen des Gerichts verwandte / oder auch gegen den unbefugten Ansucher über erstattung aller verursachten spesen und kosten gebührliche And- und Bestraffung zu thun.) pergo visurus: An integrum *Collegium*, *Senatus*, & *Concilium suspecti exceptione* recusari possit?

93 Negant simpliciter Gail *L.1. O 33. n.2.* Pacian de Probat. *L.2. c.45. n.99. seq.* Vivius *Tr. Comm. Opinion. verb. Suspecti* hancque communem esse opinionem asserit Boërius *Dec.269 n.1.* cum plena manu ad-
94 ductis à Gail. *d.l.* & Mascard. *de probat. V.2. Concl.954. n.32.* adeo, ut fraude illum haud carere dicat Baldus *in L. Hoc modo ff. d. Condit. & De-*
95 *monst. n.1.* cum Vivio *all. loc.* qui omnes Sapientes Civitatis ut *Suspectos* recusat. Conferatur Lauterbach. *in Comm. Maj. ad Tit. d. Judic. §.39.*
96 ibique alleg. Borell. *de Compromiss.4. Gloss.3. n.4.* idque ex hac ratione, quod firmius censeatur judicium plurium, quodque ob diversa diversorum ingenia in integrum Senatum & totum Collegium suspicio ca-
97 dere non posse videatur. Mev. *ad Jus Lub. L.1. T.1. A 8. n.9.* Et quanquam haud diffitear, adversus integrum Collegium non facile hanc admitti exceptionem, illam tamen tunc utique locum obtinere, ubi justa *suspicionis* causa vel omnes ex Collegio, vel majorem ejus ita gravat partem, ut reliqui dijudicandæ causæ sint impares, non duntaxat com-
98 munior. Tiber. Decian. *Cons.26. V.1. n.5. & 15.* Alexander Raudens. *L.1. Resp.8. n.2.* Lancellott. *de Attent. P.2. C.6. n.44.* aliique cit. à Græv.
99 *ad Gail. Concl. Pr.33. n.16.* Conf. Carpz. *L.2. Resp.11. n.21.* Sed & verior est Sententia. Mev. *ad J. Lub. L.1. T.1. A.12. n.10. & P.1. D.194. per tot.* Exc. Dn. Coch. Assess. Reg. Trib. Graviss. *in prax. For. Germ. p.4. c.13. §7.* Zanger. *de Except. c.3. n.8.* Roll. à Valle *Vol.3. Cons.19. n.10. seqq.* Men. *d. A.*

I. Q.

*I. Q. Lib.2. Caf.*458. aliique à Masc. *de prob. V.2. Concl.954. n.31. alleg.* (1) 100
Quia in hos non minus, quam Cameræ Assessores suspicio cadere potest. (2) Quia ab hoc Provinciali judicio ac Collegio datur appellatio, 101
inde vero *affirmative* procedit argumentum ad recusationem. (3) Quia 102
posita justa recusationis causa, ipsa naturalis ratio non permittit, recu- 103
sationem denegari. (4) Quia *in c.10 X. d. Foro Comp.* disertis verbis dicitur, quod justa ex causa Consules justitiæ possint ut *Suspecti* recusari, cum principalibus *Suspectis*, reliqui etiam pro Suspectis habendi sint. Scacc. *de Appell. Quæst.*16. *Lim.*1. *n.*15. Stryk. *in Diss. d. Susp. c.6. n.*31. 104
Hinc recte docet, B. Mev. P.1. *D.*103. non invita Jurisprudentia hanc suspecti exceptionem oppositam fuisse à Pastore *Consistorio*, cujus Director & Assessores membra Concilii illius erant, à quo hic Pastor coram dicto Consistorio conveniebatur.

De illo vero ambigendum non est, si tantum aliqui ex Assessori- 105
bus Collegii *Suspecti* sint, quibus juste remotis, (Tenentur enim hi, non quidem ipsi recusatione omissa abstinere à Judicio, Mev. *ad Jus Lub.* 106
L.1. T.1. A.8. n.11. Schrader. *de Feud.* P.10. *Sect.*14. *n.*28. Pacian. *de probat. L.2. C.45 n.14. seq. vid. Ord. Cam.* P.1. *T.*13. *art.*13. Secus ac cautum est, in Ordinatione Trib. quod est Wismariæ P.1. *T.*5. §.10. & Jure Lubecensi *L.1. T.1. A.8. ibique* Mev. *n.*12. recusati tamen, qua suspecti judicio exesse debent. vid. *Ord. Cam.* P.1. *T.13. §.13.*) Collegium adhuc judicare potest, 107
quin tunc recusari non possit. Menoch. *d.l. n.*24. Panormit. *ad Cap.1. d. Jud. n.14. &* Stryk. *d.l.*

Sed: Utrum Totum Collegium hoc etiam casu recusari possit, si 108
cum ejus Capite & Directore recusanti tantum actio est coram hoc judicio, non omni carere videtur dubio? Putaverim distinguendum esse: An Directoris tanta in Collegio sit autoritas, ut inde metus & pertur- 109
batio in reliquos Collegii Assessores redundans, justitiæ æquilibrium sperare non permittat, an vero cæteris, eo etiam invito, sit dicendæ sententiæ libertas: Et sicuti priori casu ob justum metum totum recusare 110
licebit Collegium, ita posteriori casu affectio generalis in Collegam, alia speciali affectione erga personam vel causam exulante, haud suf- 111
fectura est, ad totum Collegium recusandum: Potiore quippe affectu 112
quisque censetur devinctus Judicio & Collegio, quam Collegæ, majo- 113
remque memoriam & rationem habere sancti, quo Justitiæ adstringitur, vinculi, quam favoris in Collegam, cum sola, quæ Directori tribui- 114
tur reverentia, non magis sit ad recusationem sufficiens, quam quæ 115
Deo ac justitiæ debetur potior, cujus quisque non minus, quam æter-

næ salutis memor semper præsumitur, famæque ac virtutis tenax; verba sunt. B. Mevii P. *1. Dec. 194.* vid. Idem *ad Jus Lub. supr. cit. loc.* Fel. *in cap. 1. n. 6. d. Jud.* Zang. *de Except.* P. 2. *c. 3. n. 8.* Riccius *Collect. Dec. 1526.* Menoch. *supr. cit. loc. n.* 16. Tholos. *L. 9. S. J. C. c. 3. n. 24.*

116 Antequam vero Collegia linquam, de hoc unico adhuc agam sc. si contingat in Judicio constituendo, uti alicubi in *Criminalibus*, duplicem concurrere Magistratum, quorum alter ex legitima causa suspe-
117 ctus esset, liceat toti judicio opponere *suspecti* exceptionem? Et non dubito in Negativam ire sententiam ex hac ratione, quod licet alteruter Magistratus sine altero judicandi facultatem non habeat, suspectis tamen assideant non suspecti, præprimis si directorium Processus sit penes non *suspectum* actaque ad *extraneum judicem* transmittantur.

118 Ad EXTRANEUM JCTORUM COLLEGIUM ad quod vel ex Officio vel alterutra litigantium parte desiderante, sæpius judicialia transmitti acta solent, Schrad. *de Feud.* P. *10. c.* 24. *n. 61. R. J. d. Anno 1654.* §. *113.* & Stryk. *in Us. Mod. ff. ad tit. d. O. J.* §. 7. *& in Introd. ad Pr. For. c. 21.* §. 8. ultimo loco pergo: Et sicuti in Criminalibus insciis partibus, ple-
119 rumque etiam in civilibus, acta solent transmitti, Brunn. *Pr. Civ. c. 27. n. 8.* Schrad. *d. l. n.* 38. Ita permittitur partibus, si forsan unum alterumve
120 Collegium vel Academiam habeant *suspectam*, in termino Rotulationis
121 contra illam excipere, ne judex collegium alteri parti suspectum eligat. Berlich. *P. 1. Concl. 59. n. 15.* Stryk. *in Introd. ad Pr. For. c. 21.* §. *7.* Quæ exceptio Protocollo irrotulationis fideliter inseri debet, quo, si errore Secretarii forsan ad exceptam mittantur Academiam, ut aliquoties hic factum esse ex Excell. Dn. Præside accepi, eadem non perlecta possint
122 remitti. Illud vero notandum, licet è re Judiciorum foret, istiusmodi recusationes, (quas sæpius partes ex futilibus & exinanibus satis causis, eo tantum fine faciunt, quo longius missis actis, serius sententia publicetur,) non aliter admitti, quam allegatis à parte excipiente causis, cur hæc vel illa suspecta sibi videatur Academia, eaque calumniosa vel malitiosa deprehensa, eam non attendi, recte monente Brunnem. *in Processf. Civil. c. 27. n. 6.* Usu tamen judiciorum obtinuisse, ut non
124 allegata suspicionis causa hic recusatio admittatur. Et cum causa *suspicionis* ut plurimum inde oriatur, quod alterutra litigantium pars in antecessum per privatum Consilium exploraverit, quorsum hoc vel illud Collegium collineet, Marant. *d. Appell. n. 52.* Schrader. *proxi-*
125 *me alleg. loc. ibique citati*, per judicem interrogari partes possunt, ut indicent, quorum Collegiorum consilio in hac causa usæ fuerint.

Berichl.

Berlich. *p.* 1. *Concl.* 59. *n.* 16. Quod & Decreto Visitationis Philippi I. Pomeraniæ Principis expresse cautum esse docet, Mev. *Consil.* 110. *n.* 2. *ibi*. Daß bey der Rotulation der Acten die Partheyen auf den Eyd / damit sie Ihr Fürstl. Gnaden verwandt / die Advocati aber und Procuratoren auf die Pflicht / so sie dem Hoff-Gericht geschworen / sich erklären sollen / ob / und bey welcher Juristen Facultät / oder Schöppenstuhl sie rechts Belehrung und Consilia erholet / damit die Acten dahin nicht mögen geschicket werden sub pœna refusionis expensarum transmissionis. Sed in Ordinatione Novissima Potentissimi Sveciæ Regis hoc omissum. Consultius tamen est, ut petatur literis requisitorialibus ad 126
Collegia transmittendis, ut, si illud Collegium ab una alterave parte in hac causa jam tum fuerit consultum, acta remittat sumtibus tacentis. v. Solte aber ein Theil bereits in dieser Sachen daselbst sich haben informiren lassen / so wollen die Herren die Acta ohne Abfassung einiger Urtheil / auf des verschweigenden theils Unkosten / zurück senden. Vid. 127
Stryck. *in Intr. ad P. F. c.* 21. § 9. & Brunem. *in Proc. Civ. c.* 27. §. 7. Vel si unus ex Collegio consultus, operam suam navaverit uni parti, is hac vice deliberatione & voto abstineat. Brunnem. *d. l.*

Expeditis itaque illis, quæ pro instituti temporisque ratione 128
circa Collegia moneri poterant, ad PRIVATUM JUDICEM accedo. Et cum apud omnes JCtos expeditum sit, *Delegatum Judicem* ut 129
suspectum recusari posse, per *L.* 16. *C. de Judic.* ibique Sichard. & *Ddres communiter*, de eo hoc loco tantum solicitus ero: An ORDINARIUS Judex *suspecti* exceptione removeri à judicio possit? De Jure *Canonico*, 130
quod in Praxi hodie sequimur in hoc articulo, Vid. Excell. Coch. Wism. Tribun. Reg. Assessor Celeberrimus *in Pr. For. Germ. P.* 4. *c.* 13. §. 7. Mev. *ad J. Lub. L.* 1. *T.* 11. *art.* 12. *n.* 6. Gail. *L.* 2. *Obs.* 33. Zanger. *de Except. p.* 2. *c.* 3. *n.* 4. Carpz. *in Proc. Tit.* 3. *art.* 4. *n.* 85. Stryck. *in Us. Mod. ad Tit. ff. de Judic.* §. 10. *in f.* & in Disp. *de Suspic. c.* 6. *n.* 11. *ibique allegatus* Adrian Gylman. *Symphorem. Cameral. Tom.* 5. *p.* 291. *n.* 3 itidem res dubio vacat *per c.* 4. & 10. *X. de for. comp. c.* 18. *X. de Judic. c.* 5. *X. de Except. c.* 20. *X. de sent. & re judic. c. suspicionis* 39. *X. de Off. deleg.* Mev. *ad J. Lub. d. l.* Stryck. *d. l.* Pacin. *de Probat. L.* 2. *c.* 45. *n.* 35. Vivius *L.* 2. *Dec.* 363. *n.* 1. 131
Zanger. *l. alleg. ibique citati*, *quibus Jungatur* Græv. *ad Gail. d. l.* §. 12. Saltem: Num de Jure *Civili* idem obtineat, non æque inter JCtos convenit? *Negativam* amplectuntur communiter JCti. vid. Mev. *d. l. n.* 5. Grævæus. *ad Gail. n.* 19. ipseque Gailius 1. *Obs.* 33. *n.* 1. ibique citati,

jung Schneidew. *ad §. omnium J. d. Action.* Fichardus. *Conf. 109. num. 1. Vol 2.* Zanger. *d. l. n. 4. ibique allegati.* Mascard. *de Probat. V. 2. Concl. 954. n. 14. seqq.* propter *L. 16. C. de Judic.* Novell. *86. c. 2.* indeque desumptam Authenticam. *si contigerit C. d. Jud.* in quibus non conceditur facultas removendi *suspectum judicem*, sed ipsi adjungendi Episcopum, quo cum suspectus simul cognoscat.

132 *Affirmativam* contra sententiam tuentur Exc. Stryck. *in Dissert. de Suspic. c. 6. n. 23. & in Usu Modern. ad Tit. de Judic. §. 10. ibique allegati.* Zasius *ad L. 16. C. de Judic. ibique* Sichardus *n. 10.* Hilliger. *in Donell. L. 17. c. 25 in fin.* Bachov. *ad Treutler. V. 1. Disp. 12. th. 11.* lit. H. Barbosa *ad L. 16.*
133 *C. de Judic. n. 8.* Brunnem. *ad Auth. Si vero C. eod.* ex his rationibus: (1) quod ratio *L. 16. C de Judic.* non minus ad *ordinarium* judicem, quam *delegatum* pertineat: Nam & illo judicante convenit sine suspicione
134 lites procedere. (2) Quod contra ipsum æque ac delegatum militet affectio ad causam propriam, quam propter recusatur per *L. 10. ff. de Jurisdict.* & inde evenientis emolumenti. *arg. L. 17. ff. de Jurisd.* Ad *Auth.*
135 *Si vero C. d. t.* & *Novell. 86. c. 2.* respondet Brunnem. *ad d. Authenticam n. 5.* in illis locis dari tantum *consilium*, non vero imponi *necessitatem* Suspecto Episcopum adjungendi. *Confer.* Stryck. *d. l. jungaturque* Ummius *in Process. Disp. 1. n. 25.* & *citatus à* Brunnem. Hilliger. *L. 17. c. 25.*
136 *Lit. Q.* Sed vereor, ut verbum *Authenticæ*: *Jubemus*, sit consilii, hancque interpretationem admittat, præsertim cum legis virtus sit, *imperare, vetare, permittere, L. 7 ff. de Legib.*

An vero Judex hodie in *Criminalibus* recusari possit æque ancipitis
137 est quæstionis? in Negativam videtur inclinare sententiam Carpzovius *Pr. Crim. quæst. 104. n. 72. seqq.* Affirmat vero id Brunnem. *in Proc. Inquisit. cap. 11. in fin. & ad L. 6. ff. de Appellat. n. 3. per c. 5. X. de Ex-*
138 *cept.* Cum absurdum videatur in civilibus causis licere declinare
139 *suspecti judicis* insidias, in criminalibus vero, in quibus non de glande leganda, nec de stillicidio, sed *vita*, & per quæ illa sustentatur, *bonis*, quæque cum vita pari passu ambulat, *fama & existimatione hominis* agitur, suspectum judicem inquisito invito obtrudere, ac insigne hoc defensionis præsidio eundem sine lege privare, ut in simili vere loquitur Brunnem. *ad L. 6. ff. d. t.* inibique citatus Berlichius ac Oldenkop. Rectè vero monet Brunnem. *in Proc. Crim. c. 11. n. fin.* cum homini
140 malo omnis judex sit *suspectus*, imo *suspectæ* sint leges, cœlum, terra,
141 furcæ, rotæ ac omnia suppliciorum ac tormentorum genera, non sine

fic evidentissimis *suspecti Judicis* argumentis, recusationi judicis locum esse dandum, sed potius adjungendum judici esse Notarium, 142
actis ad extraneum judicem transmittendis. Quod si vero justæ ad- 43
sint *suspicionis* causæ, illæ ad Collegium juridicum sunt transmittendæ, cogniturum, justene judex recusari ex his antea legitime probatis possit, an vero non. Jd. Brunnem. *d. l.* Conferatur Græveus *ad Gail.* 144
Concl. Pract. 33. *n.* 23. Id vero facilius concedunt Ddres, in criminalibus judicem ut *suspectum* tunc recusari non posse, si delictum sit *no-* 145
torium, eidemque *certa* à jure pœna sit determinata, eò, quod judex tunc Inquisitum gravare nequeat, qua de re vid. Gomez. *Var. Resol. all.* Farinacius. *Tom.* 3. *c.* 1. *n* 46. & Grævæus *ad Gail. d. l. n.* 24. ibique.

Sed qui si recusatus sit judex Ordinarius, num eo ipso & *Vicarius* ejus recusari potest? Et licet id nonnulli affirment, adeoque am- 146
plient, ut idem juris sit, licet in specie contra vicarium nulla suspicio- 147
nis adsit causa, eo, quod idem Tribunal esse videtur Ordinarii, & Vicarii; vid. Felin. *ad c.* 25. *X de Offic. Jud. deleg.* & Johann. de Imola, *quem allegat* Mascard. *de probat. Vol.* 2. *Concl.* 954. *n.* 45. Verior tamen est 148
sententia negativa, quia licet unum idemque sit Tribunal, non tamen una eademq; judicio præsidet Persona, neque amicitia, qua ordinarius alteri litigantium jungitur, statim in Vicarii etiam apparet persona, quem cavillandi hac ratione daretur occasio, si ex hoc solo, quod ab ordinario substitutus esset, ut *suspectus* recusari possit. Vid. Jason. *ad L.* 16. *C. de Judic.* Lancellot sæpius alleg. *Tr. P.* 2. *c.* 6. §. 48. *citatique* à Mascardo *d. l. n.* 44. Exceptio est, nisi ob singularem cum 149
recusato judice amicitiam suspectus videatur Lancell. *d. l. &c. seq. n.* 1.

At vero: Non ne Vicarius Rectoris, se in suorum causa jure abstinentis judicio, quem Pro-Rectorem appellamus, si ad instantiam 150
partis toto convocato Concilio causam sit cogniturus, ut *suspectus* recusari potest? Puto hoc casu non sine temeritatis insignis nota hanc ipsi opponi exceptionem: [1] Quia ubi nullum periculum habet metuere litigans, ibi frustra ad hoc remedium advolat; jam autem hic nullum metuere necesse periculum habet, cum Pro-Rector ne votum quidem habeat in dicenda sententia, sed ex omnium Assessorum votis, tam in dirigendo processu, quam ferenda sententia procedat, illisque præsentibus totius causæ cognitio suscipiatur, & lis decidatur. (2) Quia hoc remedio illis tantum succurritur, qui inju-
stam 151

ſtam judicis metuunt ſententiam, quam, cum hic non à Vicario Rectoris ſed toto expectet Concilio, merito rejicienda eſt frivola hæc
153 exceptio. [3] Quod ideo totum ad inſtantiam litigantis ſit convocatum Concilium, ut ſine omni ſuſpicione procedant lites, illis Vicario aſſidentibus & quaſi ad ductum *Nov. 86. c. 2. & Authent. Si vero C. de Judic.* adjunctis, ut ita vix ſine injuria opponi videatur exceptio
154 Vicario, poſito, quod omni ſuſpicione non careat. Accedit (4) quod læſus ad totum demum provocare Concilium poſſit, quo jam convocato, ipſius cauſæ cognitio expeditur. Ut taceam, eo ipſo omnem à ſe ſuſpicionem amovere Vicarium, dum totum convocat Concilium, cauſam cogniturum, ad quod nulla neceſſitatis lege ab initio adſtringitur.

155 An *Executor ſententiæ* etiam *ſuſpectus* recuſari poſſit, Coronidis loco quæritur? & Merum executorem, quippe cujus non eſt cognoſcere & judicare, ſed judicatum exequi, ut ſuſpectum recuſari non
156 poſſe ſtatuo cum Lancellotto *d. Tr. c. 6. n. 64.* Niſi in executione modum excedat. Sicuti enim hoc caſu permittitur appellatio, vid Mev. *P. 3. Deciſ. 108.* ita multo minus denegabitur *ſuſpecti* recuſatio. Id vero
157 obiter notamus: *Notarium* ſolo juramento recuſari poſſe. vid. Gail. *L. 1. O. 33. n. 17.*

CAPUT III.

Recenſens

Cauſas, ex quibus Judex ut Suſpectus recuſatur.

SUMMARIA.

Connexio. n. 1.
In determinandis cauſis ſuſpecti judicis admodum variant JCti. 2
Alii illas verſibus certis includunt. 3
Alij illas ad duos fontes revocant 4
Alij illas ad novem Cauſas reſtringunt 5.
Alij contra ad Duodecim, Quadraginta, Quinquaginta, Septuaginta, Nonaginta, tres, & ultra illas extendunt. 6. ſeqq.
Alij illas per Regulas ſiſtunt, quarum tres traduntur 14

Omnis

Omnis causa, per quam verosimiliter Judex præsumitur inclinare in favorem unius partis, ad ejus recusationem sufficit. 12
Quæcunque causa sufficit ad testem, qua suspectum recusandum, eo multo magis sufficit ad judicem qua suspectum rejiciendum. 12
Rationes regulæ traduntur. 13
Etiam ex levioribus causis recusatur judex, quam testis. 14
Sæpe magis periculum parti à judice, quam teste suspecto imminet. 15
Multa in omnibus judiciis à motu judicis dependent. 16
Causæ, quæ procuratorem repellunt, etiam judicem faciunt suspectum. 17
Impossibile est, omnes recensere modos, quibus malè versando circa officium sibi commissum, judex suspicionem incurrit. 19
Gothofredus refert suspicionis causas vel ad solum judicem, vel simul ad judicem & unum litigatorem, ita ut respectus vel territorii, vel ipsius causæ, quæ in judicio ventilatur, ratio habeatur. 20
Nos illas ad quintuplicem Fontem in h. cap. revocamus sc. ad Amorem Odium, Cupiditatem, Timorem & Imperitiam. 21
Ita tamen, ut prudentis judicis arbitrium hic non excludatur. 22
Primo agitur de causa suspicionis, quæ provenit ex Amore judicis erga seipsum. 23. seq.
In propria causa, quæ judicis emolumentum concernit, judex est suspectus. 25
Hujus tres afferuntur rationes. 26 seqq.
Locator suspectus judex est in controversia circa locationem inter se & pensionarium, etiamsi sibi per expressum in locationis instrumento reservaverit Jurisdictionem in Pensionarium. 29
Aliud exemplum exhibet. 30
Judex suspectus est super validitate testamenti, in quo ipse vel ex asse, vel pro parte heres institutus est, judicaturus, legitimis hoc testamentum impugnantibus. 31
Ratio hujus redditur. 32
In causa Universitatis singulorum commodum concernente, quodlibet membrum suspectus est judex. 33
Ratio hujus datur. 34
Recusatur correus in obligatione correali, si correus coram ipso à Creditore conveniatur. 35
Rationem exhibet. 36. seqq.
Neque Correus h. c. testis esse potest. 39
Socius in causa Socij, ubi de re communi agitur, ut suspectus recte Judex recusatur. 40
Rationes videsis 41. seqq.
Judex ut suspectus recusari non potest in causa injuriarum ipsi, ut Judici illatarum. 43
Idem est, si quis Consulem Civitatis Nequam vel Scelestum hominem injuriose dixerit. 44
Limitatur hæc sententia. 45

Ampliatur. 46
Unde constet injuriam ratione officii Judici esse illatam, & quid in dubio præsumatur, de illo remissive agitur. 47
Ratio superioris asserti datur. 48
Hanc tamen exceptionem à regula. 25 tradita non esse docetur. 49
Satius facit judex, si h. c. alium non suspectum directioni Judicii præficiat, actaq; ad extraneum Judicem trasmittat. 50
Suspectus tamen esse Judex videtur etiam in injuria, sibi ut Judici illatæ, si illa atrox sit, & de pœna pecuniaria participet. 51
Consuetudine loci introduci non potest, ut in propria causa quis recusari non possit ut suspectus. 52. seq.
Judex in propria causa suspectus est etiamsi à parte non recusetur. 57. seqq.
Pater tamen in causa filii & suorum judicare potest, si ipsi à parte exceptio suspecti non opponatur. 59
Potest mandatum sine clausula decerni contra judicem in propria causa judicaturum, etiamsi ipsi exceptio suspecti à parte non sit opposita. 60
Male Excipitur Monachus Carthusiensis. 61. seq.
Judex de incompetentia judicaturus, non potest ut suspectus recusari. 63
Licet hoc, ut exceptio à regula. n. 25 tradita non commodè afferatur. 64
Est tamen suspectus, si commodum aliquod ad judicem super competentiæ exceptione judicantem speretur perventurum. 65. seq.
De aliis exceptionibus agitur remissive 67
Judex etiam tum suspectus est, quando ex causa saltem eventualiter ad ipsum lucrum vel damnum perventurum est. 68
Cum & hoc casu testis sit suspectus. 69
Judex suspectus est, si ad evictionem rei emptori obligatus est, cujus hic nomine coram ipso convenitur. 70
Rationem hujus sententiæ vide. 71
Venditor in causa evictionis testis est suspectus. 72
Donator suspectus Judex est, in casu, quo rem donatam donatario alius coram ipso evincere intendit, & donator vel cavit de evictione, vel donatio est remuneratoria. 73. seq.
Donator hoc casu est testis suspectus. 75
Argumentum à recusatione testis suspecti, ad suspecti Judicis recusationem valet affirmativè. 76
Dominus Directus suspectus Judex est, in causa Emphyteuticarii, si hic ab alio coram ipso hac de re conveniatur. 77
Rationes vide 78
Secus si conveniatur extra causam emphyteuseos. 79
Etiamsi Domino magnum persolvat canonem. 80
Limitatur hoc 81
Ratio limitationis additur. 82
Fidejussor in causa debitoris Judex est su-

suspectus, si hic debiti illius conveniatur nomine, pro quo Judex fidejussit. 83
Ratio ejus traditur. 84
Ampliatur haec sententia. 85
Alia ampliatio traditur. 86
An frater Iudex esse possit in causa debitoris, pro quo frater fidejussit. 87 *seq.*
Rationem dubitandi tradit. 88
Limitatio habetur. 89
Affirmative deciditur quaestio sub certa limitatione. 90
Ratio decidendi traditur. 91
Ampliatur. 92
Qui consimilem causam habet, ut suspectus recte Judex recusatur. 93
Exemplum traditur. 94
Requiritur autem hic utrobique causae paritas. 95
Ratio additur. 96. *seq.*
Creditor ut Suspectus Judex recusatur in causa debitoris ipsum debitum concernente. 98
An etiam in alia causa? id expeditur sub distinctione, quam exhibet. 99
An debitor in causa creditoris sui ab alio conventi sine suspicione Judex esse possit, quaeritur. 100
Rationes dubitandi, tradit, 101. *seq.*
Sententia negativa refertur. 106
Deciditur quaestio affirmative per rationes, quae exhibentur. 107. *seq.*
Judicis arbitrio tamen hic aliquando locus datur. 111 *seq.*
Princeps debitor non est suspectus Judex contra fidejussorem suum in causa debiti à creditoribus conventum. 112
Testis debitor non est testis omni exceptione major. 113
Iudices reciproci sunt suspecti. 114
Exemplum ejus traditur. 115
Ratio decisionis continetur. 116. *seq.*
Iudex etiam suspectus est, ob eventuale damnum, Laudis, Honoris ac Existimationis. 118
Ob hoc damnum & testis suspectus recusatur. 119
Olim Advocatus vel Procurator in eadem causa judex est suspectus. 120
Sicuti & suspectus testis. 121
Ratio utriusque datur. 122
Multo magis suspectus est, si adhuc causae inpraesentiarum patrocinetur. 123
Ordinatione Camerali, Wismariensi & jure Lubecensi id interdicitur. 124
Ratio hujus datur. 125
Iudex hoc casu extra ordinem puniri potest 126
In prima instantia Judex, in secunda advocatus esse potest. 127
Iudex suspectus est in secunda instantia ratione causae, in qua ipse in prima instantia judicavit. 128
Ratio traditur. 129
Et Exemplum. 130
Iudex ideo ut suspectus recusari nequit, quod alter litigantium, ipsius in alia causa fuerit Procurator, vel

vel contra ipsum operam suo adversario commodaverit. 131
Ratio. 132
Suspectus & hic judex est, qui in eadem antea causa consilium dedit informatorium. 133
Ratio. 134
Abstinendum est Facultati Juridicæ à conceptione sententiæ præfato in casu. 135
Judex olim testis in eadem causa suspectus est. 136
Ratio. 137
Judex in causa Conjugis ac liberorum est suspectus. 139
Rationes traduntur. 140. *seq.*
Excipitur casus, quo partes judicem non recusant. 142
Alia exceptio traditur in judice Delegato. 144
Alia exceptio adhuc traditur. 145
Ejusque ratio additue. 146
Limitationem exhibet. 147
Quanta exceptio est in causa levis momenti. 148
Ubi judicis arbitrio locus est. 149
Addunt causas voluntariæ Jurisdictionis 150
Quæ tamen hjus loci non sunt. 151. *seq.*
Extenduntur dicta etiam ad Adoptivos Parentes & Liberos. 153. *seq.*
Non vero ad Patrem & Liberos Spirituales. 155
Aliud in Compatre. 156
Ratio ejus. 157
Judicis tamen & hic arbitrio locus est 158
Alijs simpliciter hoc affirmantibus. 159
Pater & Socer suspecti Judices sunt, si liberi vel generi in eodem judicio alterutri litigantium patrocinentur. 160. *seq.*
Ratio. 161
Ad conservandam judiciorum integritatem & amovendam sinistram suspicionem, præstat filios in illis judicijs, quibus Parentes præsident, ab advocando, vel hos in illis causis à voto dando planè abstinere. 162
Ratio. 163
Refertur sententia Negantium cum rationibus 164. *seqq.*
Duo fratres in eodem judicio sine suspitione non possunt judicis & Advocati munere fungi. 164
Commensalis Iudicis eundem non facit suspectum, si in judicio, cui ille assidet, alijs in lite assistat. 168
Filium vel Generum non posse ut suspectos judices recusari, si Socer vel Pater in eodem judicio Advocati sint, volunt quidam. 169
Quorum sententia notatur. 170
Cognati & Affines testes, & Judices sunt suspecti. 171. *seq.*
Ad quem usque gradum id extendatur, de eo variæ variorum referuntur opiniones. 173. *seqq.*
Subijcitur nostra sententia. 184
Ejusque ratio. 185
Cognati & Affines ut suspecti non possunt

sunt recusari, si utrique litigantium in eodem gradu sint tales. 187
Ratio ejus est in. 188. *seq.*
Consultius agit hoc casu Judex, si judicio plane abstineat. 190
Haud vulgaris amicitia & familiaritas cum altero litigantium judicem facit suspectum. 192. *seq.*
Quænam sit haud vulgaris amicitia, Judex determinat. 195
Judex in Causa Commensalis & Domestici, est suspectus. 196. *seqq.*
Idem juris est, si Judex partis sit Commensalis vel Domesticus. 200
Hoc extendunt etiam ad illum casum, quo Judex cogente licet necessitate, ad unius ex litigatoribus ædes divertit. 201
Quæ sententia rejicitur. 202
Judex ex hoc solo recusari nequit, quod cum altero litigantium in communi convictu vivat, vel eodem ipso cum utatur hospitio. 203. *seqq.*
Nec, quod sit Conterraneus alterutrius partis. 207
Etiamsi in peregrinis vivant locis 208
Judex suspectus est, qui alterum litigantium litteris commendatitiis instruit, in hujus favorem & collitigatoris gravamen scriptis 212
Suspectum se facit judex, qui permittit, ut in judicio alter litigantium ipsi secreto quid in aurem loquatur. 213
Eundem & suspectum fieri volunt, si dixerit, alterutrius jura esse clara. 215
Quod judicis arbitrio committitur, 216
Inquiritur in sententiæ rationem, statuentis, Canonicum in causa Canonici judicare non posse extra suspicionis notam. 217. *seq.*
Qualiter procedat sententia existimantium, Doctorem in causa Scholaris judicem esse suspectum, traditur. 219. *seqq.*
Judex ob amicitiam non recusatus, an causa utrinque æque dubia pro amico pronunciare possit, de eo agitur, remissive. 222
Taxatur mos illorum, qui judices in privatis ædibus præoccupare moliuntur 223
Judicem tamen ex hoc solo non fieri suspectum, asseritur. 224
Sistitur secundus fons *justæ suspicionis nempe* inimicitia 225
Judex inimicus recte ut suspectus recusatur. 226
Rationes hujus regulæ traduntur. 227. *seq.*
Testis inimicus, ut suspectus recte recusatur. 231. *seq.*
Restringunt hoc alii ad inimicitiam capitalem, quorum sententia refertur. 233
Verius est, etiam non capitalem sufficere, 234
Judicis arbitrio hic locus est. 236
Ex hac causa & testis repellitur. 235
Recusatur & Judex, qui olim inimicus fuit, superveniente licet reconciliatione. 237
Quod alii ad nuperam reconciliationem restringunt. 238

næ salutis memor semper præsumitur, famæque ac virtutis tenax; verba sunt. B. Mevii P.*1. Dec.194.* vid. Idem *ad Jus Lub. supr. cit. loc.* Fel. *in cap.*1.*n.6. d. Jud.* Zang. *de Except.* P.2. c.3. *n.8.* Riccius *Collect. Dec.*1526. Menoch. *supr. cit. loc. n.*16. Tholos. *L.9. S. J. C. c.3. n.24.*

116 Antequam vero Collegia linquam, de hoc unico adhuc agam sc. si contingat in Judicio constituendo, uti alicubi in *Criminalibus*, duplicem concurrere Magistratum, quorum alter ex legitima causa suspe-
117 ctus esset, liceat toti judicio opponere *suspecti* exceptionem? Et non dubito in Negativam ire sententiam ex hac ratione, quod licet alteruter Magistratus sine altero judicandi facultatem non habeat, suspectis tamen assideant non suspecti, præprimis si directorium Processus sit penes non *suspectum* actaque ad *extraneum judicem* transmittantur.

118 Ad EXTRANEUM JCTORUM COLLEGIUM ad quod vel ex Officio vel alterutra litigantium parte desiderante, sæpius judicialia transmitti acta solent, Schrad. *de Feud.* P.*10.c.*24.*n.61. R. J. d. Anno* 1654. §.*113.* & Stryk. *in Us. Mod. ff. ad tit. d. O. J.* §.7. *& in Introd. ad Pr. For. c.21.* §.8. ultimo loco pergo: Et sicuti in Criminalibus insciis partibus, ple-
119 rumque etiam in civilibus, acta solent transmitti, Brunn. *Pr. Civ. c.*27. *n.8.* Schrad. *d. l. n.*38. Ita permittitur partibus, si forsan unum alterumve
120 Collegium vel Academiam habeant *suspectam*, in termino Rotulationis
121 contra illam excipere, ne judex collegium alteri parti suspectum eligat. Berlich. *P.* 1. *Concl 59. n.15.* Stryk. *in Introd. ad Pr. For. c.21.* §.7. Quæ exceptio Protocollo irrotulationis fideliter inseri debet, quo, si errore Secretarii forsan ad exceptam mittantur Academiam, ut aliquoties hic factum esse ex Excell. Dn. Præside accepi, eadem non perlecta possint
122 remitti. Illud vero notandum, licet è re Judiciorum foret, istiusmodi recusationes, (quas sæpius partes ex futilibus & exinanibus satis causis, eo tantum fine faciunt, quo longius missis actis, serius sententia publicetur,) non aliter admitti, quam allegatis à parte excipiente causis, cur hæc vel illa suspecta sibi videatur Academia, eaque calumniosa vel malitiosa deprehensa, eam non attendi, recte monente Brunnem. *in Processf. Civil. c.27. n.6.* Usu tamen judiciorum obtinuisse, ut non
124 allegata suspicionis causa hic recusatio admittatur. Et cum causa *suspicionis* ut plurimum inde oriatur, quod alterutra litigantium pars in antecessum per privatum Consilium exploraverit, quorsum hoc vel illud Collegium collineet, Marant. *d. Appell. n.52.* Schrader. *proxi-*
125 *me alleg. loc. ibique citati*, per judicem interrogari partes possunt, ut indicent, quorum Collegiorum consilio in hac causa usæ fuerint.

Berichl.

Berlich. *p.* 1. *Concl.* 59. *n.* 16. Quod & Decreto Visitationis Philippi I. Pomeraniæ Principis expresse cautum esse docet, Mev. *Consil.* 110. *n.* 2. *ibi.* Daß bey der Rotulation der Acten die Partheyen auf den Eyd / damit sie Ihr Fürstl. Gnaden verwandt / die Advocati aber und Procuratoren auf die Pflicht / so sie dem Hoff-Gericht geschworen / sich erklären sollen / ob / und bey welcher Juristen Facultät / oder Schöppenstuhl sie rechts Belehrung und Consilia erholet / damit die Acten dahin nicht mögen geschicket werden sub pœna refusionis expensarum transmissionis. Sed in Ordinatione Novissima Potentissimi Sveciæ Regis hoc omissum. Consultius tamen est, ut petatur literis requisitorialibus ad 126
Collegia transmittendis, ut, si illud Collegium ab una alterave parte in hac causa jam tum fuerit consultum, acta remittat sumtibus tacentis. v. Solte aber ein Theil bereits in dieser Sachen daselbst sich haben informiren lassen / so wollen die Herren die Acta ohne Abfassung einiger Urtheil / auf des verschweigenden theils Unkosten / zurück senden. Vid. 127
Stryck. *in Intr. ad P. F. c.* 21. § 9. & Brunem. *in Proc. Civ. c.* 27. §. 7. Vel si unus ex Collegio consultus, operam suam navaverit uni parti, is hac vice deliberatione & voto abstineat. Brunnem. *d. l.*

Expeditis itaque illis, quæ pro instituti temporisque ratione 128
circa Collegia moneri poterant, ad PRIVATUM JUDICEM acce- 129
do. Et cum apud omnes JCtos expeditum sit, *Delegatum Judicem* ut *suspectum* recusari posse, per *L.* 16. *C. de Judic.* ibique Sichard. & *Ddres communiter*, de eo hoc loco tantum solicitus ero: An ORDINARIUS Judex *suspecti* exceptione removeri à judicio possit? De Jure *Canonico*, 130
quod in Praxi hodie sequimur in hoc articulo, Vid. Excell. Coch. Wism. Tribun. Reg. Assessor Celeberrimus *in Pr. For. Germ. P.* 4. *c.* 13. §. 7. Mev. *ad J. Lub. L.* 1. *T.* 11. *art.* 12. *n.* 6. Gail. *L.* 2. *Obs.* 33. Zanger. *de Except. p.* 2. *c.* 3. *n.* 4. Carpz. *in Proc. Tit.* 3. *art.* 4. *n.* 85. Stryck. *in Us. Mod. ad Tit. ff. de Judic.* §. 10. *in f.* & in Disp. *de Suspic. c.* 6. *n.* 11. *ibique allegatus* Adrian Gylman. *Symphorem. Cameral. Tom.* 5. *p.* 291. *n.* 3 itidem res dubio vacat *per c.* 4. & 10. *X. de for. comp. c.* 18. *X. de Judic. c.* 5. *X. de Except. c.* 20. *X. de sent. & re judic. c. suspicionis* 39. *X. de Off. deleg.* Mev. *ad J. Lub. d. l.* Stryck. *d. l.* Pacin. *de Probat. L.* 2. *c.* 45. *n.* 35. Vivius *L.* 2. *Dec.* 363. *n.* 1. 131
Zanger. *l. alleg. ibique citati, quibus jungatur* Græv. *ad Gail. d. l.* §. 12. Saltem: Num de Jure *Civili* idem obtineat, non æque inter JCtos convenit? *Negativam* amplectuntur communiter JCti. vid. Mev. *d. l. n.* 5. Grævæus. *ad Gail. n.* 19. ipseque Gailius 1. *Obs.* 33. *n.* 1. ibique citati,

jung Schneidew. *ad §. omnium J. d. Action.* Fichardus. *Conf. 109. num. 1.*
Vol 2. Zanger. *d. l. n. 4. ibique allegati.* Mascard. *de Probat. V. 2. Concl. 954.*
n. 14. seqq. propter *L. 16. C. de Judic.* Novell. *86. c. 2.* indeque desump-
ptam Authenticam. *si contigerit C. d. Jud.* in quibus non conceditur
facultas removendi *suspectum judicem*, sed ipsi adjungendi Episco-
pum, quo cum suspectus simul cognoscat.
132 *Affirmativam* contra sententiam tuentur Exc. Stryck. *in Dissert. de*
Suspic. c. 6. n. 23. & in Usu Modern. ad Tit. de Judic. §. 10. ibique allegati. Za-
sius *ad L. 16. C. de Judic. ibique* Sichardus *n. 10.* Hilliger. *in Donell. L. 17.*
c. 25 in fin. Bachov. *ad Treutler. V. 1. Disp. 12. th. 11.* lit. H. Barbosa *ad L 16.*
133 *C. de Judic. n. 8.* Brunnem. *ad Auth. Si vero C. eod.* ex his rationibus: (1)
quod ratio *L. 16. C de Judic.* non minus ad *ordinarium* judicem, quam
delegatum pertineat: Nam & illo judicante convenit sine suspicione
134 lites procedere. (2) Quod contra ipsum æque ac delegatum militet
affectio ad causam propriam, quam propter recusatur per *L. 10. ff. de*
Jurisdict. & inde evenientis emolumenti. *arg. L. 17. ff. de Jurisd.* Ad *Auth.*
135 *Si vero C. d. t.* & *Novell. 86. c. 2.* respondet Brunnem. *ad d. Authenticam*
n. 5. in illis locis dari tantum *consilium*, non vero imponi *necessitatem*
Suspecto Episcopum adjungendi. *Confer.* Stryck. *d. l. jungaturque* Um-
mius *in Process. Disp. 1. n. 25.* & *citatus à* Brunnem. Hilliger. *L. 17. c. 25.*
136 *Lit. Q.* Sed vereor, ut verbum *Authenticæ*: *Jubemus*, sit consilii,
hancque interpretationem admittat, præsertim cum legis virtus sit,
imperare, vetare, permittere, L. 7 ff. de Legib.

An vero Judex hodie in *Criminalibus* recusari possit æque anci-
137 pitis est quæstionis? in Negativam videtur inclinare sententiam Car-
pzovius *Pr. Crim. quæst. 104. n. 72. seqq.* Affirmat vero id Brunnem. *in*
Proc. Inquisit. cap. 11. in fin. & ad L. 6. ff. de Appellat. n. 3. per c. 5. X. de Ex-
138 *cept.* Cum absurdum videatur in civilibus causis licere declinare
139 *suspecti judicis* insidias, in criminalibus vero, in quibus non de glan-
de leganda, nec de stillicidio, sed *vita*, & per quæ illa sustentatur,
bonis, quæque cum vita pari passu ambulat, *fama & existimatione homi-*
nis agitur, suspectum judicem inquisito invito obtrudere, ac insigne
hoc defensionis præsidio eundem sine lege privare, ut in simili vere
loquitur Brunnem. *ad L. 6. ff. d. t.* inibique citatus Berlichius ac Olden-
140 kop. Rectè vero monet Brunnem. *in Proc. Crim. c. 11. n. fin.* cum homini
malo omnis judex sit *suspectus*, imo *suspectæ* sint leges, cœlum, terra,
141 furcæ, rotæ ac omnia suppliciorum ac tormentorum genera, non si-
ne

ne evidentissimis *suspecti Judicis* argumentis, recusationi judicis locum esse dandum, sed potius adjungendum judici esse Notarium, 142
actis ad extraneum judicem transmittendis. Quod si vero justæ ad- 43
sint *suspicionis* causæ, illæ ad Collegium juridicum sunt transmittendæ, cogniturum, justene judex recusari ex his antea legitime probatis possit, an vero non. Jd. Brunnem. *d. l.* Conferatur Græveus *ad Gail.* 144
Concl. Pract. 33. *n.* 23. Id vero facilius concedunt Ddres, in criminalibus judicem ut *suspectum* tunc recusari non posse, si delictum sit *no-* 145
torium, eidemque *certa* à jure pœna sit determinata, eò, quod judex tunc Inquisitum gravare nequeat, qua de re vid. Gomez. *Var. Resol. all.* Farinacius. *Tom.* 3. *c.* 1. *n* 46. & Grævæus *ad Gail. d. l. n.* 24. ibique.

Sed qui si recusatus sit judex Ordinarius, num eo ipso & *Vicarius* ejus recusari potest? Et licet id nonnulli affirment, adeoque am- 146
plient, ut idem juris sit, licet in specie contra vicarium nulla suspicio- 147
nis adsit causa, eo, quod idem Tribunal esse videtur Ordinarii, & Vicarii; vid. Felin. *ad c.* 25. *X de Offic. Jud. deleg.* & Johann. de Imola, *quem allegat* Mascard. *de probat. Vol.* 2. *Concl.* 954. *n.* 45. Verior tamen est 148
sententia negativa, quia licet unum idemque sit Tribunal, non tamen una eademq; judicio præsidet Persona, neque amicitia, qua ordinarius alteri litigantium jungitur, statim in Vicarii etiam apparet persona, quem cavillandi hac ratione daretur occasio, si ex hoc solo, quod ab ordinario sustitutus esset, ut *suspectus* recusari possit. Vid. Jason. *ad L.* 16. *C. de Judic.* Lancellot sæpius alleg. *Tr. P.* 2. *c.* 6. §. 48. *citatique* à Mascardo *d. l. n.* 44. Exceptio est, nisi ob singularem cum 149
recusato judice amicitiam suspectus videatur Lancell. *d. l. & c. seq. n.* 1.

At vero: Non ne Vicarius Rectoris, se in suorum causa jure abstinentis judicio, quem Pro-Rectorem appellamus, si ad instantiam 150
partis toto convocato Concilio causam sit cogniturus, ut *suspectus* recusari potest? Puto hoc casu non sine temeritatis insignis nota hanc ipsi opponi exceptionem: [1] Quia ubi nullum periculum habet metuere litigans, ibi frustra ad hoc remedium advolat; jam autem hic nullum metuere necesse periculum habet, cum Pro-Rector ne votum quidem habeat in dicenda sententia, sed ex omnium Assessorum votis, tam in dirigendo processu, quam ferenda sententia procedat, illisque præsentibus totius causæ cognitio suscipiatur, & lis decidatur. (2) Quia hoc remedio illis tantum succurritur, qui inju-

stam 151

ſtam judicis metuunt ſententiam, quam, cum hic non à Vicario Rectoris ſed toto expectet Concilio, merito rejicienda eſt frivola hæc
153 exceptio. [3] Quod ideo totum ad inſtantiam litigantis ſit convocatum Concilium, ut ſine omni ſuſpicione procedant lites, illis Vicario aſſidentibus & quaſi ad ductum *Nov. 86. c. 2. & Authent. Si vero C. de Judic.* ad junctis, ut ita vix ſine injuria opponi videatur exceptio
154 Vicario, poſito, quod omni ſuſpicione non careat. Accedit (4) quod læſus ad totum demum provocare Concilium poſſit, quo jam convocato, ipſius cauſæ cognitio expeditur. Ut taceam, eo ipſo omnem à ſe ſuſpicionem amovere Vicarium, dum totum convocat Concilium, cauſam cogniturum, ad quod nulla neceſſitatis lege ab initio adſtringitur.

155 An *Executor ſententiæ* etiam *ſuſpectus* recuſari poſſit, Coronidis loco quæritur? & Merum executorem, quippe cujus non eſt cognoſcere & judicare, ſed judicatum exequi, ut ſuſpectum recuſari non
156 poſſe ſtatuo cum Lancellotto *d. Tr. c. 6. n. 64.* Niſi in executione modum excedat. Sicuti enim hoc caſu permittitur appellatio, vid Mev. *P. 3. Deciſ. 108.* ita multo minus denegabitur *ſuſpecti* recuſatio. Id vero
157 obiter notamus: *Notarium* ſolo juramento recuſari poſſe. vid. Gail. *L. 1. O. 33. n. 17.*

CAPUT III.

Recenſens

Cauſas, ex quibus Judex ut Suſpectus recuſatur.

SUMMARIA.

Connexio. n. 1.
In determinandis cauſis ſuſpecti judicis admodum variant JCti. 2
Alii illas verſibus certis includunt. 3
Alij illas ad duos fontes revocant 4
Alij illas ad novem Cauſas reſtringunt 5.
Alij contra ad Duodecim, Quadraginta, Quinquaginta, Septuaginta, Nonaginta, tres, & ultra illas extendunt. 6. ſeqq.
Alij illas per Regulas ſiſtunt, quarum tres traduntur 14

Omnis

Omnis causa, per quam verosimiliter Judex præsumitur inclinare in favorem unius partis, ad ejus recusationem sufficit. 12
Quæcunque causa sufficit ad testem, qua suspectum recusandum, eo multo magis sufficit ad judicem qua suspectum rejiciendum. 12
Rationes regulæ traduntur. 13
Etiam ex levioribus causis recusatur judex, quam testis. 14
Sæpe magis periculum parti à judice, quam teste suspecto imminet. 15
Multa in omnibus judiciis à motu judicis dependent. 16
Causæ, quæ procuratorem repellunt, etiam judicem faciunt suspectum. 17
Impossibile est, omnes recensere modos, quibus malè versando circa officium sibi commissum, judex suspicionem incurrit. 19
Gothofredus refert suspicionis causas vel ad solum judicem, vel simul ad judicem & unum litigatorem, ita ut respectus vel territorii, vel ipsius causæ, quæ in judicio ventilatur, ratio habeatur. 20
Nos illas ad quintuplicem Fontem in h. cap. revocamus sc. ad Amorem Odium, Cupiditatem, Timorem & Imperitiam. 21
Ita tamen, ut prudentis judicis arbitrium hic non excludatur. 22
Primo agitur de causa suspicionis, quæ provenit ex Amore judicis erga seipsum. 23. seq.
In propria causa, quæ judicis emolumentum concernit, judex est suspectus. 25
Hujus tres afferuntur rationes. 26 seqq.
Locator suspectus judex est in controversia circa locationem inter se & pensionarium, etiamsi sibi per expressum in locationis instrumento reservaverit Jurisdictionem in Pensionarium. 29
Aliud exemplum exhibet. 30
Judex suspectus est super validitate testamenti, in quo ipse vel ex asse, vel pro parte heres institutus est, judicaturus, legitimis hoc testamentum impugnantibus. 31
Ratio hujus redditur. 32
In causa Universitatis singulorum commodum concernente, quodlibet membrum suspectus est judex. 33
Ratio hujus datur. 34
Recusatur correus in obligatione correali, si correus coram ipso à Creditore conveniatur. 35
Rationem exhibet. 36. seqq.
Neque Correus h. c. testis esse potest. 39
Socius in causa Socij, ubi de re communi agitur, ut suspectus rectè Judex recusatur. 40
Rationes videsis 41. seqq.
Judex ut suspectus recusari non potest in causa injuriarum ipsi, ut Judici illatarum. 43
Idem est, si quis Consulem Civitatis Nequam vel Scelestum hominem injuriose dixerit. 44
Limitatur hæc sententia. 45

Ampliatur. 46

Unde constet injuriam ratione officii Judici esse illatam, & quid in dubio præsumatur, de illo remissive agitur. 47

Ratio superioris asserti datur. 48

Hanc tamen exceptionem à regula. 25 *tradita non esse docetur.* 49

Satius facit judex, si h. c. alium non suspectum directioni Judicii præficiat, actaq; ad extraneum Judicem trasmittat. 50

Suspectus tamen esse Judex videtur etiam in injuria, sibi ut Judici illatæ, si illa atrox sit, & de pœna pecuniaria participet. 51

Consuetudine loci introduci non potest, ut in propria causa quis recusari non possit ut suspectus. 52.*seq.*

Judex in propria causa suspectus est etiamsi à parte non recusetur. 57.*seqq.*

Pater tamen in causa filii & suorum judicare potest, si ipsi à parte exceptio suspecti non opponatur. 59

Potest mandatum sine clausula decerni contra judicem in propria causa judicaturum, etiamsi ipsi exceptio suspecti à parte non sit opposita. 60

Male Excipitur Monachus Carthusiensis. 61.*seq.*

Judex de incompetentia judicaturus, non potest ut suspectus recusari. 63

Licet hoc, ut exceptio à regula. n. 25 *tradita non commodè afferatur.* 64

Est tamen suspectus, si commodum aliquod ad judicem super competentiæ exceptione judicantem speretur perventurum. 65.*seq.*

De aliis exceptionibus agitur remissive 67

Judex etiam tum suspectus est, quando ex causa saltem eventualiter ad ipsum lucrum vel damnum perventurum est. 68

Cum & hoc casu testis sit suspectus. 69

Judex suspectus est, si ad evictionem rei emptori obligatus est, cujus hic nomine coram ipso convenitur. 70

Rationem hujus sententiæ vide. 71

Venditor in causa evictionis testis est suspectus. 72

Donator suspectus Judex est, in casu, quo rem donatam donatario alius coram ipso evincere intendit, & donator vel cavit de evictione, vel donatio est remuneratoria. 73.*seq.*

Donator hoc casu est testis suspectus. 75

Argumentum à recusatione testis suspecti, ad suspecti Judicis recusationem valet affirmativè. 76

Dominus Directus suspectus Judex est, in causa Emphyteuticarii, si hic ab alio coram ipso hac de re conveniatur. 77

Rationes vide 78

Secus si conveniatur extra causam emphyteuseos. 79

Etiamsi Domino magnum persolvat canonem. 80

Limitatur hoc 81

Ratio limitationis additur. 82

Fidejussor in causa debitoris Judex est su-

suspectus, si hic debiti illius conveniatur nomine, pro quo Judex fidejussit. 83
Ratio ejus traditur. 84
Ampliatur hæc sententia. 85
Alia ampliatio traditur. 86
An frater Iudex esse possit in causa debitoris, pro quo frater fidejussit. 87 *seq.*
Rationem dubitandi tradit. 88
Limitatio habetur. 89
Affirmative deciditur quæstio sub certa limitatione. 90
Ratio decidendi traditur. 91
Ampliatur. 92
Qui consimilem causam habet, ut suspectus recte Judex recusatur. 93
Exemplum traditur. 94
Requiritur autem hic utrobique causæ paritas. 95
Ratio additur. 96. *seq.*
Creditor ut Suspectus Judex recusatur in causa debitoris ipsum debitum concernente. 98
An etiam in alia causa? id expeditur sub distinctione, quam exhibet. 99
An debitor in causa creditoris sui ab alio conventi sine suspicione Judex esse possit, quæritur. 100
Rationes dubitandi, tradit, 101. *seq.*
Sententia negativa refertur. 106
Deciditur quæstio affirmative per rationes, quæ exhibentur. 107. *seq.*
Judicis arbitrio tamen hic aliquando locus datur. 111 *seq.*
Princeps debitor non est suspectus Judex contra fidejussorem suum in causa debiti à creditoribus conventum. 112
Testis debitor non est testis omni exceptione major. 113
Iudices reciproci sunt suspecti. 114
Exemplum ejus traditur. 115
Ratio decisionis continetur. 116. *seq.*
Iudex etiam suspectus est, ob eventuale damnum, Laudis, Honoris ac Existimationis. 118
Ob hoc damnum & testis suspectus recusatur. 119
Olim Advocatus vel Procurator in eadem causa judex est suspectus. 120
Sicuti & suspectus testis. 121
Ratio utriusque datur. 122
Multo magis suspectus est, si adhuc causæ inpræsentiarum patrocinetur. 123
Ordinatione Camerali, Wismariensi & jure Lubecensi id interdicitur. 124
Ratio hujus datur. 125
Iudex hoc casu extra ordinem puniri potest 126
In prima instantia Judex, in secunda advocatus esse potest. 127
Iudex suspectus est in secunda instantia ratione causæ, in qua ipse in prima instantia judicavit. 128
Ratio traditur. 129
Et Exemplum. 130
Iudex ideo ut suspectus recusari nequit, quod alter litigantium, ipsius in alia causa fuerit Procurator,

vel contra ipsum operam suo adversario commodaverit. 131
Ratio. 132
Suspectus & hic judex est, qui in eadem antea causa consilium dedit informatorium. 133
Ratio. 134
Abstinendum est Facultati Juridicæ à conceptione sententiæ præfato in casu. 135
Judex olim testis in eadem causa suspectus est. 136
Ratio. 137
Judex in causa Conjugis ac liberorum est suspectus. 139
Rationes traduntur. 140. *seq.*
Excipitur casus, quo partes judicem non recusant. 142
Alia exceptio traditur in judice Delegato. 144
Alia exceptio adhuc traditur. 145
Ejusque ratio additue. 146
Limitationem exhibet. 147
Quanta exceptio est in causa levis momenti. 148
Ubi judicis arbitrio locus est. 149
Addunt causas voluntariæ Jurisdictionis 150
Quæ tamen hjus loci non sunt. 151. *seq.*
Extenduntur dicta etiam ad Adoptivos Parentes & Liberos. 153. *seq.*
Non vero ad Patrem *& Liberos Spirituales.* 155
Aliud in Compatre. 156
Ratio ejus. 157
Judicis tamen & hic arbitrio locus est 158
Alijs simpliciter hoc affirmantibus. 159
Pater & Socer suspecti Judices *sunt, si liberi vel generi in eodem judicio alterutri litigantium patrocinentur.* 160. *seq.*
Ratio. 161
Ad conservandam judiciorum integritatem & amovendam sinistram suspicionem, præstat filios in illis judicijs, quibus Parentes *præsident, ab advocando, vel hos in illis causis à voto dando planè abstinere.* 162
Ratio. 163
Refertur sententia Negantium cum rationibus 164. *seqq.*
Duo fratres in eodem judicio sine suspitione non possunt judicis & Advocati munere fungi. 164
Commensalis Iudicis eundem non facit suspectum, si in judicio, cui ille assidet, alijs in lite assistat. 168
Filium vel Generum non posse ut suspectos judices recusari, si Socer vel Pater in eodem judicio Advocati sint, volunt quidam. 169
Quorum sententia notatur. 170
Cognati & Affines testes, & Judices *sunt suspecti.* 171. *seq.*
Ad quem usque gradum id extendatur, de eo variæ variorum referuntur opiniones. 173. *seqq.*
Subijcitur nostra sententia. 184
Ejusque ratio. 185
Cognati & Affines ut suspecti non possunt

sunt recusari, si utrique litigantium in eodem gradu sint tales. 187
Ratio ejus est in. 188. *seq.*
Consultius agit hoc casu Judex, si judicio plane abstineat. 190
Haud vulgaris amicitia & familiaritas cum altero litigantium judicem facit suspectum. 192. *seq.*
Quænam sit haud vulgaris amicitia, Judex determinat. 195
Judex in Causa Commensalis & Domestici, est suspectus. 196. *seqq.*
Idem juris est, si Judex partis sit Commensalis vel Domesticus. 200
Hoc extendunt etiam ad illum casum, quo Judex cogente licet necessitate, ad unius ex litigatoribus ædes divertit. 201
Quæ sententia rejicitur. 202
Judex ex hoc solo recusari nequit, quod cum altero litigantium in communi convictu vivat, vel eodem ipso cum utatur hospitio. 203. *seqq.*
Nec, quod sit Conterraneus alterutrius partis. 207
Etiamsi in peregrinis vivant locis 208
Judex suspectus est, qui alterum litigantium litteris commendatitiis ininstruit, in hujus favorem & collitigatoris gravamen scriptis 212
Suspectum se facit judex, qui permittit, ut in judicio alter litigantium ipsi secreto quid in aurem loquatur. 213
Eundem & suspectum fieri volunt, si dixerit, alterutrius jura esse clara. 215
Quod judicis arbitrio committitur, 216
Inquiritur in sententiæ rationem, statuentis, Canonicum in causa Canonici judicare non posse extra suspicionis notam. 217. *seq.*
Qualiter procedat sententia existimantium, Doctorem in causa Scholaris judicem esse suspectum, traditur. 219. *seqq.*
Judex ob amicitiam non recusatus, an causa utrinque æque dubia pro amico pronunciare possit, de eo agitur, remissive. 222
Taxatur mos illorum, qui judices in privatis ædibus præoccupare moliuntur 223
Judicem tamen ex hoc solo non fieri suspectum, asseritur. 224
Sistitur secundus fons *justæ suspicionis nempe* inimicitia 225
Judex inimicus recte ut suspectus recusatur. 226
Rationes hujus regulæ traduntur. 227. *seq.*
Testis inimicus, ut suspectus recte recusatur. 231. *seq.*
Restringunt hoc alii ad inimicitiam capitalem, quorum sententia refertur. 233
Verius est, etiam non capitalem sufficere, 234
Judicis arbitrio hic locus est. 236
Ex hac causa & testis repellitur. 235
Recusatur & Judex, qui olim inimicus fuit, superveniente licet reconciliatione. 237
Quod alii ad nuperam reconciliationem restringunt. 238

Horum sententia adjuvatur Jure Canonico 239
Præsumtio reconciliatum inimicum fovere adhuc affectum, est charitatis Christianæ regulis adversa. 240
Judicis arbitrium hic admittitur 241
Judex mei tantum fratris inimicus in mea causa suspectus est, 242
Ratio & limitatio additur. 243
Amicus mei inimici ut suspectus recusari potest. 244
Admittitur tamen hic judicis arbitrium. 246
An idem in tota judicis familia procedat docetur. 247 *seq.*
Restrictio additur sententiæ affirmativæ. 248
In conductitia judicis familia non attenditur, an uni ex illis, qui in judicis familia sunt, cum litigantium alterutro inimicitia intercesserit. 249
Ratio 250
Arbitrio judicis tamen & hic locus est. 251
Qui minas sparsit, de alio nocendo, ab ipso merito ut suspectus recusatur 252
Ratio additur. 253
Item si judex arduam litem cum altero litigantium habeat: 254
Rationem vide. 255. *seq.*
Recusatur judex ut suspectus, qui manum porrigenti citra justam causam noluit suam reddere. 257
Idem est si citra justam causam cum ipso infantem ex sacro fonte noluit levare. 258
Ratio est in. 259
Judex nimis animose cum alterius partis damno procedens suspectus est. 260
Ratio additur 261
Suspectus Judex est, qui in clara causa Advocatum non vult audire. 262
Item qui suspectum Assessorem non vult removere. 263
Aut jussus acta prioris instantiæ edere, citra justam causam illorum editionem detrectat. 264
Hoc ultimo casu tamen judici magis, quam parti est suspectus, neque ejus recusationi amplius locus esse potest 266
Judex à quo appellatum est, in alia causa an pendente appellatione possit ut suspectus recusari, quæritur 267
Rejecta affirmantium sententia id negatur. 268
Ratio negativæ additur. 269
Appellatio est Præsidium innocentiæ. 270
Jure Canonico videtur contrarium statui. 271
Inter quod & Civile aliqui hic admittunt differentiam. 272
Leviter tamen notatur hæc sententia. 273
Si judex, à quo provocatum est, adeo cerebrosus sit, ut id propter in appellantem odium concipiat, ex capite inimicitiæ ut suspectus recusari potest. 274
Tertius *Suspicionis* Fons *est* cupiditas. 275

Ratio

Ratio. 276
Fraudem in Deum committere dicitur, qui præmium remunerationis expectat, etiam tum, quando recte judicat. 277
Nil interest, sive judex ipse sive per interpositam personam munera acceperit. 278
Judex, ne finito quidem officio, munera accipere debet. 279
Ejus ratio traditur. 280
Judex etiam precibus corruptus, est suspectus. 281
Ejus rationem exhibet. 282
Judex non debet esse intempestive misericors. 283
Nec precibus calamitosorum illacrymari. 284
Debetur quidem calamitosis misericordia, sed absq; alterius injuria. 285
Quartus Fons *suspicionis est* Timor *potestatis.* 286
Ejus ratio traditur. 287
Subditus in Causa superioris judex est Suspectus. 288
Non potest esse testis, cui potest imperari. 289
Nec Dominus adversarii. 290
Ordin. Judic. Tribun. Wism. relaxatur in Causa Regiæ Majestatis Sueciæ Assessoribus juramentum Subjectionis. 291
Magis evitatur suspicio, si causa ad extraneum mittatur JCtorum Collegium. 292
Quintus Fons *Suspicionis est Judicis* Imperitia. 293
Apud Romanos æq; ac Germanos olim imperitos præsedisse judiciis remissive asseritur. 294
Idem adhuc hodie usu obtinet in multis Civitatibus. 295
Sed cum multo Reip. & litigantium damno. 296
Judex Jurium ignarus est innocentium calamitas. 297
Non minus tædiosum, quam difficile est coram indocto litigare. 298
Imperitum Judicem, ut suspectum rejici posse, potissimum obtinet in ardua & subtili causa. 299
Judex Indiscretus, 300
Nimium Severus ac Crudelis, 301
Et qui Iniquus esse consuevit, recte ut suspectus recusatur. 302
Ratio ultimi additur 303. *seq.*
Ex solo hoc, quod JCtorum Consilium judex non sit secutus, non recte Judex ut suspectus recusatur. 305
Qui se ad judicandum ingessit, 306
Vel se à parte impetrari curavit, 307
Vel ab alterutro litigantium nominatim petitus est, merito ut suspectus recusatur. n. fin.
Qui sponte latam ab alio sententiam executioni vult mandare, etiam hunc volunt esse suspectum. 308

LUstratis præcedaneo capite *Personis*, quæ ut *suspectæ* recusari possunt, electæ methodi nunc postulat ratio, ut hoc capite examinentur *Causæ*, quas propter *suspecti judicis* 1

recu-

recusatio in judicium propitio jure deduci possit. Non enim existimandum est, semper ac simpliciter fas esse litigantibus *judicem* tanquam *suspectum* recusare: Hoc siquidem si permitteretur, vix unquam judex non redderetur *suspectus*, suæque jurisdictionis exercitio non sine dedecore privaretur, sed justas oportet adesse *Suspicionis ac Recusationis* causas vid. Carpz. *in process. Tit.3. art.4. n.6.* Lancell. *in Tr. de Off. Præt. Tit. de Except. n.10.* Mev. *P.1. Decis.51. n.6.* Marant. *in Spec. Aur. P.6. de Appell. n.27.* In hisce vero determinandis admodum variantes deprehendo JCtorum Opiniones. Præterquam enim quod alii omnes *suspicionis legitimæ* causas sequentibus inclusas versiculis,

Si sit cognatus, Patronus, Compatriota
Ejus declinans, appellans judiciumve,
Adversæ Partis charus, servus, Dominusve
Quem similis causa tangit, Canonicusque
Aut Affinis, sic merito suspectus *habetur.*

Compendio quasi exhibere satagant, Vid. Joh. Faber. *in Breviario Co-*
4 *dicis ad L.16. de Judic. n.23.* Alii vero easdem ad duos revocant fontes,
5 amicitiam scil. & inimicitiam, vid. Carpz. *in Proc. Tit.3. art.4. n.96.* Alii ad *novem* causas jure determinatas videntur restringere, vid. Lanfranc.
6 de Oriano *in Aur. Pract. c.3. n.10.* Alii contra numerum earum ad duo-
7 decim, vid. Jason. *ad L.16. C. de Judic. n.7.* quadraginta, vid. Philipp. Franc. *ad c. Pastoral.53. X. de Appell. n.7.* Marant. *d. P.6. de Appell. n.27.*
8 *seq. conf.* Emeric. à Rosbach. *prax. Civ. Tit.5. n.62.* quinquaginta, Lanc.
9 *d. Tr. n.12. d. l.* vid. Zanger. *de Except. P.1. c.3. n.10.* Septuaginta, vid. Cardin. Alexander *in c. Postremo X. de Appell.* & Mascard. *de Prob. Concl.*
10 *954. n.29.* nonaginta tres & ultra extendant, Aufrerius *Tract. de Recusat.* quem quidem videre hactenus non licuit, eo tamen nomine allegatum deprehendo à Dn. Ungebaur. *in Comment. ad Decretal. Tit. de Judic. n.29.* Carpz. *in Process. Tit.3. art.4. n.94.* & Stryk. *in Diss. de Suspic. c.6. n.5.*
11 Sunt, qui certis Regulis hasce *suspicionũ causas* complecti malunt, quarũ hanc tradit Mascard. *d. l. n.30.* Omnis causa, per quam verosimiliter judex præsumitur inclinare in favorem unius partis, ad recusandum
12 eundem, ut *suspectum* sufficit. Aliam vero communiter exhibent JCti, quæ priori est specialior: sc. *Quæcunque causa sufficit ad* testem qua suspectum *recusandum, eo multo magis sufficit ad* judicem qua suspectum *removendum.* vid. Hilliger ad Donellum. *Lib.17. c.25. lit.G.* Brunnem. *in Process. Civ. c.7. n.19.* Rosbach. *Sup. all. l. n.61.* & Lauterb. *in Comm.*

Maj.

Maj. ad Tit. de Judic. §.40. Connexionis rationem suppeditant hanc, 13
(1) quod facilius liceat invenire alium *judicem*, quam *testem*, quo sæpe remoto, adempta simul censetur probatio sufficiens illi, qui ejus testimonio oppido indigebat, cum judicis recusati vicem aptior alius subire possit. Brunnem. Rosb. Hillig. *d. l. jung.* Stryck. *in sæp. all. Diss. de Suspic. n.13.* Imo sæpe totius causæ victoria in unico teste propter alia quædam adminicula consistat. vid. Gail. 1. *Obs. 33. n.10. ibique allegati.* 14
indeque inferunt: Etiam ex levioribus causis procedere *judicis suspecti*, quam *suspecti testis* recusationem, eo quod facilior illorum, quam horum haberi copia possit. Jason. *ad L 16. C. de Judic. n.2.* Pacian. *Lib. 2. de Probat. c.45. n.46.* & Zigler. *ad Inst. Jur. Can. L.3. T.1. §.30. verb. ob probabilem.* 15
(2) Quod sæpius magis periculum immineat litiganti à *Judice*, quam *Teste suspecto*, Lauterb. *d. l. ibique all.* Vultejus *L.1. c.4. n 192.* præprimis ubi plurium haberi copia potest: Multa siquidem pendent in 16
Civilibus, inque Criminalibus causis ex motu judicis, *L.10. C. de Accus. L.21. §.1 ff. de Testib.* sæpius ex voluntate magis, quam legitima autoritate lites dirimentis. *§.17. Constit. Tanta, de Confirm. digest.* Hisce Regulis adhuc aliam superaddit Ganzalez *ad c.61. X. de Appell. n.4.* sc. illas cau- 17
sas, quæ *procuratorem* repellunt, etiam *Judicem* repellere. Vid. Wesenb. *ad L.16. C. de Jud. n.11.* Stryk. *d. Diss. c.6. n.14.* Quas Regulas, hisque 18
similes alias, utut sua haud destitui utilitate non diffitear, vereor tamen, ut omnes *suspicionis causas* singulæ sufficienter complectantur, aut exprimant, præprimis cum recte monente Exc. Strykio, *d. Disp. n 5. c.6.* & Wesenb. *ad L.16 C. d. Jud. n.10.* fere impossibile sit, omnes *suspicionis* 19
causas recensere, vixque omnes illi modi, quibus male versando circa officium sibi commissum judex *suspicionem* incurrit, excogitari possint: Et quamquam non usque adeo displiceat dispositio Gothofredi, *ad* 20
L.16. C de Judic. dictas causas, vel ad Personam *solius judicis, ve Judicis & unius litigatoris simul*, referentis & modo *territorii*, modo vero *ipsius causæ*, quæ in judicio ventilatur, rationem habentis, arridet tamen magis sententia Gregorii, vel ut alii volunt, Isidori. *in C 77. C.XI. q.3.* ad quadru- 21
plicem fontem omnem judicii humani perversionem revocantis, puta ad *Amorem, Odium, Cupiditatem, & Timorem:* Inde enim, juncta judicis *imperitia vid. C. C. C. art.138.* si non omnes, potissimas tamen propullulare *suspicionis* causas, adque hasce reliquas commode referri posse ar- 22
bitror, ita tamen, ut cum omnes lege certa comprehendi non possint, *arg. L.12. ff. d. legib.* Judicis prudentis ac religiosi *arbitrium*, quod potis-

ſimum in illis juris articulis, quæ certam à jure definitionem non habent, locum ſibi depoſcit, *L.1. §. ult. ff. de Jur. deliber.* Menoch. *de A. J. Q. L.1. Proœm. n.5.* Barboſ. *in Theſ. Loc. Comm. L.1. c.76. ax.5. ibiq. alleg.* minime hic excluſum velim. vid. Carpz. *in Proc. Tit.3. art.4. n.957.* Lauterb. *in Comm. Maj. ad Tit. de Judic. §.40.* initium facturus.

23 Ab AMORE, quo ductus judex vel ſui commodum quærendo,
24 vel Amicis ac Propinquis complacere contendendo, non poteſt non fieri ſuſpectus. *vid. c.78. C.XI. q.3.* Cum vero Amor reſpiciat vel *proprium judicis ſuſpecti intereſſe, vel commodum Propinquorum & Amicorum,*
25 melioris ordinis cauſa, de illo prius acturus ſum. Indubium vero eſt, in *propria cauſa*, i. e. cujus emolumentum vel damnum ad judicem proprio nomine pertinet, *L.1. § 11. ff. Quando appell. ſit.* judicaturum,
26 *ſuſpecti* notam evitare non poſſe, *L.17. in fin. ff. de Judic. L.10. ff. & C. de Teſtit. L.13. §. penult. ff. Ad SCt. Trebell.* Cujus triplex redditur ratio, (1) quia à natura teſte Lactantio, ſibi quilibet plus, quam aliis favere noſcitur, ſuæque magis, quam alienæ utilitati conſulere contendit, ex quo naturali ſui amore, qui judicandi fidem impedit ac corrumpit, non poteſt non exoriri adverſa *ſuſpicio*, quæ removet iſtiusmodi *ſuſpectum* à judicandi munere, cum iniquum ſit aliquem ſuæ rei judicem eſſe, docente JCto Ulpiano *in L.17. ff. de Judic.* vid. Mev. *P.2. Deciſ.215. n.5. & P.5. Deciſ.323. n.2.* Brunnem. *ad L. un. C. Ne quis in ſua cauſ.* Marant. *ſpec. Aur. P.6. de Appell. n.32.* utut enim cæteroquin perfectæ quis fidei ac dexteritatis ſit, hominem tamen non exuit, nemine ſe non magis, quam proximum diligente. Brunnem. *d. l. n.16.*

27 (2) Quod, cum *ſuſpectum* ſit in propria cauſa teſtimonium, *L.10.*
28 *ff. & C. de Teſtib. ibique* Brunn. multo magis judicium in propria cauſa ſit *ſuſpectum.* (3) Quod nemo in cognoſcendo judicis & partis officio ſimul fungi poſſit, *per l.13. §.4. ff. ad SCt. Trebell.* vid. Mev. *P.5. Deciſ.323.*
29 *n.2. inf.* Hinc recte infert Brunnem. Locatorem, juriſdictione ſibi in contractu locationis per expreſſum, etiam in Penſionarium reſervata, non tamen judicem eſſe poſſe in controverſia circa locationem inter ipſum & Penſionarium ſuborta, eoque in propria cauſa juſte re-
30 jecto, alium eſſe adeundum, *ad L.10. ff. de Juriſd. n.5.* Judicemque immediatum recte ut *ſuſpectum* fuiſſe rejectum, quo minus ad ipſum nauta, de damno, ob non ſervatam locationis legem, conventus, remitteretur, eo, quod judex jubendo, ut nauta ſibi cum locata ſcapha ſervi-

ret,

ret, effecerat, ipsum debitum non præstitisse, docet Mevius. *P.6. Decis. 57. per tot.*

Hinc infero (1) *Suspectum* esse Judicem super validitate testamenti judicaturum, tunc, quando vel ex asse, vel ex certa parte à defuncto scriptus hæres est, heredibus legitimis querela nullitatis ex solennium defectu tale testamentum impugnantibus: Neque enim periculum amittendi lucri testamentarii sinit, de judice, ceu testamentario herede, legitimos & ab intestato venturos bene sperare posse, unde eundem ut suspectum à judicio hoc casu arcet expressa *L. 17. ff. de Judic.* 31 32

Infero: (2) in Causa Universitatis *singulorum* commodum respiciente, quodlibet Universitatis membrum *suspectum* esse judicem, v. g. si agatur de jure pascendi, piscandi &c. Cum enim hoc casu singuli testes esse non possint, Vid. Carpz. *P. 1. C. 16. D. 65. n. 5. seq.* Farinac. *de Testib. qu. 60. n. 496.* Modest. Pistor. *P. 3. qu. 103.* multo minus citra suspicionem judicabunt. 33 34

Infero: (3) Correum, in causa correalis obligationis, correo à Creditore convento, ut *suspectum* recte judicem recusari posse; Sicuti enim, præprimis, ubi hodie renunciatum non est exceptioni Divisionis, Seu Novellæ 99. c. 1. & inde desumptæ Authenticæ: *Hoc ita C. de duob. reis stipul.* correorum quilibet, ex correali obligatione pro rata seu portione virili tenetur, utroque sc. solvendo existente, alterutrius vero bonis ære alieno distrahendo non suffecturis, singuli obligantur ad præstationem solidi, Carpz. *P. 2. C. 17. Def. 14.* Hopp. *ad §. 1. J. de Duob. reis stipul.* ita non præsumitur cum sui periculo pro valido obligationis nexu laturus sententiam correus, ut hinc ob proprium & evidens interesse suum non leviter *suspectus* censeatur, præprimis, cum & in parili causa, ob *suspicionis* notam à perhibendo, pro correo testimonio jure arceatur. vid. Carpz. *L. 3. Resp. 88. n. 2. seq. inibique alleg.* Seraphin. de Seraphin. *de Privileg. Juram. Privil. 120. n. 2.* Lauterb. *de Testib. pag. m. 337.* 35 36 37 38 39

Infero (4) Socium in Causa socii, ubi *de re Communi* agitur, suspectum esse judicem (1) quia hi sunt debendi correi, vid. Carpz. *proxime all. loc.* (2) quia in hac causa à dicendo testimonio ut suspectus repellitur, Menoch. *de A. J. Q. L. 2. Cas. 474. n. 4 & 5.* Masc. *de Prob. Vol 3. Concl. 1312. n. 2.* Campeg. *de Test. Reg. 88.* Lauterb. *d. l.* & ita in terminis pronunciant. Specul. *de Judic. deleg. §. 7. n. 4.* Marant. *sæp. all. Tr. Pr. 6. n. 56.* Jason. *ad L. 16. C. de Judic. n. 18. ibidemque* Wesenb. *n. 9.* 40 41 42

43 Tradunt tamen hujus Regulæ Ddres multas exceptiones, quarum *prima* eſt: Si judici *ratione Officii* & non ut privato inferatur injuria,
44 v.g. Si quis judicis ſententia ſe gravatum putans, injurioſe dixerit: Der Richter hätte in dieser Sachen wie ein Schelm gesprochen/ vel ſi quis Conſulem Civitatis Nequam & Sceleſtum hominem appellaverit,
45 Mev. *p.9. Dec.111. n.2. & 3.* Hoc enim caſu, præprimis ſi *illata injuria oppido notoria ſit, certamque à jure definitam habeat pœnam,* judicem ipſum citra *ſuſpicionis* periculum cognoſcere & pœnam legibus conformem in injuriantem ſtatuere poſſe, concors eſt JCtorum ſententia, Praxi Moderna comprobata. *c.1. X. De Pœn. in 6. vid.* Gail. 1. *Obſ.39. n.2. ſeq.* Mev. *P.5. Deciſ.323. & P.6. Dec.343.* Brunn. *ad L.10. ff. de Jurisdict. ibique all. Dd.* Trentacinq. *L.2. de Ind. Reſol.5. n.9.* Farinac. *qu.17. n.46.* Barb.
46 *ad L. un. C. Ne quis in ſua Cauſ.* Non attenta differentia, injurians ſitne ſubditus, aut Civis, an vero extraneus, Mev. *P.9. Deciſ.108. n.6. & 8.* ubi
47 etiam ad contraria reſpondet, ſimulque eleganter ſubjicit: Unde conſtet injuriam *officii ratione* eſſe illatam, & quid in dubio ſit præſumen-
48 dum. *P.9. d.112. n.2.* Conf. Carpz. *L.6. Reſp.97. n.15.* Verum, cum omnes hujus exceptionis hanc dent rationem, quod hoc caſu non ſuam, ſed publicam injuriam perſequatur, honorique Reip. & Judicii, non vero
48 ſibi conſulat, Mev. *P.9. Dec.112. n.6. & P.9. D.108. n.3. it. P.6. D.344.* nec in propria judicet aut exequatur cauſa, *& P.5. D.323. ibique all.* Gail. *jung.*
49 Carpz. *P.3. q.104. n.69.* Cravett. *L.3. Conſ.369. n.4.* vereor, ut hæc exceptio à regula audiri poſſit; Illud interim facile largior, cum jure communi pœna injuriarum in arbitrio judicis conſiſtat, atroci exiſtente
50 in Judicem injuria, ne & hic arbitrando modum exceſſiſſe, Panormit. *in c.1. X. de Maledic.* Trentacinq. *d. l. n.6. ibique cit. Ddres.* ſuisque affectibus, quibus tali caſu vix temperabit, aliquid dediſſe videatur injuriatus, ſatius ipſum facere, ſi ex conſilio Conſcientioſi ac Pii JCti Brunnemanni *ad L.10. ff. de Iurisd.* Peritorum requirat conſilium, aliumque virum *ſuſpicione* vacantem directioni Judicii præficiat, vid. Græv. *ad*
51 *Gail. Concl.39. n.18.* Sicuti & tum Judicem injuriatum non extra juſtam *ſuſpicionem* eſſe reor, ſi de pœna pecuniaria forſan participet, Ruland. de Commiſſ. *P.1. L.3. c.15. n.7.* Salicet. *ad L. Un. C. Ne quis in ſua cauſ.*

Secunda Exceptio eſt: Niſi *conſuetudine locali* introductum ſit, ut judex in propria cauſa judicet. Mev. *ad jus Lub. L.1. T.1. a.8. n. f. ibique all.* Gail. 1. *O.10. n.18.* Joſon. *ad L.10. ff. de Iurisdict. n.3.* Zaſius *ad eandem n.21.* Gloſs. *ad c. 1. X. de*

Pœn.

Pæn. in 6. Verum cum potius corruptelæ, quam consuetudinis mereatur nomen, quod juri naturæ sanæque rationi adversum dici licet, 53
in civitate obtinuit, per *c. 3. Dist. 8.* suspecti autem Judicis recusatio ipsa naturali ratione & æquitate nitatur, *c. 14. X. de Appell. c. 15. C. 3. q.* 5. consuetudo exceptionem *suspecti* non admittens, judice in propria 54
causa judicaturo, effectu juris carebit: Unde rectè docet Brunnem. 55
ad L. 17. ff. de Judic. sibi nullatenus verum videri, istiusmodi consuetudinem, juxta quam in propria causa alicui judicare permittitur, esse 56
rationabilem: vid. Wesenb. *ad Tit. C. Ne quis in sua caus.* Mev. *P. 5. Dec. 322. n. 12.*

Tertiam exceptionem esse volunt: Si judex à *Partibus non recusetur* in propria causa judicaturus: vid. Trentacinq. *d. l. aliique.* Verum cum judicii constitutio tres desideret Personas, Judicem, Actorem, & Reum, nemo vice simul rei & judicis fungi possit, *arg. L. 13. §. pen. ff. ad SCt. Trebell* sine turbatione ordinis judicarii, verius puto, Patrem in causa *Filii & Suorum*, parte adversa exceptionem *suspecti* non 57 58
opponente, quidem judicem esse posse, non vero in causa propria, 59
principaliter ejus interesse concernente, *L. pen. ff. de Recept* vid. Brunn. *ad L. 77. ff. de Judic.* Wesenb. *in Comm. C. ad L. un. Ne quis in sua C. n. 22. seqq. inibique allegati* Decius & Blancus *de Comprom. q. 2. n. 2.* Mev. *P. 5. Dec. 122. n. 5.* ubi ex hactenus dictis infert: Mandatum à Superiore sine clausula decretum fuisse contra Magistratum inferiorem in *propria* 60
causa judicare volentem, etiam ipsi non opposita *suspecti judicis* recusatione.

Quarto excipiunt *Monachos Carthusienses*, ex hac ratione, quod 61
in hos *suspicio* verosimiliter nulla cadat, sicque in *propria causa* judices esse possint. Trentacinque *d. l. n. 12.* Jason. in *L. 10. ff. de Jurisdict. n. 10. & in Auth.* Jubemus *C. de Jud. n. 11.* idque probare intendunt *per c. placuit. 2. C. 4. q. 3. L. 3. pr. ff. de testib. L. 3. §. 6. ff. de Re milit.* Verum cum 62
hæc sententia ex dictis textibus nil præsidii capiat, illum ut *suspectum* merito rejicio, cui Ddrum nuda authoritas pro lege non est.

Quinto huc referunt cognitionem *exceptionis fori & Judicis incompetentis.* Mev. *P. 1. Dec. 242. n. 5. & P. 2. Dec. 267. n. 1.* Gail. *1. O. 34. n. 4.* 63
Carpz. *in Proc. Tit. 9. art. 21. 27. & seqq.* Eckhold. *ad Tit. de* J. & J. *ibique* Schwend. Verum, quia & hic non tam suam, quam publici causam judex agere videtur, Wesenb. *ad C. Tit. Ne quis in sua C. n. 17 ibique* Castr. *n. 2.* & Angel. *n. 2. & 3.* subdubito, an hæc exceptio ad Regu- 64

65 lam *ſupra n.* 25. *bujus Cap.* traditam, commode pertineat: Illud facilius
largior, Judicem ut *ſuſpectum* tunc de incompetentia cognoſcere non
poſſe, ſi ipſi exinde commodum ob decimas, vel ſportulas, vel ob
66 mulctam ſperandum ſit, quia tum intereſſe judicis ex ſententia pro
fori competentia clare explendeſcit, vid. Brunn. *in Proc. Civ. c.* 7. *n.*
9. Bartol. *ad L.* 5. *ff. de Judic. num.* 1. Hilliger. *ad Donell. L.* 17. *c.* 15. *lit. B.*
67 Wurmſer. *L.* 1. *O.* 5. Alias exceptiones qui videre avet, adeat Eck-
holt. Trentacinq. *d. l. & alios paſſim. ad Tit. de Judic. & L.* 5. *eod.*

68 Non autem tunc ſaltem judex *ſuſpectus* eſt, ſi *directo & Principali-
ter* ad ipſum ſperetur ex cauſa lucrum vel damnum perventurum eſſe
metuatur, verum etiamſi *eventualiter* tantum metuat damnum vel
69 ſperet inde lucrum: Sicuti enim teſtimonium perhibiturus in cauſa,
unde duntaxat *ſecundario* ipſi intereſſe obventurum eſt, ſuſpectus me-
rito eſt, *arg. L.* 1. *§.* 11. *ff. Quand. appell.* Brunnem. *ad L.* 10. *ff. d. Teſtib.* ita
multo magis judex *ſuſpectus* parti erit in cauſa, ex qua *eventualiter* ad ſe
redundaturum periculum vel damnum eſſe, probabiliter metuit
judex.

70 Unde infertur (1.) judicem ſuſpectum eſſe, ſi ad *evictionem rei*,
qua de vindicanda coram ipſo actio eſt inſtituta, reo convento eſt ob-
ligatus: Neque enim credibile eſt, cum re evicta, judex hic reo ad
71 evictionem præſtandam jure obſtrictus ſit, ſicque *eventualiter* damnum
ex victoria actoris ad judicem perventurum metuatur, ipſum con-
tra reum judicaturum, eundemque ad rem Actori reſtituendam, cum
ſuo periculo condemnaturum eſſe, ut hinc ob eventuale judicis in-
tereſſe juſtam actor ſuſpicandi cauſam, juris non obtinendi ſui, ejus-
cemodique judicem recuſandi habeat. Marant. *in Spec. Aur. P.* 6. *d.*
72 *Appell. n.* 65. *ibique alleg.* Philipp. *in c.* 36. *X. de Appell.* Idque eo magis, quia
nec venditor in cauſa evictionis *teſtis* eſſe poteſt. *arg. L.* 4. §. 3. *ff. de Ap-
pellat. L.* 1. *§.* 1. *ff. Quand. appell. & c.* 40. *X. de Teſtib.* Farinac. *de Teſtib.*
q. 40. *n.* 325. Maſcard. *de Probat. Vol.* 3. *Concl.* 1357. *n.* 11. Carpz. *P.* 1. *C.* 16.
73 *def.* 68. Idemque (2.) aſſerendum eſt in Donatore, ſc. ut non ſine *ſu-
ſpicione* judicare poſſit in caſu, quo rem donatam donatario jure alius
evincere intendit, & donator de evictione *cavit*, vel etiam donatio
74 fuit *remuneratoria*, Cum enim utroque caſu donator ad evictionem
teneatur, per *L.* 2. *C. de Evict. & arg. L.* 34. §. 1. *&* 27. *ff. de Donat. conf.*
75 Carpz. P. 2. *C.* 34. *d.* 24. Faber. *in C. Lib.* 8. *Tit.* 36. *def.* 3. *n.* 2. & Lauterb.
ad Tit. de Evict. pag. m. 323, & à teſtimonii dictione ut ſuſpectus repella-
tur,

tur, vid. Donell. *ad L. 20. C. de Testib. n. 6. &* Sichard. *ibid. juncto* Lau- 75
terb. *ad Tit. de Testib. p. m. 338.* eadem etiam *suspecti* nota ipsi obstabit, in
hac causa munere judicis functuro, procedente *affirmative* argumento,
à recusatione *suspecti testis*, ad recusationem *judicis suspecti.* vid. Ziegler. 76
ad Lancell. Inst. Jur. Can. L. 3. T. 1. §. 30.

Infertur (3.) *Dominum Directum* recusari ut *suspectum* posse in *causa* 77
Emphyteuticarii, si hic de re Emphyteuticaria ab alio conveniatur: Cum 78
enim ad evictionem & huic obligatus sit, Surdus, *Dec. 290.* Frantzk.
ad Tit. de Evict. n. 412. & Lauterb *eod. p. m. 323.* ob eventuale damnum
sine suspicione hic non judicabit. vid. Faber. *in C. Lib. 3. Tit. 4. Def. 9. n. 2.*
Quod si *extra causam emphyteuseos* conveniatur Emphyteuticarius, di-
rectus Dominus ob cessans suum interesse frivole recusatur, licet *ma-* 79
gnus ipsi persolvatur *canon*, modo non sit ejus momenti, ut succum-
bente forsan in lite reo, minus hic in bonis sit habiturus, quam, ut ca- 80
nonem commode præstare possit, cum ita aliquadantenus Domini in- 81
teresse videatur, inanem actionem ratione annui canonis contra in- 82
opem emphyteuticarium habituri. *arg. l. 6. ff. de dol. mal.* Faber. *d. l.* In-
fertur. (4.) Judicem *fidejussorem* in causa *debitoris*, pro quo fidem inter- 83
posuit suam, esse *suspectum*, itidem, quod debitore ad solvendum con-
demnato, facile prævideat Judex, nec se *eventualiter* extra pericu- 84
lum futurum esse, juxta tritum sermone proverbium: Noxa sequitur
fidejussorem. Den Bürgen muß man würgen. Joh. Andr. *in Not. ad Spe-*
cul. Tit. de Jud. deleg. §. supereft. lit. H. Maranta *d. Tr. P. 6 n. 65.* Mev. *ad J.* 85
Lub. L. 1. T. 1. a. 8. n. 23. indeque apud Creditorem *suspicione* justa haud
careat, præprimis, si debitor non sit solvendo, Tiraquell. *in Tract.*
Res inter alios actas, versic. idem quoque mihi Suaretz. *in Thes. Comm. Opin. lit. F.* 86
n. 149. aut fidejussor renunciaverit Ordinis exceptioni, Suarez. *d. l.* &
Hering. *de Fidejussor. c. 29. n. 9. seq.*

Sed: *Num frater judex esse possit in causa debitoris, pro quo frater suus* 87
fidejussit? occasione prioris non inutiliter quæritur? Et quamquam
hic judicem omni carere *suspicione* exinde videatur dicendum, quod 88
ex condemnatione debitoris nil periculi ad judicem, utpote qui ipse
non fidejussit, sed duntaxat ad fratrem fidejubentem, pro quo tamen
ille non tenetur, *arg. t. t. C. Ne fil. Pro patr.* eventualiter sit deventurum,
unde etiã hanc quæstionem negative decidit Spec. *d. Tr. §. 7. n.* 16. Quod
hoc casu admitti posset, si creditum sit notorium, ipseque debitor noto-
riè solvendo sit & frater excussionis beneficio non renunciaverit: Nullus 89
tamen

tamen dubitarem contrariæ subscribere sententiæ, si creditum sit ma-
90 gni momenti, causaque altioris existat indaginis; Nam cum hoc ca-
91 su & qui solvendo est, facultatibus pendente lite labi, sicque pericu-
lo exponi solutionis frater fidejubens suisque fortunis exui possit,
suspecti notam hic incurrit judex, si non ex capite *eventualis damni*, ta-
men ex capite *affectionis*, qua ductus, præsumitur etiam plus justo
92 fratri favere, absque illo eventuale damnum aversurus, contra Cre-
ditorem pronunciare, præprimis si beneficio Ordinis fuerit renun-
ciatum, fratresque amice se invicem amplectantur.

93 Infertur: (c) Illum, qui *consimilem causam* habet illi, in qua sen-
tentia desideratur, recte ut *suspectum* recusari: v.g. Si contingat Ju-
dicis & Concivis alius, aut Opificis uxores in sexto à nuptiis eodem
94 die contractis mense maritos suos pulchra prole Parentes fecisse, *su-
spectus* utique foret judex, laturus sententiam, in puncto anticipati
concubitus, vulgo des Vorspiels / præprimis, si utrobique appare-
95 ret, partum esse robustum, ejusque perfectioni nihil deesse; (adesse
enim utrobique debet causæ paritas *c. 18. X. de Judic.*) Neque enim
præsumptio est, ipsum hic aliam dicturum esse sententiam, quam
96 quam sibi in eadem causa dici vellet, ne tacite se etiam anticipati con-
cubitus reum facere videretur. *c.* 18. *X. de Jud.* Wesenbec. *ad L. 16. C. de
Judic.* Ummius, *de Proc. Disp.* 1. *th. 9. n.* 53. Maranta. *d. Tr. num.* 46. *juncto*
Mascardo *de Probat. vol. 2. Concl. 954. n.* 25. accedit, quod nec testis in
97 consimili causa admittatur ad dicendum testimonium, *c. 20. X. de
Testib.*

98 Illud quidem carere dubio reor: *Creditorem*, ut *suspectum* recusari
posse in causa sui *debitoris*, si lis *ipsum debitum* concernat. Faber *in C. lib.
3. Tit. 4. Def. 9. n. 4.* Verum: *An in alia idem causa procedat?* non æque
99 indubium est: Et putaverim Distinguendum esse: An actore victore
exstituro, debitorem eo redactum iri inopiæ justus adsit metus, ut &
ratione crediti, quo judici obstrictus est reus, ipsi inanis sit exstitura
actio; an vero, utut succubuerit, suffectura habiturus debitor sit
bona: Et sicuti posteriori casu, ob cessans Creditoris interesse ipse in-
juste recusatur, ita priori utique *suspectus* casu erit Judex, ob *eventuale*
damnum, quod ex succumbentia debitoris Creditor Judex metue-
ret, cujus avertendi causa præsumitur non contra debitorem facilè ju-
dicaturus. vid. Faber. *ad C. d. l.* qui casus loco *quintæ illationis* esse
potest.

Sed:

Sed: Utrum versa vice *Debitor* in Causa sui *Creditoris*, si hic co- 100
ram ipso conveniatur, sine *suspicionis* effectu judicare possit, v. g. si,
cum Titius Judex ex mutuo centum deberet Cajo, qui Sejo ex em-
pto, ratione residui emptionis pretii, itidem centum thaleros de-
beat, hicque Sejus Cajum coram Titio convenire deberet, ut Caji
Judice competente, non incongrue ob affinitatem casus hujus cum
præcedaneo, hic quæritur: An Titius ut *suspectus* recusari possit? Et 101
quamvis prima fronte *Negativa* veritati magis consona videri possit,
præprimis, si moles debiti, quo Titius Judex Creditori suo Cajo de- 102
vinctus est, magna sit, eo, quod hoc casu, debitor quodammodo
sui Creditoris servus sit, teste Seneca, ita ut Creditor debitori suo
quodammodo imperare possit, Carpz. *P. 1. C. 16. Def. 67. & in Proc. Tit.* 103
11. *art. 5. n. 89.* Nicolai, *in Proc. c. 59. n. 25.* Wesenb. *ad Tit. de Testib.* quam 104
etiam ob causam debitorem in causa creditoris ad testimonium feren-
dum admittere nolunt, *vid: Dd. proximè allegati.* Accedit, quod in- 105
verso casu si crediti summa magna sit, nec creditor in causa sui debi-
toris sine *suspicione* judicare possit; quibus motus rationibus Negativæ
subscribere nullus dubitat Faber. *d. l.* Quia tamen (1.) dispar ratio, 106
est Creditoris & Debitoris, qui non æque semper de solvendo debi-
to sollicitus est, ut Creditor, ne creditæ pecuniæ periculum incur-
rat. [2.] Verior est sententia, debitorem in causa creditoris à testimo- 107
nio repelli non posse, eo, quod nuspiam prohibitum inveniatur, de-
bitorem in causa creditoris testari posse. *arg. L. 1. §. 1 ff. de Testib. jung.*
Nov. 90. c. 7. Ratione Senecæ & aliorum (3) valde infirma & nimis lon- 108
ge petita, Brunnem. *ad L. 6. ff. de Testib. n. 2.* Lauterb. *ad Tit. de Testib.*
p. m. 337. Affirmativæ calculum potius adjicerem, cum Exc. Mevio. 109
P. 5. Dec. 54. Ubi docet: Se sua etiam vidisse ætate Principes debito-
res contra fidejussores in causa debiti à Creditoribus suis conventos 110
sententiam dixisse. Nolim tamen hic plane prudentis judicis arbi- 111
trium exclusum esse, qui pro qualitate Debitoris & debiti hanc *suspe-*
cti exceptionem aliquando jure admittere potest, si scilicet probabi- 112
liter docere possit actor, judicem debitorem in favorem Creditoris
ideo verosimiliter judicaturum esse, quo metuere creditoris sui of-
fensam necesse habeat, ne, si contra ipsum pronunciaret, hic solu-
tionem crediti à judice urgeat, cui solvendo vix judicis debitoris bo- 113
na sint suffectura, sicque de ipso actum iri, præprimis, cum & testem
debitorem, non omni exceptione majorẽ esse omnes concedant, levior
autem suspicio judicem, quam testem repellat. *per supra hoc casu notata.*

Cc cc In-

114 Infertur (6.) *Judices Reciprocos* ob eventuale damnum videri *ſu-*
115 *ſpectos:* v. g. Si *ego* in mea cauſa *Cajum* Judicem impetraſſem contra *Ti-
tium*, qui idem *Cajus Me* viciſſim in Sua cauſa judicem impetravit con-
tra *Mevium*, tunc *Titio* licere *Cajum* ut *ſuſpectum* recuſare in mea cauſa,
quia ego hujus *Caji* in alia Cauſa judex ſum, juſtusque hic adeſſe vide-
116 tur metus, *Cajum* in meas propendere partes, utique, cum me in alia
ſibi cauſa favere cupiat, ſicque pro me *Cajum* metu offenſæ & inde
metuendi damni, ſecus ac oportebat, judicaturum eſſe, obque pari-
lem rationem licere viciſſim *Mevio* me recuſare, quia in cauſa mea col-
117 litigator ſuus *Cajus*, meus Judex futurus eſt, quem ego non præſumor
facile contra ipſum pronunciando offenſurus. vid. Speculat. *de Jud. de-
leg.* §. 7. *n.* 5.

Quod autem de Judice ob *eventuale* incommodum vel damnum
118 *ſuſpecto* recuſando, *n.* 68 *ſeqq.* dixi, idem & extendendum puto, ad
eventuale damnum Honoris, *Exiſtimationis* ac *Laudis*, ſc. ut ſi ex victoria
cauſæ judex deliquium Honoris, Laudis aut Exiſtimationis ſuæ,
probabiliter metuat, à parte adverſa ut *ſuſpectus* recuſari poſſit, cum
expediti juris ſit, ob hanc cauſam & *teſtem* ut *ſuſpectum* recuſari poſſe,
119 vid. Lauterb. *ad Tit. de Teſtib. p. m.* 338.

Hinc infero: (1) Judicem neminem citra ſuſpicionis notam in
120 illa eſſe cauſa poſſe, cui olim vel *advocando* vel *procurando* patrocina-
tus eſt: *L.* 17. *ff. de Juriſdict.* inibique Brunnem. *juncta l. fin. de Teſtibus*,
121 per quam etiam hic à teſtimonio repellitur in illa cauſa, in qua Advo-
catus fuit. Vid. Mev. *ad J. Lub. L.* 1. *A.* 8. *num.* 19 Maranta. *d. Tr.*
122 *num.* 52. Ziegler. *ad Lancell. J. Jur. Can. L.* 3. *T.* 1. §. 30. *verb. aut. Ad-
vocatus.* Umm. *in Proc. Diſp.* 1. *th.* 9. *n.* 53. *aliique.* Ratio conſiſtit in *even-
tuali damno honoris* & *exiſtimationis:* Ne enim videatur judex olim in-
juſtæ cauſæ præſtitiſſe patrocinium, jam pro cliente ſuo præſumitur
judicaturus, ex quo juſto metu legitima alteri parti oritur cauſa, iſti-
usmodi judicem, ut *ſuſpectum* recuſandi. *conf. Ordin. Tribun. Wiſmar. P.*
1. *T.* 5. *n.* 10. Menoch. *de A. J. Q. caſ.* 73. *L.* 1. *n.* 4. Bachov. *ad Treutl. V.* 1.
123 *Diſp.* 8. *th.* 3. *lit. C.* & Brunn. *ad L.* 6. *C. de Poſtul.*

124 Multo magis vero ut *ſuſpectus* hic recuſari poteſt, qui adhuc alteri
litigantium patrocinatur. *L. fin. C de Aſſeſſorib. L.* 6. *C. de Poſtul.* Sicuti
enim per Conſtitutionem Cameræ Spirenſis, nec non Regii Tribu-
nalis Wiſmar. ſalutariter conſtitutum eſt, ne in numerum Aſſeſſo-
125 rum adoptatus, operam partibus ſuam amplius præſtet, *O. C. P.* 1. *T.*
57. *O. Wiſm. P.* 1. *T.* 5. *n.* 10. *Conf. J. Lub. L.* 1. *T.* 1. *a.* 8. ita incompatibile
eſt,

est, ut quis sibi ipsi consilium suggerat, & pro parte loquatur simulque *sine suspicione* sententiam, juri consonam videatur dicturus, Br. *ad* 126
L. 6. C. de Postul. adeo, ut si utraque opera defungatur Judex, extra ordinem puniri, & pro re nata vel carcere coërceri, vel ab officio removeri, vel etiam, si male judicaverit, infamia notari possit. Vid Zigler. *ad Lancell. L. 3. T. 1. a. 30. verb. aut Advocatus* Frantzk. *L. 2. Resol.* 13. & Mev. *ad J. Lub. d. l.*

De illo non dubito, quin is, qui in prima instantia Judex fuit, 127
in secunda instantia Patronus esse possit, utpote ad cujus æstimationem pertinet, demonstrasse, in prima instantia rectè judicatum fuisse. Faber. *in C. L. 2. Tit. 5. Def.* 1. Barbosa *ad L. 6. C. de postul. n.* 12. *in f. ibique* Brunnem. Sed non licebit Judici, in Appellationis instantia sibi
voti facultatem sumere, quando in prima instantia judicavit, absque 128
ipso appellatum fuit, itidem ob eventualis damni metum honoris ac existimationis suæ. vid. Mev. *ad J. Lub. P. 1. T. 1. a. 8. n. 21.* Præsumitur
enim iterum pro eo judicaturus, pro quo semel judicavit, Farinac. 129
de Testib. q. 6. n. 89. cum quilibet sententiæ suæ tuendæ cupidus sit, hincque censeatur semel factum defendere & non improbare, Mev.
Cons. 110 *n.* 23 *ibique alleg.* Unde, quando à sententia Rectoris & Pro- 130
motoris ad totum Concilium, vel à sententia Judicis Oppidani, qui ex Senatorum numero est, ad totum Senatum provocatur, voto hi abstinere debent in appellationis instantia, parte appellante id desiderante.

An vero Judex propterea jure recusari possit ut *suspectus*, quod al- 131
ter litigantium ipsius fuerit in alia causa Procurator, aut contra ipsum
operam suam parti adversæ quondam commodaverit, quæritur? Et 132
puto quod non; eo, quod Procuratoris publicum sit officium, *L. 2. ff. d. R.* J. Schwend. *ad Eckholt. Tit. de Postul. n.* 2. ad quod invitus compelli potest, *L. 7. C. de Postul.* O. C. P. 1. *Tit.* 19. §. *f.* Lauterb. *ad Tit. de Postul.* ut hinc deficiat justa causa *suspicandi*, aut ejus affectionem singularem, vel etiam offensam, contra quem ex officii necessitate quis Procuratoris functus est officio, vel cui opera sua inserviit litigantium alter. vid. Faber. *in C. Lib* 3 *Tit.* 4 *Def.* 5.

Infero: (2.) Arceri etiam à judicandi munere, ut *suspectum* hunc, 133
qui in eadem causa *consulendo*, licet non advocando, operam uni litigantium navavit. Decius *in c. f. de Appellat.* Maranta. *d. Tr. n.* 52. Mev.
Cons. 110. *n.* 22. Amor enim suæ tuendæ existimationis, ac nisus evi- 134

 tandi

tandi inconstantiæ ac variationis notam, satis *suspicionis* suppeditant, judicem non aliter judicaturũ esse, quam qualiter Consulenti respondit, ut hinc conveniat ejus subterfugere Judicium, cui liberum judicandi amplius ob antea datum consilium non est arbitrium. vid. Exc.
135 Mev. *d.l.* ubi docet: Ob hanc rationem, si acta transmittantur ad FCtem juridicam, quæ ab uno litigantium ante consulta, ipsam oportere id antea judici acta transmittenti significare, & interim conceptione sententiæ supersedere. vid. tamen eundem, Conf. *42. n. 1.* ubi contrarium in eadem causa videtur statuere.

136 Infero: (3) *Suspectum* etiam recusari judicem in illa causa posse, inqua pro altero litigantium perhibuit testimonium. Non enim præ-
137 sumitur ob *eventuale interesse conservandæ suæ existimationis*, aliter judicaturus, quam qualiter deposuit, ne videatur falsi testimonii se arguere, unde haud parum suæ existimationi decederet, *L. f. ff. de Testib.* Matanta, *d.l. n. 54. ibique alleg.* Specul. *jungatur.* Mev. *ad J. Lub. L. 1. T. 1 n. 8. n. 20.*

138 Egi hactenus de AMORE judicis erga *seipsum*, jam perrecturus ad *Amorem* s. *Affectionem* judicis erga *Conjugem, Cognatos, Affines, Amicos & Familiares*, eosque vel *verè* vel *præsumptive* tales. Et, quin in cau-
139 sa Conjugis ac Liberorum *sine suspicione* judicare nequeat, eo minus ambigendum, quò clarius idem dispositum deprehendimus, *in L. 10.*
140 *ff. de jurisdict.* quoque certius, in horum causis Ascendentes, & versa vice in causis Ascendentium Descendentes, atque Conjuges regulariter testes esse non posse. *L. 9. ff. L. 6. C. d. de Testib. L. 2. C. de in jus voc.*
141 Carpz. *P. 1. C. 16. Def. 48.* Lauterb. *de Testib. p. m. 338.* Sola enim affectio, qua hæ personæ se invicem complectuntur, justum collitigatori metum incutit, non obtinendi, juri magè, quam affectioni judicis consonam sententiam Mev. *P. 2. Dec. 215. n. 6.*

142 Excipiunt hic: (1) Nisi partes judici exceptionem *suspecti* non opposuerint. Brunnem. *ad L. 77. ff. de Judic.* [2.] Nisi judex sit delegatus, Trentacinq. *L. 2. de Judic. Resol. 5. n. 14.* Rofred. Benevent. *P. I. Tit.*
143 *qui poss. esse judic. p. 3.* In qua exceptione merito concludentem desidero rationem, certus, justa prævia *suspicionis* causa, delegatum judicem non minus ac Ordinarium recusari posse, quæ, Patre vel Marito
146 in causa liberorum aut Conjugis delegato, non longè est petenda. [3]
147 Si filius &c. *non agat*, sed coram Patre &c. *conveniatur*, eo, quod actor eligendo Patrem in causa Filii judicem, fidem ac dexteritatem ejus sua electione satis videatur approbasse; quod utiq; post litis contestatio nē procedere puto, antea enim Patri Ordinario judici offerre sine periculo li-

libellum, rogareque licere actori, ut judicio in causa filii abstineat, postque ejus oblationem, si advertat Patrem sibi ipsi hic judicandi arbitrium sumere velle, eundem recusare posse non ambigo: Et ita intelligo Jasonem *ad L.10. de Iurisd.* & Trentacinquium *d. l. n.15.* (4) Si 148
causa *sit exigua* & levis momenti: Jason *ad L.10.ff. de Iurisd. n.9. & 17.* Ubi 149
tamen judicis arbitrium admitterem, cum & in exiguis, jus suum cuique sine metu *suspicionis* sit tribuendum. (5) Addunt causas *voluntariæ* 150
Iurisdictionis, Trentacinq. *d. l. n 16.* Jason. *d. l. n.9.* Mev. *ad I.Lub.L.1.T.1. O.8.n.31.* Quam tamen ad scopum nostrum non collineare arbitror 151
exceptionem.

Cognationem aliam esse *Veram*, quæ oritur ex communione sanguinis, aliam *Fictam*, quæ legibus inducitur, puta per adoptionem & 152
Susceptionem ex sacro fonte, satis apricari credo. Hic saltem noto: 153
Quæ de Cognatione naturali in Ascendentium & Descendentium linea dixi, ea, fictione juris idem operante in casu ficto, quod veritas operatur in casu vero, *L.1.ff. de Adopt. L. un pr. C. de R. U. A.* in Civili & Ficta cognatione quoad Parentes ac Liberos *Adoptivos quoque* procedere, quibus æqualis ratio affectionis *suspecti* exceptionem facile objicit & in judicando obicem ponit.

An vero idem & ad *Patrem Spiritualem* extendendum sit, dubio non 154
vacat? Affirmant hoc Jason, *in L.16. C. de Iudic.* Maranta *sæp. all. loc. n.71.* 155
ibique allegati ob c.1. C.30. q.3. Verum cum apud nos Protestantes non magna habeatur hujus spiritualis cognationis ratio, neque Paterni affectus præsumptio, indeque oritura *suspicio*, æque in filios spirituales, ac alios cadat, putaverim, ex hoc solo non esse Patrem spiritualem in causa filii recusandum ut suspectum.

In *Com Patre* tamen idem vix dicendum erit: Utpote quem Liberis suis non nisi singularem Amicum, & de quo hanc fiduciam habet, 156 157
quod post fata sua, paternam illorum curam habiturus, suasque vices expleturus sit, eligere prudens Pater solet: Unde, hunc non quidem *cognationis spiritualis*, quæ hic nulla est, bene vero *singularis* aliquando *affectionis* ratio, vid. Stryk. *in Diss. de Suspic. c.6 n.8.* arbitrio judicis hic nequaquam excluso, vid. Menoch. *de A. J. Q. L.2. Cas.100.n.4.* à judicandi munere arcere videntur; Qualiter intelligo Marantam, *d. l. n.71.* 158
ibique allegatos. Quanquam alii simpliciter asserant, *Compaternitatem* judicem facere suspectum. vid. Christ. *V.2.D.249.n.5.* Riec. *P.2.Collect. Dec.445.*

160 Antequam vero ad Cognationem Collateralium descendam, hoc unicum adhuc lustrabo: An Filio, vel Genero *in illo judicio alterutri litigantium patrocinante, cui vel præsidet vel assidet* Pater aut Socer, *hi, ut suspe-*
161 *cti jure recusari possint?* Et, sicuti vix negari potest, non raro judiciorum integritatem pati deliquium, Parentibus, ceu Filiorum suorum omnium horarum amicis, ob frequentissimam cum illis conversationem, ac anxium illorum honorem ac utilitatem promovendi conatum, non extra omnem semper *suspicionem* constitutis, imo sæpe, ne Filii aut Generi periclitetur eruditio, meliorem procedendi viam ipsis suppeditantibus, ita ut ad conservandam judiciorum integritatem; omnemque ab illis removendam sinistram suspicionem, non parum conferre
162 videatur, si vel Judicis, aut Assessorum filii in illo Judicio, causarum patrociniis plane abstinerent, vel saltem Judex Pater vel Socer in illis causis arbitrio voti renunciaret, hoc enim pacto evitaretur, ne quos
163 in Curia Judicis munere fungi oportebat, audire Advocati partes sustinere, causamque Filiorum strenue defendere cum summa indignatione cogerentur reliqui Assessores, vulgique opinioni iretur commode obviam, ideo Patrocinium Filiorum judicis sibi potissimum eligentis, & ad Galli Cantum fores illorum pulsantis, quod credat, sæpeque ipso compertum opere habeat, felici magis successu suam jam actum iri causam, quam si ejus curam alii, licet erudito, ceteroque vigilantissimo commiserint Advocato: quorsum proculdubio respexisse videtur Imperator Ferdinandus. *in Recess. Imp. Spir. de Ao.* 1557. §.
164 Ferner so sollen 34. constituens, omnis *suspicionis* evitandæ causa, duos Fratres simul in Camera Assessoris & Procuratoris officio fungi non
165 debere; (cui & ego sententiæ subscribo) Ita, quia tamen lis, cui Filius vel Gener operam præstat, non est ipsius, aut Patris vel Soceri, sed qua
166 istam, hi pro extraneis habentur, Mev. *P.4. Dec.*167. insuperque in dubio pro omni judice militat præsumptio, quod majorem conscientiæ suæ, ac religionis jurisjurandi rationem, quam cujuscunque commodi, quod ad suos ex patrocinio causarum sit deventurum, qui vel inviti ad præstandum cogi possunt patrocinium, Gail. *O.*43. *n.*1. Mev. *P.*3. *Dec.*200. *n.*1. & *P.*1. *Dec.*155. *n.*9. *ibique alleg.* Coler. *de Proc. Execut. P.*1. *c.*2. *n.*121. habiturus sit, ex hoc solo Patrem vel Socerum suspecti argui non posse statuit Exc. Mev. *P.*4. *Dec.*176. *per tot.* Maranta *d. Tr. n.*55. Ubi idem etiam ad Judicis *Commensalem* extendit. Philipp. *in c. Postremo col.* 1. *in gloss. vers. Advocati X. de Appell.* Lauterb. *in comm. Maj. ad Tit. de Judic.* §.39.

§.39. ubi allegat Lambert. Gorif. *Tr.3. Adverf. P.1. c.6.* de communi ju- 169
diciorum praxi teftantem. Conf. Feltman, *in Tr. de Jur. verhorrefc. c.6.*
§ 20. diftinguens, inter Patrem *folum*, & cum *Affefforibus* judicantem,
hocque ultimo cafu eum recufari non poffe ftatuens *n.27.* quod tamen
non convenit cum *R. J. de An. 1557. §. 30.* Et cum eadem ratio & in 170
Filio vel Genero judice militet, hunc æque ex hoc folo, quod in illo ju-
dicio judicis officio fungatur, ubi Pater vel Socer Advocati provinci-
am fuftinet, ut *fufpectum* ab alterutro litigantium recufari non poffe 171
arbitratur, Lancell. *de Attent. P.2. c.6. n.49.* Cui tamen *fupra allegatus*
R. J. An. 1557. P.34. facile dicam fcribere poteft. Conf. Exc. Stryk. *in*
Diff. de fufpic. c.6. n.14.

Reliquos quod jam concernit *Cognatos & Affines*, certiffimi quidem
juris eft, in horum caufa cum judicis propria effe videatur, Cognatum
& Affinem ob *Affectionem & Amorem*, quo in illos ferri judex præfumi-
tur, citra fufpicionis legitimæ notam judicare non poffe. per difertos
textus, *L.10. ff. de Jurisd. c.36. X. de Appell. c.4. X. ut lite non conteft. c.18. C.3.*
Q.9 Et in hoc facilius conveniunt JCti, vid. Wefenb. *ad L.16. C. de*
Jud. n.9. Maranta. *d. Tr. n.29* Mev. *ad J. Lub. L.1. T.1. A.8. n.27.* Umm. 172
fupr. d. l. ibique allegati, jung. Carpz *T.3. a.4. § 6. n.79. ibique citati*, cum
etiam hi à teftimonio dicendo, ut *fufpecti* repellantur, *c.1. & 12. C.3. q.5.*
& c.18. C.3. q.9. Ad quem vero usque gradum Confanguinitatis hæc 173
extendenda fit recufatio, non æque inter illos convenit. Et quanquam
hanc alii ad *Septimum gradum* reftringant. vid. Umm. *d. l. n.54. ibique all.* 174
Glofs. *in c. poftremo de Appell. &* Aufrer. *de Recufat. Jud n.4.* (2) Alii, quo- 175
rum communior eft fententia, vid. Mev. *ad J. Lub. L.1. T.1. a.9. n.4.* De-
cius, *in c. cum veniffent n.7. X. de Judic.* Trentacinq. *Var. Refol. L.2. Refol.5.*
n.25 Wefenb. *ad Tit. C. Ne quis in fua Cauf. n.27. alique ad gradum decimum* 176
extendant, eo, quod, quamvis cognationis nomen, ex nativa fua figni- 177
ficatione omnes quidem contineat, qui quodam fanguinis nexu fibi 178
juncti funt, ufu communi tamen, præprimis in Succeffionum materia,
ultra *decimum gradum* pro Confanguineis non reputentur, cum jure
novo *usque ad decimum* tantum gradum ab inteftato cognati ad defun-
cti hereditatem admittantur, vid. Capriol *de Succefs. ab Inteft. L.3. n.135.*
feq. Koppen. *Dec. P.2. q.7. n.63.* Hilliger. *in Donell. L.9. c.4. lit. Q. & ple-*
na manu citati ab Exc. Stryk. *in Diff. de Privat. Succeff. Adfcend. c.3. §.24. &*
de Succefs. Collat. c.1. §.29. Aliorumque locorum ftatuta (4) ultra *tertium* 179
gradum computationis Canonicæ, tam in *Affinitate*, quam *Confanguini-* 180

tate,

tate, (uti Jure Lub. cautum est, *L.1. Tit.1.a.9. ibique* Mev. *n.*5. cum quo
181 concordat jus Hamburg. P.1. *T.1. A.10. & T.6. n f.*) & (5) *quartum* (sicuti in Ordinatione Aulica Würtenberg. deprehendere est, *P.1. Tit.9. pr. vid.* Lauterb. *in Concl. Pract. Forens. Ex.*14. *Tit.*3. *lit.B.* Besold. *ad Jus Prov. Würtemb. Tit.2. in f.*) recusationem Cognatorum non admittant; alii
182 contra (6) *in infinitum* nullo habito graduum respectu à judicio arceant
183 Cognatos, *arg. Nov.118. c.*3. eo, quod ex veriori sententia, de qua testatur, quamque tuetur Stryk. *Diss. de Succes. Coll.C* 1.*§.29. inibique all. Ddres, quibus jungi possunt hi, quos in eandem sententiam multo numero citat in Diss. de Priv. Success. c.*3. *§.24. quorsum brevitatis amore B.L. remitto*, vi dictæ Novellæ, omnes sine ulla restrictione etiam remotissimi Cognati ad legi-
184 timam vocentur successionem, vid. Umm. *supr. cit. Tr. n.*54. Putaverim tamen tutiorem illorum esse sententiam, qui hunc articulum Judicis
185 committunt arbitrio, cum in illo determinando, non tam *ad succedendi rationem*, quæ nullam cum *recusatione* connexitatem habet, sed potius ad *affectionem in Cognatos*, quæ in remotiores sæpe major, quam in proximiori gradu junctis apparet, secundum illud vulgatum: *Fratrum quoque gratia rara est*, sit respiciendum. Et in hanc inclinare sententiam videtur Menoch. *d. A. I. Q. cas.*152. *n.*6. & Umm. *d. l.* qui inibi pro se allegat Aufrerium, *d. Tr. n.*4. Conf. Zigler. *ad Lancell. Inst. Jur. Can. L* 3.
186 *Tit.1. §.*30. *ibi aut Consaguineus*, ubi in hoc puncto ad mores Regionum præcipue respiciendum esse monet. Jung. Hill. *in Donell. Enucleat. L.*17. *c.*25. *lit.F.*

187 Exceptio vero à Regula superiori est: Nisi Judex utrique litiga-
188 torum æquali sanguinis aut Affinitatis nexu sit junctus: Sicuti enim hoc casu testis ob cessantem *suspicionis* rationem, ut *suspectus* repelli non potest, Hartm. 2. *Obs. Miscell.2.* & 3. Eckolt. *ad Tit. de Testib. §.*3 ita, nec judex, cum utrobique sit paritas affectionis, quæ tollit suspicio-
189 nem, *L.67. §.1. ff de R. N.* Menoch. *de A.J.Q. cas.*152. *n.9.* Quoties enim Impedimentum judicis ab utraque parte est æquale, toties cessat ex hoc capite ejus recusatio, cum quæ ceteroquin v.g. pro actore militat affectionis præsumtio, ad inferendum justum metum, judicem ex affectione consanguinitatis pro ipso judicaturum esse, eadem & pro reo militans hunc metum elidat, faciatque jam non videri justum. Vid. Maranta *d. Tr. n.*30. *ibique allegati jungatur* Trentacinq. *d. Resol.*5. *n.*18. &
190 Mev. *ad J. Lub. P.1. Tit.1. art.*8. *n.*30. Quanquam judex sibi optime consulat, si ad exemplum Auli Gellii plane, siquidem commode fieri

possit,

possit, judicio abstineat, ne illius perdat amicitiam, contra quem postulante justitia, pronunciare tenetur. vid. Jason. *ad L. Apertissimi* 16. *C. de Judic.*

Missis & ulterioribus Consanguineis ac Affinibus, ad illos pro- 191
gredior, cum quibus Judici quidem nulla intercedit *sanguine aut affinitate nixa amicitia*, quibus tamen ob alium amicitiæ respectum melius velle præsumitur, quam litigantium alteri, idque vel ob nimiam *Familiaritatem, Communem Convictum, Domesticitatem, vel Singularia in se merita*, de quibus jam in subsequentibus agere sedet sententia.

Familiaritatem Judicis cum alterutro litigantium, eundem *suspe-* 192
ctum facere, sicuti & *Amicitiam*, omnes concedunt: *per c.* 10. *X. de Rescript. C.* 25. *X. de Offic. & pot. Jud. deleg.* Urnm. *Disp.* 1. *th.* 9. *n.* 53. Gail. 1. *O.* 33. *n.* 9. Maranta, *d. Tr. n.* 27. Lauterb. *ad Tit. de Jud.* §. 29. Carpz. *Proc. Tit.* 3. *a.* 4. §. 6. *n.* 96. Cacheran. *D.* 15. *n.* 8. Faber. *in C. lib.* 4. *Tit.* 6. *Def.* 11. modo 193
illa non fuerit *vulgaris*, sed *magna*, cum levior quævis amicitia & vulgaris familiaritas singularem erga alterutrum litigantium affectionem non inferat, cujus intuitu hic præsumeretur sententiam contra jura laturus: Optima enim, quam in dubio quilibet pro se Judex habet, 194
præsumptio, non levi quavis tollitur suspicione, sed justa & rationabili, Barbosa *ad c.* 61. *X. de Appell.* vid. Stryk. *in Diss. de Suspic. c.* 6. *n.* 7. *ubi allegat.* Mæstert. *de Recusat. Jud. q.* 4. *jungatur.* Maranta *d. l. n.* 27. *aliique.* Quæ- 195
nam autem sit magna Amicitia & Familiaritas haud vulgaris, Judicis arbitrio dijudicandum committitur. Menoch. *d. A. J. Q. cas.* 152. *n.* 11. *ibique citat.*

Est autem hæc Familiaritas & Amicitia alia, *Vera, alia Præsumpta*: 196
Ad hanc refero; (1) quæ inde oritur, quod alter litigantium sit judicis 197
Domesticus vel Commensalis: Perpetua enim conversatio, quæ hic cottidie 198
inter judicem & partem intercedit, una cum lucri spe, quod captat hospes, vix aliam capere sinit collitigatori præsumptionem, quam quod judex *Commensali ac Domestico* suo plus faviturus sit, quam extraneo, nullam *Domestico* occasionem facile transmissuro, quæ nullo ipsi tempore defutura est, qua Judici causam suam de meliori commendet, eumque in suas sæpe & renitentem partes trahat. Et cum etiam *Com-* 199
mensalis & Domesticus à testimonio, ut ex hac *suspectus* causa repellatur, *L.* 24. *& L.* 3. *C. de Testib.* Brunn. *ad L.* 24. *ff. d. t. inibique alleg. Farinac.* eo minus dubii in judicis persona residebit; Quod multo magis procedet, si Judex partis sit *Commensalis, vel domesticus*, secundum tritum illud:

Dessen Brod ich esse / dessen Lied ich singe. vid. Maranta *d. l. n.38. & 59.*
Faber. *ad C. L.3. Tit.4. Def.3. n.3.* Umm. *d. l. n.53. ubi &* Aufrerium *alleg.*
200 *n 9. & 10.* Quod Faber allegato loco eo etiam extendit, ut ex hoc solo
suspectus recusari judex possit, quod *cogente licet aliqua necessitate,* ad unius
ex litigatoribus domum diverterit, adeo, ut ex illo tempore, neque in-
structio, neque relatio litis ipsi demandari possit, quem sequitur Exc.
Zigler. *ad Lancell. Inst. I. Can. L.3. T.1. §.30. verb. Aut cum altero immo-
dicam contraxerit familiaritatem,* inque hanc sententiam allegat Frideric.
202 Hiltrop. *Proc. P.2. Tit.13. n 14.* Cui tamen opinioni accedere propte-
rea dubito, quod hic cesset præsumpta nimia & haud vulgaris amicitia
& familiaritas, quam & divertendi necessitas ægre admittet.

203 Id tamen non impertinenter forsan hic quæritur: *An, si Judex vel
Judicii Assessor, cum altero litigantium* in communi Convictu *vivat*, wenn
sie beyde an einem Tische speisen / *vel* eodem *utatur* hospitio, oder in einem
Hause ihre Stube haben / *tum* ut suspectus *recusari possit, si cum tertio co-*
204 *ram ipso litem haberet Consalinus?* Et puto ex hoc solo recusari non posse,
(1) quia, qui in eadem domo vivunt & eadem mensa utuntur, non sta-
tim haud vulgarem contrahunt amicitiam, aut in singularem coale-
205 scunt familiaritatem. (2) Quia Consalinus à Consalino nullam spe-
206 rat utilitatem, uti hospes ab hospite. (3) Quia *per supra notata*, ne Col-
legialis quidem respectus & amicitia sufficit, ad Assessorem, ut *suspe-
ctum* in Causa Directoris aut Collegæ recusandum, multo ergo minus
hic fictus collegialis respectus eo erit extendendus: Et ita in Praxi
observari, ex variis didici exemplis. Contrarium licet statuat Maranta
Tr. n.59. ibique alleg. Specul. & Philipp.

207 Ad *Præsumptam* hanc *Amicitiam & Affectionem* non meliori jure
208 referri autumo, si judex sit *Conterraneus alterutrius partis*, forsan ex ea-
dem ipso cum civitate oriundus; Quod tum præcipue locum obtinere
asserunt aliqui, si in exteris locis à Patrio longe remotis solo vivant,
Abbas, in *c.5. X. ut lite non contest.* Umm. *d. l. n.53.* Maranta *d. Tr. n.39. ibi-*
209 *que all.* Felin. eo, quod tum fratrum instar se diligere soleant Maranta
210 *d. l.* Wesenb. *ad L.16. C. de Judic. n.10.* Verum, cum hoc sæpius fallere,
quotidiana unumquemvis exempla docere possint, nec semper haud
211 vulgaris inter Conterraneos sit familiaritas, fluctuo utique, an non hic
potius, ad amicabilem illorum conversationem, quam hoc solum re-
spiciendum sit, quod communem uterque Patriam veneretur.

Exinde

Exinde vero facilius quis præsumet Judicis *Amicitiam & Affe-* 212
ctionem, si judex alterutrum litigantium litteris commendatitiis instruat, inque illis ad Superiorem missis, prolixe exponat, quæ adjuvandum alterum litigantium, ad alterum vero gravandum, apprime factura videntur, Mev. P.2. *Dec.77.* Cacheran. *Dec.16.n.8.*
Ab hisce enim non minus abstinere Judex, quam haud pati in Judicio 213
debet, ut litigantium alter ipsi secreto quædam in aurem loquatur:
Nam & hac ratione judicem se facere *Suspectum* nimiæ cum parte *fami-* 214
liaritatis, cum aliis docet Maranta *d.l.n.44.* Sicuti, si ante causæ decisio- 215
nē, in conviviis aut alibi dixerit, alterutrius partis jus clarum esse, & ex actis liquido apparere, eundem adversam partem recusare ut *suspectum* posse, ex Aufrerio de *Recusat. n.14.* infert Umm. *d.l. in fin.* quod prudentis Judicis arbitrio relinquo.

Illud vero non capio, cur judex *Canonicus* litigante coram ipso 216
ejusdem Ecclesiæ *Canonico*, alteri *non Canonico*, aut saltem non ejusdem 217
Ecclesiæ, suspectus possit videri, *per C.35. X. de Off. & Potest. Jud. deleg.*
Cum tamen Collega in causa Collegæ, nisi alia impediat ratio, sine su- 218
spicione possit judicare: Nam quod socii esse dicatur in *d.c.* indeque quasi Fratres, *L.63. ff. pro socio*, id improprie dictum, extra causam capituli forsan non erit extendendum.

Et quanquam etiam *Doctorem* in causa *Scholaris*, si à non Scholari 219
coram ipso conveniatur, ut suspectum ab hoc rejici posse statuant,
Specul. *all. supr. loc. n.4.* Umm. *cit. l.54.* ibique allegat Aufrerium *n.8. de* 220
Recus. Id tamen non aliter admitto, quam si ejusdem *Commensalis*, aut *Domesticus* sit, vel etiam *singulare lucrum, ex privata ejusdem informatione, &c.* Doctori obveniat, cum alias tota turbaretur Jurisdictio Acade- 221
mica.

Utrum vero Judici, *ob amicitiam* non recusato, liceat, utriusque jure 222
æque dubio apparente, aliquid dare *amicitiæ* & in favorem *amici* sententiam concipere? cum ab aliis integris jam disputationibus discussum sit, ne actum agere videar, jam non tangam, videri tamen hac de re poterit Zigler. *de jure Maj. L.1. C.34. n.14. ibique all.* Men. Tiraq. & *alii, quibus jungi potest* Stryk. *in not. ad Pr. J. de J. & J. verb. Tribuendi, ibique* Hoppius & Bitschii *Diss. Decad. Cas. pro Amico.*

Illud tamen Corodinis loco, antequam ad *Secundum Fontem* suspi- 223
cionis pergam, noto: Quod, licet recte notante B. Brunnem. *in Proc. Civ. c.1. n.83. & ad L. un. ff. de Ambit.* perversus hodie mos obtinuerit, ut

partes vel cum, vel sine Advocato Judicem, Judiciique Assessores adire, eosque privatim informare, aut præoccupare potius studiose, pro cautela fere observent, indeque præconceptæ opiniones & studia partium non raro in judicium inferantur, contra *L. un. §. f. ff. ad L. Jul. de Amb.*
224 ex hoc solo tamen judicem, qui se in adeundo facilem præbuit, *ut suspectum* recusari non posse, præprimis si alteram aurem adversæ parti haud denegaverit.

225 Exposito *primo* justæ suspicionis *fonte*, puta Amore, electæ circa recensendas *Suspicionis* Causas in hoc Capite dispositionis ratio me ad *SECUNDUM* jam justæ suspicionis *Fontem* deducit, scilicet ad INIMICITIAM, quæ inter judicem & alterutrum litigantium intercedit, il-
226 lamque vel *Veram vel Præsumptam.* Cum enim ab inimico omne malum expectandum sit, Barbosa *L. 9. Cap 59. axiom. 2.* utpote qui vindictæ cupidus, de anxie diu desiderata inimico nocendi occasione sibi oppido gratulabitur, *per c. fin. C. 3. q. 5. pr.* & versiculum Juvenalis.

Vindicta Bonum, vita jucundius ipsa.

227 Ipsa dictitat ratio, *inimicos* judices esse non debere *c. 41. §. f. X. de*
228 *Appell* & quodammodo naturale est, *Inimicorum* judicium semper velle refugere *d. c. f. C. 3. q. 5. inf.* Recte siquidem quærit Nicolaus Papa *d. c.*
229 *f. in pr.* Quid gratius & amabilius dare quis possit *inimico*, quam si ei
230 ad impetendum commiserit, quem lædere forte voluerit? Hinc non dictis duntaxat Juris Canonici textibus, & aliis similibus, sed & jure Civili iniquum semper judicatum est, *Inimici judicis* arbitrio litigantem inimicum committere, ut potius ex hoc fonte rationabilis dimanaverit causa *Inimicum* Judicem, ut *suspectum* recusandi, *vid. L. 9. ff. de Liber. caus. L. un. in f. C. Si qua prædit. potest. inibique Ddres.* Conf. Zigler. *de Jure Maj. L. 1. c. 29. n. 41.* Bocer. *clas. 6. Diss. 2. th. 11. n. 100.* Marant. *d. Tr. n. 35.* Umm. *Disp. 1. n. 53.* Carpz. *in Proc. Tit. 3. a. 4. n. 69.* Wesenb. *ad L. 16.*
231 *C. de Judic. n. 9.* & Mascard. *de Prob. Concl. 954. n. 16. vol. 2.* Et de hoc minus dubii est quo certius, nec inimicum testem esse posse, adversario ipsum ut suspectum repudiante, *L. 3. ff. de Testib. & L. 17. C. eod.*

232 Quænam vero hic requiratur inimicitia, non æque expeditum
233 est. *Capitalem & Magnam* hic desiderant citati Ddres à Maranta *d. l. n. 35.*
234 Etiam *non Capitalem* admittunt Christinæus *Vol. 2. Dec. 14. n. 6. quem sequitur* Exc. Stryk. *in Differtat. de Suspic. c. 6. n. 6.* jung. Wesenbec.
235 *supr. all. l.* Cacheran. *d. 15. n. 7. in f.* aliique, quorum sententiæ

ego

ego eo facilius accedo, quod non duntaxat *præsumptivam* admittant 236
iidem Ddres inimicitiam, sed & testes ex hac causa repellantur, de
quo fusius agit Menoch. *de A. J. Q. cas. 28 per tot.* Judicis tamen arbitrio hic minime excluso.

Ampliant dicta JCti (1) ut etiam hic judex, qua *suspectus* recusari 237
possit, qui quondam inimicus, jam parti reconciliatus est, Abb. *in c. 19. X. de Accus.* Bald. *in Auth. Si Testis C. de Test. n.* 10. Maranta, *d. l. n. 64. ibique all. Philipp.* Alii tamen hoc restringunt ad *nuperam reconciliationem*, 238
illuc trahentes commune cauterium: *Ab hoste reconciliato tibi cave,*
quorum sententia adjuvari videtur *c. 2. C. 3. q 5.* ubi ut *suspectus* à te- 239
stimonio repellitur, qui ante *hesternum diem*, aut *nudius tertius* inimicus fuit, vid Mascard. *de Probat. Concl. 954. n. 18. ibique allegati.* Verum, 240
annon tale aliquid suspicari velle de illo, qui nobis reconciliatus est, sublata inimicitia, ceu hujus suspicionis causa & fonte, Christianæ charitati, quæ nil mali suspicatur, adversum sit, stareque commode cum Philosophorum regula possit: *Sublata causa, tolli effectum*, id illis dijudicandum relinquo, quibus ductum pietatis & Sacri Codicis, quam pravos seculi mores sectari ac sequi, volupe magis, cordique est; Ad minimum Religiosi judicis arbitrium hic non plane rejice- 241
rem.

Ampliant Regulam *supra n. 226. h. c.* datam ut (2.) ut procedat, 242
etiamsi judex sit tantum mei Fratris Inimicus, eo, quod credibile non
sit, illum, qui fratrem meum odit, me diligere, præprimis odium 243
in fratrem grave sit, Faber *in C. L. 3. T. 4. Def. 4.*

Sicuti enim Judicem mei inimici amicum, quocum unius cen- 244
setur esse intentionis, recte ut suspectum possum rejicere, *arg. c. 7. 19. X. de Accus.* vid. Maranta. *d. l. n. 37.* Specul. *d. l. n. 2. & Mascard. supr. cit. loc. n. 19. ibique alleg. jung.* Umm. *d. l.* ita ob paritatem rationis, Judicem 245
mei Fratris, ut naturali ratione mihi amicissimi, inimicum licebit ut
suspectum recusare: Quanquam & hic judicis arbitrium non sit exclu- 246
dendum, cum sæpius usu compertum sit, alterius Fratris inimicum cum altero Fratre familiarissime vivere.

Ampliant id, (3.) ut idem & in tota judicis inimici familia pro- 247
cedat, *L. un. C. Si quac. potest prad. ibique Ddres* Mascard. *d. l. n.* 23. Umm.
d. l. n. 53. Id tamen alii restringunt ad illos duntaxat, qui sunt in po- 248
testate illius, qui est inimicus, vid. Bartol. *in hunc fin.* à Mascardo *d. l. allegat.* ita, ut idem ad conductitiam Familiam ejus extendi nolint. 249

250 vid. Stryk. *de Suspic. c. 6. n. 6.* Hanc enim tanto favore prosequi non cen-
setur judex, ut inde *suspectus* haberi possit, si litiganti cum aliquo ex
251 ejus familia intercedat inimicitia, quo tamen in casu, judicis arbitrium
252 non simpliciter exulabit. Illud haud difficulter largior, ex capite
præsumtæ inimicitiæ recusari ut suspectum posse (a) judicem si minas
sparserit de nocendo alterutro litigantium: Marant. *d. l. n. 49. ibique*
253 *alleg. jung.* Wesenb. *ad L. 16. C. de Judic. n. 9.* Quomodo enim de hoc be-
254 ne sperare licet, qui se nociturum esse minatus est. [b.] Si ut privatus
quondam cum alerutro litigantium litem habeat, *causa* litigii existen-
te *ardua.* Maranta d. l. n. 47. Huic enim parum favere præsumitur ju-
255 dex, præprimis, cum ex lite ardua inimicitia facile soleat oriri. *Vid.*
Ddres passim ad §. 4. J. de Excus. Tut. (c) Si judex *humanitatis actum exer-*
256 *cere cum alio recuset*, v. g. si ipsi manum porrigenti, suam dare, vel ip-
257 tum salutantem resalutare, vel cum ipso infantem simul ex sacro leva-
258 re fonte, absque justa nolit causa. Marant. *n. 48. & 50. ibique all.* Ja-
son, & Abbas: De hoc enim affectum integrum & corruptum, ne-
259 dum amicum, sperare non potest, erga quem judex tam inhumanum
260 se exhibuit. [d] Huc referunt, si judex nimis animose procedat in al-
terius præjudicium. *c. 2. X. de in Integr. Rest.* Hartm. 1. *O. 9.* Marant. *d.*
l. n. 45. judex enim ab omni actu abstinere debet, per quem pars lædi
261 potest. Mev. P. *7. Dec. 7. n. 5. & P. 3. Dec. 169. n. 6.* Et ob hanc rationem
etiam illum *suspectum* credo judicem, qui cum se in adeundo facilem
262 præbere deberet, *per L. 19. ff. d. Off. Præs.* in clara causa, Partis alteru-
trius Advocatum non vult audire, Marant. *d. Tr. n. 72. ibique alleg.*
Ddres, aut Suspectum Assessorem non vult removere, Barbosa L. *9.*
263 *Cap. 89. ax. 14. ubi allegat.* Menoch. *de A. J. Q. Cas. 485. n. 24.* Aut denique
264 que à Superiori jussus, acta prioris instantiæ edere, citra justam il-
265 lorum editionem detractat causam: Hic enim dum tenebras quærit,
& lucem fugit, ex effato Salvatoris nostri *Joh. 3.* juste citra partis alte-
rutrius præjudicium processisse non præsumitur vid. *Mev. P. 3. Dec. 2.*
n. 4. Ut ut tamen hoc ultimo casu judici magis, quam parti, causa ad
266 Superiorem jam devoluta, suspectus sit, absque effectu recusationis,
267 quæ hic amplius locum invenire nequit. Referunt huc (e) judicem,
à *quo appellatum est*, ut etiam in illa causa, à qua provocatum non est, ju-
dicaturus, *suspectus* videatur, priori appellatione pendente, quasi per
interpositam partis appellationem offensus. Maranta. *d. L. n. 61.* &
268 Wesenb. *all. n. 9.* Umm. *d. l. ubi alleg.* Aufrerium *d. Tr. n. 28.* Sed re-
ctius

ctius id negant Eckholt. *ad Tit. ff. Apud eum, à quo appell. ibique* Brunnem.
Zigler *ad Lancell. Lib. 3. T.* 1. §. 30. *verb. in alia causa partem appellasse*, ob 269
hanc rationem, quod appellatio non ad contumeliam judicis, sed ad 270
præsidium innocentiæ, *c. 61. vers. porro X. de Appell.* & jurgantis privi- 271
legium sit introductum *L. 11. C. Theodos. de Appell.* ut hinc prætextus
offensi judicis merito rejiciatur, *per L. un. ff. Ap. eum, à quo appell.* Et
quanquam contrarium expresse exstet in *c. 8. X. de Appell.* indeque dif-
ferentiam admittant inter jus Civile Et Canonicum Eckh. *sup. all. l.* 272
Zigl. *d. l. ibique all.* Nep. de Montalbano, *de Except. art. 3. n. 23.* dicto ta-
men capitulo derogatum est, *per c. 3. de Appell. in 6.* vid. Schwenden-
dorff. *ad Eckh. d. t. verb. diversum.* Id interim cum Exc. Dn. Ziglero 274
d. l. facilius concedo, si judex inferior tam cerebrosus fuerit, ut ob in-
terpositam appellationem, iram & inimicitiam in appellantem con-
cipiat, ex capite inimicitiæ tum eundem, ut *suspectum* recusari
posse.

Ad TERTIUM Suspicionis legitimæ *Fontem* descendo, scilicet 275
ad CUPIDITATEM, dum se præmiis corrumpi judex patitur. *c. 78.*
C. XI. q. 3. Cum enim nummorum acceptio, sit veritatis prævarica-
tio, *c. 66. C. 11. q. 3.* non poterit non venalis metui justitia ejusque ad- 276
ulteratio ab illo, qui non continentes habet manus, juxta versiculos
quos legere sunt apud Reinkingium, *de R. S. & E. L. 2. Class. 2. c. 12.*

Munera Pontifices subvertunt, Munera Reges,
Munera Jus *statuunt, destituuntque simul,*
Munera pervertunt Leges. *Decreta refellunt,*
Evacuant Patrum jura rigore suo:
Munera Judicii *libram moderantur & ipsam*
Protinus inflectunt, quæ data pensa trahunt.
Omnia vincit Amor: Sed Amorem Munera vincunt
Excæcant oculos, præcipitantque gradus.
Munera si cessent, cessabunt jurgia, Lites.
Mars cadet & Veneris nullus amicus erit.
Munera si cessent, Miseris mortalibus ullus
Clamor nec luctus, nec dolor ullus erit.

Si enim fraudem in Deum & hic perpetrare dicatur, qui præmi- 277
um remunerationis expectat, etiam tum, quando recte judicat, qui-
que justitiam, quam gratis impertire oportebat, acceptione pecuniæ

vendit,

vendit, cum hunc ad veritatem non justitiæ defensio, sed amor præ-
mii provocet, spe nummorum subducta, confestim à justitiæ defen-
sione recessurum, *c. 66. C. XII. q. 3.* quis quæso damnabit metum ejus,
qui corrupti Judicis Tribunal refugit, animo dubius, utrum etiam
278 justi tramitem sit secuturus? Ut hinc ambigere non oporteat, accep-
tationem munerum vulgo die Schmiralien / sive per se ipsum, sive
per Uxorem, Manipularium, Ministrum & alios Domesticos, *L. 1. C.
Ad L. Jul. Repetund.* Judex illa admittat, omnium gravissimam suspi-
cionis causam illi præbere, cui de sordibus judicis constat. Stryk. *in
Diss. de Suspic. c. 6. n. 12.* Marant. *d. l. n. 61. inibique alleg.* Philipp. Wesenb.
ad L. 16. C. de Judic. n. 9. quorsum etiam collineare videtur Brunnem.
279 *ad L. 27. ff. d. Donat. n. 16. seq.* Ubi contra Bartolum, Zasium & Ant.
Matth. *inibi all. loc.* pie docet ex *L. fin. C. Ad L. Jul. Repetund. L. 4. ff. eod.
& L. 1. §. 2. ff. de Calumn.* Judicem ne finito quidem officio munera ac-
280 cipere posse, ne Judex Deum non timens, ob spem donationis pro
locuple, tecum oppressione egeni, ferat sententiam.

281 Sed, num & justa Judicem *ut suspectum* recusandi cau-
sa fit, si Judex *non pretio, sed precibus* corruptus sit, quærere lubet? Et
puto si de hac corruptione ex probabilibus constet indiciis, utique
282 eundem recusari posse. Mev. *Consf. 14. n. 44.* Marant. *d. l. n. 66.* Cum
perinde sit, qua via Judicis corrumpatur animus, modo inde corru-
ptionem justitiæ alter probabiliter metuere habeat: Nam vitio judi-
283 ci quoque vertitur, intempestive esse misericordem, *L. 7. pr. ff. Depo-
284 siti* & precibus calamitosorum illacrymari. *L. 19. ff. de Offic. Præsid.* qui-
bus quidem debetur misericordia, sed absque alterius injuria, & il-
285 læsa Justitia. Mev. *P. 2. Dec. 278. per tot.*

286 Sequitur jam *QUARTUS* justæ Suspicionis *Fons*, nempe *TIMOR
s. METUS*, non quicunque, sed *Potestatis alicujus*, quo concussus Ju-
dex non ex libero voluntatis, vel conscientiæ arbitrio præsumitur la-
turus sententiam, sed qualiter imperabit Superior. Cum enim & hic
287 Timor pervertat Judicium humanum, *c. 78. C. XI. q. 3.* Subditus-
288 que Superioris offensam metuens, non censeatur facile contra ip-
sum, qui mille modis vicissim nocere poterit, dicturus sententiã, justa
minimè hic deerit ratio suspicandi justam se à subdito Collitigatoris
289 non obtenturum esse sententiam, præprimis, cum, & cui imperari
potest, non sit idoneus testis *L. 6. ff. de Testib.* ipseque Dominus ad-
290 versarii ut *suspectus* Judex juste recusatur, *per c. causam 17. X. de Offic.*

ac

ac potest Jud. deleg. vid. Marant *d. l. n.* 40. Umm. *d. l. n* 53. *& Ddres communiter ad c. Accedens 2. X. ut lite non Contest.* Unde quidem Laudanda est Constitutio Regii Tribun. Wism. *P.* 1. *T.* 5. §. 4. vi cujus Rex Sueciæ in causis contra suam Regiam Majestatem coram Tribunali agitandis, omnis evitandæ suspicionis causa, singulis Summi hujus Tribunalis Assessoribus, juramentum relaxat, quo ipsi ut subditi forsan obstricti sunt, ipsique jubentur sine omni metu, omni exulante affectu vi judicialis juramenti jus dicere, per verba: Wären sie ausserhalb des Gerichts uns mit Eyden und Pflichten verwand / thun wir sie / was und so viel das Gericht belanget / von denen hiemit entbinden / und wollen gäntzlich / daß sie / wann auch gleich unsere Aempter / oder andere uns auf einerley Maaß und Wege angehende Sachen für sie gelangen und gebracht werden / frey / ohn alle Scheu und Furcht / und ohn alle Gefährde / allein der Warheit / gleich- und Gerechtigkeit zur Steur / ohne alle Parteiligkeit und Affecten bey ihren Pflichten gleichmässig urtheilen / erkennen und sprechen. Magis tamen adhuc evitatur *suspicio*, si tali casu acta ad extraneum JCtorum Collegium transmittantur, in quo *subjectionis*, indeque descendentis *suspicionis* ratio, una cum metu offensæ plane cessant. 291 292

QUINTUM ac *ULTIMUM Fontem* legitimæ Suspicionis constituit IMPERITIA JUDICIS: Utut enim & jam tum olim apud *Romanos*, æque ac *Germanos* judiciis præfecti fuerint illiterati juriumque imperiti, vid. Celeberr. Conring. *in Tr. de Orig. Jur. Germ. c.* 25. *p. m.* 151. *aliique*, inque plerisque Civitatibus adhuc hodie regundo juri ac terminandis litibus præsideant litterarum expertes terræ filii, quos Pfeffer-Säcke appellat Carpzov. *L.* 2. *Resp.* 64. *n.* 4. illucque trahit illud Papiensis: *Justitiam administrari per Boves & ignorantes*, non sine maximo Reip. & litigantium incommodo, de quo videri potest Exc. Mev. *ad Jus Lub. L.* 5. *T.* 1. *A.* 1. *n.* 9. *seqq. ibique allegati &* B. Sibrand. *in Elegantiss. Tract. de J. Publ. Lub. P.* 1. *Sect.* 14. *n.* 75. Quia tamen jurium ignarus Judex, teste Augustino *de Civit. Dei. L.* 19. *c.* 6. *& Illustri* Reinkingio. *in doctiss. Tract. de R. S. & E. Lib.* 2. *Class.* 2. *c.* 12. *n.* 8. innocentium est calamitas, aliis oneri, sibi vero damno existens, & non minus tædiosum, quam difficile est, coram illo litigare judice, qui juris peritiam ac judicandi honestatem ab aliis emendicare, ipseque, quid agendum nescius, ex aliis discere debet, quæ in judicando ipsum eloqui, ac sequi deceat, monente Imperatore Justiniano *in Nov.* 82. 293 294 295 296 297 298

299 *pr.* in *ardua* utique *causa* non frivole censetur quis indocti Judicis reformidare judicium, ob justum gravaminis metum, per verba. Constit. Crim. Imperat. Car. V. *art.* 138. *ibi.* Es sind viele Richter / die die Rechte nicht gelernet haben / und durch Unwissenheit beschweren / ꝛc. Unde recte statuit Maranta *sæp. all. loc. n.* 67. *cum inibi allegatis*, Baldo, Felino, & Jasone, si contingat, contra R. J. *de Anno* 1570. §. 68. judices jurium expertes præsidere judiciis, causamque subtilem esse & arduam, quæ horum facile captum transcendat, justam hic non deficere causam, istiusmodi judicem, *ut suspectum* recusandi, præprimis si illis non assideant Literati Assessores. Vid. Magnific. Dn. Coch. *in Pr. For. Germ p.* 4. *c.* 13. §. 6.

Cum vero imperitiam juris vulgo concomitari soleant, *Iniqui-*
300 *tas, Bruta Severitas ac Crudelitas*, juste etiam recusabuntur judices Indiscreti, ac Insolentes, Maranta *d. l. n.* 69. Mev. *Consil.* 72. *n.* 103. Nimis severi, ac Crudeles, Jason *ad L.* 16. *C. de Judic.* Baldus *ad L.* 2. *ff. de*
301 *His qui sui vel alieni juri.* Maranta *d. l. n.* 68. nec non ille qui *iniquus esse consuevit* v. g. qui semel tam iniquam dixit sententiam, ut ipsam sine
302 rubore executioni dare haud quiverit: Semel enim malus, semper in eodem delicti genere malus præsumitur, *c. Semel de R. J. in* 6. absque
303 illo semper gravamen metuitur, qui semel inique jam tum litigantem gravavit Gail. 1. *O.* 131. *n.* 2. Mev. *P.* 1. *Dec.* 26. *n.* 10: & *P.* 2. *Dec.* 63. *n.* 6.
304 *juncta P.* 3. *Dec.* 2. *inf.* Maranta. *d. l. n.* 68.

Ex hoc tamen solo, quod Judex JCtorum consilium non sit se-
305 cutus, eum *ut suspectum* recusari non posse, statuit Mev. *P.* 7. *Dec.* 407. *per tot.* Carpz. *Pr. Crim. p.* 3. *q.* 150. *n.* 59. *seq.* & Brunnem. *ad L.* 5. §. 8. *ff. de Admin. & peric. Tut. Confer. Dissert.* Dn. Fechtii *sub Præsidio Exc.* Dn. Præsidis *habita Anno* 1695. *De Favore matrimonii in mitig. pœn. c.* 1. *n.* 54. *seqq.*

306 Antequam vero ultimam hujus capitis lineam ducam, id binis adhuc addo, Judicem, qui se ad judicandum ingessit, vel à parte impetrari procuravit, *arg. L.* 25. *in pr. ff. de Procurat.* Marant. *d. l. n.* 60. *ibi-*
307 *que alleg.* Specul. Wesenb. *ad L.* 16. *C. de Jud. n.* 9. & Mev. *Cons.* 14. *n.* 38. (quod etiam ad illum extendunt, casum, qui sponte sententiam ab alio
308 latam executioni vult mandare, Gail. 1. *O.* 113. *n.* 6. Brunnem. *ad L.* 15. *ff. de Re Judic. n.* 3.) vel ab alterutro litigantium nominatim petitus est, *L.* 47. *ff. de Judic.* ubi etiam ratio & exceptio additur, *c.* 25. *X. de Off. ac pot. jud. del.* ut suspectum recusari posse, vid. Marant. *d. l.* 53. *ibiq; alleg.* Philip. *jung.* Umm. *in Proc. Diss.* 1. *n.* 53. qui casus ad *Fontem* suspicionis *Primum*, vel *Secundum* adhuc referri possunt. Et tantum de *Casus*, ex quibus Judex ut suspectus propitio recusari jure potest, sequitur jam CAP.

CAPUT IV.

DE

Tempore Deque modo Proponendi, ac Probandi suspecti Judicis Exceptionem.

SUMMARIA.

NOn minimum robur recusandi judicis suspecti in Tempore *allegandi,* Modoque *probandi recusationem consistit.* 1

In Judicem consensisse videtur, qui recusationem non debito tempore allegat. 2

De jure Civili exceptio recusationis videtur proponenda ante 20. diem à tempore transmissi libelli. 3

Hoc tempus in Praxi stricte non attenditur. 4

Recusatio Judicis ante omnes alias dilatorias exceptiones lite nondum contestata est proponenda. 5

Rationes videsis. 6. *seqq.*

Si alia exceptio ante hanc proponatur, consensus in judicem suspectum inducitur. 8

Communis & Usu fori comprobata est sententia, hodie indistincte ante L.C. proponi posse suspecti Judicis exceptionem. 9

Potest tamen illa adhuc opponi post spontaneam actoris cautionem. 10

Item post libelli editionem. *eod.*

Parum cautum est, qui incompetenti Judici hanc exceptionem opponit. 11

Ratio ejus datur. 12

Exceptio suspecti Judici post L.C. tunc (1.) potest opponi, quando post illam demum supervenit. 13

Exempla ejus dantur. 14

Ratio. 15

Potest etiam h. c. hæc exceptio opponi post causæ conclusionem. 16

Ratio hujus datur. 17

Post sententiam in Appellationis instantia illa frustra urgetur. 18

Rationes hujus asserti videsis. 19. *seq.*

Habet locum hæc exceptio (2) post L. C. si demum post illam in recusantis notitiam pervenerit. 21

Exempla ejus videsis. 22

Et Rationem 23

Restrictionem vero. 24

Requiritur tamen hoc casu Juramentum. 25

Recusatio in scriptis fieri debet. 27

Rationes ejus dantur. 28. & 30

Idem obtinet in Tribun. Wism. 29

Libellus recusatorius cui Judici offerri debeat, traditur. 32. *seqq.*

Jure Can. requiritur non duntaxat specialis causæ suspicionis allegatio, sed etiam legitima probatio. 36
An idem Iure Civ. obtineat traditur. 37. seqq.
Communior est negantium 38
Statuunt hic differentiam inter Ius Civ. & Canon. 39
Affirmantium sententia & rationes recensentur. 40. seqq.
Nostra sententia subjicitur. 44
Respondetur ad argumenta affirmantium. 45. seqq.
Iure Canonis Arbitri cognoscunt tantum super causa suspicionis, jure vero Civ. super causa principali. 46
Non probata suspicionis causa, remittitur Causæ principalis cognitio ad Iudicem recusatum. 47
Sententia affirmantium usu fori est recepta. 48
Quomodo probetur recusatio vid. 49
Proceditur hic summariè 50
Intra præstitutum terminum probatorium recusante allegatam suspicionis causam non probante, Iudex recusatus in principali causa procedit. 51
Num juramento solò probetur, vid. 52 seqq.
Affirmativa refertur. 53
Negativa. 54
Quæ usu fori est recepta. 55
Cujus rationes exhibet. num. 56. *cum seqq.*
Quomodo differat Exceptio suspecti Iudicis à Iuramento perhorrescentiæ obiter traditur. 59
Quando non audet pars allegare, quas habet, suspicionis causas, qua tum ipse cautela consulatur traditur. 60
Quæ cautela in necessitatem conversa est Ordinat. Reg. Trib. Wism. 61
Quorundam Iudiciorum ordinationibus cautum est, ut justa existente suspicionis causa, suspectus exeat judicio, etiam ipsi non opposita suspecti Iudicis recusatione. 62
In quam sententiam adducitur [1] *Ordin. Reg Tribun. Wism.* (2) *Ius Lubec.* & (3.) *Ius Hamburg. num.* 63 & seqq.
An non probata allegata coram arbitris aut Superiori causa, ad aliam adhuc probandam admittatur, recusans quæritur. 66
Et Affirmative deciditur. 68
Rationes ejus afferuntur. 69
Negantium sententia & ratio recensetur. 67
Non potest Dominus omissam à Procuratore causam suspicionis adhuc allegare. 70
Affirmativa sententia remissive recensetur. 71
Ratio Negativæ additur. 72. seq.
Quæ sit utilitas clausulæ mandato hodie inferendæ, de rato & grato *exponitur.* 74
Minor & Ecclesia non restituuntur in integrum contra omissam allegationem causæ suspicionis. 75

Co-

Cognitio causæ suspicionis hodie defertur immediate Superiori. 76.*seqq.*
Nisi & ille sit suspectus. 78
Quod confirmatur Ordinat. Cameral. & Wismariensi. 79
Ratio ejus datur. *n. fin.*

CUm haud leve robur recusandi *Suspecti judicis in TEMPORE* recusationem allegandi, inque *MODO* eandem legitime probandi 1
consistat, (si enim non debito allegetur tempore, in judicem consensisse videtur, qui illum ex justa recusare causa poterat; allegata vero, sed non probata eadem, remotionem judicis haud impetrabit.) Visis 2
in præcedaneis capitibus *Personis*, quæ recusari possunt, *Causisque* ex quibus recusatio procedit; hoc subsequuto capite de *Tempore & Modo* in judicium deducendi, deductamq; legitime probandi recusationem *judicis suspecti* acturus sum.

Quod vero *TEMPUS* attinet hanc allegandi *suspecti Judicis* exceptionem, utut videatur dicendum, jure civili illam, sicubi *ab initio* legi- 3
tima subfuerit suspicionis causa à recusaturo *non ignorata*, intra 20. dies post transmissionem libelli esse opponendam, per *Nov 96. c.2. indeque desumptam Authent. Et Consequenter C. de Sentent. & interlocut. Item per Nov.53. c.3. indeque desumptam Authent. Offeratur C. de Lit. Contest.* Vid. Wesenb. *ad L.16. C. de Judic. & Consil.50. n.19.* Donellus *& inibi Hillig. L.17. c.19. Lit.B.* & Brunn. *ad Auth. Et consequenter n.1.* quia tamen recte notante Excellentiss. Stryk. *in Disp. de Suspic. c. 6. n.38.* hoc tempus hodie stricte amplius in judiciis non observatur, illorum lubens 4
sententiæ subscribo, qui recusationem judicis ante omnes alias dilato- 5
rias exceptiones primo loco indistincte lite nondum contestata proponendam urgent, motus hisce rationibus: (1) Quia exceptio judicis 6
suspecti omnium suffragio ad classem *Dilatoriarum & Declinatoriarum* exceptionum pertinet. Zanger. *de Except. p.2. c 4.* Mev. *P.7. Dec.332. n.2.* Gail. *1. O.33. n.11.* Brunn. *in Proc. Civ. c.7. n.16.* & Umm. *in Proc. Disp.1. th.10. n.56.* Hæ autem ante litis Contestationem regulariter sunt in judicium deducendæ. *L. fin. C. de Except.* inibique Brunnem. *nec non* 7
in Process. Civ. c.7. n.3. Struv. *S. J. C. Ex 46. th.7.* Hopp. *ad §.10. J. de Except* (2) Quia disertis textibus nititur hæc sententia. *vid. L.16. C. de Jud. L. f. in f. C. de sent. & interloc. L. f. C. de Except. L.4. C. de Jurisd. L.52. pr ff. d. Judic. & c.20. X. de Sent. & re judic.* (3) Quia, si ante hanc alia dilato- 8
ria opponatur exceptio, censetur judex provocari, ut super illa pronunciet, sicque consensus inducitur in judicem, quem frustra ex præcedanea non ignota causa deinde quis recusabit, *d. c.20. X. de Sent. & re*

judic. Ddres *ad L.16. C. de Judic.* Lanfranc. *in c. Quoniam contra c.3. de Recus. n.1.* Zanger. *de Except. p 2. c.3, n.1.* Marant. *p.6. n.26. ibique alleg.* Stryk. *d. Diss. c.6. n.39. inibique alleg.* Christin. & Mev. *p.6. Dec.126.* jung. Umm. *d. l n.56. ibique alleg.* Muscatell. & Covarruv. Confer. Brunnem. *in proc.*
9 *Civ. c.7. n.16.* & Gail. *1. O.33. n.11.* (4) Quia hæc communis est sententia, usu judiciorum moderno comprobata, quo de testantur proxime allegati Ddres, præterque illos Mynf. *Cent.4. O.59.* Hartm. Pist. *T.1. O.11.*
10 Wurmser. *T.1. O.6. n.4.* aliique plures. Post spontaneam vero actoris cautionem, aut libelli editionem, illam propitio adhuc jure opponi
11 posse autumo per *Auth. Offeratur C. de Lit. Cont. & L.33. ff. de judic. Vid.* Umm. *d.l.* & Wesenb. *ad L.16. C. de Jud. n.25,* Brunn. *ad L.33. ff. de Judic. ubi etiam ratio additur.*

Parum caute autem procedere hic videtur, qui judici quem *exce-*
12 *ptione incompetentiæ* recusare poterat, hanc *suspecti* opponit; frivola enim deprehensa hac exceptione, in judicem, ut competentem censetur, consensisse, recusatione ex capite suspecti, competentiam judicis præsupponente, Bald. *in L.f. C. de Judic* Bene tamen eventualiter cum *incompetentiæ* exceptione opponi poterit hæc suspecti exceptio; Nam licet se competentem pronunciet, nihilominus obstabit suspecti exceptio vid. Specul. *Tit. de Recus. §.3. n.3. inf.*

13 Notanter *supra* dixi *n.3.* Hanc Exceptionem oportere proponi ante omnes alias dilatorias exceptiones, sicubi ab initio statim justa subfuerit suspicionis causa, illamque recusaturus judicem non ignoraverit: Unde sequitur (1) Etiam *post Litem Contestatam* illam adhuc locum sibi vendicare, inque judicium utiliter deduci posse, *si demum post*
14 *Litem Contestatam supervenerit,* v. gr. si Judex demum post litem contestatam se largitionibus corrumpi passus sit, vel nuptiis post litem contestatam cum cognata alterutrius Collitigantium contractis, affinita-
15 tis nexu ipsi jungi cœperit: Cum enim, quæ de novo emergunt, novo indigeant remedio, *L.11. §.8. ff. de interr. in jure fac. L.7. in f. ff. de Feriis*
16 *L.12. in f. ff. de Transact. L.8. in f. L.10. ff. de Procurat.* Vid. Gothofred. *ad*
17 *L.11. §.8. ff. de Interr. in Jur. fac. Lit. G.* hoc casu quocunque tempore etiam *post causæ conclusionem L.32. §.14. ff. de Recept. qui arbitr. ibique* Brunn. (quia tunc maxime interest litigantis *suspectum* removeri, cum jam sit judicandum, Wesenb. *ad L.16. C. de Judic. n.26.* Maranta, *d.l. n.74. ibique alleg.* Felin. Zanger. *de Except. d. l. n 3.* Umm. *in Processs. d. Disp.1. th.10. n.56. ibique all.* Covarruvias, *Pr. Quæst. O.26. n.3. de praxi ac constitutione*

Hispa-

Hispaniæ Regis Ferdinandi testans) Judex adhuc recusari potest. *c.25. X. de Offic. del.* Gail. *1. O.33 n.11.* Lanfr. *in C. Quoniam contra c.3. de Recus. n.45.* Mev. *P.2. Dec.337. n.3. ibique alleg.* jung. Zigler. ad Lancell. *L.3. T.1. §.30. verb. altero litigantium petente* Bocer. Class. *6. Disp.2. th.107.* licet alii dissentiant.
Vid. Hartm. Pistor. *O.1. T.6.* Frustra autem urgetur *suspecti* recusatio 18
post sententiam latam in *Appellationis instantia*: Sibi enim imputare habet, 19
quod illam debito non opposuerit tempore, Mev. *P.6. Dec.126.* post
pronunciationem condemnatio otiose conquerente, quod à suspecto 20
judice sit condemnatus, modo sententia sit justa, ejus enim justitia deprehensa, non refert, qualis fuerit judex qua gratia, quoque odio in partem feratur, modo recte justeque pronunciaverit. Vid. Mev. *P.7. Dec.332. n.3.*

Infertur (2) Exceptionem suspecti judicis post *Litem Contestatam* 21
etiam tunc proponi posse, quando illa quidem ab initio jam tum adfuit, sed *post Litem demum contestatam in notitiam recusantis devenit*: Cum
enim justa nemini ignorantia facti alieni nocere debeat *L.42. ff. de R.J.* 22
æquum omnino est, ut ignorantia causæ, ob quam judex ut suspectus
recusari potuisset, si scivisset alteruter litigantium judicem v.g. Cogna- 23
tum vel Amicum fuisse Collitigatoris, vel munera ab eodem accepisse,
non repellat illum, qui, ex quo tempore ejus notitiam consecutus est,
illa est usurus, *vid. expressum capitulum 4. X. de Except.* Zanger. *d.l.* Mev.
P.6. Dec.126. Brunn. *in Proc. Civ. c.7. n.17.* Zigler. *ad Lancell. Instit. supr. all.*
loc. junct. Gail. *1. O.33. n.11.* & Mascard. *de Probat. Concl.934. n.35. ibique* 24
allegati. Restringit tamen hoc Ruin. *Consil 6. n 8.* ad illum casum, quo
recusaturus debitam in perquirenda suspicionis causa ante L. C. ad-
hibuit diligentiam; in quam sententiam alii à Masc. d.l. allegati Ddres 25
quoque iverunt: Illud autem notandum, simplici ignorantiæ allegationi hic minime fidem haberi, sed teneri recusaturum ignorantiam prætensam, ut in animo consistentem, *mediante jurejurando* docere. *c.4. X. de Except. in f.* Berlich. *P.1. Concl.18. n.24.* Masc. *de Prob. d. Concl.954. n.37. ibique allegati* Stryk. *d. Diss. de Suspic. c.6. n.37. ubi etiam* Carpz. *alleg.* jung. Speculat. *ad Tit. de Except.* §.*2. n.3.* Sichard. *ad L. Apertissimi C. de Judic. n.5.*

Misso *Tempore, ad MODUM in judicium deducendi, probandique suspe-* 26
cti judicis recusationem, ceu alteram hujus capitis partem, progredior. 27
Vbi quidem extra dubietatis aleam positum esse arbitror, recusationem fieri debere INSCRIPTIS libello recusatorio judici recusando,

ab

ab illo, qui ipsum suspectum habet, offerendo. *L.16. & 18. C. de Jud.* Hilliger. *in Donell L.17. c.15. L.t.I.* Brunn. *in Proc. Jur. Civ. c.7. n.18.* Zanger. *de Except. supr. all. loc. n.11.* Umm. *in Proc. Disp.1. th.10. n.55. in pr. ibique allegati.* Pacian. *L.2. de Probat. c.45. n.9.* & Bocer. *Class.6. th.108.* utut teste Umm. *d.l.* Aufrerius notet *in Tr. de Recus. n.2.* Ddres inter hac de re non
28 convenire. Rationem vero, cur *non viva voce, sed in scriptis* fieri debeat recusatio, hanc danr communiter, quod istiusmodi recusatio interlocutoriæ comparetur, à qua in scriptis appellatio fieri debet, per *C. Cordi enim de Appell. in 6.* Gail. *1. O.33. n.13.* Jason. *ad L. fin. C. de Jud n.11.* Ma-
29 ranta *d. Tr. n.74. n. Addit.* Et hanc sententiam suam fecit Potentiss. Rex Sueciæ in Ordin. Trib. Wismariensis P.1. *Tit.5. § 5.* ibi: Doch also / daß
30 in Schrifften die Ursache des Verdachts specificiret werde. Veriorem credo hujus rei hanc fuisse rationem, quod Legumlatores integritati judiciorum oppido studentes, majorem eo ipso largiri libertatem vo-
31 luerint illis, qui injustam *judicis suspecti* metuunt sententiam, suspectum recusandi, meticulosioribus forsan exstituris, si in faciem judicem *suspecti* arguere cogerentur, literis non ita erubescentibus.

32 Ad *Modum* in judicium deducendi recusationem (2) pertinet, ut
33 hic recusatorius libellus judici offeratur. *d l.16. & 18. C. de Jud.* Sed *Cui?* Respondetur: Ipsi *Recusato*, siquidem *præsens* fuerit, si vero *absens*, *Præsidi Provinciæ L 16. & 18. C. d.l.* Et illius quoque non data copia, coram *hone-*
34 *stis personis* factam, valere recusationem, docet Masc. *de Probat. Concl.954. n.41.*

35 *Tertio ad Modum opponendi recusationem judicis suspecti* pertinet *causæ suspicionis allegatio & probatio.* De quo eo minus dubii est de *Jure Ca-*
36 *nonico*, quo clarius id expressis determinatur juris Canonici textibus. *vid. c.41. §. fin. juncto c.61. X. de Appell. c.39. X. de Off. ac Potest. Jud. deleg.* Quoque concors magis omnium JCtorum hac de re est sententia vid. Gail. 1. *O.33. n.14.* Zigler. ad Lancell. *L.3. T.1. §.30. verb. Altero litigatorum petente;* Umm. *Disp.1. n.3.* Brunn. *in Proc. Civ. d.l. n.18.* Mev. *P.1. Dec.193.* aliique passim.

37 Vtrum vero *Jure Civili* etiam desideretur, ut certa *suspicionis* causa libello recusatorio *inseratur*, insertaque coram alio non suspecto *probe-*
38 *tur*, non æque expeditum est: Communior sane sententia est: Sufficere de Jure Civili *in genere* saltem judicem suspectum dicere, præstito duntaxat calumniæ juramento, non sine causa judicem recusari, Arbitris electis tum in *Causa principali* sententiam dicturis: Quam sententiam tuen-

tuentur Gail. *d. l.* Zigler. *d. l.* Mev. *proxime all. Dec. n.*1. *seqq.* Stryk. *in*
Us. Mod. ad Tit. ff. de Jud. §.13. *& Ddres passim ad L.*16. *C. de Judic.* hac in 39
parte expressam differentiam inter *Jus Civile & Canonicum* admittentes 40
vid. omnes præcitati Ddres. Ab hac tamen communi sententia divortium
facere non dubitat Dn. Feltmann. *in elegantiss. Tract. de Juramento perhorrescentiæ c.*3. *§.*5. secutus Ummium *in Diss. Proc. Civ.*1. *n.*53. Cujacium.
*L.*9. *Obs.*23. *& ad Nov.*53. Franciscum Raguel. *ad L.*16. *C. de Judic.* Vultej.
*de Judic. L.*2. *c.*7. *n.*224. & Fred. Senensem *ad d. l.*16. Ubi hanc sententiam pro Evangelica veritate accipiendam esse asserit: Nititur vero 41
dicta sententia (1) *L.*9. *pr. ff. de Liber. Caus.* ubi dicitur: quod judicem
suspectum, ex justa quis causa, scilicet, quod affirmet ipsum inimicum esse,
recusare possit. (2) Quod in dubio inter jus Civile & Canonicum 42
non sit statuenda differentia. per *Nov.*83. *c.*7. *Dist.*10. vid. Rittersh. *ad*
Diff. Jur. Civ. & Can. Præfat. Artur. de Duck. *in Tr. de usu & Auth. Jur.* 43
*Civ. & Can. L.*1. *c.*6. §.13. (3) Quod correctio, quam agnoscit Donell.
*Lib.*17. *c.*25. hujus Legis, non appareat ex allegata ab ipso *L.*16. *C. de*
Judic. vid. Umm. *d. l. n.*53. Equidem relicta unicuique sentiendi sua
libertate, puto, ex allegata lege 9. *de Liber. Caus.* justæ suspicionis 44
causæ *allegationem* melius, quam *probationem* ejus, aut *probandi necessitatem* coram non suspecto probari posse, neque *ex professo* inibi agere Imperatorem, sed *incidenter* tantum de *adferenda justæ suspicionis causa*, cui
forsan in mentem non venit inibi determinare: Utrum recusaturus 45
Judicem causam suspicionis justam *adferre & allatam probare teneatur,*
sed in dicta lege primario potius decidere, proprietario absente, agere
posse solum usufructuarium, adversus ipsum, qui de libertate litigat,
ita tamen ut proprietarii nondum finito judicio supervenientis jus incorruptum maneat apud eundem judicem agendi; obiter vero addere: hunc tamen recusari posse, si proprietarii sit inimicus, & ita adferat
justæ *suspicionis* causam. Accedit, quod tamen negari nequeat juxta 46
*L.*16. *C. de Judic. & L. ult. eod.* electos arbitros ipsius causæ *principalis* cognitionem suscipere, quod de Jure Canonico secus, ubi super sola *suspicionis* causa tantum cognoscunt. *c.*41. §. *fin. c.*61. *X. de Appell. c.*39. *X. de*
Off. & Pot. Jud. deleg. Unde etiam hoc jure recte causæ suspicionis de- 47
sideratur probatio, quia illa non probata, judex recusatus suspensam
interim jurisdictionem suam iterum exercere in causa principali incipit *d. capitulis.* Sed quicquid sit de jure Civili, sufficit quod in Praxi 48
receptũ sit, causam suspicionis non duntaxat in libello recusatorio allegan-

gandam, sed etiam coram Superiore, aut alio non suspecto legitime probandam esse, de quo moderno judiciorum usu inter alios testatur. Exc. Stryk. *in Us. Mod. ff. ad Tit. de Judic. n.13. in fin.* Gail. *1. O.33. n.16.* Mev. *P.1. Dec.193. n.7.* Wurmser. *1. O.6. n.6.* & Umm. *d. l. n.53.*

49 Probanda vero est justa suspicionis causa eodem pacto, quo aliarum rerum probationes expediuntur, Stryk. *in Diss. de suspic. c.6. n.39.* & ita Testibus, Documentis, aliisque Præsumptionibus, modo *Sum-*
50 *marie* in cognoscenda justæ suspicionis causa procedatur. Stryk. *d. l.* Quod si vero intra datum terminum probatorium causa suspicionis non probetur, recusatus judex in causa principali cognoscenda procedit. *c.39. X. de Off. & pot. Jud. deleg. c.61. X. de Appell. c.2. de Appell. in 6. in fin.*

52 An autem Suspicionis causa *solo* probari *juramento* possit, aliis pro-
53 bationibus deficientibus, pertinenter hic quæritur? Affirmant hoc glossa cum Bartolo, Baldo, Saliceto & Castrensi *ad L.16. C. de Judic.* quibus jungatur Seraphin de Seraphinis *de privil. Juram. 7. n.2.* ibique
54 Martin, Benekendorff in *Not. n.1.* Negant id vero contra Mascard. *de probat. Concl. 954. n.5.* Pacian. *de Probat. l.2. c.45. n.89.* Christin. *Dec. 148. n.20.* Christoph. Crespi de Valdaura *V. 1. Obs. 9. q.4. n.18. seq.* &
55 Feltmann. *de Iuram. Perhorresc. c.3. n.8. aliique*, qui hanc ultimam sen-
56 tentiam usu forensi comprobatam esse testatur cum antea allegatis, nititurque his rationibus: Quod jus Canonicum & Praxis desideret probationem, juramentum autem non tam sit probatio, quam à probatione relevatio. Pacian. *L. 4. de probat. c.46. n.101.* Surdus *Cons. 499. n.7.* (2) Quod metus adsit perjurii in recusante, non
57 ignaro, se pœnam in cursurum, si in probanda suspicionis causa deficiat, de quo *capite I. num. 64. seq.* jam actum, *& seq. cap. pluribus*
58 *agetur.* (3) Quod ceteroquin *inter exceptionem judicis suspecti & juramen-*
59 *tum perhorrescentiæ* nil intersit, quæ duo tamen inter alia in hoc potissimum differunt, quod in illa citra juramentum debeat probari allegata legitima suspicionis causa; hoc vero tum locum obtineat, siquidem causa subsit, quam tamen alter probare nequit, vel etiam non audet allegare, vid. Stryk. *in Introd. ad Prax. Forens. c.9. n.16 ibique alleg. ubi §.18.* notat: Hoc ultimo casu cautelæ loco observandum esse, ut petat à Superiore duobus committat Assessoribus, quo causam suspicionis sub fide silentii audiant, & privatim de ea cognoscant, ut ita honori judicis

&

& saluti partis consulatur. vid. Fichard. *Cautel. Civ.78.n.2.* & Caroccius *de Remed. contr. provis. sent. Except.120.n.*10. quod in Ducatu Pomeraniæ 61
& aliis Tribunali Regio Wismar. subjectis terris, etiam extra præfatum casum in legis necessitatem versum est. Per Ord. Trib. Wismar. P.1. *T.5. §.5.* cujus verba, cum & alia *modum* in judicium deducendi hanc *suspecti* recusationem concernentia contineat, huc adscribere lubet: Solte aber nicht wieder das gantze Gericht / sondern ein und andern darzu verordneten ein Verdacht sich aufgeben / und jemand vermeinete Ursache zu haben / deswegen zu suchen / daß der / oder die sich in der Sachen des verabscheidens / referirens oder anderer Verrichtung enthalten möchten / so lassen wir zwar dasselbe einem jeden / jedoch zuerst nicht öffentlich / sondern unsern Præsidenten / oder in dessen abseyn / dem Vice-Præsidenten vorzubringen frey / doch also / daß in Schrifften die Ursache des Verdachts specificiret / auch gleich ausgemacht werde / alsdenn derselbe solches dem suspectirten ins geheim Vermelden / ihn sich der Sachen zu enthalten anweisen soll / welcher sich dann auch zu Verhütung des Verdachts / wenn er dessen in Erfahrung gebracht / gutwillig entmüßigen soll.

Id utique notam meretur: Nonnullorum judiciorum Ordina- 62
tionibus cautum esse, ut, parte judicem non recusante ut suspectum, si tamen justa subsit suspicionis causa, judex suopte motu judicio excesse, votoque abstinere debeat. Quorsum (1) pertinet Ordinatio Trib. Reg. Wism. P,*1. Tit.5. §.10.* ibi: Da ein Beysitzer / oder ander Gerichts-verwandter einer Parthey mit Sipschafft oder sonsten dergestalt / 63
daß er in Rechten recusiret werden möchte / verwand / oder er stünde mit einer Parthey in öffentlicher Feindschafft / oder hätte vorher / ehe es zum Gericht gekommen in vorwesender Sachen patrociniret / consultiret / oder sonst gedienet / soll er sich solcher Sachen gäntzlich äusern und entschlagen / und ohne Ermahnen / jedoch mit Vermeldung der Ursache / aus dem Raht von solcher Handlung sich von ihm selber absondern / sich auch darinnen / so lange er Beysitzer ist / gar enthalten / so lieb einem jeden ist Unser schweres Einsehen und gar seine Entsetzung zu vermeiden.

(2) Jus Lubec. *L.1.Tit.1.a.8.ibi:* Wenn ein Rahtmann / einer oder mehr / einem anderem vor Gericht oder sonst in Handlung Beystand geleistet / und also dieselbe Sache vor dem Rath gebracht / und allda tractiret 64

 wird:

wird: da sich nun der Rath darüber berathschlagen würde/ so sollen diesel-
ben Rahts-Persohnen/ welche hiebevor im Gerichte Beystand geleistet/
und bey der Handlung gewesen/ von dem Rath in die Hör-Kammer wei-
chen/ gleich den andern seinen Bluts-Freunden und Schwägern/ es wäre
65 denn/daß sie der Rath darzu verordnet hätte. vid. Mev. *d. a.* (3) Jus Ham-
burgense *P.1. Tit.1. art.10. ibi.* wenn der Rath nach angehörter Klage und
Antwort Bescheid geben/ oder ein Urtheil fällen will/ so sollen alle Raths-
Verwandten/ welche beyden Theilen mit Schwiegerschafft und Bluts-
Freundschafft/biß ins dritte Glied inclusive verwandt seyn/aufstehen/ und
dem Rath entweichen 2c. *&* P.1. *Tit.6. art.3. ibi:* Da einer der streitigen
Partheyen mit Bluts-Freundschafft oder Schwiegerschafft biß in den
dritten Grad inclusive Verwandt oder gleichmäßige Sache Rechthän-
gig/ oder da er in derselben Sachen zuvor gedienet/ oder der Procurator
gleichmäßige Sachen zu vertreten hätte/ dieselbe sollen sich der Erkentniß
enthalten/bey Straffe 3. Pfund dem Fisco zu erlegen.

66 Sed,quid,si allegatam in libello recusatorio suspicionis causam
67 coram arbitris aut Superiore probare non valeat recusans, nonne ad
aliam ante non allegatam probandam adhuc admittitur? Negat hoc
Speculat *Tit. de Recusat.* §.5. *n.*28. quia coram his, hanc tantum recusans
probare debet causam, quam coram recusato judice allegavit, libello-
que recusatorio complexus est. *c.41. & 61. X. de Appell. c.3. de sent. &*
68 *Rejud. in* 6. Affirmat contra Vincent. à Speculat. *d. l.* allegatus. *arg. L.3.
§.3. ff. de Appellat. junct. L.6. §.1. C. eod. L 4. C. de Temp. Appell. & c. consti-*
69 *tutis* 46. *X. de Appell.* (2) Quia etiam post L. C. emergens,aut ante igno-
rata opponi adhuc potest post L. C. causa. Ergo multo magis intra
probationis terminum lupeverniens nova,vel gravior,vel ante saltem
ignorata.

70 Num vero à Procuratore omissam,ante ratihabitionem Dominus
71 adhuc allegare possit, recte quæritur? Et licet id affirmet Lancellot. *de*
72 *Attentatis* p.2. *c.6. n.7.* Negativa tamen mihi videtur verior, præprimis,
73 cum mandatum hodie continere debeat clausulam rati & grati. Carpz.
*T.5. a.*1. *n.76.* Stryk. *de Caut. Contr. p.2. c.11.* § 5. *& in Introd. ad Prax. For.*
74 *c.10. §.6.* ubi hujus clausulæ utilitatem in eo consistere demonstrat,
75 quod vi ejus *Principalis ex negligentia* Procuratoris teneatur. Concedit
tamen id Lancellottus, Minorem vel Ecclesiam non restitui integrum
adversus omissam recusationis allegationem *d. l. n.77. jung.* Covarruv.
Pract. quæst. c.26. n.4.

Hoc

Hocutique sicco prætereundum pede non est: *Quarto* ad *Modum* 76
in judicium deducendi recusationem suspecti judicis requiri, ut cognitio causæ allegatæ deferatur *immediatè* Superiori, ad instar appellationis, quæ 77
non per saltum, sed per gradus fieri debet *L. 21. pr. & §. 1. ff. de Appell. Nov. 23. c. 3. c. 66. X. de Appell. & O. C. P. 2. Tit. 29. §. 1.* Mev. *P. 1. Dec.* 87. Nisi immediatus etiam sit suspectus, nam æque, ut in appellatione, ad 78
Superiorem patebit aditus Brunnem. *ad L. 21. ff. de Ap.* Mev. *P. 1. Dec.* 78. Et hanc sententiam egregie confirmat Ordinatio Cameralis P. 1. *Tit.* 29. §. 1. ibi. Es soll keine Appellation am Käyserl. Cammer-Gericht 79
angenommen werden / die nicht *gradatim* geschehen / rc. Es wäre denn daß der rechte Unterrichter dem Appellanten kündlich das Recht versagte / oder der Sache Verwandt / oder aus rechtmäßigen Ursachen nicht richten könte. Necnon Ordinatio Regii Tribunal. Wismar. *P. 2. T. 2. §. 1.* ibi: Wir wollen und befehlen / daß die Appellationes von einem Gerichte nicht anders als zu dem unmittelbahr höhern angestellet werden / rc. Es würde denn der proxime Superior Judex durch Vorzeihung und gnugsamen Urkundes beschuldiget / daß er dem appellirenden Theil das Recht verwiedert / oder sich sonst *suspect* gemachet / daß er mit Recht *recusi*ret werden könte. Neque optima hæc sententia destituitur ratione: Cum in- 80
termedio Judice itidem *suspecto* existente, idem periculum incursus sit recusans, quod sibi à recusato *suspecto* judice parari non ex levi causa suspicabatur, cujus tamen evitandi causa insigne ac favorabile recusandi judicis beneficium est introductum & nasceretur hoc sane pacto inde injuriarum occasio, unde jus oriri oportebat, contra L. 6. *C. unde vi. c. qualiter 17. de Accus.* Barbosa *in Loc. Com. L. 9. c. 63. axiom. ult. ibique alleg.*

CAP. V. seu ULTIMUM.

De
Effectu Judicis recusati Deque affini Recusationis Remedio.

SUMMARIA.

Effectus rei omnium primo attendendus est. n. 1

Primus effectus Recusationis ratione Recusantis *consistit in Arbitrorum intra triduum electione.* 4. *seq.*

Partibus justo diutius electionem differentibus, Judex certum statuit termi-

minum, intra quem eligere arbitros debent. 6
Hisce vero dissidentibus, Judex imperat, ut tertium concorditer advocent. 7
Et cogere potest electos Arbitros ad Arbitrium suscipiendum. 9
Quibus tamen expensæ sunt dandæ. 11
Hodie loco Arbitrorum cognoscit immediate Superior. 12
Secundus ratione recusantis effectus est, *quod justa deprehensa suspicionis causa, ne ipsa quidem lis principalis ad recusatum judicem revolvatur, sed coram Superiore decidatur.* 14. *seq.*
Tertius Effectus ratione recusantis *est, quod recusato allegatam suspicionis causam rejiciente, appellationi locus sit.* 16
Non autem videtur illam rejecisse judex, si illa non attenta ad ulteriora procedat. 17
Contrariæ sententiæ ratio adducitur. 18
Et refutatur. 20
Qui post recusationem coram recusato litigare pergit, renunciasse recusationi censetur. 21
Rationes hujus asserti traduntur. 22
Nulliter procedit Judex, qui qua contumacem hunc denuo citat, qui per literas absens ipsi suspecti exceptionem opposuit. 25
Fatua & bestialis causa à Contumacia excusat. 26
Consensisse in recusatum non censetur, qui rejecta recusatione secunda vice citatus, rejectionis ignarus comparet, per Procuratorem recusationem repetiturus. 27
Primus Effectus Recusationis intuitu Recusati *est, quod interposita recusatione cognitio super* articulo suspicionis *non ad recusatum sed Superiorem pertineat.* 30. *seqq.*
Rationes & exempla videsis à n. 32. usque ad n. 36.
Movetur dubium circa hunc effectum. 37
Non licet argumentari: ipse judex per exceptionem incompetentiæ recusatus, de hac exceptione cognoscit, ergo etiam ipse judex per exceptionem suspecti recusatus de hac exceptione cognoscere potest. 38
Ratio differentiæ datur. 39
Ubi evidens ac notoria est causæ suspicionis falsitas, ibi recusatione non attenta sine nullitatis vitio recusatus judex ad ulteriora procedit. 40
Ratio datur. 41. *seq.*
Secundus effectus ratione recusati *est, quod per recusationem ejus jurisdictio* quoad litem principalem *pendente recusatione suspendatur.* 44
Convenit recusatio cum appellatione in hoc, quod utraque pendente nihil sit innovandum. 45
Deficiente recusante in probatione causæ suspicionis, remittitur lis principalis ad recusatum. 46

Tertius Effectus ratione recusati *est, quod pendente recusatione lata à recusato sententia sit invalida, habeaturque pro attentato.* 47
Quid sit Attentatum exponitur. 49. *sq.*
An sententia h. c. ipso jure nulla, an vero opus sit appellatione, disquiritur. 51. *seq.*
Illud affirmatur. 54
Quæ sententia est communior. 55
Rejecta illorum sententia, qui hic appellatione opus esse statuunt. 53
Jurisdictio est fundamentum judicij 57
De Affirmativæ sententiæ ampliationibus agitur, remissive. 58
Utilis cautela est. h. c. appellatio 59
Sententia modo justa fuerit, etiam post recusationem à recusato lata, approbari potest à Superiore 61
Quartus effectus ratione recusati *est, quod injuriosa deprehensa, recusationis causa, recusato detur actio injuriarum.* 62
Modo recusationis causa in se aliquid injuriæ habeat. 63
Et animo cavillandi & injuriandi sit à recusante opposita. 75
Quod in dubio non præsumitur. 72
Sed à recusato debet probari. 73
Apparet autem injuriandi animus vel ex verbis per se injuriosis, vel ex recusatione delati Juramenti calumniæ 68
Parum cautè agit recusans qui non domi perpensa suspicionis causa temere Judicem recusat. 64. *seq.*
Non infrequens est sub obtentu recusationis partes adversus Judices injuriosis insurgere verbis, & suis amplius affectibus quam necessitati tribuere. 66 *seq.*
Qui suo Jure utitur, nemini facit injuriam, licet etiam sine justa causa fiat, modo calumnia absit. 70
In ijs quæ se indifferenter habent, potior est innocentiæ quam injuriæ præsumptio. 74
Ubi injuriosa est recusatio, ibi datur contra recusantem injuriarum actio, ut pœnitentia ductus ab allegatione resilierit. 75. *seq.*
Nemo sola nocens esse desinit pœnitentia, postquam alium læsit. 77
Cessante animo injuriandi, mandatum h. c. decernitur à Superiore contra recusatum, ad arrestum & incarcerationem recusantis temere procedentis. 78
Primus Effectus ratione Superioris *qui recusato succedit, est, quod ejus fundetur Jurisdictio ratione articuli suspicionis & aliquando etiam ratione litis principalis.* 79
Appellatio, justa appellationis causa existente, Judicis à quo jurisdictionem plane tollit. 80 *seq.*
Secundus effectus ratione Superioris *est, quod temere recusantem in expensas condemnare possit.* 82
Tertius Effectus *est. Quod Superior justa deprehensa recusationis causa, pœna Statuto definita afficere possit*

sit illos, qui jussi sub pœna suopte motu judicio excesse, tamen cognitione defuncti sunt. 83
Affine Remedium *exceptioni suspecti judicis est* Juramentum perhorrescentiæ 84
Quid illud sit describitur. 85
De illo agitur remissive. 86
In quonam conveniat cum exceptione. Suspecti traditur. 87. *seq.*
In quonam vero differat exponitur. 89. *seq.*
Pinguius est remedium Juramenti perhorrescentiæ ipsa suspecti judicis exceptione. 93
Omnia remedia, quibus judex recusatur, quæque recensentur. 95
habent quandam affinitatem cum exceptione suspecti Judicis. 94
Cur de illis hac actum non æque sit Disputatione, ac de affini Perhorrescentiæ Juramenti remedio, exponitur. 96
Epilogus. 97

1 CUm parum sit jura nosse, illorum si ignoraveris *Effectum & Operationem*, hæc enim omnium primo attendenda est, *L. 104. ff. de V.*
2 *O.* Tuschius *Pr. Concl. Tom. 3. Concl.* 48. *Lit. E.* Barbosa *in loc. Com. L. 5. c. 4. ax. 10.* congruo jam loco, visis proxime præcedaneo capite *Causis*
3 recusandi *judicem suspectum*, jam adlustrandos recusationis *effectus* progredi videor. Hos vero considerare animus est (1) ratione *recusantium* (2) ratione *recusati* & (3) ratione *in recusati locum succedentis judicis.*

4 Quoad RECUSANTES *Primus Effectus* in eo consistere noscitur, quod hi intra triduum eligere debeant *arbitros*, coram quibus de *Jure Civili* ipsa *Principalis*, de *Jure* vero *Canonico*, suspicionis tantum causa ventilanda ac examinanda est. *Vid. L. 16. & fin. C. de jud. ibique* Sichard. Brunn. *& Ddres communiter C. 39. X. de Off. Jud. deleg.* Mev. P. 1. *Dec.* 193. *n. 4.* Gail. *1. O. 33. n. 3.* Zigler. *ad Lancell. L. 3. T. 1. verb. altero litigatorum*
5 *petente.* Non autem solus recusans eligendi arbitros facultatem ha-
6 bet. Sed junctim etiam ejus *adversarius c. 2. X. de Appell. in 6.* hisque justo diutius electionem Arbitrorum differentibus ac prorogantibus, Judex certum statuere terminum potest, certum eligendi arbitrum, ne sub obtentu suspicionis principalis causæ cognitio plus debito pro-
7 teletur, *c. 39. X. de Offic. & pot. Jud. deleg.* aut inter se de certo arbitro eligendo convenire non valentibus partibus, imperare judex potest,
8 ut tertium concorditer advocent, quocum ambo vel alter eorum suspicionis negotium terminare procurent, judice alioquin ex tunc in
9 principali negotio processuro *d. c. 2. X. de Appell. in 6.* Arbitris vero electis arbitrium suscipere nolentibus, judex partes suas interponere, invi-

invitosque, justa excusationis causa deficiente, *arg. c. 5. & 21. §. pen. & fin. X. de Off. ac Pot. Jud. deleg.* cogere potest ad subeundum arbitrium, cum arbitri sint *necessari* & juris *arg. L. 6. C. de Advoc. divers. Judic.* vid. Specul. *de Recusat.* §. *qualiter n. 4.* & Brunn. *ad L. f. C. de Judic.* Expensis tamen ipsis ab eligentibus præstandis. *arg. c. 45. C. XII. q. 2. in f.* 10 11

Verum cum hodie non *Arbitri*, sed Superior proxime judex de Suspicionis causa cognoscat, testantibus Strykio *in Diss. de Suspic. c. 6. n. 40.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 7. n. 18. inf. & ad L. fin. C. de Judic. in f.* Hilligero in Donellum. *L. 1. c. 25. Lit. N.* Knichen. *de Sax. non prov. jur. c. 2. n. 14.* Gudelino *de jure Noviss. L. 4. c. 2. in f.* Mevio. *P. 2. Dec. 337. n. 4.* & Carpzovio *in Processſ. Tit. 3. a. 4* §. 5. *n. 82. & 89.* Effectus primus ratione Arbitrorum eligendorum vix aliquid utilitatis habet. 12

Secundus Effectus ratione *recusantium* est, quod ex tempore recusati judicis, cognitio *suspicionis* devolvatur ad Superiorem, causaque recusationis justa deprehensa, nec principalis litis examen revolvatur ad recusatum, sed ita juste declinetur *suspectum* ejus judicium *c. 4. & 61. X. de Appell.* Hic siquidem finis est allegatæ recusationis, ut suspecti decisionem evitare possit recusans, & absque omni periculo non obtinendi juris, quod sibi debetur, coram non suspecto causam agere suam intrepide possit. Wesenb. *ad L. 16. C. de Judic. n. 29.* 13 14 15

Ratione RECUSANTIUM *Tertius* Recusationis est *effectus*, quod judice recusato recusationem admittere nolente, appellationi locus sit, veluti ab alio quovis gravamine *c. 1, 2. de Appell. in 6.* aut non admissa alia quavis exceptione *C. 63. X. de Appellat.* Wesenb. *ad L. 16. C. de Judic. n. 30.* ibique alleg. Hostiensis & Speculator, jungatur Ummius *in Processſ. jud. Disp. 1. th. fin. n. 60. inf.* 16

An vero non admisisse sed rejecisse tacitè potius videatur judex recusatus exceptionem *suspecti*, tanquam illegitimam, si illa non attenta, ad ulteriora progrediatur in Processu, non inutilis, nec impertinentis est quæstionis? Quod prima fronte affirmandum videtur, ex famosissima JCtorum Regula: *Processus Judicis ad ulteriora, est exceptionis opposita tacita rejectio. Vid. L. 8. §. 2. ff. de N. G. & L. 7. §. 1. ff. de Compens. Dn.* Mev. *P. 2. Dec. 293. n. 1. & Consil. 14 n. 2.* Hartmann. *T. 1. O. 10.* & Jason *ad L. 45. ff. si quis in jus voc.* Contraria tamen sententia veritati magis consona est, eo, quod tacita rejectio inibi locum habere non possit, ubi judex ne expressè quidem oppositam exceptionem rejicere potest; Et supra tradita 17 18 19 20

regula in illis exceptionibus procedit, *de quibus judex ipse ignoscere potest*, quod in hoc recusati Judicis exceptione fallit. *c.* 41. & 61. *X. De*
21 *Appellat.* Caveat vero sibi recusans, ne post recusationem coram recusato litigare pergat: Hoc enim casu tacite renunciasse censetur recusationi, expectaturus recusati judicis sententiam. Maranta
22 *de Appell. P. 6. n.* 75. Wesenb. *d. l. n. fin.* Abbas. *in c. 20. X. de Sent. & re*
23 *Jud in not.* 3. quæ utique valida erit, si recusans citatus post recusationem compareat, quem temeraria & illegitima judicis recusati, omni ejusdem jurisdictione per legitime oppositam recusationem suspensa, citatio actare poterat minime: Suæ enim culpæ impu-
24 tabit, qui, cum citra metum pœnæ contumaciæ, quæ hic nulla est, tuto emanere poterat, tamen incaute comparuit, & à judice, cui ignotum non est absentem justam habere exceptionem, ea tamen non attenta, ad ulteriora temere procedente, majoris securitatis ergo sal-
25 tem non appellavit Hartman. *T. 1. O. 10. Vid. omnino* Mev. *P. 8. Dec. 289.*
26 *num. 1.* Nulliter vero judex procedit, qui citatum absentem *per literas* exceptionem suspecti judicis opponentem, qua contumacem denuo citat, cum à contumacia fatua & bestialis, vid. Mev. *P. 2.*
27 *Dec. 327. n. 6.* Carpz *L. 3. T. 3. R. 26 n. 11.* nedum recusatio Judicis citantis, ut legitima causa, excusat. Quodsi tamen ignarus illam à judice recusato temere rejectam esse, secunda citatus vice per Procuratorem
28 se stiterit, antea in scriptis factam recusationem repetiturus, neutiquam recusationi judicis suspecti in scriptis antea factæ, hac mediata sua comparitione renunciasse censetur, præprimis si desuper protestetur.

29 Sed missis *effectibus* introductæ in judicium *suspecti judicis* exceptionis, ratione *recusantium* ad illos pedem promoveo *effectus*, quos operatur allegatæ legitimæ *suspicionis* causa *intuitu Judicis ut suspecti re-*
30 *cusati.* Hos inter vero *primus* est, quod *recusatus* ex tempore oblati libelli recusatorii neque jure *Civili*, neque *Canonico*, de ipso suspicionis articulo cognoscere judicareque valeat. *L. 16. C. de Judic. C.*
31 *10. X. de Foro Compet. c. 39. X. de Offic. ac pot. Iudic. deleg. c. 41. & 61. X. de Appellat.* Cum enim coram arbitris electis (hodieque coram Superiore) & non coram recusato judice facienda sit allegatæ causæ probatio, per *dictos textus*, utique & illorum etiam duntaxat est, de legitimitate causarum cognoscere, cum probandi necessitas facilitet co-
32 gnitionis negotium: Neque admittit recusantium favor, naturali defensionis ratione nixus, ut quem suspectum habemus ratione prin-

principalis negotii, hic in ſuſpicionis articulo citra ſuſpicionis metum & læſionis periculum judicaturus præſumatur. Ponas enim Titium judici oppoſuiſſe, *ipſum ſordibus corruptum aut* juxta Carl. du Freſne *in gloſſa verb.* Judex. *redemptum eſſe*, num tibi perſuadebis, ipſum hoc ſua faſſurum eſſe ſententia, ſeque ob hanc cauſam 33
eſſe à judicio non ſine dedecore ſuo remoturum, aut credes facilius, ſui honoris & exiſtimationis tuendi cauſa, ipſum rejecturum eſſe hanc recuſationem Titii, ut inſufficienter, aut minimè probatam? Imo cum hæc recuſationis cauſa oneret famam Judicis, Feltman *de Iuram. Perhorreſc. c. 3. n.* 2. inimicum ille in te affectum inde concepiſ- 34
ſe, animumque tibi nocendi ſumſiſſe præſumitur. Hartm. 1. *O. 13.* Conf. Mev. *P. 2. Dec.* 31. Gail. 1. *O. 34. n. 6.* Wurmſer. *Pract. Obſ. 5. Tit. 1.* Unde cum exceptio *ſuſpicionis* judicis afficiat perſonam reddatque in- 35
habilem, non magis ſuper allegata ſuſpicionis cauſa ſine ſuſpicione cognoſcet, quam ſuper ipſa principali lite, utrobique eadem ſuſpicionis cauſa apparente Gail. *d. l.* Hartm. *1. O.* 13. Weſenbec. *ad L. 16. C. de Iudic. n.* 31. & Lanfranc. *Pract. Iud. c.* 3. *n. fin.* Neque dictis obſtat, 36
quod tamen Iudex per oppoſitam incompetentiæ exceptionem re- 37
cuſatus, ſuper ipſa incompetentia cognoſcere & judicare poſſit, *L.* 2. §. *6. ff. de Iudic. ibique* Brunnem. Mev. *P.* 2. *Dec.* 31. *n. 4.* Gail. 1. *Obſ.* 34. *n. 4.* Zanger. *P. 2. c. 1. n. 447.* Ergo idem quoque licere videatur judici, oppoſita *ſuſpicionis* exceptione recuſato. Reſpondendum enim 38
eſt: Committi hic fallaciam conſequentiæ: Non enim afficit *incompetentiæ* exceptio judicis perſonam ejusque gravat exiſtimationem, ut exceptio *ſuſpecti*, quæ, cum judici aliquid ineſſe dicat, cur injuſtam 39
recuſans ejus metuat aut ſuſpicetur ſententiam, ceu cum diſcrimine alienæ exiſtimationis conjuncta, non poteſt non in judice bilem ac indignationem movere. *L. 11. pr. ff. de Recept.* Iuſtamque recuſanti præbere cauſam à cognitione objectæ recuſationis cauſæ recuſatum, ob præſumptum nocendi affectum, arcendi. Vid. Brunn. *ad L. 2. §. 6. A. de Iudic. n.* 17. Mev. P. 2. *Def. 31. n. 5.* & Gail. 1. *Obſ. 34. n. 6. in f.*

Illud tamen facile largior, ſicuti per hactenus dicta, ubi cauſa ſu- 40
ſpicionis examen, cognitionem, ac judicem requirit, non convenit recuſato de illa judicare, ita ubi *notoria* ac *evidens allegationis falſitas*, non attenta recuſatione, judicem recuſatum ſine nullitatis vitio progredi poſſe Franch. *in C. Cum ſpeciali X de Appell. n.* 1. Mev. P. 2. *Dec.* 31. *n.* 3. *ibique all.* cum malitiis hominum non ſit indulgendum, *L. 38.* 41
§. 1.

42 §. 1. *ff. de R.V. L. 2. ff. Solut. Matrim.* Gail. 1. *O. 31. n.* Barbosa, *Loc. Com. L. XI. c. 7. ax. 7.* neque conveniat æquitati, ex notorie frivola sua exceptione temerarium recusantem, commodum differendæ litis principalis, cum insigni temporis dispendio & collitigatoris incommodo, reportare, *arg. c. 12. X. de Dol.* Wurmler. *T. 1. O. 5.* Hartm. *T. 1. O. 13.*

43 *Secundus Effectus* introductæ in Judicium recusationis, *intuitu judicis recusati*, priori proximus est, scilicet, quod omnem ejus jurisdictionem *quoad principalem litem* suspendat, *c. 25. & 39. X. de Off. ac Pot. del. C.* 41. & *61. X. de Appell.* idque ad instar appellationis, quacum in
44 hac potissimum convenire judicis suspecti recusationem *supra* jam
45 expositum est, scilicet, quod utraque pendente nil sit innovandum Mev. *P. 2. Dec. 31. n.* 1. Lancell. *de Attent. P. 2. C. 6. n. 8. ibique allegati.* Sicuti ergo interposita appellatio non planè tollit prioris judicis Jurisdictionem, sed suspendit tantum tamdiu, donec per Judicis, ad quem provocatum est, sententiam evincatur, sitne reformanda, an vero confirmanda judicis à quo sententia Mev. *P. 1. Dec. 151. n. 2.* P. 2. *Dec. 39. n.* 7. & *D. 181. n. 1. nec non* P. *8. Dec.* 287. *n.* 1. quo posteriori casu remitti solet causa ad Judicem à quo, Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 105.* Mev. *P.* 3. *Dec.* 150. Ita recusatio itidem quidem ligat recusato Judici manus, ne ad ulteriora progredi possit, Lancellott. *de Attent.* P. 2. *c. 6. n. 8. ibique all.* Non tamen penitus adimit recusato, sed suspendit tamen ejus Jurisdictionem tamdiu, donec apud Superiorem allegata suspicionis causa legitime fuerit probata, deficiente enim recusante in suspicionis probatione, examen causæ principalis remittitur ad recusatum, *c.* 25. *X. de Off. deleg. in f.* hicque sua interim quiescente iterum
46 Jurisdictione utitur *c. 41. & 61. X. de Appell.* Vid. Mev. *P. 2. Dec. 31. n. 1.* Wesenb. *ad L. 16. C. de judic. n. 31.* Hartm. 1. *Obs. 10. n. 1.* & Umm. *in Proc. Jud. Disp. 1. n. 61.*

Ex hoc Effectu oritur *Tertius* ratione recusati judicis, scilicet,
47 quod sententia post recusationem à recusato lata, sit invalida, omne-
48 que factum judicis habeatur pro attentato, vid. Mev. P. 2. *Dec. 31. n. 6.* Vantius *de Nullit. p. m. 250. n. 120.* Gail. *1. O. 36. n. 9. pr.* Lancellott. *de At-*
49 *tent. L. 2. c. 6. aliique.* Pro attentato enim habetur omne illud, quod judex suspensa sua jurisdictione in præjudicium litis facit. Mev. P. 4. *Dec. 210. n.* 1. Lancell. *de Attent. P. 2. c. 4. Declar. 1. n. 1.* omneque gravamen in illo facto quod ad Superioris judicis cognitionem pertinet,
50 attentatum rectè dicitur, docente Mevio, P. 5. *Dec. 225. n. 4.* & Lancell. *d. Tr. c. 12. in Præfat. n. 7. seq.*

An

An vero ſententia poſt recuſationem *ſuſpecti judicis à recuſato* lata 51
ſit ipſo jure nulla, inter Doctores non convenit? Lancell. *d. Tr. P. 2. c. 6.*
n. 1. ſeqq. quinque recenſet diverſas Doctorum circa hanc quæſtionem
Opiniones, quas, ne actum agere videar, exſcribere non vacat: Has
inter vero, hæ duæ potiſſimum in controverſiam veniunt. An *ipſo* 52
jure nulla, An vero *appellatione* opus ſit; Poſterius affirmant Zaſius *ad* 53
L. 16. C. de Jud. n. 28. Innocent. *ad C. 61. X. de Appell.* & Speculat. qui aſſe- 54
rit ſe non accepiſſe proceſſum propterea nullum fuiſſe, quod judex re- 55
cuſatus ſpreta recuſatione ad ulteriora proceſſerit. *Priorem* vero ſen-
tentiam, non duntaxat ut communiorem, *vid. hi omnino* Lancell. *d. Tr.*
& loco cum Vantio *de Nullit. p. m. 250. ibique plena manu alleg.* ſed & verio-
rem tuentur Mev. *P. 2. Dec. 13. & Conſil. 42. n. 18.* Vant. *d. l.* Roſb. *de Proc.* 56
T. 4. n. 66. Gail. *1. O. 33. n. 13.* Mynſing. 2. *Obſ. 52.* Lancell. *d. Tr. n. 4. ſeq. &*
Weſenb. *ad L. 16. C. de Judic. n. 31. ibique alleg.* ob hanc rationem quod,
per interpoſitam recuſationem recuſati judicis jurisdictio ſit ſuſpen- 57
ſa, qua ſine, cum fundamentum ſit fundamentorum judicii, docente
Muſcatello, *gloſſ. Competentes n. 6 &* Umm. *in Proc. Jud. Diſp. 1. th. f. n. 60.*
proceſſus valorem habere nequit. Umm. *d. l.* Et hoc variis modis am- 58
pliat Lancell. *d. l.* ad quem brevitatis ſtudio B. L. remitto.

Illud interim addo: Omnis futuræ diſputationis evitandæ cauſa, 59
utili recuſantem hac cautela ſibi conſulere poſſe, ut ab omni actu judi- 60
cis recuſati poſt recuſationem appellet, hoc ſiquidem efficiet pacto, 61
ipſum nec conſenſiſſe in recuſatum videri omnemque iſtiusmodi
actum à viribus ſuis ſuſpendi. Vid. Zaſius ad *L. 16. C. de Judic. n. 28. in f.*
Neque ambigo ſententiam poſt legitimam recuſationem latam à re-
cuſato, modo juſta fuerit, approbari poſſe à Superiore, ſicuti de Com-
muni teſtatur Lancell. *d. Tr. P. 2. c. 6. n. 65.* cum plena manu inibi ad-
ductis.

Addo *Quartum effectum* recuſationis *ratione judicis recuſati*, ſcilicet, 62
quod injurioſa deprehenſa recuſationis cauſa, actione injuriarum
pœnali læſam ſuam exiſtimationem tueri poſſit temere recuſatus con-
tra calumnioſum & temerarium recuſantem. Præmitto autem hic (1) 63
non omnem recuſationis cauſam, *quæ in ſe nil injuriæ habet* v. g. ſi ob præ-
tenſam affinitatem vel cognationem judicem recuſet collitigantium
alter, huic actioni locum facere, etiamſi fruſtratorie & temerarie de-
prehendatur, licet parum caute agat recuſans, temere ad illam advo- 64
lans, ſciturus, cum judices male habere ſoleat, ſi illi ſuſpicionis vitium

 obji-

objiciatur, ab offenso judice, temeritate suspicionis apparente, causaque ad temere recusatum transmissa, difficillime favorem sperari, vid.
65 Umm. *in proc. Judic. Disp.* 1. *th. ult. n.* 59. Sed illam duntaxat causam, quæ
per se recusati famam & existimationem sugillat. v. g. si criminis repetundarum aut corruptionis arguatur, corruptione non nisi animo
66 differendi litem principalem frivole opposita. Umm. *d. l.* (2) Licet te-
67 ste Mev. *P. 1. Dec. 1. n. 13.* non infrequens sit, sub obtentu recusationis
68 partes adversus Judices injuriis insurgere, suisque amplius affectibus, quam necessitati, tribuere, non tamen protinus concedendam esse injuriarum actionem recusato, etiam ex famam ipsius onerante causa, illa deinde non probata, contra recusantem, nisi vel ex verbis injuriosis, *arg. L.* 5. *C. de Injuriis*, vel ex delati recusanti juramenti calumniæ recusatione, Mev. *P. 1. Dec. 51. n. 8.* de animo injuriandi liquido constite-
69 rit: Sicuti enim, qui suo jure, nedum & publico utitur, nemini facit
70 injuriam *L. 13. §. 1. ff. de Injur.* licet etiam sine justa fiat causa, modo ca-
71 villatio & Calumnia absit. Mev. *d. l. n.* 3. Faber. *ad C. L.* 3. *T. 1. Def. 34.*
72 *n 1.* ita in dubio *defensionis causa* potius, quam *injuriandi mente*, quam li-
73 quido probare debet allegans injuriam *L. 51. pr. ff. Pro Socio L. 6. C. de dolo mal. c. f. x. de præs. L. 21. & 23. ff. de Prob.* Dn. Hopp. *ad pr. I. de Injur.* & Schneidew. *ad §. ult. n.* 3. *eod.* facta censetur hæc recusatio, Gail. 2. *O. 106. n. 6.* in iis, quæ indeferenter se habent, præsumptione *innocentiæ*,
74 præsumptione *injuriæ* potiori. Mev. *P. 1. Dec. 51. n.* 7. Unde (3) Hunc ter-
75 tium effectum eo duntaxat casu locum habere autumo, quo frivolam suspicionis causam non absque judicis injuriosa inculpatione allegavit illo animo, ut judici recusato ægre & Judicato moram faciat, tunc enim utique vindicta patebit legalis judici recusato per carceres, aresta & mulctam, Mev. *P. 1. Dec. 155. n.* 13. Gail. 1. *O. 39.* Faber. *ad C. L. 3.*
76 *T. 1. Def. 34.* Etiamsi pœnitentia ductus ab allegatione resilierit recu-
77 sans, nemine sola pœnitentia nocentem esse desinente, postquam ali-
78 um jam læsit. *L. 65. ff. de furt.* Faber. *d. l. n f. 78.* Cessante vero animo injuriandi, si judex ad arrestum vel incarcerationem temere processerit, mandata S. C. recte à Superiore decernuntur Mev. *P. 1. Dec. 51. n. fin. ibique allegati.*

79 Ad *Effectus* Recusationis pergo, quos hæc producit intuitu *Superioris*, in recusati locum hodie succedentis.

Quorum *Primus* hic est: Quod recusatione legitime facta, non duntaxat jurisdictio ejus fundetur, ratione *articuli Suspicionis*, verum etiam

etiam ratione *litis Principalis*, causa recusationis justa & non frustratoria deprehensa. Sicuti enim appellatio causæ cognitionem devolvit 80
ad Superiorem, justaque appellationis causa deprehensa, plane tollit
inferioris judicis jurisdictionem, Mev. P.3. *Dec.150.* Ita & recusatio dicto 81
modo Judici superiori facultatem causam cognoscendi tribuit, qui ceteroquin primo aditus loco recusari poterat *exceptione primæ instantiæ*. *R. I. de A.* 1654. §. *168. Conf C.25. X. de Off. Jud. deleg. & C.61 X. de Appell.*

Secundus effectus ratione *Superioris* recusato succedentis est, quod, 82
temeraria recusationis causa deprehensa, ad instar temere appellantis, in expensas condemnare recusantem possit Superior.

Tertius *effectus* est, quod Superior, causa recusationis non frivole 83
objecta deprehensa, punire possit recusatum, si statuto locali sub pœna jubeatur suopte motu exesse judicio, expressa in statuto causa suspicionis existente, de qua videri possunt dicta *c. praced. n.*

Ceterum cum sæpissime Judex ex non levibus indiciis *suspectus* 84
videatur, justæ vero & sufficientes recusaturo deficiant probationes, vel etiam eosdem allegare non audeat, ne tamen periculo etiam in justissima succumbendi causa subjiciatur, utile ipsi omnino est præsidium justitiæ, in salutari remedio recusationi suspecti judicis, *Juramen-* 85
tum innuo *Perhorrescentiæ*, oppido affini quærere, petereque se admitti, ut juret coram judice Superiori, se non credere, se justitiam coram hoc Judice impetraturum esse, ideoque se perhorrescere coram ipso litigare; De quo *Juramento Perhorrescentiæ* exstat integer Tractatus Dn. 86
Feltm. & B. Lauterb. Disput. Vid. Exc. Dn. Stryk. *in Us. Mod. ad Tit. ff. de Judic.* §. *14. & in I. ad P. F. c. 9. n. 15. junctis* Mev. P. 6. *Dec. 71.* Mynf. *Cent. 3. O. 58.* & Rosent. *de Feud. C. 12. Concl 4. n. 64.* Convenit autem hoc Jura- 87
mentum, quod totam causam statim ad Superiorem devolvit, Stryk. *all. locis*, cum exceptione suspecti Judicis in hisce: (1) Quod utroque remedio consulatur illi, qui judicem habet *suspectum*, ne coram illo litigare cogatur cum periculo iniquæ sententiæ, sed ut illum possit recusare. (2) Quod utrumque remedium ex *suspicione* procedat: Differt ta- 88
men in illo: (1) Quod *Juramentum Perhorrescentiæ* se in solo horrore fun- 89
det jurato asserto, etiam nulla allegata suspicionis causa, multo minus probata; Secus ac statuit Exc. Mev. P. *6. Dec. 71.* ad cujus argumenta jam respondit Feltm. *d. l. C. 4. n. 29.* Exceptio vero suspecti judicis 90
prærequirat specificam suspicionis causæ allegationem, allegatæque probationem Stryk *cum all. Ddbus d. l.* §. *16. & seq.* (2) Quod per *juramen-* 91

tum

tum Perhorreſcentiæ totius ſtatim *Principalis cauſæ* cognitio ad Superiorem devolvatur, non examinato ante timoris & horroris fundamento,
92 *per ante dicta:* In exceptione vero ſuſpecti Judicis *ſolius articuli ſuſpicionis* cognitio, ejusque legitimum examen ſtatim ad Superiorem devolva-
93 tur, ut hinc pinguius ſit remedium juramentum Perhorreſcentiæ ipſa ſuſpecti Judicis exceptione, de quo, ne actum agere videar, plura ſcri-
94 bere ſuperſedeo; Illud Coronidis loco notans: Utut omnia illa juris remedia, quibus Judicem recuſare fas eſt, quandam cum *exceptione ſuſpecti Judicis* habeant affinitatem, ut Exceptio *Incompetentiæ, Præventionis,*
95 *Primæ Inſtantiæ, Inhabilitatis,* Legis Unicæ *C. Quando Imper. inter pupill. &c.*
96 me tamen hæc hic tangere noluiſſe, quia non, ut *Juramentum Perhorreſcentiæ*, ex eodem principio, cum exceptione ſuſpecti Judicis, puta ex ſuſpicione, procedunt, ſed aliud agnoſcunt fundamentum, cui innititur
97 Judicem recuſaturus; Hinc, ne hic labor Juſtæ Diſputationis Inauguralis menſuram, quam tamen, ne vim themati inferrem, ſtricte juxta Ampliſſimæ F. Statis ſtatuta per omnia, Spectabili DN. DECANO benevole diſpenſante, obſervare non licuit, nimium tranſcendat, vela contraho, nuncupatis in anteceſſum SANCTISSIMO NUMINI devotiſſimis, pro Clementiſſime præſtito mihi in decurrendo hoc ſtadio, adjutorio, gratiis, cui & in poſterum omnia mea conamina ſubmiſſa mente commendo.

FINIS.



PROGRAMMA

QUO

SUO, TOTIUSQUE JURIDICI COLLEGII NOMINE

AD

DISSETATIONEM INAUGURALEM

VIRI *PRÆNOBILIS atque DOCTISSIMI*

DN. BENEDICTI PETRI Winckler/ Lubec.

JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI

De

INHIBITIONIBUS JUDICIALIBUS

In

CAUSIS APPELLATIONUM

Von

Ober-gerichtlichen Verboth in Appellations-Sachen

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE
Honoribus & Privilegiis Die Nov. 19. An. MDCXCVI.
IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeridianis
MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Nobilissimum atque amplissimum senatum, omnesque omnium ordinum cives academicos ac litterarum fautores observanter ac officiose invitat.

JOHANNES Klein/
J. U. D. Et pandectarum in Alma Patria Ducalis Profess. Public. Consistorii Mecklenb. h. t. Director, hodieque F. tis Juridicæ Decanus.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

INJVRIARVM inde sæpius subnasci occasionem, unde JVSTITIÆ PRÆSIDIVM juxta optimam providi Legislatoris intentionem cunctis obvenire oportebat civibus, inter sexcenta alia malitiæ humanæ argumenta, frequentissimæ De ABVSV APPELLATIONIS, remedii ceteroquin saluberrimi, in Foro affatim testantur querelæ, ut hinc, quod de Excommunicationis exceptione jam olim in Concilio Lugdun: Innocentius, ejus nominis Romanæ Curiæ Præsul IV. dixisse legere est in *c. 1. X. D. Except. in 6.* non sine veritatis suffragio idem jure dici optimo possit de hac ad corrigendam iniquitatem adinventa salutari Querela, scilicet: Succrescente hominum malitia in NOXAM tendere, quod provisum est ad REMEDIVM. Quem enim fugit, Appellationem optima Legislatorum providentia in illorum unice introductam esse favorem, qui iniquam judicis, posthabita Legum observantia ac neglecto sanctissimæ justitiæ cultu, effrenæ affectuum libidini plus justo, lenocinantis, gravati sententia, justiorem ejus emendationem à Superiore, ad quem provocarunt, & sperare & obtinere possunt: At vero quotidiana experientia, optima omnium rerum Magistra innumeris comprobat exemplis, saluberrimo hocce Appellationis; remedio pessime sæpius in foro illos quoque ad calumniam abuti, qui secundum Legum præscripta justissima, actis jurique conformi judicis condemnati sententia, frivolæ appellationis diffugio, res, quas injuste hactenus detinuerunt, cumque illis impia possessionis commoda & emolumenta, veris restituere dominis injustius adhuc detrectant, sicque non GRAVATI, sed GRAVATVRI adhoc iniquitatis Asylum impio hiatu advolant, non alio consilio, quam, ut adversario magnis sumptibus diu multumque vexato ac defatigato, liteque præprimis in Camera Imperiali in infinitum protracta, eo tandem appellatus redigatur inopiæ, ut molestiarum litis pertæsus, vel plane deserere causam, vel saltem cum gravissimo suo damno concordiam quærere cogatur, oppido sibi gratulans, quod post tanti temporis ac impensarum, non nunquam etiam sanitatis jacturam, fructu prioris justissimæ sententiæ non plane omni exciderit, sed partem ejus adhuc consequi detur, quod à temere appellante totum jure ipsi debebatur optimo, vid. Gail. 1. *Obs. 128. n. 3.* Carpz. *P. 3. Dec. 240. n. 18. & 19.* Hugo *de Abusu Appell.* Schwanem. *in Proc. Cam. L. 2, c. 1. n. 6.* Quam insignem frivole appel-

appellantium petulantiam pio damnantes affectu cordatiores JCti, plus simplici vice conquesti sunt, eludi optimam hoc pacto Legislatorum in introducendo Appellationis auxilio intentionem, evenireque, ut, cum Appellatio GRAVATORUM REFUGIUM, CORRECTIO INIQUITATIS, INNOCENTIÆ PRÆSIDIUM *c.61. X. de Appell.* & verum ANTIDOTUM adversus injusti pronunciati VENENUM juxta Baldi *in L.1. C. Si de moment. possess.* Caravitæ, *Ritu 256. n.21.* & Lancell. *in Tr. De Attent. c.12. P.2. in Præf. n.91.* effata, gravato esse deberet, fiat potius ANTIDOTO à frivole provocantibus in VENENUM verso, CAVILLANTIUM SUFFUGIUM, INIQUITATIS AC INJUSTITIÆ DEFENSIO, tutissimumque MALITIÆ PRÆSIDIUM Vid. Mev. *P.2. Dec.153. n.2.* Stryk. *in Diss. De Illic. Appell. c.1.* §.3. Carpz. *d. l. ibique allegatus* Gerhardus, exsultante appellatore, impetratis processibus, mœrente vero misero appellato, obtenta tandem causa & victoria, Vid. Ferrar. Montan. *in Progymnas. Lib.1. c.2.* & Schvvanem. *l. n.2.* Ne vero hic temerarius frivole appellantium pruritus, ipsum verum tandem proficuumque Generi Humano penitus tolleret & è judiciis eliminaret Usum, non unis obviam itum est remediis temere Appellantium malitiæ. Præterquam enim quod *Jure Civili Justinianeo* modo infamiæ, *per L.19. C. De Appell.* modo pœnæ pecuniariæ metu, *L.6- §.4. C. Jud. & L.1. C. Quor. appell. non recip.* à temeritate appellationis hi arceantur, qui non *ex necessitate, sed ex petulantia* ad retardandam latæ sententiæ executionem appellasse deprehenduntur, quo adversarium ad incitas & desertionem causæ, vel improbam saltem cogant transactionem, occupatis diutius bonis fruituri, Vid. Marant. *en Specul. Tit. De Appell.* p.6. *n.*346. Montan. *d. l. Tit.2. c.2.* Jure Camerali quoque frivole appellantes non solum in expensas, sed pro qualitate causæ & litigantium, nec non temerariæ appellationis, etiam incertam pecuniæ summam, una cum Advocatis suis condemnantur, *Vid. Ord. C. P.2. Tit.25. §.2.* Et quanquam antiquitus reprimendæ frivole appellantium libidini sufficere visa fuerit, 20. marcarum argenti pœna, *per Recess. Deputat. de Anno* 1600. *§.* Und ob wohl 17. hac tamen à multis flocci pensa, in 10. marcas auri puri facta est commutatio; *per d. Recessum §.17.* Cumque hanc iterum, malitia litigantium quotidie crescente, susque deque haberent temerarii appellatores, constitutum tandem est in Novissimo Im-

perii Recessu *de Anno* 1654. §. Und nachdem 120. ut pro qualitate, causæ & appellantium libidine ad 20. marcas auri puri Fisco inferendas, nec non pœnam corporis inflictivam, coercitio temere, appellantium extendi possit, graviori adhuc pœna Causarum patronos mansura. *V. id. R. J. verbis*: vornemlich aber auch der frevelmüthige Advocatus causæ mit gebührender Straffe/nach gestalt des Verbrechens und Muthwillens/ und zwar mehr/als die der Rechten etwanu unerfahrne Partheyen/welche offtermals die Sache nicht verstehen/angesehen werden. Vid. Schwanem. *in Proc. Cam. L.2. c.1. n.3.* Blum. *in Proc. Cam. Tit.44 n.8. & 10.* Roding. *in Pand. Cam.* & Brunnem. *ad L.6. C. de Appell. n.*19. Neque desunt optimæ aliorum Principum Constitutiones quibus præter recensitas Imperii Ordinationes, in suis quoque, territoriis temere appellantium impiis ausibus obicem ponere laudabili omnino opera studiose allaborarunt; Quas inter clarent, profecto, funestissima proh dolor! ante annum morte, cum ingenti omnium Bonorum luctu abrepti Optimi Principis Mecklenburgici, gloriosissimæ memoriæ GUSTAVI ADOLPHI duo Rescripta, ardorem, tanto Principe dignum, promovendæ justitiæ abunde, comprobantia, quorum altero *de* 24. *Octobris Anno* 1654. injungitur, *Appellanti*, præstitis cum *Advocato* suo in persona *Appellationis juramento*, idoneaque cautione, de refundendis temerariæ appellationis impensis, certam in casum succumbentiæ pecuniæ summam vulgo: Legegeld dictam, nempe 50. florenos à 1000. in judicio, à quo provocatum est. Deponere, Fisco, loco pœnæ temere litigantis in, illum casum applicandam, quo prior sententia à judice Appellationis confirmabitur, *vid. d. Rescrip. in verbis*: Und denn in denen Appellationibus, welche das Cantzley-Gerichte pro frivolis erkennet/ein gewisses Legegeld/und zwar von 1000. fl. funfzig fl. in unser Cantzley niederzulegen schuldig seyn soll/so im Fall er succumbiret/unserm *Fisco loco pœnæ temere, litigantis* heimfallen solle/ ob dadurch denen vielfältigen bosbafftigen Appellationibus gesteuret/ und also unsre Christ-löbliche intention erreichet/ und der durch das viele unnöthige Appelliren nothleidenden Justitz geholffen werden könne; Altero vero *d.* 30. *Januarii Anno* 1656. ratione *Appellantis* cavetur, ut remissa quidem *cavendi*, *certamque deponend. pecuniam* in casum succumbentiæ necessitate, præstitoque à *solo Principali* juramento Appellationis, *de singulis centum*, 5. *florenos* judici à quo in secunda iterum victus instantia per viam paratissimæ exe-

cutio-

cutionis jubeatur exsolvere, vique præstiti ejusdem jurisjurandi promittere, quod pœnam *Advocato* suo dictitandam, *nempe pro singulis centum*, de quibus lis fuit, *unum florenum*, huic nullatenus refundere velit; *Vid. d. Rescriptum in Verbis*: Daß die auferlegte *Caution* und *Deponi*rung gewissen Lagegeldes erlassen/ nur/ daß der muthwillige Appellant dem judici à quo mit 10. fl. von 1000. fl. verfallen sey/ und die Execution auch auf diese pœn dirigiret werden soll/ gestalt wir denn auch/ so viel das Juramentum Appellationis betrifft/ gnädig geschehen lassen/ daß allein der *Principal* dasselbe abstatte/ der Advocatus aber/ wann er sich auf vorhergehende ernstliche Erinnerung/ daß er vermöge einmal geleisteten Advocaten Eydes/ die unterhabende Sache für Recht/ und Appellabel halte/ auch seinem Principali zu Abstattung des Appellation-Eydes gerathen habe/ sich gerichtlich erklären wird/ mit wircklicher Leistung des *Appellation*-Eydes verschonet seyn. Sonsten aber/ da sein Principalis vorbesagter massen condemniret wird/ dem *Judici à quo* in Straffe 10. fl. von 1000. fl. verfallen seyn/ und dem Juramento Appellationis, welches sein Principal leistet/ dieses ausdrücklich/ daß er dem *Advocato*, wegen der Straffe/ worin dieser vertheilet werden mögte/ keine Erstattung thun wolle/ einverleibet seyn. Sicut autem hisce, similibusque aliis aliorum Judiciorum salutaribus constitutionibus, justum ABUSUI APPELLATIONIS ponitur repagulum, vero ejusdem USU in innocentiæ tutamen gravatis semper salvo, ita non minori cura illis, qui vicario Dei munere in administranda justitia hisce in terris defunguntur, in id juxta annitendum est, ne justa & ex necessitate interposita Appellatio, impiis ac temerariis Judicis à quo molitionibus, aut appellati etiam injustis attentatis, vel plane elusoria fiat, vel difficiliorem adminimum sortiatur exitum, tempestivis scilicet INHIBITIONIBUS novantium frivolis ausibus obviam eundo. Hoc enim saluberrimo INHIBITIONIS remedio, jura appellanti conservantur sarta tecta, omni exulante metu, reformata ac emendata priori sententia, jure suo non potiundi, cunctis post emanatam *inhibitionem* attentatis, statim revocandis, *per R. J. Noviss de An.* 1654 §. Und wann 56. Qua de IN CAUSIS APPELLATIONUM JUDICIALI INHIBITIONE, cum Præ-Nobilis ac Doctissimus DN. BENEDICTUS PETRUS Winckler / *Lubecensis*, Juris Utriusque Candidatus Dignissimus, in Inaugurali sua copiosius egerit Dissertatione, non vacat pluribus hunc articulum, in foro sua se satis utilitate & necessi-

tate omnibus commendantem, latius exequi; Ad id potius, quod caput hujus Programmatis eſt, propius acceſſurus, & quod ad laudes, honoresque Canditati noſtri pertinet, more antiquo, eo, quo par eſt, ſtudio, proſequuturus Satus HIC eſt Lubecæ, inter alias Imperii Civitates liberas, antiquitatis laude, rerum geſtarum gloria & commerciorum flore admodum celebris, ANNO ſupra milleſimum Sexcenteſimum ſeptuageſimo primo, decimo ſeptimo Menſis Julii die, Patre, Viro Magnifico, Præ-Nobiliſſimo ac Conſultiſſimo DN. ANTHONIO WINKLERO, JCto Conſummatiſſimo, ac Reipublicæ Patriæ Lubecenſis hodie Conſule, ampliſſimis in Patriam meritis Clariſſimo, Fautore ac Amico noſtro æſtumatiſſimo (cui, ſicuti de hoc unico, per Paternarum Avitarumque virtutum veſtigia ad Paternorum honorum faſtigia, rariori exemplo feliciſſimis paſſibus contendente filio, optimo gratulamur affectu, ita, ut quam diutiſſime Patriæ ac Ampliſſimæ Familiæ Winklerianæ omni cumulatus felicitate ſuperſtet, ardentiſſime apprecamur,) Matre vero ANNA ISERNHAGENS / Fœmina Virtutis & Pietatis ornamentis condecoratiſſima, adhuc dum per Dei gratiam, & faxit Numen quam diutiſſime ſuperſtite, cujus Pater, noſtrique Candidati Avus Maternus fuit, Vir Ampliſſimus ac Prudentiſſimus Dn. PETRUS ISERNHAGEN / Senatoria dignitate apud Lubecenſes olim conſpicuus: Avo Paterno gaviſus eſt, Viro Præ-Nobiliſſimo, Ampliſſimo ac Conſultiſſimo, DN. BENEDICTO WINKLERO, JCto & Syndico Lubecenſi meritiſſimo. Hiſce generis, virtutum ac meritorum ſplendore tam claris in lucem editus Parentibus noſter Candidatus, ſedula illorum cura mature traditus eſt iis, qui teneram ejus ætatem literis, pariter ac pietate, & virtutum rudimentis domi probe imbuerent, nilque in hoc unico thori Conjugalis, pignore rite formando ab Optimis Parentibus omiſſum eſt eorum, quæ ad veram ejusdem educationem momentum habere viſa ſunt. Horum vero fideliſſimorum Præceptorum privatorum, (quos inter grata mente præcipuè laudat DN. SCHUPPIUM & ROBERTUM) opera & induſtria adjutus, eos in litteris humanioribus fecit progreſſus, ut jam dignus videretur publicos in Patria audire Præceptores, quorum, præprimis vero Viri Admodum Reverendi atque Doctiſſimi, Dn. D. Abrahami Hinkelmanni, tum temporis Gymnaſii Lubecani Rectoris, poſtea vero apud Hamburgenſes Paſtoris vigilantiſſimi, nunc vero ex hac terrena ad melio-

meliorem vitam evocati, inque ejus locum deinde surrogati, Viri Præ-Nobilissimi atque Doctissimi Dn. M. Enochii Schwantenii, Professoris olim Poësios in hac Alma celeberrimi, Amici nostri honoratissimi, optima & ubique satis laudata ita adolevit institutione, ut triennio sub illorum auspiciis felicissimo studiorum suorum successu exacto, habitaque de Coronatione Regis Romanorum Josephi valedictoria non absque Auditorii applausu Oratione, ad altiora animum tuto applicare, studioque Juris excolendo, cui Optimus gnatum Genitor, probe ante perpensa ingenii vi, ac judicii capacitate, stimulantisque genii in hanc æqui bonique artem propensione, prudenti consilio mancipaverat, non absq; certissima Divinæ Benedictionis, prosperrimique eventus spe, manum admovere quiverit: Elegit vero jussu suasuque Honoratissimi Parentis, privata per annum adhuc domi in Ethicis ac Politicis Dn. Stampelii informatione usus, primam sibi Giessenam Academiam, summoque inibi ardore & omni animi contentione scholas Viri Præ-Nobilissimi, Amplissimi atque Excellentissimi Dn. Bernhardi Ludovici, Mollenbecii, J. U. D. & Prof. Ord. Celeberrimi, frequentavit fidelissima privata hujus Viri in Politices, Moralium ac præcipue in primis Juris Justinianei rudimentis ponendis, multum proficiens, quod grato, me interprete, ore publice agnoscit. Neque tamen & aliorum Excellentissimorum Dominorum Professorum publicas privatasque neglexit prælectiones, sed sedulus Auditor & non sine insigni Studiorum suorum accessione, illis studiose vacavit, hospitio & convictu usus Excellentissimi Professoris. Dn. M. Balthasaris Menzeri fere per annum. Sedisset autem lubens diutius ad pedes tantorum Præceptorum, nisi ingravescente belli Gallici. Germaniæ funestissimi tempestate, jussus esset avocatoriis Parentum Suavissimorum Litteris, nostras, relicta hac Sapientiæ Sede, salutare Musas, quorum nutui, uti par erat, obsequentissime audiens, meæ, in decurrendo Utriusque Juris stadio, præprimis privatæ manuductioni se commisit, hospitio ac convictu meo suaviter exceptus. Quanta vero assiduitate, quantoque addiscendi ardore cœptam alibi studiorum telam apud nos urserit *Præ*-Nobilis Canditatus noster, testis equidem ipsi optimus, ceu, cui intimus innotuit rarior ipsius industria, esse possum: Me enim præeunte, omnes Utriusque juris partes in privatis Lectoriis ac examinatoriis Collegiis non duntaxat perlustravit, sed bis etiam repetitione *P*andectarum privatim instituta, eos mihi pro-

probavit ſtudiorum ſuorum progreſſus, ut ſuaſor exſtiterim Magnifico Dn. Parenti, ne ſine publico Ampliſsimæ FCtis noſtræ calculo approbatorio ipſum abs nobis abire ſineret. Quanta vero morum fuerit ſuavitate, qua Omnium Excellentiſſimorum DNrum Profeſſorum, ac Bonorum denique Omnium ſibi amorem ac benevolum facile conciliavit affectum, id unicum argumento erit omnium maximo, quod per integrum, quo hic commoratus eſt, fere quadriennium, Concilio nunquam moleſtus, neque ad Rectorem Academiæ Magnificum vel ob minimum exceſſum, rariſsimo hodie in Academiis exemplo, unquam citatus fuerit, ſicque, quod absque adulationis reatu vere teſtari poſſum, *in omnibus menſuram optimi frugi Civis expleverit*. Hunc ergo morum elegantia ac eruditionis laude conſpicuum Virum, cum ſub initium mei Decanatus ea, qua eſt, modeſtia, mihi nomen profiteretur ſuum, non dubitavit Ampliſsima FCtas ad rigoroſius tentamen benevole admittere, in quo tam prompte, tamque docte ad erudiriſsime ex omni jure quæſita reſpondit, ut unanimi omnium Excellentiſſimorũ DNrum Aſſeſſorum ſuffragio dignus propediem conferendis, quos modeſte ambit, ſummis in utroque jure Honoribus Doctoralibus judicaretur, proque hiſce rite conſequendis, æque ac illis annexis privilegiis, ipſi ulterior impertiretur facultas, optimos in Jure profectus, publica Inaugurali Diſputatione cunctis probandi. Habebitur autem B. C. ſolennis Diſputationis actus XIX. hujus Menſis die, quem ut Rector Academiæ Magnificus, ac Utriusque Reip. Proceres Excellentiſſimi, omnesque Jurisprudentiæ Fautores ac Cultores, ſequeſtratis aliis gravioribus negotiis, Magnifici ac Honorifica ſua præſentiæ illuſtrare, hocque honori Magnifici Domini Parentis, ac Favori erga Optimum Filium ac Civem dare velint, ſummo, quo poſſum, cultu, ſtudio & affectu rogo atque contendo.

PP. Sub Sigillo Decanatus, 7. Novembr. 1696.

Q.D.B.V.

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
INHIBITIONE IUDICIALI
IN
CAUSIS APPELLATIONUM
Vulgo von
Obergerichtlichen Verboth in Appellations-Sachen.

QUAM
DEO PROPITIO
EX DECRETO ET AUTHORITATE
MAGNIFICI ICtorum ORDINIS
IN CELEBERRIMA AD VARNUM ACADEMIA
SUB PRAESIDIO
DN. IOHANNIS Klein/
J.U.D. ET PANDECTARUM PROF. PUBL. NEC NON
CONSIST. MECKLB. h.t. DIRECTORIS, HODIEQUE
DECANI SPECTABILIS
DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, AC HOSPITIS
ÆTERNUM DEVENERANDI
PRO LICENTIA
SUMMO IN UTROQUE IURE HONORES AC
PRIVILEGIA CONSEQUENDI
PUBLICÆ VENTILATIONI SUBMITTIT
BENEDICTUS PETRUS Winckler/ Lubecensis
IN AUDITORIO MAIORI
Horis Ante & Pomeridianis ad Diem 19. Nov. 1696.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J. C.

PRÆFATIO.

SUMMARIA.

Communem hominum cognationem turbat denegans alteri id, quod idem sibi in simili præstari urget. 1

Temeraria Appellatio Malitia Debitorum natales suos debet. 2

Quid Morosi Debitores ea consequantur? 3

Verecunda cogitatio lites execrantis. 4

Morosi debitores corrumpentes judicem varie nocent. 5

Iudex justam Appellationem temere rejiciens graviter peccat. 6

Attentata ante omnia revocanda. 7

Comparata hunc in finem Inhibitio. 8

Quæ in foro utilissima & thema Dissertationis est. 9

1 QUanquam communem hominum cognationem, quam ipsa inter nos natura docente Florentino *Lib. I. Instit.* eumque secuto gloriosissimæ memoriæ Imperatore Justiniano *in L. 3. ff. De J. & J.* constituit, nil turbet magis, quam si spreta humanitatis lege, id quis deneget alteri, quod
2 idem sibi ab altero præstari in simili jure urget optimo; Eo tamen proh dolor! mortalium processit congenita, & in dies succrescens malitia, cumque alterius injuria locupletandi impius conatus, ut non duntaxat, quod jure alteri debent, turpiter posthabito communis cognationis nexu, ipsi præstare tergiversentur temere, sed & justa ad id religiosi judicis condemnati sententia, temerariæ Appellationis diffugio in multos differre annos summo sibi habeant oble-
3 ctamento, omnique studio annitantur: Qua impia Creditores suos ludificandi arte, licet quidem non semper solvendi effugiant necessitatem, id tamen morosi hi debitores consequuntur sæpius, ut in optima cum ipsis litigantes causa post multi temporis jacturam, innumeris litigii molestiis, pillularum instar, recte monente Ayrero *P. 1. Process. Judic. c. 2. Obs. 3. n. 4.* devoratis, defatigati, ac fortunis spoliati suis, serius reportent victricis sententiæ triumphum, litium expensis plerumque haud æqualem, indeque victori onerosum magis,

quam

quam proficuum, ut hinc hocce litigioso imprimis seculo non abs 4
re prudentius sibi, suisque consulere videantur Posteris ac rebus, qui verecunda cogitatione, ab ipso Justiniano *in L. 4. §. 1. ff. De Alienat. Jud. mut. causs.* approbata, lites execrantes, jus suum indiscussum relinquere, quam per tot litium anfractus cum irreparabili temporis ac fortunarum dispendio, non nunquam etiam ipsius sanitatis deliquio in judicio persequi malint, prudenter hoc suadentibus Felin. *in c. 2. pr. X. De Præscript.* & Wesenb. *Vol. 1. Consil. 23. n. 39.* Neque tamen hos 5
intra Impietatis limites notabilis morosi debitoris se continet improbitas, scilicet ut debiti nexum diffiteatur temere, aut justa victus sententia, impiæ appellationis præsidio illicita quærat subterfugia, sed & ad illum sæpius progreditur audaciæ gradum, ut judice impiis largitionibus in suas partes rapto, creditoribus iniqua redempti hujusce, judicis sententia læsis, ejusque justiorem emendationem à Superiore per appellationem, ceu firmissimum innocentiæ ac justitiæ præsidium *c. 61. §. porro. X. de Appell.* junct. *L. 11. C. Theodos. eod.* sollicite quærentibus, pendente licet appellationis processu, temerariis omnique jure reprobatis Attentatis ac Innovationibus suis graviter nocere impio omnino ausu moliatur, oppidoque glorietur, si ipse judex, quem tempestivis omnia istiusmodi temeraria partium attentata *Inhibitionibus* antevertere oportet, ab inique condemnato legitime interpositæ appellationi non tantum non defert, sed & sub prætextu Apostolorum refutatoriorum licentiosam sibi sumit licentiam, injustum suum pronunciatum, suspensa licet per appellationem omni sua jurisdictione, *l. 6. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 11. C. de R. C. Vid. infr. C. 1. §. 4.* in favorem Victoris temere exequendi, Br. *ad l. pen. ff. de Appell. recipiend n. 1.* Mev. *P. 1. D. 294. v. infr. C. 1. §. 7.* parum pensi habens, improbum istiusmodi justitiæ Sacrilegum pervigilem 6
Dei oculum ac tremebundam illam in Decretorio olim die adulteratæ à se justitiæ condemnatoriam sententiam non solum minime effugiturum esse, sed & violatæ jurisdictionis ac Superioritatis Territorialis temeraria rite interpositæ appellationis rejectione reum fieri, Mev. *P. 2. D. 8. n. 5.* Stryck. *in Introd. ad P. F. c. 23. n. 9.* cunctis ejus- 7
cemodi attentatis spoliorum adinstar ante omnia revocandis, Carpz. *Dec. 93. n. 13. R. J. de Ao. 1654. §.* Und wann. *59. vid. infr. C. 1. §. 4.* effrena- 8
que Novantis & Attentantis libidine salutari *Inhibitionis* remedio compescenda, qua fine foret profecto, ut iniquitate judicis læsi, parum

præsidii in appellatione habituri essent, unde tamen ultimum in-
9 nocentiæ auxilium præstolantur. Hanc Superioris *in Causis Appellationum justam attentatorum inhibitionem*, ceu articulum in foro utilissimum, cum data mihi à *Magnifico* ac *Amplissimo JCtorum Ordine* Inauguralem Dissertationem pro more conscribendi licentia, sub incudem Disputationis revocare sedeat animo sententia, propositum hocce meum Benevoli Lectoris candori commendo, & ab ejus humanitate, si itineri accinctus non ubivis & ex asse exspectationi satis fecero, veniam mihi stipulor polliceorque certissimam. Deus vero felicissimo successu, quicquid susceptum laboris est, beet, cujus benignissimis auspiciis ad remipsam progredior. Sit itaque

CAPUT I.

Exhibens

Generalia inhibitionis in causis appellationum.

SUMMARIA.

Inhibitionis vox generaliter & specialiter accipitur. 1. seq.
Generaliter notat quamcunque inhibitionem. 3. seq.
Dividitur in Inhibitionem Legis & Hominis. 5. seq.
Homo vel Privatus, e. g. Novum opus inhibens. 7
Vel Publicus sive Magistratus. 8
Magistratus inhibitio respicit vel negotia extra judicialia. 9
Vel judicialia, quatuor potissimum casibus. 10. seq.
De Iudiciali Inhibitione in causis Appellationum tantum agitur. 12. seq.
Inhibitio describitur. 14
Aliter juxta stylum Cameræ. 15
Descriptio prior explicatur. 16 seqq.
Quænam sit legalis inhibitio in causis Appellationum. 17
Interposita Appellatione judex etiam ante emanatam Superioris inhibitionem quicquam innovare ipso jure prohibetur. 18

Appel-

Appellatio appellantem à judicis inferioris jurisdictione statim eximit. 19
Hinc Superioris Inhibitio ceu superflua in Camera denegata. 20
Dicta procedunt in Appellatione à sententia definitiva. 21
Item in Appellatione ab Interlocutoria vim definitivæ habente. 22
Utroque tamen casu utilis. 23. *seqq.*
In Appellatione à mera interlocutoria judex ante intimatam inhibitionem ulterius procedere potest. 26
Et Inhibitio hic subsequens non pertinet ad ea, quæ ante vel intra decretam & insinuatam inhibitionem facta sunt. 27
Imo nec ad illa, quæ eo tempore, quo inhibitio præsentata, facta sunt. 28
Hinc inhibitio in Appellatione ab interlocutoria simplici est necessaria, in appellatione à definitiva, vel interlocutoria mixta est utilis. 29
Potest etiam judex à quo partibus inhibere. 30
Ratio additur, & quatenus procedat? 31
Exemplis declaratur. 32. *seq.*
Cur in definitione Iudicis Superioris tantum mentio facta. 34
Verba definitionis: Iudici Inferiori, vel Parti, vel utrique, explicantur. 35. *seq.*
Appellatio habet effectum cognitionis devolutivum & executionis suspensivum. 37
Ius Devolutionis est effectus Superioritatis territorialis. 38
Inferior judex regulariter appellationem recipere tenetur. 39
De effectu judicialis inhibitionis à superiore facta obiter. 40
Currente appellationis fatali judici nihil attentare licet. 41. *seqq.*
Iudex inferior lædit Iurisdictionem superioris, & jus partis, tam si post interpositam appellationem aliquid novi, demum moliatur, quam si cæptum perficere conetur. 44
Inhibitio ad præterita proprie non pertinet. 45. *seq.*
Appellatio extinguit pronunciatum, quod præsentem judicii statum attinet. 47
Iudex post interpositam appellationem procedens superiorem contemnit. 48
Ad avertendum Partium præju-

dicium potissimum adinventum Inhibitionis remedium. 49
Hoc cessante Superior attentatum confirmare potest, licet quatenus est attentatum revocetur. 50
Exemplo ædium pendente appellatione locatarum declaratur. 51
Hinc infertur: I. Tertium, si contra ipsum attentetur, á gravamine debere appellare. 52
Exemplum affertur. 53
II. Tertium non dici attentare. 54
Nec contra eum decernenda Inhibitio. 55
III. Judicem inferiorem etiam post interpositam appellationem facere posse omne, quod ad faciliorem Appellationis exitum tendit. 56
Inhibitio prohibet illa, quæ facti, non quæ juris sunt. 57
Exemplis illustratur. 58
IV. Non omnia, quæ pars appellata post inhibitionem facit, attentati vitium incurrere. 59
Exempla & casus aliquot enumerantur. 60. *seqq.*
Inhibitio in causis Appellationum nititur naturali æquitate. 63
Iudex Superior denegare nequit inhibitionem. 64
Attentata ex officio revocanda. 65. *seq.*
Inhibitio dividitur I. in Generalem, *cujus formula traditur.* 67
Et Specialem *cujus formula exhibetur.* 68
Generalis in Camera usitatissima. 69
Aliquando & Specialis decernitur. 70
II. In Judicialem & Extrajudicialem. 71
Utriusque differentia ratione Cameræ. 72
Extrajudicialis in Camera cautius impetratur. 73
III. In Tacitam & Expressam. 74. *seq.*
IV. In Simplicem & Arctiorem, *cui addunt alii* Ulteriorem. 76. *seqq.*
V. In Canonicam & Non Canonicam. 79. *seq.*
Transitus ad capita sequentia illorumque distributio. 81
Formula Inhibitionis Cameralis in causis appellationum. 82

§. 1.

INHIBITIONIS vocabulum *generice* ac *specifice* ad exemplum Adoptionis, *per L. 1. ff. de Adopt. juncto §. 1. J. eodem*, Cognationis, *per L. 4. §. 2. & L. 10. §. 2. & 4. ff. de Grad. & affin. & nominib. car. juncto. §. 1. Inst. de Legit. agnat. tutel.* Spadonum, *per L. 129. ff. de V. S. & L. 39. §. 1. ff. de Jur. dot. junct. §. 9. J. de Adopt.* & in genus aliarum in jure obviarum vocum, cum secundum *L. 4. ff. de P. V.* plura sint negotia, quam rerum nomina, 2
accipi, neminem in jure licet mediocriter versatum fugere posse autumo. vid. Arnold. Reyger. *in Process. judic. Disp. XI. Propos. 14.*

§. 2. *In Generali significatu* sumpta *inhibitio* omnem omnino deno- 3
tat prohibitionem, quæcunque etiam illa sit, ita ut hoc in sensu *Inhibere & Prohibere* æque late pateant, approbantibus hanc acceptatio- 4
nem non duntaxat Classicis Scriptoribus, quos allegatos videsis apud Quintilianum Mandosium *in Tract. De Inhibitionibus quæst. 1. num. 1.* sed jure etiam nostro, tam Civili, *per L. 1. pr. ff. de Nov. oper. Nunc. L. 16. ff. de Sponsal. L. 14. ff. de Usucap. Auth. Nunc inhibetur. C. de Donat. ante Nupt.* quam Canonico, *per cap. 29. X. De Rescript. c. Cum inhibitio copula carnalis, 3. X. De Clandest. sponsal.* vid. Arnold. Reyger. *d. Tr. Disp. XI. th.* 5
14. aliique passim; Et hocce in generaliori significatu dividitur in *Inhibitionem* LEGIS, quæ *immediate à Lege fit*, nullo accedente hominis facto, cujus exempla reperire sunt *in L. fin. C. De Pact. L. 8. pr. C. Ad L. Juliam. Majest. t. t. C. Ne fidejus. vel Mandat. dotis dentur, & t. t. X. De Reb. Eccles. non alien.* ET HOMINIS, quæ fit cooperante jure, *& median-* 6
te facto vel prohibitione hominis; ejusque VEL PRIVATI, quando pars 7
parti inhibet, ne quid in sui præjudicium faciat, cujus exempla exhibent *L. 9. ff. Si servit. vind. L. 11. ff. eod. L. 12. ff. De Usu & Usufr. legat. & L. 1. §. 2. ff. De Nov. oper. nunc.* ubi etiam *privato* permittitur novum opus facienti inhibere, ne in sui præjudicium ædificet, cum hoc effectu, ut si quid posthabita hacce privati inhibitione factum sit, id omne via attentatorum revocari debeat: vid. Robert. Lancellott. *De Attentatis P. 2. c. 20. Præfat. quæst. 2. n. 28.* Bald. *Consil. 243. Lib 2. n. 2.* Mandos. *De Inhibit. quæst. 17. n. 3.* Ubi tamen putat, hanc inhibitionem, utpote à Lege adinventam, potius ad inhibitionem *Legis*, quam *Hominis*, esse referendam, cui etiam adstipulatur Lancellot. *d. Tr. & loc.* De quo tamen dubito: VEL PVBLICI i. e. Judicis s. Magistra- 8
tus, mediantibus Mandatis Inhibitorialibus prohibentis, ne quid

vel

vel *in Reipublicæ, vel Privatorum præjudicium*, vel *Magistratus* etiam *contem-*
9 *ptum* fiat, aut cœptum perficiatur: Quæ mandata iterum respiciunt negotia vel *Extrajudicialia*, v. gr. Mandatum de inhibenda sylvarum devastatione, item de novis & insolitis vectigalibus inhibendis, nec non de inhibendis Superactionibus, Tributis, & Collectis insolitis, & de rebellibus subditis inhibendis, de quibus vid. Mindan. *De Mandat.*
10 vel *judicialia* & in specie *Processum*, circa quem recte notante Petro Friderico Mindano *in Tract. de Mandat. lib. 1. c. 27. n. 1.* quatuor sequen-
11 tes potissimum notabiliores *inhibitionum* occurrunt casus: Aut enim (1) petimus *inhibitionem Judicis Incompetentis*, aut (2) *de non impedienda Litis persecutione*, aut (3) *De non turbando vel gravando contra latam sententiam*, aut denique (4) *de non attentando vel innovando post interpositam appellationem*, *caussa in Appellationis instantia indecisa adhuc pen-*
12 *dente*; Et de hac ultima *Inhibitionis* specie, missis reliquis omnibus cum *judicialibus*, tum *extraiudicialibus*, in quantum temporis, qua circumscribor, angustia, & instantis peregrinationis meditatio permiserint, hisce lineis Inauguralibus tantum agere sedet animo sententia: Un-
13 de etiam præsentem Dissertationem non *De* INHIBITIONIBUS *in genere*, sed cum addito: IN CAVSIS APPELLATIONVM, inscribere placuit, quo vel ex solius *Rubri* lectione constaret, *Nigrum* circa illam tantum *Inhibitionis* speciem occupatam esse, qua post latam Judex Superior sententiam, pendente interpositæ Appellationis negotio, aliquid fieri vetat, quo vel jurisdictio ipsius turbetur, vel jura partium lædantur.

14 §. 3. Et hoc in sensu specialiori describere lubet *Inhibitionem*, quod sit prohibitio Judicis Superioris, facta Judici Inferiori, vel Parti, vel Utrique, ne interposita Appellatione, quicquam agere præsumant, aut cœptum perficiant, quod vel in contemptum Judicis, vel partium tendat præjudicium, ipsa naturali æquitate subnixa. *t. t. ff. Nil. innovari Appellatione interposita. L. 6. ff. De Appell. recip. L. 3. C. De Appell. c. 13. vers. Si vero* & 7. *De Appell. in 6.* vid. Schwanem. *in Proc. Camer. P. 2. c. 3. n. 2.* Barbosa in *Thes. Loc. Comm. Lib. 9. c. 77. axiom. 2.* Lancellot. *De Attentatis P. 2. c. 20. in Præfat. n. 7.* Mandos. *De Inhib. quæst. 1. n. 3.* Mindan. *de Mandat. Lib. 2. c. 26. n. 2.* Carpz. *in Differt. de Inhibit. Curiar. Provinc. Saxon. earumque processu in momentaneo possessorio Posit. 2. n. 52.* & Græven. *ad Gail. Lib. 1. Concl. 144. n. 1.* Aut juxta sty-
15 lum Cameræ Imperialis; Quod sit mandatum pœnale sine Clausula, per

per quod Judici & Parti sub certa pœna præcipitur, ne quid in Causæ per appellationem in Camera assumptæ præjudicium lite pendente attentent. vid. Guilhelm. Roding. *in Pandect. Cameral. lib. 3. Tit. XI. n. 14. ubi & insequentibus singula Descriptionis verba illustrat.*

§. 4. Antequam vero *ad Inhibitionis in causis Appellationum* pro- 16
grediar DIVISIONES, paucis in antecessum traditam in præcedaneo §. Descriptionem explicare lubet, ex quibus non parum lucis tota hæc materia fœnerabitur. Dixi autem (1) Quod sit prohibitio JU- 17
DICIS, in oppositione ad *Inhibitionem* LEGIS *in caussis appellationum*:
Ut ut enim facile largiar, interposita Appellatione ita statim Judicis 18
Inferioris IPSO JURE ligari manus, ut, cum Appellatio non duntaxat sit remedium *Cognitionis Devolutivum*, sed *Executionis* etiam *suspensivum*, juxta *L. 6. §. 1. ff. De his qui not. infam. L. 11. C. De R. C. L. 32. § 3. C. De Appell. & L. 1. §. fin. ff. Ad SCt. Turpillian. inibique* Brunnem. *Jung.* Felin. *in C. Quoniam contra. 12. n. 19.* Anton. Faber. *in C. Lib. 4. Tit. 14. Def. 7. n. 2.* Wissenbach. *in Comment. ff. ad Tit. de Appell. th. 2. &* Peretz *in Cod. eod. Tit. n. 41.* si Judex, *à quo* interposita tantum appellatione, in caussa, in qua & quatenus provocatum est, contra appellantem ulterius procedere, & dictam à se sententiam temere exequi conetur, Attentatum etiam ante emanatam à Judice *ad quem Inhibitionem*, IPSO JURE committat. *t. t. ff. Nil. pendent. Appell. innov. & c. 7. X. de Appell. in 6.* Vera P. 1. *Dec. 34.* Petr. Rebuff. *in Const. Regn. Tract. de Appell. art. 16. Gloss. 1.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 77.* Stryk. *in Introd. ad Prax. For. c. 23. §. 15.* Robert. Maranta. *in Spec. P. 6. c. Recte concipitur citatio Tit. De Citat. n. 33.* ad instar spolii, cujus judex attentans reus censetur, *vid. omnino* Carpz. *Dec. 93. n. 13. inibique allegati*, statim & absque omni mora revocandum. *L. un. ff. Nil innovari appell. pendente c. Non solum. 7. X. de Appell. in 6.* Gail. *1. obs.* 144 *n. 2. & obs.* 146. *n. 1. ibique alleg. Ddres. Jung.* Mynsing. *Cent. 1. Obs. 16. & Cent. 3. obs.* 33. & 34. & Blum. *in Process. Camer. Tit. 52. n. 3. & 20.*
Ut hinc, cum appellans per interpositam appellationem à Judicis 19
inferioris Jurisdictione, ut incompetentis, statim eximatur, Blumius *d. Tr. Tit. 54. n. 1.* Lancellott. *de Attent. P. 2. c. 12. Limt. n. 1. inibique allegati.* Superioris Judicis inhibitione *opus* haut esse videri possit, sicu- 20
ti & ex Tilemanno de Benign. *Cent. 1. obs. supplic. 56.* in Camera Imperiali in caussa N. contra A. zu Bamberg ea propter petitam inhibitionem, ut superfluam, fuisse denegatam observavit Guilhelmus Roding *in Pandect. Cammeral. Lib. 3. Tit. XI. §. 9.* Quia tamen hactenus 21

dicta (1) tantum procedunt in Appellatione *à Definitiva*, ceu post cujus solam interpositionem Judici *à quo* citra Superioris etiam inhibitionem *ipso jure* inhibetur, quicquam in partis appellantis præjudicium moliri, aut quoque modo attentare, Tileman de Benign. *obs. supplic. Cent. 1. obs. 56.* Roding. *in Pandect. Cameral. L. 3. Tit. XI. §. 8. in Not.* Gylmann. *L. 2. Rec. judic. Camer. Decis.* 42. *in Dub. De appellat. n.*
22 *62.* Nec non (2) *in* appellatione *ab Interlocutoria vim definitivæ habente*, ceu quæ secundum naturam appellationis à definitiva regulatur. *O. C. Part. 2. Tit. 29. §.* Und so *3. & P. 3. Tit. 31. 3.* wo aber. *11.* Gail. *1. obs. 130. n.* Brunnem. *in Proc. civ. c. 18. n. 8. &* Lancellot. *de attentat. P. 2. 12.*
23 *Limi. 1. n. 57. & seqq.* Schwanem. *Pr. Cam. L. 1. c. 5. n. 5.* In qua utraque tamen ad id utilis est *Superioris inhibitio*, ut non duntaxat judicem inferiorem & Appellatum magis arctet, quippe quam ceu præceptum pœnæ comminatione, præprimis in Camera, (in qua referente Rodingo. *sæpius alleg. Tr. Tit. XI. Lib. 3. §. 4. in Not.* nunquam inhibitio emanare solet absque annexa certarum marcarum puri auri pœna, jung. Blum. *in Proc. Cam. Tit. 54. n. 2. seq.*) armatum, reverenter habere
24 debent, nisi pœnam inhibitioni annexam incurrere malint, sed & in revocandis attentatis hunc insignem operatur effectum, ut Judice vel parte aliquid post *intimatam Inhibitionem* innovantibus, vel temere attentantibus, istiusmodi attentata, modo notoria fuerint, aut *in continenti probabilia*, per viam *mandatorum extra judicialium* revocentur *O. C. P. 3. Tit. 31. §.* So mit *12. & seq. & Noviss. Imp. Recess. de Anno 1654. §.*
25 Und wann gegen die ausgelassene *59.* cum contra *ante emissam vel Insinuatam inhibitionem*, Judice vel parte Appellata aliquid in præjudicium Appellantis molientibus, illud non nisi *judicialiter* prævia Judicis Superioris *in scriptis* imploratione, *præcise per sententiam*, minime vero per *mandata extrajudicialia* revocetur. Vid. omnino Roding. *d. l. Lib. 3.*
26 *Tit. XI. n. 9. in Not.* Ea vero (3) omnia in appellatione *à mera interlocutoria* secus se habent, utpote quæ non ante suspendit Judicis *à quo* jurisdictionem, ut ulterius procedere nequeat, in caussa, à quo provocatum est, nisi postquam ipsi *inhibitio* à Judice Superiore facta, legitime sit insinuata. *per c. 7. X. de Appell. in 6.* Maranta P. *6. Actu 2. n. 162. Zœsius ad Tit. Nil novand. appell. interpos. n. 8.* Brunnem. *in proc. civ. c. 28. n. 80.* Lancellot. *de Attent. P. 2. c. 12. Limit. 1.* Camill. Borell. *Tom. 2. Dec. 35. n. 131.* Roding. *d. Tr. L. 3. T. XI. n. 8. in Not.* Gylm. *L. 2. Dec.*
27 *Cam. 42. in dubiis circa Appellationes n. 86. seq.* Usque adeo, ut subsequens

Supe-

Superioris Inhibitio ad ea non pertineat, quæ post appellationem
ab interlocutoria *ante* vel *intra decretam & insinuatam inhibitionem* facta
sunt. Barbosa *in Thes. Loc. Comm. L. 9. c. 78. ax. 4.* Zigler. *ad Inst. Jur.*
Can. p. mihi 883. Petr. Frideric. Mindanus *de Mandat. L. 2. c. 26. §. 6. n.*
15. ibique allegati: Ubi in sequentibus addit: Imo ne ad illa quidem 28
pertinere subsecutam *inhibitionem*, quæ eo ipso Die, Hora & Puncto
temporis facta sunt, quo *inhibitio* est præsentata, concurrente simul
ejusdem insinuatione, & contraventione. vid. Mandos. *de Inhibit.*
quæst. 81. per tot. Hinc *inhibitione* Judicis in Appellationibus *à simplici* 29
interlocutoria necessaria, in appellatione vero à *definitiva* vel *interlocu-*
toria mixta utili existente, non perperam in definitione dixi: *Inhibi-*
tionem in caussis Appellationem esse prohibitionem JUDICIS.

§. 5. Dixi (II) SVPERIORIS: Quanquam enim *& inferior Ju-* 30
dex primæ scilicet instantiæ partibus inhibere possit, quo minus post
interpositam appellationem aliquid in præjudicium litis ad Judicem
Superiorem devolutæ faciant, *vid.* Mandos. *de Inhibit. q. 18. ibique alleg.*
& Mindan. *de Mandat, Lib. 2. c. 27. §. 3. n. 7.* Cum quoad illa, quæ ad 31
faciliorem caussæ Appellationis exitum tendunt, inferioris Judicis
jurisdictio minime per interpositam appellationem sit suspensa, *c.*
Cum teneamus & ibi. Fran. *in 2. Notabil. de Appellat.* Herculan. *De Attent. c.*
18. n. 102. Scaccia. *De Appellat. q. 3. n. 34.* Roding. *sæpius alleg. Tr. L. 3. c. XI.*
§. *4. in Not. ad verb. Præjudicium.* Hac duntaxat eidem obstitura, ne
sententiam executioni mandet, non vero, ne partes coerceat, &
inhibendo jus sartum tectum conservet; Unde infert Mandosius *d. l.* 32
Judicem *à quo* recte inhibere posse, ne asserti conjuges pendente ap-
pellatione matrimonium cum alia consumment, & Mindanus *supr.*
alleg. loc. Posse judicem *à quo* etiam post interpositam appellationem 33
inhibere, & inhibendo pro videre, ne quis in sua possessione turbe-
tur. *Vid.* Aug. Bero. *L. 2. Consil. 48. n. 2.* Quia tamen hic describere
lubuit, illam in caussis Appellationum *inhibitionem*, quæ tam *judicem* 34
Inferiorem, quam *Partem appellatam* ab omni post interpositam ap-
pellationem attento arcet, ipsique appellanti non minus contra te-
meraria *Judicis*, quam *partis* conamina jus suum illibatum conservat,
ideo non incongrue in Descriptione Judicis SVPERIORIS tantum
mentionem esse factam arbitror.

§. 6. Dixi Judici INFERIORI vel PARTI, vel VTRIQVE. 35
Cum enim appellanti vel à *solo Judice*, plus justo affectibus lenoci-

 nante,

nante, proque illorum libidine ad executionem iniquæ à se dictæ ſententiæ advolante, vel ab *Appellato ſolo*, temerariis ſuis attentatis ſententiam futuram eluſoriam reddere impie conante, vel *ab Utroque ſimul* contra legum præſcripta ad ulteriora, pendente Appellatione, progredientibus non leve immineat præjudicium, in tempore utique contra omnium horum attentata Judicis Superioris *matura inhibitione* ipſi ſubveniendum eſt, ne poſt vulneratam cauſſam remedium quæ-
36 rere opus habeat: Et licet regulariter inhibitiones contra *judicem & Partes* ſimul dirigantur, Roding. *in Pand. Cam. L. 3. Tit. XI. §. 4. in not.* tamen aliquando *Judici* tantum, & *non Parti*, vel *contra* inhiberi poſſe, recte docet Lancellot. P. *2. c. 20. ampl. 19. n. 1. & 2.*

37 §. 7. Dixi (IV.) Ne INTERPOSITA APPELLATIONE. Eſt enim *per ſupra*, §. *4. h. c. notata*, hic interpoſitæ Appellationis à Definitiva & Interlocutoria mixta effectus, ut non duntaxat virtute ſua naturali ulteriorem cauſſæ cognitionem, ſuſpenſa citra Superioris judicis inhibitionem, omni Inferioris jurisdictione, ad Superiorem devolvat, vid. Mev. P. *8. Dec. 287. n. 1. P. 4. Dec. 382. & P. 1. D. 151 n.*
38 *2.* ita, ut cum jus devolutionis ſit de Summis Regalibus ac Superioritatis effectus, Rebuff. *in Conſt. Regn. Tit. de Appell. n. 6.* Covarruv. *Pract. quæſt. c. 4. n. 6.* Gail. *de arreſt. c. 7. n. 14.* ne quidem Inferiori liceat
39 appellationem interpoſitam regulariter non recipere, Stryck. *in Introduct. ad Prax. For. c. 23. §. 9.* Mev. *P. 2. D. 8. n. 5.* vel datis refutatoriis ad executionem properare, Brunnem. *ad L. pen. ff. De appell. recip. n. 1. & ad L. unic. ff. Nil. innov. appel. pend. n. 14.* Mev. *P. 5. Dec. 305. & P. 2. Dec.*
40 *294.* Sed præprimis tum judici à quo liget manus, quando actualis Judicis Superioris acceſſit inhibitio, id efficiens, ut omnia poſt illam in præjudicium partis appellantis geſta, ad illum ſtatum revocanda ſint, in quo lis fuit tempore attentatorum: Ut ut autem Judicis Superioris *inhibitio* id operetur, ut, quicquid vel judex à quo, vel pars appellata poſt *emanatam in* appellantis præjudicium molitur *inhibitionem*,
41 attentatum dicatur, non tamen opinandum eſt, intra decendium à dicta ſententia, & ante interpoſitam Appellationem integrum eſſe
42 Judici, aut parti, ſine metu revocationis quicquam innovare: Sicuti enim poſt interpoſitam appellationem nihil eſt innovandum, ita nec pendente tempore ad appellandum à jure indulto; Cum, ut jus ali-
43 cui non eſt aufferendum, ita nec ſpes: Unde, quod ante Appellationem à *Definitiva* intra decem dies medio tempore innovatum eſt, appellatio-

tione postea interposita, æque per Iudicem Appellationis reparari debet, ac si post interpositam demum Appellationem, aut *inhibitionem* innovatum sit, *Vid.* Zœsius *ad ff. Tit. Nil. in nov. appell. pendente n. 8. in fin.*

§. 8. Dixi (V.) QVICQVAM AGERE PRÆSVMANT, VEL COEPTVM PERFICIANT: Utroque enim modo in futu- 44
rum lædere potest Iudex Inferior judicis Superioris Iurisdictionem, & jus Partis, sive post interpositam Appellationem aliquid novi demum moliatur, sive quod jam tum temere cœpit, conetur perficere: Ad præterita enim proprie inhibitio non pertinet, Mandos. *de Inhib.* 45
quæst. 22. *&* 70. *n.* 2. Reyger. *in Process. Judic. Diss. XI. Tit.* 20. *lit. B.* Wesenbec. *in Parat. Tit. Nil. innov. appell. pend.* sed futura respicit, conservans tantum jura partium in illo statu, in quo sunt, cum emanat. Lancellott. *De Attentat. P.* 2. *c.* 20. *in Præfat. q.* 1. *n.* 12. Lanfranc. *in Rep. c. quoniam Verb. Appell. n.* 67. *&* 69. *De Probat.* König. *in Process. P.* 2. *c.* 125. *Rubr.* von *Attentaten*, § Aber von dem bey Urthell / *verb.* Sonst wo die Verbietung. *d. l. q.* 22. *in fin.* Hinc, si attentetur, antequam *inhibitio* in- 46
sinuetur, caussa tantum in puncto *Attentatorum* esse dicitur, sed *post inhibitionem* insinuatam dicitur esse in puncto *inhibitionis*. Blum. *in Proc. Camer. Tit.* 52. *n.* 27. *ibique alleg.* Gylmann.

§. 9. Dixi (VI.) QVOD VEL IN CONTEMPTVM IVDICIS &c. Cum enim ab ipso Interpositæ Appellationis momento, juxta supra tamen §. 4. traditam distinctionem, omnis ulterior caussæ cognitio ad judicem Appellationis devolvatur, adeo, ut quod 47
præsentem Judicii statum attinet, appellatio plane exstinguere pronunciatum, *vid.* Brunnem. *ad L.* 1. *§. fin. n.* 10. *ff. ad Senatus consult. Turpilian.* Iudicemque *à quo* incompetentem facere videatur, Gail. 1. *Obs.* 144. *n.* 2. *ibique alleg.* non potest non ulterior Iudicis in Caussa processus, 48
Superioris parere contemptum, in ejus involare temere jurisdictionem dicitur, qui non attento, ipsi soli caussæ per interpositam Appellationem ad ipsius tribunal devolutæ, competere cognitionem, nihilominus spreta ejus authoritate, dictam à se sententiam exequi properat. Lancellot. *De Attent. P.* 2. *c.* 20. *Præf. quis n.* 10. Perez *d. C. Tit. De Appell. n.* 44. *seq.* Zoes. *ad ff. Nil nov. appell pend. n.* 10. Gail. 1. *Obs.* 146. *n.* 7. *ibique alleg. Ddres. Vid. formula Inhibitionis Cameralis in fin. h. c.* 1.

§. 10. Dixi (VII.) VEL PARTIVM TENDAT PRÆIVDICIVM. Ad illud enim potissimum avertendum salutare adinven- 49

tum est *Inhibitionis* auxilium, cum ceteroquin parum præsidii habiturus esset Appellans in aditione Iudicis Superioris, si Inferiori Iudici, aut Parti interim attentando pro lubitu liceret, deteriorem reddere Appellantis conditionem, aut difficiliorem facere appellationis exi-
50 tum. Vbi ergo Partium cessat præjudicium, ibi, quod per attentatum fit, confirmari potest à Iudice Superiore, licet illud, quatenus est attentatum, recte revocetur; quod probat Brunnem. *ad L. un. ff. Nil.*
51 *novand. appell. pend. in. fin. ex* Mev. *P. 3. Dec. 211.* exemplo locatarum ædium, de quarum venditione & retractu lis agebatur coram Tribunali Wismariensi, quas, qui illas non possidebat, pendente Appellatione *utiliter* locaverat, q. c. hæc locatio, quia non tendebat *in litis præjudicium, sed Partium commodum*, à Iudice Superiore approbata, quoad Locantem vero, qua attentatum, revocata est.

52 §. 11. *Infertur* ex his I. Si non contra Appellantem, sed TERTIVM attentetur, hunc mandatum attentati revocatorium petere non posse, sed teneri ab ipso gravamine appellare; quod exem-
53 plo fidejussorum, caussa quod debitores principales ad Cameram devoluta, Judice, pendente Appellationis Processu, contra fidejussores procedente, ab hanc sententia & processu executionis appellantium probat Blum. *in Proc. Cam. Tit. 52. n. 28.* ibique præjudicio Camerali illustrat.

54 §. 12. *Infertur.* II. TERTIVM, qui in lite non fuit, non dici attentare, *c. 3. §. in alium X. de Appell. in 6.* Gail. *1. Obs. 144. n. 9. ibique alleg. Ddres. & 1. Obs. 72. n. 16.* Ubi docet: Contra Tertium pendente appellatione aliquid innovantem, *Inhibitionem* non esse decernendam, cum res inter alios acta *Tertio* non præjudicet. *t. t. C. Res inter al. act.*
55 Neque adversus illum per viam revocandorum attentatorum, sed ordinariam coram ordinario Judice esse procedendum. Peretz *ad C. Tit. De Appell. n. 44. in fin. jung.* Marant. *P. 6. a. 2. n. 163.* & Blum. *Process. Camer. Tit. 52. n. 12. Aliique à* Gailio. *d. Obs. 72. n. 6. alleg. Conf.* Mindan. *d. Tr. L. 2. c. 27. §. 4. n. 10.*

56 §. 13. *Infertur.* III. Omne illud, quod Inferior etiam post *interpositam Appellationem & insinuatam Inhibitionem facit in faciliorem Appellationis exitum*, pro attentato non haberi; cum hoc non faciat in appellantis præjudicium, sed jure permittente. *Vid. dicta. h. c. §. 5.* In-
57 hibitione tantum prohibente illa, quæ *facti*, non quæ *juris* sunt. Oldrad. *Consil. 136. n. 12.* Roding. *in Pandect. Camer. L. 3. Tit. XI. n. 4.*

in

in Not. ubi in hanc sententiam etiam allegat Cardinalem Tusch. *Tom. 4. Concl. Pract 140. n. 1.* Exque hac regula porro concludit: Judicem 58
à quo, non obstante *generali inhibitione* posse ad instantiam victoris describere fructus; examinare testes ad perpetuam rei memoriam, Mev. P. 4. *Dec. 160.* Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. appell. interp. n. 10.* Rutger. Ruland. *De Commiss. c. 2. n. 11.* Debitorem appellantem, de fuga non leviter suspectum, capere & præviis justis Dilapidationis indiciis, rem ipsam & fructus sequestrare, omnibus hisce actibus *ad faciliorem Appellationis exitum* tendentibus. Conf. Scacc. *De Appellation. quæst. 3. n. 26. 28. 31. & 34.* Lancellot. *De Attent. P. 2. c. 20. Limit. 4. & c. 12. in 4. Lim. pr.* Q. Mandos. *De Inhibit. quæst. 34. n. 3. & q. 18. n. 3.*

§. 14. *Infertur* (IV.) Nec omnia, quæ pars appellata etiam 59
post inhibitionem facit, modo *jure faciat permittente*, attentati notam incurrere, cum suo jure utens nemini faciat injuriam, *L. 55. ff. De R. J. L. 1. §. 12. ff. De Aq. & Aq. pluv. art.* Hinc non attentat, qui possessionem 60
continuat, Lancell. *De Attent. P. 2. c. 4. Limit. 1. per tot.* Brunn. *ad L. Un. ff. Nil innov. appell. interposs. n. 19.* Mev. *P. 1. Dec. 47. & §. 5. Dec. 101.* Ubi illud præjudicio Tribunalis Wismariensis in Caussa Berend Lampen pendente appellatione à Pannicidio non desistente, contra Die Gewandschneider in Wismar comprobat. *jung.* Klock. *Vol. 1. Cons. 4. n. 6.* Unde hoc, & simili casu non *Inhibitiones*, sed *Tuitoria*, cognita caussa, pro possessione partis emanare posse docet Brunn. *all. loc.* cum pro attentato haberi non debeat, quod pro defendenda quis possessione facit. Mev. *P. 2. Dec. 58.* & Brunn. *d. l.* Conf. Roding. *Tr. L. 3. c. XI. §. 4. in Not.* Vbi subjicit: Nec hunc videri attentare, qui 61
objectas ab adversario ædibus, in quarum ille possessione est, seras effringit, Vid. Anton. Fabrum *in C. Rer. jud. L. 1. Tit. 10. Def. 11. per tot.* Gylm. *Rer. jud. Cam. Lib. 2. Dec. 43. in Decis. Summariis in fin. adjectis in pr.* Et posse sine vitio attentati *civiliter* duntaxat possidentem, *post* 62
inhibitionem apprehendere possessionem *naturalem*, cum possessionem suam saltem continuare dicatur, infert ex inibi allegato Cardinali Tuschio. *Tom. 4. Pract. Concl. 140. n. 1.* Roding. *in Pand. Cam. d. l.*

§. 15. Dixi (VIII.) *Ipsa* ÆQVITATE NATVRALI *subnixa*. Hæc enim oppido commendat salutare *Inhibitionis* remedium & sic- 63
uti fundamentum est Appellationis non temerariæ, in *præsidium innocentiæ*, omnibus injusta judicis iniqui sententia læsis, adinventæ,

per

per c. 61. §. porro. &c. De Appellat. Ita ad defensionem innocentiæ,
64 unice collineat Superioris Inhibitio: Vt hinc Vtrumque & *Appellationis*, quæque hanc facilitat, *Inhibitionis* auxilium, æquissimo defensionis, ipso naturali jure ubique approbatæ, favore subnixum,
65 imploranti Superioris Iudicis opem eo minus sit denegandum, quo magis vel *ex officio* impia novantium attentata, ipsam Legem, talia prohibentem offendentia, parte etiam non petente, revocanda esse censet Blumius in *Proc. Camer. Tit.* 52. §. 13. Gail. *1. Obs. 146. n. 7.*
66 *ibique allegati Dd.* Eo, quod per istiusmodi attentata plus *Judex*, quam *Pars* offendatur, *Lexque* prohibens, pendente Appellatione quicquam innovari, insigniter eludatur: Vbi & præjudicium Camerale subnectit.

67 §. 16. DIVIDITVR *Inhibitio in Caussis Appellationum* I. In GENERALEM, qua *generaliter* interdicitur, ne quid fiat in præjudicium appellationis, hac formula: So befehlen wir Euch hiemit ernstlich / daß Ihr in dieser Sachen / ferner nicht verfahret / urtheilet noch exequiret / sondern dieselbe für uns ihren gebührlichen Außtrag und Erörterung nehmen lasset. vid. Ioh. Emeric. â Rosbach. *in Proc. Judic. Civ. Tit. 75. n. 10.* jung. *formula Inhibitionis in fine hujus capitis subjecta.* Et
68 SPECIALEM, qua hoc vel illud inspecie interdicitur v. gr. So befehlen wir Euch hiemit ernstlich und wollen / daß Ihr Euch der angemasten Verkauffung des *quæstionir*ten Hauses gäntzlich / biß zur rechtlichen Austrag dieser / vor unserm Höff-Gericht in unentschiedenen Rech-
69 ten hangenden Sache / enthalten sollet. Illam in Camera usitatissimam, hanc vero rariorem esse, docet Rodingus *in Pandect. Camer. L. 3.*
70 *Tit. XI. §. 5. in Not. p. mihi 544.* Vbi tamen subjicit: Aliquando evenire, ut, si â sententia, varia capita habente appelletur, appellatione in totum recepta, non nisi ad certum quoddam caput sententiæ *inhibitio* decernatur, quæ tum recte *Specialis* audit; quorsum pertinet præjudicium Camerale, quod *Idem d. l.* exhibet in caussa Bokenemb cont. die Hildeßheimische Regierung den 2. April. 1652. Vbi ita decretum: Ist die gebetene Inhibitio, so viel den halben Zehenden zu Upstätt betrifft / erkandt 2c.

71 §. 17. Dividitur II. *Inhibitio* in IVDICIALEM, quæ cum caussæ cognitione in judicio emanat, & EXTRA IVDICIALEM,
72 quæ citra telam judicii extrajudicialiter decernitur. Quarum *illa* juxta Stylum Cameræ *sententiam*; *Hæc* vero *Decretum* tantum requirit.

rit. Vid. Roding. *d. l. p. mihi* 545. Vbi notanter ſubjicit: Quia ultimus modus expeditior eſt, ſemper ſupplicantem tentare debere, 73
an extrajudicialiter inhibitionem impetrare poſſit, nec ſolere ante ad judicium deflectere, niſi eò remittatur.

§. 18. Dividitur III. *Inhibitio* In TACITAM, quæ Injunctis 74
Litteris informatoriis, vulgo dehm Bericht-Schreiben / ineſſe creditur, ne, quousque informetur Superior, ulterius procedatur; quanquam aliquando inhibitoria Clauſula illis expreſsè annecti ſoleat, uti videre eſt ex præjudicio Camerali, de 12. Nov. 1657. quod exhibet Roding. *in Pand. Cam. d. l. p. 545.* his verbis: Sondern ſoll Bürgermeiſter und Raht der Stadt Cöln / ihren nachmahligen Bericht vor Vollenſtreckung anbefohlener *Execution*, innerhalb 4. Wochen einſchicken. Et EXPRESSAM, quando expreſſis verbis & in 75
Camera, tantum ſcriptis, Roding. *d. l. 545. Judici* vel *parti*, ne quid attentent, interdicitur.

§. 19. Dividitur VI. *Inhibitio* in SIMPLICEM, quæ *extra Ca-* 76
meram regulariter primo *ſine comminatione pœnæ pecuniariæ*, in *Camera vero cum comminatione pœnæ pecuniariæ* & quidem 10. marcarum auri puri, pro dimidia parte Fiſco Cæſareo, pro altera vero dimidia appellanti applicandæ, ſecundum ſtylum ita receptum fieri ſolet, *vid. Form. Inhib. Camer. in fin. h. c.* Et ARCTIOREM, quæ fit *extra* 77
Cameram, *ſub pœna pecuniaria arbitraria*, in Camera ſub pœna *Banni* & quidem *juncta Citatione* ad videndum ſe incidiſſe in pœnam Simplicis citationis vel allegandas cauſſas, quare talis declaratio fieri non debeat; in quo utroque â Simplici differt. Vid. Roding. *ſæpius. all. Tr. D. 3. Tit XI. §. 7. in Not. p.* 546. & Jac. Blum. *d. Tit.* 54. *n.* 2. *&* 4. Vbi ad- 78
jicit & *Tertiam* ſpeciem, nempe VLTERIOREM, quam mediam in Camera conſtituit inter *Simplicem* & *Arctiorem*, & locum ſortiri ſtatuit, ſi *ſimplici* inſinuatæ inhibitioni ſit contraventum, ita, ut tum pœna aggravetur & plerumque 15. marcarum puri auri ſtatuatur, & ſi ne huic quidem pareatur, ut tum ad *arctiorem* & *Banni comminationem* demum procedatur.

§. 20. Dividitur V. in CANONICAM, quam dicunt, quæ 79
fit prævia citatione & cauſſæ cognitione. Covarrav. *Pract. quæſt. c.* 24. *n.* 3. Marant. *in Specul. in 3. P. Sextæ partis principalis. q. 2. n. 196.* Lancell. *De Attent. P. 2. c. 20. Limit. 1. n. 6. ibique alleg.* & NON CANONI- 80
CAM, quæ fit ſine cauſſæ cognitione & partis citatione. Lancell. *d. l. n. 5.*

d. l. n. 5. Vel, quæ contra jus, aut intuitu frivolæ appellationis, aut ubi alias de nullitate appellationis constat, decernitur, de qua divisione & ejus effectu agens pluribus consuli potest Lancellot. *d. l. n. 9. & ibique all. Ddres.*

81 §. fin. Sed missis *Divisionibus* ac *Generalibus* circa materiam Inhibitionis in Caussis Appellationum, ad COMPETENTIAM IVDICIS INHIBENTIS, tam ratione PERSONARVM, quibus inhibetur, de quibus agam CAPITE SEQVENTI II. quam CAVSSARVM, in quibus *Inhibitio* locum sortitur, circa quas occupabitur CAPVT III. nec non ad EFFECTVS INHIBITIONIS, quos sistet CAPVT IV. Ejusque CONTRARIA, quæ sum-
82 matim tanget CAPVT V. progredior, pro illustranda hac materia, coronidis loco formulam *Inhibitionis* in Camera usitatæ in *Causis Appellationum* subjiciens, sicuti conceptis eandem verbis exhibet Christian Gastel. *in Spec. Jur. Univers. Cap. 32. pag. mihi 721. n. 61.*

Wir Leopold. von Gottes Gnaden Römischer Käyßer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / 2c. Entbieten dem Hochgebohrnen N. Unserm lieben Oheimb / Churfürsten / auch unsern und des Reichs getreuen Zentrichtern der N. Zent zu N. Unsere Gnad und alles guts. Hochgebohrner lieber Oheimb und Churfürst / auch lieben getreuen / sich hat der Ehrwürdig. N. Bischoff zu N. Unser Fürst und lieber Andächtiger von der Urtheil / so durch euch gemeldte Zentrichter den 28. nechst verschienen Monaths Januarii, wieder sein des Bischoffs Andacht / und für dein unsers Churf. Lieb nichtiglich / oder je unrechtmäßiger weise / wie angeben / außgesprochen und ergangen seyn / als hoch und mercklich beschwert / vor Notarien und Gezeugen / Inhalt eines offenen derhalb vorbrachten Instrumenti, an uns / und unser Käyserl. Cammergericht beruffen und appellirt, darauff zu rechtlicher Vollführung der Sachen unser Käyserliche Ladung wieder dein Lieb ausbracht / daneben ümb diese Inhibition seiner Andacht / an dieselb dein Lieb / und euch zu erkennen / und mitzutheilen / embsiges fleisses anruffen und bitten lassen / auch erhalten daß ihme solche Inhibition erkennet worden ist. Darümb und dieweil dann in anfangenden Appellation und Sachen / durch jemand nichts attentirt oder verneuert werden solte / so gebieten wihr deiner vielbemeltes unsers Chur-Fürsten Lieb / und euch von Römischer Käyserl. Macht / auch Gerichts und Rechtswegen / Bey *Pœn* zehen Marck lötiges Goldes / halb in unser Käyserlichen Cammer / und zum andern halben Theil den obge-

obgemelten *Appellanten*, unablässig zu bezahlen/ hiemit ernstlich und wollen/ daß Ihr in dieser Sachen/ alldieweil die vor uns/ oder/ gedachten unserm Cammergericht in unentschiedenen Rechten hanget/ derselben anhangenden Sachen/ oder den *Appellanten* zu Nachtheil/ und unser Käyserl. Oberkeit zu verachten/ ferner nicht vollführet/ *procedirt*, erkennet/ handelt/ oder fürnehmet/ durch euch selbst oder andere in keinerley Weiß und Wege/ daran thut dein Lieb/ und ihr unser ernstliche Meinung/ wann aber hierüber obgemelter massen vollführen/ procedirt, fürgenommen/ so würde doch solches alles als attentata, und von ihnen selbst untüglich/ nachmahls wiederumb auffgehaben/ wiederruffen/ und nichts desto minder mit Erklärung obberührter pœn, und sonst ferner in Rechten gegen euch procedirt, wie sich das nach seiner Ordnung gebühret/ darnach wisse sich dein Lieb/ und ihr euch zu richten: Geben in unser und des Reichs-Stadt ꝛc. *jung.* Rosbach. *in Proc. Civ. Tit.* 75. *n.* 9.

CAPUT II.

DE

Competentia Judicis inhibentis in caussis appellationum, ratione personarum, ad quas inhibitio emanat.

SUMMARIA.

Judex inhibens debet esse competens & ratione personarum & ratione causarum. 1

Cognitio, An sit Iudex? omne jurisdictionis exercitium praecedere debet. 2

Inhibitio posthabita cognitione de competentia emissa, ut de facto facta revocanda. 3

Ubi inhibitus non recognoscit jurisdictionem inhibentis, ibi inhibitio est otiosa. 4

Infertur I. Judex competens ratione appellationis, eſt etiam competens ratione inhibitionis. 5.
Ratio hujus regulæ. 6
Regula etiam negative valet. 7
Iudex dubius ratione jurisdictionis quoad perſonas, non debet inhibere. 8. *ſeqq.*
II. Judex non immediate, ratione Inhibitionis in cauſſ. appellat. regulariter eſt incompetens. 11
Appellatio non per ſaltum, ſed gradum regulariter fieri debet. 12
Appellatio non expreſſo nomine judicis ad quem, facta ad immediate proximum cenſetur. 13
Appellans ad mediatè ſummum, ad judicem medium remittendus. 14
Superior in tali cauſa appellationis nulliter procedit. 15
Mediate ſummus recte recipit appellationem tribus caſibus. 16. *ſeqq.*
His caſibus mediate ſummus inhibere poteſt. 19
Inferior aut par fruſtra inhibet. 20. *ſeq.*
An ad decernendam inhibitionem Partium citatione opus? 22
Affirmantes allegantur. 23
Negantes referuntur, earumque tres rationes. 24
Negantibus ſubſcribimus. 25
Inhibitio in cauſis appellationum recte ſine clauſula decernitur. 26. *ſeq.*
An ſummus Princeps cum clauſula: Remota appellatione, *aliquem delegans, poſſit inhibitionem decernere?* 28
Quæſtio præjudicialis affertur. 29
Dubium movetur. 30
Ad id reſpondetur. 31
Effectus clauſulæ: Remota appellatione: *proponitur.* 32. *ſeqq.*
Clauſula hæc delegantem non ligat. 35
Quæſtio propoſita affirmatur. 36
An delegans cum clauſula: Sententiam ſtatim exequendi, *inhibitionem poſſit decernere?* 37
Vis hujus clauſulæ oſtenditur. 38
Quæſtio affirmatur. 39
Ratio allegatur. 40
Iudice inferiore deferente licet Appellationi, inhibitio tamen utilis.
Quare? 42
Præjudicia Cameræ. 43

§. I. Præ-

§. I.

PRæmissis *Capite primo Generalibus inhibitionis* in *caussis Appellationum*, visisque ejus *Descriptione*, & *Divisionibus*, ad ulteriora pedem promoturus, merito initium facio â *Persona Judicis Inhibentis*, quem *competentem* esse debere, non duntaxat ratione CAUSSARUM, in quibus decernenda est *inhibitio*, sed ratione PERSONARUM etiam, quibus *Inhibitio* fieri debet, tralatitium esse, exque eo abunde constare arbitror, quod Judici ad *Inhibitionem* ante procedendum haud esse, omnes asserant ICti, quam de *fundata Jurisdictione & Caussarum Devolutione* ipsi rite constiterit, *per R. J. de Ao. 1594. §. 92. c. 59. X. De Appellat. & c.* Romana 3. *versic. Si vero, juncto c. 7. X. De Appellat. in 6. Vid.* Mynsing. *Cent.* 3. *Obs.* 87. Mindan. *De Mandat. L. 2. c. 26. n.* 31. Blum. *Proc. Camer. Tit.* 54. *n. 9.* Franc. *de Aret. Consil. 20. Col.* 3. & *Consil.* 33. in tantum, ut, cum cognitio: *An sit judex?* omne præcedere debeat jurisdictionis exercitium, Mynsing. *Cent. III. Obs. 87. n. 2.* posthabita cognitione de competentia jurisdictionis, emanatam *inhibitionem*, ut non-canonicam & *de facto* factam revocandam esse statuant Roland. à Vall. *L. 2. Consil.* 77. *n.* 24. Mindan. *d. l.* Blumius *d. l.* §. *9.* Schurffius *Cent. 1. Cons. 60. n. 15. ibique allegati* Herculan. *De Attent. c. 20. seq. n. 55.* Mandos. *q. 25.* Barbosa *in Thes. loc. comm. Lib. 9. c. 77. ax. 2.* 1 2 3

§. 2. Cum ergo *per proxime dicta* Inhibitio præsupponat fundatam jurisdictionem ac Competentem Iudicem, jusque *inhibendi* dependeat ab *Inhibentis* jurisdictione ac Superioritate. Socin. *in Consil. 109. Lib.* 3. Berous *L.* 3. *Cons. 117. n. 2.* Lancellot. *d. Tr. P. 2. c. 20. in Præf. q. 2. n.* 24. *ibique allegati JCti*, recte concludo: *Ubicunque* Inhibitus *non recognoscit jurisdictionem* Inhibentis, *ibi inhibitio fieri non potest.* Berous. *Lib.* 3. *Cons. 117. in pr. usque ad n. 9.* Barbosa. *d. l.* ibique allegati Baldus, Hostiensis & Archidaicon. 4

§. 3. Ex hac regula infero I. *Quicunque judex competens est* ratione Appellationis, *ille etiam competens est*, ratione Inhibitionis. 5
Ratio connexionis est, quia hic agitur de illa *inhibitione*, quam facere judex potest *ad quem*, Iudici *â quo*, aut parti, ne, caussa ad Iudicem Appellationis devoluta, interim quicquam in præjudicium Appellationis fiat. Hinc recte sequitur: *Quic: ratione Appellationis est incompetens, illum etiam incompetentem esse ratione inhibitionis.* 6 7

§. 4. *Sed quid si Judex, ad quem provocatum est, dubitet, An* RATIONE PERSONARUM, *quibus inhibendum est, sua fundata sit,* 8

jurisdictio? Et puto, tam diu ceſſare debere *inhibitionem*, donec conſtet, ipſum eſſe competentem *R. J. de Ao.* 1594. §. 92. Barboſ. *in Theſ. loc. comm. L. 9. c. 77. ax. fin. &* Zigler. *ad Jus Can. p. mihi* 874. *&* 883.
9 Neque enim ab incompetente profecta Judice *Inhibitio* vim coarctandi illum habere poteſt, qui ejus jurisdictioni non eſt obnoxius. *arg. L. fin. ff. De jurisd. L. 13. §. 4. ff. Ad Sct. Trebell. L. fin. C. Si à non com-*
10 *petent. judic.* Inanis & otioſa autem inhibitio, illam impetranti nil prodeſt, cum paria ſint, aut non fieri, aut fieri quidem, ſed ſine effectu. *arg. L. 6. ff. Qui ſatisd. coguntur.*

11 §. 5. Infertur II. Judicem *non immediatè proximum*, ratione *Inhibitionis* in Cauſſis Appellationum regulariter eſſe incompeten-
12 tem. Sicuti enim Appellatio non per *ſaltum*, ſed per *gradum*, ad judicem regulariter *immediate* proximum fieri debet, *L. 21. ff. De Appellat. ibique.* Brunneman. *c. 66. X. De Appellat. O. C. Part. 2 Tit. 29.* §. *1.* ne confundantur Jurisdictiones, Stryk. *in Diſſ. De Appell. Illicit. c. 1. §. 19.* Mev. *P. 1. D. 87. n. 5. ibique all.* Gail. Quod nec hodie aliter
13 ſe habet, Brunnem. *ad d. L. 21. n. 3.* Mev. *d. l. n. 16.* adeo, ut non duntaxat non expreſſo nomine Judicis *ad quem*, interpoſita gradatim ad mediatum Superiorem facta cenſeatur appellatio, Brunnem. *ad L.*
14 *21. ff. De Appell. n. 10.* ſed omiſſo etiam intermedio Judice, ad Superiorem facta provocatione, appellans decreto ad Judicem medium ſit remittendus, *L. 21. ff. & L. 1. §. 3. De Appell.* Mev. *P. 5. Dec. 204. n. 3.*
15 Brunnem. *ad d. L. 21. n. 13.* Judice Superiore nulliter in cauſſa Appellationis h c. proceſſuro. Mev. *P. 1. Dec. 87. n. 6. & P. 3. Dec. 388.* Scaccia *De Appellat. qu.* 7. *n. 16.* Ita non abſque nullitatis vitio judex Supremus, omiſſo intermedio facta ad ipſum provocatione, ad *Inhibitionem* Judici *à quo* decernendam procedere poteſt.

§. 6. Ceterum, cum *mediate Summus*, etiam intermedio omiſſo, quoad *recipiendam Appellationem* tum competens eſſe Judex noſca-
16 tur, quando (1) Medius Judex impeditur, impedimento ita comparato, ut facile & cito tolli nequeat, ne quis ob alienum impedimentum juſtitia frui præpediatur, Brunnem. *ad L. 21. ff. De Appell. n. 4.*
17 Mev. *P. 3. Dec. 384.* Maranth. *in Spec. P. 6. Act. n. 379.* (2) Intermedius Judex juſtitiam denegat, vel etiam eſt ſuſpectus, *per O. C. Part. 2.*
18 *Tit. 29. §. 1.* Mynſing. *Cent. 1. obſ. 67.* Gail. *1. Obſ. n. 9. v. 2.* (3) Vel conſuetudo permittit *medium* præterire, Mynſ. *d. l.* Blum. *in Proc. Camer.*
19 *Tit. 48. n. 5. &* Brunnem. *all. loc. jung.* Stryk. *in Diſſ. De Appell. Illicit. c. 1. §. 19.*

§. *19.* hisce etiam casibus, Judex mediate Summus *ratione decernendæ Inhibitionis* Judex erit competens.

§. 7. Illud vero nil dubii alere reor, *inferiorem* aut *Parem* frustra inhibere: Cum enim *Inferior* in *Superiorem* & *Par* in *Parem* nullam habeat jurisdictionem, *L. 4. ff. De Recept. L. 14. ff. De Jurisd. L. 15. §. Tempestivum ff. Ad SCt. Trebell. c. 16. X. De Major. & Obedient.* cujus actus est inhibitio, neque ad *Inferiorem* aut *Parem* procedat appellatio, ad cujus exitum facilitandum introducta est Inhibitio, utique quoad decernendam in causis Appellationum inhibitionem *Inferior* aut *Par* judex omnino est incompetens. Reyger. *in Proc. Jud. Disp. XI. th. 17.* Lancellot. *De Attent. P. 2. c. 20. Præf. quæst. 2. n. 35. seq.* Mandos. *De Inhibit. quæst. 4.* 20. 21.

§. 8. De eo inter JCtos non satis convenit: An *Citatione partis* opus habeat judex, antequam petitæ *inhibitioni* deferat? Affirmativæ subscribunt Myns. *Cent. 3. Obs. 87.* Alex. *Lib. 2. Consil. 91. col. pen.* Reyger. *Proc. Jud. Disp. XII. §. 19.* Philipp. Franc. *c. 1. n. 14. De Appell.* Marant. *P. 6. De App. n. 207.* Roland. à Valle *Consil. 77. V. 2.* Lancell. *De Attent. P. 2. c. 20. Ampl. 1. n. 212. seqq. ibique plena manu allegati Ddres,* Eamque communem esse testantur, Gabriel *Comm. Conclus. 1. Lib. 2. n. 77.* Bero. *Consil 85. Lib. 3. n. 22. aliique allegati à* Lancellotio *d. t. &* Mandosio *d. Tr. q. 17. n. 2.* & in tantum procedere satagunt, ut *omissa citatione* facta *inhibitio* nulla censeatur, destituta effectu ac vi inducendi nullitatem negotii ac actus, post istiusmodi *inhibitionem* gesti. Vid. Marant. & Lancellot. *d. ll. n. 229. jung.* Mynsing. *d. Cent. 3. th. 87. n. 6. &* Schurffius. Contra *Negativæ* sententiæ patrocinantur Petr. Frider. Mindan. *De Mandat. L. 2. §. 4. per tot. ibique allegati.* Blum. *in Proc. Cam. Tit. 54. §. 9.* statuentes: *Inhibitionem* parte altera inaudita, recte posse decerni: (1) Quia ipso jure cautum est, ne quid pendente appellatione attentetur; in casu autem ipso jure prohibito, Judex inaudita altera parte procedere & à præcepto incipere potest. (2) Quia Judex hic tantum instruendus est; quod, cum ex narratione supplicantis & gravaminis allegatione fieri possit, ad hoc citatione non est opus. (3) Quia pars post insinuatam *inhibitionem* exceptiones suas, si quas se habere putet, adhuc satis mature potest proponere: Et ob has rationes huic sententiæ calculum meum adjicere nullus dubito. 22. 23. 24. 25.

§. 9. Cumque in casibus, *expresso jure prohibitis*, vi Ordina-

dinationis Cameralis. *P. 2. Tit.* 23. Mandata *sine Clausula* possint de-
26 cerni, Gail. 1. *Obs.* 13. Blum. *Proc. Cam. Tit.* 34. *n. 68. seqq.* Hopp. *in Il. M. ad pr. J. De Interdict.* inde est, quod judex *ad quem* Mandato Inhibitoriali *Clausulam justificatoriam* inserere necesse habeat minime;
27 Enimvero attentata judicis *à quo*, & partis, toti titulo *ff. Nil innov. appell. interp.* sunt contraria. Vnde & in Camera Inhibitiones *sine Clausula* emanare testatur, Blumius. *in Pr. Cam. Tit.* 54. §. 3. Gail. *1. Obs.* 134. *n.* 7. *juncto* Rodingo *in Pand. Cameral.* §. 4. *Tit. XI. L.* 3. *in Not.* & Schwanem. *in Proc. Cameral. L.* 2. *c.* 3. *n.* 3. Barbos. *Thes. loc. Com. Voce Inhibitio.*

28 §. 10. An autem, si summus Princeps Commissarium cum clausula: *Remota Appellatione*, vulgo ohne Verstattung aller etwan von dehm *condemnir*ten Theil einzuwendenden *Appellation*, (qualiter Superiorem non recognoscentes, Summique Tribunalis jus habentes, caussas delegare posse liquet ex *L. 1. §. interdum 4. ff. A. quib. Appell. non licet* & *notabili Cap.* 53. & 47. *X. De Appellat. Vid.* Brunnem. *ad d. L. n. 6.* Mev. *P. 2. Dec.* 193. *n. 11.*) denegaverit, parte condemnata ad Iudicem delegantem appellante, Superior h. c. ratione *Inhibitionis* sit competens Iudex non injucundæ neque impertinentis est
29 quæstionis? Hujus vero decisio inde dependet: An hoc casu *ratione Appellationis* delegans fundatam habet jurisdictionem? Quod
30 exinde videtur negandum, quod Superior delegando aliquem cum
31 dicta clausula censeatur tacite *juri devolutionis* renunciasse. Verum, quanquam communiter huic Clausulæ hæc vis tribuatur, quod efficiat, non admitti appellationem, Maranth. *in Specul. P. 6. Act. 2. Limit.* 28. *n.* 2. Mev. *P. 2. Dec.* 193. *n.* 2. Rebuff. *De Appellat. art. 7. Gloss. 2. Tom. 3. n. 16.* quia tamen solum Iudicem *delegatum* dicta tantum clausula ligat, Brunnem. *ad d. L. 1. §. 4. n. 7. ibique an.* Mev.
32 ejusque solius intuitu id operatur, ut (1) Delegatus interpositæ Appellationi non teneatur deferre, sed possit dictam â se sententiam
33 statim exequi, Speculator. *in Tit. de Appellat. §. 2. n. 32.* Mynsing. *1.*
34 *Obs.* 3. (2) Et non puniatur ob rejectam Appellationem, neque (3) ejus factum post interpositam appellationem, tanquam attentatum revocetur, sed aliis remediis, per viam nempe querelæ nullitatis corrigatur, Mev. *d. l. n.* 7. & 3. *ibique alleg.* Panormitan. *in c. Pastoralis*
35 *n. 9. & 10. de Appellat.* ad *Delegantem* vero, utpote qui non præsumitur sibi legem per hanc clausulam dicere voluisse talem, *L. 1. C. de LL.* qua

nollet

nollet audire gravatum, Franch. *ad d. Cap. Pastoralis n. 6. X. De Appell.* Mev. *d. l. n. 5.* minime extenditur, cui non obstante hac clausula, remanet jus interpositam appellationem recipiendi, ubi vel Delegati dolus aut lata culpa subest, Scaccia. *de Appell. q. 17. Lim. 6. membr. 7. n. 76.* vel gravamen est notorium, *c. 7. X. de Appellat.* aut in continenti probabile, vel rationabilis ac vero similis appellandi caussa allegatur. Mev. *d. l. n. 12. ibique allegati Ddres*, ideo indubitanter concludo: Sicuti Judex delegans non abdicat â se *tali clausu-* 36
la jurisdictionem, neque inique gravatis præcludit ad se provocationem, Petr. Gregor. Tholosan. *De Appellat. L. 2. Tit. 20. n. 7.* Scaccia. *d. Tr. q. 16. n. 98.* ita propitio etiam jure, si appellans tempestive petat *Inhibitionem* Delegati vel Partis, post interpositam coram Delegante appellationem, hic eandem decernere potest: *Vid. in terminis* Græven. ad Gail. *L. 1. Concl. 144. n. 2.* Mynsing. *Cent. 1. Obs. 3. n. 1. ibique allegati jung.* Lancellott. *De* Attent. *P. 2. c. 12. Limit. 8. n. 11. & quos plena manu ibi allegat. Ddres.*

§. 11. Affinis Superiori quæstio est itidem haud impertinens: 37
An Delegans cum clausula: Sententiam statim exequendi, *inhibitionem possit decernere?* Et cum ex veriori sententia mens hujus clau- 38
sulæ non hæc esse censeatur, ut justo apparente gravamine, conquerens non audiatur, ipsique appellatio, ceu defensionis species denegetur, Scaccia *d. Appellat. q. 16. Lim. 1. n. 99.* Menoch. *De Præs. L. 2. Præs. 9. n. 7.* Mev. *P. 2. Dec. 193. n. 8.* (Ea enim, quæ juris naturalis sunt, inter quæ Appellatio jure refertur optimo, Princeps quavis exclusione non videtur voluisse remota, Mev. *d. l. n. 9. ubique all.* Menoch.) sed, ut justitia citum consequatur effectum, Mev. *d. l. n. 8.* salvo appellandi jure; cum executionem ordinans, appella- 39
tionem minime excludere, sed sic ordinare intelligatur, ut de jure fieri debet, *arg. L. 2. §. 10. & 16. ff. Ne quid in loc. publ.* ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jus oriri debebat, *L. 6. C. Unde vi L. 4. De Emancip.* læso ad *Delegantem* tempestive appellante, utique *inhibitioni* locum esse adopinor: Cum per hanc Clausulam, etiam 40
secundum illorum sententiam, qui eidem vim excludendi appellationem, jure tribuunt invito, quos *vid. allegatos â* Mev. *P. 2. D. 193. n. 1.* per notata *ad §. præced.* Superiori facultas Appellationem recipiendi neutiquam adempta censeatur.

§. 12. Illud ultimo loco notamus: Ut ut judice â *quo* interpo- 41

sitæ Appellationi deferente, *Inhibitione* Superioris opus haud esse videatur, cum deferendo appellationi Inferior omnem â se jurisdictionem jam abdicarit, qua sine non procedit judicium; solere tamen illam decerni ex abundanti *ratione judicis* â quo, cum & abundans non noceat cautela, esseque omnino utilem *ratione appellati*, ne aliquid attentet interea aut innovet. *Vid. R. J. de A. 1594.* §. Die In-
42 *hibitiones 92.* Zoes. *ad Tit. ff. Nil innov. appell. interpos.* Gail. *1. Obs. 144. n. 3.* Schwanem. *in Proc. Camer. L. 1. c. 3. n. 5.* Hahn. *ad Wes. Tit. Nil innov.*
43 *app. interp. in fin.* Rodingus *in Pand. Camer. L. 3. T. XI. §. 9.* Vbi duobus præjudiciis Cameralibus *quorum ultimum est de 5. Jan. 1654.* dictum Imperii Recessum adhuc hodie in Camera in viridi esse observantia, contra Tilemannum de Benign. contrariæ opinioni adhærentem *Cent. 1. Observ. Supplic. 60.* probat.

CAPUT III.

DE

Competentia Judicis inhibentis in caussis appellationum, ratione caussarum in quibus inhibitio decernitur.

SUMMARIA.

Ratio ordinis. 1

Competentia judicis inhibentis ratione causarum 4. regulis examinatur. 2

Prima est: In quibus illicita plane est Appellatio, in illis etiam cessat Superioris inhibitio. 3

Ejus ratio recensetur. 4

Ex hac regula infertur Cessare Cameræ inhibitionem I. in caussis pecuniariis in appellabilibus. 5

Exemplum allegatur. 6

II. Quando à judice à quo plane non licet appellare. 7

Exem-

Exempla sistuntur. 8
III. Post tres conformes sententias. 9
Ratio ponitur. 10
Rationis ratio triplex. 11. *seqq.*
In Camera & Curiis Gallicanis quarto provocare licet. 14
Ratio additur. 15
Camera post tres conformes sententias inhibere potest. 16
An. L. Un. C. Ne lic. in un. ead. extra Cameram obtineat? remissivè. 17
IV. In causis matrimonialibus. 18
Rationem dat. 19
Exceptio ponitur remissive. 20
Suprema principum imperii tribunalia in matrimonialibus recte inhibent. 21
Causam ponit. 22
V. In Causis Ecclesiasticis. 23
Ratio habetur. 24
Idem ratione Capitulorum & Canonicatuum juris est. 25
Principes Protestantes recte inhibent. 26
Rationem exhibet. 27
VI. In causis criminalibus pœnam corporis afflictivam inferentibus. 28
Rationem dat. 29
Rationis ratio. 30
An hæc ad alia inferiora Germaniæ judicia extendenda? 31
Adducuntur affirmantes. 32
Patroni negativæ recensentur. 33
Negans probatur. 34
Ob quatuor rationes. 35. *seqq.*
In quibusdam Germaniæ judiciis Superioribus recte interdum inhibetur. 39. *seq.*
VII. In appellatione à mera interlocutoria. 41
Ratio cum exceptionibus 42. *seq.*
Transitus ad causas difficulter appellabiles. 44
Secunda est: In quibus causis non facile admittitur appellatio, in illis etiam non facile decernitur inhibitio. 45
Ratio regulæ. 46
Inde infertur non facile decerni Inhibitionem I. In causis minimis. 47
Nisi judicium sit famosum. 48
II. In causis concernentibus ordinationem Politicam. 49
III. In decreto examine ad perpetuam rei memoriam. 50
Transitus ad causas, in quibus appellatio solum sortitur effectum Cognitionis devolutivum. 51
Tertia est: In quibus causis appella-

pellatio non admittitur quoad effectum etiam suspensivum, in illis frustra petitur inhibitio. 52
Ratio regulæ. 53
Hinc inhibitio regulariter denegatur I. in Possessorio momentaneo. 54
Ratio & Exceptiones remissive. 55. *seq.*
II. In causa spolii. 57
Exceptiones remissive. 58
III. In reparatione ædium ruinosarum. 59
Ratio additur. 60
IV. In reparatione aggerum. 61
Exceptio ponitur. 62
V. In Decimarum solutione Ecclesiæ facienda. 63
Ratio datur. 64
VI. In salario pauperi debito. 65.
Ratio allegatur. 66
VII. In alimentis pauperibus debitis. 67
Quare? 68
Idem obtinet in Executivis. 69
Exceptio ponitur. 70
In omnibus causam moram non ferentibus inhibitio cessat. 71
Exempla recensentur. 72
Transitus ad regulam quartam. 73
Quarta est: In quibus admittitur appellatio quoad utrumque effectum, in illis etiam recte decernitur inhibitio. 74
Ratio regulæ. 75
Exempla regulæ. 76
An inhibitio in extrajudicialibus appellationibus obtineat? 77
Affirmatur, certis requisitis concurrentibus. 78
Exceptiones adduntur remissive. 79

§. I.

1 EXaminata Judicis *inhibentis* competentia ratione PERSONARUM, quibus Superior *in Caussis Appellationum* inhibere potest; Ordinis ratio postulat, ut hoc Capite lustremus CAUSSAS, in quibus *inhibitio* â Superiore decerni potest, cum non fundata *inhibentis* jurisdictione ratione CAUSSARUM, non minus *inhibitio* otiosa exstitura sit, quam sit illa â Judice proficiscatur, cujus jurisdictioni illi, ad quos *inhibitio* emanat, impune non parent. Vultej. *Vol. Cons. 16. n.* 71. Zigler. *ad Inst. J. C. p.* 883.

2 §. 2. Quo autem *methodice* magis hic procedam, certis *Regu-*

Regulis Competentiam Judicis *Inhibentis* ratione CAUSSARUM, in quibus *Inhibitionem* decernere poteſt, examinare tentabo, quarum hæc ſit.

PRIMA REGULA. In quibus cauſis illicita plane eſt 3 Appellatio, in illis etiam ceſſat Superioris Inhibitio. Ratio: Quia 4 in illis cauſſis, utpote ad ſe non devolutis, eluſoria ob carentiam jurisdictionis exſtitura eſt Superioris juſſio, cum hic per illicitam Appellationis interpoſitionem Inferioris jurisdictio ſuſpendatur minime: Ubi autem appellatio non habet effectum *devolutivum*, nec *ſuſpenſivum*, ibi ſortitur pronunciatum Inferioris effectum *executivum*, quem fruſtra Superior remorari annitetur, ubi ejus *Inhibitionem* impune Inferior negligere poteſt. *Vid. R. J. de Ao. 1594.* §. Die *Inhibitiones.* 92. Vigel. *in method. Obſ. Cam. L. 2. c. 17. Reg. 14. Sexta Except. fol. m.* 265. Schwanem. *Proc. Cam. L 1. c. 3. n. 6.* Roding. *in Pand. Cam. L. 3. c. XI.* §. 13. *inibique all.* Gail. & Mynſinger.

§. 3. Ex hac regula Infero I. Ubi ſumma non eſt appella- 5 bilis, ibi in *cauſſis pecuniariis* Camera *inhibere* non poteſt, ſicque h. c. ceſſat *inhibitio*, ſi quis Lubecæ infra 1000. Imperiales ad Came- 6 ram provocare conetur. *Vid. Privilegium Imperatoris. Rudolphi De Ao. 1588. 20. Maj.*

§. 4. Infero II. Ceſſare Superioris *inhibitionem*, quoties Judex 7 à quo illimitato gaudet privilegio de non appellando; Quod quali- 8 ter HODIE adhuc competat *Moguntino, Saxoni, Brandeburgico, Bavaro* & *Palatino* Electori *illimitatum*, aliisque certis Imperii Principibus, videre eſt *ex Diſſert. Dn.* Strykii. *De Illicita Appellat. Cap. 11.* §. 8. *ſeqq. inibique allegatis* Blumio, Sprengero, Schwedero, Ottone, Rodingo, Rumelino *aliisque.*

§. 5. Infero III. Judicem Superiorem, ad quem in eadem 9 cauſſa poſt tres (quoad *idem objectum, eandem materiam, eandem qualitatem*, Vid. Mev. P. 1. *Dec.* 18. *n.* 4. Ruginell. *in Tr. De Appellat.* §. 12. *gloſſ. 1. n. 10.* Rota *diverſ. Dec. Part. 1. Dec. 100. n. 3. & ſeqq.* & easdem perſonas, Brunnem. *ad L. Un. C. Ne lic. in un. ead. cauſ. tertio provoc. n. 4.*) conformes ſententias provocatur, *inhibitionem* decernere non poſſe. Ratio: Quia de Jure æque Civili, *per t. t. C. Ne* 10 *lic. in un. ead. cauſſ. tert. prov.* ac Canonico, *per c. 65. X. De Appellat.* à ſententia bis confirmata appellare illicet: Scacc. *De Appellat. c. 17.*

Limit. 1. Trentacinq. *L. 2. De Appellat. Resol. lat.* Brunnem. *in Proc. Civ.*
11 *c. 28. n. 31.* Peretz *& Ddres passim ad L. Un. C. d. c. t.* Hujus vero ratio est (1) Quod *Lex* & *Canon* illud præsumant esse justitiæ regulis Legumque præscriptis conforme, quod tribus diversorum judicum sententiis est comprobatum. Non enim probabile est aliquem toties gravari, in eadem caussa, & à diversis judicibus, Brunnem. *ad d. L.*
12 *Un. n. 5.* Stryck. *in Diss. De Illicit. Appell. c. 3. §. 13.* (2) Quod *tertio* provocans videatur justitia caussæ destitutus, magis ex obstinata quadam pertinacia, quam justo gravamine appellare, Peretz *ad L. Unic.*
13 *C. d. t. n. 1. in fin.* & (3) Quod lites alias fierent immortales, quas non in infinitum protrahi, utique & Reip. & partium interest. L. *Prope-*
14 *randum. 13. pr. C. De Judic.* Verum, cum hactenus dicta in *Camera Imperiali* (idem & de Curiis Gallicanis asserit Wissenbach. *Disp. ff. 38. L. 49. §. 19.* Bugnyon. *De LL. abrogat. L. 1. art. 152. & à 253.* Perez. *ad C. d. t. n. 4.*) Summisque Tribunalibus non procedant, utpote, ubi & *Tertia* & *Quarta* recipitur appellatio. Gail. 1. *Obs. 72. n. 3.* Mynsing.
15 *Cent. 1. Obs. 15.* Hilliger. in Donell. *L. 28. c. 6. Lit. Qq.* Brunnem. *ad L. Un. d. t. n. 9. & in Proc. Civ. d. l. n. 31.* ne alias Status Imperii in suis Ditionibus plures constituendo instantias, jurisdictionem Supremi Tribunalis eludere possint, Perez. *d. l. n.* 4. Stryk. Gail. Brunnem. *d.*
16 *ll.* Camera recte *inhibitionem* concedit, etiamsi â bis confirmata Inferiorum Judicum sententia ad illam *tertio* aut *quarto* provocetur. An
17 vero extra Cameram, illisque in locis, ubi hodie adhuc obtinet constitutio *d. L. Un.* ad impediendum executionis effectum, remedium restitutionis in integrum vel nullitatis adhuc locum inveniat, de hoc consuli possunt Perez. *d. l. n.* 4. *in fin.* Mynf. *Cent. 12. Obs.* 4. Gail. *1. Obs.* 42. *n. 12. ibique all. Ddres.* Wissenb. *d. l.*

18 §. 6. Infero IV. In causis MATRIMONIALIBVS, quatenus agitur *de contrahendo vel dissolvendo matrimonio*, cessare CAME-
19 RÆ inhibitionem: Cum enim communiter hasce causas Ecclesiasticis annumerent, *Vid.* Blum. *proc. Cam. Tit.* 43. *n.* 14. de quibus non Camera *per proxime dicenda*, tanquam Secularis judex, sed *Ecclesiasticum judicium* cognoscere debet, cessante ita competentia in hisce Cameræ Imperialis ratione cognitionis & Appellationis, *Vid.* Gail.
20 *1. obs. 112. n. fin.* Blumius. *d. t. n.* 14. Brunn. *in jur. Eccl. L. 3. c. X. §. 2. fin.* Mev. *p. 2, D.* 364, *n. 5. jung. Dec. 365, n. 1.* Roding. *in Pandect. Camer. L. 1,*

T. 31. n.

T. 31. *n.* 5. *p.* 377. *ubi Exceptionem videsis.* cessabit utique ejusdem etiam competentia ratione inhibitionis.

Quod autem de Camera dictum, illud ad SVPREMA PRINCI- 21
PVM IMPERII TRIBVNALIA tamen minime extendendum est: Si- 22
cuti enim in genere causæ *matrimoniales* admittunt appellationem, Brunnem. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 13. Carpz. *P.* 3. *Dec.* 240. *per tot.* Stryk. *in not. ad* Brunnem. *Jus. Eccl. L.* 2. *c.* 16. *p. mihi* 607. *ad* §. 12. Mev. *P.* 2. *Dec.* 364. *Per tot.* ita, cum suprema jurisdictio Ecclesiastica nostris Principibus A. C. notorie competat, *per Inst. Pac. art.* 5. §. 48. *Vid. omnino* Stryk. *in eleganti Diss. de Jure Papali Principum Evangelicorum c.* 2. §. 8. sicque â Consistoriis nostris etiam in matrimonialibus ad ipsos Principes provocare liceat Mev. *d. Dec.* 364. *in fin. P.* 6. *Dec.* 1. *n.* 4. & *P.* 2. *Dec.* 265. Brunnem. *in J. E. L.* 3. *c.* 10. §. 2. *ibique* Stryk. *in Not. ad verba; Ad Principem appellatur.* Caspar. Lipold. *De concurr. Jurisd. quæst. ult.* & Ernest. Gothofred. *de Jur. Consistor. th.* 103. illis denegari, nisi invito jure, in his causis non potest inhibitio.

§. 7. Infero V. In causis ECCLESIASTICIS, quatenus 23
de Religione, Doctrina fidei, jure Patronatus &c. agitur, CAMERÆ IMPERIALIS itidem cessare *Inhibitionem*. Ratio Conclusionis inde dependet. Quod *Causarum Ecclesiasticarum* cognitio ad Judicem, non 24
Secularem, sed *Ecclesiasticum* pertineat, adeo, ut ab hoc ad *Secularem* non pateat recursus, *c.* 2. *X. De Judic.* sicque cesset in hisce causis ob non fundatam Cameræ Jurisdictionem, ad ipsam appellatio. *Vid.* Stryk. *in Diss. de Jure Papali Princip. Evangelic. c.* 6. §. 6. Vbi idem in 25
causis Capitulorum & Canonicatuum quoad Cameram procedere eleganti probat Responso. *Confer.* Gail. 1. *obs.* 38. *n.* 2. *ibique præjudicium Camerale*, & Mynsing. *Cent.* 1. *obs.* 100. At enim, cum suspensa in terri- 26
toriis Protestantium omni Pontificis Jurisdictione Ecclesiastica, suprema cognoscendi in Ecclesiasticis facultas Superioritati Territoriali nexu indissolubili cohæreat, per *J. P. art.* 5. §. *Jus Diœces.* 48. *ibi. Et intra terminos territorii cujusque jus Diœcesanum & jurisdictio Ecclesiastica se contineat*, jusque Sacrorum Summum omne, quod olim Pontifex habuit, & apud Catholicos adhuc hodie habet, ad nostros 27
pertineat Principes, Stryk. *d. Diss. De Jur. Papal. Princ. Evangelic. c.* 2. § 8. *in fin.* ut vere dixisse videatur idem JCtissimus Strykius *d. l.* §. 10. Omnem Principem in suo territorio esse Papam, daß ein ieder Reichs-Stand in seinem Lande Papst sey/ supra dicta, de cessante Cameræ in-

Cau-

Caufis *Ecclesiasticis* appellatione, extra illam ad SVMMA PRINCI-
PVM NOSTRORVM IVDICIA non funt extendenda: Ad quæ
cum etiam in hifce provocare caufis liceat, recte inde emanabit
Inhibitio.

28 §. 8. Infero VI. In Cauffis CRIMINALIBVS, pœnam *corpo-
ris afflictivam* inferentibus, So Lebens-Straffe auf ihnen tragen/ CA-
MERAM *inhibitionem* decernere non poffe. Ratio: Quia ceffat appel-
29 latio in hifce Caufis ad Cameram, *per Ord. Cam. P. 2. T. 28. §. pen. & R.
I. de A. 1530. §. 95.* Brunn. *in Proc. Civ. c. 28. n. 12. & ad L. 1. ff. De Appell.
n. 5.* Richter. *P. 2. Dec. 100. n. 50. seqq.* Gail. *1. Obs. 1. n. 27.* Ludolph.
Hugo. *De Statib. Region. Germ. c. 3. n. 42. & 43.* Vitriarius Illuftratus
in Inst. Jur. publ. L. 4. Tit. 6. §. 33. Blum. *in Proc. Cam. Tit. 43. §. 6.
jung.* Roding. *Pand. Cam. L. 1. Tit. 31. §. 7. in Not. Aliique passim.* Ra-
30 tionem rationis ponunt Ddres communiter in diuturnitate fere im-
mortali litium in Camera pendentium, quas præcipue criminales,
non protrahi, fed citiffime decidi, intereft quidem Reip. vix tamen
poffibile eft ob rariores in Camera congreffus, præprimis vero im-
menfam Cauffarum Civilium multitudinem, ut, quod ipfum Cri-
minalium cauffarum poftulat momentum graviffimum, ftatim co-
gnofcantur & decidantur, delictis hac ratione in perpetuum, vel
diu faltem impunitis manfuris. *Vid Discursus* Danielis Lipftorpii,
JCti Celeberrimi De Appellat. illicita c. 3. §. 15. An autem hactenus di-
31 cta ad omnia alia quoque INFERIORA GERMANIÆ IVDICIA
extendi poffint, ut in *Causis Criminalibus* ne ad illa quidem provo-
care liceat, qui mortis condemnatus eft à Judice inferiore, aut cui
pœna dictitata eft corporis afflictiva, inter JCtos non fatis conve-
32 nit? AFFIRMATIVÆ patrocinantur Gailius *1. Obs. 1. n. 27. & de
PP. L. 1. c. 20. in fin.* Mynfing. *Cent. 4. Obs. 41.* Mev. *P. 2. Dec. 272. n. 6.*
Stryk. *in Diss. de Illicita Appell. c. 3.* §. 15. *in fin.* Joach. Beuft. *in Rubro.
de jur. jur. n. 97.* Zafius. *in L. Un. pr. n. 7. Si quis jus dic. non obtemp.* Petr.
Freder. *De Proc. Cam. L. 1. c. 9. n. 3. & L. 2. c. 27. n. 10.* Wefenbec. *Consil.
43. n. 80.* Knichen. *De Elect. & Ducum Sax. priv. de non appell. in verb. jus
c. 2.* Bender. *Concl. Pract. de Revision. s. Commen. in Tit. 53. P. 3. Ord. Com.
Concl. 33. p. 485.* Suaretz. *in Thesaur. recept. sent. verb. Appellation. 191.* Schra-
der. *in Tom. Consil. Variar. JCti Germ. P. 2. Cons. 40. n. 81.* NEGATI-
33 VAM vero tuentur Brunn. *in Proc. Civ. 28. n. 12.* Rauchbar. *P. 2.
quæst. jur. Civ. & Sax. 8. n. 54. p. 100. seqq.* Dan. Möller. *Semestr. L. 4.*

c. 33. n.

c. 33. *n.* 1. Herman. Vultej. *Jurispr. Rom. L.* 2. *c.* 33. *n.* 25. Schwan. *Ord. Cam.* 173. *n.* 33. Zanger. *De Tortur. c.* 5. *n.* 85. Chilian. König. *in Pract. Proc. Saxon. c.* 118. *&* 119. Nebelkrai *Dec.* 21. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 35. *n.* 21. *& Concl.* 50. *n.* 36. Wurmser. 24. *Obs.* 20. Oldekop. *integr. Tractatu De Appell. in Causis Crim. Supra laudatus* D. Dan. Lipstorp. *integro Discursu De Appell. in Causs. Crim.* & Decus hujus Academiæ Cothmann. *Vol.* 1. *Resp.* 14. *n.* 3. *& Resp.* 13. *n.* 60. quibus & ego cal- 34
culum meum adjicio (1) quia in *R. J. de An.* 1530. *&* 95. *& Ord. Cam.* 35
P. 2. *T.* 28. *§. pen.* contraria sententia non solide probatur (2) A 36
Camera ad alia judicia non semper ducitur firmum argumentum. Brunnem. *d. c.* 28. §. 12. Mev. P. 3. *Dec.* 237. (3) Varia Variorum 37
judiciorum Germaniæ præjudicia contrarium edocent. Vid. Nebelkrai *proxime alleg.* D. Lipstorp. *D. Tr.* §. 31. *&* 65. (4) Idem Ju- 38
ri Civili, *per L. Prius.* 1. *L. Litigatoribus.* 14. *L. Et in majoribus.* 20. *L. Addictos.* 29. *C. De Appellat. L. Observare* 2. *C. Quorum appell. non recipiuntur. L. Ejus. C. Si pend. appellat. mors interv. L. Addictos.* 6. *C. De Episc. Aud. L. Qui à latronibus* 13. §. *Si quis in capitali crimine &c. ff. Qui test. fac. poss. L. Rei Capitales.* 2. §. *Cum accipiemus. ff. De Pœn.* Et Canonico consentaneum est. *per. c. Cum sit Romana.* 5. *§. fin. c. Pervenit.* 13. *c. Consulunt.* 14. *c. Cum speciali.* 61. *§. Porro. X. De Appellat. Vid.* Hippol. de Marsil. *in Pract. Crim.* §. *Nunc videndum n.* 2. Foller. *in Pract. Crim. verb. Etsi confitebuntur.* P. 2. *n.* 50. Farinac. *in Prax. Crim L.* 1. *T.* 5. *q.* 38. *n.* 10. Gometz. *Var Resol. L.* 3. *c.* 13. *n.* 31. Barbosa. *Tit. ff. De Judic.* Scaccia *De Appellat.* Philipp. de Franchis. *ad Tit. Decret. De Appellat.* Joh. ab Imola. *ad L. fin.* §. *Jussus. ff. De Appellat. num.* 9. Brederodius *Ad L. Duobus. De Appellat.* quibus jungi possunt Lucubrationes elegantissimæ in Materia appellationum Guidonis Papæ, Didaci Covarruviæ, Hieronymi Manfredi, Francisci Herculani, Julii Clari & Nicolai Vigelii. Hincque concludo: In quibusdam 39
Germaniæ Iudiciis inferioribus, ubi expressa contraria doceri consuetudo non potest, adhuc hodie, (exceptis criminibus notoriis, manifestis, *c. Cum sit Romana* §. *fin. c.* 13. 14. *X. de Appell. c. Cum appellationibus frivolis.* 5. *De Appell.* & atrocioribus, *L.* 16. *C. de Appell.* Vid. Angelus De Arretio *ad L.* 2. *C. Quor. appell. non recip.* Felin. *in c. De cetero n.* 11. *X. De re jud.* Menoch. *De A. J. Q. L.* 2. *Cas.* 197. *n.* 1. Robert. Lancellot. *De Attent. c.* 12. *Lim.* 7. *n.* 1. Vigel. *in method. Jur.*

Civ. L. 1. c. 18. qu. 1. Except. 2. replic. 1. Decian. *V. 1. Resp. 63. n. 31. seq.* Covarruv. *Pr. qu. 23. n. 5. in fin.*) ad Superiora licere provocare ju-
40 dicia, inque illis etiam recte decerni *inhibitionem* ubi vel injustitia pronunciati est manifesta, vel accusato, nisi *inhibitio* fiat, irreparabile gravamen vel damnum imminet. *Vid. omnino* Mevius *P. 2. Dec. 273. n. 8. ibique allegatus* Panormitanus. *jung.* Mindan. *De Mand. c. 27. num. 32.*

41 §. 9. Infero VII. A sententia MERE INTERLOCUTORIA interposita appellatione, regulariter *in Camera* non decerni
42 *inhibitionem*: Cum enim, excepto casu irreparabilis gravaminis, *L. 2. ff. de Appellat. recip. L. 7. Quorum appell. non recip.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 2.* Menoch. *de A. I. Q. Lib. 2. Cas. 490.* Besold. *De Appell. c. 7. n. 56.* Scaccia. *De Appell. q. 2. n. 84.* & periculi in mora evidentis, *per R. J. de An. 1594. §. 93.* in Camera non admittatur
43 appellatio, *per Ord. Cam. P. 2. Tit. 28. in fin.* extra casus exceptos recte etiam denegatur *inhibitio*, quæ neque in recensitis aliter casibus obtinet, quam si illi legitime fuerint probati. *d. R. J. de An. 1594. §. 93.* Vid. Schwanem. *in Proc. Camer. L. 1. c. 3. n. 6.* Gail. *1. Obs. 144. n. 4.* Denais. *c. 146. §. 5. injur. Cam.*

44 §. 10. Et cum in reliquis, *plane non-appellabilibus* caussis eadem obtineat ratio, illis ordine recensendis brevitatis amore lubens supersedeo, adque caussas *difficulter-appellabiles* pedem promoveo, in quibus, utrum jure decerni *inhibitio* possit, evictum iturus sequenti.

45 REGULA. II. In quibus caussis non facile admittitur appellatio, in illis etiam non facile decernitur inhibitio.

46 Ratio. Cum enim inhibitio facilitet interpositæ appellationis exitum, judex ægre admittens appellationem, æque difficilis erit in decernenda *inhibitione.*

47 §. 11. Ex hac regula infero: I. In MINIMIS caussis (quarum determinatio judicis arbitrio committitur, Scacc. *de Appell. P. 2. q. 17. n. 13. &* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 22.*) non facile decerni *inhibitionem.* Ut ut enim ipso jure in hisce subsistat appellatio *L. 20. C. de Appellat. ibique* Brunnem. etiam jure Canonico, *c. 11. X. De Appellat.* non facilem tamen Superiorem se præbere decet in admittenda in hisce *minimis* appellatione. Brunnem. *in Proc. Civ. d. l.*

n. 22.

n.22. Mev. *P. 2. D. 235.* Scaccia. *q. 17. Lim. 40. n. 1. seqq.* Stryk. *in Diss. de Appell. illicit. c. 3. §. 14.* decernendaque inhibitione. Exceptio 48
est, nisi caussa minima concernat famam rei, judiciumque ipsum sit famosum. Vid. omnino Mev. *P. 3. Dec. 235. qui tot. & Brunnem. d. l.*

§. 12. Infero II. In Causis POLITICAM ORDINATIONEM CONCERNENTIBVS, vulgo: In Policey-Sachen *non facile* in Camera Inhibitionem decerni, per Novissimum Imperii Recessum de Ao. 1654. §. wie nuhn solches von denen Sachen. 106. verb. fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibitiones leichtlich erkennen / quia non facile in his causis admittitur appellatio. Mev. *P. 3. Dec. 154.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 17. in fin. & ad L. fin. ff. De Appell. recip. n. 12.* 49

§. 13. Infero III. Sicuti à *decreta Commissione examinis testium* ad PERPETVAM REI MEMORIAM non facile admittitur 50
appellatio, per ea quæ habet Mevius *P. 1. Dec. 49. per tot.* ita difficulter etiam *inhibitionem* decerni, & non aliter, quam si nullum adsit periculum veritatis intercidendæ & pereundorum testimoniorum. *Idem P. 2. Dec. 189. & P. 1. Dec. 50.* Brunnem. *ad L. 1. ff. De Appellat. n. 3.*

§. 14. Possem equidem plura pro illustranda Regula §. 10. 51
tradita afferre exempla, nisi temporis Statutique Amplissimæ FCtis Juridicæ juberet habere rationem, proinde missis aliis, in quibus eadem tamen obtinebit juris dispositio, ad illas pergo appellationum caussas, in quibus hæc effectum sortitur duntaxat *cognitionis devolutivum* inque illis *inhibitionem* decerni haud posse expediturus sequenti.

REGVLA III. In quibus caussis appellatio non admittitur 52
quoad effectum etiam suspensivum, in illis frustra petitur inhibitio.

Ratio. Quia in hisce caussis licet judici exequi sententiam 53
& pronunciatum, victore saltem cautionem præstante, de re e. g. in casum victoriæ restituendâ: Ergo otiosa est inhibitionis petitio, quæ ad remorandam judicis à quo executionem potissimum adinventa est.

§. 15. Et ex hac Regula infero I. In Camera denegari regu- 54

 lariter

lariter *inhibitionem*, interposita appellatione à sententia in POSSESSORIO MOMENTANEO lata; præprimis *retinendæ possessionis*, appellato in possessione constituto. *Vid. R. J. de An.* 1594. §. 92. *in fin.*
55 Cum enim hic appellatio careat *effectu suspensivo*, cognitione de justitia sententiæ in possessorio dictæ, facta ejus interim executione, ad Superiorem tantum devoluta, Covarruv. *Pract. quæst. c.* 23. *n.* 8. Mynsing *Cent.* 6. *Obs.* 13. Zœs. *ad Tit. ff. De Appell. recip.* Brunnem. *ad L. Un. C. Si de moment. poss. n.* 4. *ibique allegati Ddres & in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 14. Stryk. *in Diss. De Decreto Interimistico c.* 5. *n.* 14. *& in Diss. de Appell. illicit. c.* 3. §. 6. *in fin. juncto* Gailio 1. *Obs.* 7. *n.* 7. *& Obs.*
56 144. *in fin.* & Rodingo *in Pand. Cam. L.* 3. *T. XI.* §. 11. *ubi & in sequentibus videsis exceptiones*, utique nec inhibitioni hic locus esse potest. Vid. Roding. *d. l.* Gail. 1. *Obs.* 145. *per tot.* Mindan. *De Mandat. L.* 2. *c.* 27. §. 7. *seq.* Blum. *in Proc. Cam. Tit.* 54. *n.* 10. *seqq.*

57 §. 16. Infero II. In CAVSSA SPOLII cessare *regulariter inhibitionem*, spoliante â sententia ad restitutionem condemnatoria appellante: cum hæc appellatio secundum jus Civile effectum dicatur habere tantum devolutivum & non suspensivum. Mev. P. 1.
58 *Dec.* 24. *n.* 10. Stryk. *in Diss. De illic. Appell. c.* 5. §. 6. Dantur tamen casus, in quibus etiam quoad impediendam executionem hic admittitur appellatio, quos videsis apud Mevium *d. l.* Ergo & illis casibus recte decerni *inhibitionem* indubium est. Vid. præjudicium ap. Mev. *d. l. in fin. &* Scaccia *de Appell qu.* 17. *Lim.* 6. *membr.* 7. *per tot.* Brunn. *ad L. Un. C. Si de moment. poss. n.* 10.

59 §. 17. Infero III. Cessare *inhibitionem* in appellatione interposita à sententia, concernente ÆDIVM RVINOSARVM RE-
60 PARATIONEM vulgo in Bau-Sachen; Cum enim ob interesse Reipublicæ, ne derelictis ædibus, aut illis plane dirutis, publicus deformetur urbis aspectus, *L. Prætor.* 20. §. *Hæc interdictum* 11. *ff. de N. O. N. L.* 2. *C. De Ædif. priv.* in hisce causis ægre admissa appellatio effectum duntaxat sortiatur *devolutivum*, celerisque desideretur executio, Mev. P. 1. *Dec.* 196. Decretum inhibitionis publicæ omnino utilitati obversaretur. Roding. *in Pand. Camer. L.* 3. *Tit. XI p. mihi.* 554.

61 §. 18. Et cum eadem IV. ratio nempe publicæ utilitatis, *pro reparandis aggeribus* militet, in Causis REPARATIONIS AGGE-

RVM,

RVM, vulgo: in Teich-Sachen/ appellatione licet ab illis interposita, qui ad eorum refectionem sunt condemnati, eaque quoad *effectum devolutivum* admissa, Ruginell. *in Tr. de Appellat. §.* 2. *c.* 3. *n.* 628. non decernitur *inhibitio*, nisi ubi lis reparationem non amplius remoratur, cujus præjudicium videsis ap. Mev. P. 3. *Dec.* 163. *in fin.* Confer. Brunnem. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 17. Stryk. *in Diss. de Appell illic. c.* 317. 62

§. 19. Infero V. Cessare *inhibitionem* si à sententia DECIMARVM *solutionem Ecclesiæ faciendam* injungente appelletur: Favor enim piæ caussæ appellationem in Decimarum caussa non admittit, nisi quoad solum effectum *devolutivum*, ita, ut *Decimis* solutis, ulterior caussæ persecutio demum locum sortiatur: Mev. P. 6. *Dec.* 394. *n.* 5. Rebuff. *in Tract. De Decimis quæst. ult. n.* 21. 63 64

§. 20. Idem VI. juris est in appellatione SALARIVM *Pauperi*, proque mercede servienti debitum, concernente. Cum enim Caussa *salarii* habeatur pro *pia*, Scaccia *De Judic: c.* 5. *n.* 61. Bencas. *in Tr. De Paupert. ejusque privileg. Tom.* 18. *q.* 6. *n.* 1. inque illa, ne interim, qui servit, egere cogatur, appellatio tantum ad *devolutivum* admittatur effectum, Rebuff. *in Tract. De Sent. Provis. art.* 3. *Gloss.* 7. *n.* 1. *seqq.* non sine pietatis læsione hic *inhibitio* decerneretur. Mev. P. 8. *Dec.* 408. *ibique præjudicium* Brunn. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 17. *ibique all.* Hilliger. 65 66

§. 21. Nec aliter VII. se res habet in appellatione à sententia pro ALIMENTIS *in futurum*, præprimis *pauperibus* debitis; in quorum causis, ne interim egeat alimentarius, appellatio itidem tantum *effectum* habet *devolutivum*, præstandis interim appellato alimentis. Coler. De Aliment. *c.* 15. *n.* 3. Surdus. De Aliment. *Tit.* 8. *priv.* 60. *n.* 17. Brunnem. *in Proc. Civ.* 28. *n.* 17. *ibique all.* Mev. 19. Hilliger & Scaccia. 67 68

§. 22. Secundum communem JCtorum ac in Praxi receptam sententiam In EXECVTIVIS Appellationis effectum itidem tantum *Devolutivum* esse, testatur Scaccia de *Appellat. qu.* 17. *Limit.* 10. *n.* 22. Mev. *P.* 3 *Dec.* 107. *n.* 2. aliique, Hinc, nisi irreparabile immineat damnum, nec *in Executivis* decerni *inhibitionem* posse, in aprico est. 69 70

§. 23. Et *in genere*, cum in causis *moram non admittentibus* sed 71

72 *celeritatem requirentibus*, Mev. *P. 3. Dec. 163. n. 2.* nec non *publicam utilitatem* principaliter concernentibus , quorſum etiam Tributorum & Collectarum cauſſa pertinet, Lancellot. *De Attent. P. 2. c. 2. n. 1. Lim. 25.* Caheran. *Dec. 88. per tot.* Mev. *P. 4. Dec. 35. num. 6.* Brunnem. *in. Proc. Civ. c. 28. n. 17.* Stryk. *De Illic. Appell. c. 3. §. 7.* & ubi ob oppoſitam exceptionem non ſiſtitur executio, non admittatur appellatio quoad effectum *ſuſpenſivum*, neque propitio jure *inhibitionem* in illis poſſe decerni, concludo, cum Exc. Mev. P. 4. *Dec. 266. n. 7.* & Roding. *in Pand. Camer. L 3. Tit. XI. p. 554.*

73 §. 24. Agmen claudet in hoc capite pro cognoſcenda Judicis competentia in cauſis appellationum.

74 REGVLA IV. In quibus cauſſis admittitur appellatio quoad utrumque effectum, in illis etiam recte decernitur inhibitio.

75 Ratio. Quia, niſi in hiſce cauſis decerneretur *inhibitio*, ſæpe irreparabile appellanti per judicis â quo executionem, aut appellati attentatum contingeret præjudicium, cui expedit magis, per *inhibitionis* remedium intacta ſervare jura ſua, quam poſt vulneratam cauſſam, reportata licet in Appellationis inſtantia prioris pronunciati reformatoria ſententia, ſerotinum quærere remedium.

76 §. 25. Hincque infero, & in CONCVRSV CREDITORVM, aliquibus Creditorum â Prioritatis ſententia appellantibus, Mev. *P. 1. Dec. 210. per tot.* & in Cauſſa FLVVIORVM, Ruginel. *in Tr. De Appell. P. 2. c. 3. §. 404. verb. Flumen.* Mev. *P. 7. Dec. 301. n. 18.* cum in utriſque appellatio effectum *ſuſpenſivum* ſimul ac *Devolutivum* ſortiatur, aliiſque non exceptis, recte â Judice Superiori emanare *Inhibitionem*.

§. fin. Et hæc pro temporis atque inſtituti ratione dixiſſe ſufficiant ratione *Competentiæ judicis inhibentis intuitu cauſſarum* In ap-
77 pellationibus *judicialibus*: Cum vero etiam *extrajudicialiter* gravari quis, obque tale gravamen recte appellare poſſit, *c. 8. X. De Appell. in 6.* Gail. *1. obſ. 120.* Coronidis loco; *Utrum etiam Inhibitio in* Extra-
78 judicialibus Appellationibus *locum obtineat?* diſpiciam. Quam quæſtionem Imperator Rudolphus II. in Receſſu Imperii de Anno 1594. §. wann aber. 93. ita decidit, ut ante in *Extrajudicialibus appellationibus* non ſit decernenda *inhibitio*, quam jurisdictione & appellatione ſatis fundata & juſtificata, lis ſit conteſtata aut adverſarius ſaltem auditus.

ditus. verb. Also auch in Extrajudicialibus Appellationibus ehe und bevor die Jurisdiction und Appellation gnugsahm fundiret/ und justificiret/ vor der Krieges-Befestigung/ oder zum wenigsten/ ehe der Gegentheil darüber gehöret/ durchaus keine inhibition erkant werden. Roding. *in Pand. in Cam. L.3. T.11. p. 555.* Gail 1. *Obs. 144. n. 8. & Obs. 120.* 79. Blum. *Proc. Cam. Tit. 54. §. 25. ubi & Exceptiones videsis.*

CAPUT IV.

DE

Effectibus inhibitionis in caussis appellationum.

SUMMARIA.

Ordo capitis. 1
Primus effectus ratione appellantis est juris ipsi competentis conservatio. 2. *seq.*
Secundus tam ratione judicis, quam appellati inhibiti est, quod pariat attentatum. 4
Attentatum quid? 5
Tertius effectus ratione judicis inhibentis est Revocatio attentatorum. 6
Inhibitio ex licito facit illicitum. 7
Exemplo illustratur. 8
Attentata notoria ad instar spolii sine speciali processu revocanda. 9
Ab attentatis ad spolium frequens argumentum. 10
Judex attentata ex officio revocare potest. 11
Quartus effectus ratione judicis inhibentis est Condemnatio in pœnam. 12
Pœna in Camera certa. 13
Extra Cameram quænam? 14
Quid si nulla sit inhibitioni inserta? 15. *seq.*
Transactio cum appellante super attentatis non præjudicat Judici ratione pœnæ. 17
Rationes recensentur. 18 *seqq.*
Heres defuncti, cui vivo inhibitio facta, lite cum ipso contestata in pœnam inhibitionis an possit declarari? 21
Aliqui negant. 22
Præjudicium exhibetur. 23
Aliqui non sine ratione affirmant. 24
Præjudicium affertur. 25

§. 1. Cum

Limit. 1. Trentacinq. *L. 2. De Appellat. Resol. lat.* Brunnem. *in Proc. Civ.*
11 *c. 28. n. 31.* Peretz *& Ddres passim ad L. Un. C. d. c. t.* Hujus vero ratio est (1) Quod *Lex* & *Canon* illud præsumant esse justitiæ regulis Legumque præscriptis conforme, quod tribus diversorum judicum sententiis est comprobatum. Non enim probabile est aliquem toties gravari, in eadem caussa, & à diversis judicibus, Brunnem. *ad d. L.*
12 *Un. n. 5.* Stryck. *in Diss. De Illicit. Appell. c. 3. §. 13.* (2) Quod *tertio* provocans videatur justitia caussæ destitutus, magis ex obstinata quadam pertinacia, quam justo gravamine appellare, Peretz *ad L. Unic.*
13 *C. d. t. n. 1. in fin.* & (3) Quod lites alias fierent immortales, quas non in infinitum protrahi, utique & Reip. & partium interest. L. *Prope-*
14 *randum. 13. pr. C. De Judic.* Verum, cum hactenus dicta in *Camera Imperiali* (idem & de Curiis Gallicanis asserit Wissenbach. *Disp. ff. 38. L. 49. §. 19.* Bugnyon. *De LL. abrogat. L. 1. art. 152. & à 253.* Perez. *ad C. d. t. n. 4.*) Summisque Tribunalibus non procedant, utpote, ubi & *Tertia* & *Quarta* recipitur appellatio. Gail. 1. *Obs. 72. n. 3.* Mynsing.
15 *Cent. 1. Obs. 15.* Hilliger. in Donell. *L. 28. c. 6. Lit. Qq.* Brunnem. *ad L. Un. d. t. n. 9. & in Proc. Civ. d. l. n. 31.* ne alias Status Imperii in suis Ditionibus plures constituendo instantias, jurisdictionem Supremi Tribunalis eludere possint, Perez. *d. l. n.* 4. Stryk. Gail. Brunnem. *d.*
16 *ll.* Camera recte *inhibitionem* concedit, etiamsi â bis confirmata Inferiorum Judicum sententia ad illam *tertio* aut *quarto* provocetur. An
17 vero extra Cameram, illisque in locis, ubi hodie adhuc obtinet constitutio *d. L. Un.* ad impediendum executionis effectum, remedium restitutionis in integrum vel nullitatis adhuc locum inveniat, de hoc consuli possunt Perez. *d. l. n.* 4. *in fin.* Mynf. *Cent. 12. Obs.* 4. Gail. *1. Obs.* 42. *n. 12. ibique all. Ddres.* Wissenb. *d. l.*

18 §. *6.* Infero IV. In causis MATRIMONIALIBVS, quatenus agitur *de contrahendo vel dissolvendo matrimonio*, cessare CAME-
19 RÆ inhibitionem: Cum enim communiter hasce causas Ecclesiasticis annumerent, *Vid.* Blum. *proc. Cam. Tit.* 43. *n.* 14. de quibus non Camera *per proxime dicenda*, tanquam Secularis judex, sed *Ecclesiasticum judicium* cognoscere debet, cessante ita competentia in hisce Cameræ Imperialis ratione cognitionis & Appellationis, *Vid.* Gail.
20 *1. obs. 112. n. fin.* Blumius. *d. t. n.* 14. Brunn. *in jur. Eccl. L. 3. c. X. §. 2. fin.* Mev. *p. 2, D.* 364, *n. 5. jung. Dec. 365, n. 1.* Roding. *in Pandect. Camer. L. 1,*

T. 31. *n.*

T. 31. *n.* 5. *p.* 377. *ubi Exceptionem videsis.* cessabit utique ejusdem etiam competentia ratione inhibitionis.

Quod autem de Cameradictum, illud ad SVPREMA PRINCI- 21
PVM IMPERII TRIBVNALIA tamen minime extendendum est: Si- 22
cuti enim in genere causæ *matrimoniales* admittunt appellationem, Brunnem. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 13. Carpz. *P.* 3. *Dec.* 240. *per tot.* Stryk. *in not. ad* Brunnem. *Jus. Eccl. L.* 2. *c.* 16. *p. mihi* 607. *ad* §. 12. Mev. *P.* 2. *Dec.* 364. *Per tot.* ita, cum suprema jurisdictio Ecclesiastica nostris Principibus A. C. notorie competat, *per Inst. Pac. art.* 5. §. 48. *Vid. omnino* Stryk. *in eleganti Diss. de Jure Papali Principum Evangelicorum c.* 2. §. 8. sicque â Consistoriis nostris etiam in matrimonialibus ad ipsos Principes provocare liceat Mev. *d. Dec.* 364. *in fin. P.* 6. *Dec.* 1. *n.* 4. & *P.* 2. *Dec.* 265. Brunnem. *in J. E. L.* 3. *c.* 10. §. 2. *ibique* Stryk. *in Not. ad verba; Ad Principem appellatur.* Caspar. Lipold. *De concurr. Jurisd. quæst. ult.* & Ernest. Gothofred. *de Jur. Consistor. th.* 103. illis denegari, nisi invito jure, in his causis non potest inhibitio.

§. 7. Infero V. In causis ECCLESIASTICIS, quatenus 23
de Religione, Doctrina fidei, jure Patronatus &c. agitur, CAMERÆ IMPERIALIS itidem cessare *Inhibitionem*. Ratio Conclusionis inde dependet. Quod *Causarum Ecclesiasticarum* cognitio ad Judicem, non 24
Secularem, sed *Ecclesiasticum* pertineat, adeo, ut ab hoc ad *Secularem* non pateat recursus, *c.* 2. *X. De Judic.* sicque cesset in hisce causis ob non fundatam Cameræ Jurisdictionem, ad ipsam appellatio. *Vid.* Stryk. *in Diss. de Jure Papali Princip. Evangelic. c.* 6. §. 6. Vbi idem in 25
causis Capitulorum & Canonicatuum quoad Cameram procedere eleganti probat Responso. *Confer.* Gail. 1. *obs.* 38. *n.* 2. *ibique præjudicium Camerale,* & Mynsing. *Cent.* 1. *obs.* 100. At enim, cum suspensa in terri- 26
toriis Protestantium omni Pontificis Jurisdictione Ecclesiastica, suprema cognoscendi in Ecclesiasticis facultas Superioritati Territoriali nexu indissolubili cohæreat, per *J. P. art.* 5. §. *Jus Diœces.* 48. *ibi. Et intra terminos territorii cujusque jus Diœcesanum & jurisdictio Ecclesiastica se contineat*, jusque Sacrorum Summum omne, quod olim Pontifex habuit, & apud Catholicos adhuc hodie habet, ad nostros 27
pertineat Principes, Stryk. *d. Diss. De Jur. Papal. Princ. Evangelic. c.* 2. § 8. *in fin.* ut vere dixisse videatur idem JCtissimus Strykius *d. l.* §. 10. Omnem Principem in suo territorio esse Papam, daß ein ieder Reichs-Stand in seinem Lande Papst sey/ supra dicta, de cessante Cameræ in-

Cau-

Causis *Ecclesiasticis* appellatione, extra illam ad SVMMA PRINCIPVM NOSTRORVM IVDICIA non sunt extendenda: Ad quæ cum etiam in hisce provocare causis liceat, recte inde emanabit *Inhibitio.*

28 §. 8. Infero VI. In Caussis CRIMINALIBVS, pœnam *corporis afflictivam* inferentibus, So Lebens-Straffe auf ihnen tragen/ CAMERAM *inhibitionem* decernere non posse. Ratio: Quia cessat appel-
29 latio in hisce Causis ad Cameram, *per Ord. Cam. P. 2. T. 28. §. pen. & R. I. de A. 1530. §. 95.* Brunn. *in Proc. Civ. c. 28. n. 12. & ad L. 1. ff. De Appell. n. 5.* Richter. *P. 2. Dec. 100. n. 50. seqq.* Gail. *1. Obs. 1. n. 27.* Ludolph. Hugo. *De Statib. Region. Germ. c. 3. n. 42. & 43.* Vitriarius Illustratus *in Inst. Jur. publ. L. 4. Tit. 6. §. 33.* Blum. *in Proc. Cam. Tit. 43. §. 6. jung.* Roding. *Pand. Cam. L. 1. Tit. 31. §. 7. in Not. Aliique passim.* Ra-
30 tionem rationis ponunt Ddres communiter in diuturnitate fere immortali litium in Camera pendentium, quas præcipue criminales, non protrahi, sed citissime decidi, interest quidem Reip. vix tamen possibile est ob rariores in Camera congressus, præprimis vero immensam Caussarum Civilium multitudinem, ut, quod ipsum Criminalium caussarum postulat momentum gravissimum, statim cognoscantur & decidantur, delictis hac ratione in perpetuum, vel diu saltem impunitis mansuris. *Vid Discursus* Danielis Lipstorpii, *JCti Celeberrimi De Appellat. illicita c. 3. §. 15.* An autem hactenus di-
31 cta ad omnia alia quoque INFERIORA GERMANIÆ IVDICIA extendi possint, ut in *Causis Criminalibus* ne ad illa quidem provocare liceat, qui mortis condemnatus est à Judice inferiore, aut cui pœna dictitata est corporis afflictiva, inter JCtos non satis conve-
32 nit? AFFIRMATIVÆ patrocinantur Gailius *1. Obs. 1. n. 27. & de PP. L. 1. c. 20. in fin.* Mynsing. *Cent. 4. Obs. 41.* Mev. *P. 2. Dec. 272. n. 6.* Stryk. *in Diss. de Illicita Appell. c. 3. §. 15. in fin.* Joach. Beust. *in Rubro. de jur. jur. n. 97.* Zasius. *in L. Un. pr. n. 7. Si quis jus dic. non obtemp.* Petr. Freder. *De Proc. Cam. L. 1. c. 9. n. 3. & L. 2. c. 27. n. 10.* Wesenbec. *Consil. 43. n. 80.* Knichen. *De Elect. & Ducum Sax. priv. de non appell. in verb. jus c. 2.* Bender. *Concl. Pract. de Revision. s. Commen. in Tit. 53. P. 3. Ord. Com. Concl. 33. p. 485.* Suaretz. *in Thesaur. recept. sent. verb. Appellation. 191.* Schrader. *in Tom. Consil. Variar. JCti Germ. P. 2. Cons. 40. n. 81.* NEGATI-
33 VAM vero tuentur Brunn. *in Proc. Civ. 28. n. 12.* Rauchbar. *P. 2. quæst. jur. Civ. & Sax. 8. n. 54. p. 100. seqq.* Dan. Möller. *Semestr. L. 4.*

c. 33. n.

c. 33. n. 1. Herman. Vultej. *Jurispr. Rom. L. 2. c. 33. n. 25.* Schwan. *Ord. Cam.* 173. *n.* 33 Zanger. *De Tortur. c. 5. n. 85.* Chilian. König. *in Pract. Proc. Saxon. c. 118. & 119.* Nebelkrai *Dec. 21.* Berlich. *P. 1. Concl. 35. n. 21. & Concl. 50. n.* 36. Wurmser. *24. Obs. 20.* Oldekop. *integr. Tractatu De Appell. in Causis Crim. Supra laudatus* D. Dan. Lipstorp. *integro Discursu De Appell. in Causs. Crim.* & Decus hujus Academiæ Cothmann. *Vol. 1. Resp.* 14. *n.* 3. *& Resp.* 13. *n. 60.* quibus & ego cal- 34
culum meum adjicio (1) quia in *R. J. de An.* 1530. *& 95. & Ord. Cam.* 35
P. 2. T. 28. §. pen. contraria sententia non solide probatur (2) A 36
Camera ad alia judicia non semper ducitur firmum argumentum. Brunnem. *d. c. 28. §. 12.* Mev. P. 3. *Dec.* 237. (3) Varia Variorum 37
judiciorum Germaniæ præjudicia contrarium edocent. Vid. Nebelkrai *proxime alleg.* D. Lipstorp. *D. Tr.* §. 31. *& 65.* (4) Idem Ju- 38
ri Civili, *per L. Prius. 1. L. Litigatoribus. 14. L. Et in majoribus.* 20. *L. Addictos.* 29. *C. De Appellat. L. Observare* 2. *C. Quorum appell. non recipiuntur. L. Ejus. C. Si pend. appellat. mors interv. L. Addictos. 6. C. De Episc. Aud. L. Qui à latronibus* 13. §. *Si quis in capitali crimine &c. ff. Qui test. fac. poss. L. Rei Capitales.* 2. §. *Cum accipiemus. ff. De Pæn.* Et Canonico consentaneum est. *per. c. Cum sit Romana. 5. §. fin. c. Pervenit.* 13. *c. Consulunt. 14. c. Cum speciali. 61. §. Porro. X. De Appellat. Vid.* Hippol. de Marsil. *in Pract. Crim.* §. *Nunc videndum n.* 2. Foller. *in Pract. Crim. verb. Etsi confitebuntur.* P. 2. *n. 50.* Farinac. *in Prax. Crim L. 1. T. 5. q.* 38. *n. 10.* Gometz. *Var Resol. L.* 3. *c.* 13. *n.* 31. Barbosa. *Tit. ff. De Judic.* Scaccia *De Appellat.* Philipp. de Franchis. *ad Tit. Decret. De Appellat.* Joh. ab Imola. *ad L. fin.* §. *Jussus. ff. De Appellat. num. 9.* Brederodius *Ad L. Duobus. De Appellat.* quibus jungi possunt Lucubrationes elegantissimæ in Materia appellationum Guidonis Papæ, Didaci Covarruviæ, Hieronymi Manfredi, Francisci Herculani, Julii Clari & Nicolai Vigelii. Hincque concludo: In quibusdam 39
Germaniæ Iudiciis inferioribus, ubi expressa contraria doceri consuetudo non potest, adhuc hodie, (exceptis criminibus notoriis, manifestis, *c. Cum sit Romana* §. *fin. c.* 13. 14. *X. de Appell. c. Cum appellationibus frivolis. 5. De Appell.* & atrocioribus, *L. 16. C. de Appell.* Vid. Angelus De Arretio *ad L. 2. C. Quor. appell. non recip.* Felin. *in c. De cetero n. 11. X. De re jud.* Menoch. *De A. J. Q. L. 2. Cas.* 197. *n. 1.* Robert. Lancellot. *De Attent. c. 12. Lim. 7. n. 1.* Vigel. *in method. Jur.*

Nn nn *Civ.*

Civ. L. 1. *c.* 18. *qu.* 1. *Except.* 2. *replic.* 1. Decian. *V.* 1. *Reſp.* 63. *n.* 31. *ſeq.*
Covarruv. *Pr. qu.* 23. *n.* 5. *in fin.*) ad Superiora licere provocare ju-
40 dicia, inque illis etiam recte decerni *inhibitionem* ubi vel injuſtitia
pronunciati eſt manifeſta, vel accuſato, niſi *inhibitio* fiat, irrepa-
rabile gravamen vel damnum imminet. *Vid. omnino* Mevius *P.* 2.
Dec. 273. *n.* 8. *ibique allegatus* Panormitanus. *jung.* Mindan. *De Mand.*
c. 27. *num.* 32.

41 §. 9. Infero VII. A ſententia MERE INTERLOCVTO-
RIA interpoſita appellatione, regulariter *in Camera* non decerni
42 *inhibitionem*: Cum enim, excepto caſu irreparabilis gravaminis,
L. 2. *ff. de Appellat. recip. L.* 7. *Quorum appell. non recip.* Brunnem.
in Proc. Civ. c. 28. *n.* 2. Menoch. *de A. I. Q. Lib.* 2. *Caſ.* 490. Beſold.
De Appell. c. 7. *n.* 56. Scaccia. *De Appell. q.* 2. *n.* 84. & periculi in mo-
ra evidentis, *per R. J. de An.* 1594. §. 93. in Camera non admittatur
43 appellatio, *per Ord. Cam. P.* 2. *Tit.* 28. *in fin.* extra caſus exceptos
recte etiam denegatur *inhibitio*, quæ neque in recenſitis aliter caſi-
bus obtinet, quam ſi illi legitime fuerint probati. *d. R. J. de An.*
1594. §. 93. Vid. Schwanem. *in Proc. Camer. L.* 1. *c.* 3. *n.* 6. Gail. *1. Obſ.*
144. *n.* 4. Denaiſ. *c.* 146. §. 5. *injur. Cam.*

44 §. 10. Et cum in reliquis, *plane non-appellabilibus* cauſis ea-
dem obtineat ratio, illis ordine recenſendis brevitatis amore lu-
bens ſuperſedeo, adque cauſſas *difficulter-appellabiles* pedem pro-
moveo, in quibus, utrum jure decerni *inhibitio* poſſit, evictum
iturus ſequenti.

45 REGVLA. II. In quibus cauſſis non facile admittitur ap-
pellatio, in illis etiam non facile decernitur inhibitio.

46 Ratio. Cum enim inhibitio facilitet interpoſitæ appellationis
exitum, judex ægre admittens appellationem, æque difficilis erit
in decernenda *inhibitione*.

47 §. 11. Ex hac regula infero: I. In MINIMIS cauſſis (qua-
rum determinatio judicis arbitrio committitur, Scacc. *de Appell. P.*
2. *q.* 17. *n.* 13. & Brunnem. *in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 22.) non facile de-
cerni *inhibitionem*. Ut ut enim ipſo jure in hiſce ſubſiſtat appella-
tio *L.* 20. *C. de Appellat. ibique* Brunnem. etiam jure Canonico, *c.* 11.
X. De Appellat. non facilem tamen Superiorem ſe præbere decet in
admittenda in hiſce *minimis* appellatione. Brunnem. *in Proc. Civ. d. l.*
n. 22.

n.22. Mev. *P. 2. D. 235.* Scaccia. *q. 17. Lim. 40. n. 1. seqq.* Stryk. *in Diss. de Appell. illicit. c. 3. §. 14.* decernendaque inhibitione. Exceptio 48
est, nisi caussa minima concernat famam rei, judiciumque ipsum sit famosum. Vid. omnino Mev. *P. 3. Dec. 235. qui tot. &* Brunnem. *d. l.*

§. 12. Infero II. In Causis POLITICAM ORDINATIO- 49
NEM CONCERNENTIBVS, vulgo: In Policey-Sachen *non facile* in Camera Inhibitionem decerni, per Novissimum Imperii Recessum de Ao. 1654. §. wie nuhn solches von dehnen Sachen. 106. verb. fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibitiones leichtlich erkennen/ quia non facile in his causis admittitur appellatio. Mev. *P. 3. Dec. 154.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 17. in fin. & ad L. fin. ff. De Appell. recip. n. 12.*

§. 13. Infero III. Sicuti à *decreta Commissione examinis testium* ad PERPETVAM REI MEMORIAM non facile admittitur 50
appellatio, per ea quæ habet Mevius *P. 1. Dec. 49. per tot.* ita difficulter etiam *inhibitionem* decerni, & non aliter, quam si nullum adsit periculum veritatis intercidendæ & pereundorum testimoniorum. *Idem P. 2. Dec. 189. & P. 1. Dec.* 50. Brunnem. *ad L. 1. ff. De Appellat. n. 3.*

§. 14. Possem equidem plura pro illustranda Regula §. 10. 51
tradita afferre exempla, nisi temporis Statutique Amplissimæ FCtis Juridicæ juberet habere rationem, proinde missis aliis, in quibus eadem tamen obtinebit juris dispositio, ad illas pergo appellationum caussas, in quibus hæc effectum sortitur duntaxat *cognitionis devolutivum* inque illis *inhibitionem* decerni haud posse expediturus sequenti.

REGVLA III. In quibus caussis appellatio non admittitur 52
quoad effectum etiam suspensivum, in illis frustra petitur inhibitio.

Ratio. Quia in hisce caussis licet judici exequi sententiam 53
& pronunciatum, victore saltem cautionem præstante, de re e. g. in casum victoriæ restituendâ: Ergo otiosa est inhibitionis petitio, quæ ad remorandam judicis à quo executionem potissimum adinventa est.

§. 15. Et ex hac Regula infero I. In Camera denegari regu- 54

lariter *inhibitionem*, interposita appellatione à sententia in POSSESSORIO MOMENTANEO lata; præprimis *retinendæ possessionis*, appellato in possessione constituto. *Vid. R. J. de An.* 1594. *§.* 92. *in fin.*
55 Cum enim hic appellatio careat *effectu suspensivo*, cognitione de justitia sententiæ in possessorio dictæ, facta ejus interim executione, ad Superiorem tantum devoluta, Covarruv. *Pract. quæst. c.* 23. *n.* 8. Mynsing *Cent.* 6. *Obs.* 13. Zœs. *ad Tit. ff. De Appell. recip.* Brunnem. *ad L. Un. C. Si de moment. poss. n.* 4. *ibique allegati Ddres & in Proc. Civ. c.* 28. *n.* 14. Stryk. *in Diss. De Decreto Interimistico c.* 5. *n.* 14. *& in Diss. de Appell. illicit. c.* 3. *§.* 6. *in fin. juncto* Gailio *1. Obs.* 7. *n.* 7. *& Obs.*
56 144. *in fin.* & Rodingo *in Pand. Cam. L.* 3. *T. XI. §.* 11. *ubi & in sequentibus videsis exceptiones*, utique nec inhibitioni hic locus esse potest. Vid. Roding. *d. l.* Gail. *1. Obs.* 145. *per tot.* Mindan. *De Mandat. L.* 2. *c.* 27. *§.* 7. *seq.* Blum. *in Proc. Cam. Tit.* 54. *n.* 10. *seqq.*

57 §. 16. Infero II. In CAVSSA SPOLII cessare *regulariter inhibitionem*, spoliante à sententia ad restitutionem condemnatoria appellante: cum hæc appellatio secundum jus Civile effectum dicatur habere tantum devolutivum & non suspensivum. Mev. P. 1.
58 *Dec.* 24. *n.* 10. Stryk. *in Diss. De illic. Appell. c.* 3. *§.* 6. Dantur tamen casus, in quibus etiam quoad impediendam executionem hic admittitur appellatio, quos videsis apud Mevium *d. l.* Ergo & illis casibus recte decerni *inhibitionem* indubium est. Vid. præjudicium ap. Mev. *d. l. in fin. &* Scaccia *de Appell qu.* 17. *Lim.* 6. *membr.* 7. *per tot.* Brunn. *ad L. Un. C. Si de moment. poss. n.* 10.

59 §. 17. Infero III. Cessare *inhibitionem* in appellatione interposita à sententia, concernente ÆDIVM RVINOSARVM RE-
60 PARATIONEM vulgo in Bau-Sachen; Cum enim ob interesse Reipublicæ, ne derelictis ædibus, aut illis plane dirutis, publicus deformetur urbis aspectus, *L. Prætor.* 20. *§. Hæc interdictum* 11. *ff. de N. O. N. L.* 2. *C. De Ædif. priv.* in hisce causis ægre admissa appellatio effectum duntaxat sortiatur *devolutivum*, celerisque desideretur executio, Mev. P. 1. *Dec.* 196. Decretum inhibitionis publicæ omnino utilitati obversaretur. Roding. *in Pand. Camer. L.* 3. *Tit. XI p. mihi.* 554.

61 §. 18. Et cum eadem IV. ratio nempe publicæ utilitatis, *pro reparandis aggeribus* militet, in Causis REPARATIONIS AGGERVM,

RVM, vulgo: in Teich-Sachen/ appellatione licet ab illis interposita, qui ad eorum refectionem sunt condemnati, eaque quoad *effectum devolutivum* admissa, Ruginell. *in Tr. de Appellat. §. 2. c. 3. n. 628.* non decernitur *inhibitio*, nisi ubi lis reparationem non amplius remoratur, cujus præjudicium videsis ap. Mev. P. 3. *Dec.* 163. *in fin.* Confer. Brunnem. *in Proc. Civ. c. 28. n. 17.* Stryk. *in Diss. de Appell illic. c. 3. 7.* 62

§. 19. Infero V. Cessare *inhibitionem* si à sententia DECIMARVM *solutionem Ecclesiæ faciendam* injungente appelletur: Favor enim piæ caussæ appellationem in Decimarum caussa non admittit, nisi quoad solum effectum *devolutivum*, ita, ut *Decimis* solutis, ulterior caussæ persecutio demum locum sortiatur: Mev. P. 6. *Dec.* 394. *n.* 5. Rebuff. *in Tract. De Decimis quæst. ult. n.* 21. 63 64

§. 20. Idem VI. juris est in appellatione SALARIVM *Pauperi*, proque mercede servienti debitum, concernente. Cum enim Caussa *salarii* habeatur pro *pia*, Scaccia *De Judic: c. 5. n. 61.* Bencas. *in Tr. De Paupert. ejusque privileg. Tom. 18. q. 6. n. 1.* inque illa, ne interim, qui servit, egere cogatur, appellatio tantum ad *devolutivum* admittatur effectum, Rebuff. *in Tract. De Sent. Provis. art. 3. Gloss. 7. n. 1. seqq.* non sine pietatis læsione hic *inhibitio* decerneretur. Mev. P. 8. *Dec.* 408. *ibique præjudicium* Brunn. *in Proc. Civ. c. 28. n. 17. ibique all.* Hilliger. 65 66

§. 21. Nec aliter VII. se res habet in appellatione à sententia pro ALIMENTIS *in futurum*, præprimis *pauperibus* debitis; in quorum causis, ne interim egeat alimentarius, appellatio itidem tantum *effectum* habet *devolutivum*, præstandis interim appellato alimentis. Coler. De Aliment. *c.* 15. *n.* 3. Surdus. De Aliment. *Tit.* 8. *priv.* 60. *n.* 17. Brunnem. *in Proc. Civ.* 28. *n.* 17. *ibique all.* Mev. 19. Hilliger & Scaccia. 67 68

§. 22. Secundùm communem JCtorum ac in Praxi receptam sententiam In EXECVTIVIS Appellationis effectum itidem tantum *Devolutivum* esse, testatur Scaccia de *Appellat. qu.* 17. *Limit.* 10. *n.* 22. Mev. *P.* 3 *Dec.* 107. *n.* 2. aliique, Hinc, nisi irreparabile immineat damnum, nec *in Executivis* decerni *inhibitionem* posse, in aprico est. 69 70

§. 23. Et *in genere*, cum in causis *moram non admittentibus* sed celeri- 71

72 celeritatem requirentibus, Mev. P. 3. Dec. 163. n. 2. nec non publicam utilitatem principaliter concernentibus, quorsum etiam Tributorum & Collectarum caussa pertinet, Lancellot. De Attent. P. 2. c. 2. n. 1. Lim. 25. Caheran. Dec. 88. per tot. Mev. P. 4. Dec. 35. num. 6. Brunnem. in. Proc. Civ. c. 28. n. 17. Stryk. De Illic. Appell. c. 3. §. 7. & ubi ob oppositam exceptionem non sistitur executio, non admittatur appellatio quoad effectum suspensivum, neque propitio jure inhibitionem in illis posse decerni, concludo, cum Exc. Mev. P. 4. Dec. 266. n. 7. & Roding. in Pand. Camer. L 3. Tit. XI. p. 554.

73 §. 24. Agmen claudet in hoc capite pro cognoscenda Judicis competentia in causis appellationum.

74 REGVLA IV. In quibus caussis admittitur appellatio quoad utrumque effectum, in illis etiam recte decernitur inhibitio.

75 Ratio. Quia, nisi in hisce causis decerneretur inhibitio, sæpe irreparabile appellanti per judicis â quo executionem, aut appellati attentatum contingeret præjudicium, cui expedit magis, per inhibitionis remedium intacta servare jura sua, quam post vulneratam caussam, reportata licet in Appellationis instantia prioris pronunciati reformatoria sententia, serotinum quærere remedium.

76 §. 25. Hincque infero, & in CONCVRSV CREDITORVM, aliquibus Creditorum â Prioritatis sententia appellantibus, Mev. P. 1. Dec. 210. per tot. & in Caussa FLVVIORVM, Ruginel. in Tr. De Appell. P. 2. c. 3. §. 404. verb. Flumen. Mev. P. 7. Dec. 301. n. 18. cum in utrisque appellatio effectum suspensivum simul ac Devolutivum sortiatur, aliisque non exceptis, recte â Judice Superiori emanare Inhibitionem.

§. fin. Et hæc pro temporis atque instituti ratione dixisse sufficiant ratione Competentiæ judicis inhibentis intuitu caussarum In ap-
77 pellationibus judicialibus: Cum vero etiam extrajudicialiter gravari quis, obque tale gravamen recte appellare possit, c. 8. X. De Appell. in 6. Gail. 1. obs. 120. Coronidis loco; Utrum etiam Inhibitio in Extra-
78 judicialibus Appellationibus locum obtineat? dispiciam. Quam quæstionem Imperator Rudolphus II. in Recessu Imperii de Anno 1594. §. wann aber. 93. ita decidit, ut ante in Extrajudicialibus appellationibus non sit decernenda inhibitio, quam jurisdictione & appellatione satis fundata & justificata, lis sit contestata aut adversarius saltem auditus.

ditus. verb. Also auch in Extrajudicialibus Appellationibus ehe und bevor die Jurisdiction und Appellation gnugsahm fündiret/ und justificiret/ vor der Krieges-Befestigung/ oder zum wenigsten/ ehe der Gegentheil darüber gehöret/ durchaus keine inhibition erkant werden. Roding. *in Pand. in Cam. L. 3. T. 11. p. 555.* Gail *1. Obs. 144. n. 8. & Obs. 120. 79.* Blum. *Proc. Cam. Tit. 54. §. 25. ubi & Exceptiones videsis.*

CAPUT IV.

DE

Effectibus inhibitionis in caussis appellationum.

SUMMARIA.

ORdo capitis. 1

Primus effectus ratione appellantis est juris ipsi competentis conservatio. 2. *seq.*

Secundus tam ratione judicis, quam appellati inhibiti est, quod pariat attentatum. 4

Attentatum quid? 5

Tertius effectus ratione judicis inhibentis est Revocatio attentatorum. 6

Inhibitio ex licito facit illicitum. 7

Exemplo illustratur. 8

Attentata notoria ad instar spolii sine speciali processu revocanda. 9

Ab attentatis ad spolium frequens argumentum. 10

Judex attentata ex officio revocare potest. 11

Quartus effectus ratione judicis inhibentis est Condemnatio in pœnam. 12

Pœna in Camera certa. 13

Extra Cameram quænam? 14

Quid si nulla sit inhibitioni inserta? 15. *seq.*

Transactio cum appellante super attentatis non præjudicat Judici ratione pœnæ. 17

Rationes recensentur. 18. *seqq.*

Heres defuncti, cui vivo inhibitio facta, lite cum ipso contestata in pœnam inhibitionis an possit declarari? 21

Aliqui negant. 22

Præjudicium exhibetur. 23

Aliqui non sine ratione affirmant. 24

Præjudicium affertur. 25

§. 1. Cum

§. 1.

1 CUm *Judicialis in Causis Appellationum Inhibitio* alium Ratione JUDICIS INHIBITI, alium Ratione IUDICIS INHIBENTIS, alium *Ratione* APPELLANTIS, alium denique *Ratione* APPELLATI pariat EFFECTUM, ordine de singulis hisce hoc capite & succincte acturus sum.

2 §. 2. Quod APPELLANTEM attinet, ejus intuitu id operatur *Inhibitio*, ut faciliorem possit sperare Appellationis exitum, nec metuere habeat necesse, futuram, quam Appellationis ipsi promittit justitia, sententiæ prioris emendationem, aut plane elusoriam futuram, aut saltem difficiliorem sortituram esse executionis exitum, ligatis, arctiusque constrictis per emissam â Superiore inhibitionem Judicis â quo, & appellati manibus, ne illas in præjudicium appellantis extendant temere, dictam â se sententiam exequendo, vel appellantem sua possessione interim spoliando. Vid. Emeric. â Rosbach. *in Proc. judic. Tit. 75. n. 7.* Brunn. *ad L. Unic. ff. Nil innov. pend. appell. n. 1. &* Peretz. *ad C. Tit. De Appellat. n. 44. jung.* Sebastian. Medices *P. 2. Reg. 8. n. 8.* Vital. *Tract. Clausul. Tit. Nil. novand. n. 13.*
3 Conservat enim Appellanti inhibitio jus, quod habet, suum, in illo statu, in quo fuit, tempore emissionis. Lancellott. *De Attent. P. 2. c. 20. in Præf. n. 11. & 12.*

4 §. 3. Ex quo fluit SECUNDUS *Inhibitionis* EFFECTUS & quidem tam ratione JUDICIS, quam APPELLATI INHIBITI, scilicet quod ab omni *innovatione*, & illo, quod vel in judicis inhibentis contemptum vel appellantis vergere potest præjudicium per emanatam arceantur inhibitionem, & secus facientes ATTENTATUM committant. Vera. *P. 1. Dec. 224.* Carpz. *L. 3. Resp. 108. num. 5.* Lancellot. *d. l. n. 223. ibique all.* Mindan. *De Mandat. L. 2. c. 26. n. 11.*
5 Mandos. *De Inhibit. q. 112. n. 3.* Cujus nomine omne illud venit, quod in præjudicium appellantis, vel ipsius etiam appellationis fit â judice vel parte. Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. appell. pend. n. 1.* Mev. *P. 4. Dic. 301. n. 1.*

6 §. 4. Inde ortus TERTIUS Inhibitionis EFFECTUS & quidem ratione JUDICIS INHIBENTIS, est Revocatio omnium illorum, quæ in præjudicium appellationis & appellati vel â judice â quo, vel etiam ab appellato gesta sunt, & quidem *in continenti* &

ti & *pendente adhuc appellationis proceſſu* facienda. per c. *Non ſolum*,
7. verb. quicquid poſt inhibitionem fuerit innovatum per appellationis judicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum eſt, De Appell. in 6. juncto Noviſſimo Imperii Receſſu de Anno 1654. §. 59. quib. Und wann gegen die außgelaſſene Inhibition gehandelt wird / ſolches auch Notori. und in continenti zuerweiſen wäre / ſollen hinführo auff Begehren des Appellanten alle Mandata de revocandis attentatis, auch Extrajudicialiter erkant / und ſolcher punct foderſt zur Execution gebracht / keines weges aber der Supplicant mit ſeinem Begehren erſt zum Gerichtlichen Proceſs verwieſen werden. Mev. *P. 4. Dec. 286.* Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. app. pen. n. 14.* Mandoſ. *de Inhibit. q. 112. n. 2. Dectus. Lib. 1. Conſil. 103. in Princ.* Roman. *Conſil. 330. col. 2.* Alex. *Conſ. 89. n. 9.* Gail. *1. Obſ. 146. n. 8. Ubi limitationem videſis*, Peretz. *ad C. Tit. De Appell. n. fin.* Emer. â Rosbach. *in Proc. jud. Tit. 75. n. 8. ibique allegat. Ddres.*
Omne enim, quod in præjudicium appellationis poſt inhibitionem 7
vel à judice à quo, vel appellato etiam ſit, ceu Legis & judicis prohibitioni adverſum, eſt ipſo jure nullum. *arg. L. 5. C. de Legibus.* Dec. *Conſil. 103.* Lancellott. *d. Tr. P. 2. c. 20. n. 235.* ut ut ante inhibitionem facienti fuerit licitum, Mandoſ. *De Inhibit. q. 75. n. 8.* Cujus rei exemplum illud inprimis eſſe poteſt, quod licet judex cum clau-
ſula: *Remota appellatione*, datus, parte à ſua ſententia appellante, 8
non obſtante illa appellatione citra attentati vitium ad executionem ſuæ ſententiæ devenire poſſit *per ſupra c. 2. §. 10. dicta*, id tamen facta â Superiore inhibitione, amplius ipſi haud liceat Vid. Lancellott. *De Attent. P. 2. c. 20. Ampl. 1. n. 3. ibique alleg.* Conf. Mindan. *de Mandat. L. 2. c. 26 n. 11.*

§. 4. Neque, ſi attentata ſunt notoria, qualia habenda, de 9
quibus judici ex actis, notorium inducentibus, conſtat, deſideratur libellus à conquerente ſpecialis, Gail. *1. Obſ. 146. n. 4.* Berlich. *P. 2. Dec. 13.* Schwan. *Proc. Cam. L. 2. c. 9. n. 2.* ſed, cum ipſo jure
ſint illicita, nec magis excuſationem admittant, quam ipſum ſpo- 10
lium, unde ad attentata frequens apud JCtos eſt argumentum, Mev. *P. 4. Dec. 286. n. 3.* Olrad. *Conſil. 199. n. 1. ſeq.* ſine ſpeciali proceſſu ad inſtar ſpolii, cujus vice cenſentur, ſtatim ſunt revocanda, parte attentate poſt inhibitionem non ante audienda, quam reſtitutio in
priorem ſtatum facta doceatur Mev. *d. l.* Ubi etiam docet, quia 11
per attentata magis lex & judex, quam pars læditur, parte etiam

Oo oo non

non petente, judicem ex officio attentata post inhibitionem revocare posse notoria, jung. Scaccia *de Appellat. qu.* 17. *Limit.* 47. *membr.* 1. *n.* 137. Gail. 1. *obs.* 146. *n.* 7. *ubi & præjudicium.* Peretz. *ad C. Tit. de Appell. n. ult.* Gastei. *in spec. jur. univ. c.* 32. *n.* 88.

12 §. 5. QVARTVS *Inhibitionis* EFFECTVS ratione IVDICIS INHIBENTIS est condemnatio in pœnam. Cum enim per attentata post judicialem factam inhibitionem, authoritas inhibentis non parum lædatur, Gail. 1. *Obs.* 146. *n.* 7. Perez. *in C. Tit. de Appell. n. ult. & pen.* Lancellot. *d. Tr. P.* 2. *c.* 20. *in Præf. qu.* 1. *n.* 10. dum inhibitus prohibitione Superioris posthabita, attentando & innovando temere pergit, contemptum hunc Superior recte pœnali judicio vindicat. *Ddres. ad L.* 1. *ff. Si quis jus dic. non obtemper.* Lancellot. *d. l. n.* 18. Mandos. *de Inhibit. q.* 42. Mindan. *De Mand. d. l.* §. 5. *n.* 11. jung. Reyger. *in Proc. judic. Diss. XII. Propos.* 9. *Lit. f. ibique ci-*
13 *tati.* Et hæc pœna ratione *Inhibitionis Cameralis* certa est, dum *Simplici Inhibitioni* contraveniens *in* 10. *marcas puri auri* pro dimidia parte Fisco Cæsareo, pro altera vero dimidia appellanti applicandas condemnatur, tandemque & *arctiori* contumaciter parere de-
14 trectans *Banni pœnam* incurrat. *Vid. supr. c.* 1. §. 19. Sicuti nec hæc res dubii quicquam alit, ubi & extra Cameram inhibitioni certa pœna est inserta; hoc enim casu juxta vulgatam in foro Praxin, qua de testatur Mevius *p.* 3. *Dec.* 66. *n.* 2. attentans ad interminatam in Litteris inhibitorialibus pœnam tenetur. Mev. *d. l.* Myns. *Resp.* 8.
15 *Decad.* 1. *n.* 29. Sed nec aliter se res habet, ubi citra pœnæ certæ mentionem *simpliciter* facta est Inhibitio, quo casu pœna arbitraria Superiorem judicem suam tueri posse jurisdictionem contra non levem attentantis contemptum recte cum Exc. Mevio. *d. l.* concludit JCtissimus Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. opp. pend. n.* 17.
16 Quorsum etiam pertinet, quod hoc casu appellatus imprimis condemnari debeat ad restitutionem fructuum etiam percipiendorum, refusionemque expensarum, damnorum & interesse. *Vid. iidem & Lancellot. De Attent. P.* 3. *c.* 31. *per tot.*

17 §. 6. Quid vero, si appellans post attentata appellati, cum hoc super attentatis transegerit, poteritne tamen Judex Appellationis ex officio adhuc contra emissam inhibitionem attentantem
18 punire? Et Respondetur affirmando. Magis enim istiusmodi at-
19 tenta judicem, quam partem offendunt, Gail, 1. *Obs.* 176. *n.* 7. Et Judi-

Judicii violant authoritatem, quam vindicare ad Reip. utilitatem,
judicantis dignitatem & judicii ſanctitatem pertinet, Olrad. *Conſil.*
206. in pr. Ut hinc, ſicuti in aliis ad Remp. pertinentibus judex 20
etiam non interpellatus Nobili utitur officio ſuo, ita etiam in pu-
niendis attentatis idem recte adhibeat: Mev. P. 4 *Dec.* 222. 4. *tot.*
ibique præjudicium. Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. appell. pend. n.* 13.
Lancellott. *de Attent. P* 3. *c.* 27. *n.* 7.

§. fin. Illud ultimo loco non impertinenter hic adhuc quæ-
ritur.: An heres defuncti, cui inhibitum eſt, lite cum defuncto 21
jam ante ipſius mortem conteſtata, in pœnam declarari poſſit inhi-
bitionis, contra quam defunctus aliquid attentavit? Negat id Blu- 22
mius *in Proc. Camer. Tit.* 54. §. 9. ex hac ratione, quod is, qui con-
tra inhibitionem venit, judicium ſubeat publicum, ſeu publicum
committat crimen, in quo etiam lite conteſtata, morte accuſati ex-
tingui pœnam non tantum corporalem, ſed pecuniariam etiam,
cum inibi allegato *Joh. Fabro. ad* §. *Non omnes J. de Perpet. & tempor.*
act. ſtatuit Conferatur omnino Carpz. *L. 3. Reſp. 38. n. 32. per L. De-*
functo 6. ff. De Publ. judic. Gomez. *Var. Reſol. Tom. 5. c. 1. n. 81.* Mynſ.
Cent. 1. obſ. 98. hancque ſententiam ſuam confirmat exemplo Guilielmi 23
Ducis Juliacenſis, â pœna inhibitionis, in quam Pater ipſius in-
ciderat, 20. Julii Anno 1551. in Camera abſoluti: Dubitari vero hac 24
de ſententia non ſine ratione poteſt propter verba finalia *L. 20. ff.*
De Accuſat. & illa, quæ in terminis fuſius exponit Mevius. *P. 5. Dec.*
mihi 392. n. 8. eò, quod in noſtro tantum agatur caſu ad declaratio-
nem, reum in Pœnam ipſo jure per attentata ſua, mandatis inhi-
bitorialibus pœnalibus contraria, incidiſſe, cum jam condemna-
tus ſit ipſis mandatis inhibitorialibus, dum ipſis adverſa facit in-
hibitus. Vid. Mev. *d. l. ibique præjudicium* & Brunnem. *ad L. 20. ff. De* 25
Accuſat. in fin.

CAPUT V.

DE

Contrariis inhibitionis in cauſſis Appellationum.

SUMMARIA.

Ratio ordinis. 1
Tribus modis expirat Inhibitio. 2
Primus modus est Cassatio Inhibitionis. 3
Cassationis effectus. 4
Secundus est Finalis causæ decisio. 5
Ratio additur. 6
Tertius est Appellationis Desertio. 7
Rationem vide sis. 8
Appellans si attentet censetur appellationi renunciasse. 9
Triplex ratio subjicitur. 10. *seqq.*
De aliis appellationem deserendi modis remissive. 13
An appellatio deserta, si appellans inhibitionem intra terminum non impetraverit? 14
Negatur ob duplicem rationem. 15. *seq.*
Privatio juris quando locum habeat? 17

§. 1.

1 Visis hactenus *Consentaneis* Inhibitionum in Causis Appellationum, jam ad *Dissentanea* progredior, paucis adhuc hoc *Ca-*
2 *pite V.* lustraturus MODOS, *quibus decreta iterum exspirat judicialis Inhibitio.* Fit autem hoc tribus potissimum modis (1) Per EXPRESSAM judicis inhibentis revocationem seu CASSATIONEM, (2) per FINALEM CAVSSÆ DECISIONEM, (3) Per APPELLATIONIS DESERTIONEM. Mindan. *de Mandat. Lib. 2. c. 26.*
3 §. 7. Blum. *in Process. Cam. Tit. 54. §. fin.*

§. 2. Per CASSATIONEM INHIBITIONIS exspirare decretam Inhibitionem eo minus dubii est, quo certius, ejus esse revocare, cujus est decernere. Hinc, si per sub & obreptionem inhibitio impetrata, aut alia justa subfuerit revocationis caussa,
4 judex Superior per Rescriptum Cassatorium recte iterum revocat decretam ante inhibitionem. Cujus revocationis hic est effectus, quod post illam gesta non sint attenta: Cessante enim per revocationem inhibitione, tanquam attentatorum caussa, cessabunt etiam attentata, tanquam effectus inhibitionis. Lancellot. *P. 2. c. 2. de Attent. Limit. 2. n. 1. seq. ibique all.* & Blum. *cum* Mindano *d. ll.* Mandosi. *de Inhibit. q. 41. n. 5.*

§. 3. Per

§. 3. Per FINALEM CAVSSÆ DECISIONEM exſpirat 5
tunc Inhibitio, ſi judex appellationis, male appellatum, bene vero in prima inſtantia judicatum eſſe, pronunciaverit, vulgo: Daß wohl geſprochen und übel appelliret ſey/ dannenhero die Sache ad Judicem à quo zur execution remittiret werde. Quia enim 6
tunc redit ad judicem *à quo* ſuſpenſa per interpoſitam appellationem & emanatam inhibitionem, dictam â ſe ſententiam exequendi facultas, ceſſante appellatione, ceſſabit utique etiam ejus conſequens, puta inhibitio. *arg. c. 60. X. De appell.* Mindan. *d. Tr. L. 2. c. 26. §. 7. n. 19.* Blum. *d. l.* Reyger. *in Proc. Jud. Diſp. XI. Poſit.* 23. *Lit.* C. Mandoſ. quæſt. 39. *ibique alleg.* Covarruv. & Rota.

§. 4. Per DESERTIONEM APPELLATIONIS tandem 7
exſpirare etiam Inhibitionem ex eodem fluit principio, quia deſerta appellatione, Judex *à quo* per hanc ſuſpenſam recipit facul- 8
tatem exequendi dictam à ſe ſententiam, ut ita ſublata inhibitionis cauſſa, ipſa etiam ceſſare debeat inhibitio. Mandoſ. *d. Tr. c. 26. L. 2. §. 7. n. 17. ibique alleg.* Bartol. & Herculan. *jung.* Reyger. *d. Tract. & loc. Lit. P. ibique allegata.* Unde ſequitur: Si appellans appella- 9
tum pendente appellationis proceſſu ſua ſpoliaverit poſſeſſione, ipſum cenſeri deſeruiſſe appellationem, eidemque tacite renunciaſſe. (1) Quia actus litis pendentiæ contrarius tacitam inducit 10
renunciationem. (2) Juris beneficio indignus videtur, qui pro- 11
pria ſibi jus dicens authoritate, in legem 7. C. Unde vi, delinquit. *arg. L. auxilium 37. ff. De Minor.* & (3) Quia attentando ipſe- 12
met appellans, tanquam ſibi contrarius, ſecundum tritum ſermone proverbium: Wehr will rechten/ kan nicht fechten/ non cenſetur detuliſſe propriæ appellationi. *arg. c. 42. X. De Appellat.* Vid. Blum. *in Proc. Cam. Tit. 53. n. 23. & Tit. 55. n.* 7. Gail. *1. O. 146. n.* 15. Mynſ. 2. *Obſ.* 50. Hillig. *in Donell. L. 28. c. 9. Lit. A.* Brunnem. *ad L. Un. ff. Nil. innov. app. pend. n. 3.* Idem & in aliis deſerendi appellationem 13
modis, de quibus conſuli poteſt inter alios Blumius. *toto Titulo.* 55. *in Proc. Cam.* juris eſt.

§. fin. An vero pro deſerta etiam tunc habeatur, appellatio, 14
ſi appellans intra terminum ſibi â judice *à quo* ad introducendam

apud Judicem *ad quem* coram ſe interpoſitam appellationem, deque illa ſibi fidem per inſinuationem impetratæ inhibitionis faciendam, præfixum, inhibitionem impetrare non potuerit, non inepte coronidis loco quæritur? Negativam recte tuetur Carpzovius *L.*
15 *3. Reſp. 117.* ex ſequentibus rationibus. (1) Quia ipſa inhibitio non eſt de formalibus appellationis. Gail. *1. O. 144. n. 2.* ut proinde durum nimis foret, ob non impetratam & inſinuatam inhibitionem,
16 appellationem pro deſerta haberi. (2) Quia nullibi in jure hoc caſu invenitur pœna deſertæ appellationis ſtatuta, Bald. *ad L. Pro-*
17 *ceſſ. 5. C. De Appellat.* Pœna autem privationis juris nunquam aliter locum habet, quam ubi expreſſa Lege introducta eſt. *Nov. 115. c. 3. Nov. 2. c. 3.* Menoch. *de A. J. Q. L. 3. Caſ. 276. n. 1.* Hartm. Piſtor. *L. 1. q. 15. n. 19.* Et huic quoque ſententiæ adſtipulatur Richter. *P. 3. Dec. 124. n. 14.*

TANTUM!

PRO-

PROGRAMMA
Quo
SVO, TOTIVSQVE JVRIDICI COLLEGII NOMINE
AD
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
VIRI
PRÆNOBILIS ATQVE DOCTISSIMI
DN. JAC. SEBASTIANI LAVREMBERGS,
ROSTOCHIENSIS.
JVRIS VTRIVSQVE CANDIDATI DIGNISSIMI
DE

NVNDINIS SOLENNIORIBVS
Vulgo Von
Reichs-Messen/
Pro consequendis summis in utroque Jure Honoribus & Privilegiis
Die Decembr. XV. Anno MDCXCVI.
Bono cum Deo habendam
IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante & pomeridianis
Magnificum Dn. Rectorem, utriusque Reip.
Nobilissimum atq; Amplissimum Senatum, omnesque omnium
ordinum Cives Academicos ac Literatorum Fautores
observanter ac officiose invitat

JOHANNES Klein/
J. U. D. & Pandectarum in Alma Patria Ducalis Prof. Publ.
Consistorii Mecklenb. h. t. Director, hodieque FCtis
Juridicæ Decanus.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

COM-

COMMERCIO & IMPERIO, ceu duobus firmissimis beatam Rempublicam inniti fulcris, illisque civilem constare Societatem, non minus prudenter, quam vere jam olim monuerunt Lipsius. *Lib. 2. Civil. Doctrin. Cap. 1.* Gregor. Tholosan. *De Rep. Lib. 3. c. 7.* Alexand. *Vol. 7. Consil. 130. in fin.* & Albert. *in Rubr. C. De Commerc. & Mercat.* Quod enim COMMERCIA attinet, de quibus occasione NUNDINARUM SOLENNIUM, Commerciorum florem non parum promoventium, pauca hac vice tantum præfari, animo sedet sententia, cum illas sub incudem Inauguralis Disputationis revocare volupe fuit Præ-Nobili atque Doctissimo DN. JACOBO SEBASTIANO LAUREMBERG, J. U. Candidato Dignissimo, extra omnem dubitationis aleam positum esse adopinor, ad incrementa Urbium præprimis spectare, si, qui illis præsident, eo omnes dirigant curas suas, ut floreant inibi, ac frequententur utilissimæ Negotiationes. Vid. Hippol. à Coll. *De Increment. Urb. c. 14.* Lazius. De Vienna. Z. *2. c. 8.* Sunt enim Mercatores in Reipublicæ corpore epati similes, unde, tanquam à sanguinis fomite, reliqua omnia vegetantur membra, testeque Bodino *De Republ. Lib. 6. c. ult. p. mihi 1216. n. 50.* Commoda sua accipiunt alimenta; Neque, quæ hodie à parvis admodum initiis, ad tanta potentiæ ac splendoris incrementa, tantamque divitiarum, civium, nitidorumque ædificiorum surrexisse abundantiam, non sine insigni oblectamento læti intuemur, maxima Orbis Emporia, Genovam innuo, Londinum, Noribergam, Amstelodamum, Francofurtum, Hamburgum, Lipsiam &c. unquam profecto ad summum illud felicitatis, qua jam superbiunt, adspirassent fastigium, nisi Prudentissimi illorum Rectores primam *Commerciorum* jugiter habuissent, & jamnum haberent rationem, Vid. Didac. Savedr. *in Idea Christian Pol. Symbol. 58. p. mi-*

p. mihi 555. Bodin. *d. Tract. Lib. 1. c. 6. & Lib. 3. c. 8.* neglecto & posthabito mercaturæ studio, facile ad casas & egestatem reditura, ut hinc non incongrue dixerit Plato, summæ prudentiæ & authoritatis Philosophus; (quo ipsum insigni mactat elogio Imperator Justinianus cum JCto Calistrato in *L. 2. ff. De Nundinis.*) CIVITATEM BENE BEATEQVE ABSQVE NEGOTIATORIBVS HABITARI NON POSSE, quam sententiam suam fecit Tribonianus in *d. L. 2. ff. De Nundin.* alboque calculo confirmavit Seneca *Libro 4. De Benefic. c. 12.* inquiens: Mercator ita Urbibus prodest, ut Medicus ægroto, Mango Venalibus. Cum igitur diligens commerciorum studium publicæ Civitatum utilitati tantopere deserviat, frustra sunt, qui exitioso Reipublicæ conamine Mercuriales Viros exemplo *Thebanorum*, civium jure ac libertatibus temere defraudant, Vid. Aristot. *3. Polit. 30.* Alex. ab Alex. *Gen. Dier. Lib. 6. c. 6.* vel adminimum authoritate *Legis Claudiæ*, privilegiis ac immunitatibus indignos judicant, omniaque Mercaturæ novæ introducendæ, vel labascentis restaurandæ consilia fugiunt, negligunt, ac tantum non damnant & abjiciunt, privigni, non Boni Parentis nomine digni. Vid. omnino Excell. Sibrandus *in eruditissimo Tract. De Jur. Publ. Lubec. P. 1. Sect. 2. n. 14. & Sect. 27. n. 5.* jungatur Klock. *De Collect. c. 16. n. 106. seq. &* Marquard. *De Jur. Mercaturæ, in Præfat.* Contra vero suo rite fungi noscuntur officio, qui bene gnari, commerciorum privationem inter fatalem non Urbium duntaxat, sed Regnorum etiam calamitatem, à saniotibus Theologis æque, ac Politicis enumerari, indeque civium ac subditorum secuta egestate, tandem & ipsum Principem Rerumque publicarum Rectores involvi, necessariis Regiminis ac tutelæ suæ subsidiis destitutos, Amand. Polan. & Ludovic. Lavater. *ad c. 27. Ezech. Homil. 119.* Keckerman. *in System. Polit. c. 14. n. 7. &.* Hippol. à Collib. *De Princip. c. 30.* introducendo in suam, quam moderantur, Rempublicam Commerciorum, maxime exoticorum Usu, quo, vel-

uti aurea Jovis catena universus prope coalescit Orbis, & ex pluribus quodammodo redditur unus, ejus felicitatem stabilire laudabili annituntur opera, quique pinguiora impertiendo, vel â Superiore impetrando privilegia, exteros potissimum ad apportandam annonam, aliaque necessaria vitæ subsidia Mercatores pelliciunt: Hac enim arte ac pacto, cum adinstar stellarum, diversis Cœli partibus fulgentium, diversæ Regiones sibi â Natura concessis singularibus, præ aliis terris, fruantur proventibus, omnino futurum est, ut favore mercaturæ, una qualibet regione alterius fructu ad commodiorem vitæ usuram indigente, quæ usquam nata sunt, iis communiter frui omnes possint, exteris ad nos illa deferentibus, quæ anxie appetimus, nobis vero contra illis hæc reddentibus, quæ domi non suppetunt. Non minimum vero inter illa, quæ commerciorum insigniter promovent utilitatem, quæque Urbes illis ornatas, splendidas ac magnificas efficiunt, est NVNDINARVM SOLENNIVM privilegium, quippe ex quibus, tanquam ex vena quadam omnis succus & sanguis in totum Reip. corpus diffunditur, ut, quod de Commerciis in genere apposite disserit Excell. Mevius *in Tract. De Levam. inop. Debit. Cap. 1. n. 90.* exque illo Consultiss. Marquardus *De Jur. Mercat. L. 1. c. 2. n. 59.* idem non invita veritate de *Majoribus* dici possit *Nundinis*: Scilicet illius Civitatis, quæ *Nundinarum* gaudet jure, veluti ubera esse, ex quibus publicæ privatæque res optime aluntur, foventur, ornantur; Quod sicuti pluribus exequi instituti non permittit ratio, insuperque in Disputatione sua De NVNDINIS SOLENNIORIBVS Inaugurali Præ-Nobilis ac Doctissimus Candidatus noster plenius deduxerit, ita ad alteram Scriptionis præsentis partem, quæ ex more antiquitus recepto integros Domini Candidati mores, optimeque in Academiis durante studiorum cursu transacti temporis publicas exhibet rationes, nunc progredior. Ejus vero

 quod

quod Natales attinet, natus est Rostochii, Anno supra Millesimum sexcentesimum sexagesimo sexto, vigesimoquinto Mensis Junii die, Patre, Viro Præ-Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo atque Consultissimo, DN. JACOBO SEBASTIANO LAVREMBERG, J. U. D. & Pandectarum in hac Alma Ducali Professore Celeberrimo, nec non Consistorii Mecklenburgensis Assessore olim gravissimo, Matre vero per Dei gratiam adhuc superstite, & faxit Deus! quam diutissime superstitura, ELISABETHA, Spengmans / Matrona, sexus sui virtutum laudibus condecoratissima. Avo Paterno gavisus est, Viro Præ-Nobilissimo, Excellentissimo, atque Experientissimo, DN. PETRO LAVREMBERG, Philosophiæ ac Medicinæ Doctore, ejusdemque in hac Academia Professore celeberrimo; Cujus Pater, ac Candidati Proavus Paternus fuit Vir Præ-Nobilissimus, Excellentissimus atque Experientissimus, DN. WILHELMVS LAVREMBERG, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, itidemque olim apud nos Superiorum Mathematum Professor celeberrimus. Hisce tam claris, omnibusque in nostra Academia Professorio munere laudabiliter functis Parentibus, satus Candidatus noster, provida quidem Patris, quo vix quadrimus orbatus est, cura ac solicitudine formari haud potuit, neque tamen Optima Genetrix, cui jam soli difficilis filii educandi incubuit ratio, quicquam omisit eorum, quæ ad sedulo & ex fide instituendum optimæ spei ac indolis Gnatum unquam factura videbantur. Ac primo quidem post jacta pietatis, ad omnia utilis, fundamenta quibus eum superstruere oportebat, quicquid deinceps moliretur, jugiter privatorum, quos ei domi Mater habuit, Præceptorum fideli informationi commissus est, donec accrescens paulatim ætas exactiorem curam desiderabat: Tum vero traditus est privatæ manuductioni Viri Præ-Nobilis ac Clarissimi DN. JVSTI MOHRII, Philosophiæ Magistri, ac Scholæ hujus Oppida-

næ, dum viveret, Rectoris Fidelissimi, Dignissimi, Præceptoris olim & mei, triumque aliorum tum temporis Commilitonum, quorum Duo in hac Alma, Tertius vero Regiomonti splendidam Professoris provinciam egregie ornant, uno tempore ex privata ejus Schola non sine insigni studiorum accessione prodeuntium, etiam in cineribus venerandi, insignique quadam facilitate ducere juventutem ad recta & laudanda optime docti; Sub cujus ductu brevi etiam tempore Candidatus noster mirifice profecit: Hujus disciplina exeunti visum adhuc, quo confirmatior foret in elegantiori litteratura, ad quam Majorum exemplo natura & ingenio ferebatur, aliquam operam ponere, nec potuit ea gratia non placere in hoc scientiæ genere eruditio Viri Præ-Nobilissimi atque Excellentissimi DN. M. HENRICI Dringenbergs / Hebr. Linguæ & Cathech. Professoris Publici, Præceptoris itidem mei, ac Fautoris, dum superaret, in paucis æstumatissimi: quo præeunte annus in hoc exercitio absolutus est, & amplius. Jamque dignus judicabatur, ut exteras inviseret Academias, in quarum delectu in primis placuit proxima Gryphica, Nostræ Filia; quo sine mora discedens, ibidemque adventans Hospitem sibi elegit, Virum Magnificum maxime Reverendum atque Amplissimum DN. AVGVSTINVM BALTHASAR, S. S. Theol. D. & Prof. Primarium, Consistorii Regii Præsidem gravissimum ac Citerioris Pomeranæ, Rugiæque Generalem Superintendentem Meritissimum, Patronum suum, dum viveret, summa observantia colendum. Hic vero dum commoraretur, arcta ipsi intercessit familiaritas cum Viris Excellentissimis DN. CHRISTIANO LOKERVITZEN, Phil. M. & S. S. Theol. Doctorando, nec non L. L. O. O. Prof. Publ. & jam apud Stralsundenses Ecclesiaste vigilantissimo, Amico ac Fautori nostro Honoratissimo & DN. *M.* CHRISTIANO SAALBACH, Eloqu. & Poës. P. P. Utroque suo tunc temporis Commensali: Quorum

rum docta subinde dicta avide excepit, ac notabili hausit industria, quicquid aut privatim in Collegiis singularis fides, aut publicitus eruditi eorum discursus suggererent, ita utroque delectatus, ut contracta Studiorum suorum fiducia, sub Præsidio præfati DN. LOKEVITZEN, Exercitium Academicum DE FELICITATE MORALI subire nullus dubitaverit. Et vero quod præcipuum erat, minime neglexit sacræ Themidos, cui se addixerat, studium, exque quo mereri post illa laudem habebat. Frequentavit enim publicas Celebratissimorum tum temporis ibi JCtorum, GERDESII, MASCOVII, CAROCII, Scholas, unoquoque pro ratione cujusque Professionis nunc hanc, nunc illam juris partem interpretante, nec his contentus, privatim proficere optabat, multumque profecit ex fidelissima Informatione Viri Præ-Nobilissimi, Excellentissimi atque Doctissimi, DN. JACOBI BALTHASARIS, J. U. D. & Profess. Extra-Ord. Atque ita sesquianno illic inter studia feliciter exacto, pro re nata domum redire jussus, quam cœperat pertexere studiorum telam, strenue ursit, nullique otio indulgens, statim â reditu insinuavit sese Viro Præ-Nobiliss. Consultiss. atque Excellentissimo, DN. JACOBO Lembken/ JCto & Antecessori in hac Academia, Consulique hujus Civitatis meritissimo, Amico ac Collegæ nostro, dum viveret, Honoratissimo, eique per biennium sedulus Auditor adfuit. Et cum proficuum videretur, non semper circa unum solùm hærere, sed & in aliorum pervenire notitiam, affectavit nimiopere propensum affectum & innotescere studuit Viro Præ-Nobiliss. atque Excellentiss. DN. JOHANNI FESTINGIO, JCto & Antecessori apud nos Celeberrimo, nec non Consist. Mecklenb. Assessori, olim gravissimo, cujus insignem in se favorem grato ore prædicat. Inter hæc, dum ita domi egit, acceptis litteris ab Agnato suo DN. SEBASTIANO LAVREMBERG, Primum Professore Sorano, deinde Mathematico Regio per Daniam famigeratissimo,

mo, queis eum compellabat, ad se invisendum, sine mora transfretavit in Daniam, admissus, conciliante illo, in familiaritatem Clarissimorum inibi Virorum. Audito dein, aliquid solennioris parari, Londini Scanorum, vere novo illic transiit, variisque actibus, qui in honorem Potentissimi Sueciæ Regis CAROLI XI. peragebantur, interfuturus, ibidem per æstatem substitit. Regressus postea Hafniam, triennium fere ibi exegit, nunc lustrando vicinas & adjacentes Regiones, nunc observando, quicquid ubique visu aut memoratu dignum erat. Novissime Patrios revisens Lares, instituta, me præeunte, universi juris repetitione, certus consilii, 7. Maji superioris Anni mihi tunc temporis Decano nomen inter Candidatos suum ea, qua decet, modestia professus est, exploratisque optimis in utroque jure in examine rigerosiori ejus profectibus, facile ab Amplissima nostra Facultate impetravit, ut, quam hodie amicabili Eruditorum exhibet conflictui, pro consequendis Honoribus Doctoralibus, iisque annexis privilegiis, Inauguralem publice haberet, DE NVNDINIS SOLENNIBVS Disputationem, cui, ut Magnificus Academiæ RECTOR, ac Utriusque Reip. Proceres Excellentissimi, omnesque Jurisprudentiæ Fautores ac Cultores, Magnifica ac Honorifica sua præsentia, sepositis gravioribus curis, splendorem commodare haud graventur, est, quod summo, quo possum, cultu, studio ac affectu, contendo.

P. P. Sub Sigillo DECANATUS Ao. MDCXCVI. VI. Decembr.

Q.D.B.V.

DISPVTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA DE NUNDINIS SOLENNIORIBUS

Vulgo von

Reichs-Messen/

QVAM

DEO PROPITIO

EX DECRETO ET AVTHORITATE

MAGNIFICI ICtorum ORDINIS

IN CELEBERRIMA AD VARNVM ACADEMIA

SVB PRAESIDIO

DN. IOHANNIS Klein/

J.U.D. ET PROF. PANDECTARUM PUBL. NEC NON CONSIST. MECKLB. h.t. DIRECTORIS, HODIEQVE DECANI SPECTABILIS

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, AC FAVTORIS EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA COLENDI,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES, AC PRIVILEGIA CONSEQVENDI

PVBLICÆ DISQVISITIONI SVBMITTIT

IACOB. SEBASTIAN. LAVREMBERG,

ROSTOCHIENSIS

IN AVDITORIO MAIORI

Horis Ante & Pomeridianis ad Diem 15. Dec. 1696.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, ANNO 1705.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Occasio Dissertationis. 1
Materia Nundinarum & aliis tractata. 2
Causa hujus Tractationis. 3. *seq.*
Præmunitio quædam. 5

1 QVum post exantlatum Examen abs Amplissima Facultate Juridica facta mihi fuerit Copia seligendi materiam Dissertationi Inaugurali, placuit in præsens illa, quæ titulum DE NVNDINIS SOLEN-
2 NIORIBVS præfert; Fuit quidem ea, fateor, tractata copiosius & uberius abs aliis, sed hoc me non quivit movere, ut ab incepto desisterem. Et ante me fuerunt, & post me erunt, qui calcatam jam
3 viam ingredientur. Præterea hoc mihi nimia Curiositas videbatur habere, ut, dum usitata contemnit, rariora rimatur, minorem
4 sæpe numero, quam pro spe gloriam reportet. Quæ præcipua Caussa, cur hunc meum laborem, quem in colligendo adhibueram, valere volui, qui, absque illa foret, parum aberat, quin omnis cum
5 *Ajace Augusti* in spongiam incumberet. Haut tamen cuncta congessi, quæ poterant adferri. Delibasse aliqua contentus, plura posthabui. Quæ apud æquos Censores locum invenient & judiciis rectiorum probabuntur.

CAPUT I.

Exhibens

Nundinarum generalia, cum definitione, ac divisione.

SUMMARIA.

Introitus. 1. *seqq.*
Nundinæ unde dicantur? 4. *seqq.*
Unde vox Messen *descendat?* 8
Unde Kirch-Messen? 9
Unde Jahrmarckt? 10
Homonymia Nundinarum consideratur. 11. *seqq.*
Synonimum Nundinarum est Mercatus. 15
Differunt tamen ut Genus & species. 16

Aliæ

Aliæ differentiæ inter Nundinas & Mercatus remissive. 17
Nundinæ quid sint? 18
Dividuntur in solenniores & minus solennes. 19. *seq.*
A quibus differunt vulgares nundinæ. 21
Solenniores nundinæ describuntur. 22.
Exempla aliquot recensentur. 23. *seqq.*

§. 1.

SUevit in omni materia pertractanda prior verborum potior tamen rerum haberi ratio *l. 7. in fin. De Suppellect. leg l. 1. De Reb. cred.* Ver- 1
ba enim rebus, non res verbis deservire debent. *Gail. 1. Obs. 150. n.* 2
6. Itaque in præsenti de *NUNDINIS* acturus, priusquam ad ipsius 3
materiæ explicationem perveniam, pauca de significatione ipsius Tituli, & unde Nomen descendat, juvabit inquirere.

§. 2. *NUNDINÆ*, quas Varro *Nundinum*, Prudentius *Nundina-* 4
tum vocat, dictæ sunt quasi *Novendinæ*, à Nonis, ut Rustici & pagani in Urbem venirent, res mercesque suas eo inferrent, venderent, coëmerent necessaria. Et ista quidem mutua commercia exercebantur 5
singulo nono die. *Plut.* in vita *Coriol. Halicarn. l. 7. Cotumell. l. 1. de Rustica. Polyd. Virg. de rerum Invent. l. 6. c. 7. Alex. ab Alex. l. 3. c. XI. Genial.* 6
dier. ne sæpius & identidem impediretur Agricultura per crebras ad Urbem migrationes & itinera Rusticorum. Quanquam vero hodie 7
res sit immutata, nihilominus tamen remansit Nundinarum Nomen *Vid. Ex. Sweder. in intr. ad J. P. Part. Spec. Sect. 1. §. 21.* Germanice dicuntur Nundinæ Messen à mentiendo, vom Messen / weilen auf die Mes- 8
senzeit die Wahren gemessen / ausgemessen / und verkauffet werden. *vid. Ex Schweder. in intr. ad J. P. part. spec. Sect. 1. §. 21. Vitriarius illustratus in Inst. Jur. Publ. L. 3. Tit. 2. §. 38. in not. lit. A. ibiq. all. Limn.* Item Kirch- 9
Messen / quia apud Christianos veteres post peracta in templis sacra & Papicularum missas habitas cum populus confluxisset magna copia mercatus publici subsequebantur, hinc factum, ut non minus ipsæ Nundinæ, quam in iis Missæ, quarum istæ appendix quædam erant, Messen oder Kirch-Messen dicerentur. *Webner & Besold. in voce* Messen 10
Conf. Gryphiander. in Tr. de Weichbild. *Sax. c. 47. n. 26.* Jahrmarckt vero appellantur, quia ut plurimum singulis annis semel tum in foro Nundinæ peraguntur *Anton. Glock. de Nundinis th. 6.*

§. 3. Illud non prætereundum, aut vicio homonymiæ laborare hoc vocabulum, aut variis significatibus esse illustre: *In l. 69. ff. pro* 11

12 *socio* Nundinæ pro Epulis, aut juxta *Schwendendorff. in Not. ad Eck. h. t.*
pro donis nundinalibus ſumuntur. *Pro* conventu aut panegyri uſur-
13 pat *Cicero l. 4. Ep. 15. ad Atticum.* Pro Conſulum Ordinatione apud
14 Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores. *Vopiſcus in Tacito.*

15 §. 4. Synonimum & *N*omen *N*undinarum vicarium quoque
occurrit. Sic & *Mercatus* vocantur *N*undinæ, *Faber in voce Mercatus.*
16 Verum enimvero ſi Originem ſecundum Antiquitatem inſpiciamus.
*N*undinæ veterum non ſolum contrahendi, ſed & LL. ferendarum
ergo celebrabantur, inde dixerim hodie differre tanquam Genus &
ſpecies. *N*am omnes *N*undinæ ſunt Mercatus, ſed non omnes Mer-
17 catus ſunt *N*undinæ. *arg. Rubr. C. de Nundin. & Mercatibus.* Alias dif-
ferentias inter *N*undinas & Mercatus *videſis apud Cujac. in Parat. C. d. t.*
18 *& Swedorum d. l jungatur* Perez. *ad* C. *Tit. de Nundin. n. 1.* Deſcribi poſ-
ſunt *in genere N*undinæ, quod ſint dies ſtatuti in certo loco mercandi
cauſſa conceſſi.

§. 6. Dividuntur vero in *MAJORES*, *SOLENNIORES*, *UNI-*
19 *VERSALES*, *EXTRAORDINARIAS*, *CELEBRIORES* per Orbem, ad
quas Mercatores etiam Exteri ex diſsitis locis, ſtatis temporibus,
confluunt, durantes per aliquot ſeptimanas, aut dies *l. 138. ff. de V.*
20 *O.* & in *ORDINARIAS*, *MINUS SOLENNES*, quas nonnulli pro-
prie *Mercatus* appellandos putant. *Coll. Argenth.* 2. quales apud Nos
ſunt Nundinæ Pentecoſtales, vulgo die Jahrmarckte / à quibus ite-
rum VULGARES NUNDINÆ die Wochen-Märckte diſtinguuntur,
21 quales apud *N*os Maxime Saturni Jovis & Sabbathi diebus ſingulis
peraguntur. Vid de his *Ilico Ummius Diſp. de Proceſſ. jud. D. 7. n. 35. Si-
chard. ad l. unic. C. de Nundinis Ziegler. de jur. Majeſt. l. 43. & Struv. S. J. C.*
22 *ad I. C. tit. de Nundin.* & Romanorum antiquis Nundinis per omnia fe-
re ſunt ſimiles. *MAJORES & SOLENNIORES* Nundinæ vulgo die
Reichs-Meſſen/ de quibus hac potiſsimum Diſſertatione agere ani-
mus eſt, deſcribuntur, quod ſint Mercatus publici ac privilegiati,
Principis auctoritate, ob commerciorum utilitatem legitime conſti-
tuti vel immemoriali tempore acquiſiti. *vid. Sweder d. l. §. 12. Dn. Fritſch.
in Spec. Tr. De Reg. Nundin. jur. c. 4. n. 52. ſeq. Exc. Lincker. in Analect. ad
Schwederi. Inſt. Jur. publ. Part. Spec. c. 17. Sect. 1. §. 18. in fin. Mevius de Ar-
reſt. Cap. 11. n. 1. Sichard. ad L. Un. 61. de Nund. n. 1. Marquard. de Jur. Mer-
cart. E. 1. c. 5. n. 37. ſeq.*

23 §. 7. Inter iſtas MAJORES emicant, velut inter ignes luna mi-
nores

nores, quæ, instituuntur bis quotannis in isto omnium totius Orbis emporiorum compendio, Francofurto ad Mœnum, quam Urbem cunctarum Mundi Nundinarum caput appellat *Lansius* in *Orat. pro Germania*, in quibus commendandis multi sunt *Mejer.* Coll. *Argent. Disp.*
ult. Bocerus de Regal. c. 2. Sixtin. eod. *tractatu l. 1. c. 6. Berlich. p. 1. C.* 77. Ini- 24
tia & earum originem refert ad A. C. 1337. Calvisius, at ultra sexcentos annos eam extendit Merian in Historia, Anni 1627. Has, uti pa- 25
tet ex recentiori Historia Carolus IV. sub prætextu commissi Criminis læsæ Majestatis à Francofurtensibus Moguntiam translatas intercessione postea Rudolphi Palatini & Marchionis Brandenburgici illis restituit. *Vid. Peucer. Chron. Car. Lib. 5. Vitriarius in Inst. Jur. Publ. L.*
3. T. 2. §. 38. in Not. Schweder. d. l. §. 17. Nec ignobiles Lipsienses, quæ 26
& ipsæ ab Imperatoribus sunt privilegiatæ, à Maximiliano I. 1497. 1507. & à Carolo V. 1521, 1547. qui simul prohibuit ne intra 15. Milliaria circa Lipsiam Solennes Nundinæ instituerentur, Vid. ipsum Privilegium Caroli apud Joh. Georg. Aurbach. in Diss. de Nundinis c. 4.
§. 9. Excipiunt has *Francofurtenses.* ad Oderam, quæ privilegium ab 27
Alberto I. Imperatore, *Argentoratenses*, quæ privilegium à Sigismundo 28
Imperatore An. 1414. & 1436. acceperunt confirmatum postea à Friderico III. Anno 1452. & *Naumburgenses* Vid. Schweder. & Vitriarius d. l.

CAPUT II.

Exhibens

Nundinarum Caussarum efficientem, Formalem, & Materialem.

SUMMARIA.

Origo Nundinarum. n. 1
Veterum variæ opiniones enumerantur. 2. *seqq*
Origo Nundinarum solennium. 6 *seqq.*
Olim consules nundinarum jus impartiebantur. 9 *seq.*
Privati interdum hoc jus consecuti. 11.
Hodie jus solennium residet penes Imperatorem. 12
Extra imperium est penes alios Monarchas. 13
Regi Romanorum nondum coronato, mortuo tamen Imperatore electo, hoc jus adscribitur. 14
Tribuitur ei etiam, si vivo Imperatore electus. 15
Negantes & eorum rationem vide sis. 16
Quid de Vicariis Imperii statuendum? 17. *seq.*
An civitatum vicinarum consensus requiratur? 19

Negant aliqui simpliciter. 20
Æquius affirmatur. 21
Ob rationem, quam sistit. 22
Objectum Nundinarum sunt Merces & Personæ. 23
Merces debent esse boni commatis. 24. *seq.*
Personæ quotuplices? 26. *seq.*
Quid de Mercatoribus sentiendum? 28
Aliquibus gentibus contemtui fuerunt. 29. *seq.*
Jus Rom. eis minus favere videtur. 32
Ratio subjicitur. 33
Non tamen prorsus spernenda mercatura. 34
Est reipublicæ utilissima 35
Ipsi Imperatores eam exercuerunt. 36
Textus juris explicantur. 37. *seqq.*
Callistrati judicium de mercatoribus. 40
Forma Nundinarum consistit in certo loco & tempore. 41
Locus debet esse certus, & quare? 42. *seq.*
Locus debet esse tutus. 44
Aus-Reuter *quinam?* 45
Nudinæ in templis non celebrandæ. 46
Ratio additur. 47
Hæc religio nonnullibi expiravit. 48
Exempla afferuntur. 49. *seqq.*
Ad formam etiam pertinet Concessionis tenor. 53

1 EQuidem de Prima *N*undinarum Origine non vehementer solici-
ti sumus. Illud tamen indictum non abibit, jam apud Veteres
varias hac super re fuisse Opiniones. Earum enim institutionem
2 quidam Romulo, quidam Tullio adscribunt; Alii exactis demum Re-
3 gibus celebrari cœptas statuunt *Plut. in Quæst. Rom.* Saturno consecra-
4 tas fuisse scribit *Rosin. l. 2. c. 17. Vel. Paterel. l. 1. c. 8.* Iphiti Elio una cum
5 Certaminis Olimpici institutione, apud Græcos *N*undinarum pri-
mum ordinatarum Gloriam adjudicat *Tholos: 25. 3. 3.*

6 §. 2. Sic de Origine: Commercia *N*ecessitas introduxit *l. 5. de
I. & J.* ob caussam quam habet *Isocrates in Panegyr. Arist. 1. Pol. 6.* quæ
7 hæc; quod non omnis fert omnia tellus. Ceterum jure commer-
ciorum invecto, cum tempore & loco ea possent commodius exerce-
ri, verosimile est Gentes conventus publicos instituisse, unde Heb-
domadarias istas *N*undinas Juri Gentiũ videntur adscribi posse, quod
8 fecit. *Hinr. Steph. & Anh. Thess. Decis. Pedemond. 264 n. 4.* Post ab his pri-
vatis tenerisq; initiis & quasi natalibus tractu temporis cum illarum
utilitas intelligeretur, crescente Rep. ad Majores est processum cum
privilegio instituendas per multos Dies. *l. 138. de V. O.* cum primæ illæ
tantum unum diem durarent, privilegioque Solennium *N*undinarum
ab Imperatoribus successu temporis donatæ sunt, hæ, quarum *in Cap. 1.
§. 7.* mentionem fecimus, Germaniæ Civitates.

§ 3.

§. 3. Olim Rep. integra, Consules impartiebantur jus Nun- 9
dinarum, ita ut ab istis hoc in privata sua prædia petiisse Claudium
Svetonius tradat *in eo c.12. & Plin. l.5. Ep.4.* Vir (inquit) Prætorius à 10
Senatu petiit, ut sibi instituere in agris suis Nundinas permitteretur.
Ubi obiter notandum: Interdum & privatos hoc jus impetrasse, unde 11
Cic. Philip.2. conqueritur domesticis Antonii Nundinis non vectiga-
lia solum, sed etiam imperium P. R. diminutum esse. *Schild. in Not. ad
Svet. d.l.*

§. 4. Hodie jus Mercatuum Solennium Publicorum residet 12
penes Principem seu Imperatorem Romanum, nempe in Imperio 13
Romano Germanico. In Galliis vero & Hispania &c. Tholos. *l.25. c.3.
t.4.* illorum regnorum Monarchæ id jus usurpant. *Sed, quid de Rege
Romanorum dicendum?* De illo, qui electus mortuo vel alias remoto 14
Cæsare; etsi nondum sit coronatus, Vix dubitari potest *arg. c.1. A. B. §.
& quia Conf. Ex. Conring. de Imper. Rom. Germ. c.13. & 14. Sed quid statuen-* 15
*dum in illius persona, qui (ut fieri invaluit) vivo Imperatore est designatus Sce-
ptrorum Successor?* Concessionem Nundinarum huic etiam attribuunt,
inprimis si absit Imperator, aut alias conferre tale jus præpediatur,
Limn. de J. P. l.2. c.15. n.22. Schwed. P.2. S.1. c.17. §.13. Glock. ex eo th.30.
Negat vero *Fritsch. d. Tr. de Nundin. c.4. & Dn. Aurbach. in Diss. de Nun-* 16
*din. c.4. Stamler. De Reservat. Imperat. § ult. n.3. Schulz. in Colleg. Jur. publ.
Vol.1. Disp.5. th.3. Lit.B. Reyger. in Thesaur. Voc. Nundin.* ex hac ratione,
quia potestas concedendi Nundinas, ad Reservata Imperatoris per-
tinet, non Regis Romanorum. Vicariis Imperii Augustissimis ean- 17
dem potestatem tribuit *Rumelin. ad A B. Diss.4. th.21. seq. Limn. in J. P.
l.8. c.2. 188. & Schweder. de J. P. part. Spec. S.1. c.17. n.13.* Dubitat vero de 18
hac sententia *Lincker supr. all. loc. c.17. §.13.* quod concessio hæc ad
vim Imperii non pertineat, moram quoque patiatur, nec præjudicium
ejus, vel ullum exemplum possit demonstrari. Sed Quæritur: An 19
Princeps jus Nundinarum impartiri possit Civitati, vicinis civitatibus 20
contradicentibus, ceu sibi dispendiosum? Affirmant id simpliciter
& indistincte *Limn. Tom.2. l.4. c.8 n.302. & post eum* Schütz. *D. jur. Publ.
D.6. th 21. L G.* Verum enim vero æquitatis ratio postulare videtur, 21
ut hæ ob suum interesse prius audiantur. *Brunnem. ad parat. Wesenb.
Tit. De Nundin. quæst.1. Struv. eod. Stephan. De Jurisdict.2 p.1 c.1. m.n.1.
Gail.2. Obs.69. n.15. Müller. in addit. ad Rumelin. P.3. D.3. th.18. Reyger. Thes.*

22 *Voc. Nund. Schwed. d. l. §.13. inibique in analect. Lincker.* cum Privilegia
Principum in aliorum injuriam tendere non debeant.
23 §. 5 Objectum Nundinarum ſunt Merces & Perſonæ. Mer-
24 ces variæ, interdum etiam viliſſimæ; Debent autem eſſe boni Com-
matis, non falſæ, aut adulterinæ, ſed tales, quales vendi debent, es ſoll
25 recht Kauffmanns-Gut und Waaren seyn. Alioquin non tantum non
gaudent privilegio, ſed & publicari debent. Vid. R. A. de Anno 1500.
Rubr. Die Tücher soll man genetzt und geschoren verkauffen.
26 §. 6. Quantum ad Perſonas attinet, *Plato libr. 3. de Rep. Dial. 2.*
duo genera perſonarum in mercatibus & Nundinis conſtituit, unum
ruſticorum & habitantium, aliud eorum, qui iis miniſtrant, qui eve-
27 hunt & invehunt ſingula. *all. Tholos l. 25. c. 3. N. 2.* Hodie etſi omnis
generis homines confluant ad Nundinas, tamen in iis quaſi familiam
ducunt & conſiderandi veniunt Mercatores, qui ſunt emturientes,
emaces & vendentes, licet plurimi nihil agant, niſi, ut oculos circum-
rotent.
28 *§. 7.* Non inepte hic intexitur Quæſtio: Quid de Mercatorum
Secta vel olim ſit Judicatum vel cenſeri debeat hodie? Satis contem-
ptibiles fuiſſe habitos Mercuriales viros invenio apud varias Gentes.
29 In Annalibus Thebanorum Lex erat, ut nemo idoneus eſſet ad hono-
30 res Reip. ſuſcipiendos, niſi per decem annos à Mercatura abſtinuiſſet.
31 *Ariſt. 3. Pol. 3.* Apud Romanos L. Clodia vel ſcribæ quæſtorum, nedum
32 hi ipſi, aut cives alicujus Cenſus prohibebantur exercere Negociatio-
nes *Svet. in Dom.* Sed, ne juris noſtri obliviſci videar. *l. 3. C. de Commerc.*
prohibentur Nobiliores & honorum luce conſpicui mercimonium
exercere, imo excluduntur à Dignitatum portis *l. 6. C. de Dignit. vid.*
plura apud Tiraquell. Tr. de Nobil. c. 33. & invecturæ in eos apud eund. de pœn.
33 *tempor. Cauſ. 51. N. 142.* Ratio: Forte, quod multi exiſtimant, Negocia-
torum Genus eſſe ſordidiſſimum, cum ſæpe ſordidiſſimas res tractent,
idque ſordidiſſimis rationibus; cum paſſim mentiantur, pejerent, fu-
rentur, imponant, unde ſatis ſcabioſe de illis *Apollonius Tyandus apud*
Philoſtratum l. 4. Lucius Penna in l. nec ipſi C. de incolis & multis aliis locis.
34 Verum enim vero auſim ego dicere, non prorſus abjiciendam ſper-
nendamque eſſe Mercaturam. Ita ſtatuo cum Cicerone *l. 1. de officiis.*
35 Si Cupiditas nimia abſit à Mercatoribus, eos eſſe utiliſſimos Reipu-
blicæ. Plato Graviſſimus Omnium Philoſophorum, idemque prin-
ceps, in bene fundata Rep. omnino putat eſſe neceſſarios Mercatores,
cujus

cujus verba exſcribere dignatus eſt *Caliſtratus l.2. ff. de Nund.* Unde 36
& legimus, Ipſos Reges deſcendiſſe ad reciprocanda Mercimonia: Veſpaſianus jam Imperator propalam Negotiationes exercebat. *Svet. in vit. ejus.* itemque Pertinax *Capitol. in vit. vide ejus plur. ap. Tiraquell. all. loc. de Nobil. 17.* Nec ſupra quaſi in opprobrium Mercato- 37
rum allatæ ex jure noſtro Leges quicquam derogant honeſto illi Ordini, ſi recte inſpiciantur & ſubolet ex verbis: *ſi quis ex ultimis Negotiatoribus &c. Si pernicioſum Urbibus mercimonium exerceant &c.* Nobiliores enim arceantur à Mercatura, non quod per ſe ſit 38
illicita & inhoneſta, (eſt enim contractus juris Gentium) ſed quia plebeio difficile commercium cum Nobili. *vid. Gothofr. Not. ad* 39
l.3. C. de Commerc. l. E. vel etiam mercatura intelligatur, non quævis, ſed ſordida. *vid. Brunnemann ad L.6. C. de Dignit. n.56. ibique allegat. F.* Rectius de his judicat *Caliſtratus in l. 12. ff. de Decurion.* 40
cujus hæc verba: Eos qui utenſilia negociantur & vendunt, non oportet quaſi viles perſonas negligi, denique non ſunt prohibiti petere Decurionatum vel aliquem honorem in patria. *Vid. omnino Marquard. De jur. Mercat. L.1. c.2. per tot. Hippoll. à Coll. De Increment. Urb. c.14. Lazig. de Vienna L.2. c.8. Le conſcit. d. Eſtat. P.1. Cap.14. p.212.*

§. 8. Ad FORMAM refero Mercatum *certo loco & tempore* 41
circumſcriptum. Locus, omnino debet eſſe CERTUS, qua de 42
re exſtat *apud Goldaſt. in collection. Conſtit. & L. L. Imperialium Conſtit. Caroli M. Imperatoris in L. Longobardicis l.3. Tit.* ubi Mercatum habendum *ſit C.18.* Cauſa Politica id ſuadet, ita enim fraudibus multis 43
circa Venalia occludetur feneſtra, ita vetita in Commercium deducere ſegregabuntur, ita vagis Mercatoribus & per Regionem palari quaſi nitentibus obviari poteſt. *Glock. th.71.* Hunc locum Magi- 44
ſtratus debet usque quaque præſtare TUTUM *arg. l.3. ff. de Offic. Præſ.* Unde in multis locis, ab illis, qui jus conducendi die geleitliche 45
Obrigkeit auf freyer Kayſerl. Heer und Reichs-Straſſen / habent, præcipue Nundinarum tempore, aluntur ſtipendiarii, vulgo Aus-Reuter adhoc deputati, ut viarum curam gerant. *Webner. in voc. geleit. in Obſ. Pract. Schacher. in Colleg. pract. ff. ad Tit. De Nund. Schweder. d.l.*

§. 9. Non debent celebrari Nundinæ in templis, ut aliquo- 46
ties

ties ſanxit poſt verbum divinum *Matthæi 21.* Pontifex *inprimis c. 2. de Immunit. Eccl. his* verbis: Ceſſent in Eccleſiis earumque Cœmiteriis negociantes, ac præcipue Nundinarum ac fori cujuscunque
47 tumultus. Non adeo inſulſam rationem ſubminiſtrat *can. qualitas 2. de Pœnit. Diſt. 2.* quod talia mercimonia fiant difficulter ſine peccato.

48 §. 10. Verum illa Religio videtur in quibusdam locis, inpri-
49 mis, ubi ruricolæ ſint, deſuetudine eſſe inumbrata: Nam & hic in Megapoli in pagis vel ſolo die Sabbathi Mercatus, etſi non magni momenti & rerum viliſſimarum, inſtitui nimis, quam cogni-
50 tum eſt. Quid? quod initia fere Majorum Celebriorumque Germaniæ Nundinarum incidant in ſolennia Feſta, Nativitatis
51 Chriſti, Paſchatos, Pentecoſtes, &c. Francofurtenſium eſt Auſpicium in ipſa hebdomade Martyrio *DN.* celebri in der Char/oder
52 ſtillen Woche: quod laudanda pietate corrigere niſus eſt Wenceslaus Imp. Anno 1393. & poſt Status imperii, in Conventu ſuo habito 1512. §. auch iſt für Nothdurfft / ſed irrito conatu, uti docet experientia.

53 §. 11. Ad formam quoque refero *Conceſſionis tenorem*, quando in Diplomate alicui publicorum ſolenniumque Mercatuum beneficium conceditur.

CAPUT III.

Exhibens Nundinarum finem, effectum, ac contraria.

SUMMARIA.

Finis nundinarum ſummus eſt utilitas ſocietatis humanæ. 1
Quomodo huic facilius conſulatur. 2. *ſeq.*
Alia inſignis utilitas. 4
Effectus nundinarum maxime in privilegiis conſiſtit. 5
Mercatores eorumq; bona ſub prætextu debiti privati arreſtari nequeunt. 6. *ſeqq.*
Ratio hujus privilegii redditur. 7
Pœna arreſtantium quænam? 9
An nundinarum privilegium etiam ad

loca,

loca, quae mercantes transeunt, pertineat? 10
Alii distinguunt. 11
Nonnulli simpliciter negant. 12
Ob duplicem rationem. 13. *seq.*
Alii contra simpliciter affirmant. 15
Quorum sententia aequior. 16
Ob rationes quae videri possunt 17. *seq.*
An dictum privilegium tantum pertineat ad debita ante Nundinas contracta, an vero mercantes, illorumque bona ne ob debita quidem in nundinis contracta arrestari possint? 19
Prius affirmantes allegantur. 20
Eorum rationes subjiciuntur 21. *seqq.*
Negantes prius posterius vero affirmantes vide. 25
Rationes adduntur. 26. *seq.*
Haec posterior sententia in Saxonia recepta est. 28
Prior in puncto juris verior. 29
Quibus modis hoc privilegium amittatur. 30. *seqq.*
Quibus casibus cesset Nundinarum privilegium? 33. *seqq.*
Praxis hic variat. 39
An res furtiva b. f. in nundinis emta Domino absque pretio restituenda? 40
Negativam probare videtur l. 6. ff. de Captiv. & postlim. 41
Quaestio affirmatur. 42
Ob rationes positas. 43. *seqq.*

§. I.

PRaecipuus privilegiatarum Nundinarum *FINIS* est utilitas societatis humanae, cui facilius consulitur data securitate & sub tutela publica extraneis mercatoribus receptis, qui alioquin sibi metuentes, sua communicare aliis non absque ratione reformidant *Christin. V. I. 3. Dec. Belgic. Tit. de Nundin. Dec. 29. n. 16. Marquard. de Jur. Mercat. L. 1. c. 13. n. 15.* quae enim ad vitam communem necessaria sunt, liberius & majore cum copia inportantur, non impedita tam ementium, quam vendentium libertate, sine qua rarius frequentarentur solennia ista commercia, *Mev. de Arrest. c. 11. n. 8.* quibus tamen florentibus civitates privilegio Nundinarum harum superbientes impinguantur, docente *Glossa ad L. 1. C. de Nundin. Conf. Christ. Marquard. & Mev. d. l. 1.* Accedit haec insignis utilitas, quod per eas Barbarorum Necessitudines Regumque comparamus Amicitias moresque ritusque gentium addiscimus, hisque si meliores sint, nostros, ut emendentur, communicamus. *Tholosan. L. 25. c. 3. n. 10.*

1 2 3 4

5 §. 2. Maximam partem in Privilegiis conſiſtit Effectus
6 *Nundinarum*, quorum non minimum Privilegium eſt, Mercatores ſecuros reddens, quod ſub privati debiti prætextu moleſtia nulla iis poſſit aut debeat inferri, *ut loq. l. un. C. de Nund.* Seu non debeant arreſtari, ſed ſine metu & periculo detentionis queant
7 ibidem ad finem usque ſubſiſtere, biß der Marck ausgeläutet. Ut alicubi moris. *Berlich. Concl.77. N.14. Carpzov. n. C.30. def.28.* ratio hæc poterit eſſe, quod hoc Privilegium ſit quaſi quædam ſalvi Conductus ſpecies, quo armati *Negociatores* reciprocaturi tuto venire & iterum diſcedere poſſint. *Berlich. p.1. Concl.77. n.6.* imo conſequenter publicæ utilitatis cauſa hoc conſtitutum eſt, ne commercia turbentur & impediantur, quo circa moris eſt, ſub initio & fine nundinarum per campanam publicam incipientis & deſinentis ſecuritatis ſignum dare, adque illam mercantes publica quaſi voce invitare. *Mev. d. l. Confer. Sixt. Regal. L.2. c 2.38.*

8 §. 3. Dictum ſecuritatis privilegium, non minus ad *res* quam *perſonas* Mercantium pertinet, cum nec illæ debitis contractis arreſto detineri poſſint. *d. L. Un. C. de Nund. Marant. in ſpec. Au* p.4. *Diſt.9. n.2. Choppin. De Doman. L 1. T.11. n.24. Marquard. d. n.43. ibique præjudicium Camerale. Berlich. P.1. Concl.77. Carpzov. P.1. C.30. D.24. & Ddres paſſim*
9 *ad Tit. ff. & C. De Nund.* Quod, ſi quis non attento hoc privilegio, Mercatorem, debitorem ſuum arreſtari in *Nundinis* curaverit, non tantum injuriarum tenetur, *arg. l 31. ff. de reb. Auth. jud. poſſ. L.15 §.31. ff. De injur. Guid. Papa Dec 324. Peck. de jur. Siſt. c.18. n.3. Marquard. De jur. Mercat. L.1. c.13. n.45.* ſed etiam ad omne damnum & intereſſe. *Mynſinger. Obſ.69. Coler. de Proceſſ. Exc. p.2. c.3. n.39.*

10 §. 4. De eo inter Doctores non ſatis convenit: An Nundinarum privilegium etiam ad illa, quæ iturientes, vel reverſi tranſeunt, pertineat loca, ut ne inibi quidem Mercantes, aut res ipſorum
11 à Creditoribus ſuis arreſto conſtringi poſſint? *DISTINGUIT hic Dn. Ryſſel. in Diſſ. De Nundin.* inter loca ad territorium Principis, qui *Nundinarum* eſt Patronus, pertinentia, & ejus juriſdictioni non obnoxia: Et ad illa pertinere *Nundinarum* privilegium ſtatuit,
12 non ad hæc. *NEGANT* vero ſimpliciter Mevius *De Arreſt. c.11. n.18. Berlich. Pr. Concl. Pr.77. n.18. Moller. Semeſtr. L.1. c.12. n.6. Struv. S. J. C. Ex.50. th.82. Carpzov. P. 1. C.30. D.28. ibique præjudic.* ex

ſequen-

sequentibus rationibus (1) quia privilegium *Nundinale* non est personale, sed *temporale & locale* privilegium, illis tantum in 13
locis, & illis temporibus concessum, quando, & ubi *Nundinæ* celebrantur. *l. un. in fin. C. de Nundin.* Localia autem privilegia extra locum privilegiatum ad alia loca non nisi invito jure extendun-
tur. (2) Quia ante cœptas *Nundinas* advenientes una cum 14
rebus suis in ipso etiam *Nundinarum* loco arrestari possunt: Ergo multo minus extra locum *Nundinarum* in aditu & reditu arrestum declinare valebunt. *Carpzov. d. l.* Contra *AFFIRMANT* 15
simpliciter propositam quæstionem *Peckius. de Jure sist. c.* 10. *n.* 4. *ibique alleg. Ddres. Marquard. De jure Merc. L.* I. *c.* 13. *n.* 48. *Christin. Dec.* 99. *n.* 7. *Coccejus. in Compend. Jur. publ. c.* 23. §. 10. *Eckbolt. ad Tit. de Nund.* §. 6. *Frantzk. Resol. Pract.* 9. *Lib.* 2. *n.* 60. Quorum sen- 16
tentia nobis cum *Brunnem. anno ad L. Un. C. de Nund.* videtur 17
æquior. Partim quod ceteroquin creditores contra publicam, cui *Nundinæ* inserviunt, *L.* 2. *ff. De Nundin.* utilitatem, per impetrata arresta, quibus in itinere ad *Nundinas*, detinuerunt mercatores, efficere possent, ne civitates privilegio *Nundinarum* munitæ, eo in effectu fruerentur, metu decernendi in itinere, vel reditu, arresti deterritis mercatoribus, quo minus necessarias istiusmodi civitatibus res & merces adveherent suas: Partim 18
etiam, quod prohibita in termino, etiam prohibita censeantur in via, per quam devenitur ad terminum, *Conferatur Baldus & Sichardus ad L. Un. C. De Nundin. jung. Peck. & Christinæus d. l.*

§. 4. Non minor concertatio est inter JCtos: An privile- 19
gium *Nundinarum de non arrestando* tantum pertineat ad debita *ante Nundinas* contracta, an vero mercantes, illorumque bona ne ob debita quidem *in ipsis Nundinis* contracta arrestari possint? *PRIUS AFFIRMANT. Sichard. ad L. Un. C. D. Nund. n.* 2. *ibi-* 20
que Brunnemann. n. 3. *& Perez. n.* 2. *jung. Barbosa ad L.* 19. §. 3. *ff. De Judic. Guttierez. De Gabell. q.* 7. *Coccej. in Comp. jur. publ. c.* 23. § 3 *Peck. De jur. sist. c.* 4. *n.* 6. *Berlich. Pract. Concl.* 77. *P.* 1. *n.* 8. *Mev. de Arrest. dic.* 11. *n.* 15. *Zœs. ad Tit. ff. De Nundin. n.* 3. *Carpzov.* P. I. *C.* 30. *D.* 26. *n.* 4. *Müller. De princip. Imper. c.* 58. *n.* 4. *Klock. de Contrib. c.* 3. *n.* 79. *Schweder. in Inst. Jur. publ. Part. Spec. Sect.* I. §. 14. ubi hanc communem esse testatur Ddrum

Opinionem: in quam inclinare etiam videtur Vitriarius in Inst. jur. *publ. L.3. Tit.2. §.40. & novissime Stryck. in Notat. eund. Marquard. de J. Merc. d. l. n.50. ibique plena manu. allegati Ddres* ex hisce rationibus
21 (1) Quod omnis contrahens *in loco contractus* possit conveniri *per*
22 *L.19. §.2. ff. De judic.* (2) Quod Legati *maxime ceteroquin privilegiati*, nihilominus tamen *in loco contractus* possint conveniri *L. 2. §.4. ff.*
23 *De judic. juncta L.25. eod.* (3) Quod venditio & receptio rerum in Nundinis venditarum eo animo & conditione facta videatur, ut acceptis mercibus pecunia statim solvatur. Gegen bahre Bezahlung.
24 (4) Quod ceteroquin aperiretur defraudatoribus fenestra sine pretio merces alienas secum sub prætextu illius privilegii domum
25 auferendi, contra *L.25. ff. De judic. NEGANT vero PRIUS & AFFIRMANT POSTERIUS Struv. ad Tit. ff. de Nundin. Dan. Müller. ad Const. Sax.30.* P.1. *n.8 Eckholt. inibique Schwendend. in Not. eod. Tit. Bachov. ad Treutl. V.1. Disp.4. th. Lit.D. Hahn. ad Wes. d. t. n.2. Fritsch. in Tr. De Nund.*
26 *Reg. jur. c.7. n.8. Lauterbach. in Comp. ff. d. t. aliique ab his allegati* (1) ob generalitatem *L. Un. C. de Nundin.* inibique subjectam rationem: *Ne* scilicet occasio turbandi commercia inde nascatur. *Bachov. d. l. (2)*
27 Quia creditor suæ culpæ imputare debet, quod privilegii nundinarum probe gnarus non cautius mercatus sit, vel merces tradiderit ante acceptam pecuniam, vel fidejussorem sibi dari non curaverit, aut emptorem huic privilegio in specie renunciare. *Vid. Dn. Aurbach.*
28 *in Disp. de Nundin. c.6. n.50.* Nos, cum praxin non ubique eandem deprehendamus, recepta in Saxonia posteriori sententia, *Müller. supr.*
29 *all. loc. & Berlich. d. concl.77. n. 8.* P.1. in puncto juris priorem esse veriorem arbitramur, responsiones ad rationes contrarias publico B. C. D. conflictui reservaturi.

30 §. 4. *AMITTITUR* privilegium Nundinarum (1) *EXPRESSA ET SPECIALI DEBITORIS RENUNCIATIONE. arg. L. fin. C. De Pact.* non obstante *L.38. ff. De Pact. Vid. Mev. de Arrest. c.11. n.20.* Peck. *De Jure Sist. c.12. n.1. Muller. Semestr. L.1. C.12. n.2. & ad Const. Sax.30.* P.1. *n.7. ubi præjudicium Eckh. ad ff. Tit. De Nund. §.6. Struv. th.82. eod. Carpzov.* P.1. *C 30. D.27. Berlich.* Pr. *Concl.* P.1.77. *n.12. ibique all. & Marquard. De Jur. Mercat. L.1. c.13 n.15. ibique all.* Parlador. *& Dn. Fritsch.*
31 *d. Tr. c.7. n.63. seq.* (2) *NON USU VOLUNTARIO* apud Saxones XXXI. *Wesenbec. in Parat. ff. de Nundin. Struv. th. ult. eod.* extra illam vero X. annis, *L.1. ff. h. t. Sichard. ad C. h. t. n. fin. Christin. d. l. n.14. Græven. ad*

Gail.

Gail. Pr. Concl. 60. Consil. & Gail. 1. obs. 60. hoc ubi usu servari monent. 32
(3) EXPRESSA CONCEDENTIS REVOCATIONE, sc. vel ob ABUSUM civitatis privilegiatæ. *arg. c. 241. pr. X. De Privil.* vel ob GRAVE DELICTUM læsæ Majestatis, cujus exemplum supra retuli *Cap. 1. Vid. Eckb. §. ult. h. t. Vid. hic omnino Marquard. De jur. Mercat. L. 1. c. 5. in fin.* Vel ob aliam *JUSTAM ET URGENTISSIMAM CAUSSAM. Vid. Struv. in S. J. C. Ex. 50. th. 38. Cravetta. Cons. 592. n. 103. Christin. d. l. in fin. Thesaur. Dec. 264. n. 3. Alciat. Consil. 208.*

§. Pen. CESSAT Privilegium Nundinarum (1.) Ex quo tempo- 33
re finitarum Nundinarum signum per campanam publice datum est. Wann die Messe ausgeleutet worden *Matth. Coler. de proc. Execut. P. 2. c. 3. n. 156. Fritsch. d. Tr. c. 7. n. 68. Carpzov. P. 1. C. 30. Def. 28. Bocerus de Regalibus c. 2. num. 239. Marquard. de jur. Mercat. l. c. 13. n. 52. ibique alleg.* Ex quo prono 34
amne fluit: Sequenti septimana solutioni debitorum destinata, vulgo in der Zahl-Woche/ arrestum petenti ex justa caussa, neutiquam denegandum esse, *Vid. Schweder. ad Inst. Jur. publ. part. spec. Sect. 1. c. 17. n. 15. Carpz. d. l. Definit. 23.* & ita usum ac Consuetudinem observare docet *Berlich. Pr. Concl. 77. P. 1. n. 14. cum Zobel P. 1. Diff. 44. n. 5. seq. Dan. Mol. ad Const. Sax. 30. P. 1. n. 10. Greven. ad Gail. Lib. 2. Concl. 44. Consid. 1. n. 25.* (2.) In debito publico. *L. Un. C. de Nundin. Zas. ad Tit. ff. de nund. n. 3. Schwed. d. l. §. 14.* 35
Eckhold. §. 6. ff. d. l. Brunnem. ad Wes. eod. q. 2. Unde inferunt, quod (3) cesset in delinquentibus v. g. Bannitis, Relegatis, Homicidis, Furibus, Saccullariis, Bursicopis Spitzbuben/ Beutelschneidern/ & similis 36
furfuris hominibus, quos in ipsis etiam Nundinis carceri mancipari quotidiana edocet experientia: Privilegio enim indigni sunt malefici *Marquard. d. l. n. 56. Carpz. P. 130. Def. fin. Eck. Tit. De Nund. l. 9. in fin. Möller. P. 1. C. 30. n. 13. Rutger Ruland. De Commiss. P. 4. Lib. 4. c. 6. & Berlich. Pr. Concl. 77. P. 1. n. 13. ibique allegati.* Huc pertinet exemplum 37
quorundam Lubecensium, & ni fallor, etiam Hamburgensium Mercatorum, qui paucos ante annos Lipsiæ tempore nundinali arresto detinebantur, ob reprobam Monetam invectam. Cessare (4) etiam volunt nundinarum privilegium *in fugitivis*, eo, quod contra debitorem fugitivum cessent privilegia. *arg. L. 10. §. 16. ff. Quæ in fraud. cre-* 38
dit. Nicol. Boër. Dec. 215. n. 5. Græven. ad Gail. 2. Obs. 44. Consider. 1. n. 25. quodque periculum, quod in mora est, juris executionem contra illos differre non permittat, qui beneficio Nundinarum, in quibus

bona fides omnia regere debet, furtiva fuga ſe indignos reddiderunt. *Mev. de Arreſt. c. 11. n. 19. Berlich.* Pr. *Concl. 77.* P. 1. *num. 10. inibique allegati*
39 *Ddres.* Certam tamen & uniformem hic ubique locorum Praxin non deprehendi, non duntaxat teſtatur. *Exc. Stryk. in not. ad Vitriarij Jus. Publ. Lil. 3. c. 2.* §. 41. ſed ex illis etiam liquet, quæ habet *Möller. all. Conſt. Sax. 30.* P. 1. *n. 6. & Carpzov.* P. 1. *C. 30. Dec. 25.*

40 §. Fin. Ultimo loco obſigno hanc Diſſertationem trita illa juris quæſtione: An rem furtivam in *Solennioribus Nundinis* bona fide emptam, Domino vero emptor, non recepto pretio, reſtituere teneatur? NEGATIVAM ſuadere videntur *L. 6. ff. De Captiv. & poſtl. rev.*
41 *ibique Godofr.* & quod communis & publica opinio multa ſuſtineat, Ceteroquin non valitura *arg. L. Barbarius* Philippus *3. ff. De Off. præt. L. 3.*
42 *pr. ff. De SCt. Maced.* At vero AFFIRMATIVA juris analogiæ convenientior eſt per *L. Incivilem. 2. C. De furt. L. 23. C. De Rei Vind. L. 16.*
43 *C. De Evict. art. 213. CCC. & 214.* Cum bona fides emptoris vero Do-
44 mino circa factum ſuum rem auferre nequeat ſuam *L. 11. & 74. ff. de R. J.* inſuperque Nundinæ Solennes res furtivas in illis emptas nullibi
45 ſubtrahant diſpoſitioni *Legis Incivilem 2. C. De Furt*, neque efficiant, ut in illis ceſſet provida emptoris exploratio, quam tantopere commendat *L. 19. ff. de R. J.* cujus omiſſio emtori, non vero Domino no-
46 citura eſt, quem refuſione dati pretii propriam redimere ab incauto emptore rem ſuam teneri, admodum durum videretur. *Conſ. Franzk. in Reſol.* Pr. *9. Lib. 2. n. 66. Menoch. De* Præſ. *29. n. 22. Vincent. Caroc. in Tr. De Re furtiv. pen. tert. repert. n. 2. Farinac. qu. 177. De Furt.* P. *2. num. 31.*

TANTUM.

I.N.J.C.

I. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA

Exhibens

CONVENIENTIAS JURIS CULMENSIS ET GEDANENSIS,

Cum

JURE COMMUNI, SAXONICO, PRUTENICO & LUBECENSI,

IN XII. DECADES DIVISAS.

QUAM.

Suffragante Amplissima Facultate Juridica in celeberrima ad Varnum Academia

PRÆSIDE

DN. JOHANNE Klein /

J. U. D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CONSIST. Megapol. h. t. Direct. hodieque FCtis Jurid. Decano Spectabili

Dn. PATRONO, Studiorum PROMOTORE ac HOSPITE Nunquam non Devenerando,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI,

IN AUDITORIO MAJORI

Prid. Kalend. Aprilis A O. R. M DC XCVIII.

Submittit.

DANIEL GODOFREDUS NIMSGART. G. P.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

DISP. XV.

PRÆLOQVIUM.

JUri operam daturum ita in hoc versari oportere studio, *ne in terra aliena Domesticus, & in Patria Peregrinus videatur*, Prudentissimum Politicorum monitum est. Quamquam enim moratiorum aliarum Gentium, interque illas, Romanorum præcipue sancita, ob singularem, quamerito superbiunt, æquitatis ac Justitiæ gloriam, multis in Europa populis jam olim commendatissima, non fugitivis perlustrasse oculis, laudabilis omnino, ac uberiori olim fructu non cariturus sit conatus, solus tamen si oculus ad *Peregrina*, Formæque Reipublicæ Patriæ per omnia haud convenientia dirigatur Jura, *Domesticorum* debita cura negligenter abjecta, tantum profecto abest, ut curiosius hoc alieni Juris scrutinium, ad patrios olim lares reduci solum profuturum sit, ut potius non nisi Romani Juris imbutus scientia, oblato sibi casui convenientem inde quæsiturus decisionem, vix risum & exsibilationem illorum quoque qui ultra patria statuta parum, aut nihil etiam sapiunt, non sine rubore ac male collocati temporis non injusta querela sit evitaturus. Sicuti enim calceus, nitida licet Sutoris opera formatus, omni tamen pedi minime est aptus, ita nec omnes Leges ac Sanctiones, in se licet æquissimæ ac saluberrimæ, omni æque Reipublicæ prosunt, *illis, prout tempora Reipublicæ ejusque Status postulat*, juxta prudentissimum Val. Messalini apud Tacitum monitum, *ferendis, ac subinde mutandis*: Quod cum ita omnino sit, non operam me lusurum credidi, si, in umbra Academica ad huc constitutus, ita JUS tractarem ROMANUM, ut illud cum PATRIÆ Jure conferendo, in quo cum hoc amicabiliter conspiret, ejusque quasi fundamentum esse deprehendatur, inque quo vicissim PATRII JURIS Conditores Optimi, ob diversam Rerum publicarum formam, ab illo recedere, aliarumque Provinciarum ac Civitatum statuta sequi maluerint, studiose notarem, à Quinto Mutio *in L. 2. §. 43 ff. De O. J.* jam edoctus: Turpe esse Patricio, Jus Reipublicæ, in qua versatur, aut Patriæ, in qua natus est, ignorare; Et hæc ratio est *L. B.* qua motus, *CONVENIENTIAM JURIS*

CIIL.

CVLMENSIS & GEDANENSIS, cum JVRE COMMVNI, SAXONICO & LVBECENSI Disputatione Publica ante abitum sistere meum, inque hac potissimum materia, ceu charissimæ PATRIÆ MEÆ, cui post Deum omnia mea mancipavi studia, apprimè convenienti, ingenii vires periclitari, quam in *peregrina* desudare malui, DIFFERENTIAS HORVM OMNIVM JVRIVM alii bono cum Deo occasioni reservaturus. *Ne* vero sine ratione me *Collationem Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure Communi, Saxonico, Prutenico & Lubecensi* suscepisse quispiam opinetur, binis eandem exponere non pigrabor: Scilicet notavi in Perlectione *Jur. Culm. & Gedan.* utrumq; cunabula sua *Juri Romano & præprimis Jur. Saxon.* debere, vid. *Jus Culm. Lib. 2. Tit. 22. Cap. 1.* & Dn. Schutz. *in Proem. Tr. MSti.* von Erbfällen/ *Cap.* 3 Und wie sonsten unser beschriebenes *Culmisches* Recht/ an ihm selber fast anders nichts ist/ denn etliche Urtheil aus dem Sächsischen Landrecht und Magdeburgischen Weichbild zusammen getragen *Conf. Exc.* Dn. Conrad. Sam. Schurtzfleisch. *in Dissert. Res Prussorum sistente §. 7. ut &* Dn. Reinh. Curick in der Beschreibung der Stadt Dantzig. *Lib. 2. Cap. 20. pag. m. 133.* Hocque *Juri* etiam *Lubecensi* primam dedisse originem, ut utrumque inde proximam sumat interpretationem, Vid. Mev. *ad Jus Lub. Quæst. prælim. 10. n 31.* & Cothmann. *Vol. 1. Consil. 40. n. 52. seqq.* Hisce vero in plurimis Juris articulis se conformasse *Jus Prutenicum*, unde laterem me non loturum ratus sum, si horum Jurium amicabile consortium Dissertatione hac, omni verborum pompa ac lenocinis destituta, politiori Eruditorum Judicio sistere sustinerem, eidem non rigidos, sed æquos ex omni parte Censores precatus: Deus interim Ter Optumus Maximus gratia ac Timore, qui initium veræ non fucatæ Sapientiæ est, lucubrationibus hisce benedicat ex alto, Spirituque suo Divino manus ac corda ita dirigat, quo omnia in Sanctissimum illius cedant honorem: Secundum illud Poëtæ:

Adspiret tantum cœptis Deus: Omnia cujus
Consilio æterno & certa ratione reguntur.

DECAS. I.

Convenientiarum Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure Communi, Saxonico, Lubecensi & Prutenico

CONV. I.

CUm quasi universali divinitus inspirato consensu, inter Christianos *Servi* in *sensu Romano* accepti, esse desierint, Vid. Magnif. Dn. Stryck. *in Usu Mod. Pandect. ad Tit. de S. H.* §. 2. Arum *de Republica. L.*1. *c.*3. *n.* 11. Stamler. *de Serv. Pers. L.*1. *c.*2. *n.*1. ita ut nec ab *infidelibus* justo capti bello *apud nos* pro servis ex veriori sententia habeantur; Magnif. Schilter. *in Prax. Jur. Rom. Exerc.* 3. *ff. th.* 2. Covarruv. *P.* 2. *Relect. ad c. Peccatum de R. J. in 6to* §. 11. *n.* 6. & Excell. Dn. Præses. *in Disp. ff.* 2. §. 6. *ad Tit. de St. H.* Verius est, tales & apud *NOS* ignorari, *JUREq. CULMENSI* non minus, ac *IN UNIVERSA GERMANIA* justo matrimonio *hominib⁹ propriis* cöeuntibus, inde natos in *Patris* constitui *potestate*, Stamler. *De Servit. Pers. L.*3. *c.* 17. *n.* 3. Excell. Dn. Stryck. *in Us. Mod. ff. d. l.* §. 6. Excell. Dn. Hoppe *in Usu Moderno ad* §. 3. *Inst. de P. P. & ad* §. 1. *J. De Nupt.* cujus, & *non Matris*, etiamsi hæc Homo propria non sit, sequuntur conditionem, Mev. *P.* 3. *Dec.* 232. ipsa etiam uxore maritum sequente, Mev. *P.* 2. *Dec.* 231.

II.

Proprios hodie *Homines* in *DUCATU MEKLENBURGICO* nil habere proprii, errorem esse Arnisæi in *L.* 1. *De Republ. c.* 3. *n.* 7. Conf. Stamler. *d. Tr. c.* 17. *n.* 7. jam ante *Nos* notavit Exc. Stryck. *in Us. Mod. ff. ad Tit. de S. H.* §. 7. *in fine* & non semel ex Prælectionibus Excell. Dn. Præsidis observavi, cum illis non minus, ac *in toto fere Orbe Christiano*, integrum sit de rebus ad glebam non spectantibus, Ausser dem Hoff/ und Hoffgewehr / etiam cum ipso Domino contrahere, Cotthmann *Vol.* 1. *Resp.* 42. *n.* 94. *seq.* gaudentibus facultate etiam pro ipso Domino fidejubendi, Herring. *De Fidejuss. c.* 7. *n.* 317. *seq.* Stryck. *d. l.* §. 7. bonaque sua alienandi: Husan. *de Hom. propriis c.* 6. *n.* 24. Mev. *in Tract.* vom Zustand der Bauren. *Cap.* 1. *n.* 34. *& seq.* Unde eandem & apud NOS eorundem esse conditionem, inde asserere ausim, quod neque apud *nos* servi sint; jusque *CULMENSE & GEDANENSE* nullibi contrarium statuat, *omissis* in Jure statutario ex Jure Communi deciden-

cidendis. Carpz. P. *2. Dec.* 102. *n.* 10. Stryck *in Annot. Succinctis ad Comp.* Lauterb. *h. a. publici juris factis, in proœm. verb. Supplentur, ibique* Dn. Præses.

III.

Cessante *HODIE* post Constitutionem D. Antonini rigorosa illa, inque sævitiem fere degenerante Romanorum in servos potestate, minus dubii est, L. Corneliæ reum judicari Nobilem, *Hominem Proprium* sine causa legibus cognita & absque prævio processu ordinario, ad ultimum supplicium temere rapientem, doloque malo occidentem. Illustr. Rhetius *in Medit. Acad. Inst. Diss.* 4. *Pos.* 28. *in fin.* & Dn. Hopp. *ad* §. *2. Instit. in Us. Mod. De his, qui sui l. al. jur. st.* Quod nec GEDANI aliter se habere audivisse memini, ex capitali supplicio, ante sexennium à Nobili Polono sumpto, Hominem proprium suum occidentem.

IV.

Quanquam quidem *homines proprios* sine consensu Dominorum ex prædio discedentes, celeri ac summario processu potestas vindicandi *Nobilibus* ac illorum *Dominis*, intra fatalia præscriptionis tempora, *MORIBUS GERMANIÆ UNIVERSALIBUS* omnino est permissa, per ea, quæ habet *Mev.* P. 3. *Dec. 9. n. 2. &* P. 5. *Dec.* 228. Excell. Dn. Stryck. *in Usu Mod. ff. ad Tit. De S. H.* §. *9.* Illustr. Rhet. *d. l. posit.* 15. cum fundi portio esse censeantur. *Mev.* P. 1. *Dec.* 96. *n.* 1. & P. 8. *Dec.* 224. *n.* 1. Conf. *CONSTITUTIO MEGAPOLITANA. de Ao. 1646. Tit. 2.* §. *1.* & Excell. Dn. Præsidis *Diss. ff. 2. ad Tit. de S. H.* §. 6. non aliter tamen vindicantibus adjudicanda est illorum restitutio, *præprimis si in quasi possessione libertatis fuerint*, quam si qualitatem Hominis proprii legitime probaverint, Mev. *ad Jus Lub. L.* 3. *Tit.* 3. *Art.* 2. *n.* 1. & *in Tr.* vom Zustand der Absolgung der Bauren *c.* 2. *p. tot.* præsumptione libertatis in dubio pro vindicando militante. *Mascard. de probat. Concl.* 980. In quo per omnia concordat JUS CULMENSE *Lib. IV. Cap.* 33.

V.

In illo quidem cum JURE CIVILI convenit *Jus Lubecense, Saxonicum & Gedanense*, quod famulus & ancilla operas donec conventum tempus exierit, Dominis præstare teneantur. *arg. L. Legem C. Locati. L. Si merces.* §. *Conductor ff. eod.* Mynsing. *Resp* 38. *Decad.* 4. *n.* 10. Mev. *ad Jus Lub. L.* 3. *Tit.* 8. *Art.* 5. Landr. *L.* 2. *Art.* 32. Dantziger Stadt-Wilkühr / P. *3. c.* 4. *Art* 4. Sicuti & in hoc concordare deprehendo præfata Jura, quod sine causa justa intra conventum tempus aufugientes, ne quidem pro præterito anni tempore promissum petere salarium possint, hujus enim amissio in contumaciter discedentes semper

æqua fuit habita, Vid. Coler. *Dec. 201. n. 3. in fin.* Conf. *Mev. d. l. num. 16. Ordin. provincial. Sax. de Ao. 1543. Tit.* von dem ungehorsamen Gesinde §. da sich auch ein Dienstbothe / *Carpz. d. l. ibique præjudicium.* Conf. *Jus Gedanense d. l. art. 2. in f. verbis.* Der soll seines Lohns bestanden seyn. Carpz. *P. 2. C. 51. D. 13. n. 2.* Bonacoss. *in Tr. Serv. & Famil. q. 213. & 241.* Sichard. *ad L. adversus 14. C. Locati.* Quid vero *ratione futuri temporis* obtineat, variant Jura: JURE CIVILI datur actio ad interesse, Domino præstandum, quantum refert non præstita per integrum tempus esse servitia; Mev. *d. l. n. 9. & seqq.* JURE LUBECENSI loco *interesse*, dimidium conventæ mercedis præterea Dominis solvere jubentur; L. St. R. *P. 3. T. E. Art. 5.* Magn. Dn. Stryck. *in Diss. De Jure Lub. c. 2. n. 9.* JURE SAXONICO injungitur fugientibus totius anni mercedis refusio, acceptæque in duplo restitutio; Landr. *Lib. 2. A. 32. verb.* Er soll dem Herrn also viel geben / als er ihm Lohns gelobet hat / und was ihm vergolten ist / daß soll er zweyfach wiedergeben. JURE GEDANENSI nil hoc casu invenio specialiter constitutum.

VI.

Cum JURE CIVILI nullibi determinatum sit, quantum mercedis nomine præstandum sit famulis pro operis promissis, merito *ad pacta contrahentium*, illisque deficientibus ad *loci consuetudinem*, & ne hac quidem certa existente, *ad arbitrium Boni Viri* recurrendum esse, communis docet Jure Consultorum Schola, Mev. *ad Jus Lub. L. 3. T. 8. a. 7. n. 2. seq.* Cyn. Salicet. & Joh. de Aren. *in L. 1. C. Mandati* Juncto Aretio *ad §. fin. Inst. eod.* Idem obtinet JURE LUBECENSI, ubi extra unicum casum *servitutis pro gratia*, derer Dienste / so auf Gnaden geschehen (in quibus æque ac JURE SAXONICO *pro gratia* serviens, *gratiam* expectare tenetur, juxta vulgatum illud: Wer auf Gnaden dienet / soll mit Barmhertzigkeit belohnet werden / und muß Gnade erwarten. Vel uti loquitur statutum Hamburg. dem mag man aus Gnaden zukehren / so viel man will. Vid. L. St. R. *P. 3. Tit. 8. art. 7.* Landr. *1. Art. 22. statut. Hamb. L. 2. Tit. 6.*) etiamsi famulus dixerit: Es möchte ihm sein Herr geben / was recht und billig ist / determinatio mercedis, vel *ex loci consuetudine* vel *judicis arbitrio* dependet; Mev. *d. l. n. 22.* nec ab hac sententia abludit, JUS SAXONICUM, per tradita Hartm. Pistoris *L. 1. Q. 8. n. 7.* Möl. *P. 1. Const. Sax. 28. n. 5. &* Mev. *d. l. n. 18.* & GEDANENSE, quod tamen hoc casu sub pœna, *3.* guter Marck inhibet, plus accipere, quam determinatum est in Dantziger Stadt Willkühr. *P. 3. Cap. 1. art. 1.*

VII.

VII.

Utrum *modica castigatio*, quæ commissi delicti qualitati correspondet, HODIE Dominus in famulos adhuc competat, ut ipsos etiam *verberibus* domi convenire possint, apud omnes æque expeditum non est? Excell. Dn. Strykius. *in Not. ad Lauterb. Tit. Loc. Cond. Verb. Castigationem*, non aliter famulos castigandi *verberibus* licentiam indulget Dominis, quam si illorum parentes simul in personam famuli vel ancillæ aliquid juris Dominis concesserint. Conf. *id. in Usu Mod. ffarum. Tit. D. S.H. §.12.* & Staml. *De Serv. Pers. L.2. cap.4. n.10.* Contra vero moderatam *indistincte* castigationem Dominis, *ob indolem domesticæ disciplinæ*, cui per locationem tacite se subjiciunt famuli; *arg. L.un.C. De Emend. Propin.* concedit Celeberr. Dn. Hoppius *In Usu Mod. ad §.2. Inst. de His qui sui vel alieni juris sunt.* sequutus Bachovium *Vol.1. Disp.29. Th.2. in f.* & Lauterb. *tit. Loc. thes.52.* Conf. Excell. Dn. Præses. *in Not. ad Lauterb. verb. correct.* Quæ ultima sententia; sicuti receptior est, ita approbatur expresso JURE LUBECENSI, Vid. L. St. R. *P.3. Tit.8. Art.10.* & GEDANENSI: Vid. Dantzig. Willkühr. *P.3. cap.4. Art.5.* modo utroque Jure Domini sibi caveant, ne ira freni impatiens, potestatis moderamen in castigatione ministrantium excedat, eos vulnerando &c. in verb. ohne Lämniß/ Beinbruch/ und schwere Verwundung: Quanquam plus potestatis Dominis Jus Gedanense fere indulgere censeatur, dum *gravioris vulnerationis* tantum facit mentionem, cum contra Jus Lubecense omnem *indistincte* vulnerationem interdicere videatur. Verb. Soll ihm aber keine Wunden wircken rc. Denn solches ist Straffbahr.

VIII.

Parentum Consensum ad nuptias liberorum contrahendas, jure non minus *CANONICO quam CIVILI* desiderari certum est, *p. Pr. & §. penult. Inst. De Nupt. juncta L.2. ff. De Ritu Nupt. & C.1. Ca.30. q.5. C.3. Ca.30. Q.5. C.12.15.16. Ca.32. Q.2.* Cothman. *Vol.1. Resp.1. per tot.* Beust. *De matrim. c.45.* Mich. Haveman. *De Jure connub. L.1. tit.3. posit.2.3.* Vult. *ad pr. Inst. De Nupt.16.* Quod praxis Ecclesiastica etiam ad Matris, Sande. *Lib.2. Dec. Tit.1. Def.2.* Stryk. *ad pr. Inst. De Nupt.* Brunnem. *in Jure Eccl. L.2. c.16. §.5.* & Carpz. *in I. E. L.2. Def.44.* & Aviæ consensum Carpz. *d. l. D.45.* utut liberi emancipati fuerint & majorennes; Carpz. *d. l. Def.49.* & Dn. Hoppe *ad pr. Inst. De Nupt.* extendit. Cum quo convenit non duntaxat JUS SAXONICUM, Vid. *Ord. Eccles. Sax. sub tit.*

von Ehesachen. §. von Ehegelöbniß & *Ord. matrim. de An.* 1624. *punct.* 1. *in pr.* LUBECENSE. Vid. L. St. R. *Lib.* 1. *Tit.* 4. *art.* 2. ibique Mev. *n.* 18. & GEDANENSE, Vid. der Stadt Dantzig Willkühr: *P.* 1. *Cap.* 2. *art.* 4. Verum & hisce Juribus statutariis permittitur parentibus spretum consensum suum exheredationis fulmine coercere, Vid. *Ord. Elect. Sax. d. l.* Carpz. *L.* 2. *Jurispr. Consist. Def.* 4. Dn. Stryk *de S. ab J. Diss.* 12. § 22. Hoppe *ad* §. 5. *Inst. de Exheredatione Libr.* Mev. *ad J. L. d. l.* & *Jus Gedanense d. l.* Cum Jure Civili veteri non aliter exhæredare filium permitteretur, quam si cum indigna ac turpi persona matrimonium contraxisset; *L.* 3. §. 5. *in f. De Bonor. possess. contra tabb.* ibique Brunnem. Faber. *in C. L.* 5 *Tit. De Nupt. Def.* 1. Coler. *Dec.* 175. *n.* 2. *p.* 1. Gail. 2. *O.* 95. *n.* 17. *seqq.* Quorsum & ratione filii respexisse videtur Jus Gedanense d. l. in verbis: Wenn ein Sohn wieder seiner Eltern Willen eine berüchtigte Person zur Ehe nehme/ꝛc.

IX.

Sine *Curatorum* consensu contractas JURE CIVILI subsistere nuptias, indubium est p. textum *L. Sciendum* 20. *ff. D. R. N. L. In copulandis.* 8. *C. eod.* Sichard. *ad L. Si pater* 4. *n.* 2. & 3. *C. De Sponsal.* Harpr. *pr. Inst. De Nuptiis n.* 156. & Alber. Gentil. *De Nupt. L.* 4. *C.* 14. Neque aliud constitutum deprehendo JURE SAXONICO, Vid. Carpzov. *in Jure Consist. L.* 2. *Def* 46. ibique præjudicium; LUBECENSI, & GEDANENSI, quo tamen absque *Curatorum* consensu nubentes, Parentum orbatæ consilio, arbitrariæ pœnæ subjiciuntur. Vid. Dantziger Willkühr. P. 1 *c.* 2. *art.* 4. quæ & illas *hoc jure* manet, quæ spreto *Cognatorum* consilio, ad tam momentosam, variisque periculis obnoxiam rem temere advolant. *Jus Gedanense d. l.* quas nomothesia *Lubecana* præterea omnibus suis privat bonis proximis cognatis adjiciendis, solis quotidianis vestibus relictis. Vid. L. St. R. *Lit.* 1. *Tit.* 4. *art.* 2. quod ignorat *Jus Civile*, utpote quod in Virginibus XXV. annis minoribus tantum Cognatorum consensum desiderat; *L.* 1. *L. vidua* 18. & 20. *C. De Nupt.* Vid. Mev. *ad I. Lub. Lib* 1. *Tit.* 4. *art.* 2. *n.* 23.

X.

JURE quidem CIVILI *Nuptiis* contrahitur *Societas* VITÆ, NON BONORUM, extra communem eorundem *usum*, Molin. *de J. & J. Tr.* 2. *Disp.* 411. *n.* 2. Pruckm. *Vol.* 1. *Consil.* 1. *n.* 347. Kohl *in Declarat. Const. Marchic. q.* 1. *n.* 3. Brunnem. *ad L.* 1. *ff. de R. N.* & *ad L.* 1. *ff. de Actionibus Rer. amot. nec non in Jur. Eccles. L.* 2. *c.* 16. §. 1. *ibique* Stryck. *in Not.* Jung. Myn-

Mynsing. *c.2. O.92.* Wissenb. P.1. *ff. Disp.* 44. *th.*12. *L.1. ff. De Act. rer. amot. L.1 ff. De R. N. L.52. De R. J.* indeque est, quod acquisita *durante matrimonio* soli adscribantur *marito*, *L. Quintus Mutius* 51. *de Don. inter V. & U.* ibique Brunnem. *n.*4. Wes. *ad Tit. ff. De R. N. n.6.* ibique Hahn. Peck. *de test. Conj. L.2. c.1. n.1.* neque bona uxoris mariti obærati Creditores occupare possint, pro debito *durante matrimonio* contracto, Brunnem. *ad d. L.1. ff. De R. N.* multo minus pro debitis antea contractis, etiamsi sciens uxor obærato nupserit: Brunnem. *in Tr. De concursu Credit. Cap.5. §.29.* Imo in dote uxor omnibus Hypothecariis præferatur *per L. Assiduis* 12. *& Auth. Quo Jure, juncta Auth. Si quid C. Qui pot. sunt in pign.* ibique Brunnem. JURE CULMENSI, quod hac in parte se in *jure Flamingensi Hereditario* fundat, Maritus & Uxor *in communione omnium bonorum pari lucro* parique *damno* constituti sunt, neque uxor *dotis* gaudet *prærogativa*, sed pro obærato marito etiam ex suis bonis conflatum *constante matrimonio* æs alienum solvere tenetur; Vid. *Jus Culmense L.3. Cap. fin.* de illo vero quod ante matrimonium clam contraxit maritus, non tenetur, quæ *æris contracti nescia* obærato nupsit marito. *Vid. Jus Culm. d.l.* *JURE GEDANENSI* pariter *communio bonorum* per nuptias contrahitur, & *acquisita* constante matrimonio *ad uxorem æque ac maritum* spectant, ita, ut absque *prærogativa dotis*, contractum æs ex utriusque bonis solvi debeat. Vid. der Stadt Dantzig Willkühr. *P.1. c.5. art. ult.* *JURE LUBECENSI* est quidem inter conjuges *Bonorum Communio*, *per Textum L.2. T.2 art.30. verb.* gemein Gut. It. *L.1. T.5. art.6. verb.* Gut welches sie beyde zusammen gebracht/ *& L.9. T.9. art. fin.* L. St. R. sed non *simpliciter* talis, nec *quoad omnes effectus*, *Vid.* Mev. *ad Jus Lub. L.1. T.5. a.5. n.29. seqq.* In eo tamen convenit cum *Jure Culmensi*, quod acquisita constante matrimonio pari jure ad utrumque Conjugum pertineant, Vid. Cothman. *Cons.*24. *&* 25. *Vol.4.* Viduaque, quæ ex marito prolem superstitem habet, æs ab ipso contractum itidem sine dotis prærogativa solvere de suis teneatur bonis, per textum *L.2. T.2. Art.26. &* 28. *& L.1. T.5. art.7.* Vid. hic omnino Mev. *ad d. a.7. n.32. & seqq.* JUS SAXONICUM inter Conjuges pariter bonorum communionem inducit, ex illo tempore, quo corpore in thorum convenerunt, so bald sie das Ehebette beschritten/ Land-R. *L.1. art.31. &* 45. Wesenb. *in Parat. De Jure Dotium n.11.* Zobell. *Diff.26.* P.2. *n.1. &* 9. Mev. *ad I. L. L.1. T.5. A 5. n.14.* Quid vero in *acquisitis* Juris sit, constat ex illis, quæ pluribus videri possunt apud Heig. *L.1. Q.30. n.7. seq.* Wesenb. *in Paratit. de R. N. n.6.*

n.6. Zobel. *Diff. Civ. & Saxon. Jur. 26. n.1. & 9.* P.2. & Mev. *ad I. L. L.2. T.2. Art.12. n.106.* qui idem *n.14. L.1. T.5. a 5.* asserit: Vniversalibus pene Germaniæ moribus invaluisse, ut communio bonorum per matrimonium contrahatur. Conf. Gail. 2. O 29. *n.1.* Kirchoff. *Cons.38. n.3. Vol.4.* Mindan. *De Mandat. L.2. c.61. n.4.*

DECAS II.

Convenientiarum Juris CULMENSIS & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI & PRUTENICO.

CONV. I.

QUi *sciens doloque malo* vivæ uxori superinducit aliam *Constitutionibus Carolinis* statutam gladii pœnam incurrit, *Vid. C. C. C. Art.121.* Ibique Clasen. Conf. Berlich. *P.4. Concl.28 n.10.* & Gilhausen. *C. 2. Tit.19. n.1. fol 100. Arbor. Crimin.* ne quidem ad uxoris prioris intercessionem remittendam Müller. *P.4. Const. Elect.20. n.4.* Hahn. ad Wes. *Tit. ad L Jul. de Adulteriis n.8.* Carpz. *in Pr. Crim quæst.66. n.39.* Utut Jure Justinianeo tanta pœnæ atrocitate in *Bigamum*, non fuerit animadversum, *per L.2. C. De Incest. & inutil. Nuptiis & L 18. C ad L. Jul. De Adulteriis.* Hæc eadem gladii non duntaxat in SAXONIA, *ex Const. Elect.20. P.4.* Vid. Carpz. *P.2. q.66. in Pr. Crim.* Berlich. *P.4. Concl.29. n.13.* BORUSSIA, *ex Jure Prutenico Electorali L.6. T.6. Art.1. §.5.* LUBECÆ, *Vid. Jus Lub. L.4. T.4. Art.1.* GEDANI *Vid. Jus Culm. L.5. P.2. Tit.8. c.5.* Sed hodie ubique fere locorum in tota Germania observatur pœna, Conf. Excell. D. Hoppius. *In Usu Moderno ad § 6. Inst. De Nupt.* à qua nec grandæviorem excusare ætatem, observavi ex supplicio sumpto *Rostochii* à Bigamo nonaginta annis majore, cui Amplifs. Fctas Juridica Rostochiensis Mense Decembr. Anni 1693. gladii pœnam dictitare non dubitavit.

II.

Incestus HODIE inter *Ascendentes & Descendentes Consanguineos* punitur gladio; Prosper Farinac. *L.5. Obs. Crim. q.149. n.14. & 16.* Bajard. ad

ad Clarum. *L.5. Sent.* §. *Incestus n.5. fol.410.* & Menoch. *D.A.I. Q. Lib.2. Conf.502. n.1. inter Collaterales in primo & secundo* gradu lineæ inæqualis, *fustigatione & perpetua relegatione*, Theodoric. *c.6. aph.5. per tot.* Berlich. *P.4. Concl.33. per tot.* & Carpz. *P.2. quæst 73. per tot.* quæ etiam pœna statuitur in *Ascendentes & Descendentes Affines*. Cothman. *V.3. Resp. 48 fol.426. seq.* Coler. P.2. *Dec.234. n.7.* *In aliis gradibus* obtinet *pœna arbitraria Vid. CCC. art.117.* inibique Dn. Clasen. & Stephani. Carpz. *P.2. q.74. per tot.* Berlich. *d. l. concl.35. p. tot.* Convenit cum usu fori Germanici JUS SAXONICUM, Vid. *Const. Elect. Saxon.22.* P.4. *CULMENSE, L.5. P.2. Tit.8. C.9. & PRUTENICUM, L.6. Tit.6. art.3. per tot.* Conf. Excell. Dn. Hoppe, *in Us. Mod. Inst. ad* § 12. *De Nuptiis.*

III.

Sicuti MORIBUS HODIERNIS ubique fere, tam in *fœminis*, quam in *maribus* (secus ac Jure Justinianeo novo, Vid. *Nov.134. Cap.10.*) *duplicatum* adulterium gladio vindicatur, quod de MARCHIA BRANDEBURGICA testatur Brunnem. *in Proc. Crim. c.9. n.3.* deque BORUSSIA *Jus Prut. Elect. Revisum L.6. T.6. art 1. §.1.* ita in ELECTORATU SAXONIÆ, & ubi JUS CULMENSE obtinet, *fœminas* cum *maribus duplicati* adulterii reas, ad ultimum quoque abstrahi supplicium, videre est apud Carpz. *in Proc. Crim. q 54. n.17. & 18. & in Jure Culm. L.5. P.2. T.8. c.1.* A quo recedit JUS LUBECENSE, quod *Fures* quidem laqueo punit, nuptiarum vero *Sacrilegos* à gladii pœna absolvit, pecuniariam his saltem imponens. Vid. L. St. R. *Lib.4. Tit.6. art.2.* ibique Mev.

IV.

Utut ALIBI *ad intercessionem innocentis Conjugis* adultero, etiam in *duplicato* adulterio capitis remittatur pœna, in relegationem perpetuam commutanda, innocente nocentem in exilium secuturo, vid. Carpzov. P.4. *C.19. D.12. &* P.2. *Q.55. n.29.* Dn. Hoppius *In Us. Mod. ad* § 4. *Inst. De Publ. Jud.* in ELECTORATU tamen SAXONIÆ, Vid. Carpz. *d. l. q.55. n.109.* & in BORUSSIA, Vid. *Jus pruten. Electorale d. a.1. §.3.* necnon ubi viget JURIS CULMENSIS observantia, id in simplici duntaxat adulterio locum habet. Vid. *Jus Culm. d. Tit.8. c.5.* & Hopp. *d. l.*

V.

In eo etiam concordat JUS CULMENSE cum JURE SAXONICO ELECTORALI, quod utroque Jure *Soluto*, cum *conjugata* rem habente, uterque gladii pœnam cogatur subire; Vid. Carpzov.

q.54.n.31.seq. Schultz. *In Synopsi I. de publi. Jud. Lib.* Excell. Stryk.*in Not.ad §.4. Inst. d.t.* Conf. *Jus Culmense d. l. c.2. jungatur* Dn.Hoppe,*in Ul. Mod. ad d. §.4. Conjugato* vero cum *soluta* se carnaliter commiscente, *utrobique marito* pœna capitis,& *Fœminæ* fustigatio dictitetur. Carpz. *d. l. Q.54.n.37. & jus Culmense d.c.3.* Vid. Dn. Hoppius *d.l*, ubi docet hoc tamen Gedani in Praxi non observari.

VI.

Legitima ex necessitate Legis Liberis relinquenda, olim indistincte *quarta*, HODIE pro diverso liberorum numero vel *tertia*, vel *dimidia* bonorum pars est, *per Nov.18. c.1. Auth. Novissima C. De Inofficioso Test.* Cum quo consentit Jus Culmense, *L.3. T.8. c.12.* LVBECNSE, Vid. Mev. *ad Ius Lub. L.2. T.1. art.8. n.11.* & SAXONICVM P.3.*c.12.* ibique Carpz. *Def.XI.* Dn. Hopp. *in Usu Mod. ad §.3 Inst. De Adopt.* Vbi inde infert: Etiam filio arrogato, in casu, si alii extent liberi legitimi, non amplius *quartam*, sed *trientem*, aut *semissem* esse relinquendam.

VII.

Sicuti summus P*atris* erga liberos affectus, *L. fin. in pr. C De Curat. furios.* ex quo optimum pro ipsis capere consilium censetur, *L. Nec in ea 22. §. fin. Ad L. Iul. De Adulteriis*, effecit, ut Jus Civile, paternæ circa tutelam dispositioni primas detulerit, Tutoremque *testamentarium* reliquis cunctis anteposuerit, *pr. Inst. De Legit. Agn. tutela L. Si Tutor. §. si duobus ff. De Tutel. & rat. dist. L.11. ff. De Testam. Tutel.* Ita benignam hanc Juris Romani dispositionem non duntaxat JVS LVBECENSE, vid. L. St. R. P.*1. T 7. Art.1.* sed & Jus Culmense expresse approbavit. vid. *Ius Culm. Emendatum. Libr. III. cap.53.*

IIX.

Jure Civili utut pater Testamento liberis illos quoque tutores dare possit, qui secum non *ejusdem Civitatis* Cives esse noscuntur, *per L.32. pr. ff. De Test. Tut.* Regulariter tamen *ejusdem Civitatis Civis* tantum Tutor *à Iudice* constitui potest, *per L.1. §. fin. L.3. ff De Tutor. & Cur. Datis.* junct. *L 5. C. Qui dari Tut.* non obst. *L.10. ff. De Tutelis*, & *L.24. ff.* De *Tut. & Curat. dat.* Vid. Brunnem. *ad d. L.10. & 24.* Tutelam vero legitimam, & *non Cives* hoc jure subire prohibentur minime; vid Brunn. *ad L.24. ff* De Tut. & *Curat. dat.* Richter. Dec.*12. n.12.* & Mev. *ad Ius Lub. Lib.3.* Tit.7. *art.2 n 1.* Jure Culmensi de *Legitimis* videtur contrarium constitutum. *L.III. cap. 0.* in verbis: *Et in ejus Iudicii districtu, larem collocatum habent.* Vid. Dn. Hopp. *ad § 4. Inst. De Attil. Tut. in Usu Moderno.*

Cum

Cum quo non duntaxat convenit JUS LUBECENSE, verum etiam indistincte *non-Cives*, licet *cognationis nexu* illi copulatos, de quorum Tutela quæritur, ab omni in genere Tutela arcet, *per Art. 2. Tit. 7. L. 3.* L. St. R.

IX.

Deficiente Tutela testamentaria Jus Romanum ad Tutelam impuberum hos vocat, quos ex sanguinis nexu orta affectionis præsumptio, fide ac dexteritate quoscunque extraneos superaturos esse, pie confidit, *pr. Inst. De Legit. Agn. Tut. & tt. ff. & C. De Legit. Tut.* rejecta differentia inter *Agnatos & Cognatos, per Nov. 18. cap. 15. & Auth. sicut C. De Legit. Tut.* inibique Brunn. Idem placuit Authoribus Juris Culmensis: Utut enim, Teste Exc. Dn. Hoppio *in Us. Mod. ad* § 1. *Inst. De Legit. Agn. Tut.* Jure Culmensi Veteri, quod absque dubio sequutum est JUS SAXONICUM, quo adhuc hodie Cognatis Agnati in Tutela præferuntur, Landr. *L. 1. art. 23. Agnatorum* potior habita fuerit ratio, ejus tamen emendatio accessit, *per C. 50. &* 53. *L. 3. Emend. Jur. Culm.* In quo Jus Culmense Emendatum convenit cum Jure Prutenico Electorali, Vid. Jus Prut. *L. 2. Tit. 6. Art. 2.* § *1. & 2.* Nec aliud Gedani obtinere, satis apparet ex notatis Excell. Dn. Hoppii *d. l.* ubi testatur totam hanc rem ab arbitrio Magistratus Gedanensis dependere, non semper agnationis primam rationem habentis.

X.

Confirmatione de Jure Civili non indigent Tutores *Testamentarii* legitime dati, *L. 1.* § 1. *ff. De Conf. Tut. L. 2. pr. & L. 3. eod.* Hodie tamen per Ordin. Pol. *De Anno 1548. Tit.* von Pupillen und Minderjährigen Kinder-Tutorn / und Vormündern / 31. §. *2. & de Anno* 1577. *Tit. 32.* §. *2.* Omnis generis Tutores ante administrationem Tutelæ confirmandi sunt; Hahn. ad Wesenb. *Tit. De Tut. n. 6.* Richter. *Dec. 83. n. 162.* Carpz. *L. 5. Resp. 82. n. 1. & Resp.* 84. *n. 2.* Idem statutum est Jure Prutenico *Lib. II. Tit. 6. Art 1. & 2.* Culmensi, *Lib. IV. Tit.* 14. *Cap. 2. in fin. & L. 3. C. 54. & LUBECENSI Lib. 1. Tit. 7. Art. 2.* quo præterea pœnæ se obnoxios faciunt, qui absque prævia Magistratus confirmatione, sese temere tutelæ rebusque gerendis immiscent; Conf. Dn. Hoppe *In Usu: Mod. Inst. ad Tit. De Tut.* §. *fin.* Ubi simul erudite demonstrat, quid hodie intersit inter Tutores *ob defectum & alios legitime datos, ex necessitate Juris statutarii, aut Ordinationis Politicæ confirmandos.* Conf. Mev. *ad Jus Lub. Lib. 1.*

 Tit. 7.

Tit.7. Art.2. n.24. & 31. ut & Brunnemann. *ad L.1. C. De Tutor confirm. inf.*

DECAS III.

Convenientiarum Juris CULMENSIS, & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI, & PRUTENICO.

CONV. I.

JURE SAXONICO, si proximus Agnatus *ab initio* est *inidoneus*, *sequens gradu* ad Tutelam impuberis admittitur. Vid. Weichbild. *Art.49.* & Hopp. *ad §. fin. J. De Cap. Dimin. in Uf. Mod.* secus ac Jure Civili, quo hoc casu alius *à Judice* est dandus. *§. penult. J. De Curat. L.10. §.7. in fin. ff. De Excusat. Tut. vel Curat.* Cum Jure Saxonico non *in hoc* duntaxat, sed etiam in illo convenire deprehendo Ius Culmense, quod inter Cognatos *ejusdem gradus* plures, solus Senior reliquis præferatur; Vid. Land. R. *ibique Gloss.* & Zobel. *in Addit.* Carpz *L.5. Resp.81. n.16.* & Ius Provinciale *Lib.1. Art.23. Ibi:* Ihr ältester Schwerd mag allein. *juncto Jure Culmensi Emendato, Lib.*III. *Cap.50. verbis: Natu majores & Cap.53. verb. Si idoneus est.* Cum Iure Civili hoc casu Tutela *ad omnes idoneos* conjunctim pertineat, *§. fin. Inst. De Cap. Dimin.* Et quanquam Iudicis hoc Iure minime excludatur arbitrium, unum ex illis, vel plures maxime idoneos eligendi, quibus commodior Tutelæ administratio *cæterorum periculo*, & sub *tacita bonorum hypotheca* committatur, *Nov.118. cap.15. & Auth. Sicut Hereditas C. De Legit. Tutor.* reliquis tamen in electum consentire nolentibus, utique denegari Tutelæ administratio haud potest. *per L.3. §.8. ff. De Administr. Tutel.* ibique Brunnem. *in fin.* Conf. Carpz. *L.5. Resp.82. n.20. seqq.* & Schneidew. *§.1. Inst. De satisdat. Tut. n.4.*

II.

Ne indefensi relinquantur illi, qui provida Parentum cura orbati, ejus ætatis ac judicii nondum esse noscuntur, ut se ipsos regere, suisque commode præesse rebus possint; *L.2. §.2. ff.*

Qui

Qui petere Tut. Magistratus competens, ceu Summus Tutor, juxta *Jus Culm Emend L. 3 c. 54* deficientibus *Testamentariis* ac *Consanguineis*, idoneum illis Tutorem constituere tenetur. *pr. Inst.* §. 1. & *2. De Attil. Tut. L. 11. pr. &* §. 1. *ac. 2. ff. De Test. Tutel.* Quæ favore Reipublicæ ac Pupillorum introducta *JURIS ROMANI* salutaris dispositio, Ordinatione Politica Rudolphi *II. De Ao.* 1577. *Tit.* 32. §. *1. verb.* So wellen wir, ad omnem Magistratum, *Ordinariam Jurisdictionem in Pupillum* habentem, extensa est. Vid. Zanger. *De Except. P. 2. c.* 8. *n. 10.* Berlich. *Concl. 18. n. 9.* Mynsing. *Cent.* 1. *Obs.* 87. *versic. si tamen talis:* ipsoque *JURE SAXONICO.* Vid. Carpz. *P. 2. C. 15. Def.* 26. Frantkz. *Lib. 1. Resol. 16. n. 4.* & Philipp. *in Us. Pract. Inst. L. 1. T.* 20. *Eccl. 83. n.* 6. LUBECENSI, Vid L. St. R. *Lib.* 1. *Tit.* 7. *Art.* 4. ibique Mev. PRUTENICO ELECTORALI, Vid. *Jus Pruten. Elect. L.* 2. *Tit.* 6. *Art. 3.* §. *1.* & 3. & *CULMENSI*, Vid. *Jus Culmense L. IV. Tit. 14. c.* 1. & *Emendatum L. 3. c. 53. ibi cujusque loci Magistratus.* Conf. Dn. Hoppe *In Usu Mod. ad pr. Inst. De Attil. Tut.* Imo *GENERALI GERMANIÆ CONSUETUDINE* passim approbata est: Schultz: *in Tot. Inst. De Attil. Tut. Lit. A.* Schneidew. *eodem Rubro. Qui possunt dare Tutores n.* 4. & Philipp. *in Usu Pract. d. Eccl. num.* 3.

III.

NOVISSIMO quidem *IMPERII JURE* omnis generis Tutores *de indemnitate pupilli* tenentur cavere. Vid *Reform. Polit. De Anno* 1577. *Tit.* 32. §. *Item* daß Er: At vero MORIBUS PLERORUMQUE LOCORUM GERMANIÆ recessum fere est ab hac constitutione, eo, quod creditum fuerit, cum vix alii hodie eligantur Tutores quam qui possessionati, aut sufficientibus præterea bonis instructi sunt, in quibus omnibus jam tum *tacita* pupillis competit *hypotheca*, ulteriori bonorum suorum *expressa hypotheca* Tutores haud esse prægravandos. Vid: Sande *Lib.* 2. *Dec. Tit.* 9. *Def.* 9. Mev. *ad Ius Lubec. L. 1. T. 7. Art. 2. n.* 53. Cothman. *Vol. 1 Conf.* 45. *n. 112.* Quod idem non duntaxat apud *Lubecenses* ita Usu servari testatur Mevius *ad Ius Lub. d. l.* & *Hujus quondam Academiæ Decus Dn. Cothman. all. loc.* Verum & de SAXONIÆ Praxi, Testes sunt: Excell Dn. Schilter: *Exerc Pandect. 37 n. 90. in fin.* Dn. Hopp. *In Usu Mod. ad pr. Inst De Satisdat. Tutor.* ibique all. Illustr. Dn. Fuchs. *d. t. L. A.* Nostrumque *Ius Culmense* claris verbis edocet, consuetudine Juris Culmensis receptum esse, solam pro cautione esse in Tutorum bonis tacitam hypothecam,

& in illis statutam præferentiam Pupillorum præ cœteris Creditoribus. *Ius Culm. Emend. n.3. Cap.59.*

IV.

Quo magis securitati Pupillorum, contra dolosam, vel desidiosam Tutorum administrationem consulatur, jubentur Tutores, singulis HODIE annis administrationis suæ, proximis pupilli Consanguineis vel etiam Magistratui reddere rationes, per Reform. Polit: *De Anno* 1548. *Tit.* von Pupillen §. *Item.* Daß & *De An.* 1577. *Tit.* 32. Vid. Joh. Brunnem. *ad L.2.C. De Administr. Tut.* Matth. Berlichius P. 2. *Concl.* 13. *n.* 2. & Philippi *in Us. Pract. Inst. Ecl.* 84. *L.* 1. In loco gestæ Tutelæ, *L.* 1. *C. Ubi de rationibus*, ibique Brunnem. *juncta L.* 45. *ff. De Procur. & L.* 19. §. 1. *L.* 45. *ff. De Iudiciis* Mev. *Part.* 5. *Decis.* 298. & P. 8. *Decis.* 267. Richter. *Dec.* 13. *n.* 24. etiam vi Mandatorum *sine clausula* ad id compellendi, Mev. *Part. III. Decis.* 112. JUS SAXONICUM, extra unicum casum, quo is ex legitimis Tutor est, ad quem proxime emolumentum Successionis pertinet, de quo Vid. Land-R. *L.* 1. *Art.* 23. *in fin.* Carpzov. *Part.* 2. *Const.* 11. *Def.* 3. Coler. *Dec.* 6. *n.* 19. *Part.* 1. & Berlich. P. 2. *Concl.* 12. *n.* 12. omnibus itidem Tutoribus, *exigentibus* Cognatis, quotannis necessitatem imponit, gestæ administrationis reddendi rationes; Landr. *L.* 1. *Tit.* 23. §. Und oder / & im Weichbild: *Art.* 40. §. Und soll. Conf. Richter. *Decis.* 31. *n.* 20. Zobell. *Diff.* P. 2. 16. *n.* 2. Philippi *in Usu Pract. Eclog.* 84. *n.* 5. *seqq.* Neque aliud constitutum est Jure Prutenico Electorali, Vid. *Ius Prut. Elect. L.* 2. *Tit.* 6. *Art.* 12. §. 2. Et Culmensi. *L. IV. Tit.* 14. *Cap.* 4. *in fin.* Conf. *Ius Culm. Emend. L.* 3. *Cap.* 52. *verb. singulis annis, quatenus ab eo petuntur, rationes reddere tenetur.* Cui nec praxin Lubecensem adversari, colligere est ex notatis Excell. Mev. *ad Ius Lub.* P. 1. *Tit.* 7. *Art.* 11. *n.* 22.

V.

Sicuti administratio Tutelæ Iure Civili tantum *secundario* respicit bona pupillaria, Tutore *principaliter* obligato, ad Pupillum rite formandum in Pietate ac integris moribus, inque *animi* non minus ac *corporis* cultu sedula educandum cura; *per L.* 3. § 5. *ff.* Ubi *Pub. educ. vel mor. debet.* Vid. Excell. Dn. Stryck. *in Not. ad Lauterb. d. t. verb. Educatione* inibique Dn. Præses. Ita eædem partes assignantur Tutori in Jure Culmensi *L.* 3. *cap.* 59. verbis: *Tutor non rebus solum verum etiam Personæ datur, quapropter ejus muneri vel maxime incumbit, ut pupilli secundum generis*

neris dignitatem & Patrimonii facultates, liberalibus disciplinis erudiantur, & bonis moribus efformentur.

VI.

Quoties Pupillus ex negotio, *cum Tutoris authoritate* inito, læditur, toties Tutelæ Actione, eundem, tutorem convenire posse, ad damnum *sua culpa* datum, resarciendum, expeditum est JURE CIVILI *p. L. 17. inf. ff. De Auct. Tutor.* Nec aliud statutum esse *JURE CULMENSI*, Constat. *ex L. 4. Jur. Culm. T. 12. cap. 7. in med.* Conf. Excell. Dn. Hoppe *ad Pr. Inst. De Auct. Tutor Verbis: Deteriorem vero.*

VII.

Pluribus Tutoribus *simul* administrantibus tutelam, *singulos* in solidum obligari, docet *L. 2. C. De Divid. Tutel.* idemque esse tutelæ administratione, *privata inter ipsos auctoritate* divisa, constat. *ex L. ead. 2. d. t.* ita tamen, ut *beneficio Ordinis seu Excussionis* gaudeat ille in gestis, qui non gessit, ut excutiatur prius, qui gessit, *per L. fin. C. d. t. ibique notata* à Brunnem. Vid. Guttierez. *P. 2. c. 15 n. 10.* Carpz. *P. 2. C. 11. D. 36.* & Hartm. Pistor. *P. 1. Qu. 6.* Neque aliud in SAXONIA obtinere, intelligere est ex præjudicio Carpzoviano, *P. 2. C. 11. D. 36. n. 7. Jure Culmensi* sane idem claris dispositum legere est verbis, *in Lib. 3. Cap. 60. per tot.*

VIII.

Cum satis lugubre ac calamitosum liberis sit, prædia, in quibus Pater defecit, ipsique creverunt, ab aliis videre possessa, inque illis Majorum imagines non deprehendere non deprehendere fixas, aut plane revulsas aspicere, salutari cautum est Divi Constantini Constitione *in L. 22. C. De Administ. Tut. junctis t. t. C. De præd. Minor & t. t. ff. De Rebus eor. qui tutor*; sine urgentissima necessitatis caussa, & absque prævia causæ cognitione, & Magistratus Decreto Tutoribus fas esse non debere, *immobilia* Minorum alienare; Magnif. Dom. Stryck. *in Tr. de Caut. Contr. Sect. I. c. 3. §. 18 seqq.* Sande *L. 2. Decis. Tit 9. Def. 14.* Carpz. *L. 5. Resp. 72. per tot. & P. 2. C. 11. D. 28. n. 13.* Secus si fiat, integrum esse Minoribus, alienata prædia à Possessoribus vindicare, *L. 15. & 16. C. De Præd. Min & L. 23. ff. De R. V.* cum omni causa & fructibus perceptis, *d. L. 16.* ibique Brunnem. Carpz. *P. 2. C. 11. Dec. 29. n. 12.* Mev. *ad Ius Lub. L. 1. Tit. 7. A. 10. n. 7.* refuso emptori cum usuris pretio *L. 14. & 16. C. d. t.* Cum hac IURIS CIVILIS dispositione non duntaxat conveni *Praxis Saxonica*

nica & Lubecensis, per ea, quæ habet Carpz. *supr. all. loc.* & Mev. *ad Ius Lub. Dict. Loc.* Conf. & Exc. Stryck. *in Diss. De Iure Lub. c.* 5. *n.* 47. ubi *n.* 49. subjicit: In Foro *Lubecensi*, præter Decretum Senatus maxime requiri, ut distractio per *subhastationem* fiat, quam etiam in foro *Saxonico* desiderare videtur Carpz. *L.* 5. *Resp.* 82 *per tot.* Sed eandem in omnibus approbat *Ius Culmense L* 3. *c.* 55. *per tot.* ubi *Subhastationis* nulla fit mentio, quam neque desiderat præcise *Ius Civile.*

IX.

Masculos anno *XIV.* & *Fœminas* anno *XII.* completo, *in Civilibus* exuere impubertatem, Iure æque Civili *per pr. Inst. De Nupt. & pr. I. quibus mod. fin. tutel.* ac Saxonico, vid. *Gloss. ad* Landr. *L.* 1. *a.* 13. *& ad* Weichbild. *art.* 26. Conf Philipp. *in Us. Pract. I. L.* 1. *Eccles.* 86. Carpz. *P.* 2. *C.* 11. *D.* 9. *n.* 10. Schneidw. *pr. Inst. quibus mod. fin. tutel. n.* 4. & *Culmensi, Vid. jus Culmense Emend. L.* 3. *C.* 52. satis quidem expeditum est; At vero, *an ipso Jure*, sicuti *Iure Civili L. fin. C Quando Tut. vel. Curat. esse desier.* Tiraquell. *in L. Siunquam C. De Revoc. Donat. verb. Revertatur n.* 115. Mev. *ad I. L. P.* 1. *T.* 1. *A.* 1. *n.* 11. his annis, *Iure* etiam *Saxonico*, *Culmensi*, *Prutenico*, & *Lubecensi* finiatur Tutela, ita, ut cujus quis *Tutor* fuit, ejus invitus *Curator* esse non teneatur, binis monstrare lubet: *Moribus* quidem *Germaniæ Generalibus*, Vid. Gail 2. *Obs.* 96. Carpz. *P.* 2. *C.* 11. *D.* 10. *n.* 1. Coler. P. 1. *Dec.* 6. *n.* 16. ipsoque Iure Saxonico, Vid. Matth. Wesenb. *pr. Inst. quibus mod. fin. Tut.* Carpz. *d. l. num.* 3. Tutela in curam ipso Iure quasi transfundi videtur, ut qui Tutor *impuberis* fuit, idem etiam *Minoris* usque ad completam Majorennitatem sit Curator, eademque voce Vormund appelletur, Mev. *ad Ius Lub. L.* 1. *T.* 7. *a.* 1. *n.* 14. Vultej. *ad §.* 1. *Inst. De Curat. n.* 2. ita tamen, ut si redditis rationibus nolit curam Minoris subire, *invitus* cogatur minime; Gail. & Mev. *d. l.* jung. Carpz. P. 2. C 11. *D.* 10. *in fin. ibique præjudicium;* Hucque etiam collineare arbitror *Ius Culmense L* 3. *c.* 51. Ubi *XIV.* annis Majori permittitur, cum consensu Curatorum, alium, si volet, sibi Tutorem petere, etiamsi prior bene rebus pupillaribus præfuerit. Iure Prutenico Tutor etiam *invitus* continuare jubetur Curatelam; Vid. *Ius Prut. Elect. L.* 2. *Tit. a.* 8. §. 1. pariter ac Iure Lubecensi. Vid. Lübeck: Stadt-Recht. *L.* 1. *Tit.* 7. *art.* 1 ibique Mev. *n.* 14. & Dn. Hopp. *ad pr. Inst. Quibus mod. fin. tut.* ac Dn. Stryck. *in Differt. De Iur. Lub. c.* 5. *num.* 58.

X. Quod

X.

Quod in genere *de Statutis* monent Franciscus Caldas *in L. Si Curatorem C. De in integr. Restit. verb. Sine Curatore n. 66.* & Guttierez. *De Tutel. L. 1. c. 16. n. 158.* scilicet in illis sub appellatione *Tutorum* etiam *Curatores*, & contra contineri, idem & in Jure Culmensi ita usu venire colligere est ex collatione *Cap. 50. 51. 52. & 53. Lib. III Juris Culm. Emend.* Quanquam nec Jure Civili semper has inter voces accurate observatam fuisse differentiam, observare liceat cum Gail. *2. Obs. 96. n. 6.* Mevio *ad Jus Lub. L. 1. T. 7. ad Rubr. n. 5.* & Carpzov. *P. 2. C. 11. D. 10. num. 6.* ex *L. 3. ff. Qui peter. Tut. L. Pater 101. §. Conditionum ff. De Condit. & Dem.*

DECAS. IV.

Convenientiarum Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure Communi, Saxonico, Lubecensi & Prutenico

CONV. I.

JUre Lubecensi singulariter constitutum est, *Fœminas XXV.* annis etiam majores, à cura tamen non liberari, *antequam nupserint*, nuptasque in *Mariti* transire curam, adeoque *in perpetua cura* esse Vid. Mev. *ad Jus Lub. L. 1. T. 7. art.* 4. Idem dispositum est JURE CULMENSI EMENDATO. *L. 3. cap. 57. verb. Mulieres autem & Virgines Tutoribus semper indigere, non est incognitum.* Nec non Jure Saxonico; Vid. Dn. Hopp. *in U. M. ad pr. Inst. De Curat.* quocum licet convenerit Jus Civile Antiquum, quemadmodum expresse patet ex fragmentis Ulpiani. *Tit. 11. §. quanto & §. pen.* idemque approbetur Moribus Nostris in Universa fere Germania teste Mev. *d. l. n* 4. veteri forsan Longobardorum Juri originem debentibus, quo Mulieribus non licebat in *Selbmundio* vivere, sed *Mundualdo* uti cogebantur, *Leg. Longobardorum 8.* Vid. Rob. Maranta *in Spec. P. 3. n. 125.* Juri tamen Justinianeo id utique adversatur, quo Fœminæ æque ac Mares XXV. anno completo, ipso Jure à Cura liberantur *pr. J. De Curatoribus.*

II.

In eo etiam inter Ius Saxonicum, Prutenicum & Culmense notare licet *convenientiam*, quod omnibus hisce Iuribus *Majorennitas* non, sicuti Iure Civili & Lubecensi, incipiat ab Anno XXVI. ætatis, *pr. Inst. De Cur. L.3.§.3.ff. De Min.* L. St. R. *L.1. tit.7.a.6.* ibique Mev.*n.*3. & Dn. Stryck *in Diss. De Jure Lub. c.5.n.81.* sed ab anno *XXII.* Carpz. P.2. *C.11.D.9. Jus Prut. Elector. L.2.T.6.A.8.§.1. Jus Culm. L.4.tit.14. Cap.5.& 13. & Emend. L.3. C.51.* jung. Dn. Hopp. *in Usu Mod. ad Pr. J. De Curat.* An vero citius, ideo, *Jure Culmensi* terminetur minorennitas, quod, sicuti de Saxonibus non absque Suspicionis nota testatur ipse Saxo-Carpzovius *P. 2. C.* 11. *D.* 11. maturius sapiant in Borussia ac Gedani homines, illis, qui Lubecæ aut in Saxonia inferiore vivunt, non ausim asserere, illud ex Prælectionibus Excell. Dn. Præsidis plus simplici vice edoctus; scilicet: *Leges annales esse arbitrarias.*

III.

Licet Iure æque Culmensi, *Vid. Jus Culm. Emend. L.5. C.52.* ac Civili §. 2. *Inst. De Curat.* Minores sibi petere Curatorem possint, ab ejus tamen, quem semel acceperunt, curatione non ante liberantur, quam legitimam compleverint ætatem. *L. 1. §. fin. ff. De Minor. Jus Culm. L. 3. C. 51.* Imo hodie Minoribus *invitis* dandum esse Curatorem constat *ex Reform. Polit. de Anno 1577. §. 1. Verb.* Und gebiethen. & IURE CULMESI *d. L. 3. c.* 51. *verb. Quilibet adolescens, qui suis ipsemet rebus non sufficit, Tutorem accipiat, ad ætatis annum usque vigesimum primum, interim ipse res suas dispensare non potest, nisi Tutoris auctoritas interveniat.* Annuit dictis IUS PRUTENICUM ELECTORALE *L. 2. Tit. 6. A. 8. §. 1. ibi:* Auch wieder ihren Willen.

IV.

Ne furiosus *prodigorum* conatus tristem rerum suarum sortiatur exitum, qui illos exspectat post dispersum Patrimonium, *arg. L. fin. §.5. C. De Bon. quæ liberis &c.* expedit omnino Reipublicæ, alieno illos committi auxilio, suis qui commode rebus præesse nequeunt, sed illis temere ac perniciose abutuntur, *arg. §.2. I. De his qui sui vel al. Iur. sunt.* Hinc optime ac saluberrime cautum est Iure Civili, petulantibus istiusmodi bonorum profusoribus obicem ponendum esse, per dationem *Curatoris*, & ademptionem bonorum administratio-

tionis, post præviam causæ cognitionem & Magistratus declarationem, § 3. *Inst. De Curat. & t. t. cum L.* 1 *pr. & L.* 10. *ff. pr. de Curat. Furios.* Neque aliud obtinere Iure Saxonico, Vid. Carpzov *P.* 2. *C.* 15. *D.* 37. & *P.* 3. *C.* 6. *D.* 10. & Lubecensi apricari reor, ex *a.* 6. *L.* 1. *tit.* 7. L. St. R. *ibique notatis ab Excell.* Dn. Mevio: Quibus se ex asse conformat jus Gedanense, quo, qui *Iure Lubecensi* appellantur unnütze Verschwender ihrer Güter / termino Belgio etiam familiari, Vid. Dn: Hopp: *ad* §. 3. *I. de Curat*: dicuntur: Die Stadt-Kinder *vid.* Dantziger Stadt-Willkühr *Cap.* 2. *a.* 5. *p.* 1. Verbis: Welcher Bürger / oder Bürgers-Sohn sein Gut mit Unfug durchbringet / dem soll der Rath zweene Vormünder geben / und er soll durch öffentlich publiciren ein Stadts-Kind gemachet werden.

V.

Delatum Tutelæ onus juste deprecari posse *Principum Consiliarios per L.* 41. *pr. & L.* 30. *pr. ff. De Excusat. Tutor.* itidemque *Magistratum* gerentes *L.* 17. §. 4. *ff. eod.* etiam in *Municipiis*, de Jure Civili in aprico est; *p. L.* 6. § 16. *d. t.* Nec aliud Universalibus hodie obtinere Germaniæ Moribus, testantur Schultz *in Synops. Inst. De Excus. Tut.* L. B. Sande *L.* 2. *T.* 9. *D.* 6. D. Schilter *Disp. ff.* 37. § 161 quos suo etiam calculo comprobavit Potentiss. Elector Brandenburgicus in Jure Prutenico Electorali, *L. II. T.* 6. *a.* 4. §. 1. & Conditores Iuris Culmensis, *L.* 4. *Tit.* 14. *c.* 12. *ibi*; Die in der Obrigkeit sitzen *Conf. Ius Culm. Emend. L.* 3. *C.* 57. *ibi: Qui Magistratum publice gerunt, qui Principi sunt à Consiliis &c.* & Dn. Hopp. *In Us. Mod. ad* § 3. *J. De Excusatione Tutorum*.

VI.

Porro in eo etiam Ius Culmense secutum videtur Ius Romanum, quod *illo* æque ac *hoc*, *Milites*, ne privatis onerati negotiis, à numeris ac signis, ipsaque consequenter Reipublicæ defensione avocentur; *L. Milites* 31. *C. Locat. L.* 4. *C. Qui dar. tut. vel Curat.* § 14. *Inst. De Excus. Tut. & Cur.* Atque *Medici*, non *Sedentarii*, & in umbra studia Medicinæ exercentes, Vid Cujac. & Gothofr. *ad L.* 6. §. 1. *ff. De Excus. Tut. vel Cur.* sed περιοδευταὶ, *s. Circulatores & Circumforanei*, aut hodierno termino *Practici*, Iure Civili vacationem habeant ab onerosa Tutelæ Provincia *per L.* 6. §. 1. *ff. De Excus. Tutor.* §. 15. *I. eod.* IUS CULMENSE hoc videtur restringere, ad *Medicinæ Professores*, Vid. *Jus Culm.*

L. 4. *Tit.* 14. *Cap.* 12. & *Emend. L. 3. Cap. 57.* Verum non sine ratione per hos in *Jure Culmensi* indigitari *Practicos*, docet Excell. Dn. Hopp. *In Vs. Mod. ad §. 15. Inst. De Excus. Tut.* Alias Universali Germaniæ Consuetudine *cujuscunque Facultatis Professores* à Tutela hodie vacationem habere extra omnem dubietatis aleam positum est.

VII.

Sontico i. e. *Gravissimo* morbo suis propriis superesse impediti negotiis, inviti curatelæ subire onus non coguntur Jure Civili, *L. 10. 11. & 12. ff. De Excus. Tut.* Incivile enim est, illos, qui in propriis negotiis alieno indigere noscuntur auxilio, ad aliorum negotia administranda invitos cogere velle. Idem comprobatum est Jure Culmensi Emendato seu Reviso, *L. 3. cap. 57.*

VIII.

Cum & Senectus ipsa per se morbosa sit, *L. Senium. 3. C. Qui testam fac. poss.* Berlich. *Dec. 116. n. 4.* ceu quam fere semper concomitari cum debilitato Judicio etiam virium defectus solet, *septuagenariis Majores* Jus Romanum invitos ad Tutelæ munus haud trahit, *per L. 2. ff. De Excus. Tut.* & *§. 13. Inst. eod.* Vid. Brunnem. *ad d. L. 2.* Idem non duntaxat. Generali fere Germaniæ Praxi receptum esse, collectu facile est, ex præjudiciis à Domino Sande *L. 2. Decis. T. 9. Def. 5.* & Philipp. *in Vs. Pract. Inst. Eccl.* 91. *n. 11.* allatis, sed eandem ætatis excusationem expresse etiam indulget septuaginta annorum onere pressis Jus Culmense Emendatum *L. 3. c. 53.* & Prutenicum Electorale L. 2. *T. 6. A. 4. §. 6.*

IX.

Similiter ob difficultatem administrationis conficiendarumque rationum, *tribus non affectatis* Tutelis gravato à *quarta* vacationem Jus concedit Romanū *l. 2. §. ult. L. 3. seqq. ff. De Excusat. Tut. §. 5. Inst. eod.* & *L. un. C. Qui num. Tut.* Eandem immunitatem & in Saxonia Praxis, Vid. Philipp. *in Vs. Pract. Inst. Eccl. 90. n. 3.* & *8.* Carpz. *P. 2. Const. 11. Def. 39.* & in Borussia Jus Prutenicum Electorale *L. 2. tit. 6. Art. 4. §. 4.* & apud nos Jus Culmense disertis verbis tria Tutelarum non affectarum onera actu sustinentibus, impertitur, Vid. *Jus Culm. L. 4. tit. 14. Cap. 12.* & *Emend. L. 3. tit. 57. in fine.*

X.

Tutor *ob dolum* remotus Infamiæ notam incurrit, §. 6. *Inst. De Suspect. Tut.* modo doli in sententia fiat mentio, *L.4.§.2.ff.eod.* adeo ut nullam postea Tutelam administrandi Ius habeat; *arg. c. Semel X. De R. J. in 6to.* Consentiunt Ius Prutenicum Electorale *L.2. Tit.6. Art.11. §. fin.* & *IUS CULMENSE*, *L.4. Tit.14. Cap.6. Junct. Emend. L.3. C.51.* quo æque, ac Iure Romano Cognatis Pupilli Tutorem suspecti non postulantibus, ipse ex officio Loci Magistratus in suspicionem inquirere & suspectos removere Vid. *L.3. §.4. ff. d. t. & Reform. Pol. Impp. de Anno* 1577. *Tit.32. §.3. Conf. Jus Culmense L.4. T.14. Cap.6. & Emend. L.3. C.51.* à quo nec abludit Ius Prutenicum *L.2. Tit.6. Art.11. §.2.* Vid. Excell. Dn. Hoppe *ad §.3. Inst. De Suspectis Tutoribus.*

DECAS V.

Convenientiarum Juris CULMENSIS & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI & PRUTENICO.

CONV. I.

Pœnam *Muros*, *Fossam* aut *Vallum Civitatum* transcendentium, pro *temporis, loci, & delicti* qualitate HODIE arbitrariam esse, ita tamen, ut ad mortem usque extendi possit, cum Excell. Dn. Strykio *in Us. Mod. ad ff. Tit. De Rer. Div. §.6.* testantur Carpzov. *Pr. Crim. Q.40.n.20.* Berlich. *P.1. Dec.70. n.4.* Philipp. *in Us. Pract. Inst. ad §.10. d. t. Eccl.2.* & Menoch. *De A. J. Q. Lib.2. Cons.483.* Idem constitutum est Iure Gedanensi. Vid. Dantziger Stadt Willkühr. *P.1. C.7. art.7. verb.* Wer dagegen thut / der soll zu des Rahts willkührlicher Erkäntniß stehen / solche Verbrechung nach Gelegenheit der That / und Fürsatzes / mit Gelde büssen / Gefängniß / Verweisung / und auch biß an das Höchste zu straffen. Nec aliud in SAXONIA obtinere, colligo ex præjudicio à Dn. Philippi *d. Eccl.2. in fin.* allato.

II.

Navim ex alienis tabulis, *nondum præparatis*, factam esse *facientis*, nec aliter ad *materiæ Dominum* pertinere, quam si *specificans* probare nequeat, se in *bona fide* fuisse, Iure Civili clarescit *ex §.25. J. De R. D. L.26.*

ff. De A. R. D. & *L.12. §.3. ff. Ad exhibendum*; Idem comprobatur Iure Culmensi, *L.3. T.1. C.4.* & *Emend. L.3. C.4. verb. Nisi alter* (*specificans scil.*) *juramento probaverit, non secus sibi conscium fuisse, quam quod suæ essent tabulæ*, & Iure Prutenico Electorali *L.3. T.1. A.6. §.4.* Conf. Dn. Hopp. *ad §.25. De R. D.*

III.

Solo inædificata Domino soli acquiri, itidem Iure Civili indubium est; *per §.29. J. De A. R. D. L.7. §.10. ff. eod.* Nec in SAXONIA aliud obtinere expresse patet ex præjudicio, quod legere est apud Dn. Philippi *in Usu Pr. ad §.30. Inst. De R. D. Eccl.12. n.8.* Annuit hisce simpliciter Ius Culmense emendatum *L.3. Cap.3.* ubi idem in *plantatis arboribus* obtinere subjicitur, quod tamen intelligo, sub illa *Juris Civilis* notissima limitatione, modo *radicatæ* fuerint, *§.31. J. De R. D.* & *L.26. §.2. ff. De A. R. D.* Nisi cuipiam magis arrideat, proximiorem *Juris Culmensis* interpretationem ex Iure Saxonico petere, Vid. *Jus Culm. L.2. Tit.22. C.2.* quo æque, ac Moribus Plerorumque Locorum, non tam ad *Arborum radices*, quam ad *ramos in vicini fundum propendentes* respicitur. Vid. *Jus Saxon. prov. L.2. a.52.* Weichb. *a.125.* & Carpz. *p.3. C.32. Def.25.* Philipp. *in Us. pract. Inst. ad §.31. Eccl.13.* juncto Dn. Schiltero, *ad J. d. §.31.*

IV.

Sata statim ab *insitionis* tempore *Solo* cedere, docet Imperator in *§.32. J. De R. D* & *in L.14. ff. De Donat. juncta L.9. pr. ff. De A. R. D.* idem obtinet Iure Culmensi *L.3. T.1. C.3.* & *Emend. L.3. c.3.* consentiente *PRAXI SAXONICA*, testibus Dn. Carpz. *L.1. Resp.100.* & Dn. Hoppio *ad §.32. J. De R. D.* Conf. Præjudicium apud Dn. Philipp. *ad h. §. Eccl.14. in fin.*

V.

Circa *Thesaurum* distinguitur Iure Civili: An *ipse Dominus* eundem *licitis artibus* in proprio fundo invenerit; An vero *alius*, idque vel data opera, vel *fortuito*: Et sicuti priori casu *totum sibi Dominus*, ob concurrens in sua persona *Jus soli* & *inventionis* acquirit, ita posteriori casu *dimidium* cedit *inventori, casu fortuito* in thesaurũ incidenti. *§.39. I. de R. D.* & *L. un. dd. de Thes.* Hæc *Iuris Civilis* dispositio in Imperio Romano Germanico, & plerisque ejus Provinciis adhuc Hodie in Iudiciis ac Tribunalibus observatur; Vid. Sixtin. *De Regal. L.2. Cap. fin. n.1.* Exc. Dn. Hopp. *in Usu Mod. ad §.39. Inst. De R. D.* Heig. *L.1. Q.73.* & Lauterb. *Tit. ff. De A.R.D.*

A. R. D. inque SAXONIA Vid. Philipp. *in Uſ. pr. Inſt. Eccl.* 18. *L.2. ibique præjudicium.* Conf. Carpz. *P.2. C.53. D.4. ſeqq.* & Heig. *P.1. Q.13. n.55.* & in BORUSSIA in viridi adhuc eſt obſervantia; Vid. *Ius pruten. Provinciale L.3. Tit.1. art.10.* concordante etiam Iure Culmenſi, Vid. *Ius Culm. L.3. Tit.1. c.1. & Emend. L.3. c.1.* hoc unico tantum excepto: quod inſcio Domino inveniens theſaurum in fundo alieno, quartam duntaxat lucretur partem loco mercedis.

VI.

Extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſſe arbitror, res *immobiles* alienaturum, non aliter pleno jus circa illas ſuum, in accipientem jure transferre ac derivare valere, niſi *actis intervenientibus ſolenniter Dominium ſuum reſignaverit*, id quidem nec *communi Gentium placito*, quibus ſimplicitas mage, quam ſcrupuloſa alienationis ſolennitas amica eſt, nec *ROMANI JURIS* Regulis per omnia convenire, licet hic alienandi modus veterem mancipandi ſolennitatem, Romæ olim tantopere commendatam, fere redolere, aut certe non multis ab eadem paraſangis differre videatur, de quo Vid. Excellentiſſ. Dn. Præſes *in Diſſert. De Reſignatione Judiciali Cap.1. §.4. &* Dn. Mev. *ad Jus Lub. P.3. Tit.6. art.1. n.2.* At vero ſine *prævia Judiciali reſignatione*, vulgo der Gerichtlichen Auflaſſung. *JURE SAXONICO*, Vid. Landr. *L.2. art.30. &* Weichb. *art.60.* Carpz *P.1. Conſt.28. Def.21.* Rauchbar. *Part.1. Q.6. n.34.* Frantzk. *De Laudem. Cap.5. n.54.* & Mod. Piſtor. *Volum.1. Conſ.64. LUBECENSI* L. St. R. *L.3. Tit.6. art.1.* inibique Mevius Vid. Dn. Præſes *d. Diſſ. C.1. n.125. GEDANENSI, Vid. proc. Jud. Gedan. Cap.29. art.2.* & Dn. Hopp. *in Uſu Mod. ad §.41. J. De R. D.* ac Culmenſi, Vid. *Jus Culm. L.4. T.5. C.7.* pretio licet ab accipiente præſtito, rei *immobilis* Dominium *plene* non transferri extra dubium eſt, hoc utut caſu Jure Civili re à *Domino* ex habili ad transferendum Dominium Titulo tradita, ejus citra omnem reſignandi ſolennitatem *plene* in emptorem ſtatim tranſeat Dominium. *per §.40. & 41. Inſtit. De R. D. inibique Ddres.*

VII.

Cum quod noſtrum non eſt, ſcire debeamus id *omnibus modis* ad alium pertinere, *per L. fin. C Unde Vi.* rem ab alio *amiſſam* niſi eam rapuiſſe audire ſatagat, *juxta Can. Si Quid 6. Ca.14. Q.5.* aut ſe furti obſtringere velit, ſecundum *L.43 §.4. ff. De Furtis* ad inventam *lucri faciendi animo* detinere non convenit volenti, evitare alienam bono viro ſuſpicionem, uti in ſimili loquitur Imperator *in L.5. C. De Furtis.* Quam ſini-

sinistræ suspicionis notam incurret minime, si juxta optimum JCti Ulpiani *in d. L.43. §.8. ff. De Furtis* consilium, curaverit, *mediante libello*, continente se invenisse & desideranti redditurum esse, vel *alia de suggestu* aut *per Magistratum* illius loci *facta publicatione*, quo in notitiam illius, qui rem ægre amisit, veniat, de quo si hoc pacto legitime constiterit, rem ipsi suam ne quidem sub illegitimo *non soluti inventionis præmii*, vulgo: Findelgeld/prætextu, denegare LL. ROMANÆ permittunt: Vid. *L. d.43. § 9. ff. De Furtis. junct. L.1. §.5. ff. De Extraordin. Cognit.* Conf. Carpz. *in Pr. Crim. Q.86. n.5.* Brunnem. *ad L.43.* Eandem *notificationis publicæ* necessitatem recte etiam urget JUS SAXONICUM, Vid. Landrecht. *L.2. a.37. verbis:* Das soll er ausbiethen/ Conf. Zobell. *Part.2. Diff.61. n.5.* Berlich. *Part.2. Concl.66. n.27. &* Carpz. *P.2. C.3. Def.15.* & Culmense, *L.3. T.1. C.1.* & Emend. *L.3. c.2. per tot.* nec non Universalis Germaniæ omnium locorum PRAXIS. Vid. Petr. Molignat. *De Jure Retent. Quæst.243. per totam.* De eo vero non conveniunt locorum statuta & mores, cuinam scilicet si de Domino, aut quocunque alio, qui rem amisit, post multoties factam publicationem nulla constaret ratione, res inventa sit adjudicanda? Communior est hæc sententia, nisi ipse egeat inventor, ex præsumpta amittentis voluntate, rem *Pauperibus aut aliis piis usibus* adjudicandam esse; *arg. Auth. Omnes peregrini, C. Communia de Success.* ibique Brunnem. *in fin.* Conf. Dn. Stryk. & Dn. Hopp. *ad §.47. Inst. De R. D.* Carpz. *Part.3. Const.31. Def.18.* Coler. *Decis.149. P.1. n.3.* Molignat. *d. q.243.* & Berlich. *d. l. n.20.* A quo quidem per omnia non recedit Jus Culmense Emendatum, dum nemine *intra triennium* rem amissam repetente, dimidium *Ecclesiæ* tribuit, alteram partem *Judicio Civili* retinente, liberoque Judicis & Ecclesiæ relicto *arbitrio*, quantum *Inventori & Presbytero publicanti* dare æquum judicaverint; Vid. *Jus Culmense Emendatum L.3. c.2. in f. JURE SAXONICO*, Domino ex tempore Publicationis post *tres quaterdenas* non comparente, *tertia* parte *inventori* assignata, reliquæ *duæ tertiæ* cedunt *Magistratui.* Vid. Landr. *L.2. Art.37.* Coler. *P.1. Decis.149. n.4.* Carpz. *p.2. C.3. Def.15. & Part.3. Const.31. Def.18. n.8.* Philipp. *in Us. Pract. Inst. L.2. Eccl.21. n.15. ibique Præjudicium.*

VIII.

Lucrifaciendi affectu rem *amissam* detinentem *Furti* reum fieri, constat ex *L.43 §.4. ff. De Furtis.* Sed, quid, si res illa *pretiosior & quantivis fuerit pretii*, num hoc casu *suspendii* pœna plecti potest? Id Ddres negant

negant *communiter*, hac ex ratione, quod minus sit rem *non possidenti*, quam *possidenti adhuc* aufferre, sicque formalis furti ratio, nempe *ablatio rei possessæ*, deficiat, usque adeo, ut ne tum quidem ad ordinariam *laquei* pœnam Judicem devenire posse autument, cum sæpius rem inventam occultaverit inventor. Vid. Excell. Dn. Hopp. *ad §. ult. Inst. De R. D.* Brun. *ad L.43. ff. n.8. De Furtis* Carpz. *in proc. Crim. Q.86. n.9. seqq.* Idem obtinet JURE SAXONICO, vid. Weichbild. *Art.129. in Gloss. verbis:* Aber diese Dieberey gehet keinem an den Hals &c. Carpz. *d. l. ibique præjudicia:* & Culmensi. Vid. *Ius Culm. L.3. Tit.1. Cap.2. in fine verb.* findet aber jemand etwas/ und bringet es nicht dem Richter/ der soll nach Gelegenheit/ mit Gefängniß gestraffet werden/ und nichts destoweniger/ zur Wiedererstattung des Guthes angehalten werden.

IX.

Quemadmodum illi, cui Jure Civili *Servitus* constituta est, eandem *ultra modum conventum* amplificare non permittitur, *L.10. §.1. ff. Quemadm. Servitus amitt. ibique Brunnem. juncta L.24. ff. De S.P.U.* omnis Servitutis interpretatione *stricte & ita* facienda, quo minus prædium serviens gravetur, quantumque fieri possit, naturalis conservetur libertas; vid. Felin. *in Cap. Auditis X. De Præscript.* Ioh Koppen *Dec.57. n.1.* Modest. Pistor. *P.1. Cons.70. n.15.* & Matth. Wesenb. *P.1. C.4. n.3. & 5.* ita Iure Culmensi idem obtinere, dijudicatu facile est ex inspectione *Libr.3. Cap.7.* ubi in servitute stillicidii, novam imponenti fistulam, interdicitur *majorem* imponere, per quam aqua graviori cum impetu *nunc* delabatur, quam *antea* defluxit. Nec aliud observari PRAXI SAXONIÆ, colligere licet ex præjudicio Carpzoviano P.2. *Dec.106. in fine.*

X.

Præscribuntur Iure Saxonico omnes *indistincte* Servitutes XXX. annis, anno & die *Vid.* Landr. *Lib.1. art.29. ibique Gloss.* Schurff. *Cent.1. Cons.32. n.12.* Finckelth *Obs.83. n.1,* Richter. *Decis.21. n.54.* & Henning. Goden. *Consil.2. n.56.* Huic adstipulatur Ius Prutenicum Electorale *L.3. Tit.2. art.3. §.4.* vid. Dn. Hopp. *in Us. Mod. ad §.3. Inst. De Usufr.* & Culmense *L.3. Tit 4. C.1.* & Emendatum *L.3. C.7. verbis: Sic enim Servitutem retinet, modo per XXX. annos & annuam diem sine interpellatione usurpaverit.* Secus ac Iure Civili, quo *decennium* inter præsentes, ac vicennium inter absentes, ad præscribendam servitutem desideratur. *L. Si quis diuturno 10. ff. Si Serv. vindic. L fin. in f. C. De præscript. long. temp. L.2. C. De Servit. aqu.* Carpz.

P.2. C.4. D.8. Dn. Hopp. *ad pr. Inst. De Perpet. & temporal. act.* & Mev. *ad Ius Lub. L.1. T.8. art.2.* & Lubecensi, quo Annus & dies præscribendis Servitutibus præfinitus est, L. St. R. *L.1. T.8. Art.2.*

DECAS VI.

Convenientiarum Juris CULMENSIS, & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI, & PRUTENICO.

CONV. I.

RES *Mobiles* olim Iure Civili lapsu *unius anni* usucaptas fuisse, docet Imperator *in pr. Inst. De Usucap.* quæ *annalis* usucapio, licet postea in *triennalem* sit mutata, *eod. pr. &* L. *un. C. De Transfor. Usucap.* Ius tamen Saxonicum, Vid. *Ius Saxonic. Provinc.* L.*1. art.9. & 28.* L.*2. a 44. & Lib.3. a.38.* Weichbild / *art.21.* Philipp. *in Us. Pr. Inst. ad pr. De Usucap. Eccl.31. n.2. Carpz.* P.*2. C.3. D.3. n.7.* Mevius *ad Ius Lub.* P.1. *Tit.8. Art.1. n.13.* Prutenicum, vid. *Ius Prut. Elector. L.3. Tit.4. A.1.* §.2. Conf. Dn. Hoppe *ad pr. Inst. De Usucap. in U. M. Culmense, Vid. Ius Culmense, L.3. Tit.2. c.1. & Emendatum* L.3. c.10. & Lubecense, vid. L. St. R. L.*1. Tit.8. a.*1. ibique Dn. Mev. *n.17.* rejecto triennio, *Ius Civile antiquum* recepisse videntur, dum *annali exceptione* Dominum rem vindicaturum suam à Iudicii limine repellunt, adjecto tamen annali termino *unico* præterea *die*, quem *Ius* L*ubecense* quidem ex communi vocis usu *pro spatio XXIV. horarum* interpretatur, Vid. Dn. *Mev. ad d. a.*111*. n.16. Iure* contra *Saxonico* diem pro *spatio sex hebdomadarum accipiente, vid. Heig.* L.*1. Q.16. n.25. Zanger. De Except.* P.*3. C.11. n.218.* & *Mev. d. l. n.14.* quo eodem in significatu etiam in Iure Culmensi, diem anno adjectum intelligendum esse, haud obscure liquet ex Iure Culm. L.3. *T.2. c.2.*

II.

Res *Immobiles* Iure Civili inter *præsentes* decennii, & inter *absentes* vicennii usucapione acquiri manifestum est; *pr. I. De Usucapione &* L. *un. C. De Usuc. transf.* L.2. *& t. t. C. De Præscript. long. temp.* à quo recessit Ius Saxonicum, quod in hoc cum *Iure* Culmensi, Vid. *Ius Culm.* L.3.

Tit.2.

Tit.2. C.1. & Emend. L.3. Cap. & Prutenico Vid. Jus prut. Elect. L.3. T.4. a.1. §.2. convenit. Vid. *Jus Saxon. Provinc. L.1. art.29. ibique Gloß.* Quod ad usucapionem rerum *immobilium* desiderentur XXX. anni. *Jure Saxonico* ad huc *anno & die* i. e. Ein Jahr/sechs Wochen/und drey Tage Vid. Philipp. *In Usu pract. pr. J. L.2. Eccl.31. n.2. Jure* vero *Culmensi die* tantum *annuo* i. e. sechs Wochen und drey Tage adjecto, Vid. Jus Culm. *L.3. Tit.2. Cap.2. & Emend. L.3. Cap.10.* Jus Lubecense neutri horum Jurium adstipulatur, sed *anni* & diei etiam lapsum ad Dominium rerum *immobilium* usucapione quærendum sufficere constituit. Vide L. St. R. *Lib.3. Tit.6. Art.1.2. & 3.* Conf. Mevius *ad Jus Lub. P.1. T.7. a.1. n.17.* & Excell. Dn. Stryk. *in Dissert. De Jure Lubecensi cap.6. n.66.*

III.

Si Domino *justa absentia* impedito judiciali vindicatione usurpare rei suæ usucapionem, possessor interim compleverit illam, succurritur Jure Civili reverso salutari *restitutionis in integrum*, contra usucapionem completam remedio, *§.5. Inst. De Actionibus L.1. & 22. §.1. & L.29. ff. Ex quibus causis Majores.* Idem constitutum deprehendo Jure Culmensi *L 3. Tit 2. Cap.1. verb.* Ob aber jemand aus rechtmäßigen und erheblichen Ursachen abwesend wäre/ daß er sein Recht nicht fordern könte/ demselben soll in seiner Wiederkunfft / wenn er solche Abwesenheit / wie recht erwiesen/die Restitution und vollkommene Einsetzung/wie auch alle andere rechtliche Behülffe / NB. ob schon die Verjährung erfüllet wäre/ nicht verschnitten seyn. Conf. *Jus Culm. Revis. L.3. c.10. in fin.* Ubi inter justas absentiæ causas *nominatim* refertur *captivitas*, quam ut justam ad rescindendam durante captivitate completam usucapionem etiam agnoscit *Jus Civile*, uti constat ex *L 15. pr. & L.26. § fin. in f. ff Ex quibus causis Maj.* Vid. Excell. Frantzk. *ad d. t. n.14.* & Lauterb. *eodem.* Jure Lubecensi itidem ex capite *absentiæ* rem usucaptam vindicari posse, haud obscure liquet ex verbis finalibus, *Art.1. Tit.8. L.1.* L. St. R. doch so fern derjenige so solches Guth ansprechen will / auch NB. binnen Landes gewesen. Conf. Excell. Dn. Mev. *ad d. art. n.31.*

IV.

Præter *justum Titulum* & alia requisita, imprimis ad *Usucapionem* non duntaxat Jure Civili, *pr. Inst. De Usucap.* & Canonico, *c. fin. X. De Præscript.* sed Omnium Omnino Locorum Statutis *Bonam Fidem*

 i.e.

i. e. justam opinionem, qua quis se rei possessæ Dominum esse credit, *per L.109. ff. De V. S.* tanta desiderari statuunt Ddres necessitate, ut non solum inde inferre haud dubitent: Statutum quantumcunque *generaliter* disponens de præscriptione, semper tamen intelligi, bona fide interveniente: Vid. Jason. *in L. Non dubium n.36. De LL.* Mascard. *De Probat. Concl.5. n.80.* & Mev. *ad Jus Lub. Part.1. Tit.8. art 1. n.38.* sed porro etiam concludant, Non valere statutum, ut quis cum *mala fide* præscribat; Vid. Covarruv. *in Reg Possessor. P.2. Relect. §.12. n.6.* Mevius *d. l. ibique allegati:* Ex quibus recte infert Excell. Mevius, *d. l. n.38.* Licet in articulo 1. *L.1. T.8. Juris Lubecensis*, nulla fiat mentio *Bonæ Fidei*, Jure tamen Lubecensi illam abesse ab usucapione non posse; Clarius determinatur hoc Jure Culmensi, ubi non duntaxat *Bona fides* ad omnem usucapionem *ab initio* desideratur, quod *Jure Civili* etiam sufficit, *per L.48. §.1. ff. De A. R D. & §.7. Inst. De Usucapione*, sed per integrum *complendæ Usucapionis* tempus. Vid. *Jus Culm. L.3. T.2. C.1. verbis:* Geschiehet aber solches mit bösem Gewissen / so mag solche Verjährung ihm nicht zu statten kommen / sondern muß zu allen Zeiten dem rechten Herrn das Gut mit allen Nutzen abtreten. Conf. *Jus Culm. Revisum L.3. C.10. verb. Sin autem animus ejus sibimetipsi testis sit, malæ Fidei titulum se tueri, eo, quo nos utimur Jure, NB. NUNQUAM poterit usucapionis frui beneficio, quanquam LONGISSIMO TEMPORE possessionem usurpaverit.* Qua in parte secutum videtur *Jus Culmense Jus Canonicum, Vid. c. fin. X. De Præscriptionibus* ad cujus ductum *Moribus hodiernis*, toto temporis decursu UBIQUE FERE LOCORUM *Bonam fidem ad omnem* præscriptionem desiderari, testantur cum Mynsingero *Cent.4. Obs.6.* Gailius *Observ.18.* Mev. *Part.2. Dec.102.* aliique passim.

V.

Usurpatione JURE CIVILI continuanda usucapionis tempora interrumpi, constat *ex t. t. ff. De Usurp. & Usucap.* Sicuti autem sine *continua* rei usucapiendæ *possessione* non procedit usucapio *L.3 L. Possessio 20. L. Sine possessione 25. L. Nunquam 31. §.1. ff. d. t. & L. Nemo 10. C. De Acquir. Possess.* ita nil interest, utrum *naturaliter*, actuali scilicet rei possessæ ablatione, *Vid. L.5. ff. d. t. an civiliter*, Jure scilicet possidendi in dubium vocato, vel *per Judicialem Citationem*, *L.2. C. De Ann. Except.*

vel

vel *per Extrajudicialem Denunciationem*, *Protestationem & Contradictionem*. Vid. L. 17. *C. De R. V.* præscriptio interrumpatur. Nec aliud constitutum deprehendo JURE CULMENSI *L. 3. Tit. 2. cap. 2.* verbis: Es soll die Zeit solcher Verjährung *continuation*, daß die 30. Jahre / 6. Wochen und 3 Tage unverhindert und ohne Einrede strecks nach einander verfolget / und der Besitzer in dem Besitz nicht angefochten werde: Würde aber der Besitzer innerhalb gedachter Zeit / *NB.* auserhalb der im Gerichte / durch *Protestationes*, oder gerichtliche Anklage wegen des Besitzers besprochen / so ist *NB.* die Verjährung gebrochen / und kan derselben ferner nicht geniessen. Quod vero hic additur, es währe dann / daß der Besprecher und Kläger das Recht fahren liesse / und der Besitzer und seine Erben auf das Neue die vollkommne Verjährung erfüllet / abgewartet hätten. *à Jure Civili* per omnia alienum non est, *L. fin. C. De Præscript. XXX. vel XL. annorum*. Conf. B. Brunnem. *ad L. finalem*.

VI.

Vitium rei usucapiendæ cohærens *violentiæ* vel *Furti*, nisi purgetur deveniendo in veri Domini, vel illius, qui ejus loci est, potestatem, Vid. §. 3. *Inst. De Usucap.* obstare usucapere volenti, tralatitium est, ita ut de JURE CIVILI ipse *Fur*, *quique eandem*, *bona Fide possidet*, *ordinario* usucapionis licet *tempore* effluxo, illam vindicanti *vero Domino*, ne quidem sub prætextu *non refusi emptionis pretii*, Vid. *L. Incivilem. 2. C. De Furtis*, denegare possit. §. 2. *Inst. De Usuc. L. 7. C. De Usucap. pro Empt. & L* 11. *C. De Acqu. possess.* Licet *Judæus* emerit rem furtivam. Vid. *Ordin. Polit. Caroli V. de Anno* 1548. & *Rudolphi II. De Anno* 1577. *Tit.* von Juden und ihrem Wucher. Conf. Philipp. Knipschildt. *in Tr. De Jur. & Privil. Civit. Impp. L. 2. Cap. 30. n. 43. seqq.* & Philippi *in Usu Pract. Inst. L. 2. Eccl. 32. n. 7.* ubi *n. 6* subjicit: Idem & HODIE in SAXONIA observari, jung. Schultz. *in Synops. Inst. Tit. De Obl. q. ex Delicto &c. Lit. P.* ut ut olim per textum im Land. *L. 3. art. 7. & ibidem Gloss. Germ.* contrarium quoad *Judæos* fuerit dispositum. Post possessionem vero *longissimi temporis* rei *furtivæ Dominum* in Judicio vindicatorio non amplius audiendam esse, non duntaxat de JVRE CIVILI, *per L. 4. C. De Præscript. XXX. annorum L. 2. C. De Annali Except.* Vid. Dn. Richter. *Decis. 96. n. 152.* Dn. Hopp. *ad §. 2. Inst. De Usucap.* B. Dn. Brunnem. *ad d. L. 4. C.* Carpz. *P. 4. Const. 39. Def. 6. n. 5. seqq.* Saxonico, Vid. Philipp. *in Us. Pr. Inst. L. 2. Eccl. 32. n.* 8. & Carpz.

Part. 2. *C.* 3. *Def.* 16. & PLERORUMQUE LOCORUM. Vid. Mev. *P.* 2. *Decis.* 101. Struv. *Exerc.* 43. *Th.* 22. Excell. Dn. Hoppe *in Us. Mod. ad* §. 2. *Instit. De Usucap.* etiam *Jure Lubecensi* utentium, Vid. Mev. *ad Jus Lub. L.* 1. T. 8. *A.* 1. *n.* 26. sed etiam de JURE CULMENSI NON REVISO certum est, per textum *L.* 3. *Tit.* 2. *Cap.* 3. *verbis*: Es sey denn / daß die *NB.* längste Verjährung / das ist 30. Jahr und Tage darinnen verlauffen / sintemahl diese Zeit das Vitium rei affectæ aufhebet / und der Besitzer / *NB.* wie er auch sey / aller Ansprache befreyet. A quo tamen recessisse videtur Ius Lubecense Revisum *L.* 3. *Cap.* 11. *verb. Proinde, NB. quandocunque rei Dominus vel eo defuncto hæres rem* (*sc. furtivam*) *vindicaverit, possessori defendendi necessitas incumbit.* Nisi particulam: *quandocunque* ex particula: *Diu*, versiculi præcedaneі interpretari & per hanc *longi temporis*, quæ *infra XXX. annos* est, possessionem intelligere mage cuipiam arrideat. *Iure Lubecensi* Domino præsente, *furtiva res* anno & die usucapi videntur. Vid. L. St. R. *Lib.* 1. *tit.* 8. *Art.* 1. ibique Dn. Mevius *n.* 29. quo in *equo furtivo* hoc singulariter constitutum est, ut *post trinas alienationes* à bonæ fidei possessore amplius vindicari nequeat. vid. L. St. R. *L.* 4. *Tit.* 1. *A* 3. verb. Daß es ihm aufrichtig über die dritte Hand zu kommen / rc.

VII.

Est quidem *Iuri Civili*, quoad limitandum de re sua competens Domino liberum aut inter Vivos, aut per *ultimā voluntatem* disponendi arbitrium, incognita, multorum locorum statutis, non absque ratione [de qua videri possunt, Excell. Cothman. *Vol. III. Cons.* 11. *n.* 38. & Magnif. D. Mevius *ad Ius L.* p. 1. *T.* 10. *Art.* 6. *n.* 65. & 67. [introducta bonorum distinctio. inter *Bona Acquisita* vulgo wolgewonnen Gut / & *Hereditaria* (alibi *Genearchica*, *Gentilitia*, *Familiaria*, *patrimonialia*, *paterna*, *Avita*, & *Antiqua Heredia* dicta *V*id. Cævall. *Comm. opinion. Q.* 485. *n.* 10. Chassan, *ad Consuetud. Burgund. Rubro* 10. *verb. Hereditage ancienne.* Chopin. *De Rebus And. L.* 3. *Tit.* 11. *n.* 18. & Carpan. *de statut. Mediolan.* p. 1. *c.* 77.] vulgo Stamm oder Erb-Gut; quippe *hoc jure* bona semel quæsita, undecunque provenerint, sive *ex hereditate* sive *ex labore*, cum aliis ita consolidantur, ut unum fiant possidentis Patrimonium. *L. Sed si plures* 10. §. *Filio.* 2 *ff. De Vulg.* & *pupill. substit. L. fin. ff. de Inoff. Testam. V*id. Excell. Dn. Stryck. *in Tractatu de Success. ab Intest. Diss.* 2. *Cap.* 1. §. 21. Forster. *de S. ab I. L.* 7. *Cap.* 4. *n.* 16. Mev. ad Ius Lub. p. 1. *Tit.* 10. *Art.* 6. *n.* 2. semelque adita hereditas, talis esse desinat. *L.* 1. §. *veteres*

teres ff. De Acq. poss. Mynsing. *Cons.* 37. & *seqq. V*nde secundo amne fluit Ad *Donationem* illarum etiam rerum, quæ *hereditario sanguinis jure* in donatorem devolutæ sunt, Iure Romano *proximorum Consanguineorum consensum* desiderari minimè, sed irrequisita illorum licet voluntate, factam horum bonorum donationem omnino subsistere; *arg. L. 19. C. de Donationibus: Iure* vero *Lubecensi*, ad cujus fundamenta & principia præfatam bonorum pertinere distinctionem asserit Mev. *ad Ius Lub. L. 1. T. 10. art. fin. n.* 1. Saxonico Landr. *lib. 1 art.* 52. Conf. Carpzov. P. 2. *C. 12. Def. 1.* & *Culmensi* semel introducta hac Bonorum Divisione, non potuit non ejus esse consectarium; *Sine Heredum consensu* Fundos & Possessiones *à parentibus* profectos, aliis *donandi* jus esse nemini. *Vid.* Landr. *d. l.* Conf. L. St. R *Lib. 1. Tit 9. art. fin.* & *Ius Culm. L. 3. T. 3. c. 2.* & *4 ut* & *Emendatum L.* 3. *c.* 12. Num autem *Heredum* appellatione *Iure Culmensi* hoc in articulo, æque ac *Iure Lubecensi* omnes *Consanguinei proximo juncti Donatori gradu V*id. Mev. *ad Ius Lub. L.* 1. *T.* 10. *art.* 6. & *tit. 9. art.* 5 An vero, ut *Iure Saxonico*, soli tantummodo Descendentes veniant, *V*id. Carpz P. *2 C. 12. Def.* 6. Item: An sub *Bonorum Hereditariorum* acceptatione hic in *Iure Culmensi* duntaxat *Bona Avita* & ab *uno Adscendentium* profecta, uti *Iure Saxonico*; Vid. Carpz. *P. 2. C. 12 Def. 1.* An vero uti *Jue Lubecensi*, bona à sanguine junctis *in adscendenti descendenti, vel transversali* linea vid. Mev. *ad Ius Lub.* P. 1. *Tit.* 10. *art. 6. n. 12.* contineantur, judicatu haud difficile erit, ex inspectione *Cap. 2.* & *4. Iuris Culm. Lib* 3. *Tit.* 3. & *Cap. 12 Emendati Lib.* 3. Illud vero singulare est, quod *IURE CULMENSI* moriturus & *ob adversam decumbens valetudinem*, amplius donare nequeat ex *bonis etiam acquisitis*, quam quantum semel brevi manu, citra alterius adminiculum, translectum valeat porrigere, vid. *Ius Culm. L 3. Tit.* 3. *C.* 2. & *Emendatum L. 3. C. 12.* & *13.*

VIII.

Jure Saxonico pariter, ac *Iure Lubecensi* non aliter valet *inter vivos* facta *rerum immobilium* donatio, nisi *in judicio* fiat, etiamsi non sit excessiva. Mev. *ad Ius Lub P. 1. T. 9. a. 1. n. 8.* Weichbild. *art. 61. in addit. ad Gloss.* Landr. *Lib. 1. art. 52.* Coler *de Proc. Exec.* P. *1. c.* 10. *n. 168.* Carpz. P. 2. *C. 12. D.* 19 & Moller. *L. 3. Semestr.* 21. Cui etiam assentitur JUS CVLMENSE, vid. *Ius Culm. Emend. L. 3. c. 12. 14.* 19. quod, (licet

(licet JURE SAXONICO donationes *mortis causa* ad majorem tantum *validitatem*, citra omnem tamen necessitatem, extra casum donatorum *omnium bonorum* in Electoratu Saxoniæ plerumque insinuari soleant, Vid. Carpzov. *P.* 3. *C.* 1. *D.* 23. Virgil. Pingitz. *Qu.* 13. *n.* 13. & Heig. *P.* 2. *Qu.* 17. *n.* 25.) hanc *insinuandi necessitatem* etiam ad mortis causa factas Donationes extendere ac desiderare videtur, per verba finalia Juris Culm. *L.* 3. *T.* 3. *Cap.* 1. Welche Gaben unauserhalb diesen vorgeschriebenen Wegen geschehen / die sollen Recht NB. krafftloß und nichtig seyn. Conf. Exc. Dn. Hoppe. *in Us. Mod. ad* §. 1. *Inst. De Donat.* Utrumque vero hoc ignoratur JVRE CIVILI ceu quo (1) neque *mortis causa* factæ; *L.* 4. *C. De Donat. mort. causa.* inibique Brunnem. & DDres passim. Neque (2) *non excessivæ* inter vivos immobilium donationes ulla indigere insinuatione noscuntur. *Vid.* §. *Aliæ autem. I. De Donat.* Dn. Carpz. *P.* 2. *C.* 12. *D.* 19. *n.* 1.

IX.

Constante Matrimonio factam inter Conjuges Donationem *regulariter* non valere, de Jure Civili sole clarius patet *ex L.* 1. *&* 2 *nec non t. t. ff. & C. de Donat. inter V. & U.* usque adeo, ut per subsequentem traditionem, nec Dominium, neque usucapiendi conditio in donatarium transferatur, *L.* 3 §. 10. *L* 7. § *ult. ff. L.* 18. *&* 20. *C. d. t.* sed re donata adhuc *exstante*, donanti detur rei vindicatio *L.* 5. §. *fin. L.* 55. *ff. eod.* ea vero *bona fide consumpta*, condictio sine causa, *L* 5. § *fin. L.* 9. *C. d. t. mala fide* consumente donatario *ad exhibendum* obligato Vid. Dn. Eckholt. *h. t.* §. 4. Ab hac Juris Civilis dispositione recessit non duntaxat Jus Saxonicum, quo juxta Colerum, Virum, teste Carpzov. *P.* 2. *C.* 12. *Def.* 22. *n.* 9. in Jure Saxonico Peritissimum ejusque observantia exercitatissimum, P. 1. *Dec.* 12. *n* 28. Vxor *in Iudicio* cum Curatoris consensu marito valide, & hic versa vice Vxori donat. Vid. *Gloss. ad text. Germ.* Landr. *L.* 1. *Art.* 31. *Lit. I.* & Carpzov. *P.* 2. *C.* 13. *Def.* 16. *per tot. ibique præjudicium.* sed etiam Ius Culmense, quo, constante matrimonio factæ in judicio conjugi donationes pronuntiantur validæ, Vid. *Jus Culm. L.* 3. *Cap.* 22. Iure Lubecensi, *excepta mediocri largitate*, istiusmodi donationes non subsistunt citra liberorum consensum. Vid. Mev. *ad Ius Lub. Lib.* 1. *Tit.* 6. *Art.* 1. *n.* 7. ibique *FCtis Iuridicæ Rostochiensis Responsum.*

X.

Licet Ius Culmense in eo dissentiat à Iure Civili, quod Pater

Filio-

Filio-familias valide donare possit, vid. *Ius Culm. L.* 3. *C.* 19. juncta *L.* 11. *C. de Donat.* in eo tamen concordantiam utriusque Iuris notare licet, quod utrobique Donatarii etiam nudis chirographariis creditoribus post-habeantur, vid. *Ius Culm. Revis. L.* 3. *Cap.* 16. cum satis absurdum sit, creditoribus Ius suum persequentibus auxilium legitimum denegare, donatariis vero pro lucro certantibus, suas partes Leges accommodare, ut in simili loquitur Imperator in L. *fin. C.* §. 5. *de Iure deliberandi*, vid. Dn. Mev. *ad Ius Lub.* P. I. *T.* 9. *art.* 1. *n.* 6. ubi *n.* 9. etiam testatur, *Ius Lubecense* hac in parte à *Iure Civili* non dissentire.

DECAS. VII.

Convenientiarum Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure Communi, Saxonico, Lubecensi & Prutenico

CONV. I.

MUlieris *accedente consensu* Maritum bona *dotalia* valide *Moribus hodiernis* in Plerisque ferè Germaniæ locis alienare posse, cum Excell. Schiltero *Exerc.* 36. *ff. Th.* 95. & 96. testatur Dn. Hoppe *ad pr. Institutis. Quib. alien. lic. vel non* aliique passim DDres, concordante Iure Saxonico, vid. Carpzov. P. 2. *C.* 15. *Def.* 20. *seqq.* Philipp. *in Us. pr. Inst. L.* 2. *Eccl.* 40. *n.* 9. *ibique allegati*, & Gedanensi, præprimis, si bona Uxoris nomine adhuc in libro fundorum fuerint inscripta: Wenn die Güter noch auf der Frauen Nahmen im Erbbuch stehen. Consul. Dn. Hoppe *d. l.* Jure Culmensi, extra casum *Prodigi Mariti*, etiam *sine Uxoris consensu* facta à Marito, Bonorum Uxoris alienatione subsistente. *Vid. Jus Culm. L.* 4. *T.* 14. *c.* 14.

II.

PATRI in bonis filii-familias *adventitiis ordinariis* vi Patriæ Potestatis de Jure Civili ad *dies vitæ* competere *Usum-fructum* liquet ex *L.* 1. 4. & *fin.* §. 5. *C. de Bon. q. liber.* Neque Moribus Plerorumque Germaniæ locorum aliud esse receptum testantur cum Dn. Richtero *P.* 1. *Dec.* 18. *n.* 7. Carpzov. *P.* 2. *C.* 10. *D.* 7. & Excell. Dn. Hopp. *in Us. Mod. J. ad* §. 1. *Per quas Person. &c.* Saltem quod hæc Ususfructus per-

ceptio alibi etiam ad MATREM, liberos alentem, extendatur, uti de JURE SAXONICO COMMUNI, testes sunt, Richter. *d. l. n. 11.* Struv. *S. J. C. Exerc. 12. Th. 5. aliique* & de Jure Gedanensi id probat Excell. Dn. Hopp. *d. l.* ex Jure statutario Gedanensi *P. 2. C. 5. art. 9.* alibi vero & in Patris persona restringatur vel ad Tempus *separatim à liberis instituta œconomiæ*, ut in Saxonia, Carpz. *P. 2. C. 10. D. 7. n. 5.* vel ad tempus *adeptæ Majorennitatis*, ut GEDANI, ratione bonorum, quæ ex *communibus Parentum bonis*, ob alterutrius mortem ad liberos devoluta sunt: Vid. *Jus statut. Gedan. P. 2. c. 5. art. 9. in fin.* & Dn. Hoppius *d. l.* Ubi simul subjicit: Alia bona adventitia, v. gr. *Hereditatem Avorum, Aviarumque aut aliorum Cognatorum* pleno in liberos Jure Praxin Gedanensem, nullo in illis Patri relicto Usufructu, transferre.

III.

Quanquam quidem negari haud possit, tam in Saxonia, Vid. Carpz. *P. 3. Const. 3. Def. 1.* quam Lubecæ, Vid. Dn. Sibrand. *P. 1. Jur. Lub. Sect. 7. n. 61.* Dn. Stryck. *in Diss. De Jure Lubecensi Cap. 8. n. 23.* & Dn. Mev. *ad Jus Lub. P. 2. Tit. 1. Art. 2.* & Gedani, Vid. Dn. Casp. Schutz. *in Tr. MS.* Von Erbfällen / *Cap. 1.* si cui libeat de rebus suis per *solenne testamentum in scriptis* disponere, illud utique juxta solennitates *Legis-Hac consultissima 21. C. de Testamentis & Recessus Impp. de A. 1512. Tit.* Von Testamenten. rite ordinatum & dictis in locis valere: quia tamen ex scrupulosa illa solennitatum observatione sæpius infringendi ultimæ voluntatis elogium nascitur occasio, modus *in scriptis* testandi *solenniter*, ut parum tutus, non duntaxat in toto Imperio Romano Germanico, vid. *Rec. Impp. de Anno 1512 T.* Von Testamenten §. Nun die Form eines Testaments in Schrifften / *NB.* welches nunmero nicht in grosser Ubung ist. Verum & in Saxonia, vid. Carpz. *P. 3. C. 3. D. 1. num. 1.* Lubecæ, *Vid.* L. St. R. *Lib. 2. Tit. 1. Art. 2.* ibique Mev. *num. 78.* & Gedani, vid. Dn. Schutz. *d. l. verb.* Welches doch anjetzo nicht sehr im Gebrauch ist, in frequentiori usu esse desiit, *Iudicialibus* HODIE *testamentis*, ob *commodiorem validioremque* testandi formam, vid. Mod. Pistor. *Cons. 20. n. 13. Vol. 2.* Mev *ad Ius Lub.* §. *2. Tit. 1. Art. 2. n. 79.* & B. Brunnem. *ad L. 21. C. De Testam. in fine* in Borussia, vid. *Ius Prut. Elector. Lib. 5. Tit. 1. Art. 4.* §. 3. Excell. Dn. Hoppius *in Usu Hodierno ad*

§. 1.

§. 1. *I. de Test. Ord.* & Mev. *d. l. n.* 78. Saxonia, Vid. Carpzov. *P. 3. Const. 3. D.* 11. *n.* 1. Mev. *d. l.* Foroque Lubecensi, vid. L. St. R. *Lib. 2. Tit. 1. art. 2.* ibique Mev *n. 78.* & Dn. D. Cotthman. *Vol. 2. Cons. 53. n. 9.* & Gedanensi, vid. *Ius Culm. L. 3. T. 8. Cap. 5. in f. Ius Statutarium Gedanense P. 2. C. 5. A. 1.* & Dn. Schuz. *in Tr. MSto supr. all. cap. 1. verbis.* So pfleget man gemeiniglich dieser Orter/ rc. frequentius obtinentibus Conf. Dn. Hopp. *d. l.*

IV.

Cum parum prosit cuncta *testamenti scripti* observasse solennia, Testatore ad testandum *inhabili* existente, *L. 4. ff. Qui testam. fac. pos.* ejus vero habilitas Jure Civili, [quo testamenti factio est ex *genere permissivorum*) ex sequenti cognoscatur Regula: *Quicunque non prohibentur, nec ob defectum animi aut corporis impediuntur facere testamentum, pro illis semper militat habilitatis præsumptio:* vid. Lauterb. & DDres *passim ad tit. ff. Qui testam. fac. poss.* Recte pro indaganda testatoris habilitate eandem etiam sequitur Jus Culmense *L. 3. Tit. 8. c. 1 pr.* exque illa conformiter Iuri Civili infert: FVRIOSOS, quique ob furiosum rerum suarum exitum illis quoad bonorum dispositionem etiam per *ultimam voluntatem* [an ex solida ratione? Vid Brunnem. *ad L. 18. ff. Qui test. facere poss. n. 2.*] L. 18. *ff. Qui testam. fac. poss.* & §. 2. *Inst. Quib. non est permis. fac. testam.* comparantur, *L. 12. §. 2. ff. De Tut. & Curat. datis.* Carpz. *P. 3. C. 6. D. 9.* Francis. de Coldas *ad L. Si Curatorem 3. C. De In Integrum Restitut. n. 6.* Reusner *De Testam.* P. 2. *c. 11. n. 10.* PRODIGOS *civiliter* tales, non gaudere testamenti factione. vid. *L. 2. & 18. ff. Qui testam. fac. poss.* Conf. *Ius Culm. L. 3. Tit. 8. c. 1.* Consentiente hic Praxi Saxonica, Vid. Carpz. P. 3. *C. 6. D. 9.* & Lubecensi vid. Lübecks St. R. *L. 2. Tit. 1. A. 1.* inibique Dn. Mevius. Sicuti vero Ddres quod de interdicta *Prodigo* testamenti factione dictum est, communiter per *Nov. Leon 39.* ita explicant, ut elogium *Prodigi* tum tamen valeat, si *Probe posteritati suæ consuluerit,* Vid. Hilliger in Donell. *Lib. 6. c. 5. Lit. O.* Dauther. *de Testam. Tit. Qui testament. fac. poss. n. 225.* Carpz. P. 3. *C. 6. D. 11.* eamque limitationem etiam Praxis Saxonica, Vid Philipp. *in Us. Pract. Instit. L. 2. Eccl. 5. 2. n. 10.* & Carpzov. *d. l.* aliorumque locorum. Vid. Dn. Hopp. *ad §. 2. Inst. Quib. non est permiss. fac. test.* Sande *Lib. 4. Decis. Frisicar. Tit. 1. Def. 3.* non sine ratione, quam videre est apud proxime all. DDres, admittit, nullus

dubito etiam apud nos hoc a casu testamentariam *Prodigi* Dispositionem suo valore non destitui.

V.

Vt ut cum Iure Civili, & Saxonico Culmense Ius in eo conveniat, quod testator *Legitimæ ætatis* esse debeat, ne defectu ætatis & debitæ prudentiæ lapsus, cum proprii sanguinis præjudicio, sæpe in indignum bona transferat sua, in determinanda tamen hic ætate Jura hæc non concordant. Minus plenam Iure Civili & Saxonico sufficere pubertatem, constat ex §. 1. *Inst. Quib. non est permiss. fac test. am.* & ex præjud. Carpz. P. 3. *Const. 6. Def. 6.* Aliorum vero locorum statutis ætatem majorem requirentibus, Vid. Zœsius *ad tit. ff. Qui Test. fac. poss. n. 3.* Bayer. *ad Schultzii Synops. Inst. tit. Quib. non est permiss. fac. testam.* & Dn. Hoppe *in Us. Mod. ad d. t.* §. 1. ad quæ respexisse videntur Conditores Iuris Culmensis, cum in Testatore desideraverint, ut annis *viginti & Uno* sit major. Vid. *Ius Culm. L. 3. T. 8. Cap.* 1. permittentes insuper & *Filio-familias* de donis adventitiis testari. vid. Excell: Dn. Hopp: *ad pr. Inst. Quib. non est permiss. fac. test. in Usu Mod. Conf. Ius statut. Gedanense L. 2. Cap. 5. A. 8. & 9.* quod Iure Civili secus est, *per pr. Instit. d. t.*

VI.

Valde controvertitur apud DDres: *An reus ad mortem damnatus etiamnum* HODIE *de bonis suis testari possit?* Negant id plerique, vid. Berlich. P. 3. *Concl: 8. n.* 3. Carpzov. P. 3. *Const. 6. D.* 1. quorum sententiam licet nec Ius Saxonicum, vid: Landrecht *Const. 6.* P. 3. *art. 1.* nec constans aliorum locorum praxis *indistincte* receperit, vid. Colerus. *part.* 1. *Decis. 34. n.* 6. Clar. *L. 3. Sentent.* §. *Testam. Q. 11. n. 1.* Finckelthaus. *Obs:* 84. *n.* 12. Richter *Decis. 57. n. 2.* eandem tamen Ius Culmense approbasse *Lib.* 3. *Tit. 8. c. 1. in fin*: statuit quidem Dn: Hoppius *in Us. Moderno ad* §. *fin: I. Quib: non est permiss: fac. testam: in fin*: Sed vereor, ut hæc sententia subsistat, ob verba finalia *d. C. 1.* Leib und Gut verwircket/ Conf. *Tr. MSt. Schutzii* von Erbfällen *c. 42. verb.* Die auch zum Tode verurtheilet.

VII.

Ad Solenne *Cæci* testamentum præter septenarium testium numerum *octavum* etiam testem aut ejus loco *Notarium* desiderari, qui nuncupationem testatoris scriptis comprehensam testatori prælegat & compleat, docet Imperator: *in L. Hac Consultissima 8. C. Qui testam. fac. possunt*: Huic per omnia consentit Ius Culmense *Lib: 3. Tit: 8. Cap: 7. per tot.*

VIII.

VIII.

Natura *Mutos & Surdos simul, nec nuncupative nec in scriptis* significanter voluntatem suam exprimere valentes, à testamenti factione Jure Civili arceri, indubium est; per textum *§.3. Inst. Quibus non est permiss. fac. testam.* Concordat hic Jus Culmense per textum *Lib.3. T.8. C.1.*

IX.

Inter reliquas *scripti testamenti* solennitates Jure Civili Veteri ratione *instituendi Heredis* id specialiter desiderabatur, ut Testator, *propria manu Nomen Heredis* exprimat, vel ipso literarum ignaro, id in Testatoris præsentia faciat testium aliquis, Vid. §.4. *Inst. De Testam. Ord. juncta L. Jubemus 29. & seqq. C. De Testam.* & licet per *Nov.* 119.*c.*9. *indeque desumptam Authenticam: Et non observat. C. De Testamentis.* permissum deinde fuerit Testatori etiam per concipientem testamentum, heredis in illo nomen exprimere, hocque aliorum locorum Praxi in Imperio Romano Germanico observetur; Vid. Carpz. P.3. *C.3. D.1. Conf. R. I. de Anno* 1512. *Tit.* von Testamenten. Philipp. *in Vs. pr. Instit. L.2. Eccl.*45.*n.*7. Apud NOS tamen antiqua illa dispositio videtur comprobari. Vid. *Dn. Schutz in Tr. MSto* von Erbfällen. *cap.1. verb.* der soll NB. mit eigener Hand / so er selbst schreiben kan/ den Erben Nahm kündig machen.

X.

Testamentum *Solenne scriptum* nisi totum sit *holographum*, idque in testamento exprimatur, Testator Ipse, aut eodem literas non callente, vel impetu morbi ingravescentis præpedito, octavus testis vel Notarius ipsius nomine, de Jure Civili subscribere debet, ita, ut octavus ille Testis ad Mandatum Testatoris se referendo, *proprium*, non Testatoris Nomen subsignet. *L.28. C. De Testamentis. R. J. De Anno* 1512. *Tit* Von Testamenten §. Nun die Form. &c. Conf. Carpz. *Decis.*147.*n.*13. & Philipp. *Eccloga* 45. *L.2.n.*3. Idem constitutum esse apud NOS liquet *ex Tr. MSto D. Schütz. C.1. verb.* Wenn er aber selber nicht schreiben könte &c. Conf. *Jus Culm.* P.3. *Tit.8. C.6.* ubi tamen hoc casu simul requirirur, ut Testatori prælegatur, quod Jure Civili secus, quo sufficit, Testatorem coram Testibus declarare, id esse suum testamentum. Vid. *L.20. ff. Et C. De Testamentis.* Carpz *p.3. Const.3. Def.2.* Recte tamen monet Excell. Stryk. *in Dissert. De Jure Analphab. Cap.4. n.22.*

Tutius Testatori semper prælegi, ad evitandam subornationis suspicionem.

DECAS VIII.

Convenientiarum Juris CULMENSIS & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI & PRUTENICO.

CONV. I.

Non valet JURE NOVO *Parentum* Testamentum, nisi ad minimum *in Legitima*, absque omni onere relinquenda, sint *Heredes instituti* Descendentes, illi scilicet, qui nihil exheredatione digni patrarunt; Vid. *Nov.115. Cap.3. pr. L.32. & 36. §.1. C. De Inoff. Testam.* Carpz. *P.3. C.9. D.1. n.4.* Berlich. *P.3. Concl. 15. n.10.* Consentit JUS SAXONICUM, Landrecht/*Lib.3. Const.9* ibique Carpz. *Def.1.* & LUBECENSE. vid. Mev. *ad Jus Lub. P.2. Tit.1. art.12. n.10.* Fratrum vero testamentum valet, etiamsi legitima illis *alio,* quam *institutionis* Titulo sit relicta. Berlich. *d. l. n. fin.* Brunnem. *in Exerc. Justin.12. §. fin. n.6. De Inoff. Testam.* Concordat per omnia Jus Culmense *L.3. Tit.8. Cap.11. & 16.* Quanta vero sit Legitima supra delineavimus, *Decad. II. Conv. VI.* Hoc unico illis addito: scilicet in Borussia Electorali *Liberorum & parentum* Legitimam *indistincte esse tres Quartas* Hereditatis partes. Vid. *Ius Prut. Elector. Lib.5. Tit.3.* Idemque Gedani omnium ordinum concluso *Anno 1616. Die 22. Iulii* esse introductum, ita tamen ut *Fratrum, Sororumque imo & remotiorum* Collateralium sit *quarta* Hereditatis pars. Vid. *Ius Culm. L.3. T.8. c.16. juncto d. Concl. Omn. Ord. Die 23. Maji. Anno 1613.* Qualiter vero computetur Legitima *Liberorum* mea in Patria, id discere licet ex Jure Gedanensi Statutario *P. 2. cap 5. Art.2. Conf. Exc.* Dn. Hopp. *in U. M. ad §. fin. Inst. De Inoff. Testam.*

II.

Causas exheredandorum *Liberorum & Parentum* justas in *Nov.115. Cap.3. & 4.* exhibitas, non duntaxat fere omnes approbavit Praxis Gedanensis, sicuti videre est ex MSto Dn. Schützii, von Erbfällen

fällen *Cap.41.* sed & in hoc cum Jure Civili convenit, quod testamento ex capite injustæ exheredationis nullo existente, *Legata* tamen Legatariis in illo relicta omnino sint præstanda, *Nov.115. Cap.3. § fin. circa finem & c. 4. §. fin. jung. Auth. Non licet & Auth. Ex causa C. Si de Liberis præter. Vid. Ius Culm. Lib.3. Tit.8. Cap.14.* Concordat quoque Ius Saxonicum. Vid. Landr. *Constit.9. P.3. ibique* Müller. Vid. Carpz. *Lib.6. Resp.10.* Richter. *Decis.51. n.7.* & Philipp. *in Usu Pract. Instit. L.2. Eccl.55. n.6.*

III.

Testamenta esse vel *Privata*, quæ privata testium adhibitorum fide constant, vel *Publica*, quæ ob publica monumenta privatorum testimonio & fide non indigent, *L.31. C. De Donat. & L.19. C. De Testamentis.* Hæcque iterum vel *Principi oblata vel Actis insinuata sive Judicialia*, quorum sedes est in *L.19. C. De Testamentis.* In vulgus notum est: Ad utrumque, ne adulterina pro veris substituantur testamenta, desideratur Iure Civili, ut *ipse Testator præsens* coram Principe vel Actis declaret ultimæ voluntatis suæ elogium, *arg. L.9.12. junct. L.19. C. d. t.* Carpz. *P.3. C.3. D.23.* Berlich. *P.3. Concl.4. n.31.* Stryk. *in Annot. Inst. ad §.1. De Testam. Ord.* Ad Judicialia vero præterea adhuc requiritur, ut Testatori offerenti, *siquidem Literarum plane ignarus fuerit*, prælegantur, ne forsan aliquid contra ipsius voluntatem à concipiente in istiusmodi testamento conscribatur, adeo ut omissa hac prælectione, testamentum effectu habendi hæredem in eo scriptum, destituatur. Vid. Dn. Stryk. *d.l.* & Conf. Hieronymus Panschman. *P.2. Q.23. n.4. seqq.* Besold. *Cons.203.* Carpz. *Dec.149.* & Lauterb. *in Dissert. speciali De Testamento Judiciali Thes.24. seqq.* Consonat hic per omnia Jus Culmense, *L.3. Tit.8. Cap.3. verb.* derselbe soll Persöhnlich erscheinen 2c. *Et Cap.6. verb.* und ihm sey vorgelesen worden. Conf. Dn. Schütz. in sæpius all. MSto *Cap.* von Testamenten *1. in fine.* Praxis Saxonica, Vid. Carpzov. *P.3. Const.3. Def.23. n.9.* Berlichius *d.l.* & Hartman. Pistor. *P.3. Q.28.* PRUSSIÆ REGALIS Excell. Dn. Hopp. *in U. M. ad §.2. Inst. De Test. Ord.* Aliorumque GERMANIÆ locorum. Vid. Dn. Richter. *Decis.30. n.29.*

IV.

Si quis subitaneo morbo vel alio justo impedimento *ipse* adire Judicem præpediatur, sufficit, si coram Judice ad se vocato, una cum Scabino vel coram duobus ad minimum Scabinis, aut uno Scabino

cum

cum Actuario, oretenus vel in scriptis *Domi* voluntatem suam proponat, cum *apud Acta* & illud fieri dicatur, quod extra Judicii locum coram Judice fit. *C.11. X. De Probat. C.28. X. De Testib.* Illustr. Dn. Rhetius *in Medit. Academ. ad Instit. Dissert. 14. Thes. 7.* Richter. *P.1. Dec.* 30. Eckholt. *§.11. ff. Qui testam. fac. poss.* Idem constitutum est JURE SAXONICO; Vid. *Const. Elect. 3. Part. 3. & Decis. Elector.* 173. Carpzov *P. 3. C. 3. Def. 17.* Philipp. *in Us. Pract. Inst. Lib. 2. Eccl. 48. n. 9. ibique allegati Ddres.* *CULMENSI*, *Vid. Jus Culmense Lib. 3. Tit. 8. Cap. 4. verb.* derselbe mag mit Erlaubung des Gerichtes vom Richter und zweene Schöppen zusamt dem Gerichts-Schreiber zu sich in seine Behausung fordern lassen; welches eben so kräfftig seyn soll, als wenn es für öffentlichen Gerichten geschehen wäre. Dn. Schütz. *in MSto Cap. 2.* & Gedanensi, Vid. Dantziger Willkühr. *Tit.* von Testamentsatzungen *Cap.* 3. Quo etiam hoc speciale constitutum deprehendo, quod si tam cito, forte ob agoni propinquum testatoris momentum, Senatorum copia haberi non possit, liceat ob periculum moræ impatiens, coram duobus testibus fide dignis, Testatori ultimam suam exponere voluntatem, postea in primo Judicio bannito de hoc ultimo testatoris elogio jurato deposituris, curaturisque eandem ad acta reponi. Vid. Dantziger Willkühr P. 2. *Cap. 5. Art. 1.* Dn. Hopp. *d. l.* Quocum convenit etiam Jus Lubecense *P. 2. Tit. 1. Art. 2. verb.* könte man aber so eilends die Rahts-Persohnen nicht haben / so können zween besessene Bürger solches Testament bezeugen; Quæ vero hic additur restrictio: Doch allein von 10. Marck Silber / (quod interpretatur Excell. Dn. Mev. *d. l. n. 125.* per octuaginta Joachimicos.) darunter und nicht darüber, illam ignorat Jus Patrium;

V.

De Iure Civili certa quidem Regula est: Testamenta ab aliorum arbitrio non dependere *L. Captatorias 70. L. illa Institutio 32. ff. De Heredibus Instituendis.* Quam, licet nec statuto mutari posse non desint, qui asserunt. Vid. *Gloss. & Canonistæ in C. fin. De Consuet. in 6to* Bellon. *Cons. 13. n. 3* frequentioribus tamen obtinuit calculis, libertati ultimæ voluntatis modum à lege vel statuto adjici, testamentique factionem, ceu quæ ipsa Legis est, statuto ac lege determinari, eaque effici posse, ut testatoris voluntas ex aliena dependeat voluntate; Vid. Bartholus Socinus *in L. Pactum, quod dotali n. 5. seq. C. De Pactis.* Cothman. *Volum. 2. Cons. 11. n. 34.* Peck. *in Tr. De Test. Conj Lib. 3. Cap. 1. per tot.* Afflict. *Dec.* 260. *ibique Ursel. in Addit.* cujus rei exempla sicuti non una occurrunt in

Jure

Jure Lubecensi, *P.2. Tit.1. Art.10.14. alibique*, ita Jure tam Culmensi, quam Gedanensi, *sine Cognatorum consensu* ultra quartam bonorum partem nemini licet aliis quidquam testamento dare. Vid. Dn. Schutz. *in MSto.* von Testamenten. *Cap.2. verb.* An etzlichen Orten/ da Culmisch Recht im Gebrauch ist / wie auch allhie in dieser Stadt Dantzig / ist einer nicht mehr zu vertestiren mächtig/ als den vierdten Theil aller seiner Güter/ was darüber ist/wäre NB. ohne Bewilligung der Erben nichtig und krafftlos / und möchte durch die Erben Jahr und Tag wiedersprochen und hintertrieben werden. Conf. Dantziger Willkühr, *P.2. c.5. art.2. & Jus Culm. L.3. T.8. C.16.*

VI.

Testamentum, in quo vel *per heredis institutionem*, vel per *modum legati* aliquid ad Pias Causas, v. gr. ad redimendos captivos, *L.36. pr. C. De Donat.* ad alendos *L.21. C. De S. S. Eccles. L.14. §.1. ff. De Alim. leg.* dotandasque pauperes *arg. L.32. §.2. ff. De Cond. indeb.* relictum est, ex communiori Ddrum opinione *absque duobus testibus, sola scriptura* non subsistere, pluribus probat Carpz. *P.3. C.4. D.33. n.8. seqq.* Reusner. *De Testam. P.4. c.12. n.12.* Panschman. P.2. *Quæst. Illustr.8. n.1.* Eckh. §.18. *in fine ff. Qui testam. fac. possunt* Besold. P.3. *Cons.94. n.13.* Merenda *L.4. Controv.16.* Iacob Toming. *Dec.4. n.4. seq.* & Hartman. Pistor. P.1. *Q.2. n.4.* Conferatur *& Cap.11. X. De Testam.* Quam sententiam approbavit Jus Culmense *Lib.3. Tit 8. Cap.9. verb.* Wer NB. in Schrifften ad pias causas was schaffen und geben will / und seinen letzten Willen NB. für 2. Zeugen offenbahren thut/das soll für krafftlos und bandig gehalten werden/ Nec aliud in Foro Saxonico obtinere, testantur præjudicia à Carpzov. *d. l.* adducta, consentiente hic etiam Praxi Lubecensi. Vid. Mev. *ad J. L. P.2. Tit. 1. art.2. n.57. seqq.*

VII.

Cum non minus operari debeat *indubitata & expressa* Testatoris voluntas, *coram actis aut testibus facta*; qua claris verbis declaravit se nolle valere suum testamentum, quam *cancellatio testamenti*, *vel sola sigilli remotio*, receptior Hodie (quicquid etiam sit de Iure Civili, Vid. Carpz. *L.6. Resp.17. n 5.* Dn. Hopp. *ad §.7. inst. Quibus mod. test. infirm.* Dn. Rhetius *in Medit. Acad. ad J. Disp.15. thes.25.* Brunnem. *ad L.27. C. De Testam.* Besold. *Volum.4. C.144. n.16.* Bardili *in Concl. Pract. Exerc.6. Thes.12.*) est sententia, *solam verbalem revocationem*, coram Actis, aut tot testibus factam, quot ad ordinandum testamentum requiruntur, ad infirmandum

dum testamentum sufficere, etiamsi nil aliud præterea accesserit. Vid. Dn. Hopp. *in Usu Mod. ad* §.7. *Inst. d. t. ibique allegati*. Conf. Bardili *d. l. lit. b. & c.* Hanc recepit non duntaxat Praxis Saxonica, teste Finckelthaus. *Obs.* 93. *n.* 17. Dn. Hoppio Bardili, & Carpz. P.3. *C.* 3. *D. fin.* aliorumque multorum locorum, Vid. Dn. Schilter. *Exerc. ff.* 38. *§.* 74. sed etiam expresse comprobavit Ius Prutenicum Electorale *L.* 5. *Tit.* 6. *art.* 1. §. 1. & Culmense *Lib.* 3. *Tit.* 8. *C.* 17. quo hæc generalis traditur Regula: Welche Solennitäten bey Auffrichtung eines Testaments gebrauchet werden / die sollen auch bey desselben Aenderung in Acht genommen und gehalten werden.

VIII.

Sicuti vero Iure Civili ambulatoria est hominis voluntas usque ad extremum vitæ halitum, *L.* 4. *§. De Adim. vel transferend. Legatis* vi cujus etiam post XXX. vel plures annos à tempore conditi testamenti, illud adhuc revocare potest testator, *L.* 22. *pr. ff. De Legat.* 3. etiamsi in priori testamento expresse se declaraverit, se nolle valere testamentum, si dehinc aliud quoddam ordinaverit, *L.* 6. §. 2. *ff. De Jure Codicill.* Ita idem obtinet Iure Culmensi *L.* 3. *T.* 8. *C.* 17. *verb.* Ein jeder mag seinen letzten Willen ändern / und gantz abthun / so offt er will / ohngeachtet er sich schon eines andern verpflichtet / denn sein Wille soll frey seyn biß in den Todt. & Gedanensi *L.* 2. *C.* 5. *art.* 3. *verbis*: Ob jemand mit gehägtem Dinges gezeugniß / und als oben berühret Testament machen würde / und das hernachmals verwandeln wolte / das soll NB. allezeit stehen zu seinem Willen / so offt und viel ihm das geliebet / auf daß ein jeder seines letzten Willens mächtig sey zu gebrauchen. Non putaverim vero ex hoc solo revocatum censendum esse testamentum, quod Testator illud vivus ab actis repetierit & ad mortem usque in ædibus suis retinuerit, per ea, quæ habet Carpz. P.3. *C.* 3. *D.* 30. Berlich. P.3. *Concl.* 4. *n.* 34. & Eckh. *ad Tit. ff. Qui test. fac. pst.* §. 10. *inf.*

IX.

Ad *inventarii* confectionem de Iure Civili juxta *L. fin. C. de Jure delib.* requiritur. (1) Ut omnes res in hereditate repertæ, *etiam alienæ*, ut & debita & credita secundum quantitatem & qualitatem in illo fideliter consignentur, *L. fin.* §. 2. *d. t.* idque *intra trimestre spacium*, à die scientiæ sibi delatam esse hereditatem, computandum, absolvatur. *d. L. fin.* §. 1. 2. & 11. Nisi bona *in diversis territoriis sint sita*, quo casu *integer annus* conceditur. *d. L.* §. 2. & 3. Richter. *Decis.* 59. *n.* 5. Carpz. P.3. C.33. *Def.* 13.

(2)

(2) ut *Notarius* adhibeatur cum *tribus testibus d. L. fin.* §.2. (3) *Creditores*, *Legatarii* & quorum interest citentur ad ejus confectionem. (4) Ut Heres, Notarius & Testes illud subscribant. *d. L. fin.* Conf. Dn. Lauterb. *De Inventario Hereditatis. Thes.13. seqq.* & B. Dn. Brunnem. *ad d. L. fin. inibique citat. Ddres.* Concordat hic in omnibus Jus Culmense *Lib.3. Tit 10. Cap.6. verbis*: Alles was in der Erbschafft gefunden wird / es sey an eigen/oder verpfändetem/geliehenen anvertrauten Gütern/soll in das Inventarium gebracht werden. *Cap.4. verbis*: Es soll der Erbe schuldig seyn / solches sein Inventarium in Monatsfrist anzufangen/ und in folgenden zweyen Monaten zu vollenden/es wäre dann/ daß die Erbschafft in unterschiedlichen Oertern gelegen / alsdenn soll auf Erkäntniß des Gerichts die Zeit verlängert/ und zum höchsten auf ein Jahr erstrecket werden. *Cap.5. verbis*: Es soll der Erbe zwey oder drey glaubwürdige Leute / nebenst dem Gericht-Schreiber dabey haben / sonst ist das Inventarium unkräfftig/ und mag dem Erben nicht zustatten kommen / *Cap.3. verb.* Wer eine Erbschafft sub beneficio inventarii anzunehmen bedacht ist/der soll erstlich alle die jenige / so der Erbschafft halber Zuspruch haben / als Legatarios und Creditores zur Aufrichtung desselben laden lassen/ & *Cap.9. verb.* So soll Er es mit dem Gericht-Schreiber und den Zeugen selbst unterschreiben.

X.

Inter insignes effectus aditæ *cum beneficio inventarii* hereditatis de Jure Civili refertur (1) quod hæres invitus Creditoribus defuncti *ultra vires hereditatis* non obligetur *L. fin.* §.4. *C. De Jure Deliberandi Nov.1. Cap.2. §1.* (2) Primo venientibus Creditoribus tuto solvat, quamdiu adhuc aliquid superest ex hereditate, ita ut non teneatur inquirere, uter illorum altero Jus potius habeat, salvo his contra Concreditores regressu, sine heredis tamen periculo. Illustr. Dn. Rhetius *in Medit. Acad. ad Instit. Dissert.16. Thes.7.* Lauterbach. ibique Dn. Stryckius *in Annot. ad Lauterb. Tit. De Jure Delib. verb. potius Jus.* Struv. *Exerc.33. Thes.58. & Ddres passim ad Tit. De Jure delib.* (3) impediat bonorum heredis & defuncti confusionem, salvis heredi manentibus actionibus adversus defunctum. *L. fin.* § 9. *d. t. Stryck. d. l. verb. salvæ inibique Exc. Dn. Præses.* (4) Concedat heredi deductionem expensarum in hereditatem & inventarii confectionem factarum. Vid. Carpz. P.3. *Const.33. Def.12. & DD. ad d. t.* Hæc omnia claris ita verbis constituta etiam deprehendo in Jure Culmensi *Lib.3. Tit.10. Cap.10. verb.* Wer ein Inventarium richtig/ und wie recht ist beschreiben lässet / derselbe ist (1)

nicht höher verbunden/kan auch nicht weiter besprochen werden/als sich der Erbfall erstrecket: (2) Mag er auch den erstkommenden Creditoren zahlen/ so viel in der Erbschafft verhanden/und können ferner an ihn nicht kommen/ sondern mögen die Creditorn unter sich um den Vorzug agiren. (3) Hat der Erbe zu fordern/ alle Unkosten/ so er zu Beschreibung der Güter und Inventario aufgewand und so er (4) an der Erbschafft etwas an Schulden zu fordern hätte/so ist er den andern Creditoribus gleich/ so sie vor ihm keinen rechtlichen Vorzug haben der Zeit / oder andere Privilegien. Ex hactenus dictis vero secundo amne fluit: Non duntaxat Jure Civili heredem *absque beneficio inventarii* hereditatem adeuntem ad omne æs alienum obligari, etiamsi vires hereditatis longe transcendat. *L. fin.* §.14. *C. De Jure deliber.* Verum idem etiam Jure Culmensi per textum *Lib.3. Tit 10. c.2.* obtinere, verb. Sein Erbnahme / so sich des Erbes überwindet/ muß NB. alle beweißliche Schuld bezahlen / so ferne er die Erbliche Succession ohne Inventario einnimmet. Conspirat hic Jus Prutenicum Electorale *Lib.5. T.7. Art.2. §.1.* Vid. Excell. Dn. Hopp. *in Usu Moderno ad §.5. Inst. De Hered. qual. & diff.* aliorumque locorum statuta: Vid. Mev. *P.2. Decis.96. & P.6. Decis.265.* Conf. quoque Bardili *in Concl. Practicis Diss.5. Thes. ult.* Dissentiente *Jure Saxonico*, quo heres, etiam non confecto inventario adeundo hereditatem, ultra vires tamen hereditarias non obligatur. Vid. *Jus Saxon. provinc. Lib.1. Art.6.* & Carpz. *P.3. Const.33. Def.18.*

DECAS IX.

Convenientiarum Juris CULMENSIS, & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI, & PRUTENICO.

CONV. I.

IN eo etiam Juris Civilis consonantiam, & Culmensis deprehendo, quod heres præsumptione fraudis contra se militante gravatus, inventarium juramento teneatur corroborare. *L. fin. §. Sicubi C. De his quæ ad Eccles.* Roland. à Valle *de Confic. Invent. P.4. Qu. ult.* Mev. *P.4. Decis.92. & P.5. D.360.* Rauchbar. *P.2. Q.29. n.24.* Berlich. *P.2. Decis.160, n.25*, Carpz. *P.3. Const.33. Def.11*, qui idem de Praxi Saxonica adstru-

adstruunt. Conf. *Jus Culm. Lib. 3. T. 10. c. 7. verb.* Wann die Creditores etwan vermeynen / daß der Erbe mit Beschreibung der Güter nicht richtig umgangen / oder etwas ausgelassen / so stehet ihnen offen / solches / wie Recht zu erweisen / und da es ihnen am Beweiß abgienge / mögen sie dem Erben / NB. den Eyd zu schieben / der auch schweren muß / daß er alles richtig und vollenkommen eingebracht. Quantum autem non desint, qui statuunt, heredem fraudis convictum, amittere beneficium inventarii, sicque ad omne æs alienum obligari, *per Nov. 1. c. 2.* quorum sententiam recepit Jus Culmense *Lib. 3. Tit. 10. c. 8. verb:* So ein Erbe etwas gefährlicher weise zu inventiren verschwiegen / verhalten oder verborgen / und dessen überwunden würde / der soll des Beneficii inventarii nicht zu geniessen haben / sondern alle Schuld bezahlen / als wenn er sich der Erbschafft schlecht ohne inventario unterwunden hätte. *Juri* tamen *Civili*, quo hoc casu heres tantum ad duplum tenetur, *per L. fin.* §. 12. *C. De Jure delib.* & moribus aliorum locorum, quibus hoc casu extra ordinem punitur, Richter, *P.* 7. *Decis. 59. n. 18.* hæc sententia haud convenit, neque ex allegata *Nov. 1. c. 2.* probatur, utpote quæ de illo loquitur casu, quo hæres vel *plane* vel *non rite* fecit inventarium. Vid. Bachov. *ad Treutl. Disp.* 14. *Thes.* 8. *Lit. f.* Brunnem. *ad L. fin. C. De Jure delib. n.* 49. *ibique all. Jason.*

II.

Habet, quæ *pro consequendis legatis* in testamento relictis competit *Actio Hypothecaria* tria specialia, notata digna: (1.) Quod licet Actione Hypothecaria cœteroquin conventus, non gaudeat exceptione *plurium heredum*, vel interessentium, *p. L. fin.* C. *Si ex pluribus Heredibus, &c.* inibique Brunnem. & *ad L. 26. ff. De Pign. n. 8. juncta L. 18. C. eod. & L. 2. C. de Hered. Act.* Conf. Mevius *P. 5. Decis. 68.* hæc tamen non detur *in solidum* contra heredem possessorem rerum hereditariarum, sed contra singulos *pro rata* hereditaria *p. L. 1. in f. C. Comm. de Legat, ibique B. Brunnem. n.* 7. eo quod hypotheca ab herede demum incipiens, fit dividua. Mev. *P. 9. Decis. 183.* Bardili *in Contl. Pract. Exerc. 39. Th. 20.* (2.) Quod, licet *quoad Jus prærogativæ* inter Hypothecarios etiam *momento temporis prior*, præferatur *posteriori* Creditori *L. 2. C. Qui potior. sunt in pign.* Brunnem. *ad L. 8. ff De Pign.* Gail. 2. *Obs. 25. n. 3.* & Carpz. *P.* 1. *Const.* 28. *Def.* 3. *n.* 1. priori tamen in testamento scripti loco, non præferantur illis, quibus ultimo loco in eodem testamento aliquid datum est, Anton. Faber. *in Cod. L.* 8. *Tit* 37. *Def.* 5. Bardili

nicht höher verbunden/kan auch nicht weiter besprochen werden/als sich der Erbfall erstrecket: (2) Mag er auch den erstkommenden Creditoren zahlen/ so viel in der Erbschafft verhanden/und können ferner an ihn nicht kommen/ sondern mögen die Creditorn unter sich um den Vorzug agiren. (3) Hat der Erbe zu fordern / alle Unkosten / so er zu Beschreibung der Güter und Inventario aufgewand und so er (4) an der Erbschafft etwas an Schulden zu fordern hätte/so ist er den andern Creditoribus gleich/ so sie vor ihm keinen rechtlichen Vorzug haben der Zeit / oder andere Privilegien. Ex hactenus dictis vero secundo amne fluit: Non duntaxat Jure Civili heredem *absque beneficio inventarii* hereditatem adeuntem ad omne æs alienum obligari, etiamsi vires hereditatis longe transcendat. *L. fin.* §.14. *C. De Jure deliber.* Verum idem etiam Jure Culmensi per textum *Lib.*3. *Tit* 10. *c.*2. obtinere, verb. Sein Erbnahme / so sich des Erbes überwindet/ muß NB. alle beweißliche Schuld bezahlen / so ferne er die Erbliche Succeßion ohne Inventario einnimmet. Conspirat hic Jus Prutenicum Electorale *Lib.*5. *T.*7. *Art.*2. §.1. Vid. Excell. Dn. Hopp. *in Usu Moderno ad* §.5. *Inst. De Hered. qual. & diff.* aliorumque locorum statuta: Vid. Mev. P.2. *Decis.*96. & *P.*6. *Decis.*265. Conf. quoque Bardili *in Concl. Practicis Diss.*5. *Thes. ult.* Dissentiente *Jure Saxonico*, quo heres, etiam non confecto inventario adeundo hereditatem, ultra vires tamen hereditarias non obligatur. Vid. *Jus Saxon.* provinc. *Lib.*1. *Art.*6. & Carpz. P.3. *Const.*33. *Def.*18.

DECAS IX.

Convenientiarum Juris CULMENSIS, & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI, & PRUTENICO.

CONV. I.

IN eo etiam Juris Civilis consonantiam, & Culmensis deprehendo, quod heres præsumptione fraudis contra se militante gravatus, inventarium juramento teneatur corroborare. *L. fin.* §. *Sicubi C. De his quæ ad Eccles.* Roland. à Valle *de Confic. Invent.* P.4. *Qu. ult.* Mev. P.4. *Decis.*92. & *P.*5. *D.*360. Rauchbar. *P.* 2. *Q.*29. *n.*24. Berlich. *P.* 2. *Decis.*160, *n.*25, Carpz. P.3. *Const.*33. *Def.*11, qui idem de Praxi Saxonica adstru-

adstruunt. Conf. *Jus Culm. Lib. 3. T. 10. c. 7. verb.* Wann die Creditores etwan vermeynen / daß der Erbe mit Beschreibung der Güter nicht richtig umgangen / oder etwas ausgelassen / so stehet ihnen offen / solches / wie Recht zu erweisen / und da es ihnen am Beweiß abgienge / mögen sie dem Erben / NB. den Eyd zu schieben / der auch schweren muß / daß er alles richtig und vollenkommen eingebracht. Quantum autem non desint, qui statuunt, heredem fraudis convictum, amittere beneficium inventarii, sicque ad omne æs alienum obligari, *per Nov. 1. c. 2.* quorum sententiam recepit Jus Culmense *Lib. 3. Tit. 10. c. 8. verb:* So ein Erbe etwas gefährlicher weise zu inventiren verschwiegen / verhalten oder verborgen / und dessen überwunden würde / der soll des Beneficii inventarii nicht zu geniessen haben / sondern alle Schuld bezahlen / als wenn er sich der Erbschafft schlecht ohne inventario unterwunden hätte. *Juri* tamen *Civili*, quo hoc casu heres tantum ad duplum tenetur, *per L. fin. §. 12. C. De Jure delib.* & moribus aliorum locorum, quibus hoc casu extra ordinem punitur, Richter, *P. 7. Decis. 59. n. 18.* hæc sententia haud convenit, neque ex allegata *Nov. 1. c. 2.* probatur, utpote quæ de illo loquitur casu, quo hæres vel *plane* vel *non rite* fecit inventarium. Vid. Bachov. *ad Treutl. Disp. 14. Thes. 8. Lit. f.* Brunnem. *ad L. fin. C. De Jure delib. n. 49. ibique All. Jason.*

II.

Habet, quæ *pro consequendis legatis* in testamento relictis competit *Actio Hypothecaria* tria specialia, notata digna: (1.) Quod licet Actione Hypothecaria cœteroquin conventus, non gaudeat exceptione *plurium heredum*, vel interessentium, *p. L. fin.* C. *Si ex pluribus Heredibus, &c.* inibique Brunnem. & *ad L. 26. ff. De Pign. n. 8. juncta L. 18. C. eod. & L. 2. C. de Hered. Act.* Conf. Mevius *P. 5. Decis. 68.* hæc tamen non detur *in solidum* contra heredem possessorem rerum hereditariarum, sed contra singulos *pro rata* hereditaria *p. L. 1. in f. C. Comm. de Legat, ibique B. Brunnem. n. 7.* eo quod hypotheca ab herede demum incipiens, sit dividua. Mev. *P. 9. Decis. 183.* Bardili *in Contl. Pract. Exerc. 39. Th. 20.* (2.) Quod, licet *quoad Jus prærogativæ* inter Hypothecarios etiam *momento temporis prior*, præferatur *posteriori* Creditori *L. 2. C. Qui potior. sunt in pign.* Brunnem. *ad L. 8. ff De Pign.* Gail. 2. *Obs. 25. n. 3.* & Carpz. *P. 1. Const. 28. Def. 3. n. 1.* priori tamen in testamento scripti loco, non præferantur illis, quibus ultimo loco in eodem testamento aliquid datum est. Anton. Faber. *in Cod. L. 8. Tit 37. Def. 5.* Bardili

d. l. (3.) Quod licet *Chirographariis* in concursu etiam *simplex hypothecarius* præferatur, *L. 9. C. Qui potiores sunt in pign.* hi tamen hypothecarii nudis etiam Chirographariis & ita omnibus defuncti Creditoribus posthabeantur. §. *ult. Inst. De L. Falcidia. L. 6. C. eod.* Carpzov. *P. 1. Const. 28. Def.* 117. & Richter. *De Jure & Priv. Creditorum Cap. 4. Sect. 1. n. 115.* Mev. *P. 3. Decis.* 381. In quo ultimo expresse concordat Jus Culmense *Lib.* 3. *Tit.* 10. *Cap.* 10. *in fine verbis*: Da denn allewege die Creditoren denen Legatariis sollen vorgezogen werden. Cum non intelligantur bona, nisi deducto ære alieno, *L. 39. ff. De V. S. &* Prurenicum Electorale *Lib. 5. Tit. 8. Art.* 4. §. *fin. & Tit. 26. pr.*

III.

Antequam de portione hereditaria constare possit, ante omnia deducendæ sunt de Iure Civili impensæ funerariæ in funus defuncti factæ, *L. 1. §. fin. ff. De L. Falcidia. § fin. Inst. eod. & L. 14. §. 3. juncta L. 37. pr. ff. De Religios.* in tantum privilegiatæ, ut Creditorum etiam æri alieno anteponantur, *L.* 41. §. 1. *L. 45. ff. De Religios.* Berlich. *P.* 1. *Concl. 64. n. 86.* Carpzov. *P. 1. C. 28 D. 30.* Consonat hic Jus Prutenicum Electorale, *L.* 1. *T.* 49. §. 2. Saxonicum, Vid. *Const. August.* 28. *P. 1.* Lubecense *L. 3. T. 1. art.* 11. *ibique Mev n. 83. seqq. &* Culmense *L. 2. Tit. 24. c. 3. in fine.* Cujus ratio partim in favore religionis *L.* 1. §. *6. ff. De Mort. infer.* partim vero in utilitate Reipublicæ, ne ex cadaveribus in sepultis relictis, infectio aëris aliique morbi suboriantur, consistit. *L. 43. ff. De Religios. Mev. d. l. n.* 84.

IV.

In Successione *legitima*, in qua ante omnia ad *Satuta localia*, quibus sine testamentaria dispositione moriens se conformasse censetur. Jac. Rich. *De Unione Prol. cap.* 3. *n.* 29. *in f.* & Adam. Keller. *De Success. ab intest Tit.* 2. *n. 3.* respiciendum est, Excell. Dn. Stryck. *in Tr. De S. ab J. Disp.* 1. §. *19.* principem sibi merito locum, non duntaxat Jure Civili *Nov. 18. c. 1. seqq.* sed omnium omnino locorum statutis vindicant *Descendentes*, ceu quibus, vivis etiam Parentibus, bonorum paternorum Dominis, §. *2. J. De Hered. qual. & diff.* rectus naturæ Ordo, & commune Parentum votum, horum hereditatem tribuit atque defert; juxta *L.* 7. *in f. ff. Si tabb. testam. nullæ extent. & L. 7. pr. ff. de Bonis Damnatorum L. Scripto herede* 7. §. 11. *ff. Und. legitimi.* In quo non duntaxat amicabiliter conspirat Jus Saxonicum, Vid. Excell. Dn. Stryk. *d. Tr. Disp.* 1. §. 14. Carpzov. *P. 3. Const.* 17. *Def. 8. n. 3.* Prutenicum

Ele-

Electorale; *L.5.T.12.art.1.§.6.* Vid. Dn. Stryck. *all. Tr. Disp.* 1. *§. 28.* & Dn. Hopp. *in Comment. Succincta Inst. L.* 3. *Tit.* 1. *p. m. 431.* Lubecense, Vid. Lübeck Stadt-Recht. *L. 2. T. 2. art. 1.* sed etiam Jus Culmense *L. 3. Tit. 9. cap. 1.* & Revisum *L. 3. cap. 24.* Moresque Patrii, Vid. Dn. Schutz. *in Tr. MSto* von Erbfällen *cap. 6. in f.* Jung. Excell. Dn. Hopp. *d. l.* quos inter & Jus Civile præterea etiam in hoc amica quædam consonantia est, quod [2.] omni *sexus* sublata differentia, ne natura videretur accusari, quod non omnes masculos procreaverit, Vid. *L. fin. C. De Lib. præter. L. 4. C. eod. §. fin. Inst. De Hered. quæ ab Intestato. L. penult. & ult. C. De Legitima Hered. Nov.* 118. *Cap. in f.* Conf. *Jus Culmense antiquum L.* 3. *T. 9. Cap. 1. & Revisum, L.* 3. *Cap.* 1. 24 juncto Schutzio & Dn. Hoppio *d. ll.* (3) graduumque prærogativa remotiores cum proximioribus in infinitum, *Jure repræsentationis* æquatorio Fratrum Sororumque Jure, ante omnes Ascendentes & Collaterales, in propinquiori licet gradu constitutos, *in stirpes* admittantur. Vid. *L.* 1. *§ 4. & L. 6. ff. De suis & legitimis Nov.* 118. *Cap.* 1. Dn. Herold. *De Jure repræsentationis C 4. Sect. 1. Concl.* 1. §. 24. Dn. Stryck. *d. Tr. Diss.* 1. *Cap.* 2. §. 34. Conf. Jus Culm. *d. l.* (4.) quod *Nascituri* cum *Natis*, modo illi [α] nascantur *vivi*, qualicunque vitalitatis indubio signo hic sufficiente, licet exsecti sint ex utero materno, *L. 12. De Lib. & posth.* Carpz. *P. 3. Const.* 17. *Def. 19.* Stryck. *d. Tr. Cap. 2. §. 14. Disp. 1.* (β) justo tempore, *Vid. L. 12. ff. De S. H. L.* 3. §. 11. *&* 12. *ff. De Suis & leg. L. 29. ff. deliber. & Posthum. Nov 39. Cap.* 2. jung MStum Dn. Schuztii, *Cap.* 15. *&* (γ) non monstrosi, sive *non contra Formam humani generis L. 14. ff. De S. H. & L. 3. C. De Posthum. Hered. Inst.* excessu, aut defectu naturæ hic non attento, *L. 10. §. 2. ff. De Ædilit. Edict.* Conf. Schutz. *d. l.* æqualiter Parentibus succedant. §. 2. *verbis: Posthumi quoque & §. 8. Inst. De Heredit: quæ ab Intest. L. 6. in f. & L. seq. De Suis & legitimis juncta L.* 7. *&* 26. *ff. De S. H.* (5.) Quod *illegitimi* succedant *Matri* una cum legitime natis *§. 3. Instit. Ad SCtum: Orphit: L. penult. C. d. t. L. 8. C. Unde Cognati. Vasqu. De Success. Creat. L. 1. §. 10. n.* 494. Förster. *de Successionibus Lib. 6. 11. n. 1. Jus Culm. Revis. L. 3. C* 27. Vid. Schutz. *d. Tr. C.* 11. Consentiente Jure Saxonico, Stryck *De S. ab J. Differt.* 1 *c.* 4. §. *16.* & Bened. Reinhard. *De Diff. Jur. Civ. & Saxon. P.* 1. *Diff. 50.* & Prutenico. Stryk. *d. l.* §. 28. Conf. Dn. Hopp. *d. l.* exceptis incestuosis & adulterinis, *Nov. 89. c. 15. Auth. Ex complexu C. de Incestuos. Nupt.* Conf. Jus Prutenicum Provinciale *L. 5. Tit. 12. art. 1. § fin.* patrium D. Schurz. *d. Tr.*

d. Tr. cap. 11. & Saxonicum. vid. Landr. *L. 1. a. 51. junct. Gloss.* & Stryck. *d. l.* §. 16. Imo & *Patri*, modo non manserint in primæva naturalitatis conditione, sed legitimati fuerint per subsequens matrimonium. *L. 10. C. De Nat. lib. Nov. 12. cap.* 4. *Nov. 89. cap. 8. c. Tanta X. Qui fil. sint legit.* Conf. Jus Culmense *L. 3. c. 28.* Patriique Mores, de quibus testatur illorum peritissimus Dn. Schütz. *in all. Tr. Cap.* 12. Jus Lubecense, vid. Dn. Mev. *ad I. L. P. 2. Tit. 2. a. 9. n.* 62. Stryk. *De S. ab J. Disp.* 1. *c.* 4. §. *27.* Prutenicum, *Jus Prussiæ Provinc. L. 5. T. 12. a.* 1. 9. §. Stryk. *d. l.* §. *28.* & Saxonicum Stryk. *d. l. §. 16.* Aut per *Rescriptum Principis*, ante existentiam aliorum legitimorum. Vid. *Nov. 74. & 89.* Bachov. *ad Treutl. Vol.* 2. *Disp. 16. Th. 2. lit. Q.* Gail. 2. *Obs.* 142. *n.* 5. Stryk. *d. Tr. Disp. 1. c.* 2. §. 72. Dn. Præses *in Disp.* 3. *ff. Tit. De his qui sui l. alieni Juris sunt.* Conf. Dn. Schutz *d. MSto C. 12. in fin.* & Dn. Hopp. *d. l. p.* 431. *in fine Class.* 1. In hoc vero recesserunt Mores Patrii à Jure Civili, propiusque accesserunt ad Jus Lubecense, quod ad instar hujus Juris, liberi *Separati* excludantur à *Non-Separatis*, Vid. *Jus Lub.* P. 2. *T. 2. art.* 28. ibique Mev. Dn. Stryk. *De S. ab J. Diss. 1. C.* 4. §. *24. & in Disp. De Iure Lub. Cap. 9. §. 4.* Conf. Dn. Schuz. *in sæpius all. Tr. MSto c. 7. in f.* & Dn. Hopp. *d. l.* (nisi *Separati* conferre velint omnia accepta, bonisque hereditariis vel in constituto judicio, vel mediante Jurejurando non renunciaverint. Schutz. *d. l. c.* 13. Excell. Dn. Hopp. *d. l.* Conf. JusCulm. *Lib.* 3. *Tit. 11. c. 2. & Lib. 3. Cap. 24.*) Deficientibus vero *liberis Non-separatis*, *Separati*, *illorumque liberi* omnibus defunctis *Ascendentibus & Collateralibus* utroque Jure præferantur. Vid. *Ius Lub. P. 2. Tit. 2. Art.* 23. Stryk. *d. l.* §. *25.* Schutz *d. l. cap.* 13. & Excell. Dn. Hopp. *d. l.*

V.

Deficientibus Descendentibus, Jus Civile ad luctuosam horum hereditatem *L. fin. C. De Inst. & Subst.* tristeque successionis lucrum *L. fin. C. Comm. Success.* ex commiseratione, *L. 7.* §. 1. *ff. Si tabb. test. null. ext.* turbato mortalitatis ordine, juxta sententiam Papiniani *in L.* 15. *ff. de Inoff. Testam. & L. 7. § fin. ff. Unde Liberi.* vocat. *Adscendentes* in infinitum omnes, juxta *graduum* tamen prærogativam, *Nov. 118 c. 2. Auth. Defuncto C. Ad SCtum Tertull.* cessante & hic *Sexus* differentia, *Nov.* 118. *cap.* 3. ita tamen ut defuncti Collaterales *usque ad Nepotem* Förster. *De Success. L. 7. c. 6. n. 3. & 4.* Stryck. *De Success. ab Intest. Diss. 2. c. 1.* §. 30. *simul*

ſimul cum illis admittat *Bilaterales*, excluſis plane *Unilateralibus. Nov. 118. cap.* 2. Jure Culmenſi & Gedanenſi quidem *Aſcendentes* à Succeſſione Deſcendentium ſive *primi*, ſive *ulteriorum graduum* ſint, *fœminini* itidem aut *maſculini Sexus*, non arcentur, quin potius ceſſante hic repræſentationis Jure, proximiores indiſtinctè omnes in ſtirpes, *ſiquidem ſoli ſint*, admittuntur, *modo uterque Parentum adhuc in vivis ſit*; Vid. *Ius Culm. L. 3. Tit. 9. cap. 6. & Reviſum L. 3. c. 29.* quo tamen caſu in Patria Pater & Mater omnes defuncti *Bilaterales* Fratres & Sorores excludit. Vid. Dn. Schütz *in Tr. MSto cap. 12. in fin.* & Dn. Hopp. *d. l. p. m.* 437. Uno vero Parentum *mortuo*, ſeu uti Ius Culmenſe loquitur: *ſinu rupto*, Wann der Buſen getrennet / oder gebrochen iſt / quia hoc caſu beneficio der Flämiſchen Erbgerechtigkeit ſuperſtes Parentum dimidium omnium bonorum ex prædefuncti Conjugis Succeſſione jam conſecutus eſt, defuncti Collaterales, *utroque Parentum latere conſociati*, Parentem ſuperſtitem excludunt, qui tamen viciſſim *Bilateralis filios, & Unilaterales Fratres Sororesque* excludit, Vid. Schüz. *d. l. c.* 20. & 17. *Ius Culm. L. 3. Tit. 4. c. 6. & c. 9.* Quæ diſtinctio etiam Iure Prutenico recepta eſt, Vid. *Ius Prut. Elect. L. 5. tit. 12. a. 2. §. 5. 6. & finali.*

VI.

Circa legitimam *Collateralium* Succeſſionem Gedanenſem & Culmenſem cum plura *ſingularia* occurrant, quæ differentiam inter hæc & *Civilia Iura* conſtituant, quam *convenientiæ*, hoc unicum duntaxat hic noto, quod ſicuti per Conſtit. Caroli V. die 28. Novembr. 1512. Fratrum liberi *ſoli*, non in *ſtirpes* ſed *capita* ſuccedunt, Vid. Hilliger *in Donell. Lib. 9. c. 4. lit. M.* Berlich. P. *3. Concl. 24. n. 26.* Carpz. P. *3. Conſtit. 18. Def. 3. n.* 4. & Excell. Dn. Stryck. *De S. ab I. Diſſ. 3. c. 1.* §. 9. *ibique allegati*, ita eadem *in capita* Succeſſio recepta ſit Iure Culmenſi, L. 3. *Tit. 9. cap. 15. & Reviſum, Lib. 3. c. 29.* Cum Iure vero Saxonico convenit Ius Culmenſe in hoc, (1) Quod neutro Iure obtineat *Ius repræſentationis* in linea Collaterali, ſed Fratrum filii à Thiis excludantur. vid. Landr. *L. 1. Art* 27. Berlich. P. 1. *Concl. 24. n. 26.* Ludolph Fachs P. 1. *Diff. 25. Iuris Civ. & Saxon.* & Stryk. *d. Tr. Diſp.* 3. *cap.* 3. §. 3. *ibique allegati*: Conſ. *Culm. L.* 3 *tit.* 10. *c.* 11. *& Reviſum Lib.* 3. *Cap.* 33. *verbis*: *Nec inter Collaterales receptum eſt, ut Iure, quod ajunt repræſentationis, in parentis defuncti locum ſubſtituantur*; [2] Quod utrobique *Unilaterales* pro *uno gradu*

remotioribus habeantur, daß sie allemahl einen Grad weiter treten / Unde Patrui Bilateralis Filius à Patruo unilaterali non excluditur; Vid. Berlich. *d. concl* 24. *n.* 47. Carpz. *p.* 3. *Const.* 18. *Def.* 8. *n.* 6. & Stryk. *De Success. ab Intest. Diss.* 3. *cap.* 3. §. 6. Conf. Dn. Hopp. *in Commentatione Succincta Instit. pap. m.* 443. ubi Die 29. Maji Anno 1580. Gedani ita pronunciatum esse testatur. Neque Avunculi filium vincit Fratris Unilateralis filius. Idem *d. l.* Conf. Dn. Schutz. *d.* Tr. *cap.* 33. *seqq.*

VII.

Conjugum Successio ab Intestato Gedanensis & Culmensis magis cum Iure Prutenico Electorali, quam cum Iure Civili conspirat. Ut ut enim in hoc quidem deprehendatur consonantia, quod *utroque Iure* Conjuges, alteri licet Conjugum, etiam *liberis superstitibus* prædefuncto *in certam portionem* succedant. Vid. *Nov.* 53. *cap.* 6. *& Nov.* 117. *Cap.* 5. *& Auth. præterea C. Unde Vir & Uxor.* Iure tamen Civili hoc non *indistincte* procedat, Vid. Dn. Stryck. *De Successionibus ab Intest. Disp.* 4. *Cap.* 1. §. 16. *seqq.* sicuti Iure Prutenico, Culmensi & Gedanensi, quibus *non attenta dotis quantitate*, neque *superstitis qualitate*, neque *liberorum numero*, dimidiam superstes bonorum communium partem, non *usus fructus*, sed *plenæ proprietatis* Iure capit, nach Flämischer Erbgerechtigkeit und Culmischer Freyheit; Vid. *Ius prut. Electorale L.* 5. *Tit.* 12. *a.* 1. *seqq.* Stryk. *De S. ab I. Differt.* 4. *C.* 3. §. *penult. & ult.* Conf. *Ius Culmense Lib.* 3. Tit. 10. *cap.* 11. *& Satut. Gedanense part.* 2. *Cap.* 5. *Art.* 6. *seqq.* Nisi tamen *pactis ante-nuptialibus* aliter provisum sit, *Ius Culm. d. l. Cap.* 11. Schutz. *d.* Tr. *Cap.* 9. *in med. & Cap.* 39. *Excell:* Dn. Hopp. *d. l.* 446, *in fine.* Hæc enim ante omnia inspicienda sunt, & quidquid in his superstiti promissum, sive plus sive minus sit portione statutaria, hoc utique servandum Dn. Stryck. *De S. ab I. Diss.* 4. *C.* 3. §. 20. Kohl. *ad Constit. Marchicas. Quæst.* 10. *n.* 5. Schëplitz *ad Consult. March.* p. 3. T. 2. §. 5. *n.* 8. Non obstante, hanc portionem statutariam *testamento unius Conjugis* imminui non posse. Berlich. p. 3. *Concl.* 26. *n.* 24. *&* p. 3. *Concl.* 9. *n.* 4. *ubi plures allegat.* Cujus Differentiæ rationem doctè demonstrat Excell. Stryk. *d. l.* §. 20.

VIII.

Cum Gedanum teste Excell. *Dn. Hoppio in Comment. Succ. Inst. p. m.* 447. Iure Fisci ex privilegio gaudeat, dubium nullum est, Civitatem Gedanensem deficientibus *omnibus defuncti Cognatis, nulloque* Con-

Conjuge relicto L. 1. C. De Bon. Vac. defuncti *bona vacantia* sibi adscribere, cum & Jure Civili hoc casu Fiscus locum hæredis occupet. *L. 1. C. De Bon. vacant. & L. 4. C. eod.* A quo tamen in hoc differt Ius Patrium, quod bona illa quoque *pro vacantibus* habeat, ad quæ usque *ad octavum gradum*, cognati ex privilegio Dn. JOHANNIS CASMIRI, Patriæ clementissime dato Die 30. April. 1660. intra *annum & diem* se non possunt legitimare. Consentiente ratione temporis Jure Saxonico Vid. Landr. *L. 1. A: 28. &* Weichbild. *A. 59.* Ambrosius Schurer. *De Successionibus Tit. 18. Rubr. De Jure Saxon. n. 2.* Lubecensi, Vid. *Jus Lub:* P. 2. *Tit. 2. Art. 14. ibique Mev.* & Culmensi, *Vid. Ius Culm. Emend. Lib. 3. Cap. 49.* Dn. Stryck. *De S. ab I. Diss. 5. Cap.* 3. §. 7. *&* 12. & Excell. Dn. Hopp. *d. l.*

IX.

Non vero *Cognatis ac Conjuge deficientibus* duntaxat *Fiscus* admittitur, sed illis etiam *extantibus*, Successione tamen *ob delictum* privandis; *t. t. ff. & C. De His quæ ut indign. auffer.* Nic: Müller. *de Princip & statib: Imp. C. 68. §. 4. Rosenthal. De Feud. C. 5. Concl. 56.* Peregrinus *de Iure Fisc. L. 2. T. 2. seqq.* Sixtin. *de Regal. c. 12. n.* 4. & Klock. *De Ærario. L. 2. c. 12. n.* 4. In specie vero Iure Civili *Fiscus* ut indigno eripit acquisitam hereditatem (1) qui defunctum vel occidit *L. 7. §. 4. De Bon. Damnat.* Barry *De Success. L. 1. 7. 9. n.* 1. Haunold. *De Iustitia & Iure Tom.* 1. *T.* 2. 5. *cap. 3. n.* 531. & Guazzin. *de Confisc. Bonorum Concl.* 13 *Ampl. 6. n.* 7. vel [2] saltem in culpa fuit, quod sit mortuus. *L. 3. h. t.* Paschal. *De Viribus Patr. Pat. P. 4. c. 8. n.* 7. Heyer. de Laur. *Dec.* 21. *n.* 1. & Herm. Lather. *de Censu L. 2. c.* 8. *n. 14.* Unde recte infert Exc. Strykius *in S. ab I.* Marito Uxoricidæ lucrum *hereditarium*, nec non *statutarium* à Fisco auferri, *Diss. 5. c.* 1. 27. *&* 28. *& Diss. 12. c. 4* §. 18. Conf. Barbosa *ad L. Si ab hostibus n.* 8. *inf. ff. Solut. matrim.* Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 7.* Alex. Tartagm. *in L.* 1. *C. Unde V. & U.* & Brunnem. *ad L.* 10. *ff. Solut. matrim n.* 2. imo & illum successione indignum judicari, qui Conjugem vel in puerperio laborantem, vel graviori aliquo morbo correptam dereliquerit, nec ei de Medico aliisque necessariis probe prospexerit, Carpzov. P. 3. *C.* 26. *D.* 4. Nevenhahn. *De Iure Viduit. Membr. 3. Sect.* 2. *Lit. D.* & Beust. *De Matrim.* P. 2. *c.* 70. aut alimenta aliaque ad vitam necessaria denegaverit. *L. 6. ff. De alim. leg. L. 43 ff. de V. S.* Mindan. *de proc. L. 2. c. 54. n. 2.* Colerus P. 2. *Decis.* 257. *n. 5.* Mod. Pistor. P. 2. *Q.* 57. *n.* 3. & Roll à Valle *De lucro dot. Q. 86. n.* 11. [3] Qui necem defuncti non est ultus. Ambros.

 Schurer.

Schurer. *De S. ab I. Lib. 17. Ampl. 6. p.* 331. Barbos. Collet. *ad C. Tom. 1. ad L. 1. Ubi causa fisci n. n.* 3. & Gomez. *Variar. Resol. L. 3. c. 3. n. 53.* Unde & Conjugis ab alio occisi necem non vindicantem, amittere successionem, rectissime infert. Carpzov. *P.* 3. *C. 26. D.* 8. *n.* 2. Pensold. *ad Coler. P. 2. Dec. 286. n. 244.* & Beust. *De Connub. P. 3. Cap.* 9. (4) Qui vi defunctum testamentum ordinare prohibuit. *L. 1. & 2. ff. L. 2. C. Si quis aliquem testari perhib.* Menoch. *De A. I. Q. L. 2. Cas. 395. n.* 13. Gudelin. *De Jure Noviss. L. 2. C. 17.* & Faber. *in C. L. 6. Tit. 14. Def. 1.* Consentit hic per omnia Jus Parium. Vid. Dn. Schutz. *in Tr. MSto c.* 40.

X.

In eo etiam cum Jure Civili convenit Jus Patrium, quod inter *Descendentes* instituenda hereditatis divisione, quod alter à vivo illo, de cujus Successione quæritur, lucratus est, in communem massam dividendam teneatur conferre, *p. Nov. 18. c. 6.* Michalor. *Tr. De Fratribus, P. 1. C. 14. n. fin.* Barry *De Success. L.* 14. *Tit* 5. *n.* 4. Alv. Valesc. *De Partit. C. 12. 15. seqq.* Confer. Dn. Schutz. *d. Tr. C. 13. & 46.* Sicuti autem Jure Civili ab onere Collationis immunes sunt [1] Sumptus Studiorum *p. L.* 50. *ff. Fam. ercisc.* Brunnem. *De Collat. Bon. C.* 4. *n. 58.* Kremberg. *De Sumpt. Stud. Q. 1.* Stryck. *in Tr. De S. ab I. Diss.* 11. *C.* 3. §. *8. ibique alleg.* & Excell. Dn. Præses *in Diss. De Præsumpta Donat. c. 5. n. 18. seqq.* quorum nomine & *Libri* veniunt, quos Pater emptos filio Studioso suppeditavit; *L. penult. ff. Ad exhibend.* Claud. Battand. *De Legib. C. 12. n. 26.* Cuman. *Consil.* 40. Dassel. *Consil. 38. L. 1. n. 2. & 3.* & Exc. Dn. Præses *d. l. n.* 25. (2) Quicquid *artibus liberalibus* sibi filius *p. L. 1.* §. *15. ff. De Collat.* Joh. De Corvallho. *De Quarta P.* 4. *c. 1. n. 234.* Steph. Fagunder. *De J. & Contract. L. 6. c. 18. n.* 17. vel bello acquisivit, *d. L.* 1. §. *15. ff. De Collat.* Quæque ipsi [3] à Patre data sunt ad instruendam militiam zu seiner nöthigen Mondirung: *L.* 14. §. 1. *ff. de Re Militari*: Molin. *de J. & J. Tr. 2. Disp.* 230. *n.* 4. Anton. Ayerve de Ayora Tr. *de Partition. P. 2. Q. 13. n. 37. & 38.* Ita omnia hactenus dicta Moribus Patriis quoque obtinere, sole clarius patet ex inspectione Dn. Schuzii *d. Tr. Cap.* 46.

DECAS X.

Convenientiarum Juris CULMENSIS & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI & PRUTENICO.

CONV. I.

MUtuum de Jure Civili æque ac Culmensi contrahitur (1) de rebus *pondere numero & mensura* constantibus, *pr. Inst. Quib. mod. re contrah. obl.* seu quarum *usus* consistit in *abusu*, cujus consectarium est: Mutuatarium non teneri rem *eandem in specie* eben dasselbe/ sed *ejusdem generis aliam:* Eben dergleichen/in eadem *qualitate & quantitate* restituere. *L.2. §.1. ff. De R. C.* Vid. *Jus Culm. L.4. T.1. c.1.* Indeque minime obligari Creditorem ad *reprobam* monetam *pro proba* recipiendam. Brunnem. *Cent 4. Dec.14. Jus Culm. Lib.4. c.55.* (2) In mutuo res mutuo data Mutuatario, ceu Domino perit tam Jure Civili *Lib.2 §.2 ff. & L.11. C. h. t.* quam Culmensi *Lib.4. Tit.1. cap.8.* quod etiam (3) in hoc cum Jure Civili conspirat, quod *Filio-familias* mutuo datam pecuniam sine *patris consensu & utilitate*, neque *in illam causam, ad quam ipse Pater obligatur*, Creditor repetere nequeat; *L.1. pr. ff. Ad SCtum Macedon. L.2.4. & 5. C. h. t.* Hinc quod filio in Academiis studiorum causa commoranti, ad studia prosequenda mutuo datum est, tam Jure Civili, *L.7. §.13. ff. L.5. C. h. t.* Vid. Brunnem. *ad d. L.5. n. fin.* & Harprecht. *ad §.2. Instit. De Donat.* quam Culmensi Pater refundere tenetur. Vid. *Jus Culm. L.4. Tit.1. c.6. verb.* Es wäre dann jemand zum Studieren geliehen / dessen soll billige Erstattung geschehen. Quod autem *d. c.6.* additur, idem etiam Juris esse in *Minoribus*, quibus absque *Curatorum* Consensu mutuatitia datur pecunia, id quidem *Jure Civili* secus se habet *per L.1. ff. d. t. L.3. §. ult. eodem.*

II.

Circa Commodatum convenit Jus Culmense cum Jure Civili

(1) in hoc, quod *utroque Jure*, finito usu gratuito, Commodatarius eadem *in specie* rem §.2. *Inst. Quib. mod. re contrah. obl. L.2. pr. ff. De R. C. Jus Culm. L.4. Tit.2. c.1.* (2) non deterioratam. *L.2. ff. Commodati. Jus Culm. d.l.* Commodanti restituere, & (3) de *levissima* culpa *L.18. pr. ff. d. t. L.1. §.4. ff. De O. & A. Jus Culmense d.l.* respondere teneatur; *Casu fatali* (4) manente commodantem. §.2. *Inst. Quib. mod. re contrah. obl. Jus Culm. d. l. inf.* (5) Quod commodans etiam *ante finitum usum* revocare rem commodatam possit (α) si metus subsit, commodatam rem commodatam consumpturum aut dilapidaturum esse; *arg. L.3. C. Locati* Lauterbach. *in Coll. Pandect. ad Tit. Commod.* §.11. Dn. Hoppe *ad* §.2. *Inst. Quibus mod. re contrah. obl.* (β) Si forsan commodans inopinatum aliquod & non prævisum damnum incurreret, si res commodata non ante restitueretur, utpote, si ipse illa indigere incipiat, ac carere nequeat. Excell. Dn. Hoppe *d. l.* quia ad hos casus se obligasse commodans non censetur. Vid. *Jus Culm. d. l. cap 2. verb.* Es wäre denn Sache / daß es der / so es geliehen mißbrauchte / oder sein Thun so beschaffen würde / daß Gefahr einfiel / er möchte das geliehene Gut umbringen / oder auch dem / so es geliehen / dergleichen etwas unvorsehenes vorfiele / daß er seines Dinges selber bedürffte / und ohne seinen grossen Schaden es nicht entrahten künte. (6) Quod re commodata debito tempore non restituta, de illa etiam *casu* post moram perempta, teneatur commodanti commodatarius. *L.5. ff. De R. C. L.23. ff. De V. O. L.8. §.6. De Precario.* Mev. *P.3. Dec.412. & P.5. Dec.45.* Vid. quoque *Jus Culmense L.4. Tit.2. cap.5. in fine verbis:* Giebet er es aber zur rechter Zeit nicht wieder / so stehet er allen Schaden und NB. Gefahr aus / so mittler Zeit zu fallen möchte / quod tamen intelligendum censeo, sub notissima illa *Juris Civilis* limitatione: Nisi debito licet tempore restituta res, tamen etiam *apud ipsum commodantem peritura* fuisset, qui illam *nec voluisset, nec potuisset* vendere. *arg. L.14. §.1. ff. Depositi.* ibique Brunnem. *& ab ipso alleg. Ddres.* Hoc certe singulare est, quod Jure Culmensi (secus ac Iure Civili, quo commodanti contra tertium rei commodatæ possessorem rei vindicatoria competit actio. *L.9. ff. De R. V.*) Domino contra *tertium possessorem* denegetur rei vindicatio, qui tantum, contra illum agere debet, cui rem suam commodavit; Vid. *Jus Culm. Emend. L.4. c.7.* (Ubi idem etiam in *re deposita & oppignorata* constitutum est, verbis: *primus à tertio rem ne vindicato, sed ad eum regreditor, cui rem suam commodaverat, pignori dederat, vel depositum crediderat;*) juxta vulgatum illud:

Hand

Hand muß Hand warten. Consonat Ius Saxonicum Provinciale *L.2. art.6.* & Lubecense. *L.3. Tit.8. Art.1.* inibique Mevius.

III.

Convenit Ius Culmense cum Iure Civili in Deposito *in specie ita dicto*, in hoc, quod (1) *regulariter* res ipsa *in specie* deposita *quandocunque* repetenti, *L.24.ff.L. penult. C.Depos.* (2) non deteriorata & incorrupta *arg. L.3. ff. Commod.* (3) cum omnibus fructibus & omni causa sit restituenda, *L.1. §.24. d. t. L.38. §.10. ff. De Usuris.* Carpz. *L.4. Resp.55. n.5.* & quidem (4) debito loco & illico. *L.12 pr. & § 1. ff. & L.11. C. h. t.* ita, ut, (5) *sicubi adhuc extet* penes depositarium, moto in ejus bonis concursu, dominus deponens omnibus etiam hypothecariis Creditoribus præferatur, *L.24. §.2. ff. De rebus auth. judic. possessis.* Carpz. *P.1. C.28. D.150.* Richter. *De prærogativa Credit. D.sp.*11 *c.5. n.315.* & Brunnem. *ad L.6. ff. Depos. ibique all. Ddres.* neque (6) concedatur depositario rem depositam retinere sub prætextu debiti, & *generalis* sibi pro illo in omnibus deponentis bonis, sicque & in re deposita *pignoris* constituti Vid. *L. penult. C. Depositi.* Mantic. *De Tacit & ambig. Conv. L.10. Tit.*10. *n 4 seqq.* & Dn. Stryk. *in Tr. De Caut. Contr. Cap.*2. *Sect.*3. §.*5.* (7) Quod, si in deposito *Miserabili aut Necessario dolo malo* inficiatus fuerit depositarius, rem illam custodiæ suæ commissam esse, mendacii convictus, duplum præstare deponenti cogatur. *L.1. §.1. L.18. ff. Deposit.* De quibus convenientiis omnibus videri potest *Juris Culmensis Lib.4. Tit.3. c.1.3. & 4.* Illud vero *singulare* est, quod, cum depositarius Iure Civili tantum regulariter *ad latam culpam* obligetur; *L.23. ff. De R. J. L.1. §. fin. L.32. ff. Depos. L.1. C. eod. & L.5. § 2 ff. Commod.* Iure tamen Culmensi ad *levem culpam* videatur adstringi. Vid. *Jus Culm. Emend. L.4. c.3.* verbis: *Nec enim salva fide minorem rebus alienis, quam suis diligentiam præstabit.* Qua in parte convenit cum Iure Lubecensi, *L.3. T.3 A.1. verb.* Kommt es von Abhand/durch Diebstal/konte also der jenige/dem es vertrauet/daß er solch vertrauet Gut/es so treulich bewahret/als das Seine/so darf er dazu nicht antworten. Circa Sequestrum, seu rei litigiosæ depositum, Ius Culmense consonat cum Iure Civili in hoc: Quod (1) sicuti Iure Civili regulariter Iudex, extra justum armorum, Mev. *P.5. Dec.234.* dilapidationis, Mev. *P.9. Dec.88. seqq.* & fugæ, Harpr. *ad § 3. Inst. quib. mod. re contrah. obl.* metum, aliasque justas causas, quas vide apud Harprechtum *d. l.* Conf. Gail. *1. Obs.*148. Mynsing. 5. *Obs.*35. &

C.14.

C.14. X. De Sponsal. invita altera litigantium parte ad *sequestrum Necessarium* primo statim pede pergere non potest, *c.1. X. De Sequestr. possess. L. Un. C. De Probib. sequestr.* ita nec à sequestro hoc ordiri Processum Iure Culmensi permittatur Iudici. *L.4. T.3. C.6. verb.* Gerichtlichen aber soll niemand sein Gut sequestriret werden / es wäre dann Sache ꝛc. (2) Quod sicuti de Iure Civili decretam à Iudice Possessor evitare potest sequestrationem, præstando idoneam cautionem, Carpzov. P.*1.* C.*20.* *Def.19. n.3.* Wissenbach. *Disp. ff.31. Th.22.* P.*1.* Dn. Stryk. *De C. C. Sect.2. C.3. §.16.* Ita Iure quoque Culmensi hæc cautionis oblatio ordinaria sit sequestri involuntarii Medicina. Vid. *Jus Culm. d. l. verb.* Doch mag in solchen Fällen ein Mann die sequestration abwenden / wenn er durch Bürgen oder andere gnugsame Caution Versicherung thut/daß kein Schaden oder Ubel erfolgen soll. (3) Quod sequester teneatur victori rem cum omni causa *utroque Jure* restituere. *arg. L.8. C. Ad Exhibendum. Vid. Lauterbach. & Ddres pass. ad Tit. ff. Depositi. Conf. Jus Culm. d. l cap.6. in fine.* Licet autem inter Ddres non satis conveniat: An in talem sequestrem transeat *possessio?* Et frequentioribus obtinuerit calculis negativa ob *L.17. ff. Depositi & 39. ff. De A. vel A.* P. Nisi expresse à partibus aliud sit actum, Frantzk. *ad Tit. ff. Depos. n 14.* Stryk. *d. l. §. fin.* Brunnem. *ad L.17. ff. d. t.* De Iure tamen Culmensi res clarius deciditur, *per Tit.3. cap.6. verb.* Derselbe bekommet NB. desselben Dinges Besitz.

IV.

Ratione Pignoris convenit Ius Culmense cum Iure Civili, quod *utroque Jure* Pignus *Legale* seu *Tacitum* (1) constitutum habeant Minores in Bonis Curatorum. *L.20. C. De Adm. Tut. L.19. §.1. L 20. seqq. De Reb. auth. jud. possess. Jus Culm. L.4. Tit.4.* C 4. (2) Civitas in bonis Administratorum; *arg. L. fin. C. Quo ord. quisque &c. L.3. C. De Jure Reipubl.* Munor de Escobar. *De Ratiocin. Administr. C.39. n.16.* Rodriquez. *De concurs. cred.* P.2. *A.5. n.8.* Carpz. P.*1.* C.28. *D.115.* & Lauterbach. *De Tacito* Pign. *§.11. n.69. Vid. Jus Culm. d. l.* (3) Locator prædii *Urbani* in rebus in illud invectis & illatis *L.4. ff. In quibus causis tac. pign. contrah. L.11. §.5. ff. De Pign. Act. L.7. 9 §. fin. ff. Locati.* Menoch. *de Acq. possess. Remed.3. n.131.* Bardili *in concl. pract. Exerc.40.* Th.21. Conf. *Jus Culm. d. l.* (4) Pecuniam credens ad refectionem ruinosarum ædium, in ædibus refectis. *arg. L.52. §.10. pro Socio Nov.79. c.3.* Carpz. P.*1.* C.28. *D.108.* Gail.2. *Obs.11.*

Obs.11. & Vin. *L.2. Quæst.4. Conf. Jus Culm. d. l. in fin.* Præterea cum Jure Civili etiam Jus Culmense in materia Pignoris convenit in hoc, quod (ς) *Expressum* Pignus, seu *Conventionale* in rebus *alienis* hoc effectu constitui non possit, ut in illa re Creditor securitatem & *Jus Pignoris* indeque *Actionem Hypothecariam* das Pfandrecht / consequatur, & Domino rem illam vindicaturo denegare pignus possit, salvo tamē contra debitorem regressu & actione personali, ad debitum ipsum consequendum. *L. 6. C. Si aliena res pign. dentur L.11. ff. De R. I. L.16. §.1. & L.32. ff. De Pign. Act.* Hahn. ad Wesenb. *h. t. n.5.* Swendendorffer *ad Eckbolt. Tit. de Pign. Act. §.3. verbis: Actio subsistat:* Brunnem. *ad d. L.6.* & Neguz. *de pign. Membr.3. P.2. n.65. Conf. Jus Culm. L 4. Tit.4. Cap.2. p. tot.* (β) quod Pignus in rebus *Mobilibus* constituatur tam *verbis* quam *literis L.1. ff. de pignor. Act. Jus Culm. L.4. T.4. c.4.* Circa *rei Immobilis* vero Pignus id Jure Culmensi speciale est, quod non, nisi in *Judicio rei sitæ* constituatur. *Jus Culm. lib.4. Tit.4. cap.3. & Revisum lib.4. cap.8.* in quo consonat cum Jure Lubecensi, *lib.3. Tit.4. Art.1. inibique Mev. & SAXONICO. Vid. Constit. Saxon.23. P.2.* inibique Carpz. *Def.1.* Rauchbar. *P.1. Q.6. n.14.* Coler. *de proc. Execut. P.1. cap.10. n.194.* cum Jure Civili absque Judicis authoritate solo mutuo debitoris & Creditoris consensu etiam in *immobilibus* constitutum pignus subsistat *L 1. §.4. ff. de Pactis L.1. ff. de Pignor. Act.* Mev. *ad Jus Lub. d. Art.1. n.1.* (γ) Quod utroque Jure Creditor tantum ad *levem culpam* obligetur. *L.5. C. de Pignorat. Act. & L.14. ff. Eod. Jus Culmense L.4. Tit 4. cap.1.* ibi: Er muß es aber bewahren/wie ein fleissiger Hauß-Vater/und wie sein eigen Gut/ sonsten stehet er den Schaden und Gefahr / non vero ad casum, *§. ult. Inst. Quib. mod. re contr. obl.* quem solus sustinet Dominus *L.19. C. De Pign. Act.* quo *à Creditore* probato *L.5 C. de Pignor. Act.* Trentacinq. *L.3. Resol. pract.6.* Carpz. *P.2. Const.26. D.17. seq.* debitor pignore licet *casu* perempto, ab obligationis personalis nexu liberatur minime, quin debitum potius Creditori nihil ominus præstare obstrictus est; *§. penult. Inst. Quib. mod. re contr. obl. L.9. C. de Pignorat. Act. L. 5. & 6. C. eod.* Carpz. *P.2. Const.26. D 1. n.1. Vid. Jus Culm. L.4. T.4. c.1 verbis:* Wenn aber ausser solcher Nachlässigkeit das Pfand gar verlohren / so darff der Glaubiger keinen Schaden tragen / und mag gleichwol von dem Schuldner seine Schuld fordern / jedoch muß er beweisen daß es ohne seine Schuld umkommen; Consentit Jus Saxonicum *Vid. Jus Provinciale L.3. Art.5. &*

Constit. Saxon. P.2. Constit.26. ibique Carpz. *Def.1.* Zobel. *P.2. Diff.32.* Coler. *P.1. Decis.7. n.29. & Decis.9. n.11.* & Jus Lubecanum *lib.3. Tit.3. Art.1.* inibique Mevius (δ) Quod debitor rem oppignoratam etiam aliis adhuc eandem, *salvo tamen prærogativæ jure*, quod in concursu prior hypothecarius debitor in re illa habet oppignorare possit. *L.1. & L.47. C. Qui pot. in pign. habeantur*, Brunnem. *ad L.8. ff. de Pignor. & 10. eod. in fine Gail.2. Obs.25 Wissenbach. Vol.1. Disp.40. Th 4. Vid Jus Culm. L.4. T.4 c.7.* (ε) Quod Creditor rem sibi oppignoratam alii pro eadem summa iterum pignori dare possit. *L.1. & t.t. C. Si pignor. dat. L. Grege 13. §.2. ff. de Pignor.* Neguzant. *de Pign. Membr.3. P.2. n.19.* & Brunnem. *ad L.1. C. d.t. Vid. Jus Culm. L.4. Tit.4. c.7.* Et quanquam hoc casu Jure Civili debitori contra *tertium* non quidem *Pignoratitia Actio* detur, *L.11. §.5. ff de pign. Act & L.27. ff. eod.* Brunnem. *ad d. L.11.* datur tamen ipsi *rei vindicatio vel condictio sine causa* contra tertium possessorem, *L.40. §. fin. ff. & L. fin. de pign. Actione vel ex Capitulo. Cum contra 6. X de pign.* Mev. P.5. *Decis.343. n.9.* Hahn. ad Wesenb. *de pignor. Actione n.7.* Stryk. *de C. C. Sect.2. C.4. §.42.* & Dn. Hopp. *ad §. fin. Instit. Quib. mod. re contrah. obl.* In quo dissentire videtur Ius Culmense *d. l. verb.* Komt nun der erste Versetzer/und spricht den an / dem das Pfand zuletzt versetzet ist/ so darff er ihm nicht antworten / sondern muß den besprechen/ NB. dem er sein Gut zu erst versetzet hat. Cujus rationem videre poteris *in conv.3. decad.10.* (ζ) Quod restituto licet *credito hypothecario*, creditor tamen pignus retinere posset, etiam ob *nudum Chyrographarium* creditum, *t.t. C. Etiam ob chyrogr. debitum.* ibique Brunnem. Coler. P.1. *C.2. n.258.* Carpz. *P.2. Const. 25. Def.25* Christin. *Vol.4. Dec.169. n.4.* jungatur Ius Culm. *lib.4. Tit.4. cap. fin. verb.* Es wäre denn / daß der Glaubiger ferner Zuspruch zum Schuldner hätte/ so mag er derenthalben das Pfand / biß zu endlicher Entrichtung an sich halten.

V.

Licet ex *nudis* hodie *pactis deliberato ac determinate* initis, æque efficax detur actio; Stryk. *in U. M. ff. Ad Tit. de Pactis. §.2. seqq. & in Tr. de caut. contr. Sect 1. cap.4.* §.8. Hahn. ad Wesenbec. *Tit. de Pactis n.9. in fine Mev.* P.5. *Decis.408 Carpzov.* P.2. *const.19. defin.17.* & Menoch. *cons.93. n.23.* ac ex Contractu Verbali, rariusque hodie Stipulatio, quatenus solenniter verbis contrahitur, fieri soleat; Mevius: P.2. *Decis.231. n.10.* Dn. Schilter *Exerc.48. ff.* §4. Dn. Hopp. *ad Inst. de Verb.*

Verb. Obl. §.1. non tamen penitus ab uſu fori receſſiſſe *Verbalem contractum* clareſcit tam ex Jure Prutenico Electorali *L.4. Tit.12.* quam Culmenſi, *L.4. Tit.10. cap.1. verb.* Wenn einer dem andern etwas zu geben/ oder zu thun NB. mit wörtlichen Verpflichtungen zugeſaget/ und der ander ſolches annimmet/ſo iſt derſelbe ſolchem nachzukommen verbunden.

VI.

Fidejuſſorem non duntaxat *ipſum*, ſed & ejus *heredem*, valide ex fidejuſſoria cauſa conveniri poſſe de Jure Civili adeo certum eſt, *per §.2. Inſt. De Fidej. L.4. §. ult. L. ſeq. ff. eod. junct. l.49. ff. De O. & A. L.152. De R. J. & L. Un. C. Ut act. & ab hered. & contra hered. incip.* ut, quanquam in inſtrumento Fidejuſſionis *nulla heredum facta ſit mentio*, Valent. Franeg. *De Fidejuſſ. c.5. n.63. ſeq.* Hering. *De Fidej. c.20. §.1. n.21.* & Richter. *Dec.55. n.12. ſeq. & Dec.99. n.28.* ipſeque fidejuſſor per taxativam: Solus, Tantum, Duntaxat, ſeſe obligaverit, *per L. Neceſſarias 8. §.4. ff. De Pignorat. act. & L. Stipulatio iſta 38. poſt pr. ff. De V. O.* Hering. *de Fidej. cap.20. §.10. n.54.* Carpz. *P.2. C.20. Def.2. n.5.* & Berlich. *P.1. Concl 26. n.19.* heredes tamen nihilominus efficaciter obligentur. Conſentit Jus Saxonicum Electorale, *P.2. C 20.* ibique Carpz. *Def.1. &* Müller *n.2.* jung. Philipp. *in Uſu Pr. Inſt. ibique præjud. L.3. Eccl.61.* & Culmenſe. *L.4. T.11. c.4.* At vero, ſicuti ipſe Fidejuſſor ante excuſſum principalem debitorem, ejusque heredes, primo conventus loco, gaudet Exceptione Excuſſionis, ſeu Ordinis, *Nov.4. c.4. & Auth. Præſente C. de Fidejuſſoribus.* Vincent. Carocius *de Excuſſ. Bonorum Q.1. n.* Anton. Faber. *de Error. Pragm. P.1. Decad. Error.8.* etiam in ipſa *Executione* opponenda, Zanger. *de Except. P.2. c.15. n.3. ſeq.* Berlich. *P.1. Concl.84. n.23.* niſi eidem in ſpecie fuerit renunciatum, Franc. *de Fidejuſſ. c.5. n.169.* Gail. *2. Obſ.27. n.13.* Coler. *de Proc. Execut. P.1. C.10. n.450.* aut Debitoris copia haberi non poſſit; *Nov.4. c.1.* Dn. Hoppe *ad §.4. J. de Fidejuſſ. &* Carpz. *P.2. C.18. Def.8. & 11.* Conſentiente hic Jure Saxonico. *Conſt. Elect.18. P.2.* ibique Carpzov. *Def.2.* Finckelthauſ. *Obſ.170. n.10.* Lubecenſi Mev. *ad Jus Lub. P.3. T.5. art.1. n.35.* & Culmenſi, Vid. *Jus Culm. L.4. Tit.11. cap.2. verbis:* So ſoll man erſt dem Selbſt-ſchuldner zu ſprechen/ wo man ihn gehaben kan/ mag man ihn denn nicht haben/ ſo ſoll man den Bürgen auſſprechen/ ꝛc. *jung. cap.3. eod.* ita *heres* etiam fidejuſſoris nondum excuſſo principali debitore à Creditore, conventus, eadem

 excuſ-

excussionis exceptione, tutus est, *arg. L.49. ff. de Obl. & L 2. §.2 ff. de V. O. Vid. Jus Culm. d. l. cap.4. verbis:* Wo ein Mann Bürge wird und stirbet/ seine Erben dürffen für ihm alsobald nicht gelten / sondern der Principal-Schuldner und sein Erbe sollen um die Bezahlung besprochen werden/ Jmfall aber diese nicht vermöchten zu bezahlen/ alsdenn sollen des Bürgen Erben um die Bezahlung gemahnet werden. Quod vero Jure Culmensi *d. l. Cap.3. in pr.* constitutum est, scilicet, fidejussores in fidejussionis instrumento, ut *Principales*, als Selbst-schuldner/ oder Selbst-schuldige Bürgen se obligantes, uti *Excussionis* beneficio non posse, licet cum Jure Prutenico Electorali *L.4. T.13. Art.2.* §.2. aliorumque multorum locorum statutis, de quibus, illorumque ratione testatur Excell. Dn. Hopp. *in Usu Mod. ad Tit. Inst. De Fidejuss.* § 4. & Mev. *ad Jus Lub.* P.*3. Tit.*5. *a.1. n.*14. *ibique all. Ddres*, conveniat, ac teste Gailio 2. *Obs.*28. Heringio *De Fidejuss. c.*27. P.*1. n.85. seqq.* Mevio *d. l.* communiter in Praxi receptum sit, Juri tamen Saxonico, Vid. *Constit. Elect.* 18. P.*2.* Carpzov. *ibidem Def.1.* Philippi *in Usu Pract. Instit. L.3. Ecclog.* 64. *n.*7. *ibique all. Ddres*, ac CIVILI utique adversatur, quibus hæc verba tantum enixum ostendunt animum pro reo, non solvendo existente, solvendi, non vero *ordinem solutionis* intervertendi, aut præposterandi. Carpzov. *d. l.* Faber. *in C. Sab. De Fidejussoribus Def.31.* Dn. Stryk. *in Tr. De C. C. Sect.2. cap.6.* §.*22.* Ubi docet hanc sententiam magis in Praxi esse receptam.

VII.

Pluribus Fidejussoribus idem debitum in suam fidem recipientibus, JURE CIVILI succurritur *beneficio Divisionis*, vi cujus unus illorum *in solidum* conventus, (nisi huic exceptioni specialiter renunciaverit, *arg. L. penult. C. De Pactis.* B. Brunnem. *ad L.*3. *C. De Fidejuss.* Perez. *ad C. eod. n.*29.) reliquis, solvendo existentibus, §.4 *Inst. De Fidejuss. L.3. §.1. C. eod.* ibique B. Brunnem. & Perez, ultra ratam suam ac virilem portionem ausser seinem Antheil / solvere, compelli non potest. §.*4. Inst. d. t.* Consentit Jus Culmense Emendatum *L.4. c.65.* adeo, ut licet singuli se in solidum obligaverint & hac quidem clausula: Daß die Bürgen samt und sonderlich / alle vor einen/ und einer vor alle / hafften wollen / adhuc ad *divisionis* auxilium, nihilominus pateat regressus, ob rationem quam suppeditat Excell.

Dn. Hopp.

Dn. Hopp. *ad §. 4. Inst. De Fidejuss.* Conf. Dn. Stryk. *De Caut. Contr. Sect. 2. Cap. 6. §. 25.* Carpz. *P. 2. Const. 17. Def. 9.* Philipp. *in Usu Pract. Inst. d. l. Eccl. 72.* Cæterum ab hac *Juris Civilis* Dispositione, cum Jure Lubecensi, *Libr. 3. Tit. 5. Art. 2.* ibique Mevius *n.* 14. Prutenico Electorali, *Lib. 4. Tit. 13. Tit. 13. Art. 2. §. 4 in f.* Saxonico Provinciali, Coler. P. 2. *Decis.* 220. *n.* 42. Richter. *Vol.* 1. *Cons.* 376. & multorum aliorum locorum statutis, quæ videri possunt, apud Dn. Hopp. *d. l.* recessit Jus Culmense, vi cujus hæc causula excludit *Divisionis* beneficium. Vid. *Jus Culm. L. 4. T. 11. c. 3. Emendatum L. 4. c. 65.* Quo vero casu, Confidejussor pro confidejussoribus *solidum* præstare tenetur exceptione *cedendarum* sibi à Creditore contra illos *actionum*, tam diu Creditori solutionem urgenti, illam Jure denegare potest, donec illa fiat actionis cessio, *L. Si Mandati 13. L. Ut Fidejussor. ff. de Fidejussoribus. L. Cum alter. 11. & L. 21. C. Eodem. L. Modestinus 76. L. Stichum. §. Si Creditor. ff. de Solutionibus Nov. 4. cap. 1.* Zanger. *de Except. P. 2. C. 15. n.* 14. Heig. *P. I. 38. Q. n. 5.* Möller. *L. 3. Semestr. 15.* Consentit Ius Culmense *L. 4. Tit. 11. c. 3. in fine.* verbis: Der Glaubiger aber ist zu recht schuldig/ dem Bürgen so gezahlet/ seine Actiones und Recht zu cediren/ und zu übergeben! Damit er sich an dem Mitbürgen habe zu erholen. An vero *præcise* necesse sit *ante* vel *in solutione* peti cessionem, an vero *ab initio* neglectam actionis cessionem, adhuc *post solutionem* Iure urgere possit confidejussor, non concors Ictorum est opinio? Et stricto quidem Iure Civili verius videtur, cum per solutionem Actio, quæ Creditori competebat, sublata sit, sicque post illam non habeat, quod amplius cedere possit Creditor *ante solutionem* Actionis cessionem petendam, *L. 76. ff. de Solutionibus*, aut ad minimum *protestationem vel pactum de cedendis nominibus* solutioni præmittendam esse; *L. 36. ff. de Fidejuss.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Diss. 28. Th. 6. Lit. B.* Excell. Dn. Stryk. *de C. C. Sect. 2. cap. 6. §. 28.* Berlich. *P. 2. Concl. 22. n. 67.* Æquior tamen sententia est, etiam post solutionem Actionis cessionem peti posse, Vid. Heig. *d. l. n. 13.* Hartm. Pistor. *Q. 48. n. 9.* Coler. *de Proc. Exec. P. 1. cap. 10. n. 418.* Carpzov. *P. 2. Const. 17. Def. 16.* & Mev. *ad Ius Lub. P. 3. Tit. 5. art. 2. n. 31.* Quam sententiam suam fecisse videtur Ius culmense *d. l.* verbis: Dem Bürgen NB. der gezahlet hat/ 2c. & *Revisum Lib. 4. C. 65.* Consentiente Praxi Saxonica vid. Carpz. *d. l.* & Iure Lubecensi, quo ne quidem opus esse hac cessione censet Exc. Mevius *ad Ius Lub. P. 3. Tit. 5. Art. 2. n. 32.*

n. 32. per verba *d. Art.* 2. Deshalben sie doch ihren regress von den anderen Mitbelobeten/ oder dessen Erben/ solches wieder zu fodern.

VIII.

Illud (1) certum est, Fidejussorem, qui se reum Iudicio stiturum caverat, morte rei ab hac fidejussoria obligatione liberari, *L. Si eum, §. Injuriarum ff. Si quis caut. L. Si Mandata* 59. *penult. ff. Mandati L. Sancimus.* 26. C. *de Fidejuss.* Coler. *in Pr. Execut. P.* 2. *cap.* 3. *n.* 64. Mevius *ad Ius Lub.* P. 3. *Tit.* 5 *cap.* 4. Concordat *Ius Saxonicum*, Vid. Landrecht. *Lib.* 3. *art.* 10. *Lubecense*, P. 3. *tit* 5. *Art.* 3. *in fine* & Culmense L. 4. *tit.* 11. *Cap. fin. per tot. & Revisum Lib.* 4. *cap.* 61. Non vero liberatur fidejussor in *Causa criminali*, qui taliter cavit, accusato vel inquisito se non sistente, sed hoc casu summam in cautione expressam, aut secundum Ius Saxonicum & Culmense, cautione *indefinite* absque expressione certæ Summæ concepta, *Wergeldum* præstare tenetur, Landrecht *Lib.* 1. *Art.* 56. *L.* 2. *Art.* 10. *& L. Art.* 9. Carpz. *P.* 3. *Q.* 112. *n.* 96. Coler. *in proc. Execut. cap.* 3. *n.* 70. & P. I. *Decis.* 29. *n.* 2. Cont. *Ius Culm. Revisum lib.* 4. *cap.* 60. verbis: *Æstimationem damni, quam Wergeldum vulgo vocant, præstabit, nisi alias certa summa nominatim in fidejussionis obligationem venisset*; Neque [2] quicquam dubii alit sententia statuentium: A cavendi necessitate dandis Fidejussoribus liberari *immobilium* possessorem, *per L. Sciendum* 15. *pr. ff. Qui satisd. coguntur.* Concordante Iure Saxonico *Const. Sax.* 5. P. 2. & Lubecensi, vid. Lübeck Stad-Recht/ *lib.* 3. *tit.* 5. *Art.* 5. & Culmensi vid. *Ius Culm. Revisum L.* 4. *Cap.* 65.

IX.

Circa contractum Emptionis venditionis consonant Ius Civile & Culmense in hoc, quod (1) Emptio & venditio ut contractus consensualis *sine scriptura* regulariter *solo* perficiatur venditoris & emptoris Consensu, §. I. *Inst. de Obl. ex consensu pr. Inst. de Emptione Vendit. L.* 4. *ff. de Fide Instrum. L.* 4. *ff. de* Pignorib. *& Hypoth.* Faber. in *C. L.* 4. *Tit.* 15. *Def.* 23. Perez. *ad C. De E. n.* 2. & Brunnem. *ad L.* 17. *C. de Pact.* Vid. *Jus Culm. L.* 4. *tit.* 5. *cap.* 6. *pr.* sicque perfectæ emptionis *effectus primus* sit, *exclusio pœnitentiæ*, etiamsi alteruter suam longe meliorem facere conditionem possit, *pr. Instit. De Empt. Vendit. L.* 6. *C. de Rescind. Vendit.* Dan. Möller *Semestr.* 9. *L.* 4. *n.* 1. Philipp. *in Usu Pract. Inst. L.* 3. *Eccl.* 71. *n.* 9. & Lauterb. *inf. Tit. ff. de Rescind. Vendit.* indeque *Ortus sive Secundus*, quod venditor præcise obligetur ad rei venditæ

tra-

traditionem; §. 2. *Instit. de Donat. L. 6. C. de Rescind. Vendit. L. 11. §. 1. & L. 46. ff. de A. E.* Carpz. P. 2. *Const. 1. Def. 15. n. 2.* Mev. *ad Ius Lub.* P. 3. *Tit. 6. Art. 18.* & Richter P. 2. *Decis. 96. n. 6.* sicuti & emptor versa vice *præcise & statim* re tradita venditori precium præstare debet. *arg. L. 2. §. 1. ff. De A. E.* Carpzov. *P. 5. Resp. 22. n. 9. seqq.* Lauterb. *ad Tit. De A. E.* Et *Tertius*, quod ante rei venditæ traditionem cum *omni commodo damnum & periculum* rei venditæ *casuale* ad emptorem transeat, *§. 3. Inst. De Empt. L. 10 ff. De R. J. L. 1. C. De Peric. Rei Vend. L. 8. 11. ff. eod.* Brunnem. *ad L. fin. C. de Peric. Rei Vend.* Richter. *Decis. 74. n. 31.* Hahn. *ad Wesenbec. d. t. cum Filliciatio Lessio & Joh. de Luga*, nihilominus ad precii præstationem obligatum, licet nil utilitatis ex re vendita perceperit, *d. §. 3. Instit. de Empt. L. Cum Emptor. 5. §. ult. ff. de Rescind. Vendit.* Carpz. *P. 2. Const. 26. Def. 20. n. 2.* Richter. *Decis. 99. p. 115.* & Philipp. *in Us. Pract. J L. 3. Eccl. 72. n. 11.* Vid. *Jus Culm. L. 4. Tit. 5. cap. 6. & 8.* modo venditor in mora tradendi non fuerit, *L. 4. L. fin. C. De Peric. & Commod.* Carpzov. *P. 2. C. 26. D. ult.* Dn. Hopp. *ad §. 3. Inst. de Emption.* vel dolus aut *levis* venditoris culpa casum præcesserit *L. 35. §. 4. L. 66. pr. de Peric. & Commod. rei Vendit.* Carpz. *P. 2. C. 26. Def. 24.* Frantzk. *ad Tit. ff. de Peric. & Commod. Rei Vend.* Conf. *Jus Culm. d. l. Cap. 8.* verb.: Es wäre dann daß der Verkäuffer in Liefferung des Guthes säumig gewest oder gefährlich damit umgangen / oder an der Beschädigung schuldig / alsdann soll der Schade ihm / und nicht dem Käuffer zu erkandt werden. (2) Quod una re duobus diverso tempore vendita, *prior* emptor præferatur si res *neutri* adhuc tradita fuerit, alias vero *posterior* prior antehabeatur, si prius possessionem ab auctore nactus fuerit. *L. Quotiens 15. C. de Rei Vindic.* ibique Brunnem. *Vid. Jus Culm. L. 4. Tit. 5. Cap. 10. verb:* So ein Gut zweyen oder mehren unterschiedlich nach einander verkäuffet / so soll dasselbe Guth den folgen und bleiben / NB. dem es zu seinen Händen würcklich gelieffert worden / ob gleich der Kauff der letzte ist. Quod vero additur: Hätte aber der Verkäuffer von dem ersten Käuffer Geld empfangen / oder aber den Kauff-Contracten auffgerichtet / so soll der erste Käuffer vorgehen / ob schon das Gut einem andern gelieffert wäre. id plane singulare est & *Jure Civili* incognitum, quo hoc æque ac priori casu emptor tantum actionem ad interesse habet contra venditorem, *L. 34. §. 6. ff. De C. E L. 1. pr. L. 11. §. 9. ff. De A. S.* ibique Zoesius *n. 12.* quam etiam priori casu concedit *Jus Culm. d. l. in fine.* [3] Quod animalibus *morbosis*

bosis seu vitiosis à venditore venditis *redhibitoriæ actioni* vel *quanti minoris* locus sit, modo (α) vitium fuerit latens *L. 1. §. 6. L. 14. §. fin. L. 55. ff. de Ædilit. Edict.* Coler. *Decis.* 228 *n.* 9. Carpzov. *P.* 2. *C.* 23. *D.* 16. & Zach. *in Quæst. Med. legal.* 1. 2. *Tit.* 3. *Q.* 2. 3. Usumque rei impediens vel deteriorem reddens, *L. 1. §. 8. d. t.* (β) & non supervenerit post contractum præprimis culpa emptoris *L. 54. ff. & L. 3. C. d. t.* Carpzov. *P.* 2. *C.* 34. *Def.* 18. Peretz. *ad C. d. t.* Conf. *Jus Culm. L.* 4. *Tit.* 5. *Cap.* 11. *per tot.* Nec aliquid interesse videtur *Jure Culmensi*, quale etiam illud vitium fuerit, æque ac *Jure Civili*, quo omnia vitia *interna* sunt præstanda Coler *De Proc. Exec. P.* 2. *cap.* 1. *n.* 81. Mev. *ad Jus Lub. P.* 3. *Tit.* 6. *Art.* 17. *n.* 4. in quo Jus Culmense recessit à Jure Saxonico, quo tantum in Equis de his tribus vitiis, so es stätig / star blind / oder Hartschlechtig ist / venditor respondere tenetur. Carpzov. *P.* 2. *Const.* 34. *Def.* 17. Eckh. *§. 6. in fin. De Ædilit. Edict.* Mev. *d. l. n.* 3. & Lubecensi quo itidem sequentia tria tantum vitia præstat, wann es ambrüstig / stätig oder schnöbisch ist. Lübeck. Stad-Recht. *Lib.* 3. *Tit.* 6. *Art.* 17. Id vero singulare est, quod *Jure Culmensi* redhibitoria tantum intra *menstruum spacium* institui possit, & Venditor, licet *dolose* vitium celaverit, tamen tantum ad *pretii restitutionem* obligetur. *d. cap.* 8. cum contra Jure Civili hæc Actio *sex mensibus* demum præscribatur, *L. 2. C. De Ædilit. Edict.* & sciens vitium venditor etiam ad *interesse* obligetur. *L. 13. ff. D. Act. Empti L.* 1. *§.* 2. *ff. De Ædilit. Edicto.* [4] Quod emptori venditor teneatur ad præstandam evictionem rei venditæ, per justam Judicis sententiam *actualiter* à Domino, vel alio potius Jus in illa habente, evictæ, *L. 13. §. 20. ff. de Ædilit. Edict. L. 51. 60. ff. L. 6. & 8. C. De Evictionib. L. 11. §. 2. ff. de De Action. Empti*, ita, ut, si litem ipsi *debitè* denunciaverit emptor, re evicta venditor ad omne interesse cum refusione expensarum litis teneatur. *L. 17. C. De Eviction.* Dn. Stryck. *ad Lauterb. h. t.* & Frantzk. *eod. n.* 857. juncto Hahn. *ad Wesenb. n.* 6. Conf. *Jus Culm. Lib.* 4. *Tit.* 5. *Art.* 12. ibi: Würde darüber der Kauffer angefochten / so soll er solches dem Verkauffer ordentlich ankündigen / und ihm die Vertretung ansagen / welche der Verkauffer auf seine Unkosten zu thun schuldig seyn soll / etc. (5) Quod venditor rem ab omni *pignoris*, & *census onere* vacuam teneatur præstare. *L. 5. C. De Eviction. L. 13. §. 6. & L. 39. princip. ff. De Action. Empti.* Conf. *Ius Culm. d. l. Cap.* 17. & 19. *per totum.*

X.

Retractus Gentilitius seu ex *Consanguinitate* dependens, vi cujus *proximiores* in bonis *à proximo* alienatis vel alienandis *immobilibus*, *precio* simili oblato, aut restituto, prælationem habent, & aut sibi vendenda petere, aut aliis vendita *retrahere* possunt, licet Juri quidem Civili incognitus sit, per famosissimam *L. Dudum* 14. *C. De Contr. Emtione.* Jure tamen Saxonico, Vid. *Ius Sax. P.* 2. *Cap.* 31. Lubecensi, L. St. R. *Lib.* 3. *T.* 7. *Art.* 1. Culmensi, Vid. *Ius Culm. Lib.* 4. *Tit.* 6. *c.* 1. *seqq.* imo Universali fere Germaniæ Consuetudine obtinet, teste Excell. Brunnem. *ad d. L* 14. Mevio *ad Ius Lub. L.* 3. *T.* 7. *art.* 1. *n.* 1. Gail. 2. *Obs.* 19. Virgin. Pingitz. *Q.* 36. *pr.* Tiraquel. *De Retract. in Præfat. n.* 1. & 16. Vide tamen Carpz. *P.* 2. *C.* 31. *D.* 1. Rauchbahr. *P.* 1. *Q.* 43. 22. Roll. à Valle, *P.* 1. *Cons.* 21. *n.* 8. & Koppen *Dec.* 42. *n.* 10. cum hac tamen differentia, quod alibi duntaxat ad *bona avita* restringatur, & ultra *Liberos* non extendatur, ut in Saxonia Vid. Carpz. 2. *C.* 31 *D.* 10. 11. & 13. Dan. Möller. *ad Constit. Saxon.* 31. *P.* 2. *n.* 2. Rauchbahr. *P.* 1. *Q.* 43. *n.* 23. Joach. à Beust. *in L.* 31. *ff. De Iurejur. n.* 872. & Lubecæ, ubi ultra *Patrimonialia* bona jus hoc retractus non extenditur, bene vero ultra *liberos* retrahentes. Mev. *ad Ius Lub. d. l. n.* 7. & 34. alibi vero etiam in bonis *acquisitis* immobilibus obtineat, & quidem in *Collateralibus* quoque vel indistincte *omnibus*, ordine tamen *successivo*, uti Lubecæ L. St. R. *d. a.* vel ad certum usque *gradum*, uti Jure Culmensi *L.* 4. *Tit.* 6. *Cap.* I. verb. Verkauffet jemand unbewegliches Gut / welches ihm angestorben / oder er NB. durch Kauff oder sonsten an sich gebracht hat / so mag NB. der nechste Blutverwandte Freund / ꝛc. & *Cap.* 7. *verb.* Die Verwandniß / so viel den Abtrit belanget / soll bis NB. in das siebende Glied inclusive gerechnet und gezogen werden. Conf. *Ius Culm. Emend. L.* 4. *C.* 25. Ubi Retractus Gentilitius iisdem gradibus dicitur censeri, quibus *hoc Iure* successio & jus capiendæ hereditatis connumeratur. In eo vero conveniunt fere omnium locorum statuta & in specie Jus Culmense cum Praxi Germaniæ Generali, quod (1.) Ius illud retractus *intra annum & diem* exerceri debeat, Baldus *in C.* 1. §. *Titius. Si De Feud. defuncti*, Modest. Pistor. *Illustr. Quæst.* 45. *P.* 1. *n.* 1. Mynf. *Cent.* 3. *O.* 51. & Gail. 2. *Obs.* 19. *n.* 4. Concordat hic Jus Saxonicum, Vid. Carpz. *P.* 2. C. 32. *D.* 2. Struv. *in Iurispr. For. L.* 3. *Tit.* 11. §. 38 Lubecense, Vid. Mev. *ad Ius Lub. Lib.* 3. *Tit.* 7. *Art.* 1. *n.* 75. ita ut tempore illo

elapso, Consanguinei juri retrahendi censeantur tacite renunciasse. Gail. 2. *Obs. 19. n.* 10. Mev. *ad Ius Lub. d. l. n.* 76. ibique all. Chassan: Afflict. Bald. aliique & Culmense: Vid. *Ius Culm. Lib. 4 Tit. 6. cap. 1. verb.* Binnen Jahr und Tag / ꝛc. & *Revisum. L. 4. c. 19.* Utrum vero hoc tempus à die *initi*, an vero *traditione consummati* contractus currat, JCti inter se, & locorum omnium Praxis non conveniunt: Carpz. *P.* 2. *C. 32. Def.* Struv. *d. l.* ibique all. Richter & Reinking. prius asserunt, quorum sententia in Saxonia obtinet; posterius vero adstruunt, Gail. 2. *Obs. 19. n.* 17. Köppen. *Decis. 52. n. 27.* aliique allegati à Mevio *ad Ius Lub. d. l. n.* 77. quorum sententiam recepit Jus Lubecense, Mev. *d. l. n.* 77. & Culmense Vid. *Ius Culm. Lib.* 4. *Tit. 6. cap. 1.* verbis: Von der Zeit an zu rechnen / da derselbe Kauff gerichtlichen verlanget und verschrieben / & clarius adhuc Jus Culmense Revisum *L.* 4. *Cap. 19.* verbis: *ab eo tempore computandum, quo* NB. *traditio & adscriptio judicialiter celebrata fuerit* (2) Quod retracturus idem pretium ab alio licitatore oblatum præstare teneatur Carpz. *P.* 2. *C. 33. Def. 1.* Gailius 2. *Obs. 19.* Reinking. *De retract. Qu. 5.* Zœs. *eod. n.* 97. Richter *Dec. 76. n. 141.* & Sand. *Dec. Frisic. 3. Tit. 5. Dec.* 11. *Concl. 41. P.* 2. modo venditor non *dolo malo* animosiorem substituat emptorem, Carpz. *d. l. Def. 2.* vel etiam majus indicet precium, quam revera oblatum est, quo ultimo casu, Proximo desiderante, venditor veritatem pretii obtinere juramento debet. Mev. *ad Ius Lub. P. 3. T. 7. A. 1 n. 58.* Menoch. *De A. I Q. Lib. 2. Cas. 63. n. 3.* Afflict. *De Iure protomis. §. 4. n. 4.* Gail. 2. *Obs. 19. n.* 10. Vid. *Ius Culm. d. l. Cap.* 1. & *Revisum cap. 19.* verbis: *Si venduor dolo malo majus pretium in Iudicio dixerit &c. venditor, si consanguineus ipsi Fidem habere nolit, de conscientia sua cum Iuris jurandi religione precium verum nuncupato.* (3) Quod retracturus impensas *necessarias* emptori teneatur refundere. *Ius Saxon. P.* 2. *Const. 33.* ibique Carpz. *Def.* 7. Vid. *Ius Culm. Lib.* 4. *Tit. 6. c.* 1. verb. etwas Nothwendig mit seinen eigenen Kosten gebauet / & Revisum *Cap.* 19. An vero & ad *utiles* refundendas obligetur, apud Ddres non satis expeditum est? Negat id Carpzov. *d. l.* Affirmat vero Struv. *in Iurispr. For. L. 3. T. 11. §.* 37. *ibique all.* Sed clare hæc res deciditur Jure Culmensi *d. l.* per verba: Oder zu eines scheinbaren nutzbarlichen Besserung / & *Ius Revisum c. 19. verb. & utiles impensas.* (4.) Quod Consanguinei æque proximo gradu alienanti juncti, *omnes* ad retrahendam rem sine illorum consensu alienatam, *simul* sint admittendi, Struv. *d. l. §. 31. ibique all.*

Zoe-

Zœsius. & Richter. Mev. *ad Ius Lub. d. l.* illis autem inter se non convenientibus, arbitrio sortis lis sopiri debeat, *Mev. d. l. n* 46. ibique all. Reinck. & Richter. *Vid. Ius Culm. Revis. L. 4. Cap.* 24. verb: *Illis omnibus idem ad se revocandi jus est*, & porro: *vel aliquando inter se convenire non possint, sortis arbitrio res discernetur.* (5.) Quod jus retractus Gentilitius *extraneo* cedi nequeat, Berlich. *P. 2. Concl.* 39. Gail. 2. *Obs. 19. n.* 10. Bœr. *Dec.* 159. Struv. *d. l. §.* 32. ibique allegatus Tiraquell & Mev. ad *I. L. d. l. n.* 46. *ibique allegati.* usque adeo, ut si magna subsit suspicio, Cognatum in fraudem emptoris retracturum esse, ille juramento obtinere debeat, se sibi retrahere. Mev. Struv. Gail. Tiraquell. *d. d. ll.* Imo ne *remotiori* quidem *Consanguineo*, nisi qui hunc gradum antecedit, jure suo uti nolit, hoc enim casu nemini fit præjudicium; Struv. *d. l.* Vid. *Ius Culm. Rev. d. L. 4. cap. 21.*

DECAS XI.

Convenientiarum Juris CULMENSIS & GEDANENSIS, cum Jure COMMUNI, SAXONICO, LUBECENSI & PRUTENICO.

CONV. I.

IN contractu Locationis in plurimis Jus Culmense convenit cum Jure Civili & in specie (1.) in hoc, quod Locator *utilem* rem & ad usum *habilem* præstare conductori, indeque ruinosas ædes suis impensis reficere. *L. 15. §. 1. L. 25. §. 2. & L. 55. §. 1. ff. Locat. Conduct.* Carpzov. P. 2. *C.* 37. *D.* 26. Stryck *in Tract. De C. C. Sect. 2. c. 9. §.* 20. aut cœteroquin pati teneatur, ipsum conductorem reparationis, suis impensis factæ nomine, vel de pensione tantum retinere, vel actione conducti, mandati, aut negotiorum gestorum has impensas repetere. Vid. Carocc. *De Locat.* P. 4. *Q.* 40. Garsias *de Expensis cap. 4. n.* 10. Valasc. *De Iure Emphyt. Q. 25. n.* 33. Lugo *De I. & I. Disp. 29. S. 4. n.* 67. Conf. *Ius Culm. L. 4. Tit. 7. c.* 1. verb: Was er auch verbauet / das soll der Hauß-Herr zahlen / oder an dem Zinß gekürtzet werden quod vero

additur: Bauet er aber ohne des Herren Willen/ solches ist ihm der Hauß-Herr zu erstatten nicht schuldig/ singulare est. Vid. Stryck. *d. l.* §. 28. (2) Quod *finito locationis tempore*, conductor locatori rem restituere teneatur, ita, ut cogi non possit locator, ut conductori, idem licet precium offerenti, quod alius dare paratus est, ultra conventum tempus rem relinquat. *L.* 32. *C. Locati & L.* 34. *C. eod.* Conf. *Ius Culm. d. l. Cap.* 7. (3) Quod locatore *in prædiis urbanis* patiente, conductorem ultra conventum tempus ædes locatas inhabitare, eas *tacite* relocasse videatur, ad tantum tempus, ad quod ex more regionis vel urbis quisque habitare solitus est *L.* 13. *in fin. ff. h. t.* Frantzk. *ad Tit. ff. Locati.* & Carpzov. *P.* 3. *C.* 7. *Def.* 9. *n.* 7. juncto Dn. Hoppio *ad pr. I. eod.* qui inde docet, nisi res locata legitime sit renunciata, ad tantum tempus Gedani videri in ædibus tacite relocationem fieri, quanto eædem inibi locari soleant, sc. ad *semestre* vel *quadrantem* anni. (4) Quod intra tempus conventum *regulariter* conductor ex re conducta expelli nequeat, *L.* 15. *&* 21. *C. Locati.* Nisi (α) ob supervenientem improvisam, necessitatem locator ipse re locata indigere incipiat. *L. Æde.* 3. C. *Locati* ibique Brunnem. *& ad L.* 35. *ff. eod. n.* 3. Carpz. *P.* 2. *C.* 37. *Def.* 6. Lauterb. *h. t.* (β) Nisi conductor intra duplicem terminum solutioni destinatum, pensionem promissam non præstiterit. *L.* 54. §. 1. *ff. Loc.* [γ] Nisi res necessariam requirat refectionem, ob quam sine maxima incommoditate conductor in re conducta manere non potest. *L.* 3. *C. h. t.* Stryck. *d. l.* §. 18. *in fine.* Ubi recte docet hoc casu non tam *Locatorem*, quam *Domum locatam* ob imminentem ruinam conductorem expellere. (δ) Nisi conductor re conducta *vel naturaliter vel moraliter*, sc. recipiendo meretrices vel fures, abutatur. *L.* 3. *C. d. t.* Concordat hic per omnia Jus Culmense. *L.* 4. *T.* 7. *Cap.* 3. Der Mietsmann ist vor bestimmter Zeit auszuziehen schuldig/ so dem Hauß-Herren eine unvorsehene Nothdurfft zustiesse/ wessfals er ausser dem Hauß nicht wohnen könte. Item: Wann die Besserung so nöthig/ daß das Hauß ohne dieselbe nicht stehen/ oder unterhalten werden könte: Item, Wann der Mietsmann die Zinse nicht zahlet/ oder das Hauß mercklichen verärgert/ oder ungebührliche Handthierung darin treibet/ als öffentliche Hurerey oder verbotene Sachen & Lubecense, *L.* 3. *T.* 8. *Art.* 1. (5) Quod res in prædium urbanum invectæ & illatæ pro promissa pensione & damno tacito pignore locatori sint obligatæ. *L.* 2. 4. 7. *ff. In quibus causis pign. tac. contr.* Conf. *Jus Culmense d. l. Cap.* 6. *per tot.*

tot. [6.] Quod *regulariter* morte Locatoris & Conductoris non exspiret locatio, sed utriusque *heres* etiam stare Locationi teneatur. *L.* 10. *C. Loc. Cond. L.* 173 *ff. De R. J. L.* 49. *ff. De O. & A. L. Veteres C. De contrab. vel committ. stipul.* Conf. *Jus Culm. d. Lib. & Tit. cap.* 5. *per tot.* [7] Quod conductor tantum ad *levem* culpam *L.* 5. §. 2. *ff. Commodati*, Carpz. *P.* 2. *Const.* 37. *Def.* 24. Etiamsi *Artifex* sit, modo tamen *culpam* committat non in *exercitio artis* sed in *custodia rei*, Vid. B. Mev. *ad Jus Lub. P.* 3. *Tit.* 8. *Art.* 16. *n.* 7. Conf. *L.* 13. §. 6. *ff. Loc.* non vero ad *casum* obligetur; §. *penult. Inst. Loc.* Vid. *Jus Culm. d. l. Cap.* 2. 9. in quo *superlativum* poni pro *positivo*, æque ut §. 5. *Inst. Locati.* autumo & colligo, ex *Cap.* 1. 2. *h. t.* Culpam aut levem adfuisse probabit Locator seu allegans. Carpz. *P.* 2. *Const.* 26. *Def.* 19. Lauterb. *ad Tit. ff. Locati.* §. 3. *n.* 11. Conf. *Jus Culmense d. l. junct. C.* 10. [8.] Quod emptor conductioni stare non teneatur, sed vulgatum *regulariter* hic obtineat: Kauff bricht Mieth. *L. Emtorem* 9. *C. h. t.* Conf. *Jus Culm. d. l. cap.* 4.

II.

Sequitur Societatis contractus, circa quem in eo concordare adverti Jus Civile & Culmense, quod (1.) Societas nudo consensu perficiatur, *pr. Inst. De Obl. ex cons.* Conf. *Jus Culm. L.* 4. *T.* 8. *c.* 1. [2.] Quod in Societate *particulari* æquales Socii partes lucri & damni accipiant, si nil inter illos specialiter conventum sit, habita tamen *sortis*, quamquisque Sociorum contulit & *operarum* ratione, *arg. L.* 6. *in fine & L.* 29. *pr. L.* 80. *pr. L.* 83. *in fin. ff. De Soc.* §. 1. *Inst. eod.* Vid. Men. *De A. I. Q. Lib.* 2. *Cas.* 125. *n.* 2. Mevius *ad Jus Lub. P.* 3. *T.* 8. *A.* 1. *n.* 5. Stryck. *De C. C. Sect.* 2. *Cap.* 10. §. 4. & Brunemannus *ad L.* 29. *ff. h. t.* Mantica *De tac. & ambig. conventionibus L.* 6. *Tit.* 14. Conf. *Jus Culm. d. l. Cap.* 10. verb: Ist aber keine Bedingung so geschiehet die Theilung nach Proportion und Anzahl eines jeden eingelegten Hauptstuhls / wie es am gleichsten immer geschehen mag / *& cap.* 2 *in f. verb.* Seynd aber keine gewisse Antheilung bedungen / so gehet Gewinn und Verlust gleich / NB. nach eines jeden eingelegten Haupt-Summen. Consentit Jus Lubecense *P.* 3. *Tit.* 8. *Art.* 1. (3) Quod Pactis toties liceat *inæquales partes lucri & damni* constituere, quoties *justa inæqualitatis causa subest*; scilicet quod alter Sociorum *plus opera vel pecunia* altero contribuerit, *L.* 29. §. 1. *ff. Pro Socio*; quorsum pertinent omnia exempla recensita ab Imperatore *in* §. 1. *&* 2. *Inst. & L.* 4. *C. h. t. & in cap.* 2. *Juris Culmensis Lib.* 4. *Tit.* 8. Excluso

Pacto Societatis *Leoninæ*, sc. ut deficiente omni justa inæqualitatis causa, unus Sociorum *solus lucrum*, alter vero *solus damnum ferat. L.29. ff. Pro Socio.* Hilliger. *in Donell. Lib. 13. cap. 16. Lit. M.* Gail. 2. *Obs.24.* Molina *De J. & J. Tom. 1. Disp. 12. Vid. Jus Culm. d. l. Cap. 2. verbis:* Wenn aber den Schaden einer allein / der ander den Nutzen tragen soll / in Fällen da sie beyderseits Geld eingeleget / und die Handlungs-Werbung mit NB. gleicher Mühe und Arbeit fortstellen / so ist solche Bedingung zu erst unkräfftig. (4) Quod Socius Socio obligetur, ad *levem* culpam in *concreto*, cum in re versetur pro parte propria *§. fin. Inst. De Societate & L.52. §.2. ff. Eodem.* Carpzov. *P.2. Const.26. Def.12.* Felicius *De Soc. cap.21. n.29. n.29. Conf. Jus Culm. Lib.4. Tit.8. cap.3. verbis:* Es soll ein jeder in Sachen gemeiner Gesellschafft den Fleiß / Vorsorge und Bewahrung der Güter / die ihm zu verwalten befohlen anwenden / als er bey seinem eigenen Gut und Haabe thun soll. Damnum casuale vero ex æquo utrumque Sociorum maneat ex Societate refundendum. *L. Cum duobus 52. §.4. ff. h. t.* Lauterb. *eod. §.2. n.3. Vid. Jus Culm. d. l. cap. 3. in fine verbis:* Wenn aber über solchen angewandten Fleiß der Gesellschafft Schade zu komt / das gehet über die Gesellschafft ins gemein. (5) Quod si unus *pecuniam tantum* alter vero *operas tantum* in Societatem conferat, ratione lucri operæ quidem ad instar pecuniæ valeant, *§.2. J. de Soc.* Non favente vero Mercurio procedente negotiatione, vel Societate dissoluta, *priori casu*, qui operas duntaxat contulit nil damni, nisi in amissis operis sentiat, *& posteriori casu* de sorte collata nil participet, ipsam recipiente Socio, qui illam contulit, & quoad *usum* tantum communicavit. *L.52. §.2. ff. h. t.* Struv. *Exerc.22. Thes.33.* Stryk. *De C. C. Sect.2. Cap.10. §.6.* & Excell. Dn. Hopp. *ad §.2. Inst. d. t.* Conf. *Jus Culm. d. l. cap.11. verbis:* Wenn in der Gesellschafft bedungen / daß einer allein das Geld erlegen / der ander die Mühe und Arbeit dabey thun / und gewissen Theil des Gewinstes darfür gewarten soll / ist die Frag? Ob nach geendeter Gesellschafft / die Gelder sollen getheilet / oder dem einen gantz wieder sollen zugestellet werden? Darauf ist die Antwort: Wer das Geld allein eingeleget / der nimmet es auch allein wieder zu sich / und darff dem andern davon keine Theilung wieder geben / sondern es muß der ander sich / wegen seiner Arbeit / an dem versprochenen Gewinst / genügen lassen / dagegen wann in der Gesellschaffts-Handlung des andern eingelegter Haupt-Stuhl verringert

ringert würde / so träget er dessen keinen Schaden / sondern verleuret seine angewandte Arbeit; (6) Quod uno ex pluribus Sociis Societati præposito, hic juxta *legem præpositionis* nomine societatis contrahens, *institoris* ad instar omnes in *solidum* Socios obliget, *arg. L.1. §. fin. L.2. De Exerc. Act. L.13. § fin. & L. seqq. ff. De Instit. Act.* Mev. *ad Jus Lubecense P.3. T.9. A.5. n.7.* Excell. Stryk. *De C. C. Sect.2. Cap.10. §.13.* ibique all. Marquard. Jungatur Felicius *d. Tr. c.30. n.15. & 31.* & Valas. *Consult.58. n.11.* Conf. *Jus Culm. d. l. cap.4. verbis:* Wird eine gemeine Gesellschafft einen auserwehlen / der dem Handel vorstünde / so wird die gantze Gesellschafft / wegen solcher Handlung sie gereicht zum Nutzen oder zum Schaden / verbunden / imgleichen wird es auch mit allen Handels-Dienern und Factorn gehalten. (7) Quod à Societate etiam ad certum tempus contracta, resilire liceat alterutri Sociorum invito Socio, si justa adsit recedendi *causa L.65. §.6. & L.14. ff. pro Socio* Vid. Felicius *d. Tr. c.35. n.28.* Mantica *De Tacitis & ambig. conventionib. L.6. T.23. n.13.* & Santz. *De Divis. Bonor. L.2. Cap.7. n.11.* adeo, ut Pactum, ne liceat renunciare Societati, vel ut perpetuo duret Societas, non valeat. *per L.14. & 70 ff. h. t.* ibique Brunnem. Carpzov. *L.1. Resp.103. n.8.* Hartm. Pistor. *P.4. Q.2. n.1.* & Barbosa *in L.26. §. fin. n.36. ff. Solut. Matrim. Conf. Jus Culm. Lib.4. Tit.8. c.9. per totum.* (8) Quod *unius* Socii *morte* finiatur Societas, *§.6. Instit. De Societ. L.63. §. ult. ff. eod.* non duntaxat hoc effectu, ut *heres invitus* cogi nequeat continuare Societatem, etiamsi defunctus intra tempus illud mortuus fuerit, ad quod Societas contracta erat. *L.59. ff. h. t.* Felicius *d. Tr. c.32. n.10.* Lauterb. *h. t.* & pacto specialiter cautum fuerit ut hæres in Societatem succedat, *L.65. §.11. ff. h. t. L. Nemo potest. 35. ff. De Pactis L.60. ff. pro Socio.* Brunn. *ad L.3. C. h. t.* Anton. Perez. *eod.* sed & hoc effectu, ut *invitos* defuncti Socios *hæres* cogere nequeat ut se admittant in societatem, *L.63. §.8. h. t.* Perez. *ad C. eod. n.16. in fine.* Philipp. *in Usu pract. Inst. L.3. Eccl.80. n.12.* utque Societas etiam intuitu reliquorum finita sit Sociorum, qui adhuc superstant. *§.5. Inst. h. t. L.65. §.9. ff. eodem* Mantica *d. Tr. L.6. T.24. n.28.* Felicius *d. Tr. cap.32. n.16.* Tenetur tamen heres defuncti Socii ex ante gesto, Actione pro Socio, *L. Actione 65. §.2. & 10. ff. h. t. L.4. C. eod.* ibique Brunnem. Carpzov. *P.2. C.37. D.28. n.4.* sique idoneus est, ea, quæ defunctus inchoavit perficere debet *L.40. ff. h. t. Vid. Jus Culm. L.4. Tit.8. c.7. verbis:* Wenn einer von der Gesellschafft

schafft mit Tode abgehet / so ist dieselbe getrennet / und mögen seine Erben dazu nicht gezwungen werden / vielweniger seynd die übrigen Gesellschaffter des Verstorbenen Erben / da sie bey der Gesellschafft bleiben wollen anzunehmen schuldig / *& Cap.8. verb.* Die Erben des verstorbenen Gesellschafften seynd schuldig wenn die Gesellschafft geendiget / alles zu vollenziehen / was ihre Vorfahren oder Erben gelobet oder verschrieben haben.

III.

Ex facto *Magistri navis* secundum præpositionis legem contrahentis, ipsum obligari *Exercitorem & præponentem* ex facto *institoris*, satis liquet ex *L.1. §.7.9. & 12. ff. De Exerc. Act. ex L.5. § 8. L.3. pr. & 19. ff. De Inst. Act.* juncto *§.2. Inst. Quod cum eo qui in aliena potestate neg. gest. dic.* Concordat JUS CULMENSE *L.4. Tit.9. c.1. seq.*

IV.

Solutione *totius debiti L. 9. C. & L 3. ff. Famil. Hercisc. L.29. ff. De Solutionibus L.41. §. 1. ff. De Usuris* (particulari solutione ob varia, quæ hæc incommoda habet *L.3. ff. Fam. Hercisc.* regulariter non admittenda, *L.41. §.1. ff. De Usuris & L.9. C. De Solut.*) una *cum usuris* debito loco & tempore facta, tolli omnem omnino obligationem liquet ex *pr. Inst. Quib. Mod. toll. obl. & L.95. §.4. De Solutionib.* modo Debitor huic solvat, cui solutio fieri debet, *L.34. §.4. ff. d. t.* Nil autem, ad *effectum consequendi liberationem à nexu debiti* interest, an *actualiter* volenti recipere solutionem solvat, an vero eandem *citra omnem justam causam* repudiante Creditore, pecuniam *judicialiter* deponat. *L.9. C. De Solut. & L.19. C. De Usuris.* An denique *volenti* Creditori in sui locum deleget alium. *§.3. Instit. Quib. mod. toll. obl. & L.11. pr. ff. De Novat.* Quod si ex *pluribus causis* obligatus debitor certam Creditori suo solvat pecuniæ summam, in *illius* arbitrio est, Legem dicere suæ solutioni, cui causæ imputare velit, *L.101. §.1. ff. De Solut.* quod si in solutione nil horum expresserit Debitor, in *Creditoris* arbitrio est, deductis ante omnia usuris, *L 48. ff. De Solution.* Carpzov. *P.2. Const.29. Def.16. seq.* Hartm. Pistor. *P.3. Q.21. n.7.* Menoch. *De præsumpt. L.3. Præsumpt.136.* cui debito acceptum ferre velit, modo in id constituat, quod debitor, verosimiliter fuisset soluturus *L.1. ff. De Solut.* & ita in debitum durius eeu durio-

duriorem causam *L.3.5. pr. L.97. De Solution.* Concordat hic per omnia Jus Culmense *Lib.4. Tit.15. Cap 1. verb.* Wenn einer etwas zu zahlen schuldig/das soll derselbe thun auf gesetzte Zeit/völlig/und nicht stückweise/& porro: Da aber der Glaubiger die Zahlung nicht annehmen wolte/ und der Schuldner wäre der Schuld gerne los/ und wolte ferneren Schaden vermeiden / so mag er dasselbe Geld bey dem Richter abzahlen/ versieglen / und ablegen / so kan er um dasselbe ferner nicht besprochen werden. *jung. Cap.3. & 4. ibi:* Wenn ein Schuldner wegen unterschiedlicher Schuld einem verhafftet / so stehet in des Schuldners Willkühr / welche Schuld er durch die Zahlung wolle gemindert und aufgehoben seyn lassen/ derowegen soll er ausdrücklich die Schuld benennen/ thut er das nicht/ sondern bezahlet insgemein / so mag der Glaubiger die Zahlung annehmen auf welche Schuld er will / jedoch also / daß er solches der meist-beschwerlichen Schuld zuschreibe.

V.

Furtum Jure Civili æque, §.3. *Inst. De Obl. quæ ex Del. L.4. & L.8. ff. De Furtis C. C. C. Art.157. seq.* ac Culmensi. Vid. *Jus Culm. L 5. Tit.16. cap.1. & Revisum lib 5. c.63* divisum in *manifestum & nec manifestum*, pœna *laquei* punitur, si *magnum* fuerit, & valorem quinque solidorum excesserit, tam Constitutionibus Carolinis, Vid. *Const. Crimin. Caroli Art.160.* quam Jure Lubecensi, Lübeck. St. R. *L.4. T.1. Art.4.* Saxonico, *Const. Elector.34. §.1. P.4.* Culmensi *d.l. cap.2. & Revisum cap.64.* & Universali fere Gentium Consuetudine. Vid. Mev. *ad Jus Lub. P.4. T.1. A.4. n.1.* ibique allegati, etiam si prima vice sit commissum. Chassan *ad Consuetud. Burgund.* L.1. *§.5. n.12.* Menoch. *De A. I. Q. lib.2. Cas.295. n.9.* Ludovicus Peguer. L.1. *Decis.27. n.6.* & Covarruv. L.2. *Var. Resolut. cap.9. n.7.* præprimis si fuerit *violentum*, in quo tamen magis *vis*, quam rei furtivæ *quantitas & valor* attenditur. Vid. *Const. Carol. Art.159.* Consentit Jus Culmense *d.l. cap.3. per tot.* Prutenicum Electorale *lib.6. Tit.7. Art.1.* §.5. & Saxonicum *P.4. Const 32.* §. Wären denn / Vid. Philipp. *in Us. Pract. Inst. L.4. Eccl.*1. § 7. Berlich. *P 5. Concl.*43. *n.73* Carpz. *Praxi Crim. P.2. Quæst.79. n.2. & P.4. C.32. D.9. n 3.* Parvum vero furtum *prima vice*, nec non *ab impuberibus* commissum, *licet pubertati proximis*, ordinaria laquei pœna non coercetur, Constit. Carol. *Art.157.158.161. & 164.* Conf. Jus Culmense *d. l. cap.6. & Revisum Cap.*64. Ubi in hoc speciale est, quod hoc jure impuberes dicantur, quoad ordina-

riam laquei pœnam usque ad annum XV. *dicto cap.6.* cum tamen alias in delictis XIV. anno puberes fiant. Vid. Dn. Stryk. *ad Tit. Inst. pr. Quib. mod. fin. Tutel. Const. Carol. Art.164.* & Carpzov. *Q.143. n.26. seq.* quod si tamen malitia ætatem suppleat, etiam ordinaria Furti pœna locum habet, in illis, qui dictam pubertatem mox adimpleverunt. *Const. Carol. Art.164.* ibique Stephani & Rem. Carpzov. *Q.82. n.29. & P.4. Const.38. Def.9.* Philipp. *in Us. Pract. d. l.* & Bocerus *Tr. De Furtis. cap.1. n.32.* Consentit Jus Culmense *d. l. cap.6. verbis :* Also daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte / ꝛc. & Jus Prutenicum Electorale *Lib.6. Tit.7. Art.2. § 1. & 2.* quod tamen furem demum Anno XVIII. completo, pro pubere habet, Vid. Dn. Hopp. *ad §.18. Instit. De Obl. ex del.* Qui furi scienter ad furtum scalas commodat, quique in furis usum Januam & fenestram apertam habet, vel claves adulterinas aut alia ferramenta subministrat, is æque cum fure, uti loquitur Jus Culmense ab infelici cruce vel arbore suspenditur, præprimis si de furto ultra quinque Solidos participaverit. *Const. Carol. Art.177. Jus Culm. P.2. L.5. T.16. C.5. & 15. & Revisum c.67.* Consentit Jus Saxonicum *P.4. Const.79.* Quo etiam hoc casu, in excubiis stantes laquei pœna afficiuntur, Carpzov. *Q.87. n.34.* Philipp. *in Us. Pract. Inst. L 4. Ecl.6. n.8 ibique all.* & Prutenicum Electorale *Lib.6. Tit.7. Art.5. §.1.* Vid. Dn. Hopp. *in Usu Hodierno Instit. §.11. De Obl. ex del.* Nic. Boer. *Decis.164.* Apud quem res furtiva reperitur, si quidem ejus notæ fuerit ut *in ipsum criminis suspicio cadat*, ipse furtum commisisse præsumitur *L. Incivilem 2. C. De Furt. Const. Crimin. Carol. Art.43. Vid. Jus Culm. Emend. d. l. cap.64.* in tantum, ut etiam hoc casu torturæ subjici possit, *d. Const. Carol. Art.43* nisi vel nominaverit autorem suum *L. Civile 2. C. De Furtis, Const. Caroli Art.38. & 43.* vel in genere probaverit, se rem in publico emisse, *arg. L 3.1. pr. §.1. & 2. ff. Ad SCtum Macedon* Matth. Stephan. *ad Art.38. Const. Carol. in fine.* Secus, si *inculpatæ vitæ ac bonæ existimationis* fuerit, tunc enim *fortior* præsumptio, quæ ex vita bene hactenus acta oritur, vincit contrariam præsumptionem *debiliorem*, quæ ex re furtiva apud ipsum inventa oritur. *arg. L.67. §.1. ff. De R. N. Vid. Jus Culm. d. l. cap 64.* quod tamen ita intelligo modo & hic indicare illum possit, à quo rem habet, ita, ut ab ignoto, aut transeunte se emisse dicere non conveniat, volenti evitare alienam bono viro suspicionem, *per L. Civ.5. inf. C. d. t.* Conf. Mantzius *ad Art.43. const. Carol. n.4.* Crusius, de

Indi-

Indicis Delictorum *P.3. cap.2. n.2.* Dn. Hopp. *ad* § 4. *Inst. De Obl. quæ ex delicto ibique all.* Carpzov. & Clarus. Quod 2. Feud. 26. §. 9. dispositum legitur, scilicet, per terram transeuntem & equum suum pascere volentem, impune, equuo suo porrigere posse, ad ejus refectionem & reparationem, quantum propinquius secundum viam stans, in loco amplecti potuerit, idem totidem verbis expressum est, *in c.9. T.16. L.5.* Juris Culmensis ibi: Ermüdet dem wegfertigen Mann sein Pferd / er mag wohl Korn schneiden/und ihm zu essen geben/ als so ferne es das abreichen mag/ stehende im Wege mit einem Fuß / in reliquis vero durius est *d. c 9. const. crim. Carol.* quoad fures *fructuum* nocturnos, Vid. *const. Carol. Art.167.* ibique Classen. Furtum *aratrorum* Jure Saxonico, Vid. Carpzov. *Q.88. n.47.* æque ac Culmensi Vid. *Jus Culm. d. l. cap.7.* arbitrarie punitur, ita tamen, ut etiam ad laquei pœnam extendi possit, Vid. *Jus Culm. d. l.* Dan. Müller. ad *Constit. Electorales 35.* Heig. *P.2. Q.30. n.2.* Berlich. *P.5. Concl.59. n.6.14.* quam quoque hi pœnam incurrunt *utroque Jure*, qui ex aratro equum vi abducunt. Vid. Carpz. *d. l. &* Landrecht *L.2. Art.13. Conf. Jus Culm. d. l. Cap.7. ibi:* Wer aber ein Pferd gewaltsamer Weise vom Pfluge spannet/soll einem Räuber gleich gestraffet werden. Illi vero qui *flores vel herbas* ex aliorum hortis lucrandi animo aufferunt, tam Praxi Communi, quam Jure Culmensi Vid. *Jus Culm. d. l. c.8.* & Saxonico arbitrarie puniuntur. Carpz. *Q.83. n.27. seq.* Sacrilegium pro admissi qualitate tam Jure Carolino, Vid. *C. C. C. art.127. seq.* quam Saxonico, Carpz. *Quæst 89. n.19.73. & 79.* Theodoric. *in Crim. c 9. Aph 3.* Berlich. *P.5. Concl.57.* & Culmensi modo *suspendii*, modo *militari pœna* coercetur. Vid. *Jus Culm. d. l. c.12. ibi:* Und gehet solches an Leib und Leben / darinnen der bescheidene Richter NB. nach gestalt der Sachen und Großheit der Unthat wird zu verfahren wissen *Crimen* Abigeatus Jure Saxonico, Carpz. *Q.86. n 37 seq.* ac Culmensi, *Vid. Jus Culm. d. l. c.11.* alibique locorum, recte punitur, Vid. Farinac. *P.7. Q.167. n.11.* Jacob. De Bellovis. *in Pract. Rubr. De Fur. n.52.* Petr. Caball. *Resolut. Crimin. Cas.160. n.6.* Est & furti species Plagium; Carpz. *P.2. Q.83. n.86.* Cujus pœna Jure Divino *Exodi* 21. *vers. 17.* Canonico, *Cap.1. X. De Furt.* Saxonico Carpz. *P.2. Q.83. n.90.* ibique præjudicia. Culmensi, Vid. *Jus Culm. d. l. c.10. verb.* Ob einer einen Menschen stihlt/ das ist auch eine Dieberey / *& in fine*, man soll den Dieb darein hangen. & ubique fere locorum *capitalis* est; Henr. Gisebert. *in Justin. Har-*

 monic.

*monic. ad Tit. de Publ. Judic. n.*490. *seq.* præprimis in Imperio Romano Germanico. P. Theodoricus *in Coll. Crim. Disp.*4. *thes.*8. *lit.E. versic. quemadmodum & hodie* Köppen *L.*2. *Obs.*135. *n.*5. Philipp. *in Us. Pr. Inst. L.*4. *Ecclog* 112.*n.*7.

VI.

Rapina delictum furto gravius est, *pr. Inst. de Vi Bonorum raptorum L.*14. § 12 *Quod metus causa*, *Jus Culmense P.*2. *Tit.*17. *c.*1. & sine internecione hominis commissum, Constitutionibus Carolinis æque *Art.*126. ac Jure Prutenico Electorali *L.*6. *Tit.*5. *Art.*1. §.5. *in f.* Saxonico, *Vid. Const. Elect.*25. P.4. §. *ult. &* Landrecht/*L.*2. *Art.*13. Lubecensi, L. St. R. *P.*4. *T.*2. *Art.*1. *Culmensi*, *Jus Culm. Lib.*5. *Tit.*17. *cap* 5. *P.*2. & in toto Imperio Romano, *gladio*, punitur. Philipp. *in Usu Pr. Inst. L.*4. *Eccl.*9. *n.*7. Quæ pœna etiam ad *Socios* hujus delicti extenditur; Vid. *Jus Culm. Revisum L.*5. *c.*74.

VII.

Omne Damnum *non jure* datum resarcire damnificantem debere, sicuti summæ æquitatis est, juxta cujus Regulas satius est, ipsum damnum ferre, cujus *aliqua culpa* contigit, quam hunc qui plane in culpa non est, *L.*44. *ff. Ad L. Aquil.* ita idem Jure Culmensi *L.*5. *T.*19. *c.*1. *verbis:* Ein jeder soll gelten den Schaden der von seiner Wahrlosung wegen anderen Leuten zugefüget wird/ statutum est; Consentit Ius Saxonicum, Vid. Landr. *L.*2. *Art.*38. Unde sicuti de Iure Civili præceptor *immodice* castigans discipulos suos, itemque Medicus per *imperitiam vel negligentiam* nocens ægroto, *L. Aquilia* tenetur, *L* 5. §. *fin. L.*6. *ff. Ad L. Aquil. L.*6. §.7. *ff de Off. Præsid. L.*8. § 1. *ff. Ad L. Aquiliam*, juncta *L.*132. *De R. I. & C. C. Art.*134. ita idem quoque Jure Culmensi cautum est, Vid. *Jus Culm. Revisum L.*5. *C.*79. Vulnerans vero vulnerato, Utroque Iure obligatur ad impensas Medicorum & Chirurgorum, atque æstimationem usus membri, computato damno jam præterito & adhuc futuro, ex operis neglectis, Vid. Dn. Hopp. *ad* §. 13 *Instit. Ad L. Aquil.* ibique allegatus Besoldus *Conf. Jus culm. L.*5. *C* 79. consentit Ius Prutenicum Provinciale L.6. *T.*10. *Art.*2. *in fine & T.*9. *Art.*2. §.3. quo tamen simul *dolorum.* Des Schmertzen-Geldes *& cicatricum*, aliusque notabilis *deformitatis* ratio habetur, Vid. Dn. Hopp. *in Usu Hodierno ad d.* § 13. quorum omnium frustra quidem *Iure civili* petitur æstimatio, *L. fin. ff. De his qui effuderint.*

derint. L.3 ff. Si quadrup. paup. Bocer. *Claff.* 4. *Diſp. 2. Theſ. 36. Lit. B.* Secus vero hodie, ſi quis actionem Injuriarum cumulaverit cum Actione L. Aquiliæ utili, Vid. Matth. *De Crimin. L.47. T.3. c.3. n.* 4. Place *ad Inſtit. d. t. Supplem.* 1. & Beſold. *voce* Abtrag. Damnum, quod Legatione functus, vel alio munere publico, in rebus ſuis patitur, muneris hujus expediundi cauſa, civitas reſtituit; Stryck. *in Not. ad Lauterb. Tit. Mandati verb. Legatus.* Natta *Tom. 1. Conſ. 168. n. 5. ſeq.* Mazz. *Tit. De Mandatis Cap. De Nat. Mandat. n.* 25. & Mudæus *L. 51.* §. 4. *Pro Socio.* Conſentit Jus Culmenſe *Lib. 5. Tit. 19. cap.* 2. verbis: wird jemand in öffentlichen Gewerben oder Verſchickungen der Stadt/ an Leib und Guth beſchädiget/ ſo ſoll ihm oder den Seinigen deswegen von der Stadt billige Erſtattung geſchehen; Damnum quod *effuſione*, vel *dejectione*, prætereuntibus datur, inhabitator ædium præſtat, §. *1. Inſt. De Obl. quæ quaſi ex del. L.* 1. §. 4 *& 9. ff. De his qui effud.* Concordat quoque Jus Culmenſe *Lib. 5. Tit. 19. C.* 3. quo etiam damnum *ab animali* datum animalis Dominus præſtat, niſi mox, poſtquam cognovit, damnum datum eſſe, illud dimiſerit. Vid. *Jus Culm. d. l. cap.* 4. verb: Schläget er es aus/ und hauſet oder heget es nicht/ ſo iſt er unſchuldig an dem Schaden. In quo convenit cum Jure Saxonico, Vid. Carpzovii *Prax. Crim. Q. 131. n.* 20. *ſeq.* modo non nocuerit *ſecundum naturam ſui generis*, ſcilicet depaſcendo alterius gramina aut fruges, hoc enim caſu Hodie generali Germaniæ Praxi Pignoratione pecoris nocivi conceſſa, præciſe damnum Dominus animalis refundere tenetur. Carpzov. *P. 2. C. 27. D. 1.* Richter *Deciſ. 5.* Brunnem. *ad L. 4 ff. Si Quadrupes.* Köppen. *Deciſ.* 41. Conſentit Culmenſe *d. l. & T. cap. 7. per tot. & Reviſum. L. 5. c. 80. & 81.* & Saxonicum. Vid. Landrecht *Lib. 2. Tit. 47.* Coler. *De Proc. Exec. P. 1. c. 1. Dec. 136. n. 2.* Berlich *P 2. Concl. 34. n. 4.* & Philipp. *in Uſu Pract. Inſt. L. 4. Eccl. 18. n. 5. inibique allegati.*

VIII.

Qui *dolo malo* in alterius *contemptum* aliquid *facit*, *dicit*, *pingit*, aut *ſcribit*, Injuriarum Actione convenitur, vel ad pœnam *mortis* vel *extraordinariam*, vel *recantationem* aut *pecuniariam*; & quidem in ſpecie, quod (1) ſuppreſſo vel *omiſſo* Authoris *nomine*, alicui vel in *pictura*, vel in *ſcriptura*, objicit *famoſum* crimen *falſum* tale, quo probato, ille, cui tale crimen objectum eſt, capitis reus exſtitiſſet, eandem capitis pœnam ſubire tenetur, *L. Un. C. De Famoſ. libellis, C. C. C. Art.*

110. Consentit Jus Saxonicum Vid. *Const. Elect.* 44. *P.* 4. Carpz. *Quæst.* *98 n.* 16. Mynsing. *Cent.* 4. *Observ.* 4. *n.* 2. Philipp. *in Usu Pract. Instit. L.* 4. *Eccl.* 27. *n.* 3. Prutenicum Electorale *L.* 6. *T.* 9. *Art.* 3. §. 2. & Culmense *P.* 2. *L.* 5. *T* 10 *cap.* 3. quo præterea exemplaria per carnificem comburi jubentur, quod & Praxin Gedanensem observare testatur Dn. Hopp. *ad* §. 1. *Inst. De Injur. in Usu Hodierno.* Quod si vero objectum crimen *verum*, aut *levius* fuerit, arbitraria tantum pœna locum habet. Vid. *C.C.C. Art.* 110. Consentit Jus Culmense *d. l.* Aliorumque Locorum Praxis Conf. Giesebert. *in Justin. Harm. ad Tit. De Injur. n.* 59. Mynsing. *Cent* 4. *Obs.* 4. Zieritz *ad C. C. C. d. artic.* ibique Dn. Clasen. (2.) In alia injuria *verbali non scripta*, obtinet Actio ad Palinodiam zum öffentlichen Widerruff/ & præterea ad pœnam pecuniariam, vel carceris. Vid. *R. J. de Anno* 1530. §. *Item*, als etliche Zeit *O. Cam. P.* 2. *c.* 28. §. und sonderlich setzen/ Mynsing. *ad* §. 10. *Inst. De Injur.* Wurmser, *L.* 1. *T.* 47. *Obs.* 8. *n.* 1. Berlich. *P.* 5. *Concl.* 62. *n.* 1. Carpz. *Pr. Crimin. P.* 2. *Q.* 94. *n.* 32. *seq.* & *P.* 4. *C.* 42. *Def.* 1. *n.* 6. *seq.* Consentit Jus Saxonicum *P.* 4. *Const.* 42. Vid Philipp. *in Usu Pract. Inst. L.* 4. *Eccl.* 22. *n.* 7. & Culmense *d. l. cap.* 1. *verbis*: Der soll dem Beleidigten Theil/ nach befundener Unschuld/ *NB.* einen öffentlichen Wider-Ruff vor Gericht thun/ und danebenst mit *NB.* einer Geld-Buße/ oder Gefängniß gestraffet werden. Sicuti autem actio *æstimatoria* cum actione ad *pœnam extraordinariam* ex veriori sententia in eodem libello *cumulari* non possunt, *L.* 14. *ff. De Accus. L.* 6. & 7. §. 1. *ff. De Injur. L.* 56. §. 1. *De Furtis* Berlich. *P.* 5. *Concl.* 61. *n.* 1. Faber. Racemat. 1. *Thes.* 33. & Lauterb. *ad Tit. De Injuriis.* ita nec Jure Culmensi, Vid *Jus Cul. d. l. in fine* quo tamen æque ac Jure Civili neutra *ad heredes* transit, *L.* 2. §. 4. *ff. De Collat. L. fin. C. De Rev. Donat.* § 1. *Inst. De perpet. & temporal. Act.* juncto §. *fin. Inst. De Injuriis.* Nisi lis cum defuncto sit contestata: *L.* 13 *pr. ff. De Injur.* Carpz. P. 4. *C.* 46 *D.* 6. Vid. *Jus Culm. c.* 5. *d. l.* Verbis: Wann der Schmäher stirbet/ so höret die Sache auf/ es wäre dann/ daß mit dem Verstorbenen Procefs angefangen/ und der Krieg befästiget wäre. *Annique lapsu*, illa quæ ad æstimandam injuriam datur, *L.* 5. *C. De Injur.* à *die scientiæ* computandi, *L.* 14. §. 2. *Quod metus causa.* Gail. 2. *Obs.* 105. *n.* 4. Carpz. *P.* 4 *C.* 49. *D.* 2. & Dn. Hopp. *ad* §. *fin. Inst. De Injur. Vid. Jus Culm. d. l. cap.* 6. verb: Wann der Beleidigte innerhalb Jahr und Tag/ von der Zeit/ NB. wenn er die Schmähung erfahren/ seine Klage nicht vorgestellet/ so die ist die Action ver-

verloschen/ ubi tamen ad solas *verbales* injurias hoc restringitur, & *scriptis* spacium *XXX. annorum* determinatur, verb: welches doch allein von Wörtlichen Schmähungen zu verstehen ist/ denn die Klage in schrifftlichen Injurien verjähret nicht für 30. Jahren.) & *Dissimulatione L.* 11. §. 1. *ff. De Injur.* nec non *Expressa Remissione*, tollitur. *L. 27. §. 2. ff. De Pactis L. 11. §. 1. L. 17. §. 6. ff. De Injur.* Vid. *Jus Culm. d. c.* verbis: Wann der Beleidigte die Injurie erlassen/ oder durch freundliche Conversation, und andere Erzeigung dieselbe dissimuliret/ ꝛc.

IX.

Quia ludi *per accidens* sæpe luctuosi fiunt, *L. fin. C. De Aleatoribus.* Jure Civili, *Fortunæ*, vel *Mixti* quorum effectus est injuria, *L. fin. C. De Aleat.* adeo interdicti sunt, ut (1.) Victor illius, quod collusor deperdidit, nomine nullam habeat actionem, & Pater quod filius familias amisit, & solvit, *condictione ex L. fin.* repetere possit, illorum *receptatoribus* arbitrarie puniendis, *d. L. fin. C. d. t.* ibique Brunnem. Consentit hic Jus Culmense, *P. 2. L. 5. T. 22. c. 1.* verbis: Allerley Doppel-Spiel soll gäntzlich verbotten seyn/ & *in fine* Welcher Bürger ꝛc. solch Spiel zulässet/ soll nach jeder Stadt-Willkühr/ samt den Spielern mit verwillkührter Pœn verfallen seyn. *juncto cap. 2. verb:* Verklaget ein Mann den andern um Spiel-Geld/ der Beklagte ist zu antworten nicht schuldig/ & *c. 3 verb.* verspielet ein Kind seines Vaters Gut/ man es muß dem Vater wieder geben. Conf. *Ius Culm. Revisum Cap. 86. 87. & 89. Lib. 5* [2.] Quod vero additur: Verspielet aber ein Kind wenn es *XXI.* Jahr alt ist sein Gut/ das trage den Schaden/ exinde colligo, quod ludo deperditum & *solutum* est, illud repeti non posse, æque ut Moribus Hodiernis, Vid. Carpz *L. 6. Resp. 96.* Ekholt. §. *2. De Aleatoribus.* Struv. *Exerc. 15. Th. 57.* quamvis *Jure Civili* secus fuerit. *d. l. fin. C. De Aleatoribus.* ibique Conscientiosus ille ICtus B. Brunnem.

X.

Inter publica delicta atrocitate sua eminet Crimen Læsæ Majestatis, tam Divinæ, quam Humanæ: Illud committitur; [1] Per Blasphemiam, idque vel *immediate*, quando Deo tribuitur, quod ejus proprietatibus non convenit, aut detrahitur id, quod illi convenit; Menoch. *De A. J. Q. L. 2. Cap. 375. n. 3.* Covarruv. *in c. quamvis 2. De Pactis in 6to P. 1. § 7. n. 11.* Mascard. *De probat. L. 1. Concl. 195. n. 2.* vel *mediate*, jurejurando vel alteri maledicendo per Sanguinem, Passionem, vulnera, & Sacramenta Christi. *R. J. De Anno* 1530. Tit. Von Gottes

Läste-

Lästerern. & *de Anno* 1548. *Tit.* Von GOttes-Schwüren und Flüchen juncta *Ordin. Polit. de Anno* 1577. *Tit.* 2. Carpz. P. 1. *Q.* 45. *n.* 79. Coler. P. 1. *Dec.* 172. *n.* 3. Illius Pœna Iure Civili, *Nov.* 77. *c.* 1. §. 2. Damhauder *Pr. Crimin. C.* 61. *n.* 12. Angel. Aretin. *in Tract. Malefic.* verbis: *Verba injuriosa. n.* 14. jung. *R. J. de Anno* 1548. Saxonico, Vid. Carpzov. *Pr. Crim. Quæst.* 45. *n.* 13. *seq.* & Culmensi est gladius. *L.* 5. *Tit.* 1. *Cap.* 1. [2.] Per Expressum Pactum cum Satana initum, quod igne coercetur, siquidem venefici nocuerint, aut cum cacodæmone concubuerint; *CCC. Art.* 109. vel *tacitum*, quod, si damnum dederint, *gladio*, alias vero *extra ordinem* puniuntur, *d. a.* 109. Brunnem. *in proc. Crimin. Cap.* 9. *n.* 14. Carpz. *Qu.* 49. *n.* 45. Conf. *Jus Culm.* P. 2. *Tit.* 1. *L.* 5. *cap.* 1. 2. 3. & 4.

DECAS XII.

Convenientiarum Juris Culmensis & Gedanensis, cum Jure Communi, Saxonico, Lubecensi & Prutenico

CONV. I.

HOmicidium Dolosum tam Iure Divino *Gen.* 9. *versic.* 6. *Exod.* 21. *vers.* 11. *Matth.* 26. *vers.* 52. quam Civili, *L.* 1. *pr. ff. Ad L. Corn. De Sic. L.* 3. 5. *eod.* & *L.* 1. *C. eod* jung. *CCC. art.* 137. & Culmensi, *L.* 5. *Tit.* 7. *c.* 1. & *Revisum L.* 5. *cap.* 14. & 77. modo vulnus *lethale* fuerit, Hippolithus de Marsil. *In pract. crim.* §. & *quia n.* 20. Placha. *L.* 1. *c.* 13. *n.* 7. Bajard. *ad Jul. clarum. L.* 5. §. *Homicid. n.* 44. & D. Præses *in Diss. De Diebus criticis in Præfat. n.* 1. *seq.* Conf. *Ius Culm. Rev. L.* 5. *c.* 42. gladii pœnam subire tenetur, à qua tamen *Impuberes* liberantur, ceu, qui ob defectum *doli*, nunquam ordinaria capitis pœna afficiuntur. *arg. Art.* 164. *C. C. C.* Carpz. *Q.* 143. *n.* 46. *Vid. Ius Culm. d. l. Cap.* 47.

II.

Excusationem etiam merentur, (1) Pater, qui filiam suam in potestate constitutam, inque ipso adulterii actu, in sua vel Generi domo deprehensam uno quidem ictu simul cum adultero occidit. *L.* 23. *princ.* §. 1. & 2. *ff. Ad L. Iul. De Adult. C. C. C. Art.* 150. itidemque [2] Maritus in Uxore adulterum vilioris conditionis, in domo sua deprehensum, incontinenti interimens, *Art.* 150. *C. C. C.* & *L.* 24. §. 1. *ff. d. t.* & *L.* 3.

§. 3.

§. 3. *ff. Ad SCtum. Silan.* (3) Qui à Magistratu ad capiendum aliquem missi, armis resistentem occiderunt. *Art. 150. C.C.C. & L. 27. §. 1. ff. Ad L. Aquil.* ibique Brunn. *Gail. 2. Obs. 110. n.* 40. Damhauder. *pr. Crim. cap. 48 n. 35.* Dn. Clasen *ad Art. 150. Const. Crim. Caroli ibique allegati.* & (4) qui ob aliorum tutelam agressorem internecioni dedit, *C.C.C. art. 150.* Conf. Jus Culmense *Lib. 5. Tit. 7. cap. 15.* verb: Es entschuldiget einen Todtschläger / wenn jemand um unkeuscher Wercke willen / mit seinem Eheweibe / oder Tochter geübet / den Thäter auf der That entleibet; *Item*, So jemand zur Rettung seines Nechsten Leibes und Lebens einen andern entleibet / wie auch alle diejenigen / so von Obrigkeit / jemand von Recht anzunehmen / ausgeschicket seynd / so man denselben freventlich Wiederstand thäte / und derselbige Wiedersetzige darüber entleibet würde.

III.

Pluribus unum *datis vulneribus* occidentibus, distinguendum est, *an omnes dolose* in occisi necem *conspiraverint*, & tum *singuli* pœnam gladii subire coguntur, an vero *sine communicato occidendi consilio*, *in* rixa forte aliquem occiderint, quo casu, si de *lethaliter vulnerante constiterit*, is *solus* capite puniendus est, reliqui vero extraordinariæ pœnæ rei sunt: Si vero *plures* aliquem *lethaliter vulneraverint*, ita ut de lethaliter vulnerantibus quidem constet, sed incertum tamen sit, *ex cujus vulnere vulneratus obierit*, *omnes lethaliter* vulnerantes ultimo afficiuntur supplicio: Si vero de eo, qui vulnus *lethale intulit*, constare non possit, *extra ordinem omnes* puniuntur. *Art. C.C.C.* 148. Confer. Jus Culmense *d. l. c. 9.* & Carpz. *Quæst. 25. n. 24.*

IV.

Culposum Homicidium nunquam *gladii pœna* coercetur, etiamsi *lata culpa* occasioni ansam dederit, *Art. C. C. C.* 146. Carpz. *Q. 27. n. 10. & 23.* Casuale vero, nec non Necessarium legitime probatum, & cum Moderamine inculpatæ tutelæ conjunctum, impunita plane sunt. *C. C. C. Art. 146.* Carpz. *P. 27. n. 51.* jung. *L. 3. ff. De J. & J. §. 2. Inst. Ad L. Aquil. L. 1. §. Vim vi repellere. ff. De Vi & vi armata. L. 12. §. 1. Quod metus causa.* Consentit Jus Culmense, *d. l. cap. 10. & 13.*

V.

Qualificati Homicidii species sunt: (1) Veneficium, seu occisio, quæ fit veneno malo dolose propinato, cujus quidem pœna in *Maribus* Jure Carolino est *rota*, in *fœminis* vero *Culei* pœna. *C.C.C. Art. 130.* Jure Culmensi tamen sine sexus differentia pœna gladii obtinet.

Jus Culmense d. l. Cap. 3. [2] Infanticidium, quod punitur pœna gladio graviori. *Ord. Crimin. Art.* 131. & Jus Culmense, *d. l. cap.* 6. quale & hi committunt, qui *partum animatum* dolose abjiciunt. *C.C.C. Art.* 133. Conf. *Jus Culm. d. l. cap.* 5. (3) Latrocinium & Assassinium, quod utrumque *Rota* punitur. *C.C.C. art.* 137. Carpz. *Q.* 19. *n* 1.3. & 19. Struv. *Exerc.* 49. *Thes.* 57. Hahn. *ad Wesenb. Tit. ad L. Corn. De Siccariis n.* 12. Conf. Jus Culmense *d. l. cap.* 2. & 8.

VI.

Crimen Fractæ Pacis Publicæ & Hodie est *Capitale*, Vid *ord. Cam. P.* 2. *Tit.* 9. & *Const. Imp. de P. P. de Anno* 1548. Tit. von Pœn der Friedbrecher / eadem pœna capitis etiam aliquando locum habere potest in Crimine vis Publicæ. *per CCC. A.* 127. Consentiente Jure Culmensi, *P.* 2. *Lib.* 5. *Tit.* 4. Excell. Dn. Hopp. *ad §.* 6. *Inst. De publ. Judiciis.* Conf. Carpz. *Quæst.* 40. *n.* 7.

VII.

Incendiarii indifferenter Hodie concremantur *Art.* 125 *CCC.* ibique Zieritz & Clasen. Carpz. *Q.* 38. *n.* 23. Coler. *Decis.* 186. *P.* 1. & Gail. 2. *Obs.* 22. *n.* 6. Consentit Jus Culmense *P.* 2. *L.* 5. *T.* 15. *C.* 1. quod eandem etiam tunc vult obtinere *ignis* pœnam, etiamsi materia flammam non conceperit, nullumque inde damnum fuerit secutum *cap.* 2. *d. t.* 15. (quo tamen casu alibi regulariter *fustigatio* dictitari solet Struv. *Exerc.* 49. *Th.* 69.) Hæc *ignis* pæna Jure Culmensi quoque obtinet, in Crimine Diffidationis, *d. l. cap.* 1. in quo per Constitutiones Imperii *De Ao.* 1512. *Ao.* 1555. & Saxonicas *De Ao.* 1526. & *Ao.* 1555. gladii tantum pœna locum habet. Carpzov. *Qu.* 127. *per totam:* Neque remittitur capitis pœna, etiamsi diffidatio sit *conditionaliter facta.* Carpz. *d. l. n.* 52. *seq.* Conf. Jus Culmense *d. l. cap.* 5. Bene vero si diffidator pœnitentia ductus literas diffidatoris vel inflammationis signa revocet, ante datum damnum. Matth. Coler. *P.* 2. *Dec.* 223 *n.* 2. Möller. *ad Constit. Saxon. Electoral.* 16. *P.* 4. Berlich. *P.* 4. *Concl.* 23. & Heig. *P.* 2. *Quæst.* 32. *n.* 15. Consentit Jus Culmense, *d. l. cap.* 4.

VIII.

De reliquis delictis carnis, Adulterio scil. Incestu & Bigamia, supra egi *Decad. II. Conv. I. seqq.* restat ut de Stupro, Raptu & Sodomia, nunc agam; Stuprum vero est vel Violentum, quod, si *consummatum* fuerit, Jure Civili *L.* 1. §. 2. *ff. De Extraord. Crimin. L.* 3. §. 4. *Ad L. Iul. de vi publica. Ordd. Crim. Art.* 119. Ibique Remus Joh. Sande

L. 5.

L. 5. *Def.* 11. Philipp. *in Usu Pract. Instit. Lib.* 4. *Eccl.* 84. *n.* 20. *ibique allegati*, Saxonico, *L.* 3. *Art.* 46. Landrecht. *& Ordin. Eccles. Rubro.* Von der Straffe der Unzucht / §. Da auch jemand. Carpz. *Qu.* 75. *n.* 6. *& P.* 4. *Const.* 30. *Def.* 3. *n.* 5. Richter. *Decis.* 88. *n.* 46. & Finckelthaus. *Observ.* 144. *n.* 13. & Culmensi *Lib* 5. *Tit.* 10. *cap.* 4. ultimo afficitur supplicio. Si vero saltem *attentatum*, extra Ordinem punitur, *d. Const. Carol. Art.* 119. Vid. Ius Culm. *d. l. Cap.* 3. Carp. *d. Constit.* 30. *Def.* 5. Eadem *Capitis* poena in Crimine Raptus obtinet, *L. Un. C. De Raptu Virg.* ibique Brunnem. *§.* 8. *Inst. De Publ. Iudiciis.* Carpz. *Q.* 40. *n.* 27. Consentit Ius Culmense *cap.* 1. *d. l.* vel stuprum Voluntarium sive Non-Violentum, quod cum Foemina *honesta* consentiente vel parum reluctante committitur. §. 4. *Inst. de Publ. Iud. L.* 22. *&* 29. *C Ad L. Iuliam de Adult.* (Inque hoc differt à Fornicatione, quæ cum *Meretrice* committitur, & extraordinaria poena carceris, relegationis, & fustigationis punitur. Carpzov., *Quæst.* 20. Vid. *Ius Culm. L* 5. *Tit.* 12.) & Iure Saxonico, vid. *Ordin. Provinc. P.* 1. *Tit.* Von Straffe der Jungfrauen-Schwächer Coler. *Decis.* 176. *n.* 81. Philipp. *in Usu Pract. Instit. Ecclog.* 84. *L.* 4. *n.* 13 *ibique allegati.* carcere, alibi pecunia ex arbitrio Iudicis coercetur, Vid Carpz. P. 4. *Constit.* 7. *Def.* 9. Mev. *ad Ius Lub. L.* 4. *Tit.* 5. *Art.* 1. *n.* 1. Philipp. *d. l. n.* 12. *ibique copiose allegati DDres.* Conf Dantziger Stadt-Willkühr. *P.* 3. *Cap.* 10. *Art ult.* & Dn. Hopp. *ad* §. 4. *Inst. de Publ. Iud. in Usu Hodierno*, ubi notat: Gedani stupratorem præterea aliquando cogi, ut tantam pecuniæ summam solvat, quanta sufficit ad infantem in Orphanotrophium suscipiendum; Sodomiæ nefarium crimen, cum Homine commissum *gladio*, cum bestiis vero *Vivi-Comburio* expiatur. *CCC. Art.* 116 Carpzov. *Q.* 76. *n.* 19. Reusner. *Lib.* 2. *Decis.* 20. *n.* 8. Consentit Ius Saxonicum, Vid Carpz. *d. n.* 31. & Philipp. *in Usu Pract. Instit. Ecclog.* 83. *in fine*, & Culmense *d. l. Tit.* 11. Iungo hisce Crimen Lenocinii & Infantis Expositi, quorum *illud* in *parentibus & Conjugibus lucri causa* commissum, *capite*, in *aliis* vero *personis extra ordinem* punitur; *Ord. Crim. Caroli V. Art.* 122. Carpzov. *Q.* 71. *n.* 7. *seq.* Consentit Ius Saxonicum, *Carpz. d. l. n.* 16. Berlich. *P.* 5. *Concl.* 40. *n.* 8. *&* 30. & Culmense, *d l. Tit* 13. *per totum*; *Hoc* vero, si *ea intentione* infans expositus sit, ut moriatur & re vera mortuus fuerit, *gladio*, alias vero *extraordinaria* punitur *poena*; Carpzov. *Q.* 10. *ibique alleg*: Non abnuit hisce Ius Culmense *d. l. Tit.* 14. *per tot. &* Praxis Saxonica. Carpz. *d. l.*

IX.

Falsi Crimen non est *uniforme*, ergo nec *uniformis* ejus pœna esse potest, quæ modo *capitalis* est, (1) in Testibus, ex quorum falso testimonio alius innocenter periit. *L. 1. §. 1. ff. & L. 22. in fine. C. Ad L. Corn. De Falsis.* Consentit Ius Culmense *Lib. 5. Tit. 3. cap. 5.* (2) In adulterata moneta, *L. 2. C. De Falsa Moneta. Art. 109. CCC.* ibique Clasenius. Concordat Ius Culmense *d. l. Tit. 18. cap. 6. per totum.* Modo *arbitraria* Fustigationis, Carceris, Relegationis ac Pecuniaria. *CCC. Art 112. & 113.* Vid. Ius Culmense *d. l. cap. 2. 7. seq.*

X.

Pœna Perjurii in Iudicio *ob propriam utilitatem* pejurantis, præter *restitutionem* rei, falso juramento alteri subtractæ; *est infamia*, & *duorum priorum digitorum*, quibus elevatis, pejuravit, *amputatio*: Qui vero perjurio suo *alteri capitis periculum creavit*, *eadem pœna* afficitur, quæ & *instigantem* ad pejurandum manet, *C. C. Art. 107.* Ibique DDdres. Consentit per omnia Ius Culmense, P. 2. *L. 5. Tit. 3. cap. 1. 2. & 3.* Iungo coronidis loco crimen Effracti Carceris, quod in *Commentariense* eadem punitur pœna, quam meruerat *dolose* è carcere dimissus, *negligentia* Custodis *arbitrarie* punienda. *C.C. Carolin. Art. 180.* Quod si, *alius* captivum *vi* carcere liberaverit, capite plectitur, si *citra vim*, vel etiam *ipse incarceratus* se carcere exemerit, *Extraordinaria* obtinet pœna, quo tamen casu se gravi onerat suspicione, etiam ad torturam sufficiente. Vid. Carpzov. P. *1. Quæst. 35. n. 39. &* P. *3. Q. 111. n. 85.* Lauterbach. *ad Tit. De Effractoribus.* Conf. *Ius Culmense Lib. 5. Tit. 5. cap. 4. & Tit. 6.*

Et hæc sunt, Lector Benevole, quæ pro ingenii modulo & temporis ratione circa Convenientiam Iuris Culmensis & Gedanensis, cum Iure Civili, Saxonico, Prutenico & Lubecensi, collegi, quæ si omnia ad palatum non sint, me adhuc Tyronem esse cogitabis, & humanæ conditionis probe conscium, meliora docentem, prompto obsequio secuturum; De cætero animo quidem sederat sententiæ, circa processum tam Civilem quam Criminalem restantes prioribus jungere, Convenientias, ast instans peregrinatio manum de tabula retrahere suasit, & hac vice, Summo Numini submississimis gratiis devota mente pro præstito adjutorio nuncupatis, hisce jussit lucubrationibus exoptatum imponere

FINEM.

PRO-

PROGRAMMA
QUO
Suo, Totiusque Juridici Collegii Nomine
Ad
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
VIRI *PRÆNOBILIS atq; DOCTISSIMI*
DN. IOACH. CHRISTIANI
HILDEBRANDI, Rostochiensis
JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI DIGNISSIMI
FOROILLUSTRIS FILII DELINQUENTIS
Pro consequendis summis in utroque Jure
Honoribus ac Privilegiis
Die XVII. Junii Anno MDCXCVII.
Bono cum DEO habendam
IN AUDITORIO MAJORI
Horis ante- & Pomeridianis
Magnificum Dn. Rectorem, utriusque Reip.
Nobilissimum atq; Amplissimum Senatum, omnesque omnium
ordinum Cives Academicos ac Literarum Fautores
observanter ac officiose invitat

JOHANNES Klein/
J.U.D. Et Pandectarum in Alma Patria Ducalis Profess. Publ. nec non Consistorii Meckl. h. t. Director & ad hunc actum Inauguralem Decanus.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. Anno 1705.

Quem-

QUemlibet *delinquentem*, etiamsi privilegiato ceteroquin foro utatur, non duntaxat *Hodie* (1) in loco DOMICILII, tanquam Foro, omnibus causis communi, utut alibi deliquerit, *L.2. C. Ubi de Crim. agi oport. inibique* Brunnem. & *ad L.1. eod. n.21.* Carpzov. *quæst.110. n.9.* Covarruv. *Pr. quæst.11.n.5.* Stephan. *de Jurisd. Lib.1.c.10.n.12.* Et (2) in loco DEPREHENSIONIS licet nec domicilium ibidem habeat, nec in illo se delicti reum fecerit, Brunnem. *d. l.* Struv. *Ex. ff.9. th* 45. Carpzov. *d. Q. n.69.* sed inprimis (3) in loco COMMISSI DELICTI, ab illo, qui *Majestate, jureque Territorii Summo* gaudet, convenienti delicto pœna affici posse, tralatitium & in vulgus notum est, cum delinquendo ejus in se delinquens proroget jurisdictionem, cui alias subjectus non est; Vid. Mev. *P.5. Dec.374. n.2.* Frantzk. *in Comm. ff. Ad Tit. De Judic. n.40.* Brunnem. *ad L.3. ff. De Off. præf. n.3.* Adeo, ut nec *Illustrium Personarum Legati*, neque *ipsæ Personæ Illustres*, in alieno territorio delinquentes, hoc Forum propitio jure declinare valeant: Utut enim, quod *Legatorum* attinet Personas, illis communi Gentium jure tributa, & à Cicerone Verrina. III. Varrone *Lib 3. De Ling. Latin.* aliisque à Grotio *L.2. C.18. §.1. de J. B. & P. in Not.* plena manu allegatis Scriptoribus tantopere deprædicata Sanctimonia, Legatos ejus jurisdictioni, apud quem vivunt, eximere videatur, admisso in territorio illius, ad quem missi sunt, atrociori delicto, ad eum, qui misit, cum postulato, ut vel puniat, vel dedat delinquentes, remittendos, quæ Magni Grotii est sententia in aureo Tractatu *de J. B. & P. Lib.2. C.18. §.5.* Veritati tamen mage convenire reor sententiam statuentium, absque Juris Gentium violatione, hoc jure inviolabiles Legatorum Personas, à Territorii Domino, ob atrocius delictum, inibi commissum, promerito subjici posse supplicio; Cum enim Jus Gentium Legatos quidem contra *Hostilem violentiam & injurias*, minime vero contra *legitimam juris executionem* muniat, *L.8 pr. ff. De R. D.* illisque *securitatem*, non vero *impunitatem* præstet, quam constituere non *sanctitas* foret, sed *profanitas*, neque violari dicantur, contra quos jure agitur, (crimen enim qui vindicat non *violat jus*, sed *implet* potius) frustra utique Legationis confidunt præsidio, qui Legationis jure se tectos rati, in alieno turpiter agunt terri-

territorio, jure Gentium in Legatis id tantum restituente, quod belli jus abstulerat, scilicet, ne *lædi* possint, neutiquam vero illis concedente, ut impune alios *lædere* possint, qui, quamquam pro hostibus quidem habendi non sint, Advenæ tamen sunt, in quos jura belli, non vero pacis cessant. Graviter hoc ac eleganter Cicero contra Verrem, Legatum Romanorum, à Lampsacenis, quod virgini vim inferre pararet, domi suæ oppugnatum, *in Orat. VI. seu Verrin. II. C. 2. de Legat.* & Quintilianus *integra Declamatione XII. pro Civibus contra Legatum*, propugnant, Romanosque de Tarquiniorum Legatis jam olim decrevisse: *Meritos, ut hostium loco essent*, meræque gratiæ datum fuisse, quod securitas jure Gentium constituta, ipsis fuerit indulta, testatur *Livius L. 2. c. 4.* Idem conclusum fuit à JCtis Anglicanis in causa Legati Hispanici Mendozæ, qui in Elisabetham, Angliæ Reginam, impie machinatus fuerat, Vid. Cam. den. sub Anno 1684. Quem licet Hominem *ex animi generositate* ad consilium Alberici Gentilis, Regina dimiserit, Oliverius Cromwel tamen, Legati Lusitani Fratrem & Comitem, ejusque Famulum homicidii privati reos, 20. Julii, Anno 1654. ad publicum supplicium rapi mandans, aliaque plura sumtarum à Legatis pœnarum exempla, à Bodino *Lib. 5. De Rep. cap. 6. in fin.* Arum. *Disc. ad A. B. 1. th. 21.* & Zauch. *Dissert. De Legat. Delinqu. Cap. 6.* notata, *ex juris necessitate* id minime factum fuisse satis evictum comprobatumque eunt. Quanquam vero non desint etiam exempla quorundam, qui Legatos in territorio suo delinquentes, dimiserunt, nil inde tamen contra præfatam inferri sententiam aliud valide potest, quam quod necessarium non sit Territorii Domino, illos punire, quos puniendos, ad mittentem remittere liberrimi omnino arbitrii res est: *Vid. Excellentiss. Dn. Henric. Coccejus in eleganti Dissertatione, De Fundata in Territorio & plurium Locorum concurrente potestate Tit. 2. §. 10. & 11.* Ubi prudenter monet: Satius tamen & honestius esse, si territorii Dominus, in honorem alterius Principis, cujus vices dignitatemque Legatus gerit, & ad amicitiam ejus magis conciliandam, jure suo non utatur, proque præsenti rerum suarum conditione ac statu, ad generositatis gloriam & lenitatis famam, ultro potius delinquentem in suo territorio Legatum remittat ad Dominum ablegantem, quam ut impii hominis morte vindictam expleat,

Terri-

Territorio suo sæpius oppido periculosam. Quæ de *Legatis* dicta sunt, eadem ad *ipsas Illustres etiam personas*, in alieno Territorio delinquentes, jure non-invito possunt applicari. Quanquam enim facile largiar, Humanitatis utique, ac magna cum generositatis laude conjunctum, exque dignitate Summorum Principum ac territorii Dominorum esse, ut ultro quidem & in venerationem Principalis fastigii, Principibus peregrinis indulgeant, & Hospitalitatis, Comitatisque officiis potius, quam rigidæ Superioris in illo Territorio potestatis in eos affectatione certent, teneri tamen Principem in alieno territorio delinquentem, *non humanitate, sed jure suo* uti volentis, agnoscere potestatem, ex hoc veriori cum Excell. Dn. Coccejo *insupr. all. Differt. d.l. Tit.2. §.12.* aliisque concludo juris fundamento quod (1) Omnis Principis potestas intra territorii sui fines conclusa sit, adeoque ipse in alieno territorio *pro privato* habeatur. Vid. Knichen. *De Jur. Territ. Cap.4.n 4.* Alciat. *in C.1. n.17. &c. De Offic. Ordin.* Dn. Coccejus *d.l.* (2) Quod Summus Territorii Dominus fundatam in omnibus habeat potestatem, quæ ejus finibus continentur, adeoque consequenter & in personas Illustres, inibi commorantes, & delinquentes. Vid. Coccej. § 1. & 2. *d. Differt.* (3) Quodque reatus omnem exuat dignitatem, *L.1. C. Ubi Senatores.* ibique Brunnem. solo Rege ac Territorii Domino Summo, in Regno ac Territorio suo jus supplicii habente, dareque valente, Vid. Dn. Coccejus. *d.l.* Ubi idem ex eodem principio ad ipsos Principis Cognatos, puta FRATRES ac FILIOS, in territorio Regnantis Patris vel Fratris delinquentes, recte extendit; Utut enim in honorem sanguinis conveniat hos comiter tractare, ac reverenter habere, nec facile in illos durius aliquid statuere, semper tamen in Rege probe discernendum est id, quod *decorum, laudabile, humanum ac Regi eximium est*, *à jure Regiæ Potestatis*, quo in delinquentem Fratrem vel Filium in territorio suo usurus potius, quam lenitate ac humanitatis gloria, juris notam minime incurrit Territorii Dominus; Quod cum loco INAUGURALIS THEMATIS, eleganti opera ac notabili industria fusius deduxerit Præ-Nobilis ac Doctissimus DN. JOACHIMUS CHRISTIANUS HILDEBRANDUS, Rostochiensis, Utriusque Juris Candidatus Dignissimus, haud vacat pluribus in rationes rarioris hujusce juris articuli, inque exempla illorum, qui in suos hanc potestatem exercuerunt,

runt, paſſim in Conſtantino M. Ottone III. Imperat. Henrico VIII. Angliæ Rege, Manlio &c. obvia, inquirere, ad palmarium præſentis ſcriptionis caput, recenſendosque natales Præ-Nobilis noſtri Candidati ejusque elegantiores, ac eximios plane in utroque Jure profectus, propius acceſſurus. Primam vero lucem JS Roſtochii aſpexit, ANNO ſupra milleſimum Sexcenteſimum ſeptuageſimo tertio, undecimo Decembris die, Patre ſatus VIRO Præ-Nobiliſſimo, Ampliſſimo, atque Excellentiſſimo DN. CHRISTIANO HILDEBRANDO, Logices apud nos Profeſſore Ducali Celeberrimo, Fctis Philoſophicæ Seniore, hodieque Decano, Collega ac Fautore noſtro Honoratiſſimo, Matre vero GERTRUDE LAUREMBERGS, Matrona, ſexus ſui virtutum laudibus condecoratiſſima, cujus Pater, noſtrique DN. CANDIDATI Avus Maternus fuit Vir Præ-Nobiliſſimus, Excellentiſſimus, atque Experientiſſimus DN. PETRUS LAUREMBERG. Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor, inque hac Alma olim Poëſeos Profeſſor Celeberrimus, *WILHELMI LAUREMBERGII*, Phil. & Medicinæ Doctoris, itidemque olim apud nos Superiorum Mathematum Profeſſoris Famigeratiſſimi Filius. Avo Paterno gaviſus eſt Viro Spectatiſſimo ac Integerrimo *DN. JACOBO HILDEBRAND*, Ultimi Ducis Utriusque Pomeraniæ *Bugislavi XIV*. Principiſſæ Viduæ *ELISABETHÆ*, *JOHANNIS Junioris*, Holſat. Sunderb. Ducis Filiæ, Culinæ & Granarii Præfecto. Ingenium capiendis artibus ac ſcientiis apprime accommodatum, inſitamque naturæ vim & pectoris bene nati indolem, recta, eaque optima ac fideliſſima erexerunt ac excoluerunt, inſtitutione, Vir Pl. Reverendus atque Excell. *DN. JACOBUS BURGMAN*, ad D. Nicolai ædem hic Eccleſiaſtes vigilantiſſimus, Hebraicæ Linguæ ac Catecheſeos in hac Alma Profeſſor deſignatus, Fautor & Amicus noſter Honoratiſſimus, nec non *M. JOACHIMUS WENDEKER*, Wiſmariæ jam Archi-Diaconus ad D. Mar. fideliſſimus, & *JOH. KEMPFER*, Paſtor Oedeskirchenſis optime meritus, quorum ſingulorum erga ſe merita, quoad vixerit, grato prædicare ore non deſiſtet. Ab hiſce fideliſſimis ſuis Præceptoribus omni liberali doctrina, cujus fulcris ſeveriora ſtudia ſuſtinentur, probe excultus, privatoque, tum in Moralibus, tum Logicis & Theologicis Diſputationum uſu optime exercitatus, completis pubertatis annis, privatæ ſe in interpretandis juris Juſtinianei Inſtitutionibus

commisit informationi Viri Præ-Nobilissimi, Excellentissimi ac Consultissimi *DN. CASPARIS MATTHIÆ MULLERI, J. U. D.* & Moralium in hac Alma Professoris Celeberrimi, Dni. Collegæ ac Compatris nostri Honoratissimi. Hisque primis legitimæ scientiæ præmunitus fundamentis, Me Præeunte, ab Anno 1689. usque ad Annum Christi 1695. sicque per integrum lustrum, singulas utriusque juris partes, incredibili discendi ardore ac diligentia plane singulari non semel lustravit, mihique, quod in Auditore flagrantissimum cognovi, audiendi, proficiendique studium gnaviter probavit: Neque vero minus coluit reliquos, in hac Varniaca eruditionis laude, ac methodicæ instituendi cupidam Legum juventutem artis gloria celebres Juris Antecessores: *P*rivatim enim feudalia interpretanti sedulus adhæsit auditor, Viro Magnifico, *P*ræ-Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo *DN. CHRISTOPHORO REDEKERO*, ICto, olimque in hac Alma Codicis *P*rofessori *C*eleberrimo, ac *C*onsistorii *M*ecklenburgensis Assessori gravissimo, jam vero *C*onsuli hujus Urbis meritissimo, Dn. Affini ac *C*om-*P*atri nostro, Fratris instar in paucis æstumatissimo, Scholiisque publicis *in Memoriale Legum Codicis Excellentissimi Dn. Brunnemanni, VIRI Excellentissimi ac Consultissimi DN. MATTHIÆ STEINII, J. U. D.* & *C*odicis apud nos *P*rofessoris Famigeratissimi, Dn. Fautoris ac *C*ollegæ nostri Honoratissimi minime neglectis, collectas inde animi dotes ac rariorem partam eruditionem, tum in privatis æque ac publicis Disputationum variis congressibus, tum præprimis in defendenda Me *P*æside publicitus *Secunda Pandectarum Meditatione Academica*, nitidaque opera ac proprio *M*arte elaborato *De In- & Exculpatione Moribundi vulnerati* themate, non sine publico omnium applausu cunctis egregie probavit. Igitur Hic subinde in se ipsum recedens, & vires proprias vario tentamine expertus, jussui Honoratissimi Dn. Genitoris, modestam ambitionem summorum in jure Honorum eidem injungenti, reluctari noluit, sed, ut in numerum *C*andidatorum reciperetur, observanter petiit, proque ea, qua honestis cujuscunque desideriis assurgere parati sumus, inserviendi promptitudine nostra, facile consecutus est, ut ad rigorosius examen 28. Iunii Anno 1695. admitteretur: In quo Noster, singulari diligentia & morum modestia, Superiores honorante, *P*aresque sine luxuriæ aut superbiæ notis amante, jam Amplissimæ FCti nostræ satis commendatus, ita se Nobis

omni-

omnibus exhibuit, ut ne ullum quidem dubium, quod assensum vel tantillum remorari potuerit, ulli nostrum fuerit subortum. Jam in illo erat, ut indultu F. tis nostræ conscribenda Inaugurali Disputatione justum Ordinis Nostri, de optime adornatis ipsius studiis ac meritis judicium, publice comprobaret, cum, quæ ipsi ad prudentiam civilem adhuc deesse videbatur, peregrinationem ante ultimum studiorum suorum complementum, ingenti ardore suscipere apud animum suum constitueret, non falso existimans, inde hauriri posse, quæ Patriæ olim sibique usui esse possint maximo: Quod enim alibi Livius de Historia edisserit: *Illud præcipue in ea salubre ac frugiferum esse, omnis Te exempli documenta, in illustri posita monumento, intueri; Inde Tibi Tuæque Reip. quod imitere, capias: Inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites*, idem propitia veritate peregrinationi accommodari potest. Non alio igitur fine *Candidatus Noster* eodem adhuc Anno peregrinationem ingressus, civitates delicatiores, *Berolinum*, *Vinariam*, *Fuldam*, sede Imperatricis Cancellarii notam, *Francofurtum*, ordinario Imperatoris electionis loco illustrem, *Hanoviam*, *Wetzlariam*, judicii Cameralis sede hodie splendidissimam, nec non Imperii illas *Friedbergum & Gelnhusam*, Academias itidem famosiores *Leucoræam*, *Philyream*, *Fridericianam*, *Hieranam*, *Ludovicianam*, *Salanam*, quæque omnibus illis in locis memoratu digna sunt, Bibliothecas cum primis, Auream Bullam Francofurtensem, Conclavia, eligendo Regi Romanorum, epulisque sacratissimis, finito electionis actu dicata, Audientias in Camera, ac Illustrium Palatia omni oculo observavit, in eo non minimam felicitatis suæ partem ponens, quod à Biga illa Illustrissimorum Cameræ Præsidum gratiosissimo exceptus colloquio, omnium ibidem fulgentium Virorum miram humanitatem affatim sit expertus. Lustratis hactenus recensitis splendidioribus Germaniæ Civitatibus, destinaverat quidem animo NOSTER, *Viennam*, *Ratisbonam*, *Norimbergam & Augustam Vindelicorum* observanti oculo adhuc usurpare; at vero mutato consilio, jussu Excellentissimi Dn. Parentis ad Patrios rediit Penates, manumque Inaugurali, DE FORO FILII ILLUSTRIS DELINQUENTIS, Disputationi, quæ propediem conferendos Summos in Utroque Jure Honores optime meritos, ex laudabili F. tis JURIDICÆ Statuto præcedere debet, conscribendæ, felicissimo successu admovit, cui publicitus habendæ, cum 17. hujus Mensis dies sit præfinitus, ut

Magnificus Academiæ Rector, Excellentiſſimi Utriusque Reipublicæ Proceres, omnesque Jurisprudentiæ Fautores præſentia ſua hunc ſolenniorem Diſputationis actum illuſtrare, ſique libuerit, collatione amica vires *Candidati Noſtri* tentare haud graventur, decenter ac amanter rogo, ultroneam Florentiſſimæ Juventutis præſentiam, pro eo, quo nos mutuo proſequimur amore, certo mihi pollicitus.

PP. Sub Sigillo Decanatus.

ANNO M DC XC VII.
XIX. Junii.

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
FORO ILLVSTRIS FILII DELINQUENTIS.

QUAM.

Augustissimo Fori omnis Præside Auguste,
Dirigente ex Decreto
Magnifici JCtorum Ordinis in Illustri hac Universitate Patria

SUB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI CELEBERRIMIQUE JCTI
DN. JOHANNIS Klein/
J. U. D. AC PANDECT. PROF. PUBL. MERITISSIMI, CONSIST. MEG. h. t. DIRECT. GRAVISSIMI, ET AD HUNC ACTUM DECANI SPECTATISSIMI,
Dn. Præceptoris, ac Studiorum Promotoris PRETIOSISSIMI,

PRO LICENTIA
SUMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES, ET PRIVILEGIA INDIPISCENDI
Ad diem XVII. Junii A. R. S. M. D. C. XCVII.
Horis Pro- & Pomeridianis
IN AVDITORIO MAIORI
Publico Conflictui substernit
JOACH. CHRIST. HILDEBRANDUS
ROSTOCHIENSIS.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS
De

Foro Illustris Filii Delinquentis.

PRÆLOQVIVM.

SUMMARIA.

Dubium fundamentale toti Labori opponitur. n. 1.
AUCTORIS Notarum in Vitr. I. I. P. Nomen, Patria, Conditio, ac Scripti *ejus* Principia *deteguntur.* 2
Idem Dubium deducitur. 3.
Et discutitur. 4.5.
Præparatio solennis evolvendæ materiæ subjungitur & generalis. 6
Et Specialis 7.8
Ordinis Elogium ex Xenoph. inseritur. 9
Conspectus totius Dissertationis aperitur. n. f.

1 IMpii temeritatis piaculi me sontem multis oppido visurum, evanide haud conjecturo, dum Examine rigorose legitime superato, ac facultate publicum studiorum Legibus colophonem ex more Prolytarum imponendi à *Consessu JCtorum Magnifico* propensè mihi impertita, solenni hac Meditatione adversus eos *scribere*, & *disputare* sum molitus, qui *proscribendi* juxtim ac *amputandi* potestatem olim solutissimam fuissent indepturi; præsertim, cum ipsas juxta Notas in *Vitr. J. J. P.* (quas PFEFFINGERUM, cunabulis *Argentoratensem*, *Gallicæ* tum Linguæ
2 melliginem Academicis instillantem, è multijugis Codicibus, ac *Frankensteinii* & *Baudii*, quorum *Hic* cumprimis *Genealogica* suggessit, Prælectionibus compilasse, ex Lipsia sibi reddita Epistola Vir Celeb. ac hoc in studio curiosissimus DN. PLACCIUS in literis *die Maij 18.* ad me textis aperuit, cui obæratæ mentis vice interusurii grates eapropter publicas dependo) *Libr. 3. Tit. 17. §. 9. inf. p. m. 818.* meæ cæ-
3 terum sententiæ faventes *tutius* hoc *publicæ* auctoritati sopiendum relinqua-

linquatur: Nihilo tamen minus ſacra mea Anchora ſubſiſtit, obje- 4
ctam hanc temeritatis ſpeciem luce *pietatis* meæ erga *Veritatem & Illu-*
ſtrium Parentum jura omnino dilapſuram eſſe, hincque univerſos rem
defecatæ mentis trutinâ penſantes reatus omnis me exortem pronun-
ciaturos, cum ſcopus inſuper totius hujus operæ duntaxat fuerit, 5
ſub umbra Libertatis Academicæ, qua & mihi ad exemplum omnium
fermè Diſputantium tueri me licebit, ſolam Genitorum *Poteſtatem*,
non vero ejus exercitii *neceſſitatem* (illis enim Leges *præſcribere*, qui
eas ipſi poſſunt *ſcribere*, inexpiabilis audacia privati eſſet,) nervis
omnibus ſtatuminandi. Qua bonitate cauſæ manifeſta jam ſubni- 6
xus, impetrare nullus à me potis fui, ut hanc materiem à Periſtyliis
ſolennis Cathedræ arcerem. præcipuè, cum *ſpecialiter* his adaptatam
eandem hactenus non viderim. Omnem ea propter pollicem intre- 7
pidè ad opus ipſum demiſſurus, Summum prius Numen utroque
poplite obteſtor, ut aura ſui Spiritus me focillare fragrantiſſima di-
gnetur, quo laborem hunc non ex *lubidine*, ſed *pietate* ſuſceptum ad
votum eluctari valeam. Te vero, Lector Candide ac Curioſe, in 8
cenſendo *Singularium* tot Perſonarum *Foro* hoc *Communi*, commune
Veritatis, *Modeſtiæ*, ac *Talionis* tandem *Forum* haud declinaturum, re-
ligioni Tuæ fido. Cœterum, ne ordinis, quo juxta grave *Xeno-* 9
phontis *Lemma: *Nil homini utilius, nec melius*, præmeditatus Leges
temeraſſe videar, hanc Diſſertationem IV. innectere *CAPITIBUS* al- 10
lubet, quorum PRIMUM *Succinctam Rubri Explanationem* ſiſtet, SE-
CUNDUM *Potiora Argumenta Illuſtris Jurisdictionem Genitoris in delin-*
quentem Genitum deſtruentia ediſſeret, TERTIUM *Veriora Fundamen-*
ta hunc Potentatum ejus adſtruentia expromet, QUARTUM demum
Rationum Opinionis Negativæ Confirmatoriarum Confutationem pertexet.

* *In Oeconom.* ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτε εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.

CA-

CAPUT I.

Sistens

Succinctam Rubri Explanationem.

SUMMARIA.

INgressus hujus Cap. n. 1
Fori *Etymologia*, *terminatio*, *ac Synonymia traduntur remissive.* 2. 3
Famosior ejus Divisio in venale & judiale binis tangitur. 4. 5
Defectus judicii, qui ex defectu Jdictionis oritur, insanabilis audit. 6
Fori competentiam delictum tribuit. 7
Cujus ratio affertur. 8
Natales vocabuli Illustris *remissive aperit.* 9
Acceptiones ejus variæ ad bimembres Divisiones revocari possunt. 10
Sumitur in sensu vel abusivo, festivo tamen, vel justo & serio. 11
Illius suave exemplum retegitur. 12
In hoc vel rebus vel personis jungitur. 13
Illis vel native, cujus acceptionem & exempla tradunt. 14. 15
Vel translatè, & tum vel perspicuum, vel præclarum seu celebre notat, quod utrumque demonstrant. 16. 17. 18. 19. 20.
His junctum vel celebritatem infert, quod probat. 21
Vel dignitatem, hancque specificam aliam J. P. Romano, quod traditur. 22
Aliam J. P. Germanico, cujus significationem aperit. 23
Hoc rursus al. antiquo al. moderno. 24
In illo sensu capitur vel Eminenter, cujus significationem & Praxin memorabilem exhibent. 25. 26. 27. 28
Imperator primus ante omnes, secundus post Deum notabiliter dicitur. 26
Vel simpliciter, cujus significationem tradit. 29
Hoc modo iterum vel generaliter, quod probat. 30
Vel specialiter, quod exponit. 31
Utroque modo Titulus hic est vel congenitus vel adventitius, quod deducitur. 32. 33
In hoc sensu, seu J. P. Germ. moderno vox hæc accepta, quid notet, tradit. 34
Quo in sensu in tota Diss. capiatur, subjicit. 35
Forum Illustrium Regentium, Conjugum, & Fratrum remissive traditur. 36. 37. 38.
Filii appellatione in hoc Themate & Filia continetur. 39

Tri-

Tribunal Filii Illustris contrahentis remissive aperitur. 40
Restringitur Diss. ad Filium in Territorio Parentis delinquentem. 41
Descriptio Fori Illustris Filii delinquentis adjicitur. n. f.

QUanquam familiare ac sanctum prope materiam curate tractaturis esse, apricetur, ut singulas *Rubricæ* voces prius ad pulvisculum excutiant, hincque & mihi statim *primum* quod Frontispicii vocabulum immote horum semitæ omnino insistendum esse videretur; attamen, cum vel exactissima hujus evolutio viscera præsentis Thematis ne quidem sit tactura, & ab aliis præsertim hæc sint feliciter dilucidata, sterili ac proletaria opella scopum principalem sufflaminare, proficuum haud puto. Quare *Fori* scaturigine, ac terminatione, quæ inter alios aperiunt Dn. Schwed. *in Disc. De Foro Illustr. Imp. R. G. imm. subj. Ann.* 1681. 2
pro Loc. evulg. th. 2. Marquart. *in Diss. de Foro Comp. Pers. Illustr. Altd. Ann.* 1670. *h. th.* 1. 2. Dn. Stryk. *in Disp. De Consc. For. C.* 1. *n.* 2. 3. ibique *plena manu all.* nec non vicariis nominibus, quæ collegerunt Schw. *præl. l. th.* 4. Marquart. *c. l. th.* 4. Stryk. *in Diss. De For. Germ. Sing. C. 1.* §. *3* jam prætermissis, significatus inter multimodos, quos fuso Stylo persecuti 3
D. Schw. *mem. l. th.* 3. Marquart. *d. Disp. th.* 3. & D. Stryk. *cit. Diss. De F. G. S.* §. 2. hunc famosiorem summo digito duntaxat tango, in quo Forum in *Venale* seu *negociatorium*, & *judiciale*, seu *judiciarium* dividitur. 4
Illud explicant D. Schw. Stryk. & Marqu. *dd. ll.* *Hoc* autem est nil aliud, quam locus judicii, in quem causæ controversæ solenniter deducuntur, & deductæ publica auctoritate juste sopiuntur. Vid. 5
Dd passim.

Cum vero judicii defectus, qui ex defectu Jurisdictionis resultat, Vid. Bald. de Ubald *in L. pen. C. De Auct. præst.* Barbat. *V.* 1. *Cons.* 50. 6
Col. 3. *inf.* insanabilis censeatur, Sebast. Vant. *de Mod. & Ord. proc. n.* 2. & *De Null. ex def. jurisd. n.* 1. *seqq.* citatus à Gersch *in Diss. De For. comp.* §. 2. Dn. Stryk. *in I. ad P. F. C.* 23. §. 27. ibique *all.* Mev. *P. 1. D.* 100. & Blum. *P. C. T.* 56. *n.* 4. *seqq.* jure prægnantissimo indubitate primum *Forum* 7
Competens in quacunque causa præsupponitur, quod inter modos alios ex *Delicto* etiam consurgit, *L. un. C. Ubi de Crim. N.* 69. *C.* 1. ibique 8
Goth. *pr. voc. In Litt. A.* quo delinquens *cuivis* Tribunali *præsumpto* suo assensu se substernit, ac *reatu* ipso Exceptionibus *quibusvis* competentibus alias renunciat. Castr. *in L.* 18. *ff. de in jus voc. n.* 10. Everh. *Cons.* 202. *n.* 8. Cothm. *V.* 3. *Cons.* 29. *n.* 30. quod in *Personis* quoque *Illustribus* veritatis statera fulciri, limpidissime ex pertexendis infra elucescet.

9 Excipit verbum *Fori* in *Rubrica* vocabulum Illustris, cujus nata-
les evolvit Dn. Stryk. *in Disp. De Jure Illustrium & Nobil. Communi Wit-*
temb. An. 1691. *h. C.* 1. *n.* 5. quod licet multijugarum acceptionum op-
pido sit ferax, illas tamen omnes, aut certe principes limatioris or-
10 dinis ac conceptus ergo ad *bimembres* has Divisiones revocari tandem
posse arbitror. Nimirum initio capitur hæc vox in sensu aut *abusivo*,
11 *festivo* tamen, aut *justo*, & *serio*. In priore Sixtus V. Pontifex [*Felix*
12 *Perenottus* ante dictus, injustis tot *divitiis*, ac *vitijs* adnotus Papa Vid.
Matthiæ *Theatr. Hist sub Rudolph. 2. p. m.* 1113. *a. b.* & 1114.] *Cryptis*, exi-
guo *Piceni* Regionis, (quæ *Marchionatus Anconitanus*, seu Anconaten-
sis, Ital. *Marca de Ancona* jam salutatur,) pago, subjecto *Montis-Alti*
Castro pauperrimis Parentibus prognatus compluries ILLUSTRI
sese Domo ortum ipse gloriatus, eo, quod hæc lacera, discooperta, at-
que sic à *solis radiis* ex parte omni splendide fuisset *illustrata*, quod
Germ. efferri ita posset. Seines Vatern Hauß wäre Durchlauchtig
genug gewesen. Thuan. *Hist. Lib.* 82. exque eo Lans. *perpolitiss. Consult.*
13 *Or. contr. Germ p. m.* 1037. Matth. *cit. p.* 1113 *a.* In *posteriore* sensu vel *re-*
14 *bus* vel *personis* accommodatur. *Illis* aut *native*, *quo casu idem*, quod *lu-*
culentum, vel *lucidum*, Germ. Liecht / Hell / designat. Sic Tacitus 1.
15 *A.* 50. 5. & 14. 5. 1. noctem sideribus illustrem dixit. Conf. Stryk. *add. l.*
16 *n.* 6. aut *translatè*, quo modo vel idem, quod *perspicuum*, Germ. Deut-
17 lich und verständlich Importat. Ita Cic. *Lib.* 3. *De Orat Ed. Goth. Tom.* 1.
18 *p. m.* 280. *Litt. A.* verba *illustria*, & *Partit. Or. pag. mihi* 413. *A*
19 Orationem *illustrem* commendavit. Add. Stryk. *c. l.* vel idem,
20 quod *præclarum* seu *celebre*, Germ. Fürtreflich / Herrlich / Berühmt de-
notat. Hac ratione Id. Cic. *Libr.* 2. *De Orat. p. m.* 205. *D.* & 206. *D.* re-
21 rum *Illustrium*, ac C. Nep. *in Arist.* 2. 2. facti *illustris*, nec non *in Att.* 18. 2.
rerum Populi Romani *illustrium* mentionem injecerunt, quo & sen-
su generatim nostræ *Universitates* hodie *illustris* cluunt. His *personis*
nempe, si jungatur, aut *celebritatem* rursus arguit, quo respectu *JCti*,
22 ac alii edecumatæ eruditionis pariter ac famæ *Illustres* Germ. Hoch-
und weit berühmt hodie nonnullis audiunt, aut *dignitatem* infert, eam-
que *Specificam* aliam *stylo Juris Publici Romano*, quo varii *Officiales* Prin-
23 cipum hoc exquisito Titulo mactari, quorum seriem solicite contexu-
erunt Dn. Schwed. *in cit Disc. De Foro Illustr. Imp. R. G. immed. subj. th.* 7.
p. 9. 10. & Stryk. *add. l. th.* 5. aliam *Augustam Stylo Juris Publ. Germanico*
indicat, & tum vere nobis Durchleuchtig / in versione A. B. modo
Erleucht / *T.* 3. 5. 24. modo Durchleuchtig / *T. fin.* imo singulariter

Durchleuchtigst *Tit.* 7. *§*. *11*. dicitur. *Hoc* iterum aliam *antiquo*, aliam 24
moderno innuit. *Priore* intuitu ponderatur aut *Eminenter*, qua ratione 25
illis universe, qui *Majestatis propriæ* ac *veræ* infulis resplendent, hæc 26
vox jure ponderosissimo advolvitur. Ita *Imperatori*, cum *primus an-* 27
te omnes, *secundus post Deum sit*, ut graviter fatentur Electores in SCto
ætate *Ludovici Bavari* Augusti *Ann. 1337. sexto die Julij* in vici *Rhenosei* po-
mario sancito, quod percenset Lans. *in præl. Cons. Or. contr. Ital. p. m. 961.*
962. 963. hoc nomen attributum capitur. Cujus memorabile Exem- 28
plum *Concordata Nationis Germanicæ* notissima [quæ post alios, de qui-
bus vid. B. Maurit. *in limatiss. Not. ad Cap. Leop. ejus inter Opusc. à* Dn. Hert.
coll. p. m. 839. Celeb. D. Schilter. *Tractatui* Duareni *De S. Eccl. Min.* à se
J. J. Can. suis juncto attexuit] ex sede Apostolica, *Ann.* 1448. *d.* 14.
Cal. Apr. perscripta insinuant, in quibus *Nicolaus V.* Pontifex *Frideri-
cum*, seu, ut expressit, Federicum III. Imp. *Illustris* Titulo vocavit. Com-
pari modo *Regibus* idem assignatur, uti hoc ex *A. B. C.* 7. §. 2. *C.* 8. *§*. 1. &
C. 30. §. 2. elucescit, ubi Imp. Regem. *Bohemiæ* notabiliter *Illustrem* ap-
pellavit. Aut perpenditur *Simpliciter*, quo modo illis omnibus, qui 29
Majestatis analogæ, seu *æmulæ*, binis: *Superiori satis Territorialis* apice
renident, applicatur, & tum iterum vel *Generaliter* accipitur, qua 30
ratione *Electoribus* (cujus usum aperit *A. B. C.* 3. *§*. 1. *C.* 5. *§*. 1. *&* 2. *C* 7.
§. 2. C. 11. §. f. C. 12. §. C. 18. pr. C. 24. pr. & C. 30. §. 2.) *Principibus &c.* ad-
jungitur, vel *specialiter* sumitur, & tum *Comitibus & Baronibus* hæc vox 31
ceu propria tribuitur. Stryk. *all. Diss. n.* 34. ibique *cit. Dd.* Dn. Schw.
præl. Disc. th. 5. vers. In posteriori &c. Utroque hoc respectu hic Titulus 32
est vel *congenitus*, qui mediante *generatione* in hos defluxit, ut in Au-
gustoribus Ecclesiasticis ἀρχόντοις à Patre Principe, Comite aut Baro-
ne ortis, ac generatim Secularibus, cum Electoribus, tum Duci-
bus &c. contingit, vel *adventitius*, qui mediante *Electione*, aut *Cæsaris*
benignitate ipsis obvenit. Si nempe sanguine non minus, ac virtute 33
inclytus, requisitis solennibus præsuppositis in sublime Æpalis,
Epalis, &c. aut Comitis vel Baronis, quorum omnium exempla pro-
stant, dignitatis culmen fuerit evectus. *Posteriore* tandem sensu, 34
seu *stylo J. Publ. Germanico moderno* in *Gradu* hoc *infimo* frequentissime
Barones soli nomine hoc compellantur, Vid Schwed. *d. l.* ibiq. *all.* Felt-
man. *De Tit. Honor. C. 51. n. 1.* quamvis & huic sæpe particulam *aug-
mentativam* seu *intensivam* PER solenniter præponi, & *Per-Illustres* eos
salutari, ex Praxi Publica sit perspectissimum. Hos inter omnes 35

jam significatus is Potestati Genitorum in Genitos Illustrium eme-
dullandæ omnino est deserviturus, qui *Personis* adaptatus *Majestate*
propria non minus, quam *analoga* fulgentes suo ambitu concludit.

Subjunxi in *Rubrica* porro FILII, ut eo ipso utroque indice
monstrarem, ad præsens me nec (α) Forum Illustrium eorum Le-
36 gi obnitentium, qui territoriis jam suis *dominantur*, sub incudem la-
boris hujus vocaturum, cui post alios incubuerunt Comes de Wurm-
brand *Integr. Diss. De Foro S. Imp. R. G. Princ. Trajecti Ann. 1692. h. D.*
Schwed. *in cit. Disc. De Foro Ill. Imp. R. G. imm. subj.* D. Stryk. *in add. su-*
37 *pra Diss. De For. Germ. Singular. C. 2. 4.* nec (β) in sistendo justo Tribu-
nali *Conjugum* illorum vinculis Contractus aut reatus innexarum men-
tis vires periclitaturum, quod circumspecte susceperunt Dn. Vitr.
J. J. P. Libr. 3. Tit. 17. §. 10. Dn. Heber. *in Diss. De Jure Fœm. litig. in For.*
tum Civ. tum Sax. Ann. 1693. h th. 31. Dn. Rhet. *I. I. P. Lib. 1. T. 22.* §. 14.
Dn. Stryk *in U. M. ff. Ad Tit. De Idict. §. 29.* ac in Disp. *De Via Facti Princ.*
Imp. perm. Hal. An. 1695. h. C. 2. §. 17. nec non *in all. Diss. De For. G. S. C.*
2. §. 12. & C. 3. §. 13. Wurmbrand. *all. l. C. 1.* §. 16. nec *Fratrum* denique
38 (γ) Illustrium Leges insuper habentium competens judicium me
aperturum, quod distincte expromit Vitr. *c. l.* §. 15. *p. m. 831. 832.* Sed
Forum FILII Illustris Leges temerantis in Proscenium duntaxat Me-
39 ditationis hujus educturum, ita tamen, ut ad amussim Responsi ge-
neralis JCti in *L. Si quis ita 16. pr. in f. De Test. tut.* & hic appellatione
Filii omnino Filia Illustris concludatur.

Adjeci tandem Delinquentis, ad plenum partim intellectum
40 scopi præstituti exprimendum, partim ad *contractum* ab hoc Filii Illu-
stris removendum, cujus debitum Tribunal retexerunt Dn. Rhet.
I. I. P. Lib. 1. Tit. 13, §. 10. Dn. Stryk. *in U. M. ad Tit. De Idict.* §. 29. Ne-
que tamen generaliter hunc *ubicunque* sed NB. Intra Limites Paternæ
41 Ditionis solum Delinquentem specialiter sum producturus, cujus
Forum sic describere allubet, quod sit *Locus competens judicij, in quo*
42 *Illustri huic Filio delicti reo pœna crimini commensurata absque omni ejus Fori*
declinatoria Exceptione dictitari, & dictitata jure irrogari potest. In quo
num Patris in delinquentem filium potestas sit radicata, ex funda-
mentis, quæ hanc sententiam *oppugnant*, & *propugnant*, jamjam per-
censendis, justa veritatis lance ponderatis dispalescet.

CA-

CAPUT II.

Recensens

Potiora negativae ſententiae argumenta.

SUMMARIA.

Transgreſſio. 1
ICti Illuſtris Patris Juriedictionem in delinquentem Filium pernegantes generaliter indicantur. 2
Nituntur partim Ratione, partim Praxi Publica 3
Iidem ſpecialiter enarrantur 4 5
Ingreſſus Rationum illorum Recenſus. 6
Fundamentalis eorum Ratio (I) *Quoniam Filii Patri ſuo pares ſunt* 7
Quod probant (A) *Quia eandem dignitatem habent* 8
Hoc iterum firmant (α) *Quia omnes Liberi dignitatem Patris quandocunque acquiſitam nanciſcuntur.* 9.14.15.16
Sunt uni cum Genitore 10
Una cum eo perſona 11
Una caro 12
Ac pars quodammodo ejus corporis 13
(β) *Quia hi in Literis Inveſtituræ cum Patre de omnibus juribus Territorialibus inveſtiti, & in quaſi poſſeſſionem Feudi conſtituti.* 17
Bronchorſtii eximium de Franc. Sonsbecii Tr. Feud. judicium inſeritur. 18
Dicuntur illi Feudo per Patrem quidem, non tamen à Patre jure hereditatis, ſed à primo acquirente jure proprio, ordine nimirum mortalitatis & Lege inveſtituræ potiti 19
Ac Imperio magis quam Patri nati 20.22
Reipublicæ jus Parentum jure antiquius 21
(γ) *Quia Homagium ipſis vivo ſæpe Patre in Imperio noſtro præſtatur.* 23
Quod notabili Domus Bavariæ Exemplo fuſius probatur 24.26
Mylerus emendatur. 25
(δ) *Quia eosdem Titulos cum Patre habent* 27
Chriſtoph. Beſoldi mutatio religionis obiter innuitur 28
Quantum inde damni paſſus ex Conring. binis tangitur 29

Utuntur illi Titulo DEI Gratia 30

Unde Primogenitus Galliæ Delphinus, Viennensis audiat, docet 31

Filii Regis Hispaniæ, & aliorum, Reges, Ducum vero & Comitum Illustres ac Dominationes etiam vivo Patre dici debent. 32.33 34

Sunt enim Domini. 35

Primogeniti olim Principum Germaniæ Junck-Herrn *i.e.* junge Herrn *dicti.* 36

Quod ex testamento Ottonis I. Ducis Brunswicensis probatur 37

Mortuo Patre filii Illustres non dignitatem, sed solutiorem tantum acquisitorum jam in vita Patris Dominatuum administrationem capessere dicuntur. 38

Identitas nominis identitatem rei parit 39

Legis in probationem hujus Canonis allegatæ inversum esse sensum demonstratur 40

Ex nominis appellatione jus appellatorum oritur. 41

(α) *Quia eandem Præcedentiam cum Patre habent.* 42

(B) *Quia iisdem cum Patre Privilegiis gaudent* 43

Ratio hujus traditur. 44

Quod prob. (a) *Quia æque ac Pater sunt Cives Imperii immediati, hincque soli Imperatori subjecti* 45

(b) *Quia Austregis tum Imperii, cum familiæ utuntur* 46

(c) *Quia Testamenta absque omni solennitate æque ac Pater condunt.* 47

(d) *Quia Donationes eorum absque omni insinuatione valent* 48

Cujus Ratio redditur 49

(e) *Quia filiisfamilias ad exemplum Patris pleno jure donant.* 50

Ejus Ratio additur 51

(f) *Quia æque ac Pater Jure & Statutario & Consuetudinario sunt soluti* 52

Quod quoad Patrem duplici Ratione probatur 53.55

Legem 18. C. de Sol. id, cujus gratia citata est, duriter probare, remissive traditur. 54

Idem quoad filios etiam demonstratur. 56.57.58

Adæquatio prærogativas ac favores illi, cui fit eadem, omnes tribuit 59

Ex quibus tandem omnibus concluditur, Parem in parem non habere Jurisdictionem. 60

Quod & ad delicta extenditur 61

Ac exemplo duorum vel plurium Territorii Con-Dominorum deducitur. 62

Ratio (II.) *ex Privilegio Imp. Zenonis petitur, cujus succinctum tenorem exhibent.* 63.66.68.69

Imperatoris hujus & Dominatus & Obitus oppido fuit notabilis, quod ostendunt. 64.65

Illustres Romani pars Corporis Imperatoris & contra 67

Immediati Ordines nostri Imperii non solum in locum Romanorum Illustrium successerunt 70

Sed eminentiorem dignitatem & potestatem

statem consecuti, quod demonstrant. 71.72
Verba Constitutionis Ludovici Pii Imperatoris huc facientia adduntur. 73.76
Goldasti Cognomen, Patria, Genus & Elogium ex Conring. obiter inseruntur. 74
Judicium præl. Conr. de ejusdem Tr. Const. Imp. adjicitur 75
Privilegium adductum Parentibus & Liberis Illustribus applicatur 77
Ratio (III.) *Quoniam Filii per ipsam Imp. investituram Parentis Jurisdictioni sunt exempti* 78
Ratio (IV.) *Quoniam Pater filium capitali pœna feriens Jus naturæ violat* 79
Quod deducitur & applicatur 80.81 82
Transitus ad Praxin publicam aperitur 83
Nil sine Exemplis recte docetur 84
Quorum triplicem rationem ac utilitatem tradunt 85.88.89
Usus rei optimus rerum omnium Magister, unusque tandem Legum corrector est. 86
Aristotelis notabile Anagramma obiter affertur 87
Eadem Praxis Publica Exemplis & juribus Regnorum Specialibus innititur 90
Exempla singularis Clementiæ Illustrium Parentum in delinquentes Liberos adducuntur (1) *Caroli Magni.* 91.93
Cujus augusta Eminentia summo digito tangitur 92
(2) *Ludovici Pii Imp.* 94
(3) *Friderici Secundi Imp.* 95.98
Hujus eruditio & adfectus in Studia referuntur 96
Lapsus Historicus Auctoris Notarum in Vitr. J. J. P. demonstratur 97
Adjiciuntur tandem pro hac Sententia Jura Regnorum Galliæ & Arragoniæ. 99.100

PRælibatis in *priori Capite* iisdem paucis omnibus, quæ ad 1
succinctam enodationem Frontispicii apprime facere sunt visa, exsoluturus in *Præfamine* obstrictam fidem, in viscera jam mei Thematis evisceranda penetro. Pote- 2
statem ergo Illustris Genitoris, *Imperii* cumprimis *Principis*, *in delinquentes* Genitos, Viri edecumatæ ac inexhaustæ in publico non minus jure, quam privato eruditionis destruere ac enervare omni connisi sunt mentis molimine, *Ratione* partim, partim *Praxi Publica* solicite suf- 3
fulti; Quos inter Nic. Myler. ab Ehrenbach, Würtenbergensis quon- 4
dam intimus Consiliarius, ac postremo Cancellarius, Vir Actis æque

ac Scriptis publicis Illustris, tum *in Gamol. pers. Imp. Ill. C.22. §.2.3.4.9.*
ad fin. tum in Tr. De princ. & Stat. Imp. C.35. §.4.5 6. Antesignani omni-
um adoream indeptus, quem presso pede D. Berger *in Diss. de potest.*
5 *pers. publ. in seipsam An. 1691. publ. th. 64 65.67.68.* D. Müller *in Diss. De Saevitia Eod. Ann. hab. C 3. §.7.* D. Lynker *in Diss. De Immedietate Civium Imp. Ann. Super. evulg. §.8.* D. Fritsch. *in Addit. ad* Arnold. de Reyger. *Thes. Jur. Tom. 2. voc. Princeps p. 756.7.* JCti devotam omnis ævi memoriam ex asse promeriti, sunt secuti. Ponderosiora Causarum momenta hæc
7 propinant, propinataque pugnacissime tuentur. (I) Quoniam hi pari cum Patre suo eminentia resplendent. Myl. *in Gam. C 22. §.3 & 9.* ac *De princ. & Stat. Imp. C 35. n. 4.* Berger. *all. Diss. th. 67.* Müller. *cit. Diss.*
8 *C. 3. §. 7.* Lynk *prael. l p. 22.* quod statuminare conantur. (A) Quia eodem, quo illorum Parens dignitatis apice cluunt, Myl. *in Gam. integr. C. 20. ac praeprimis §. 1. vers. Ita quoq; &c.* nec non *De Stat. Imp. C. 35. n. 4.* Link. *add. §. 8. p. 22.* Berger. *c. l. th. 64. vers. Certe.* Mull. *all. l. vers. Enim*
9 *vero* ibi. *Et in pari &c.* hocque fulcire satagunt. (ω) Quia Liberi uni-
10 verse omnes, ceu uni cum & in Genitore, *c. Jam itaque 8. C. 1. Q. 4.* Myl.
11 *in Gam. C. 21. §. 3. ibique all.* eadem pene cum eadem persona, *L. f. vers. Nobis C. de Imp. & al. Subst.* Vid. Pascalis *De Virib. P. pot. p. 4. C. 1. n. 4. cit.*
12 à Myl. *in Gam. C. 20. §. 1.* una caro, Gratian. *vers. Alii primum in c. Contrad. 21. C. 35. Q. 3.* Myl. *C. 21. §. 3* *Marta* Neap. *Summ. tot. Succ. Legal p. 4. Q. 21.*
13 *A. 13. n. 30. all.* à *Myl. C. 20. d. l.* ac pars quodammodo ipsius Corporis *L. Cum scimus 21. §. 1. vers. In omnibus C. de Agr. & Cens. L. 11. Myl. c. l. &*
14 *C. 21. § 3.* illustrem paternam dignitatem quocunque partam tempore (Vid. omnino Josias Nolden in *Diss. De Stat. Nob. Civ. quae in Nucl. J. P. Giess. 14. est, C. 8. Concl. 67. ibique plena manu add. p. m. 420. & 421.*) nanci-
1 scuntur, Vid. *L. Senat 5. ff. de Sen. L. Senat. 11. C. de Dign. L. 12. Myl. all. saepe*
15 *C. 20. §. 1.* ibique *add. DD.* Lynk. *cit. §. 8. d. p.* cum sanguine in eos dimanantem *L. 3.* ibi: *Nobil. natalib. C. de Commerc. arg. L. 25. vers. His itaq;*
16 *verb. genere eorum nobiliores C. De Nupt.* Myl. *d. l. cum all.* quam proinde invidere iis haud oportere Impp. *in add. L. 11. C. de Dign.* provide sanci-
17 verunt: (β) Quia hi solennibus investituræ verbis: Für sich und seine Leibes Lehens-Erben *de Superioritate territoriali,* Jurisdictione Criminali, hisque contextis juribus una cum Patre suo investiti, inque *Feudi* hujus titulati *quasi possessionem* simul cum eodem à Capite Imperii lucide affatim sunt constituti. Myler. *in Gam. C. 22. §. 12. vers. Id quod* ibique
18 *inter alios all.* Sonsbec. (de cujus *cit. Tr.* eximium Bronchorstii *in Dedic.*

Meth.

Meth. sui Feud. judicium? Nullum *exactius vel subtilius* Feuda Commentariis illustrasse, quod refert B. Maurit. *in eleg. Nomencl. script. in J. F. Opusc. ejus infert p.* 687.) Berger. *ad d. th.* 67. *Rat.* 3. Conf. Struv. *S. J. F. C.6. Aph.* 1. *n.1. & Aph.* 3. Unde & iidem hoc Territorio & Feudo *per* 19
Patrem quidem suum generatione mediante, minime vero à Patre ultimo decedente, *jure hereditatis, sed primo ab acquirente jure proprio* ordine nimirum quodam *mortalitatis* potiti, notab. *c.1.* ibi: *vel nepotes per investituram & c.1. F.*14. Myl. *in Gam. all C.*22. *§.3. vers. Maxime* inibique *add. & §.22. vers. Ideo cum cit. ac in Tr. de Princ. & Stat. Imp. all. C.*35 *n.*4. *cum all.* Berger. *d. l. th.*64. Müller. *add.* §.7. ibique cit. Struv. *S. J. F. all. l. Aph.1. n.6.* Lynk. *add. l. p.*23. *& F. F. passim* hincque magis Imperio, cu- 20
jus, ceu Reipublicæ, jus Parentum jure & antiquius est, & augustius, 21
notab. *L. Postliminium* 19. §. *Filius* 7. *in f. De Capt. L. Honor.*14. *§. Plebeji.*4. *ff. De Mun. L. Nam. quod* 14 *pr. Ad SCt. Treb. L.*9. *ff. De His qui sui vel al.* quam Patri nati Conf. *L. Sicut.*1. §.15. *in f. de Ventr. in poss.* concinne op- 22
pido dicuntur Myl. *in Gam. all. C.*22. §.3. Berger. *cit. l. th.*64. Muller. *add.* § 7. (γ) Quia Homagium non una vice nostro in Imperio Patre 23
adhuc superstite ab iis, quibus Auctore apud Tacitum *6. A.* 8. 5. Terentio, obsequii relicta gloria, exactum solenniter recipiunt Myl. *in Gam. C.*20. *§.3. vers. Ex qua sane &c.* uti hoc in Augusta Domo *Bavariæ* à Duca- 24
tus hujus Ordinibus in Conventu Provinciali *Anno* 1593. habito, nomine *Wilhelmi* Principis *Regentis* ad consensum impertiendum prius desuper compellatis, Secularibus quidem *Primogenito* ipsi *Maximiliano*, Ecclesiasticis vero *Monachiensi* Præposito *Georgio Lautherio* Principis hujus nomine d. 11. Jan. An. 1594. (perperam apud Myl. d. l. An 1593. 25
legitur, cum distincta *Compellationis & juramenti præstationis* tempora misceantur) *Landshuthi*, seu, ut mappa exprimit, Landschuti esse præ- 26
stitum, cum formulis Actus hujus solennibus curate percenset Georg. Heinr. Springsfeld. *in Tr. De Apanag. C.*11 *à n.*165. *ad* 170. adductis & à Myl. *all. l.* §.3. (δ) Quia iisdem, quibus Inlustris Parens in compella- 27
tione *activa* non minus, quam *passiva*, eaque *orali* partim, partim *literali* Titulis renident. Christoph. Besold. (Ex *Confessore & Professore Luthe-* 28
rano Confessor & Professor factus *pontificius*, ex quo tempore, arbitrante 29
Consummatiss. quondam Poly Hist. Conring. *in Coll. MS. ad* Lampad. *Remp. R. G. Prol p. m.* 10. vigorem ferme pristinum ingenii disperdidisse videtur) *in Consil. Tr. De Monarch. annexo p.* 200. exque eo Myl. *in*

Gam. C.20.§.1. ac De Princ. & Stat. Imp. all. ſæpe C.35.§.2. ibique præter
Betſ. & Paſc. citat. Nolden. ubi tamen nec allegatio, nec opinio hæc
obvia. Berger. add. ſæpe D. th.64. verſ. Neque filii &c. Muller. cit. Diſſ.
C.3. § 7. verſ. Nec principum &c. Lynk. all. §.8. ibi: Et non minus &c. quod
ex Romanis juxtim ac Perſicis monumentis Exemplis, horumque ratio-
nibus provide corroborat Myl. in Gam. d. C 20. § 5. verſ. Et hoc &c. 6.7.
30 & 8. ipſoque Dei Gratia, WJR von GOTTES GNADEN
æque ac Pater auguſto nomine utuntur. Id. C.21. §.1. uti hoc Primoge-
niti Galliæ exemplo Se Dei Gratia Delphinum Viennenſem (à Viennois ſeu
31 Vienne, Æpali Delphinatus Urbe, cujus Humbertus II. Delphinus nun-
cupabatur) profitentis, ſtabilit Id. Myl. C.20. §.8. verſ. In Gallia &c.
32 p.422. Unde & Regis Hiſpaniæ, Molina De Primog. Hiſp. Libr.3. C.6.
33 n.15. exque eo Myl. in Gam. C.20. §.8. p.471. in f.472. & aliarum ejus-
dem culminis Poteſtatum filii, Reges, vid. notab. c. Cæpit.42. verb. Rex
juvenis coll. cum verſ. Superveniente voc. perfidus pater &c. C.24. Q.1. in ibi-
que Gloſſ. Myl. all. l. §.2. verſ. Unde &c. ac De Princ. & St. Imp. C.35. §.3.
34 Steph. De Idiƈt. Libr.2. P.1. C.2. n 12. ibique cit. Jacobin. à que Duce-
nati aut Comite Illuſtres & Dominationes Carol. de Graſſal. De Regal.
35 Libr.2. C.2. in f. exque eo Myl. d. l. § 8. p.472. vivo adhuc Patre, ceu
Domini vid. not. L. In Suis 11. verb. Qui etiam vivo Patre quodammodo
Domini exiſtimantur ff. De Lib. & poſth. §.2. verſ. Sed ſui De H. Q. & D. Don.
Garſia Maſtrill. De Magiſtr. Libr.1. C.5. n.1. ſeqq. cit. inter alios à Myl. d. §.2.
in f. Joſeph. Seſſe Dec.115. n.53. ſeqq. Beſold. De El. & Succ. Libr.1. Diſſ.6.
36 n.5. exque his Myl. De Princ. d. §.3. (Quo ſenſu & olim Principum
Germanorum Primogeniti Junck-Herrn i.e. junge Herren appellati, uti
37 hoc ex Tabulis ſupremis Magni Brunſwicenſis Ducis Ottonis I. Nepo-
tis de Ducatus integri regimine in Ludovicum Primogenitum devol-
vendo Anno 1355. ordinatis meridiano jubare lucidius, quas ad pro-
38 vocat Myl. in Gam. cit. C.20. § 4. p.468.) ſummo omnino jure ſunt
ſalutandi, eoque prædefuncto, non dignitatem, qua jam fulgent, ſed
ſolutiorem ſaltem acquiſitorum jam in vita Patris Dominatuum ad-
39 miniſtrationem capeſſere dicuntur Myl. all. l. §.4. ibique cit. Jam
40 vero nominis identitas rei quoque identitatem enititur L. Si idem 7.
C. De Codic. (Quæ tamen Lex inverſam potius hanc Regulam in-
ſinuat, dum non à paritate nominis, ad paritatem rei ſed à paritate rei ad
paritatem nominis concludit (exque nominis ſolius appelatione jus
appel-

appellatorum prono oppido amne scaturit. not. *c. Sacerdotibus* 41. *pr. vers. Quid ergo & NB.* §. 1 *C.* 11. *Q.* 1. *Ibidemque* Gloss. *Myl. in Gam. C.* 21. §. 1. *p.* 473. *inf. &* 474. inibique *all.* (ε) Quia eandem, quam Princeps Pater Προεδρίαν ac sessionis prærogativam præ Comitibus ac Baronibus 42 territoriis licet suis jam dominantibus immoto usu publico sibi vindicant, *Myl in Gam. C.* 20. §. 3. (ll) Quia iisdem cum Illustribus 43 Ἄρχουσι suis Genitoribus privis juribus præpollent *Myl. all. l. integr. C.* 21. quod primis justitiæ Regulis examussim omnino correspondet, 44 cum pares iidem titulos, secundum operosius in *Rat.* 8. *n.* 27. *seqq.* deducta cum Patre agnoscant, ex paritate vero titulorum æqualitas privilegiorum titulis conveniens nascatur not. *L. Jubemus f. vers. Cum enim par similisque militia sit, justum & competens videtur, iisdem utrumque officium privilegiis gloriari C. De Com. Sacr. Larg. Libr.* 12. *Myl. c. l. C.* 22. §. 9. *p.* 488. *& C.* 21. §. 1. *vers. justum &c.* Hanc singularium vero jurium similitudinem inde firmant (a) Quia Cives, æque ut Parens, Imperii 45 sunt immediati, hincque solum ejus & suum Caput debita subjectione venerantur. Henr. à Rosenth. *De Feud. C* 9. *Concl* 56. *n.* 16. exque eo *Myler. in Gam. C.* 21. §. 2. Lynk. *all. sæpe Diss.* §. 8. *vers Sunt Cives &c.* (b) Quia ad Austregas tum *Imperii seu Legales*, cum *familiæ, seu Conventionales* judicio pulsandi jure provocant *Myl. c. l. vers. Unde &c.* ibique 46 *all. Dd.* Lynk. *d.* §. (c) Quia supremum mentis suæ judicium ad 47 exemplum Patris absque scrupulosa Civilis juris solennitatum omni forma stylo condunt liberrimo *Myl. in Gam. c* §. 2. *ac De Princ. & Stat. Imp C.* 26. §. 6. 7. *coll. cum* §. 4. 5. *ibique copiosiss. add.* (d) Quia Donatio- 48 nes suas, uti & Pater, in liberos Sacris adhuc paternis affixos omni acquisitione horum absolutas ac pleno jure derivant *arg. L. Cum multa* 7. *C. De Bon. quæ lib. Myl. d.* §. 2. *p* 474. *inf.* ibidemque all. cum ut eorum 49 fortuna alias supereminet, ita & principales liberalitates culmen habere præcipuum oporteat *arg. all. L. inf.* (e) Quia eædem Donatio- 50 nes præstitutam quantitatem transilientes robur absque omni insinuatione sortiuntur arg. *L. Sancimus.* 34. *vs. Exceptis C. De Don L. Donationes pen. C. Don. int. V. & U. Myl. d.* §. 2. cum Contractus horum 51 Legis vicem obtinentes minime opitulatione quadam extrinsecus indigeant arg. *L. cit. pen.* (f) Quia jure non minus Statutario, quam 52 Consuetudinario Patrii sui Territorii una cum Genitore sunt soluti *Myl. in Gamol. all. C.* 21. §. 3. *ac De Princ. & Stat. Imp. C.* 35. §. 9. eo, quod 53

sicuti hic illud contra se haud condidisse, aut conditum jam, confirmasse, sed suam semper tacite personam excepisse intelligitur, partim ob *apertam juris Constitutionem*, qua generalis dispositio personam disponentis ac loquentis una non involvit, *L. Inquisitio* 18. *C. De Solut.*
54 (Ex qua tamen duriter satis juris Canonem hunc elici, nervose demonstrat Goth. *ad c. L. voc. quod Litt. D.*) *Myl. d. C. §.4. vers. Et hoc*
55 ibique *all. ac De Princ. & St. Imp. c. §.9.* partim *in laborum consiliorumque suorum compensationem*, quibus pro Salute suarum Ditionum inconcussa die noctuque utroque oculo invigilat arg. *L. Bene à Zenone 3. vers. Qui enim C. De Quadr. præscr.* Myl. *d. l. §.3. vers. igitur* inibique *cit.*
56 Ita nec eodem generali Juris introductionis, aut introducti approbationis facto in conjunctissimorum sibi quicquam horum præjudicium ac intertrimentum contra humanitatis & religionis rationem
57 constituisse, *arg. L. Humanitatis* 23. *C. De Exc. Tut.* ibique Goth. *voc. affectu Litt. K.* Alciat. I. *Præs.* 17. *Myl. in Gam. d. l. ibique cit.* quin potius eadem illis, ceu paribus, exemptionis prærogativa, qua sibi prospexisse censeatur: nativa connexorum indole, quæ uniformis
59 determinationis, suaque sibi jura invicem communicare noscuntur, *L. Quid ergo* 3. §. *Judicio* 8. *ff. De Contr. Tut.* ibique Goth. *voc. nexum Litt. F. L. Sed si* 10. §. *Filio* 2. *ff. De V. & P. S.* hincque resultante communi juris Regula, quod Patre civitatis vinculis exempto soluti quoque liberi intelligantur *L. Filii* 22. §. *Senatores* 5. *ff. Ad Mun.* & hic apprime effectum suum exserturis Myl. *c. l.* §.3. quod ex historia *Romana* partim, eaque *antiqua* non minus, quam *moderna*, partim *Longobardica* exemplis circumspecte suffulcit Id. *d. l. §.4.5.* Ex quibus conjunctim omnibus jam præsuppositis, cum adæquatio prærogativas ac favores illi, cui fit eadem, inhærentes omnino omnes impertiatur, *arg. L. Plautius* 8. *ff. De Aur. arg. &c.* Menoch. *Cons.* 158. *n.* 49. Bertazol. *Cons.* 97. *n.* 11. & 14. exque his Myl. *in Gam. C.* 12. *§.9. vers. Et adæquatio &c. p.* 488. Solenni illo Canone, jure æque Civili, notab. *L. Nam Magistratus* 4. ibi: *aut pari imperio &c. ff. De Recept. notab. L. Ille à quo* 18. §. *Tempestivum* 4. ibi: *Et dicendum est &c. ff. Ad SCT. Treb.* ac Papali *C. Innotuit* 20. *vs. Quamvis autem in f. X. de El. & El. pot.* immoto tan-
60 dem concludunt: *Parem ergo in parem omni Jurisdictione, omnique penitus imperio destitui* Myl. *in Gam. d. §.9. p.* 487. ac *De Princ. & St. Imp. C.* 35. §.4. Berger. *add. sæpe Diss. th.* 67. *Rat.* 1. Muller. *c. D. C.* 3. § 7. hocque

que & in pœnalia jure protendi, dispositioni *L. Divi Fratres* 27. §. *De* 62
Decurionibus 1. *ff. De Pœn.* innitentes autumant Myl. *in Gam.* & Berger
dd. ll. Ad quod eo signatius demonstrandum Mantissæ quasi loco
Myl. *in Gam. c.* §. 9. *verf. Hinc in &c. p.* 488. ad solennem illam Imperii
Magnatuum, aliorumque immediatorum Ordinum, unum sæpe
Territorium sub dignitatis imparitate communi Potentatu temperantium Als da seynd gesamte zwey / drey oder mehr Herrige Herrschafften / so etliche von Adel unter einander / oder mit andern höhern Standt gemein haben / longævam observantiam provocat, quorum tamen neuter in alterum Legi reluctantem, titulo licet inferiorem, jurisdictionem sibi vindicare potis est futurus, sed hic juxta genuinam è paribus sibi contendentium naturam *L. Duo judices* 28 *ff. De Rejud.* Myl. *d. l. verf. Ubi enim &c. p.* 489. ibidemque *plures all.* coram omnium illorum Superiore causa ob delictum feriendus erit. Unde inferendum omnino videbatur: Nec Filium Illustrem Illustri Genitori parem in Leges committentem hujus, sed utriusque illorum Capitis Imperio suppositum futurum.

II. Quoniam Sacratissimus Imperator *Zeno* (à cunabilis *Isauri-* 63
cus audiens agnomine, cujus *Dominatus* non minus, quam *Obitus* ap- 64
prime fuit memorabilis. *Ille*, quod sub eodem cum Patre *Constantinopolis*, Urbis in effigiem totius quasi orbis structæ, adque miraculum usque olim beatæ superbissima, *Bibliotheca* illa pretiosissima *viginti* supra *centum millibus* Voluminum instructa, in quibus & *Homeri* Opus *exuvijs* Draconis, *centum & viginti pedes* longis *aureis* inscriptum literis, sanctè inter Κειμήλια fuit asservatum, feralibus flammis sit absorpta. Vid post alios Matthiæ *Theatr. Hist. in ejus vita C.* 2. *p. m.* 744.
b. 1. ibique add. *Hic*, cum *vivus* is Cæsarum Mausolæo conditus mi- 65
serrime exstinctus asseratur, Conf. omnino Id. Matth. *all. l. C.* 3. *p.* 744.
b. & 745. *a.* (in notab. *L. Quoties fin. ff. Ubi Sen. vel Clariss. civ. vel crim.* 66
conv. Personis ibidem memoratis *Illustribus* gratiose exsertis jus hoc verbis eminens indulsit, ut in delictis publicis juxtim ac privatis *nullius Judicis* alterius, quam *Pietatis Imperatoriæ* [cujus ceu Consiliarii
pars corporis noscuntur esse, notab. *L. Quisquis* 5. *pr.* ibi: *Nam & ipsi* 67
&c. C. Ad L. Jul. Maj. Myl. *cit. C.* 22. §. 10. *inf.* uti Imperator vicissim eorundem pars Vid. notab. *L. Jus Senatorum* 8. ibi: *in quo &c. C. De Dign.* 68
Lib. 12. ibique Goth. *voc. In Litt. E.*] aut *Sacri Cognitoris* tantummodo, cui eadem Serenitas negotii hujusmodi audientiam sacris apicibus

69 mittendis vice sua mandavit, cognitioni submittantur *d. l. pr.* ita tamen, ut hic Imperatoris loco Numinis auditurus nulla, contra illos aut substantias eorum *statuendi* quidpiam, sed nuda patefactum saltem crimen ad principalem *referendi notionem* facultate polleat, *ultionis* modo tantis inferendæ Dignitatibus in *Principis* arbitrio *solum* re-
70 sessuro *C. L.* §. 1. Myl. & Berger *dd. ll.* Jam vero, postquam pristinum Romanæ Politiæ Regimen insignem hodie catastrophen est perpessum, moderni Duces nostri, Comites, ac universi Ordines immediati, non solum in loca Romanorum quondam Illustrium successerunt, Besold. *Tr. De Appell. C. 3. §. 15. inf.* ac clarius Disc. *De Jdict. Imp. Rom. C. 16. vers. Quamvis enim &c. p. m. 45.* nec non *P. 4. Consil. 150. n. 18.* 19. Myl. *in Archol. Ord. Imp C.* 23 § 6. ibique *copiose all.* ac *in Gam. d. sæpe C.* 22. §. 11. Berger. *c. l. th.* 67. *Rat.* 2. sed & sublimiorem lon-
71 ge dignitatem, cumque hac augustiorem quoque potestatem sunt indepti, ceu, qui in suis territoriis perpetuo ac jure hereditario summa
72 quævis penitus auspicia exercent, & à *Carolo, vere illo Magno* Imperii Romano Germanici Statore, ejusque Successoribus in consortium summi Imperii ac adjumentum sunt adoptati Myl. *in Gam. d. §. 11. cum cit.* ac latius *in Archol. add. C. 23. §. 2. 3. 4. &* ibique *longa serie all* Besold. *De Idict. Imp. Rom. Præf. vers. Nunc qui &c. p. m* 1. & *d. C. 16. ibi : Non tamen*
73 *&c.* & *vers. Porro etiam &c.* Berger. *prox. all. l.* Quod Imperator. *Ludovicus Pius* in Constitutione sua è villa *Theodonis* Comitis *Ann.* 821. ad Ordines Imperii perarata, quam ex Melchioris Goldasti (cognomi-
74 ne ab Haymins Feld/ aliis Gülden-Ast/ Gente *Nobilis Helvetii*, urbe *S. Gallensis*, Πολιτικώτατο Conring. *in Coll. M. S. ad* Lampad. *Remp. R. G. Prol. p. m.* 11. Viri, qui Judice Eod. *cit. p.* cum *Frebero* parem certè non habuit, quo nec quisquam bene adeo de nostra Republica est meritus, ac cujus Scripta omnia insigni possunt esse usui) *const. Imp.*
75 [quod Opus, censente præl. D. Conr. *add. l. p. m* 8. æternam quidem gratiam est promeritum, cum ad cognitionem rerum veterum maxime faciat, multa tamen quoque fidei non satis bonæ, aque suo Auctore audacter nimis fontibus, unde haustum, ad lubidinem dempta modo, modo addita concludit, ut proinde legenti judicio apprime discretivo opus sit) *Tom.* 3. *p.* 244. Mylerus *in Gam. d.* §. 11. producit,
76 illuminatè oppido expressit, dum graviter eos ita submonet. *Quod Imperator omnium Statuum Admonitor, Imperij vero Ordines* EJUSDEM ADJUTORES *esse debeant, ac ut ita se gerant Imperij Comites, ut &* IMPE-

PE-

PERATORIS *veri* ADJUTORES *& Populi Conservatores juste dici ac vocari possint.* Ut proinde eapropter Privilegium adductæ *L*egis ulti- 77
mæ hucusque explicatum nervosiori multo ac evidentiori jure Illustribus modernis ἀρχόντοις, exque illis non minus Genitis ob paritatem eorundem absolutam operose *Rat. I.* propugnatam omnino sit competiturum, hincque hi eadem Jurisdictionis aliorum omnium, sicque & Paternæ Exemptione tuti coram Imperatore solummodo, aciis, qui communicata hac Potestate splendent, ceu immediati una cum Patre subditi Vasalli Forum reatus sui legitimum haud dubie sint sortituri. Myl. *all. l.*

III. Quoniam iidem ab Imperatore ipso tempore indulti Regalis 78
Feudi per *simultaneam Investituram*, fusiore supra stylo *n.* 17 *seqq. hujus Cap.* explanatam, cum universis innexis illi juribus arctissimam in eos cum Patre paritatem devolventem, Jurisdictionis Illustris Genitoris exsortes redditi. Myl. *c. l.* §. 12. Berger. *d.* §. *67. Rat.* 3.

IV. Ac postremo. Quoniam Pater in vitam Filii, quantumvis 79
meriti, quid tentans aut perficiens, oppido Naturæ ipsas *L*eges temerat, uti hoc *Oratorum* partim, partim *Comicorum L*emmatibus demonstrat Myl. *all. l.* §. *13. p. 493.* dum incorrupta ratio connata acerrime Parentes concitat ac jubet, ut suo cretos sanguine tenerrimo adfectu medullitus foveant, qui, uti omnem alium extraneum affe- 80
ctum superat, vid. notab *L. Cum furiosus* 7. *pr. vers. Quis enim C. De* 81
Cur. fur. L. Non solum 67. §. *De uno* 1. *ibi: attamen summæ affectionis De R. N.* ita intensiorem multo luctum ex fortuna *L*iberorum novercali, quam propria enutrit, vid. notab. *L Isti quidem* 8. §. *Hæc quæf. in f. ff. Quod met. caus.* Myl. *d. l. p. 492. & 493.* ibique *all.* Berous *V.* 1. *Conf. 49. n. 27.* Berger. *c. l. Rat. 4.* ut proinde summo omnino jure Naturæ stimulus ac jussus quascunque rationes, ultorem Illustri Patri gladium in Filium stringendum porrigentes, sit enervaturus, sicque Pater ferro temperans, justitiæ juxtim ac conscientiæ dictamini ex asse satisfacturus, Myl. *all. l. p.* 494.

Hactenus Viri Oculatissimi omni indagine *Rationibus* speciosissimis depugnarunt. Cum vero juxta rotundum Vetustatis Effatum: 83
Nihil sine Exemplis recte doceatur, ceu quæ usum rei, optimum illum 84
rerum omnium Magistrum, Cic. *Pro C. Rab. Post. Ed. Goth. Tom. 2. p.* 85
m. 791. *A.* Cæs. *De Bell. Civ. Lib. 2. p. m.* 311. unumque tandem *L*egum 86
Correctorem *L*iv. *Lib.* 45. *Ed. Gronov. C.* 32. *p.* 974. *in f.* referant, facilio-

87 ciliorem, teste Aristotele, cujus adcribrũ expressum asterisco dignum
ἄναγε: Solerat iste) Lib.1. Poetr. dictorum intellectum præstant, ac diutius,
Auctore apud Tac. 4. *H.* 42. 11. Curtio Montano, quam mores du-
88 rant, in præsidium Opinionis suæ *Praxin* tandem *Publicam*, *Exemplis*
89 partim, partim *juribus Regnorum Specialibus* subnixam edisserunt, ac
90 augustam Genitorum Illustrium in natos sibi, quamvis impios, faci-
litatem utroque pollice extollunt. Ita *Carolus Magnus* (Principes su-
91 pra Orbis *omnes* Magnus ceu quem Reges *Scotiæ* & *Gallaciæ* perinde ac
92 Cives ejus & subjecti devote venerati, *Lans. in eruditiss. Consf. Or. pro Hisp. p. m.* 254.) Filium *Pipinum* è *quarta*, ut refertur, Concubina, au-
93 diente *Himmeltruda* ortum, gibbosum pariter ac claudum, tetræ in eum conspirationis ex pruritu Regno potiundi (de cujus tamen omni spe ipsa *forte sua* depulsus) initæ, convictum venia non modo gratiose primum est dignatus, sed illum etiam subinde idem facinus coquentem duntaxat in *Cœnobium* detrusit. Matth. *in Th. Hist. sub Car. M. C.* 2. *p. m.* 816. *b.* & 817. *a* ibique *plur. all.* Carion. *Chron.* à Peucer. *ampliat. Lib.* 4. *p. m.* 92. Lans. *prœl. l. p.* 310. *inf.* & 311. Baptist. Fulgos. *Lib.* 5. *Histor. C.* 6. exque eo Myl *in Gam. add. sæpe C.* 22. §. 14. & Berger. *cit. crebro Diss. th* 68. Pœna sane *Paternæ* magis, immeritæ licet *Pietati*, ac *Magnanimitati*, quam *sublimi* ejus *Potestati*; aut *reatus atrocitati* proportionata. Adeo Benignissimus Parens iteratum piaculum iterata lenitudine pensavit.

94 Compari, imo benigniori longe modo Imperator *Ludovicus*, Caroli Magni Genitoris sui in Franciam non minus ac Germaniam Successor, pietatem, ad cynosuram sui cognominis revocatam lucidissimè in natos demonstravit. Enim vero, cum tres ejusdem Filii, *Lotharius Pipinus*, & *Ludovicus* è priore thoro creti, vafris partim conjuratorum, partim Episcoporum stimulis acerrime concitati, nefariam conspirationem de sceptro ex ejusdem manibus excutiendo, procudissent, ac Primogenitus cumprimis *Lotharius*, post dura quantumvis *Bernhardi* fata jam Rex Italiæ ac Cæsar à Patre nuncupatus, sub arcta hunc custodia perdiu circumductum, *S. Medardi* Monasterio *Successioni* (Gall. *Soissons*, Vrbis Galliæ Epalis in Regione *Is le de France* fluv. supra *Aysne* sita) exuta omni pietate inclusisset, hic suo restitutus Solio, & expetitam illis indulgentiam indulgentissime est impertitus, & *Lothario* augustas infulas Imperii utraque tandem manu tradidit. Dn. Boecler. *in Comm. De Reb. Sec. IX. & X. per Ser. Germ. Cæs. p.* 64.

p. 64.-73. Matth. *Theatr. Hist. Sub Ludov. Pio C. 2. p. m. 834 b. & 835. a. b.* Carion. Chron. *add. l. à p. 96. ad* 101. Auth. *Noth. in* Vitr. *I. I. P. Lib. I. Tit. 5. §. 11. p. m.* 177. 2. Fulgos. *d. C. 9.* exque eo Myl. *c.* §. *14.* & Berger. *all. l.* Ita quem genuerat, non quem expertus fuerat, Successorem proclamavit, hicque ex *indulgentia gloriose* id indeptus, quod *violentia propudiose* sibi parare erat molitus.

Assimili propè ratione *Fridericus II.* (Imperator *sex* Linguarum, 95 *Germanicæ, Latinæ, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, & Saracenicæ* callidissimus, 96 ac Literarum ad delicias usque amantissimus, ceu, qui Aristotelis opera, Græce ac Arabice exarata, Latina Civitate donari, eademque Academiæ Bononiensi missa, enuclear publice injunxit, Lans. *in lectiss. Consf. Or. pro Germ p. m.* 46.) insignem filii impietatem insigni æquanimitate compescuit. Cum enim *Henricus* ejusdem filius, prima Conjuge *Constantia* Arragoniæ Regina (quam Auct. *Not. in* Vitr. *J. J. P. Lib.* 97 *1. Tit. 5. §. 11. p. m. 187.* 27. contra Tabulas Historiæ intemeratas Parentem & *Conradi IV.* autumat, cum hunc *secunda* demum lecti socia *Jole*, vel *Jolanta, Johannis de Bregna*, seu, ut Lans. *Or pro Ital. p. m. 900.* exprimit, *Brenna*, Hierosolymitani Regis filia *Ann. 1227.* aut juxta alios, *1228.* fuerit enixa, Carion. Chron. *Lib. 5. p. m. 33 a.* Matth. *Th. Hist. sub Frid. II. C. 2. p. m. 949.* Lohmeyer in der Hist. Und General-Erleut der Europ. Reiche und Fürstenth. *Tab. 9* dicta *Constantia* jam *Ann. 1222. Tertio Cal. Jun.* fatis concessa. Carion. *Chr. d. l. p. 24. b.*) editus, quem adunatis Principum suffragiis cuniculos Papales subveritus, augustæ 98 Majestatis augustum Successorem delegerat, religione omni ac gratia sequestrata, Pontificum impulsu, absente Patre, Diadema fascesque immaturo conamine affectasset, ac, ut nonnulli addunt, amicos Genitoris insuper ac socios hostiliter adortus, defectionis faces *Longobardis* subdidisset, hic suo redditus Palatio, piaculum hoc ipsi perbenignè indigno licet condonavit, eundemque idem ausum in lucem denuo parturientem, assensu Procerum Germaniæ in custodia tantummodo apud *Marturanum* (Ital: *Martorano*) *Calabriæ Citra*, seu Citerioris oppidum utroque oculo defixo asservavit, Matth. *Th. Hist. d. p. 949.* Carion. *Chron. præl. l. p. m. 25. pr. & 34. a* Myl. *d. l.* § 14 *p. 495.* ibi *all.* eumque quoad apices secutus Berger *c. §. 68.* Et hanc privam quoque Genitorum Illustrium in Genitos Illustres clementiam jura *Galliæ & Arragoniæ* Regnorum specialia impensissime commendant, ac insigniter statuminant, dum *Illa* violentiæ mortis pœna suorum Re- 99

gum Liberos, quantumvis noxios, feriri nunquam patiuntur, uti
100 ex Bret. *De la Souverainité p.* 55. ac Limnæo *Not. Cur. Gall. Libr.* 2. *C.* 21. *Litt. NN.* refert. Myl. *all C.* 12. §. 15. *p.* 496. exque hoc repetit Berger. *c. l. Hæc* vero Oeconomicam saltem Patri in hos ad *emendandum*, minime vero ad *judicandum*, potestatem largiuntur, prout ex Chr. Crespi de Valdaura *Obs. Dec.* 108. *n.* 3. scite retexit Id Myl. *d. l.* § 7. *in f.* quem indivulsa crena sequitur Dn. Berger. *c.* §. 68. *vers. Huc pertinet.*

CAPUT III.

Expromens

Veriora Sententiæ positivæ fundamenta.

SUMMARIA.

Connexio. n. 1
Methodus Dissentientium à Ratione ad Praxin Publicam procedens & in hoc Cap. retinetur. 2
Fundamentum totius Cap. ponitur. 3
JCti Illustris Genitoris in delinquentem Filium Jdictionem defendentes enarrantur. 4
Ratio hujus (I.) Quoniam Filius Illustris Patre suo est inferior. 5
Quod bifariam ad oculum demonstratur. 6. 7.
(II.) Quoniam Regni hæc est Sanctitas, ut nemo in illo sit, cui Rex non sit Rex. 8
Quod deducitur. 9. 10
(III.) Quoniam Superioritas Territorialis ad omnes in Territorio deprehensos & delinquentes se extendit. 11
Status Imp. Regiam ferme Potestatem habent. 12
Quod deducitur 13
Maximilianus I. se Regem Regum dixit. 14
Barbari ipsi Principes nostri Imperii Regibus comparant. 15
Quod Illustri Exemplo Persarum Monarchæ probatur. 16
Et applicatur. 17
IV. Quoniam non tantum LL. Civiles privato Genitori filium delinquentem castigare permittunt. 18
Sed & Mores Patri, de filio extrema merito pœnam sumenti indulgent. 19
Cujus memorabile Exemplum adducitur. 20
Idem multo magis Publico Genitori vindicatur. 21
Principes Imperii in Liberos P. Po-

te-

testatem habere notabiliter probat. 22
Transgressio ad Praxin Publicam aperitur. 23
Exempla in Gentilia & Christiana dispescuntur. 24
Illorum *refertur* (α) *Exemplum Artaxerxis.* 25
(β) *Junii Bruti* 26
(γ) *Tonnis Regis Tenediorum.* 27.29
Memorabilis Sculptura hujus Regis monetæ adducitur. 28
(δ) *Bassiani Regis Sicambri.* 30
Hujus incomparabilia verba recensentur. 31
(ε) *Zaleuci Locrensium Legislatoris.* 32
Horum *producitur* (a) *Exemplum Clotharii Gall. R.* 33
(b) *Caroli Calvi Imp.* 34
(c) *Philippi II. Hisp.* 35.38.-49.
Hujus insigne Encomium refertur. 36
Sententia Flavii Vopisci De Amore Principis in Rempubl inseritur. 37
Elogium Martini ab Azpilcueta additur. 47
Myler & Berger. leviter notantur. 48
Dubium formatur 50
Et resolvitur exemplo Principis Veldentini. 51
Plura Exempla remissive allegantur. 52
Et binis Examinantur. 53.54
Mylerum idem Exemplum jam pro adstruenda, jam pro destruenda Jdictione Illustrium Parentum adduxisse, & Dn. Bergerum summo digito & hæc tetigisse ultimo adjicitur n.f.

PRægnantioribus Opinionis *Negativæ* Argumentis intemerata Methodo præscripta in Proscenium eductis, solennes præstitutæ metæ limites jugiter deposcunt, ut ad *statuminandam* Illustris Genitoris in delinquentes Genitos Potestatem, omnes oculorum ac pollicis jam nervos acriter in- 1
tendam. Ne vero absque ordine Assertis fulcra meis subdidisse vi- 2
dear, Dissentientium eidem semitæ insistens, Assumptum ex fonte *Rationum* ac *Praxis* juxta *Publicæ* illimi sum derivaturus. Primis ergo 3
juris Publici Principiis examussim respondere, immote autumo. *FILIUM ILLUSTREM IN TERRITORIO PARENTIS DELINQUENTEM, FORUM REATUS SUI CORAM HOC LEGITIMUM SORTIRI*, Cui sententiæ Stryk. *in Disp. De Via Facti Princ. Imp. permiss. C.* 2. §. 17. *p.* 54. 55. ac *in U. M. ff. Ad Tit. De Idict.* §. 29. Vitriar. *in J. J. P. Libr.* 3. *Tit.* 17. §. 12. 13. *p. m.* 830. 831. & Auct. *Not. ad* §. 9. *cit. T.* 17. *p. m.* 828. Rhet. 4
in J. J. P. Libr. 1. *Tit.* 23. §. 11. Coccej. *in Disp. De Fundata in Territ. & plur.*

 Locor.

Locor. Concurr. poteſt. Ann. 1684. Heidelb. h. jamque Francof. Ann. 1696.
emendatior evulg. Tit. 2. §. 13. Viri ad columnas Herculis Illuſtres ſplen-
dide patrocinantur. Feraciores meæ, quibus percitus ſum, *Ra-*
tiones, eo collineant. (1.) Quoniam Illuſtris filius rei ipſa ſuo Ge-
5 nitore eſt *inferior*, partim ob *qualitatem nativam* ſeu *intrinſecam*, ex eo
6 apricantem, quod nullo *Majeſtatis*, aut *Superioritatis Territorialis*,
utramque tamen paginam hic facientis culmine polleat, ceu quod
omne Parens ſupremum Ditionis ſuæ Caput *ſolus* temperat, nec un-
quam cum eodem una communicavit. Myl. *in Gam. C. 22. §. 6.* Stryk.
cit. Diſſ. De Via Fact. d. §. 17. verſ. Princeps. p. 54. Rhet. *add. T. 23. §. 10. verb.*
Quod ſolum &c. Vitr. *all. §. 12.* partim ob *qualitatem adventitiam* ſeu *ex-*
7 *trinſecam*, è *delicto* ſuo reſultantem, quo cum ipſe etiam ex *aſſe par*
præſumpto quodam aſſenſu Tribunali paris ſe ſubſternat Pacian. *De*
Prob. Lib. 2. C. 36. n. 80. Menoch. *Conſ.* 298. *n.* 14. Sim. Piſtor. *Vol. 1.*
Conſ. 19. n. 29. Petr. Anton. de Petra *Tr. De Iur quæſit. per Princ. non toll. C.*
18. n. 56. Simon de Prætis *Conſ. 89. n. 5. ſeqq.* exque his Jacob. Schultes *in*
Addit. ad M. Piſtor. *Ill. Q. Q.* 169. *n.* 7 inibique *plur. cit.* Norderman.
in Diſſ. de Iur. Principat. (quæ in *Nucl. I. P. Gieſſ.* eſt 9.] *Concl. 49.* ubi *Litt.*
B. Poteſtatis hujus uſum variis Exemplis monſtrat, Klok. *Vol. 1. Conſ.*
13. n. 59. huncque ſecutus Brunnem. *ad L. 4. ff. De Recept. n. 1.* Myl. *add.*
C. 22. §. 5. p. m. 484. ibidemque *all. DD.* Stryk. *in U. M. ff. cit. §. 29. verſ.*
Subjectio &c. ac ita quibuscunque exceptionibus renuncians Vid. *all.*
ſupra C. 1. n. 8. revera fiat *inferior*, quod multis utiliſſimis in Practica cau-
ſis profuturum, hincque diligenter notandum graviter monet
Schultes *proximè add. l.* momentoſiori longe ac evidentiori jure Il-
luſtris Filius *intuitu* ſic *duplici* inferior Parentis ceu Superioris
Idictioni ſecundum genuinam hujus indolem omni dubitationis fo-
mite reſtincto erit ſuppoſitus.

II. Quoniam ea Regni vere ita dicti eſt Sanctitas, ut *nemo* omnino *præter Regem* in Regno eſſe poſſit, aut debeat, qui non agnoſcat Regiam Majeſtatem & poteſtatem, ſive, cui Rex non ſit Rex, prout graviter ita ac ſingulariter eloquitur ipſius eloquentiæ, ac cultioris quondam omnis ſcientiæ delicium Boecl. *in Tac. 1. A. 14. Annot. polit. 3. p. 258.* ex quo hoc recoquunt Myl. *in Gamol. C. 22. §. 1.* ac Vitriar. *all. l. §. 10. p. m. 828. in. f. & 829.* Quare Id. Boecl. ſe aliquoties miratum

esse

esse *c. l.* asseverat, cur Eloquentissimus Scriptor Dio Prusæensis Chrysostomus *Orat.1.* Alexandrum Philippo Patri tale obsequium, quod hic ab illo hac Quæstione: *Annon ego Tuus Rex sum Alexander?* deposcebat, hac responsione: *Nequaquam. Obedio enim Tibi, non ut Regi, sed ut Patri* denegantem introduxerit, cum non minus Regem ac Patrem eundem venerari debuisset, ni præter omnem rationem ambitioni ipse magis auscultasset. Hincque haud dubie est, quod Innoc. III. in *C. Per Venerabilem* 13. *vers. Insuper &c. X. Qui fil. sunt legit.* visum esse ali- 10
quibus, rescribat: Regem ceu Superiorem nullum recognoscentem cum genitis non tanquam Patrem cum filiis, sed tanquam Principem cum subditis agere valere.

III. Quoniam *Superioritatis Territorialis* augustum illud est fastigium, ut regulariter in *omnes* generatim in Territorio commorantes 11
delicti quoque vinculis innexos virtutem suam exserat Knipschild. *de Civ. Imp. immed. Libr.1. C.12. n.93. & Libr.2. C.5. n.79. seqq.* Myl. *de Princ. & St. Imp. C.35. n.4.7. & in Gamol. C.22. § 6.* Simon. *in Diss. de Jdict. Territ. Stat. Imp. sublim. Ann.1672. h. C.10. §.2.* Vitr. *in J. J. P. Libr.3. Tit.17. § 10.* Heber. *in Diss. de Jur. Fæm. litig. in Foro tum Civ. tum Sax. th.31 vers. Pariter Statuum &c.* hocque cumprimis eapropter, quod Comites non minus, Bald. de Ubald. *in C.1. n.3. vers. Item nota 1. F.14.* exque eo Besold. *in Diss. de Comit. & Baron. Imp.* (quæ *in Nucl. Discurs. vel Diss.27. J. P. Giessæ Anno 1621. à Nic. Hampelio Univ. Typogr. collect. & impress. est 10.*) *§.12. p.360. d. l.* ac generaliter Imperii Ordines *communem* juxta Publicistarum calculum *Regiæ Majestatis propemodum* apice fruantur, Joh. 12
Herm. Stamm, Imperialis quondam Cameræ Assessor *Tr. De Servitute personal.* (qui arbitrante Per-Illustr. B. Maurit. in absolutiss. *Introductione ad P. F. primum A. 1669. editis ab Auctore Consiliis Chiloniens. præmissa, nunc & Opusculis, dempto congrue ingressu ejus ac exitu inserta, & §§. optime distincta §.18. p.364. d. l. est aureus,* ac multo *plura præstat,* quam promittit,) *Libr.3. C 10. n.30.* exque hoc præl. Maur. in luculent. *Diss. de Secularis. Bon. Eccl. C.5. § 6. p.520. Opusc.* B. Conr. *in prælect. Anno 1656. h. ad* Jac. Lampad. *R. P. R. G. Proleg. vers. Principio observandum est, &c.* nec non *P.3. C.3. § 5. inf.* Casp. Ziegler, Parens *in Comm. Concl. ad* Nic. Calvolæ *Aur. Prax. §. Landsassii Concl.1.* Theodor. Reinking. *De R S. & E. Libr.1. Cl.4 C.16. n.10.* Henr. Bocer. *de Jur. Collect. C.4 n.6. Myl. de Princ. & Stat. Imp. C.14. §.11.* ibique *pl. all.* Matthias Steph. *De Idict. Libr.2. P.1.*

C.7.n.32. ibidemque *add.* Ludolph. Schrader. *Tr. Feud. P.10. S 1.n.33.* Stryk. *in Diss. De Fortalitiis (V.1. D.24.) C.2. n.12. ac in Dissp. De Jur. Æmulat. (V.3 D.17.) C.2.n.58.* illicque *cit.* Carpz. *De L. Reg. Germ. seu Capitul. Imp. C.1. S.11. n.4.* Schwed. *in Disc. De For. Ill. Imp. R. G. imm. subj. th.8.* Rhet. *in Diss. De Statu Germaniæ circ. Subd. C.2.n.117.p.208. b. Disp. Ejus Undecim J. P. Anno 1678. Francof. ad Viadr. excus.* ibique *all.* Illustriss. B.
13 Veit Ludewig von Seckendorff im Teutschen Fürsten-Staat *P 2. C 2. n.1.* ut, quicquid in absolutis Regnis Majestas, id pene in terris Statuum Imperii jus territoriale potis sit. Stamm. Maur. Myl. *dd. ll.* Stryk. *cc. un. ac in Diss De Salute Publ. (V.3. D.16.) C.1. n.49.* Marcus Rhode *in Diss. De Præscr. Bonor. Princ. Anno 1686. h. C.1. n.14.15.* Vitr. *add.* §.10.*p.828. inf.* Cujus non duntaxat bini *Imperatores* illi, omne laudis culmen supergressi *MAXIMILIANUS I. & CAROLUS V.* testes Classici vel,
14 ut dignius loquar, Augustissimi extant, dum Is Se *Regem Regum* nuncupare est assolitus, Just. Sinolt. cognomento Schütz. *Disp. De Vicar. Imp. horumque Potest. Concl.38. Litt. A.* Bernh. Bertram. *Diss. Inaug. De Comitiis Imp. R. G. Præsid. Ortolph. Fomann. h.* (quæ *inter* Dominici Arumæi *Disc. Acad. De J. P. est 9. & in Nucl. J. P. 20.*) *th. fin. p.180. a. & 802. dd. ll.* Zach. Vietor. *Disp. De Causs. Exemptionum Imp. Concl.5. p.1165. Nucl.* Casp. Leipoldi *in Diss. De Concurrentia jdict. in Imp. R. G. sub Arumæo ventilat.* (extat apud hunc *Disc. Acad.13.*) *Qu 9.p.259.* Eitel Fridrich von Herden in der Grundfeste des H. R. R. P.1. *C.1.p.10. in f. & 11. Myl. de princ. & Stat. Imp. d. C.14.* §.*2.p.m.107.* Schwed. *add.* §.8. Hic autem *in Germania Regibus Se imperare* est professus, Joach. Cluten *in Sylleg. rer. quotid. Concl.26. Litt. A p.64. Nucl.* Rich. Dieter. *in Diss. De Summ. Summ. Imperii potest. Concl.81.* Henr. Bruning. *Disp. De Var. Universitatum Spec. earumque jur. th.19. in f.* Ant. Coler. *Diss. De Jur. Imperii Germ. Sect.38.* Bernh. Bertram *d. l.* Christoph. Mingius *Disp. De Super. Terr. & ej. Jur. adfin. Concl.3.*
15 Leipold. *all. l.* Eitel Fridrich von Herden *d p.10.* Myl. *add.* §.*2. & in Archol. Ord. Imp. C.11.* §.*9.* Sed ipsi quoque *Barbari* Germanorum cæteroquin gloriam indigne suggillantes idem ultro largiuntur, prout ex memorabili illo *Titulo* præsigni, quo post alios splendidissime conge-
16 stos *Persarum* Rex *Schach Sesi I.* (gratis eum Dn. Joh. Frideric. Pfeffinger *in Not. ad Vitr. J. J. P. Libr.1. Tit 4.* §.*9. Litt. c, p.140.* Schach *Ismaelem* dixit) laudatissimum *Cimbrorum* Ducem *Fridericum VI.* in Literis *Credentialibus* seu fiduciariis per *Legatum* (non *Legatos*, ut quidam

Jcto-

JCtorum autumant,) Gentis ejus cum Holsatis *commercia* fixurum *Anno* 1639. *d.11. Aug.* ad Hunc latis mactavit, affatim dilucet, quas cothurnate sic inscripsit. Dem Großmächtigen / und durch GOttes Gnade sehr Reichen / Sanfftmüthigen / Gnädigen / und Allerchristlichsten Fürsten / Fürnehmsten / Gütigen und derselben Lande Höchsten / Der NB. dem König Tschimschid / dessen Haupt wie die Sonne glåntzet / gleich ist / in Holstein regierendem Herrn / ut edisserunt Matthias Merian, ortu Basileensis, *Sculptor* quondam artificiosus, & *Bibliopola* Francofurtanus *in Theatr. Europ. Tom. IV. add. Ann.* Phil. Andr. Burgoldensis, vel Oldenburger *in Notit. Rer. Illustr. Imp. R. G.* P.1. *Discurs.* 10. *n.*18. B. Frid. Geisler (quem Exc. D. Ant. Dan. Sonneman in erudito *Exerc. Acad. De Jure Potiore , Francof. Ann.* 1690. *d.* 23. *Jan. h. Sect. post. n.* 133. & 134. commixto *Urbis Patriæ*, *ac Patris* ejus cognomine *Reussendorffium* vocavit) *in Diss. De Titulo: Nos DEI Gratia part. prior. Lipsiæ Anno* 1677. *d.*6. *Sept. evulg. th.*42. *Litt.* β. (6) *in f.* Auctor *Mercur. German. seu De hodiern. Stat. Aular. Imp. R. G. p.*749. exque hoc Pfeffinger *memor. loc.* Rhet. *in Diss. de Stat. Germ. circ. Subd. C.*2. *n.*113. *p.*208. *Diss. J. P.* Schwed. *add. th.*8. Jam autem *Regio* Illustris Genitoris sceptro delinquentes Genitos haud dubie subjectos esse, jam *supr. hoc C. n.*8.9 10. evici, Ut proinde ipsis Regum Liberis *alius Illustris Filius* delinquens *augustiorem* privam libertatem non nisi invito jure sibi vindicare potis sit futurus, quin imo se territorialis Potentatus effectui *Universali* debite submittere, aut *specificam exemptionem* indultam sibi lucide ostendere teneatur, quam tamen licet demonstratam ab *Individuo hoc privilegiato ad Individuum aliud non privilegiatum* extendi nunquam posse, hincque Parentibus *cæteris* Illustribus Suam Potestatem in Suos *integram* prorsus & *tranquillam* omnino mansuram esse, explorati juris est: præsertim, quod *Imperator* eo certius hodie in *exercitio Superioritatis territorialis cum Statibus* neutiquam concurrat, quo sanctius de hoc augustam fidem Suam nexu toties jam iterato obstrinxit. Cap. Ferd. III. Ferd. IV. Leopold. I. Joseph. I. *Art.* 3. *verb.* Wir sollen und wollen NB. in alle Wege die Teutsche Nation das H. R. Reich / und die Chur-Fürsten u. s. w. auch andere Fürsten / Grafen / Herrn und Stände u. s. bey ihren Hoheiten / Rechten / Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt rc. bleiben lassen / NB. ohne unsern / und månnigliches Eintrag und Verhinderung. Vid. omnino Illustr. D. Thom. Ulric. Lauterb. in solidiss. *Tr. Inaug. De*

Con-

Condominio Territorii, qua cum Super. conj præsid. B. Joh. Andr. Frommann. Anno 1681. *d.* 17. *Febr. h. C.* 6. *th.* 4. Reink. *De R. S. & E. Libr* 1. *Cl.* 5. *C.* 7. Myl. *De Pr. & St. Imp. C.* 14. §. *fin. cum largiss. cit.* & Ampliss. Jo. Guil. Itter. in perdoct. *Commentat. Method. De Feudis Imp. C.* 8. §. 9.

18 IV. Quoniam *privato* Genitori non modo *civiles Sanctiones* vigorem hujus etiamnum hodie spirantes Ant. Faber, *Baro* de Perogres *Cod. Def. in Senat. Sabaud. tractat. Libr.* 8. *Tit.* 32. *Def.* 1. Illustr. Mev. *Comm. in J. L. Libr.* 1. *Tit.* 3. *Rubr. n.* 11. delinquentem filium jure *potestatis Patriæ* castigare sinunt. *L. Si filius* 3. *vers. Quem, si C. De* P. P. Myl. *in Gamol. add.*
19 *identidem C.* 22. §. 6. *p.* 485. ibique *add. sed mores* illi quoque facinoris hunc *capitalis* sontem, hincque extrema commeritum, ut *domestico* is potius, quam *publico* pereat exemplo, privatim mactanti ob justum dolorem, qui, cum temperare hunc sit difficillimum, *not. L. Si adulterium* 38. §. *Imperator* 8. *vers. Ei, qui &c. verb. cum sit &c. Ad L. Jul. de Ad.* factum relevat, *not. L. Gracchus* 4. *in f. C. ib.* merito indulgent. Mev. *c. l. n.* 9. vid.
20 *W. in parat. ff. ad L. Pomp. De Parr. n.* 6. Cujus memorabile Exemplum præl. Mev. *d. Tit. n.* 10. è Pauli Fridebornii, R. quondam Suec. Gust. Ad. & Duc. Pom. Consiliarii, ac Sedin. Consulis *Chronic. Stetinens. Libr.* 3. *p.* 113. *in Stargardensi* Consule *Joachimo Appelmanno* aperit, qui filium *diffitatorem*, cum tota Civitas metu damni ex incendiis malefici plenis flammis prorupturi in carcerem filium, aut à Parente cautionem deposceret, Anno 1576. clam decollari jussit, hocq; *laudatum* potius,
21 quam punitum esse ibid. memorat. Quod proinde urgentiori multo veritate Parenti *publico Illustri virtute potestatis publicæ*, h. e. vel Maje-
22 statis, vel territorialis Superioritatis, Paternæ juri Potestatis (Quo & *Germaniæ primores* in natos sibi generaliter pollere, Diploma invictissimi Herois CAROLI V. Cæsaris Anno 1558. d. 22. Aug datum lucidissime nos edocet, quo Is Electorem *Saxoniæ* infaustum *Johannem Fridericum* pristinis juribus, ac *Patriæ* in Liberos *potestatis* effectui *peculiariter* restituit. Rhet. *J. J. P. Libr.* 1. *Tit.* 20. §. 1. *ac Med. Acad. Diss.* 6. *pos.* 14. exque hoc Stryk. *in ll. M. ff. Ad Tit. De His, qui sui vel al. jur.* §. 4. *in f. & in Disp. de Jure Illustrium & Nob. commun. C.* 2. *n.* 7. Verba Ejus αὐτολεξεὶ sic habent: Wir restituiren und setzen ihn und seine Erben zu seinen vorigen Gerechtigkeiten/ Forderungen/ Ehren / Begnadungen/ Titeln / Wapen/ Freyheiten/ auch zu NB. der väterlichen Gewalt/ so er vor der Zeit über seine Söhn und Kinder gehabt: So und dergestalt/ daß ihm dieselbe Gewalt

und

und väterliche Macht auch die Land und Leut/widerum/ so viel deren seinen Söhnen und Kindern inhalts der Capitulation gelassen worden / bleiben sollen / prout hæc consignarunt Melchior Goldastus ab Haimensfeld, *Consiliarius olim Schaumburgicus in Tr. inscripto: Senior, seu De Majorat.* (quem *longe doctissimum* appellat Conr. *in præl. MSS. ad* Lamp. *part.*3. C.4. §.15.) Joh. Georg. Besold. *Lection. in Tubing. Colleg. Illustr. h. quas Frater* Christoph Besold. *Delibat. Juris ex Libr.*1. *ff. post Qu.*13. *inseruit, de Restitut. Famæ p.*63. *d. l.* Frid. Hortleder *Consiliarius Saxo-Vinariens.* quondam *Aulicus* in luculent. *Tr.* Vom Anfang / Fort- und endlichen Ausgang des Teutschen Krieges *Libr* 3. *C.*88. *p.*730. *Ed. prior.* quod idcirco nullus facile inficiabitur, ni Restitutionum indolem perpetuam funditus evertere, & solennem adeo Imperatoris actum vanitatis, seque hoc ipso impietatis arguere procaciter discupiat,) arctissime omnino innexæ est competiturum.

His valentioribus Affirmativæ sententiæ *Rationibus* edissertatis, 23 ad percensendam *praxin* horũ *publicam* proximo nunc gressu propero, *Exemplis*, quibus res fit manifestior, *L. prætor* 3. §. *Julianus* 2. *vers. Videamus inf. de Collat.* Genitorum Illustrium, tam *Ethnicorum*, quam *Christianorum* jure hoc Suo in Liberos utentium demonstraturus, hæc, 24 quæ in *Academiis* Parentibus illis heberi quamvis, debito tamen calamo ac ore vindicantur, Scholæ neutiquam, aut umbræ, sed vitæ tradi, inque *Aulis* stricto ab Iisdem *gladio* probari & firmari. Sic Monarcha VII. *persarum* ARTOXERXES MNEMON nato stirpis *maximo* 25 DARIO, qui, etsi contra morem hujus Gentis Regem suum non nisi morte variantis per indulgentiam, & in futuræ Successionis evidentiam Rex ab Eodem vivo *quinquagenarius* jam, appellatus, & jure *Cidarin erectam*, insigne *Capitis* regium gestandi mactatus esset, novis tamen paternæ pietatis omnibus exemplis in se spretis, ob Pellicem Ejus *Aspasiam*, prius *Milto* dictam, & *Phocea*, urbis *Juniæ* ex *Hermotimo* natam Plutarch. *Græcor. Romanor. Illustr. Viror. Vit parall. seu Compar. in pericl. C.*45. *Tom.*1. *p.*220. *ex Vers. Guil. Xylandr.* Conf. Id. *in Artoxerx. C.*47. *Tom.*3. *p* 207. *Ed. all.*) reliquas CCCLIX. *& forma & prudentia* vincentem (unde agnomen *Sapientis & Elegantis* nacta, Xenoph. Κύρȣ Ἀναβάσεως *vel Cyri Expeditionis in Asiam Superiorem Libr.*1. *sub fin.*) *olim. Cyr.* Fratris Concubinam, petenti *dono* sibi, quod adoptato penes illos Regi novo ab adoptante illum poscere, huicque si præstari posset,

illum poſcere, huicque, ſi præſtari poſſet, non abnuere licebat, Plut. *in Artox. d. C. 42.* primum temere promiſſam, mox honeſtius negatam, (vel, ut Plut. *th. C. 43. p. 208.* Auctor eſt, datam quidem, ſed paulo poſt ereptam) in jurgia non tantum Patris eruperat, ſed & impulſu *Tiribazi*, hominis difficillimi, ſuamque ſub aliena ultionem anhelantis, Vid. omnino Plut. *cit. l. C. 44.* *cum QUINQUAGINTA ſpuriis Fratribus* (Portentum!) in *Ejus vitam* juraverat, ab *Eunucho* Regis prodito, & omnibus Senatus ſui calculis damnato cum ſociis pœnas inauditi ferme hujus *Parricidii* condignas irrogavit, cervice ipſi *An. Mundi*, juxta computum Seth. Calviſ. in *Op. Chron. p. 285. a. Ed. Francof.* MMMDXXCIX. *Ante C. Nat.* CCCLIX à carnifice *novacula, quæ ſolita* reorum mortis illic *pœna*, in carcere abſciſſa Plutarch. *add l. C. 45* 46. 47. exque hoc Chriſtian. Matthiæ *Th. Hiſt. in Artax. Mnem. C. 2. §. 8. 9. pr. 10. & 11. p 277. 278.* Juſtin. *Libr. 10. C. 1. 2.* ubi hanc hiſtoriam argutiſſimis
26 Lemmatibus diffundit Perinde L. JUNIUS, adnomine BRUTUS Conf. T. Liv. *Libr. 1. C. 56. p. 110. Ed. Gronov.* Romanorum I. *Conſul.* Vid. add. Liv. *Lib. 1. C. ult. inf.* par gloria *Romulo*, dum Hic urbem, Is libertatem Romanam condidit, *duos* Sibi natos TITUM ac TIBERIUM conſiliorum, quæ hi de *Patre, & L. Tarquinio* Collatino (ex *Egerio* orto, ac *Lucretiæ* olim Marito) in Conſularibus auſpiciis Collega *interimendis, & Regibus* ab Illo maſcule exterminatis in urbem noctu *reducendis* cum Avunculis ſuis *Vitelliis, Aquilliisque* Fratribus coxerant, proprio Conjuratorum chirographo ad Reges dato, & in *Aquilliorum* ædibus à *P. Valerio*, cui *Vindicius* eorum ſervus teſtis actorum illic ἐπόπτης omnes machinas detexerat, invento, pleniſſime convictos pro tribunali *Anno Mundi*, ut numerat Calviſ. *in Op. Chr. p* 229. *a.* MMMCCCCXLII. *Ante C. Nat.* DVI. virgis cædi, ac in terram proſtratos *Securi* mox percuti juſſit. Plut. *in Poplicola C. 5. 6. 7. ac 8. Tom. 1. p. 135. 137. Ed. memor. Liv. Libr. 2. C. 45. p. 123. 126. Ed. Gr. Valer. Dictor. Factorumque Memorab. L. 5. C. 8. Exempl. Rom. 1.* Myl. *all. loc.* §. 7. p. 485. & Berger. *cit. crebro Diſp. de Poteſt. perſ. publ. in ſe ipſam th. 66.* Conſpectius eo ſupplicium, quod pœnæ capiendæ miniſterium Patri de Liberis Conſulatus impoſuit, & qui Spectator erat amovendus, eum ipſum Exactorem ſupplicii fortuna dedit. Liv. *add. C. 45. p. 125. Ed. Gr.* Adeo Patrem exuit, ut Conſulem ageret, orbusque vivere, quam publicæ vindictæ deeſſe maluit. Valer. *d. l. inf.*

Diſpar

Diſpar imperium, diſpar commiſſum, at par juſtitiæ Exemplum. 27
YONNES Rex *Tenediorum*, cum Legem à Se in *adulterantes* graviter
ſancitam, ut *Securi* attaminatum *utriusque* concideretur corpus, quam 28
& memoriæ & obſervantiæ tuendæ cauſa *numiſmate*, cujus parti alteri
Securis, alteri *Vultus duo ex Cervice una prominentes* notabiliter inſculpti,
tecte pariter expreſſerat, à FILIO pollutam ſuo accepiſſet, cuidam,
quid faciendum? interroganti; *Utendum Lege, Securi percutiatur*, ingen- 29
ti animo reſpondit. Pauſan. *Comm de Veter. Græc. Region. Libr.* 10. Adag.
Var. in LL. CC. digeſt p. m. 570. *b. Ed. Wechel.* Ita juſtiſſimus hic Mo-
narcha morte filii, nec Patris majeſtatem, nec Legis ſanctitatem ve-
riti, imperia firmare, quam impunitate in perpetuum abrogare maluit.
Aſſimili his ratione Rex *Sicambrorum BASANUS* (*Heleno* fratri annis 30
maximo, Regi hujus Gentis *ſexto*, inerti juxtim & ſalaci, ad bellum in-
epto, ad pacem ſtolido, infulis *Anno Regni* ejus XIV. *Mundi* autem, ut
ſupputat Calviſ. *in Op. Chr. p.* 327. *b.* MMMDCLXXVI. *Ante C. Nat.*
CCLXXII, privato ſuffectus, ac *Theocali* poſt mortem *Summus* Jovis
Pontifex electus, cognomento *Magnus*, Joh. Trithemius *in Compend ſ.*
Breviar. Primi Vol. Chronicor. ſ. Annal. de Orig. Gent. & Reg. Francor. quod
extat P. 1. *Opp. illius Hiſt. ex Bibliotheca Summi quondam Polyhiſtoris Marqu.*
Freberi publ. & Francof. ad Mœn. Anno 1601. *impreſſ p.* 7. *ac in Comp. de*
Orig. Gent. Francor. ex Hunibaldi, *Scriptoris Juſtini Junioris ævo, ultimis XII.*
Libris facto p. 65. *d. l.* Princeps juris tenaciſſimus, in cujus ſymbolum
reſtem ſibi ac *gladium* locis omnibus præferri juſſit, Id. Trith. *cc. ll.*
Theodor. Höpping. *de Jur. Inſign. C.* 6. *Sect.* 5. §. 2. exque hoc Joh. Frid.
Pfeffinger. *in Not. ad Vitr. I. J. P. Libr.* 3. *Tit.* 12. §. 36. *lit. A.* & à Sacri-
colis Δικαιοβάσαν i. e. *juſtus Baſan* dictus eſt Trith. *add. ll.*) perdiu
quamvis ſecum luctatus, affectus tandem paternos Juſtitiæ catenis
fortiter lingavit. Enim vero, cum SEDANUS ejusdem natus ex
Orcadum Regis filia & *ſpecioſiſſima*, & Illi in cœteris conjugibus *gratioſiſſi-*
ma, ſuſceptus Trith. *in Comp. de Or. Gent. Fr. d p.* 65. *lin.* 52. & *in f. ab hu-*
milis Marito ſortis *lecti ſui conjugalis Sacrilegii* convictus eſſet, ac univerſi
Proceres lachrymis hoc crimen apud Illum expiare conniterentur,
aureis his verbis, judicem abſolutum omnibus numeris exprimenti-
bus, quorumcunque objectibus animum obfirmavit: *Nolite, O Viri* 31
Nobiles, ac Chariſſimi Amici, contra juſtitiam militare, & Leges, quas mature
Vobis conſentientibus decrevi. Nemo poteſt hanc manum juſtitiæ vindicem ab-

 ſtinere,

ſtinere, quin exequatur, quod juſtum; Facilius enim eſt ventum in aere flantem manu conſtringere, quam Baſani Regis mentem ab æquitatis executione & Lege, quam tulit; deflectere. Accedas igitur fili mi Sedane, optime novi, quod natura abhorreat ſævitiam, & cor mihi palpitat te videre ſub meo Sceptro. Exhorreſco in proprio ſanguine manus maculare meas. NON SUM EGO, fili mi, SED JUSTISSIMA LEX PATRIA, QUÆ dum ſciens illam es prævaricatus, TE INTERFICIT. Quibus condigna hac ſeveritate cum benignitate in ſtuporem juncta edictis facie ac mente compoſita, extemplo ipſum capite truncavit. Trithem. *all. ll.* Joh. Norderman *de Jur. Principat. Concl. 48. Litt. a. p. 305. Nucl.* Il Cavalliere Ciro Spontone (Cyrus Spontanus) *nel Governo di Stato Libr. 7. C. 8.* Adeo Optimus Princeps Sui ac ſuorum, quam Legis aut Reipubl. oblivisci Seque in filio plecti, quam

32 illam publico ſuo damno peccatum hoc luere maluit. Non minore his omnibus juris cultu ZALEUCUS urbe *Locrenſium Epizephyriorum* Vid Alexander ab Alexandro JC. Neapol. *Genial. Dier. Libr. 6. C. 10. p 339. a. Ed. Pariſ.* ſaluberrimis à Se horum *Principe*, Joh. Min-El ad Valer. Max. *Libr. 6. C. 5. Exempl. Ext. 3. n. 3. p. 349.* ac utiliſſimis Legibus munita (unde & *Minervæ* ſub nomine *prudentiſſimus* inter illos eſt habitus, Val. *Lib. 1. C. 2. in f.*) cum FILIO Ejus *adulterii* comperto ſecundum jus ab Ipſo in facinore hoc *deprehenſis* conſtitutum *utroque oculo* carendum eſſet, ac tota Civitas in honorem Patris neceſſitatem pœnæ adoleſcentulo remitteret, ad ultimum precibus quidem populi evictus, Suum prius, dein *filii* tamen *oculum* evellit. Ita debitam ſupplicii menſuram Legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento Se inter miſericordem Genitorem & juſtum Legislatorem partitus. Valer. *add. l.* Cl. Ælian. *Var. Hiſt. Lib. 13. C. 24. p. 688. & 689. Edit. Kuhn.*

Sed ne in *Gentilibus* exemplis, omnino utut juri conſentaneis inhæreſcere, & Illis, à quibus nos *religio*, ac partem maximam & *natio* longiſſime jam pridem ſejugarunt, inniti ſolum videar, ſtylum retraho, ipſumque ad Illuſtrium Parentum *Chriſtianorum* Praxin delinquentes jurisdictioni ſuæ Natos æque ſubſternentium tandem propius delabi

33 permitto. Sic CLOTARIUS I. (non *Lotharius*, ceu Trith. *in Comp. ſ. Brev Primi Vol. Chron: ſ. Ann. de Or. Gent. & Reg. Fr. p 44. ac in Comp. de Or. Gent. Fr. p. 87.* Auctor eſt) Rex *Franciæ VII.* natum ex ſe CHRAMNUM (quem *Granum* Trith. *ad d ll.* nuncupat, aque illo *Thermis ad aquas Grani* factum eſſe nomen *d. p. 87. in f.* autumat. Vid. tamen

Joh.

Joh. Limn. *Iur. publ. Imp. R G Lib. 7. C. 2. n. 1* illicque *plur. all.* Calvis. *in Op. Chr. sub A.M. 4078. post C. 129 p. 471. a.* & Christoph. Helvic. *in Theatr. Hist. ac Chron. p. 88. Litt. H. Ed. Francof.*) Regulum *Arvernæ* gentis [cui *tres* S. S. libri, Prophetarum nempe, Apostolorum & Evangelistarum ab *Divionensibus Clericis* post junctas preces, in *Altar.* ad præmoscendum sortem ejus futuram explicati digno fulminantique augurio, *Ies. V. 4. 5. I. Thess. V. 2. 3.* & *Matth. VII. 26. 27.* offenso *cladem* jam tum portenderat, ut hoc graphice transcripsit Excell. Polyhistor D. Becmannus *in Lin. Doctr. Mor. C. 8. §. 11.*) postquam ferales *motus* impulsu *Childeberti* [corrupte hunc Marcellinus, *Comes* quondam *Illyrici* sub *Iustiniano M.* Imp. *in Chronic.* appellat *Hildebertum* & *Childericum*) Patrui in Regno conciverat, hocque extincto primum in *belli* aleam sinistro Marte cum *Aquitaniæ* Monarcha *Conobaldo*, mox & in *Britania minore* seu *Hermionia*] priscis *Armorica* ob *situm* dicta) quo transvolantem Parens insecutus, cum *Chonobro* Duce Britonum fortuna æque novercali adversus Illum descenderat, mari fugam molientem correptum, in *casa* Anno *Regni* L. *Mundi* autem, ceu æram signat Calvis. *add. Op. Chron. p 585. a MMMMDXIII. post Chr. Nat. DLXIV.* cum *Uxore* & *binis* ex hac *filiabus* concremari jussit. Gregorius, qui ab *Episcopatu*, in quem *Euphronio*, ut constat *A. M.* 4523. *post C. N.* 574. successit, *Turonensis* vulgo audit, *Hist: Francor.* (quam exhibent Marqu. Freher. *in Corpore Histor. Francicæ Veter. & Sinceræ, Hanov. A.* 1613. *impr. P. 2. &* Andr. du Shesne, Geographus Reg. *Hist. Francic. Scriptor. coæt. à prim. Gent. orig. ad nostr. usque temp. Lutet. Paris. A.* 1636. *excus. T. 1.*) *L.* 4 *C. 16. & 20.* Calvis. *d. l. in A. M.* 4510. 4512. *ac* 4513. *p.* 548. *b.* 585. *a.* Trith. *all. Compp. p.* 44. *&* 87. Bapt. Fulgosus (aliis Campofulgosus, *Dux* quondam *Genuensis*, Principatu autem *A.* 1483. ab *Patruo* dejectus Cl. König *B. V. & N. p.* 322. *a.*) *Dictor. & Factor. memorab. quæ Libris IX. Italice ad Petrum Fil. exul. scripsit, & latine Camillus Ghilinus vertit, Lib. 3.* exque hoc Myler. *in Gamol. C. 22. §. 7. p: 486.* D. Becmanus *all. l.* Is enim Ipsi abolendus vicissim igne visus, qui infamibus coactis ante & alitis ab se impietatis flammis omnes pietatis 43
debitæ igniculos ex mente abolevit. Item XXV. *Galliæ* Sceptuchus (verbum Taciti è 6. *A.* 33. 3. post dignam emendationem Freinshemii *in l. h.* usurpo) ac *Imperator* dein ex stirpe Germanorum V. simul, CAROLUS II. cognomento CALVUS genitum ex *prima* tori conjugalis Socia *HERMINTRUDE* (imponit sibi D. Peucer *in auct.* Joh. Carionis *Chronic. Lib. 4. p.* 112. dum huic *Richildem*, fortis illius *Bosonis*,

ante *Ducis Italiæ*, mox & *Regis Provinciæ* Sororem, *alteram* demum tamen seu *ultimam* Caroli Ejus uxorem *add. l.* præponit. Conf. si allubet, Matthiæ *Th. Hist. in Carolo hoc II. C. 3. p. 846. b.* ibique larg all.) *quartum* ac *postremum* juxtim CAROLOMANNUM (silentibus immaculatis omnibus monumentis *Cadonem* hunc Myl. *in Gam. d. C. 22. §. 7.* appellat,) Ducem jam *Provinciæ*, qui cum splendide, invitus quanquam Sacris initiatus, laurisque Abbatiis mactatus esset, fastidio tamen adstrictæ hujus vitæ mox infulis abjectis non duntaxat Ordinem in sacrum omnemque Galliam *populationem*, sed in Patris quoque vitam *conjurationem* severat, gratis subinde correptum *Sylvanecti* [Gall. *Senslis*] custodiæ mancipari, ac bellum impie coquentem Anno *Regni* XXXIII. *Mundi* autem, ceu rationes sunt Calvis. *in Op. Chr. p. 670. a. MMMMDCCCXXII. Post C. Nat. DCCCLXXIII.* & *imperium ante* adeptum II. *utroque* tandem *lumine* orbari jussit. Calvis. *d. l.* Annales Metens. *ad A. 870.* exque his Bœcler. *in Comm. de Reb. Sec. IX. & X. per seriem Germ. Cæs. p. 171. & 172.* Matth. *d. l. C. 2. p. 844.* Peucer & Myler *add. l.* Indignum oculis ac libertate illum arbitratus, qui dum omnem oculorum & mentis aciem ad sortis suæ Auctoris, totque innocentium perniciem direxit, ac se mancipium improbitatis omnis cum sponte tum enixe hoc pacto fecit, utrisque turpiter abusus. Consimili &
35 ratione maximus *Hispaniarum* Princeps PHILIPPUS, augusti hujus
36 nominis II. (Rex *piissimus* & *justitiæ observantissimus*, ut summo Illum hoc elogio mactavit Seraphin. Olivarius Razzalius, Salvatoris in Lauro Cardinalis *Decis. Aur.* 818 *n. 7.* quod compto non minus ac fuso stylo persecutus est Lans. *in Orat. pro Hisp. p. 306-317.* utrumque indulgentiæ Paternæ oculum justitiæ omnino fascia obvolvit, exemploque Suo omnis ævi & commemoratione & admiratione perdigno *Metii* ad Imp. *Tacitum* penes Fl. Vopiscum *in h. C. 6.* effati: *Ingentem Principis esse*
37 *gloriam, Rempublicam magis quam Filios amare*, virtutem sibi peperit. Enimvero postquam à CAROLO, *unico* ea tempestate Filio, juvene *acri, vehementi, supra modum ambitioso*, & *Imperii cupido*, in quod sparsos sermones consensisse Jac. Aug. Thuanus, [Scriptor *confessione*
38 *omnium veracissimus*, ut illum nominat M. Petr. Syringus *in Diss. inaug. De Pac. Religion. Præs. Virgil. Pingitzer. Jenæ A. 1615. d. 30. Dec. h.*] quam prius jam sub conficto per metathesin *Justi Springeri* nomine Ann. 1607. utut multo pressiorem ediderat, [*Concl. 15. lit. D. p. 1241.* Nucl. Giess.]

Hist.

Hist. Lib.43.p. 803. 1.E. Tom.I.Ed.Francof. aperit, *insidias* vel ad *Regalem* 39
purpuram ocyus *indipiscendam*, vel ad *injuriam ulciscendam*, qua se à *Patre* lacessitum crebro is querebatur, eo quod incomparabilem *Elisabetham*, ex *Henrico II.* Rege *Galliæ* natam, Pacificatione hos inter Reges ultima, & superstite adhuc *secunda* Philippi Conjuge *Maria*, primum sibi destinatam Hic, illa sub id tempus Ann. 1558. 17. *Cal. Dec.* manè diem functa, ac conditionibus mutatis, Vid. Thuan. *Lib. 20.p. 399. 2. C. D.* in Suum dein torum Ann. 1560 *extremo Jan* deduxisset. Id. *Libr. 23.p. 454. 1. D. & add. Lib. 43.p. 803. 2. E. ac 804. A.* vel ad *miseriam Belgarum*, quam soepius doluerat Th. *cit.p. 803. 1. F.* cautius *supprimendam*. Sibi tensas ex multijugis ac haud evanidis argumentis elicuisset (cum idem non solum *binos scloppetulos*, quibus, ut & *gladijs* 40
scite admodum supra conditionem suam uti didicerat, Id *p* 804 1. *B.* summa arte fabricatos femoralibus Genti illi amplissimis gestaret, prout *Ludovicus Foxius*, Parisiensis, *Escurialis Palatii* & *Monasterii* extructione pretiosissima, ac *Machina*, qua ex *Tago* in superiorem *Toleti* partem aqua attollitur, inventione fructuosissima adnotus, Regi 41
enarraverat, sicque inquieti Princeps animi somnum caperet, ut sub pulvillo strictos *duos gladios* & *totidem scloppetos* ad displodendum promptos semper disponeret, ac *quatuor* in arca insuper *Scloppetos* grandiores pulvere & glandibus apprime oneratos asservaret, verum *Sacer-* 42
doti quoque *pridie Natalis Christi* in Colloquio fideli *cuidam necem* sese *machinari* confessus esset, ac eapropter Absolutionis repulsam passus, ab eo, frustra licet, modis tamen omnibus expetiisset, ut, si fidelium non mensam participare posset, ad publicam offensionem subterfugiendam *non-consecratus* saltem panis religioso sibi coram coetu porrigeretur, quod omne Clericus ad liberandam partim conscientiam, partim demonstrandam erga Regis imperata suam obedientiam extemplo Huic nunciavit. Thuan. *add. Libr. p.* 803. Lans *d. l. p.* 310. obicem & *insidiis*, & *subsidiis*, ab hoc *Belgis* forte afferendis, positurus, delicto cum *S. Inquisitionis Senatu*, quo inconsulto Is aut superstitione, aut religionis simulatione momenti nil magni tota pene vita gessit, Id. 43
Thuan. *add. p.* 804. *A.* communicato, ac ingressu ejus cubiculi sagacitate *Foxii* commodo, & agilitate *Lermæ Comitis* securo reddito Vid. 44
omnino Thuan. *all. jam loc. B.* eundem noctu Divino quasi fato somno ferme Epimenidis devinctum, vixque illo exsolutum in pote-

statem

45 statem Suam redegit, & verbis gravibus correptum *famulitio*, *vestitu*, ac *lecto* Regio ex omni supellectile, *curuli*, *grabato*, & *culcitra* tantum relictis spoliavit. Conf. utique Id. Th. *cit. loc. C. D.* opinatus, hanc lenissimam ac Paternam vere coercitonem in pietatis tramites legiti-
46 mos eundem certo reducturam esse. At cum *quadruplici* immanitate vitæ sibi stamina incidere, successu quantumvis irrito connisus esset, Vid. omnino oculo Thuan. *add. l. D. E.* ac ita Pater Imperantes inter ævi sui ut potentissimus, sic infelicissimus vitiosissimum infelicis nati ingenium nec ratione, nec castigatione sanari posse rigente oculo ac animo perspiceret, facinore hoc rursus in S. Inquisitionis Sena-
47 tu agitato, sententia *Martini ab Azpilcueta*, Doctoris *Navarri* audientis qui summæ *doctrinæ* summam *integritatem* miscuit, quod illustrissimis *duobus* Exemplis scite oppido statuminat Lans. *d. l. p. 299.*) cujus *Summam* è Famian Strad. *Bell. Belg. Libr.* 7. recenset Myl. *all. crebro C.* 22. §. *16. p. 498.* permotus, vi legitima Dominantibus indulta quamcunque impiam ejus viam anticipaturus, huic tandem condemnato,
48 in *jusculo*, ut Majestati nominis consuleret, *VENENUM* propinavit, (contra *fidem* certorum Annalium, ac *morem* istorum temporum *Sagittam* Myl. *c. l.* §. 8. exque hoc Illustr. D. Berger. *all. identidem perdoct. Disp.* §. *66. ferè in f.* ac D. Sonnem. in *cit. supr. luculent. Exercit. de Jure potiore Sect. Prior. n.* 20 substituunt, adque *Thuanum* exserte *loco mox citand.* tamen *Venenum* appellantem provocant,) quo sumpto, liquen-
49 tibus post horas paucas viribus defecit. Thuan. *all. loc. p. 804. 2. A.* Anno Æræ Christianæ, quem computatæ *numerales* literæ notabilis illius Poëtæ *Sulmonensis* versus 1. *Met.* 148. ut *Petr. Opmerus* ortu *Belga* innuit, exactissime ostendunt.

fILIVs ante DIeM patrIos InqVrIt In annos

Lans. Or. pro Hisp. p. 312. exque hoc Myler. *d. §. 8. p. 478.* Ita Sol Oriens Hispaniæ, quem Grandes ejus jam adorabant, cum Europæ totius admiratione splendore, dum sibi ipsi totque oculis hunc invidebat, excidit, æternoque sui luminis occasu, occasum spei de hoc cunctis funestissimum acceleravit.

50 His pertextis, dum supremam Capiti huic manum imponere, ac stylum alio nunc producere intendo, scrupulus hic animo surgit: Exempla hactenus inducta & *Exoticorum* & *Sceptuchorum* fermè omnia Parentum esse, *Usum* tamen *nostri* certè *Imperii* summæ *Ordinum* hujus Potestati in genitorum *caput* nervis omnibus obniti.

niti. Quos objectus mentis ut citra pulverem subvertam, ultimum pro *fulciendo* æque Horum in natos delinquentes Potentatus Usu Exemplum hoc novissimum & convenientissimum adsterno. LEOPOLDUS LUDOVICUS. Comes *Veldentiæ* Palatinus (Princeps, elogio 51
Celeberr. Imhofii *Not. Proc. Imp. Libr. 4. C. 1. §. 33. p. 132.* Germana fide ac virtute) ex *AGATHA CHRISTINA*, Comitis *Philippi Wolfgangi* Hanoviæ-Lichtenbergensis Filia *Primogenitum* Ann. *1651. d.* 17. *Jul.* GUSTAVUM PHILIPPUM viderat. Quem, postquam terras non duntaxat *Galliæ*, *Daniæ*, *Sueciæ* & *Germaniæ* effrenata diffluens luxurie permensus esset, sed *vitæ* quoque Ejus impietate crebro iterata *insidias* struxisset, tot facinoribus demersum corripi, correptumque *Lauterecii* utroque oculo defixo asservari jussit, & cum hujus vitia in præcipiti stare attonitus videret, spe frugis lætioris omni decollante, Ann. MDCLXXIX. sua tandem pravitate digno tramite extinxit Dn. Joh. Frid. Pfeffinger. *in Not. ad* Vitr. 1. *J. P. Libr.* 3. *Tit.* 17. §. *9. p.* 828. Dn. Imhof *d. §. 33.* Princeps calamitate publica non minus quam domestica jactatus.

Complura equidem Exempla cum Mylero & Bergero ex *cit. dd.* 52
ll. memorare possem; At cum omnia, præterquam, quæ ex his recensui, ab illis edisserta vel *sævitiam* Parentum magis, & *pœnæ asperitatem*, quam *justitiam* & *æquitatem*, sicque parvum *Jurisdictionis* po- 53
tius *abusum*, quam *verum* ejus *usum* manifesto prorsus *detegant*, aut *Statum controversiæ* ab iis meque suppositum *transsiliant*, consulto extra orbitas vagari nolo. Id saltem vice superpondii addens, 54
Mylerum illud ipsum *Friderici II.* Exemplum jam pro *adstruendo* Vid. *Gam. C. 22. §. 7. p.* 486. jam pro *destruendo* Conf. *d. C.* §. 14. *p.* 55
495. Potestatis hujus Genitorum usu disseruisse, ac Illustr. Dn. Berger in suo Exemplorum & recensu primum hoc summo digito *Affirmantium*, *Vid. præl. solidæ Disp. §. 66. in f. ub. Friderico II.* mox Classi & *Negantium* Conf. §. *68. vers. Parimodo*, &c. inseruisse.

CAPUT IV.

Subnectens

Pressam Rationum Opinionis negativæ Discussionem.

SUMMARIA.

INtroitus ac Transitus. n. 1
Ad Fundamentalem Primam *Rationem in Paritate Illustris Genitoris & Genitorum sitam Respondetur, illam quoad dignitatem procedere, quoad potestatem fallere.* 2
Ipsius D. Myleri verba hunc in sensum producuntur. 3
Extenditur Patris hujus ac liberorum imparitas & evincitur. 4
Paritas dignitatis Illustrem inster Patrem & natum illius jurisdictioni haud officit, quod probatur. 5.8
Appennagiati omnes Titulos & insignia Gentilitia retinent. 6
At Superioritatem regulariter non habent. 7
Responsum Elisabethæ magnanimum, de omni delinquente in alterius territorio, Gallico Legato redditum subjicitur. 11
Divæ illius Viraginis Encomia in transcursu adduntur. 9.10
Effatum Samoscii de illustribus reis apponitur. 12
Unitas Personarum hic non obstat, quod demonstrat. 13
Neque Simultanea investitura in contrarium quid operatur, quod probatur. 14
Ac binis Juris publici Exemplis declaratur. 15
Myleri & D. Bergeri doctrinæ hanc in rem subjunguntur. 16
Nec Successio Liberorum Illustrium in Feuda, quæ primo acquirenti, non possidenti fit, nec Nativitas illorum, quæ Imperio non Patri facta dicitur, Potestatem Genitoris hujus subvertit, quod ostendit. 17.18
Homagii receptio jurisdictionis & imperii nec non Superioritatis quasi possessionem valide arguit 19.20
Hippolyti à Lapide nomen verum obiter innuit. 21
Ejusdem Homagij receptio est Superioritatis recognitæ infallibilis tessera. 22
Et universalem jurisdictionis actum inducit, quo juris necessitate omnes alij concluduntur. 23
Quæ intelligenda sunt de juramento hoc pure ac simpliciter præstito. 24

Non

Non si illud modificatum vel conditionatum sit, ac eventualiter factum. 25
Quodlibet Homagium secundum naturam actus, super quo concipitur, intelligendum est. 26
Juramentum omnes conditiones & modificationes actus, super quo interponitur, recipit. 27
Tale homagium eventuale & illud fuisse, quod Primogenito Bavariæ Ducis quondam præstitum est, ipsa compellationis formula evincitur, cujus verba huc facientia exhibet. 28
A paritate Titulorum in Parente Illustri & Natis conspicua ad paritatem Auspiciorum non valet illatio, hincque nec oritur jurisdictionis privatio. 29
Titulus DEI gratia nullam paritatem Potestatis arguit, hincque nec à jurisdictione Paterna eximit. 30
Quod exemplo Delphini ipse Mylerus statuminat, cujus verba suppeditat. 31
Idem B. Mylerus molliter notatur. 32
Dominum, quod LL. Civiles Parente superstite in bonis hujus Liberis donant, huc nil confert, cujus rationem affert. 33
Neque paritas Processionis ac Sessionis præferentiæ juri Patris Illustris in filium quid detrahit. 34
Privilegium Immedietatis vivo & Parente Liberis Illustribus competit. 35
Quod deducit. 36
Præsigne Mauritij elogium in transi additur. 3
Quando immediatus hoc Privilegi gaudeat & careat, ostendit. 38
Mylerus contra Mylerum adducitur. 3
Jus Austregarum huc non quadrat, cujus rationem insinuat. 40
Nec privilegium testandi aut donandi quidpiam ad Potestatem hanc Illustri Genitori extorquendam facit. 41
A patre Legibus soluto ad natum his solvendum nexus haud procedit, quod fulcit. 42
Assertum Myleri de Con-dominis territorij Statum controversiæ excedere probat. 43
Ad Fundamentalem Secundam *Rationem ex privilegio Zenoniano desumptam reponitur.* 44
Ad Tertiam *in prætensa Exemptione à Genitoris Illustris jurisdictione filijs per ipsam Imp. Investituram concessa positam respondetur.* 45
Ad Quartam *à propenso amore & benigno affectu paterno Liberis ex ratione ipsa jam debito, hincque surrectura Legis Naturalis violatione ex hac Patris castigatione depromtam regeritur.* 46
Specialia Regnorum jura thesin nostram haud ferire docet. 47
Temperamentum defensi hactenus, asserti adsternitur. 48
Scriptio hæc verbis Grotij è Tr. de J. B. P. proleg. §. 61. clauditur. n. ult.

1 STringentiora Causarum hactenus momenta, quæ firmiorem *Assertivam* De *Potentatu Genitoris Illustris in delinquentem Genitum* sententiam *OPPUGNANTI* juxtim ac *PROPUGNANT*, articulato Ordine sunt edisserta. Restat, priusquam terminalia solenni huic Meditationi addam, ut *Rationes* Paterno ei summo Tribunali obsistentes *II. Capite* dispositas nunc justa veritatis lance trutinem. Quod ergo FUNDAMENTALEM I. RAIONEM *Illustrium Natorum Paritati cum Patre* innitentem operose *Cap. 2. n. 8. - 62.* emunitam attinet, illa, quantumvis *princeps* sit, hanc jurisdictionem Patriam nec con-
2 cutit, nec evertit. Nam licet Geniti *ut tales* vi genituræ ac investituræ Illustri suo Genitori *pares* quidem respectu *Dignitatis* cluent, *impares* tamen ac *inferiores* illius juris intuitu, vigore cujus hic Parens *filialis noxæ cognitionem* æque ac *punitionem* recte Sibi vindicat, & quo in *transigendæ* omnis hujus litis *cardo* vertitur, seu ratione *Potestatis* ma-
3 nent. Quod utrumque & Mylerus ipse graviter agnoscit, dum è Ant. Gomez. *V. R. Jur. Civ. Comm. & Reg. Tom. 1. C. 1. n. 5. in f.* ac Alph. de Azevedo *ad L. 1. Recopilat. seu Constit. Reg. Hisp. Libr* 1. *Tit. 3. n.* 3. Summæ hujus *in Gam. C. 20. §. fin p. 472.* verba transcripsit: *Hoc tamen* (utpote, quod de Illustris Patris & filii analogia ab illo dictum) *intelligendum est quoad nomen & dignitatem, ut possit nominari & decorari tanquam Rex vel Dominus, non vero quoad jurisdictionem, administrationem, & alia similia jura, quæ respiciunt dominium, & plenam ipsius dignitatis potestatem.*
4 Et hæc imparitas *originaria* ac *præexistens* per inferioritatem *accidentariam* & *supervenientem* ex *delicto* apprimè adaugetur, cum translatitium in jure sit, *paris* ac *inferioris* prorsus *jurisdictionem* per *paris* ac *Superioris Subjectionem* fundari, *L. Est receptum* 14. *ff. De Jdict. L. Ille à quo* 13. *§. Tempestivum* 4. *verb. Sed si jurisdictioni, &c. ff. Ad SCt. Treb.* quam delinquendo fieri, sicque & à Filio Illustri hoc ipso factam esse *C. 3. n.* 7. est adstructum. Quod vero *Dignitatis* ipsam *paritatem* in Illustribus tamen Liberis conspicuam; & *C. 2. n.* 8. - 42. obversam spectat, illa Potestati huic Genitoris nullam prorsus fibulam injicit.
5 Præterquam enim, quod ab *æqualitate Dignitatis* ad *æqualitatem Potestatis* quæ sola omne punctum hic facit, argumentandi genus arenosum oppido noscatur, cui evincendo, si omne aliud exem-
6 plum deficeret, vel unicum hoc *Appennagiatorum* sufficeret, ceu qui *plenum* Titutum, & Insignia *quævis* Gentilitia, cum hæc non *Feudo*, sed

ſed *Perſonæ* infixa, ob *ſpem ſucceſſionis* ad Se olim devolvendæ ſervant,
Reink. *de R. S. & E. Lib.1. Cl.4. C.16.n.20.* Stryk. *in E. J. F. C.16. Q.27.*
Roſenthal. *de Feud. C.8. Concl.56. n.16.* Myl. *de Pr. & St. Imp. C.22. §.8.*
Betſ. *de Pact. fam. Ill. C.5. p.456.* Springsfeld. *de Apanag. C.3. n.52.* Maurit.
Conſ. Tub.1. n.69. territorialis autem Superioritatis axiomate in Pro- 7
vinciis aut Præfecturis ſibi aſſignatis non pollent, integro hoc plerum-
que *Primogenito* manente, Ern. Cothm. *V.4 Conſ.3 n.198.* Herm. Vultej.
V.3. Conſ. Marb.35. n.64. Georg. Ritter *de Homag. Poſ.85.* Moles *apud*
Andr. Capan. *de Vita & milit. in Quæſt. Addit. pen. n.8. p.240.* cumque
his Myler. *alleg. loc. §.4.* Itterus *de Feud. Imp. C.13. §.5.* hic non *rei* ſeu 8
delinquentis *dignitas*, ſed *Reatus* & delicti *qualitas* attenditur, Stryk. *in*
U. M. ff. Tit. de Jdict. §.29. inf. cum honor ei, ceu indigno *arg. L. Quoti-*
ens 17. pr. verſ. In criminalibus C. de Dign. Libr.12. haud ſervetur, qui ſe in
tantum ſcelus deduxit, *arg. L. Senatoris filia 47. ff. de R. N.* Unde & 9
ELISABETHA, maxima *Anglorum* quondam Regina (quæ *prudentia &*
felicitate imperandi omnes inde usque *ab Auguſto* ſuperavit, Jacobus R.
tunc Scotiæ *in Proëm. ad* Βασιλικ. Δῶρ. *& natura & fortuna mirabilis* inter 10
fœminas, memorabilis inter *Principes*, Franc. Baconus, Baro de Verulamio,
ac Vice-Comes S. Albani *in Felic. Mem. Eliz. ab* Ill. Meibomio 1689. *ed.*
princ.) Legato *HENRICI III.* Regis Franciæ *Bellicuræo*, cum is *Mariam* 11
Scotiam illic ob machinas carcere attentam Sceptro Ejus ſuppoſitam
eſſe, auctoratus publicis auſpiciis & animoſe & præfracte oppido ne-
garet, auguſtum hoc Reſponſum reddidit, ac Exemplis Regum alio-
rum permuniit, *Nulla DIGNITATIS aut PRIVILEGII ratione habita de-*
linquentem in alterius Territorio ibidem judicari & puniri poſſe. Emanuel
Meteranus, Belgicos inter Mercatores olim Conſul *Hiſt. Belg. P.1. Libr.*
13. exque hoc B. D. Ern. Frid. Schröter *in Diſp. de Cæde ſeu Homicidio*
1666. hab. P.2. C.2. §.4. n.2. A quo reapſe Joh. Sarius Samoſcius (Za-
moiski) Magnus ille Polonorum Cancellarius, ac exercitus Impera- 12
tor, Vir pacis bellique artibus præpollens non multum abluſiſſe vide-
tur, dum militarē diſciplinam ab *Illuſtri* quovis *merente* adductius exe-
git, cauſatus: Horũ, quod *illuſtrior fortuna* eſſet, *peccata* etiam & peccato-
rum ad deterrendos alios *pœnas illuſtriores* eſſe, ut percenſet Thuar.
Lib.73. p.72. Append. Tom.2. Neque *Unitas & ficta Perſonarum Identitas* 13
ad confellendam Patris hancce jurisdictionem *C.1. n.10-13* in Proſce-
nium educta illam ſubruit, cum fictio hæc *ultra* ſuum tertium, aut effe-
ctus Lege illi aſſignatos effectu omni careat, & in *delictis* ne ipſo qui-

 dem

dem *Romano* jure *privati* Genitoris *potestatem* inhibeat, ceu ex *L.3. C. de P. P.* affatim dilucet, Conf. si allubet, *C.3. n.18.* hincque multo minus *Illustris* hujus Patris *Majestatem aut territorialem Superioritatem* distinere
14 valeat. Nec *Simultanea investitura* add. sæpe *C.2. n.17.* in contrarium obtensa Imperator feudi nexu territorium dispensans filios censetur jurisdictione Patris exemisse, non magis, quam si *extraneos* in illam recepisset Hæc enim *vivo* Patre *nullum jus* in filios devolvit, nec in possessione jurium prius quam Hoc diem functo illos constituit, tu solita i. e. solida prudentia hæc notat Illustr. D. Stryk. *in Diss. de Via Fact. princ.*
15 *Imp. perm. C.2. §.17.* Unde, quamvis per *J. P. Cæsareo Suec. vel Osnabr. Art.4 §.5.9. & Cæsareo-Gall. seu Monast. §.13. & 17.* Domus *Palatina* stirpis *Rudolphinæ* in Palatinatum *Superiorem, ac d. l. Art.10. §.4* Regnum *Sueciæ* in Pomeraniam *Ulteriorem* simultaneam investituram nacti sint, hæc tamen in neutrum quicquam vel proprietatis vel possessionis harum Ditionum stirpe *Guilhelmiana ac Electorali Brandenburgica* superstite confert, quod ipsa *J. P.* verba insinuant, dum *in cit. Art.4. §.5.* signanter *nil juris* præter hanc investituram Lineæ illi competiturum asseritur, & *in d. §.4. inf.* notanter *Spes successionis* ac simultanea investitura
16 copulantur. Et hoc adversæ opinionis Duumviri B. Myler. *in Gam. C.22. §.12. p.492.* ac Dn. Berger. *in Diss. de potest. pers. publ. in Se ipsam th.67.* illuminate produnt, asseverantes, Liberos in Ducatus Comitatusve quasi possessionem *si non* ipso *actu*, tamen *potentia in casum mortis* auf einem ledigen Zufall constitutos esse, quod certe *futurum* jus genitorum succedendi *præsens* jus Genitoris puniendi nec tollere, nec re-
17 fringere unquam potis erit. Etsi autem Liberi in feudis *primo acquirenti*, non *possidenti* succedant, ceu *n.19.* est defensum, attamen *Successor* non *pari* gaudet possessione, vel *paribus* fulget juribus cum suo *Antecessore*, hoc *superstite*, exemplo feudorum universe aliorum & Regalium & non Regalium Dn. Vitr. *Inst. J. P. Libr.13. Tit.17. §.12.*
18 *p.831.* ac utut expeditum, quod *n.20.* obmotum, Filios Illustres *Imperio natos* esse, interim, cum multo expeditius, ac veritatis prorsus decretoriæ existat, omnẽ delinquentem illam Rempublicam, in cujus territorio commisit, per ruptam securitatem & tranquillitatem *speciali injuria* afficere, Lud. à Peguera, Senator quondam Regii Cataloniæ Consilii Primarius, *Decis. Aur.66. n.3.* justum omnino est, offensioni huic Politiam Genitoris & turbanti ab Hoc ditionem illam temperante condignam satisfactionem & animadversionem statui, Conf. Peguera *d. l. n.2.*

*n.*2. Nec *Homagii* præstatio subinde vivo Patre successuro Primigenio facta, & *n.*23.26. objecta, *præsentem* Potestatis paritatem efficit, hincque nec genitos Parentis ceu Superioris territoriali jurisdictione solvit. Quanquam enim juramenti ejus exactio, & exactionem insecuta receptio *jurisdictionis ac imperii*, Thom. Merckelbach, Spir. olim Cam. primum Adv. & Mog. El. aliorumque Principp. ac Stat. Cons. post Tribunalis ejus Assessor, apud Casp. Klock. *Tom.*1. *Cons.*9. *n.*42. ibique *mult. cumul. Cons.*10. *n.*53. & 616. *cum iisdem all.* Brunn. *Cent.*5. *Dec.*51. Joh. Deckher. *Rel. Cam.*15. *n.*145. Per-Illustr. Dn. de Lyncker *in Diss. de Religione Obsequ. Anno* 1682. *b.* § 20. nec non *Superioritatis* quasi posses- 19 20
sionem Hippolytus à Lapide (aut, suppresso hujus vero nomine ex- 21
presso, Joh. Joach. à Rusdorff, *Pal. Elect. intimus* quondam Administer) *Diss. de Rat. Stat. in Imp. R. G. part.*1. *C.*7. *pr.* Merckelb. *ap.* Klock. *Cons.*11. *n.*79. Thom. Michael. *ap.* Eund. *Tom.*2. *Cons.*29. *n.*847. Christoph. Ming. *de Super. Terr.* (quæ *in Nucl. J. P. est D.*23.) *Concl.*65. *in f. p.*972. *Nucl.* Joh. Christoph. Tenzel. *de Jur. Subject.* (*V.*2. *Var. Exerc. J. P. ab* Illustr. D. Fritschio *collect.*2.) *th.*85. Henr. Bruning. *de Var. Univ. Spec. Nucl. J. P. D.*15.) *th.*33. *p.*504. Myl. *de princ. & Stat. Imp. C.*38. §.2. *B.* Dn. Vitr. *I. J. P. Libr.*3. *Tit.*19. §.9. Per-Illustr. Dn. Lyncker *cit. Diss. de Relig. Obs. d. l. & in Diss. de Immedietate Civ. Imp. R. G.* §.26. *p.*61 *in f.* valide arguat, Merckelb. *ap.* Klock. *Tom.*2. *Cons.*37. *n.*49. *Tom.*1. *Cons.*8. *n.*94. *Cons.*14. *n.*7. & *Cons.*17. *n.*7. Conf. *Cons.*9. *c. l. & Cons.*10. *d. n.*616. imo sit hujus re- 22
cognitæ *infallibilis* tessera, Merckelb. *ap.* Klock. *Tom.*1. *Cons.*9. *n.*42. & *Cons.*11. *n.*79. Phil. Knipschild. *de Jur. & Priv. Civ. Imp. Libr.*2.6. *C. n.*17. Myl. *d. C.*38. §.14. Ill. D. Lauterb. *in Tr. Inaug. De Condom. Terr. qua cum Super. conj. C.*6. *th.* 11. & *universalem Jurisdictionis* actum inducat, quo 23
juris necessitate *omnes alii* concluduntur, Andr. Knichen (qui ob adnotam disceptationem *Principum mercenarius* Limnæo *Jur. publ. Imp. R. G. Libr.*7. *C.*1. *n.*50. audit) *De Sublimi & Regio Terr. jur. integr. C.*3. Andr. Gylman. *Rer. in Cam. judicat. Libr.*1. *Dec.*46. *n.*13.14. *p.*592. exque hoc Joh. Dauth. *ap.* Klock. *Tom.*3. *Cons.*134. *n.*58. Auctor *Actor. Comit. ab Ortenburg contra Duc. Bav. p.*32. Myl. *c. l.* §.15. Dn. Vitr. *all. Tit.*19. §.10. Joh. Rudinger *Obs. Sing. Cent.*2. *O.*30. *n.*3. Knipsch. *d. Tr. Libr.*1. *C.*12. *n.*82. D. Lauterbach *c. l. C.*5. *th.*9. sicque jam inferendum prorsus videatur, & Genitum Inlustrem ob Homagium illud ipsi datum suo Genitori *ex asse* parem, hincque Potentatus simul Ejus exsortem omnino

futu-

24 futurum esse: Attamen, sicut his omnibus invictum robur suum constat, si juramentum hoc assecurationis vel subjectionis *purum* sit, Conf. D. Stryk. *De S. ab i. Diss 8. C. 7. §. 36. vb. Nec uni &c.* & Joh. Casp. Güttich. *in Disp. De Confraternitatibus præs. Helfr. Ulr. Hunnio vent.* (quæ *in Nucl. J. P. Giess. est 19.*) *th. 9. Litt. c. p. 742. d. l. ac simpliciter* Domino quæsitum, Myl. *add. C. 38. §. 2. B.* Dn. Lyncker *cit. Diss. De Immed. Civium Imp. §. 26. p. 61. inf.* Bruning. *all. th. 33.* sic omnes illa vires disperdunt, quoties id
25 *modificatum* seu *conditionatum* est, ac *eventualiter* præstitum, Stryk. & Güttich. *laud. loc.* quod vel è solo *Confratrum* exemplo ubertim dispalescit. Vid. Bened. Carpz. *in Diss. De pact. Confr. Saxonico-Hass. C. 6. n. 43. 44.* illicque *add.* Barth. Muscul. *De Confrat. th. 55.* Henr. Hahn. *De Jur. Rer. & jur. in re spec. Concl. 74. n. 13. cum laud.* Stryk. & Guttich.
26 *all. loc.* Unde & penes JCtos in Brocardicum evaluit: Quodlibet Homagium secundum naturam actus, super quo concipitur, intelligendum esse. Joach. Mynsinger à Frundek. *Decad. 11. Resp. 5.* Cothman. *V. 1. Cons. 18. n. 175.* exque his Per-Ill. D. Lyncker *in cit. Diss. De Relig. Obs.* §. 12. & *in Diss. De Immed. Civ. Imp. §. 7. p. 22.* Dau-
27 thius *ap.* Klock. *all. Cons. 134. n. 295. 297. 298.* ibique *add.* cum, uti passim Doctores ingeminant, juramentum omnes actus, super quo interponitur, conditiones & modificationes recipiat. arg. *C. Quemadmodum 25. X. de Jurej.* Dauth. *ap.* Klock. *cit. Cons. 134. n. 296. cum largiss. conduct.* Regner. Sixtinus *V. 3. Cons. Marb. 12. n. 46.* Bruning. *all. th. 33. p. 504. Nucl.*
28 Quale Homagium *eventuale* omnino illud fuisse, quod *Maximiliano Bavaro*, ceu *C. 2. n. 24.* dictum, quondam præstitum, ipsa compellationis verba lucidissime produnt & evincunt, quæ sic αὐτολεξεὶ habent: Ist diesem allen/und der Sachen erheischenden Nothdurfft nach seiner Fürstl. Durchläuchtigkeit gnädigst begehren/ eine Ehrsame Landschafft wolle und werde um mehrer und gewisser Fürkommung aller künfftiger Erweiterung halber/ Sr. Fürstl. Durchl. geliebten ältern Sohn/ unserm auch gnädigsten Fürsten und Herrn/Hertzog Maximilian, als eintzigen wartenden und künfftigen Erbherrn und Landes-Fürsten Eventualiter und auf zutragenden unversehnen Fall die gewöhnliche Pflicht und Erbhuldigung auf dieser gegenwärtigen Landschafft præstiren und leisten: ac quibusdam interjectis: auf die Leistung jetzt angeregter Eventual Erbhuldigung/prout hæc
29 edisserit Springsfeld. *De Apanag. C. 11. n. 168. p. 199. Ed. Brem.* Neque Paritas insignis *Titulorum*, add. sæpe *C. 2. n. 27.* obversa, æqualitatem

Auspicio-

Auspiciorum heic importat, sicque nec jus Genitoris in natos culpæ sontes elevat. Et ne augustum quidem ipsum *DEI Gratia* nomen, 30
d. C. n 30. Illustribus filiis assertum, in hosce ullum aut Majestatis aut territorialis Superioritatis pulvisculum transmittit, quod *Delphini* exemplo Mylerus probe statuminat, dum *in Gam. pers. Imp. Ill. C.20. §.* 31
fin. sic pronunciat: *Hoc nihil ei de supremo imperio confert, quousque Pater Rex Spiritum ducit, secundum illam Regulam antiquam: Omnis potestas impatiens consortis, nec ei quidquam ulterius attribuit usus hujus egregii Tituli, nisi quod heres est necessarius Coronæ Francicæ.* Ex quibus ultro jam conse- 32
quitur, ac prono amne scaturit, illud, quod Idem B. Myler *add. n.33. ll.* obtendit, Regis filium Parente adhuc *vivo & Regem* salutari posse, obelo aut miniata cerula notandum esse, cum Regis nomen sit *Officii* emblema, quod ipsum, ceu *personalis* actus, personam quidem Genitoris haud excedit, ut presse ac recte monuit Celeberr. D. Becmannus *in Consp Doctr. pol. C.9. p.*49. Nec *Dominium*, communi jure natis superstite & Patre, in Hujus bonis assignatum, & *n.85.* comprobatum, ad vin- 33
dicandam his præsentem Potestatis exæquationem, hincque nec ad demonstrandam Potentatus Genitoris hujus impugnationem quicquam confert, cum illis in bona hæc, Parentum jure adhuc durante, non jus, arg *L. Pretia 63. pr. in f. Ad L. Falcid. sed aptitudo* saltem competat, Illustr. D. Sam. Pufendorf. *in Element. Jurispr. Universal. Libr. 1. Def. 5. §.18.* ac potentia hæc succedendi sit *non ens* antequam Pater moriatur, nec ante *radicem* vel *causam generantem* habeat, unde & talis spes est quidem actus voluntatis sperantis quidpiam salutare, sed non spes juridica, D. Hahn. *De Jur. Rer. C.1. Concl.6 n* 11. illicque *add.* D. Enoch, Glæser *in Diss. Apolog De Jur. in re Anno 1662. d. 10. Sept. indict. & A 1663. d.25. Febr. h. jamque D. Hahn. Diss. De jur. rer. sub text. C.6. p.122.* Neque 34
tandem Paritas illa *Processionis aut Sessionis Præferentiæ add. C.2. n.42.* ostensa, quicquam Paterni hujus Fori competentiæ officit; Non enim 35
hanc Genitoris Illustris *Præcedentia*, sed territorialis *Potentia* efficit. Nec Æqualitas ipsa *privorum sex juriū dict. C.2 n.*43-59. asserta, ullo modo Tribunal hoc Patris summum turbat; Nam, utut, quod *Immedietatis* 36
privilegium, ceu omnium plane momentosissimum *n.45.* objectum concernit, extra hæsitationis aleam sit positum, ab Immediatis oriundos & *vivo* Patre suo Axiomate hoc immedietatis perfrui, cum illud jure non *hereditario, vel successionis, sed proprio, ac investitionis à primo conce-*

37 *dente & acquirente* habeant, ceu docte monet B. Mauritius (quo nomine, ut censet D. Lauterb. *in præf. ad B. Parentis* Wolffg. Adam. Laut. *Coll. Theorico-Pr. vs. Non elegantiori* quicquid *Eruditionis & solidissimæ Virtutis* concipi potest, absolvitur) *in Not. ad Cap. Leopold. art.3. p.792. Opusc.* hincque jam conlegendum prorsus videatur, & ipsos in territorio Paterno delinquentes hoc privilegio munitos, sicque non Ge-
38 nitoris, sed *Imperatoris*, summæ jurisdictioni fore obnoxios. Attamen, sicut id speciale jus *valentiam* omnem suam retinet, si Immediatus *propria* in Ditione, qua in *Supremitate gaudet*, commisso turpi se obstrinxerit, ita *fallentiam* quoque hoc substinet, si is, ceu *nostro casu* factum, in illa Ditione, qua in hac *Potestate caret*, noxam pœna dignam consciverit. Tum enim jus *Domini* ejus *territorii* in sontem jure *Imperii* est antiquius, eo, quod Imperator lucidissima religione in ipsa Lege Capitulari sanxerit, Se *omni modo* Regalia & jura Ordinibus ullo *sine turbamento & impedimento* permissurum esse. Conf. si lubet, *C.3. n.17. in f.* Et
39 hoc ex ipso Mylero contra Mylerum probari potest. Si enim immedietas non obstat, quo minus immediatus in territorio, quo in superioritate non pollet, judicari possit, ut concedit *de stat Imp. C.37. §.10.* Nec eadem liberis in eo territorio, in quo non habent superioritatem, delinquentibus proderit, cum rationes Myleri ibi allegatæ junctim hic procedant: Cætera Privilegia, *n.46.49.* adducta, vel sunt
40 *à scopo aliena, vel dubia.* Nam *Austregarum* judicium nil, Patris juri in Genitos obstabit, cum sit non *patrimoniale sed personale* privilegium. Stryk. *in Disp. de foro Austregarum.* (*V.1 d.12.*) Petr. Friderus à *Patria* vulgo *Midanus* audiens *De Processib. Mand. Monitor. in Imp. Cam. extrah. & de supplicat. quæ pro iis fiunt recte formandis Libr.1. C.19. n.23.* Illustr. Lyncker. *in Diss. de immed. Civ. Imp. R. G. §.19. p.52.* insuperque nil prorsus huc conferat, ceu quod in *Criminalibus* causis penitus conquiescit, ut hujus testes sunt locupletes Reink. *de R. S. I. E. Libr.2. Cl.2. C.16. n.24.* Rutger Ruland. *de Commissar. & Commission. Cam. Imp. P.1. Libr.2. C.3.* Georg. Schubhard. *in Disp. De Austreg. th.5. Litt. A.* Martin. Rumelinus *ad A. B. P.2. Diss.1. in Append. th.5.* Cumque his D. Schyk. *all. Disp. De for. Austreg. n.34.38. ubi n.35.36* 37.
41 adversa Limnæi argumenta solide in fumum egit. Nec privilegium *testandi* aliter Parentibus hic competat, quam si inter *subditos* testentur. Stryk 1. *J. F. C.14. Qu.19.* hincque

nec

nec liberis illustribus aliter vindicari possit; quod tamen ad jurisdictionem Patris negandam nil confert, quo ictu & alia de *donatione, privilegio* ex Jure Civili *n.* 48. 49. transcripta, concidunt. Statutis 42 autem, ut *n.* 51 operose est deductum, non est solutus filius, cum dispar hujus & Parentis sit conditio. Pater enim ex natura imperii, quod in se ipsum, ut parem invitum est nullum, illis est solutus; filius vero superiorem in territorio Parentem, hincque & effectum hujus habet vid. omnino Feltman. *ad L.* 31. *ff. De LL. n.* 37. Unde jam concludo: *Superiorem*, ut *Patrem*, in *inferiorem*, ceu *filium delinquentem* recte jurisdictionem habere. Quod autem mantissæ loco *n.* 62. ex Myl. de *Condominis territorii* est annexum, id Statum controversiæ liquido transcendit, cum in illis sub *imparitate dignitatis paritas Potestatis*, in nostro vero casu sub *imparitate Potestatis paritas dignitatis* adsit.

Quod FUNDAMENTALEM II.dam RATIONEM, in Zenoniano privilegio se fundantem, spectat, illa huc applicari nequit, 44 Cum Jure veteri Romano παμβασιλεία fuerit, in Germania autem quilibet Princeps sit Imperator in suo territorio, Stryk *in Diss. De via fact. Princ. C.* 2. §. 17. quem Imp. in lege sua inaugurali se non turbaturum esse, fidem dedit.

AD FUNDAMENTALEM IIItiam RATIONEM jam præ- 45 occupavi responsionem *h. C.* ut proinde illis repetendis me supersedere posse autumem.

QUARTA nulla est; Cum, ut jus naturæ debitum in liberis 46 affectum præsupponit, ita hoc cessante, Pater non potest dici jus hoc violare, dum contra filium *jure* agit, illo, qui crimen vindicat, *jus non violante*, sed *implente*.

Exempla & specialia Regnorum statuta nil faciunt, cum hic 47 saltem *Patris potestas*, non ejus *Exercitij Necessitas* stabiliatur, certumque sit, Patrem posse juri sibi competenti renunciare, eodemque non uti.

Ne tamen Hic *suspecti* notam *judicis* incurrat, quæ non tan- 48 tum illi opponi potest, qui Jure feudi habet Jurisdictionem, ut patet ex traditis Thom. Carleval. *de Jud. & Foricomp. L.* 1. *T.* 1. *D.* 2. *Q.* 7. *S.* 2. *n.* 794. Sed & omni alii, ut solito, h. e. cultissimo stylo

persecutus est JCtiss. Dn. Præses. *in absolutiss. Disp. de Susp. Jud. Anno.* 1696. *habita integro c.* 1. hoc temperamentum ultimo sententiæ meæ adjicio, ut Pater Consiliariis vel *suis*, relaxato hisce domesticitatis vel officii juramento, vel *aliis Principis Ministris* causam det cognoscendam, eaque cognita & rite formato processu, acta ad extraneum judicem transmittat, sicque juxta acta & probata sententiam JCtorum executioni mandet: Quibus rite expeditis, eum *non suspectum* fuisse judicem amplius nullus ambigo.

49 Qua in moderatione subsisto, & Solemnem hanc Meditationem solemni protestatione Grotii, *Viri ex esse omnium confessione sui nominis* obsigno: SI QUID ULLI VERITATI DISSENTANEUM HIC A ME DICTUM EST, NEC DICTUM ESTO.

FINIS.

17

DISPUTATIO IURIDICA
DE
DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JURE
VULGO
Von dem Recht der Zweiffelhafften Erst-Gebuhrt/
QUAM,
DEO PROPITIO
Ex Decreto & Auctoritate Magnifici JCtorum Ordinis, in Celeberrima ad Varinum Academia
SUB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI CELEBERRIMIQUE JCTI
DN. JOHANNIS Klein/
J.U.D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CONSIST. MEG. h.t. DIRECTORIS PATRONI AC PRÆCEPTORIS ÆTERNUM DEVENERANDI.
IN AUDITORIO MAIORI
Die 18. Augusti Anni M. D. C. XCVII.
PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT
CHRISTOPHORUS Hamm/
REGIOM. BORUSS.
AUTHOR.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

I. N. J. C.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Utilitate non caret inquisitio: Uter ex Gemino Partu successionis vel aliis commodi prærogativa gaudeat, illo casu, quo ordo nascendi est incertus. 1. seqq.

In successione Allodiali nil regulariter interest, uter primus, an ultragenitus sit ex ejusdem matrimonii liberis. 2

Hujus ratio datur. 3

Decisionem hujus articuli juris esse admodum difficilem, docet n. 4. & Utilitas ejusdem exhibetur. 5 seqq 24

Jus Primogenituræ obtinet in Gallia, Hispania, Anglia, Svecia & Dania. 6

Item in Archi-Ducatu Austriæ, Omnibusque Secularibus Electoratibus. 7. seq.

Nec non in Ducatu Würtenbergico, Brunsvicensi, Bavarico, Slevicensi, Lotharingiæ, Juliacensi & Clivensi. 9. seqq.

Pariter & in Landgraviatu Hassiæ, tam ratione Familiæ Darmstadianæ, quam Cassellanæ. 16

Sicuti etiam in Marchionatu Badensi, Domoque Ostfrisiæ. 17

Et aliis Italiæ Familiis Illustribus, de quibus, nec non de Ducatu Mecklenburgico agitur tantum remissive. 18. & 14

Ratio introducti Primogenituræ Juris traditur. 19 seq.

Debetur tamen hoc casu Ultra genitis Statui ac Dignitati Illustri conveniens portio alimentaria. 21

Gladio sæpe deciditur quæstio; Uter ex gemellis, dubia existente illorum primogenitura, ad fasces Imperij admitti debeat? 22

In decidenda quæstione, quis ex gemellis prior sit natus, etiam momentum temporis attendi fas est. 23

In privatorum etiam hereditatibus hic articulus juris sua non destituitur utilitate. 24

Recensentur tres casus pro cognoscenda utilitate hujus Meditationis. n. 25. 26. 27. & 28

NE, quam hic molior circa evolvendum DUBIÆ PRIMO- 1
GENITURÆ JUS, Opella mea otiosam, LECTOR CANDIDE, TIBI sapere tantum videatur curiosita-
tem, omni in Foro utilitate carituram, eo, quod in *Al-* 2
lodiali Successione Jura nostra *Primigenijs* præ Fratribus *Ul-tra-natis* nullam commodi concedant prærogativam, utrisque æquatorio Fratrum jure & sorte ad prædefunctorum Parentum hereditatem admittendis, exulante inter illos merito in successione omni in-
æqualitate, qui æqualiter à Parentibus sanguinem trahunt, *L. Pen.* 3
in fin. ibi ut in omnibus æquabilitas servetur. C. Comm. Divid. L. ut Liberis 17.
ibi: æqua lance parique modo propici possit. C. De Collat. L. 1. C. Unde Liberi 4
Nov. 22. c. 48. ibi: Lex omnes ex æquo vocat. L. 7. ff. de Bon. Damnat. L. 14. *C. de legit. hered. L.* 11. *C. Famil. ercisc. arg. §. 5. J. De Exhered. liber. & §. 3.*
de Leg. agn. success. paucis antequam ad *nodosi, ancipitis, multisque tricis,* 5
Teste Dn. Harprechto, *in Comm. Inst.* Ad *pr. Tit. de Hered. quæ ab intest.*
n. 124. & Excell. Dn. Schlevogt. *in Differt. de Jure Primogenituræ Jenæ* 6
Anno 1694. *habita*, involuti hujusce juris articuli enodationem propius accedam, præfando monere sustinui, non minus in Publicis Imperii ac Regnorum, principatuumque, quam Privatorum etiam negotiis laboris illius, quem meditor, se commendare utilitatem. Firmata enim non duntaxat extra Imperium Romano-Germanicum, apud GALLOS, HISPANOS, ANGLOS, SVECOS, & DA-
NOS *vid.* Rumelin. *ad A. B. Diss. 6. th.* 2. *Lit. D. in fin.* ALIASq; PLU- 7
RIMAS GENTES, quarum prolixissimum adductum reperire est catalogum apud Tiraquellum *in Tr. De Jure Primogenituræ in Præf. &* B. Cothmannum *Vol. 1. Cons.* 1. sed in Imperio etiam nostro, in AR-
CHIDUCATU AUSTRIÆ, *Vid.* Melchior Goldastus *ab Haiminsf. Tom.* 8
Constit. Imperial. fol. 86. *n.* 13. Munster *in Cosmograph. Lib. 3. cap. 5. pag. mihi* 399. Carpzov. *in Tr. De Lege Regia German. cap. 3. sect.* 1. *n. 6. p. mihi* 214. & Knipschild. *De Fideic. Famil. Nobil. c. 6. n.* 267. & OMNIBUS ELECTORATIBUS SECULARIBUS, *per A. B. C. 7. & 24. Vid.* Rumelin. *ad A. B. Diss. 6. Th. 2. Lit.* D. Limn. *in Addit. ad Jus Publ. Imper.*
Rom. Germ. 4. 8. 112. Illustr. Dn. Rhetz *in Inst. Jur. Publ. Lib. 3. Tit. 20. §.* 9
38. p. mihi 2002. Item in DUCATU WURTENBERGICO, *Vid.* Besold. *De Success. Regia Lib. 1. Diss. 6. n. 8.* Stryk *in Tr. de Succ. ab Intest. Diss. 1. c.* 3. Reinking. *de R. S. & E, Lib. 1. Class. 4. C. 17. n. 30. p. m.* 456. & Gol-

dast

10 dast *De Majorat. Lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. BRUNVICENSI, *Vid.* Knichen. *De*
11 *Sax. nonprovinc. jur. verb. Ducum c.* 3. *n.* 301. Vitriarius *in Inst. J. P. d. l.* §.
45. Besf. *De Pact. Famil Illustr. c.* 9 *p. mihi* 531. *seq.* & Limn. *Lib.* 4. *c.* 8. *n.* 115.
12 & *L.* 8. *c.* 6. *n.* 4. *junctis Dn.* Strykio & Dn. Reink *proxime allegatis locis*
BAVARICO per TestamentumDucis Albrechti deA. 1573 Vid. Coth-
man *Vol.* 1. *n.* 36. Reinking *d. Tr. L.* 1. *Class.* 4. *c.* 17. *n.* 26. Vitriarius *d. l.* §.
13 43. HOLSATIÆ SCLEVICENSI, Crantzius *Lib.* 7. *Hist. Dan. cap.* 41
Vitriarius *d. l.* §. 46. Spangenberg. *L.* 4. *Chron. Schaumb. c.* 1. Goldast.
De Majorat. L. 5. *c.* 18. & Springsfelt. *d. Tr. c.* 3. *n.* 61. *LOTHARIN-*
14 *GIÆ*, Arnisæus *De Rep. Lib.* 2. *cap.* 2. *Sect.* 7. *n.* 35. Rumel. *ad A. B. P.* 3.
Diss. 5. *in Add. ad Th.* 5. (An etiam in DUCATU MEGAPOLITANO?
15 Vid. Vitriarius *d. l. n.* 48. ibique Strykius *in not. MS. Dn.* Schurtzfleisch).
in not. MS. ad Bœcleri Not. Imper. Rom. c. 12. Rumelin. *ad A. B. P.* 3. *Diss.*
5. *in Add. Th* 5. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *Class.* 4. *c.* 17. *n.* 34. & Knipschild.
De Fideic. Fam. Nobil. c. 9. *n.* 293.) *JULIACENSI*, & *CLEVENSI*, ex
pactis antiquis occasione nuptiarum Ao. 1496. Johannis Clivensis
16 cum Maria Juliacensi initarum, *Vid.* Author. des Jülischen *Successions-*
Streits/ Besold. *De Success. Reg. lib.* 1. *Diss.* 6. *n.* 10. Springsfeld. *d. c.* 3. *n.* 74.
& Rumelin. *ad A. B. d. l.* necnon in *LANDGRAVIATU HASSIÆ*, tam
ratione *FAMILIÆ, DARMSTADIANÆ*, quam *CASSELLANÆ*, Vid.
Instr. Pac. art. 15. §. fin. & Nov. Imp. Recess. De A. 1654. §. 188. Conf.
17 Cassel und Darmstädische getroffene Haupt-Accord, sub dato de 24.
Dec. 1628. Arnis. *De Rep. c.* 2 *Sect.* 2. *n.* 35. Stryk. *de S. ab J. Diss.* 1. *c.* 3. §.
18 14. Springsfeld. *c.* 3. *n.* 107. *junctis*, Reink *de R. S. & E. L.* 1 *Class.* 4. *c.* 7.
n. 35. & Rumelino. *d. l. p mihi* 842. & *MARCHIONATU BADENSI*,
DOMOq; OSTFRISIÆ, *Vid.* Vitriarius & Sprinsfelt. *d. ll.* 18. ac *MUL-*
19 *TIS ILLUSRIBUS ITALIÆ FAMILIIS*, quas recenset Raudens. *Resp.*
1. n 83. *Lib.* 1. Cothman. *Vol.* 5. *Resp.* 1. *n.* 265. *seqq.* & Springsf. *d. Tr. c.* 3.
n. 82. *seqq.* legitima hodie *Primogeniorum* prærogativâ, ne, scissis inter
plures Principatibus, minutisque Potentiæ Viribus, Familiarum
20 Illustrium splendor deliquium patiatur, Rosenthal. *De Feud C.* 9. *Concl.*
55. *gloss.* A. Gail. *Lib.* 2. *th.* 153. *n.* 2. Stryk. *de S. ab J. Diss.* 1. *c.* 3. §. 14. fa-
ctaque inter Fratres Illustres æquali Regnorum, Electoratuum,
Ducatuum &c. distributione, accedente temporum serie, Duces
tandem sine Ducatu audiant *Vid. Author.* Wie ein fürstlich Hauß
zu erhalten. verb. daß sie zuletzt nicht Graffen-Stand/ sondern auch

nicht

nicht Frey-Herren oder Edelleute Stand führen können/ *Conf.* Besold. *Diss.* 5. Springsf. *De Appannag. C.*10, *n.*5. Conring. *in Diss. De Regn. & Tyrann. th.* 29. discordiarumque & bellorum semina Posteris relinquantur, Vid. Herodotus. *Historiar. Lib.* 7. Covarruv. *in* 4. *Decret. P* 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 5. Rumelin. *ad A. B P.* 3 *Dissert.* 5. *th.* 4. Primogenitis Fratres Secundo-vel Ultragenitos interim, dato ipsis certo Appannagio, (unde Appannagiati, vulgo Abgefundene Herren/appellantur, *Vid. A. B. Tit.* 24. §. *Tanquam Conf. Illustr.* Rhet. *in diss. De Jure portionis Alimentariæ & in Inst. Jur. Publ. Lib.* 2. *Tit.* 40. §. 3. & 5. Henric. 22
Springsfeld, *Spec. Tr. de Appennagio* Wilhelm. Leiser, *de ead. mater.* & Fritsch. *Vol.* 3. *Ex Jur. Publ.* 9.) ab actuali successione excludentibus, utique non levis momenti quæstio est, sed quæ teste Palaetz. *in Tract. de Majorat p* 2. *q.* 8. & Exc. Petro Mullero *in Dissert. exhibente Binos Dubij partus casus, Sect.* 1. *th.* 1. sæpe gladio dirimitur: *Uter ex gemellis jure pri-* 23
mogenituræ præcipuo ad Regni, Electoratus aut Ducatus successionem admitti debeat, illo casu, quo quis illorum primogenitus sit, ignoratur? Unico etiam 24
temporis momento ceteroquin hic accuratè attendendo. *vid. Cap.* 1. 25
h. Diss. n. 4. Neque vero tantum in dubiis Regnorum successionibus conspicua est hujus Meditationis utilitas, sed in privatorum etiam hereditatibus eadem se insigniter exserit: Ponam enim: Titium duo prædia possidentem, unicam in suo Testamento instituisse heredem Sororem suam Cajam, ejusque commisisse fidei, ut primum prædium A. illi restitueret Filiorum, qui olim ex nuptiis, cum Nobili quodam ineundis, primus ipsi natus fuerit: Alterum verum prædium B. ceu minus pretiosum, ex fideicommisso haberet Filius Secundo-genitus, mortuoque Testatore, & acquisita omnium bonorum possessione, Cajam jam Nobili nuptam, exque illo gravidam ad Mariti Matrem iter fuisse ingressam, & in itinere doloribus parturientem urgentibus proximam intrare villam, felicissimo quidem partu gemellos enixam fuisse filios, sed non advertentibus, aut observantibus Rusticanis Mulierculis, quæ parturienti auxiliatrices præbuerant manus, uter illorum prior, aut posterior ex utero materno prodierit, (qualem Casum in terminis FCti Juridicæ Jenensi oblatum fuisse Mense Sept. An- 26
no 168. clarebit ex Responso Præfatæ FCtis exhibendo in Cap. 2. hujus Dissertationis.) Ecquis hic non fatebitur, sibi cum Experien-

Nnnnn tissi-

tissimis hærere aquam, nec invenire facilè, ubi tuto pedem figere possit? Aut fingam: Primogenito Filio Sempronii Bibliothecam vel aliam rem pretiosam prælegari, ejus vero uxore in ipso partu extincta, juxta L. 2. *ff. de Mortuis infer.* duos ex utero Matris prædefunctæ exsectos fuisse gemellos? Sane æque dijudicatu difficile fore arbitror: Uter ex illis solus legatum petere possit, nolente inprimis testatore, Bibliothecam suam, multo labore collectam, ad plurium manus devenire? Aut tandem casu aliquo fatali tempus partus ordinarium antevertente, mulierem peperisse gemellos filios, omnibus remotis arbitris, aut ex incuria ipsius obstetricis factum esse ponam, ut non constaret, uter ex gemellis, in continenti se invicem sequentibus, prior lucem aspexerit? Certe æque dubium ac suspensum decidentis animum tenebit hic casus, prioribus duobus non absimilis. Ut hinc me laterem non loturum, nec rem ingratam Tibi L. B. facturum esse confidam, si Athenis Varniacis propediem valedicturus, hunc juris articulum, circa quem, quot Doctores, tot fere diversas Interpretum recenseri, ac notari Opiniones, testantur Harprecht. *ad pr. J. De Hered. quæ ab Intest. n.* 124. Hunnius *Lib. 3. Resol. jur. Tract.* 1. *q. 21. pr. Aliique* Disputationi publicæ, quam hactenus nullam mihi videre contigit, inclusum, ante abitum Eruditorum censuræ sisterem, quæque ex tot diversis opinionum divortiis probabilior videatur, methodice exponerem, qua in parte si Tuæ de me expectationi ex asse non satisfecero, cogitabis benevole, etiam voluisse in arduis suas laude non destitui. Faxit interim Numen Trinunum, ut suscepti laboris finem ex voto consequar, cujus auspiciis sit.

CA-

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Dubiæ Primogenituræ Jus.

SUMMARIA.

Objicitur toti Disputationi L. 15. ff. De S. H. *adque illam respondetur.* *n.* 1. & *seq.*

Dubia Primogenitura non dicitur illa, ubi vel unico temporis momento constat, alterum eodem partu editorum, altero priorem esse genitum. 3

Qui momento temporis altero prior lucem aspexit, is solus Primogenituræ privilegijs ac prærogativa gaudet. 4

Hoc probatur ex Historia nati Jacobi, licet hic plantam pedis Fratris Esau ante se egressi ex utero Matris, manu adhuc teneret. 5

Dubia in hac Dissertatione illa Nobis dicitur Primogenitura, quam non difficile tantum, sed etiam impossibile est probare. 8

In hoc sensu Casum dubiæ Primogenituræ esse dabilem demonstratur ex L. 10. ff. de Reb. Dub. 9

Ad Casum dubiæ Primogenituræ *per præsumptivam extensionem etiam pertinet Casus Gemellorum ex utero Materno exsectorum.* 12. *seqq.*

Ppponitur L. 132. §. 1. ff. de V. S. 11. *Ad illam respondetur.* 12. *seqq.*

Jure Civili exsectus eodem gaudet jure, quo is, qui natus est. 14

De Privilegiis & justitia Primogenituræ agitur remissive. 15. *seq*

Nec non de Natalibus vocis Primogenituræ, & an latine magis Primigenius, an vero Primogenitus dicatur. 17. *seq.*

Primogenituræ vocem præter Hominem, etiam alijs tribui rebus, & quibus, docetur. 19

In hac Dissertatione ad solum hominem restringitur, 20

Dispositio totius Disputationis ejusque Aspectus exhibetur, 21

Descriptio Primogenituræ traditur. 22

Dividitur Primogenitura in Naturalem & Legalem. 23. *seq.*

Casus Legalis Primogenituræ recensentur. 25. *seqq.*

Potest primigenius in gratiam Secundogeniti juri primogenituræ renunciare, 26

Id probatur Esavi & illustri Johannis, Electoris Brandenburgici Friderici I. Filij judicio Patri Fratris suo Secundogenito Friderico Electoratum cedentis, exemplo. 7. & 28
Aliud recensetur exemplum. 29
De quanam Primogenitura hic agatur, exponit. 30
Primogenitus is alias dicitur, qui primus natus est, licet nemo ipsum sequatur. 32
Etiam Unigenitum filium Primogenitum dici, probatur authoritate tum Sacri Codicis, tum S. Patrum nec non Juris Canonici 33. seq.
Primus & Proximus in Jure nostro is dicitur, quem nullus antecedit, licet eundem etiam nemo sequatur. 37
Utilitas hujus Theoriæ demonstratur exemplo, quod exhibet. 38
Primogenitus in hac Dissertatione is dicitur, quem nemo jam, ubi de commodo primogenituræ quæritur, præcedit, habens tamen adminimum unum, qui incerto nascendi ordine ipsum est secutus. 39
Ratio hujus acceptationis datur. 40
Ratione juris dubiæ primogenituræ nil interest, utrum ex Patre Viduo & Matre ante nuptias innupta, An vero ex Matre Vidua & Patre ante nuptias Juvene, an denique ex utrisq; Parentibus primo matrimonio junctis, incerto nascendi ordine sint gemelli editi, modo Pater ex alio matrimonio ante sibi quæsitum non habuerit Filium Primigenium. 41
Tria cæteroquin Doctores formant Primigeniorum genera, quæ recensentur. 42 43. seq.
Pluribus dubio nascendi ordine uno partu editis, à Parentibus, qui Filium Primigenium habuerunt sed inverso naturæ ordine extinctum, ratione illorum etiam de dubia primogenituræ jure quæritur. 47
Ratio ejus datur. 48
Ex gemellis, in certo nascendi ordine natis, hic neutiquam pro primogenito habetur, qui prior membrum aliquod ex utero Matris in partu protulit, licet hoc signo aliquo ab Obstetrice notatum fuerit, nisi & totus ex utero materno prior prodierit. 39
Ratio & exemplum exhibetur. 50
Ad objectionem formatam. 51
Respondetur. 52. seqq.
Licet concepti pro natis habeantur quæstione illorum commodum concernente, in determinando tamen primogenituræ dubiæ jure, ad id potissimum respicitur, uter prior probabiliter natus sit, aut pro Primigenio habeatur. 55. seqq
De contrario Hispanorum & Anglicanorum judicio videatur. 59. seqq
Descriptio dubiæ Primogenituræ juris datur. 62

Si alter dubio nascendi ordine editus partus, contra formam humani generis nascatur, indistincte congenitus non monstrosus pro primogenito habetur. 64. *seq.*

EXpositŭris Nobis hac Dissertatione DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JUS, sub ingressum ejusdem dubium facere laborem & tantum calamum manibus non excutere videtur JCtus Threphoninus *in L. Arescusa 15. ff. De S.H.* Naturam non permittere, *inquiens*, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter ex duobus gemellis primogenitus existat; Unde non male forsan quis inferet: Hic integræ Meditationi nostræ obicem poni. Quod si enim fieri non possit, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter ex duobus, uno partu editis, primogenitus existat, utique *dubiæ Primogenituræ* casus deficere videtur, cum illa invito Jure DUBIA dicatur PRIMOGENITURA, ubi vel unico temporis momento constat, alterum, eodem partu editorum, altero priorem esse genitum, Menoch. *De A. I. Q. Cas.* 47. *n.* 8. Aquin. *P.* 2. *Apolog. n.* 285. Molin. *De Majorat. Disp.* 624. hoc solo Primogenituræ privilegiis, ac prærogativa gaudente, Vid. Thomasius *in Diss. De Prioritate ac Posterioritate temporis dubia ac incerta c.* 1. §. 9. Harprecht. *ad pr. J. De Hered. quæ ab intest. n.* 119. Tiraquell. *Tr. De Jure Primigeniorum, q.* 2. *n.* 1. Joh Andr. *in Addit. spec. De Feud. Verb. Hic interpone.* Hinc, utut Jacobus Fratrem Esau ex utero Matris prius egressum, protenus & nullo fere temporis intervallo secutus sit, pedis ipsius plantam manu adhuc tenens, ipsum Secundo tamen genitum fuisse, Fratremque Esau, nisi jus suum turpiter Jacobo vendidisset, ex illo solo temporis momento primogenituræ prærogativam obtinuisse ipse facer Codex abunde testatur. *Vid. c.* 25. *Gen. vers.* 25. 26. *seqq.* Verum, sicuti Triphonino facile largimur, *uno impetu* simul ex utero materno plures egredi liberos non posse, aliquo temporis intervallo, licet sæpe non magno, uno natorũ alterum semper præcedente, exinde tamen minime sequi arbitramur, fieri non posse, ut vel parturientem Matrem, vel adstantes lateat testes, vel ex aliis etiam contingat ignorari causis, uter natorum alterum in partu vel minimo temporis momento præcesserit,

Nnn nn 3 *Vid.*

7 *Vid. Præfam. n. 25. ſeqq.* cum multa *in ſe* quidem certa, ab *allegante* tamen
8 probari non ſemper poſſint, *Dubia aut incerta primogenitura* illa nobis
audiente, quam non difficile ſaltem, ſed etiam impoſſibile eſt probare.
per L. 10. §. 5. ff. De Reb. Dub. Ubi JCtus Ulpianus Caſum dubiæ Pri-
mogenituræ ita determinat, ut *incertum ſit, nec per ſubtilitatem judicialem*
9 *poſſit manifeſtari,* quem ex gemellis mater prius peperit, ſimulque talem
10 caſum dabilem eſſe, ſatis clare demonſtrat. Neque vero hoc ſolum
caſu, quo quidem viva Mater alterum gemellorum revera prius edi-
dit, ſed de prioritatis momento non conſtat, *dubius* eſt naſcentium
Ordo, ſed imprimis tum *dubia* efficitur *Primogenitura,* quando contingit,
gemellos ex utero prædefunctæ, inque ipſo partu deficientis Matris
11 exſecari, ſicque utrumque ſimul in lucem edi. At diceres: Quid hic
Caſus commune habet cum priore, cum potius ad *dubiam Primogeni-
turam* plane non pertineat, & ex *L. 132. §. 1. ff. de V. S.* vel juris
Tyronem haud fugiat, *falſum eſſe eam peperiſſe, cui mortuæ filius eſt exſectus?*
12 Sed, cum Lege Civili exſectus eodem jure gaudeat, quo natus, hique
ad paria judicentur per *L. 141. ff. De V. S. L. 6. in fin. pr. ff. De Inoff. teſt.
L. 11. §. 5. ff. De Public. in rem. act. L. 1. § 9. ff. Unde Cognat. L. 1. §. 5. ff. Ad
SCt. Tertull. L. 12. ff. De Lib. & poſth.* Tiraquell. *in repetit. L. Si Unquam in
verb. ſuſceperit Liberos n. 139. ſeq. De Revoc. Donat.* Zachias *in Quæſt. Medico-*
13 *Legalib. Lib. 9. Tit. 12. q. 6.* & Thomaſ. *in d. Diſſert. c. 2. § 57.* Utique du-
bium non eſt, Caſum *dubiæ Primogenituræ* etiam ad exſectos extendi
poſſe, licet hos proprie natos non eſſe, lubentes concedamus, exulante
14 hic merito omni dubio, ex arbitrio Teſtatoris, vel publica Imperii le-
ge, aut etiam conſtante loci conſuetudine non niſi uno, eoque Primo-
genito tantum ad ſucceſſionem vel acquirendam rem in teſtamento
relictam admiſſo, utrumque utero Matris exſectum ſimul admitti
haud poſſe, ſed & hoc quæri æque ac priori caſu, uter ex illis ſolus
audiri & primogenitorum ſorte præcipuo ac jure cenſeri de-
beat?

Remotis ita illis, quæ ingreſſum remorari poterant, jam propius
ad ipſam *Dubiæ Primogenituræ* tractationem accedamus, non quidem
15 anxius ſolliciti, aut de IPSIS PRIMOGENITURÆ PRIVILEGIIS,
quæ fuſe recenſet ac examinat Molin. *de Jure Primogenitur: Hiſpan.*
Tiraquell. *de Jure Primogenit.* Boxhorn. *De Succeſſion. Primogen.* Que-
16 ſtell. *De Jur. Primogen. aliique paſſim.* aut de JUSTITIA PRIMOGE-
NITURÆ, quade conſuli itidem poſſunt Tiraquell. *d. Tract. in Præfat.*
junctis

junctis Dn. Rumelin. *ad A. B Diss. 6. th. 2. p. mihi* 168. Quirin. Cubach.
Lib. 2. Jurispr. Publ. c. 31. n. 7. Arnold. Engelbrecht, *in Quæst. De Success.*
Electorali th. 15. Covarruv. *in* 4. *Decret. P. 2. c. 8. §. 6. n. 5.* Sclevogt. *in Diss.*
De jure Primogen. & Majorat. th. 1. per tot. & Reyher. *De Jur. Primog.* 17
Cap. 3. aliique, neque denique in *natales Vocis primogenituræ*, & an latine 18
magis *primigenius*, an vero *primogenitus* dicatur? curiosius hac vice in-
quisituri ; utrumque enim jam ante Nos Alii notabili diligentia ex-
pediverunt, Vid. Reyher. *d. Tract. Cap.* 1. & Tiraquell. *in præfat. d. Tract.*
quorum notatis huc transcribendis supersedere lubet, sed præfati, ut-
ut vox *Primogenitura extra Hominem, aliis* etiam tribuatur *rebus*, ita, ut 19
unaquæque res, quæ prius genitam non agnoscit, *primogenia*, *vel primo-
genita* dici possit, quo in sensu, *Semina* apud Varronem. *Lib. 1. de Re Rusti-
ca Cap. 40. Verba* apud Casconium Gramm. Teste Varrone de L. L.
& *Fortunam* primigeniam apud Ciceronem *L. 2. De LL.* & Livium
aliosque Classicos Latinitatis purioris Authores, appellari, legere
est; in hac tamen Dissertatione ad *Homines* tantum hanc restringi vo-
cem, deque illis accipi, qui alios ante se natos non agnoscunt, sive 20
ipsi sint natu maximi, sive in Majorum locum successerint, *Quid, &*
Quotuplex sit hac in acceptione Primogenitura? Quisque nobis hic audiat pri- 21
mogenitus? & Quid tandem Jus Dubiæ Primogenituræ sit? hoc *CAPITE*
PRIMO expediemus; Subjecturi *CAPITE SECUNDO Varias circa*
Dubiæ Primogenituræ Jus Doctorum Hominum Opiniones : TERTIOQUE
*CAPITE nostra recensita sententia, eaque rationibus & Doctorum Authoritati-
bus Judiciorumque præjudiciis firmata, CAPITE QUARTO SEU ULTI-
MO* exhibituri *Refutationem rejectarum reliquarum Opinionum.*

PRIMOGENITURAM, ad *Homines* restrictam, describere pla- 22
cet, quod sit præcipuum prioris ætatis jus, illi Filiorum, qui in ordine
nascendi primus est, reliquis Fratribus exclusis, soli competens: Vul-
go das Recht der ersten Geburth.

Dividitur Primogenitura in Naturalem, qua Primigenius *revera* 23
ex utero materno prior ante reliquos fratres exiit, & Legitimam seu
fictam, qua primo nasci fingimur, seu, qua illi, qui vere quidem primus
ex utero materno non prodiit, jura tamen & privilegia, alias primoge-
nituræ naturali competentia deferuntur. Vid. Exc. Dn. Becman. *polit.* 24
part. c. 8. §. 8. & Exc. Dn. Schultz. in Diß. Gedani 17. *Febr.* 1694. *habita, cui
Titulus est : Triga Casuum Illustrium cap. 3. §. 1. Conf. Sclevogt. d. Diss. th. 10.
ibique all.* Ad hanc referunt (1) Casum ante adeptam Patris 25
digni-

dignitatem in privata ejus fortuna nati filii, *Vid. Dn.* Schultz. *d. l. Conf.* Besold. *de Succ. Reg. Lib. 1. Diss. 7. n. 1. & Lib. 1. ff. qu. 93.* Knichen *de Sax. Jur. non Prov. c. 5.* Stephan. *De Lib. 2 P. 1. c. 5.* Anton. Coler. *De Jur. Imp. Civ. Germ. Sect. 52. 2. &* Würmser *Ex Jul. publ. 2. Concl. 14.* quem ta-
26 men traditæ descriptioni per omnia non convenire remur: (2) Casum, quo Primogenitus in gratiam Secundogeniti juri Primogenituræ renunciat, quod eundem hoc effectu facere posse, ut Secundogenitus jure præcipuo ac commodis primogenituræ fictione juris
27 fruatur, constat non duntaxat ex exemplo Esavi, *Genes. c. 25. vers. 32. & 33.* sed etiam ex exemplo Johannis, Heredis Electoralis Brande-
28 burgensis, Secundo-genito Fratri suo Friderico, ad beneplacitum Sapientissimi Parentis Friderici, illustri, eoque notabili ac singulari plane modestiæ ac obedientiæ filialis exemplo, absque omni morositate Electoratum cedentis, Vid. Limn. *ad A. B. Cap 7. §. 2. Obs. 8.* Stryk. *in Ex. Jur. Feud. Cap. 15. q. 31.* Cunitius *in Elect. Brandeb. in Frideric. I. p mihi 23.* Hieron. Setzer. *ap. Arum. Discurs. Acad. 20. th 19. 65. seqq.* Besold. *De Succ. Reg. L. 1. Diss. 2. n. pen.* & Rumelin *ad A. B.*
29 *Diss. 6. th. 7. in Addit. ibique cit. Del.* Jungatur exemplum Aristobuli, Alexandri Regis Judæorum Filii Secundogeniti, ex spontanea Fratris Primigenii Hircani cessione, Patri in Imperium succedentis. Vid. Reyher. *d. Dissert. Cap. 2.* & Joseph. *L. 14. Antiquit. Judaic.*
30 *Cap. 1.* De illa agitur in hac Dissertatione, non de hac, nisi Casum
31 excisorum Gemellorum huc trahere velis, quia & hic fictione Jctorum, aut juxta illorum extensivam interpretationem alteruter tantum in effectu ut Primogenitus admittitur.

32 Utut vero alias *Primogenitus* is etiam dicatur, qui primus natus est, seu qui primo vulvam Matris aperuit, exque illa primus erupit, *Vid. Cap. 8. vers. 16. & Cap. 18. vers. 15. Numeri & Exodi Cap 13. vers. 2.* quod ita vertit B. Lutherus: Was zu erst die Mutter bricht / sive alii post
33 ipsum nati sint, sive nulli primigenium sint secuti, adeo, ut & *Unigeni-*
34 *tus sit Primogenitus*, quod claris continetur verbis in *Cap. 5. X. De V. S in fin.* Ubi docet Pontifex authoritate Hieronymi, Christum Servato-
35 rem nostrum *Matth. Cap. 1. vers. ult. & Luc. Cap. 2 vers. 7.* dici filium Deiparæ Mariæ *Primogenitum*, licet alios Maria filios non habuerit, eumque morem esse Divinarum scripturarum, ut *Primogenitum* non vocent, quem fratres sequuntur, sed qui primo natus est: Carl. Molin.

in

in Comm. ad Consuetud. Paris. Tit. §.8. Gloss 1, n.1. Harprecht. *d. l. n.111.*
& 19. Quo in sensu Christum Dei Patris sui *Primogenitum* appellari 36
filium ex *Cap.1. vs.15. & 18. Epist. Pauli ad Coloss.* junctis *Cap.1. Joh. vs.14.* 37
& 18. Item Cap.3. vs.16. & 18. exque aliis bene multis Sacræ Scripturæ
locis claret. Pariter, ac in Jure nostro *Primus* is dicitur, quem nullus an-
tecedit, Sfortia Oddus *De Restit. in integr. P.1. qu.50. n 75.* Paulus *Lib.2.*
Sent. Tit 23. §.5. Baldus *in L. Si Insani C. De Jur. deliber.* Ludovic. Ro-
man. *Consil 56.* & Nicol. Boërius *Consil 34. n.7.* licet eundem quoque
nemo sequatur: *Vid. L. Ex duobus 34. in princ. De Vulgar. & Pupill. subst.*
Conf. Tiraquell. *De primog. q.1. n.5.* ubi id variis exemplis illustrat.
Conferatur, L. Qui duos 9. in fin. pr. ff. De Reb. dub. Harprecht. *supr. all. loc.*
n.117. & proximus ille audit, quem nemo antecedit, *L 92. ff. de V. S.* li-
cet eundem etiam nemo sequatur, *L.51. ff. de V. S. L.2. § 4 ff. De suis &*
legitim. hered. L 1 § 5. ff. unde Cognat. Forster. *De successione L.3. cap.30. n.9.*
& Stryk. *de S. ab J. Diss.11. §.17.* Quæ theoria sua haud caret insigni
utilitate: Ponam enim *primogenito* Titii legatum fuisse relictum, Ti- 38
tium vero præter eum, quem tempore relicti habuit, nullos alios su-
scepisse liberos; Hoc certe casu *Unigenito* Titii *filio* utique debebitur
legatum, cum & *unigenitus sit primigenius*, quod frustra urgeret, si *Primi-*
genius is esset, quem alii fratres sequuntur. vid. Harprecht. *d. l. & ab*
ipso cit. Hunnius. In hac tamen Dissertatione, quam *de Dubia Gemello-* 39
rum Primogenitura, ejusque jure agimus, *Primogenitus* is tantum dicitur,
quem nemo quidem jam antecedit, dum de ejus prærogativa quæri-
tur, quem tamen ad minimum incerto nascendi ordine unus Frater
secutus est: Frustra enim quæreretur de ejus Primigenii prærogati- 40
va, qui Fratres Ultragenitos non haberet, cum dubia hujus primoge-
nitura dici non possit, de quo certo constat ipsum Unigenitum esse
Filium. Nil vero quoad præsentem juris articulum interesse opina- 41
mur: An ex Patre *Viduo* & Matre ante nuptias *Virgine?* An vero ex
Matre *Vidua* & Patre ante nuptias *Juvene?* An denique ex *utrisque pa-*
rentibus primo matrimonio junctis, uno partu plures *incerto nascendi ordine*
edantur liberi? modo Pater ex alio matrimonio sibi Primigenium 42
nondum quæsiverit, omnibus illis casibus illo successuro, cui proba-
bilior Interpretum sententia juri conformiter primogenituræ præro-
gativam defert, licet cæteroquin Doctores tria faciant *Primogenitorum* 43
genera: Primum scilicet illorum, qui intuitu *utriusque parentis* sunt tales, 44

cujus exemplum in Caino, primigenio Adami & Evæ conspicuum
45 est. *Genes. cap.4. vs.4* *Secundum* illorum, qui *solius Patris* intuitu sunt pri-
mogeniti, Patre viduam ducente, quæ priori marito jam liberos pepe-
46 rit: *Tertium* denique illorum, qui *solius Matris* intuitu tales sunt, quos-
que Mater *primipara* parit marito Viduo, jam ex priori matrimonio
liberos habenti. Vid. Reyher. *de Jur. primog. cap.2. ibique allegati.*
47 Neque à Classe Primigeniorum hos hic arcendos esse autuma-
mus, qui plures *incerto & dubio nascendi ordine* nati sunt ex illis Parenti-
bus, qui Filium Primogenitum quidem ex eodem, quo juncti sunt,
matrimonio habuerunt, sed præpostero naturæ ordine, ac præcipiti
48 fato extinctum: Sufficit enim, cum extra hosce natos gemellos nemo
sit, qui iisdem ratione commodi primogenituræ controversiam mo-
veat, & inter hos quæri: Uter illorum pro primigenio habendus sit?
quodque alteruter, si non *respectu primigeniti prædefuncti*, tamen ratione
49 *secum congeniti uno partu Fratris*, *primigenius* adhuc audiat. Vid. Baldus
ad L.2. n.5. C. De Jur. Emphyt. Rumel. *ad A. B. Diss.6. th.15. in Addit. Litt. A.*
Illud vero hic non est omittendum: Ex gemino partu illum intui-
tu Congeniti ejusdem Uteri Fratris, minime primogenitum esse, qui
prior membrum aliquod ex utero materno extendit, nisi & prior totus
50 prodierit ex utero Matris, cum in determinanda primogenitura, non
51 ad *tempus conspectus*, sed *Nativitatis* respicere oporteat, Vid. Limn. *ad A.B.*
52 *C.7. §.2. obs.5.* etiamsi porrecta ex utero manus filo concinno notata
53 sit, frustra, aliis inde animum occupati juris primogenituræ, continua-
tæque possessionis ex signo hocce permanente inferentibus, cum pos-
sessio animo haud retineatur, quam novus possessor occupavit, per
54 *L. clam. possidere 6. §.1. ff. De A. vel A. P.* Quod probatur Divinæ scri-
pturæ testimonio; *Gen.38. vs.27. seqq.* Ubi cum Thamar geminos
pareret, & Zerach prior manum extra uterum proferret, illam
Obstetrix, putans hunc priorem nasciturum esse, filo rubedine colo-
rato notavit, sed illo manum retrahente, Phareque eundem anteve r-
tente, hic solus pro Primigenio habitus & Principatum judicio Ju-
stissimi Judicis DEI T. O. M. consecutus est. Hinc recte infertur:
Ex solo illo signo dubiam, incerto nascendi ordine uno partu edito-
rum primogenituram, minime determinari posse, hac sola signatura
signatum priorem ex utero prodiisse, non probatura, cum & signatum
ultimo prodire loco posse, proxime allegata historia evictum eat.

Neque

Neque porro prætereundum est, non ex *conceptionis*, sed *nativitatis prioris* momento, primogenituram dijudicari, licet ceteroquin concepti pro natis habeantur, quoties de illorum commodo quæritur, per *L.7 ff. De S. H.* Unde in *dubiæ Primogenituræ jure adstruendo*, non ad dubium *conceptionis* tempus, & uter illorum probabiliter prior in utero conceptus sit, sed ad *actualem nativitatem*, ex qua sola quis primogenitus dicitur, respiciendum est, & uter probabiliter prior genitus, aut pro Primigenio habendus sit? Secus ac opinantur Hispani & Angli, quorum Illi Teste Zeilero *in Hispan. c.8. §. De Veterum* & Dn. 8. Sclevogt. *Diss. d. th.3.* æq; ac Hi, Teste Exc. Dn. Schultz *in Diss. supr. all. cap.3. §.2.* Postgenito è geminis magis favent, eo, quod is prior conceptus esse præsumatur, argumento à duobus lapidibus sibi invicem junctis deprompto, quorum posterior prius eo fuisse creditur in lapidicinis, qui prior effodiebatur ex eadem lapidicinæ statione, similitudine hic oppido claudicante; Qua proinde missa, ultimo loco describere lubet *Jus dubiæ Primogenituræ*, quod sit sententia juri conformior, decidens, Utri ex gemellis primogenitæ competat prærogativa, illo casu, quo quis illorum prior ex utero materno totus & non monstrosus prodierit, ignoratur. Supersedemus singulis Descriptionis verbis fusius explicandis, utpote quæ ex prænotatis claram satis lucem interpretationis fœnerantur, hoc unicum addentes, in fine consulto adjecta esse verba: *Non monstrosus.* Cum enim contra formam humani generis natus partus, pro homine non reputetur, *L.14. ff. De S. H.* altero gemellorum monstro existente, frustra de prioritate ac posterioritate temporis hic quæritur, non monstroso ex gemellis solo primogenituræ commodis non duntaxat tum fruituro, quando non constat, uter ex gemellis prior editus sit, sed etiam illo casu, quo partus portentosus prior ex utero materno extractus sit. Confer. Harprecht. *d. l.123. ibique cit. Ddres.*

56 57 58 59 60 61 62 63 64

CAPUT II.

Recensens

Varias circa dubiæ Primogenituræ jus Doctorum hominum opiniones.

SUMMARIA.

INgressus. 1

Prima *illorum est* Opinio, *qui* in dubio *primogenituræ prærogativam illi tribuunt*, qui est in Possessione. 2

Hujus sententiæ patroni recensentur 3

Adducitur Tiraquellus maxime hæsitanter circa incertam gemellorum primogenituram loquens. 4

Rationes hujus opinionis exhibet 5 *cùm seqq.*

In pari causa melior est possidentis conditio. 7

Et in dubio pro possessore facienda est interpretatio 8

Præsertim in probationibus 9

Refertur Molinæi sententia, statuentis, eo ipso alterum gemellorum, ordine nascentium incerto existente, plus juris habere Fratre non possidente, quod in quasi possessione sit, etiamsi nil aliud probaverit, tamdiu in possessione defendendum, donec Frater non possidens, se natu majorem esse, legitime probaverit 10

Non civili *duntaxat, sed* naturali *juri convenit, in pari causa meliorem esse possidentis conditionem* 11

Ex jure naturali *potius, quam ex Legibus Romanis, indeque desumptis regulis, Regum populorumque, quos nulla* juris civilis *tenet communio, controversia congruam sumam petere decisionem docet.* 12

Beneficio duobus collato, possessor *illo præfertur casu, quo de prioritate non constat.* 13

Re duobus vendita, possidentis *causa potior est.* 14

Hoc tamen casu in pari *utrumque emtorem* causa *non esse demonstratur* 15

Refertur sententia statuentium potiorem illo quoque casu possidentis *esse conditionem, quo, vendita ea*

ea lege equâ prægnante, ut si nascatur pullus masculinus, *ille sit* venditoris, *si vero* fœmina, *illa sit* emptoris, *contingit casus, nasci marem & fœminam simul, ignorarique uter fœtus prior natus sit.* 16

Casum hunc non facile esse dabilem, deque ejusque allata decisione non immerito dubitari posse, subjicitur. 17

SECUNDA *illorum est* OPINIO, *qui* in dubio utrumque gemellorum admittunt, *ita* ut æqualiter hos inter res dividenda sit. 18

Recensentur hujus sententiæ Patroni. 19

Et rationes. 21. *seqq.*

Commendatur hæc Opinio, à benignitate, utilitate & convenientia cum jure & ratione. 20

Non apparente, uter ex gemellis prior natus sit, æqualis utriusque conditio esse, ne alter altero potius jus habere censetur. 21

Paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere. 22

Convenit in dubio *præferri benigniora, tutiora, quæque publicæ securitati magis favent.* 23. *seqq.*

Nil benignius & æquius est, quam ubi potior alterutrius conditio non apparet, ibi etiam neutrum potiori præ altero, qui in pari ipso cum caussa esse noscitur, jure frui. 26

Æqualitas natorum, æqualem etiam desiderat juris administrationem. 27

Respublica tuta redditur per æqualem inter uno partu natos gemellos, incerto nascentium ordine existente, bonorum divisionem, contra belli ac tumultus pericula. 28

Refertur communis Ddrum sententia, statuentium, Judicem, ubi partium jura dubia sunt, tantæque utrinque rationes, ut nesciat, utram ipse in partem inclinet, utrique rem adjudicare debere. 29

Quæstio: Uter incerta Gemellorum primogenitura existente, pro primogenito habendus sit, labyrintho inextricabilior Ddbus dicitur, obque decisionis difficultatem Mari Anglicano comparatur. 30 *seq.*

Pro stabilienda hac II. Opinione varij adducuntur juris Civilis textus, quos exhibent, 32. *& seqq.*

Libertate posthumo nascituro relicta, pluribus uno partu simul natis, omnes liberi censentur. 32

Titius ei substitutus ex duobus impuberibus, qui supremus mortuus fuerit, utroque illorum simul extincto, nec apparente, uter supremus diem suum obierit, utrique substitutus censetur. 33

Libertate fideicommissaria uni ex liberi, herede diem suum obeunte, antequam quemquam ex ancillæ liberis ancillà relicta, quem heres elegerit, omnes pronunciantur liberis libertate donarit. 35

De alijs juris textibus, pro firmanda hac opinione adduci solitis, agitur remissive. 36

Adducitur Brunnemannus hæsitanter admodum circa decisionem hujus quæstionis, quæ omnes fere Juris Interpretes mirum in modum torsit, loquens, sibique in diversis locis contradicens. 37

Provocatur ad exempla, inprimis in Majorij Hispanicis, gemellorum: simul ad gubernationem admissorum. 38

Exhibetur TERTIA OPINIO, quæ Utrique quidem Gemellorum hoc casu æqualiter favet, non tamen utrumque simul *pro indiviso*, sed *alternis vicibus*, ein Jahr ůms ander tantum admittit. 39

Alternatus hic rei usus & vicissitudinaria administratio vulgo die Mutschierung *appellatur.* 40

Hujus denominationis ratio redditur. 41. *seq.*

Rationes TERTIÆ *hujus* OPINIONIS *recensentur.* 43. *seqq.*

In dubio *semper illa præferri meretur sententia, quæ alterum minus lædit.* 44

Quoties res divisionem non recipit, toties ad Alternationis remedium recte devenitur. 45

Quod in Principatibus præprimis obtinere probatur remissive. 46

Adducuntur in hanc sententiam variæ Leges. 47. *seqq.*

Quando res usufructuaria inter plures commode dividi non potest, fruenda alternis annis *concedi solet.* 48

Individuum ceteroquin Patronatus jus ita dividi potest, ut Patroni illud alternis vicibus *exerceant.* 49

Illustratur hæc Opinio Illustribus exemplis. 50

Et Ridicula Fabula, Lepidaque Historia, quas exhibet. 51. *seq.*

QUARTA *illorum est* OPINIO, qui plane neutrum Gemellorum hoc casu admittunt, sed utrumque à successione, legataque repellunt. 53

Recensentur Patroni *hujus Opinionis.* 54

Et rationes. 55. seqq.

Incertitudo vitiat omnem dispositionem, in favorabilibus æque, ac odiosis. 56. *seq.*

Paria *sunt, factum non esse, vel probari non posse, itidemque non allegari, vel allegatum non probari.* 57. *seq.*

Uno ex pluribus ejusdem nominis servis libertate donato, & non apparente, de quonam senserit Testator, neuter illorum liber erit. 59

Legatum natu majori relictum neutri debetur, si non appareat, uter ex duobus sit natu major. 60

Legatum uni ex Cognatis relictum, qui prior Capitolium adscenderit, neutri debetur, si non constet uter illorum prior fuerit. 61

Si Testator Titium liberis Tutorem constituerit, duobus ejusdem nominis existentibus neuter Tutor erit, ill-

illo casu, quo ignoratur, de quonam senserit testator. 62
Si Testator plures liberos habens, filium suum, nomine non expresso, exheredaverit, nemo exheres erit. 63
Idem est, si testator plures amicos cognomines habens, illius nominis heredem sibi ex illis scripserit; nam nec hoc casu ob incertitudinem ullum habebit sibi heredem. 64
De aliis huc pertinentibus textibus ac Casibus agitur remissive. 65
QUINTA *illorum est* OPINIO, qui Patri hoc casu indulgent facultatem, uni gemellorum gratificandi. 66
Referuntur Patroni hujus Opinionis. 67
Et Rationes. 68. *seqq.*
Adducitur in hanc sententiam L. 24. §. 17. ff. De fideic. Libert. 69
Adque illam respondetur, magis hunc textum facere pro sententia, quæ Sorti *standum esse in casu dubiæ primogenituræ urget.* 70
Adducitur porro L. 3. §. 4. ff. Ad SCtum Sillan. *Ubi servo conceditur electio, si utrique Dominorum simul opem ferre haud possit.* 72
Alios textus pro gratificatione in casu dubio exhibet. 73. *seq.*
Si Dux exercitus, obsidens urbem, ei, qui primus mœnia adscenderit certum præmium permiserit, duobus simul mœnia conscendentibus, gratificationi locum esse, cuinam Dux præmium illud dare velit, quidam statuunt JCtorum. 75
Ratio secunda hujus Opinionis recensetur. 76
De aliis Ddrum Conclusionibus pro stabilienda in hoc dubiæ Primogenituræ casu Paternæ gratificatione, agitur remissive. 77
SEXTA *illorum est* OPINIO, *qui* robustiori ex Gemellis in dubio Primogenituræ prærogativam tribuunt. 78
Allegantur Ddres, qui hanc Opinionem referunt, quique eidem patrocinantur. 79
Ratio hujus Opinionis prima est, quia robustior, ceu prægnantiori qualitate à natura donatus, etiam præsumitur, perruptis facilius paniculis, citius de carcere uteri materni exivisse. 80
Patre & filio simul bello pereuntibus, in dubio filius, ceu robustior, post Patrem vita defunctus præsumitur. 81
Gemillis editis, masculo & fœmina, in dubio masculus primo loco in hanc lucem exivisse præsumitur. 82
Rationem hujus præsumptionis ponunt alii in robore & prævalentia sexus masculini. 83
Alia ratio redditur. 84
Et firmatur exemplo columbarum, quæ semper priorem marem edere creduntur. 85

Naturaliter potentius vincit id, quod minus est tale. 86
Illa validior est præsumptio, quæ verisimilitudini est convenientior. 87
Allegantur pro hac sententia textus juris Civilis, quos exhibet 88. *seq.*
Cum brevi responsione, quam vide. 90
SEPTIMA *illorum est* OPINIO, *qui in dubio* formosiorem Gemellorum pro Primigenio habent. 91
Recensentur Authores hujus Opinionis. 92
Quique eandem referunt. 93
Et Rationes. 94. *seq.*
Omne pulchrum à natura est amabile. 95
Formosior aspectus Subditorum conciliat amorem & facilius eorundem inducit obsequium. 96
Indos & Æthiopes illos solitos esse sibi deligere Reges, qui ceteros omnes formæ elegantia superabant, probatur authoritate allegatorum. 97
Provocatur ad exemplum Apium. 98
Et DEI T. O. M. Saulem & Davidem, utrosque forma elegantiori præditos, primos Judæorum Reges constituentis. 99
OCTAVA *illorum est* OPINIO, qui sortem in dubio hoc negotio Judicem eligunt. 100
Authores, Rationes & Contrariorum Resolutio reservatur Capiti sequenti. 101
De Alijs Interpretum Opinionibus agitur Remissive. 102
Hujusque Remissionis redditur ratio. n. *fin.*

PRæmissis capite primo *generalibus* circa *dubia Primogenituræ*
1 jus, methodi jam exigit ratio, ut hoc capite propius ad rem ipsam accedamus, *diversasque JCtorum* recenseamus *Opiniones circa dubiam uno partu editorum gemellorum primogenituræ prærogativam*, visuri, quibus quælibet illarum nitatur juris fundamentis: Has inter principem facile obtinet locum,
2 quæ *in dubio* primogenituræ prærogativam illi tribuit, *qui est in possessione:* Cui sententiæ patrocinari videtur Tiraquellus *in eleganti ac erudito scripto, De Primogenitura, quæst.* 17. *in Concl. ibi: Nisi alter prior possessionem adeptus sit*, quem tamen *dicto loco* maxime hæsitanter in de-
3 cidenda hac loqui quæstione ex integro verborum contextu applicatur, quem apposuisse forsan haud pœnitebit: Ita autem ille: *Placet primo loco ea opinio, quæ dicit utrumque admitti, sive in dignitatibus, sive in ceteris rebus hæreditarijs. Et hoc, nisi alter prior possessionem rerum ade-*

adeptus fuerit, is enim interim præfertur, nisi alter majorem natu se probaret aut, nisi hic, qui possessionem prior accepit, eandem amiserit, & alter eandem acquisiverit, & diutius possederit, in eaque esset, cum lis de hoc jure intentaretur: Jure enim is, qui in possessione est, præfertur, nisi etiam alter majorem natu se esse ostenderit. Quod si magis placeant Opiniones, quæ in hac re locum faciunt gratificationi, primum locum in rebus privatis, ceterisque præter regnum, aliaque magnas hujuscemodi Dignitates Patri *tribuo, secundum Superiori; In Regnas vero, & id genus magnis Dignitatibus, quæ Superiorem non agnoscunt, Magnatibus, & Populo. Sed ita tamen gratificabuntur, si neuter alterum vincit moribus & meritis: Dignior enim semper præferendus est. Possunt autem ipsi Fratres, si velint, rem Sorti bona fide committere: Nollem autem iterum invitum cogere, nisi forte res aliter transigi non posset, immineretque quodpiam periculum.* Eandem tuentur Opinionem cum *Glossa in L. Idem erit. 16 ff. De S. H.* Mascard. *de Probat. Vol. 3. Concl.* 1201. *n. 22.* Joh. le Cirier. *in Tr. De Primogenit. in 3. Col. quæst. 11. n. 1. & 6.* Carol. Molinæus *ad Consuetud. Parisiens. Tit. 1. De Matiere feudal. §. 8. gloss.* 4
1. in vers. le filzainsne. n. 5. junctis Jacobo de Aret. & Jacobo Butr. *alŷsque* à Tiraquello. *d. Tract. in XI. Opin. q.* 17. allegatis Dbus, indeque statuminare allaborant, quod hic versemur in illis terminis, ubi neuter gemellorum prioritatem nativitatis probare valet, (alterutro 5
enim probare valente se natu esse majorem, certum satis est primogenituræ jus per *L. 10. §. 5. De Reb. dub. Vid. supr. c. 1. n.* 8.) sicque in pari uterque Fratrum caussa sit: Certi autem & indubitati Juris esse noscatur, *in pari caussa potiorem haberi possessorem* per expressam *L.* 128. *pr.* 6
ff. de R. J. juncto c. in pari 65. *de R. J. in 6. L. 5. §. 1. ff. De Calumn. L. fin. C.* 7
De R. V. Vid. Neviz. *Cons. 79. n. 27.* Osasch. *Decis.* 108. *c. 18. &* Vincent. de Franch. *Dec 168 n. 13.* semperq; *in dubio* pro possessore faciendã esse interpretationem Alciat. *de Præsumpt. Reg. ult. præs.* 43. *per tot.* Menoch. *De* 8
De Præsumpt. L. 6. Præs. 66. n. 7. Honded. *Vol. 2. Cons.* 49. *in fin.* præsertim in probationibus, *c. 3. De Probat.* Unde docet Molinæus *d. l.* quod eo ipso alter gemellorum, incerto nascentium ordine existente, plus 9
juris habeat Fratre non possidente, quod in quasi possessione sit, etiamsi nil aliud docuerit, quodque cum effectu manere debeat possessor 10
in possessione, donec non-possidens Frater, se natu majorem esse, probaverit. *Confer. L. 2. ff. Uti possidetis*, cum probatio dubia concludat pro possessore. Tusch. *Concl. 766. Lib. 1. n.* 13. Stryk *in Diss. De Pos-*

Ppp pp *sidente*

fidente non meliore. c. 1. §. 12. *in fin.* Accedit, quod secundum Magni Gro-
11 tii effatum in aureo Tractatu *De J. B. & P. L. 2. C. 23.* § *11.* non *Civili*
duntaxat, sed *naturali* (unde optime notante Exc. Thomasio *in Dis-
sert. De Prioritate & Posterioritate Temporis dubia ac incerta. Cap.* 2. §. 42.
12 potius quam ex legibus Romanis indeque desumptis Canonibus, Regum Populorumque, quos nulla Juris Civilis tenet communio, controversiæ decidendæ sunt) etiam juri conveniat, meliorem *in pari caussa* possidentis esse conditionem. Vid. Stryk. *De Differt. in Præfam.* 1. Adducunt præterea hujus sententiæ Patroni textum *Cap. Si à sede.* 31. *De Præbend. in* 6. quo duobus collato beneficio, *possessor* præ-
13 fertur illo casu, quando de prioritate non constat, Vid. Marius Giurba *in Decis. Regni Sicil.* 22. *n.* 3. & 5. Brunnem. *ad Reg.* 65. *de R. J. in* 6. indeque idem in casu *dubiæ ac incertæ primogenituræ* etiam obtinere, argumento dicti capituli inferre satagunt; & textum *L. Quoties* 15. *C. De R. V.* Ubi re duobus vendita, possidentis caussa potior dicitur,
14 vid. Hieron. de Cævallos *Pract. quæst. Comm. contra Comm.* 248. *n.* 45. junctis Fulgosio. Alex. & Jasone *in L. Si extraneus ff. De Condict. ob*
15 *Causs.* ubi id exemplo venditæ prægnantis ea lege equæ, ut si nascatur pullus masculus, sit venditoris, si vero fœmina, illa emptoris sit, casu contingente, nasci marem & fœminam simul, nec apparente, uter fœtus prior natus sit, illustrare annituntur, hoc itidem casu possidentis conditionem alteri præferentes: Quanquam, me judice, iste
16 textus impertinenter allegetur ad probandam Regulam: In *pari caussa* potiorem haberi possessorem, cum per factam traditionem translatum in possessorem Dominium utique efficiat, parem utriusque emptoris hic non esse caussam, altero nil, nisi jus ad rem ex contractu
17 habente, per *L.* 20. *C. De Pact.* datumque exemplum parum ad nostri casus decisionem facere videatur, de quo, an facile existere possit, non minus quis forsan dubitaret, quam, an non rectius dicto casu venditori masculus, & emptori fœmina adjudicari debeat, non attento, uter fœtus prior natus sit?

18 SECUNDA est illorum OPINIO, qui *in dubio utrumque gemellorum admittunt, & neutri prærogativam concedunt,* quorum Antesignanus sicuti teste Tiraquello *in Tr. de Jur. Primogenit. quæst.* 17. *Opin. quart.*
19 *n.* 6, fuit Accursius *in* §. *Inordinatum, verb. Ordinem in Auth. De Hered. & Fal-*

Falcid, ita hunc ſecuti ſunt Gomez *in L. Taurinam* 40. *n.* 68. *Colum.* 4.
& Palatius Rubeus, *ibi n.* 6. Ciſuentes *q.* 3. Hieronymus de
Cævallos. *Pract. quæſt. Comm. contra Comm.* 248. *n.* 68. Ruin. *Conſil.*
20. *n.* 18. *Lib.* 5. Molin. *de Hiſpan. Primogen L.* 3. *c.* 1. *n.* 22. Rumelin ad
A. B. Diſſ. 6. *th.* 8. *in fin.* Stryk. *in Tr. De Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 7. *c.* 2. *th.*
49. & *Diſſ.* 1. *c.* 3. *n.* 21. aliique à Tiraquello d. ll. citati Ddres, hanc 20
opinionem ſuam, non duntaxat, quæ *benigniorem*, adque *evitanda
cadis, tumultus & belli pericula, aliaque plura inconvenientia apprime fa-
cientem, ſed juri etiam ac rationi magis conſentaneam*, maximopere com- 21
mendantes, Vid. Rumelin. & Stryk. *d. l. l.* Rationes vero, quibus
hæc Ddrum innititur ſententia, eo collineant, quod (1.) incerto
naſcentium ordine exiſtente, ignoretur, uter gemellorum prior ſit
natus, & cum paria ſint, *non eſſe* & *non apparere*, *L. Duo ſunt Titius.* 22
30. *ff. De Teſt. Tut. L.* 77. *ff. de C. E.* Zabarell. *Conſil.* 86. *in fin.* Cardinal.
Tuſch. Pr. Concl. Tom. 6. *Lit. P. Concl.* 84. *per tot.* Ricciul. *in Tr De Neophy-
tis. c.* 7. *n.* 5. & Cacheran. *Dec. Pedemont* 129. *n.* 9. neuter illorum vi-
deatur altero potius habere jus, utriusque conditione æquali exi- 23
ſtente. (2.) Quod conveniat *in dubio* benigniora præferri, per *L. Semper*
56. *ff. de R. J. c. ult. De Præſumpt. L.* 14. *C. De fideic. lib.* illaque, quæ tu-
tiora ſunt, *L. Si fuerit.* 10. §. *ult. ff. De Reb. dub. c. Juvenis. X. De Sponſal.* 24
Covarruv. *in c. alma Mater. Part.* 1. §. 2. *n.* 5. *Caſ.* 1. Joh. Maria Novar.
quæſt. forenſ. 14. *Lib.* 1. *n.* 12. quæque magis favent publicæ ſecuritati:
Bartol. & Ddres *in L.* 1. §. 1. *ff. Solut. matrim.* Maranta. *Diſp.* 4. *quæſt.* 25
Legal. n. 20. *pag.* 431. Nil autem benignius ac æquius ſit, quam, ubi
potior alterutrius conditio non apparet, etiam neutrum potiori 26
præ altero, qui ipſo cum in pari cauſſa eſſe noſcitur, jure frui,
æqualitate natorum æqualem juris adminiſtrationem poſtulante; 27
Quodque inſuper Reſpublica hac via tuta reddatur contra belli
ac tumultus pericula, neceſſario hoc caſu ſecutura, quo illo ge-
mellorum ſolo ad Solium admiſſo, qui primogenituram probare 28
non valet, Frater ipſo cum natus invito jure repellitur. [3.] Quod,
cum communiter Ddres concludant: Judicem, ubi partium jura 29
dubia ſunt, tantæque & tot utrinque rationes, ut neſciat utram
ipſe in partem inclinet, utrique rem adjudicare debere, Vid. Ti-
raquell. *d. Tr. q.* 17. *Opin.* 4. *n.* 9. *cum inibi All. Ddbus*, in ardua hac, ac 30
teſte Joſepho Maſcardo. *De Probat. Vol.* 3. *Concl.* 1201. *n.* 21. labyrin-

 tho

31 tho inextricabiliori quæstione, quam Albericus à Rosa *in L. Precibus. col. 3. C. De Impuber. & al. subst.* ob decisionis difficultatem Mari Anglicano comparat, hæc sententia facile videatur applausum meritura,
32 quæ utrique gemellorum *in dubio* æqualiter favet; Hucque trahunt præfati Ddres varios Juris Civilis textus, interque illos (α) *L. Cum inter 14. C. De Fideic. libert.* Ubi libertate posthumo nascituro relicta, pluribusque simul uno partu natis, omnibus data libertas censetur,
34 omnesque pronunciantur liberi. [β] *L. Ex duobus 34. ff. De vulgar. & pupill. sub.* Ubi Titius ei substitutus, qui ex duobus impuberibus supremus morietur, ambobus simul extinctis, nec apparente, uter illorum post alium diem suum obierit, utrique substitutus censetur.
35 tur. Ex qua lege ita argumentatur: Ubicunque duobus mortuis, nec apparente uter illorum prior mortuus sit, uterque simul vita censetur defunctus, ibi duobus uno partu natis, nec apparente, uter illorum prior natus sit, uterque simul genitus censetur, sicque, cum dubium sit, cuinam inter duos præcipuum com-
36 petat primogenituræ jus, divisioni locus erit, *arg. C. 1. X. De Sepultur. in 6to.* (δ) *L. Si quis in testamento. 16. C. De Fideic. libert.* Ubi libertate fideicommissaria uni ex liberis ancillæ relicta, quem heres elegerit, omnes pronunciantur liberi, herede, antequam ab hac luce fuerit subtractus, neminem ex ancillæ liberis libertate donan-
37 te. Vid. Tiraquellus, & de Cæval. *d. l.* ubi alios adhuc juris textus in hanc sententiam cumulant, qui tamen, re penitius inspecta, nil concludenter probant. Conferatur B. Brunnemannus *ad L. 10. ff. de Rebus dub. pr. n. 8. in fin.* Ubi huic sententiæ, ut communiori,
37 benigniori ac juri conformiori suum etiam adjicit calculum, non satis forsan memor illius, quod ad *L. 15. De S. H* notaverat, ubi rejecta hac sententia, illam amplexus erat, quæ *in dubio sorti* incertæ primogenituræ determinationem committit, suomet proprio comprobans exemplo, verum esse, quod hæc quæstio omnes
38 fere juris Interpretes mirum in modum torserit, qua de re videri poterit Mascardus, *de probat. Vol. 3. Concl. 1101. n. 21.* Nec desunt exempla, inprimis in Majoriis Hispanicis, duorum Gemellorum, simul ad gubernationem admissorum, de quibus vid. Tiraquellus *De Nobilit. q. 228.* Reyger. *in Thesaur. Juris ibique* Fritzsch. *in Not. voc. Primogenitura.*

Affinis

Affinis huic eſt Tertia Doctorum Opinio, iridem *utrique quidem* 39
favens, ſed ita, ut non uterque ſimul *pro indiviſo, ſed alternis vicibus* admit-
tatur; daß ſie ein Jahr ums ander regieren / oder des Vermachten genieſ-
ſen ſollen. Vid. Tiraquell. *dd. l. Opin.* 3. Rumelin. *ad A. B. Diſſ. 6. th.* 8.
Brunnem. *ad L.* 10. *ff. de Reb. dub.* Excell. Thomaſius *in Diſſ. De priorit.
& poſter. tempor. dubia c.* 2. §. 66. *aliique*; Qui alternatus rei uſus, ac viciſ- 40
ſitudinaria Regnorum, Principatuumque adminiſtratio, vulgo die
Mutſchierung appellari ſolet, Vid. Stryck. *ad §. J. De O. J.* Goldaſtus *l.
De Major. Cap. fin. n.* 21. Beſold. *de Succeſſ. & Elect. fol.* 95. & Joh. Jacob.
Speidel. *in Spec. Var. jurid. polit. Hiſtor. Obſerv. voc.* Mutſchierung. à lati- 41
no *mutare*, ut ſic hoc alternationis remedium idem ſit, ac *Mutatio*, die
Mutierung / quia ſcilicet mutuam denotat ſingulis, aut certis annis,
gubernationem ac adminiſtrationem. Beſold. *in Theſaur. pract. hac voc.* 42
& *ibi* Diether. *in Addit.* Springsfeld. *in Tr. De Appennag. Cap.* 2. *n* 11. *ſeqq.*
& Hopp. *ad* §. 5. *J. de O. J.* Pro hac autem Alternatione ſtabilienda, 43
adducunt hujus ſententiæ Patroni, (1) Quod in dubio ſemper illa
præferri mereatur ſententia, quæ alterum minus lædit, *arg.* §. *fin. J. De
vulgar. ſubſtit.* 1. Hunn. *Var. Reſol. jur. Lib. III. Tract.* 1. *qu.* 21. *p.* 720. At 44
vero hæc ſententia, quæ dubio naſcentium ordine exiſtente, utrum-
que gemellorum *alternis vicibus* ad adminiſtrationem Regni &c. aut
rei uſum admittit, minus alterutrum videatur lædere, E. etiam præ re-
liquis omnibus calculum, illisque anteponi mereatur. (2) Quod, 45
quoties res commode dividi non poſſit, toties alternatio locum ſibi
vindicet, Vid. Stryk. & Hopp. *ad* §. 5. *J. de O. J.* Ubi id in Principatus
præcipue obtinere aſſerunt. Idque probare ſatagunt (a) per *L.* 7. 46
§. 10. *ff. Commun. divid.* Ubi *alternis annis* conceditur res fruenda, quan- 47
do res uſufructuaria inter plures commode nequit dividi, quod con-
firmat *L.* 16. §. 2 *ff. Famil. erciſc.* (b) *per Clem. Cap.* 2. *de Jure Patronatus:*
Ubi dicitur, quod individuum cæteroquin Patronatus jus, ita dividi 48
poſſit, ut *alternis vicibus* Patroni hoc exerceant. Addunt (c) præterea 49
L. Quoties 34. *pr.* & §. 1. *ff. De Uſufr. L.* 2. & 28. *ff. Quibus modis uſusfr. amit-
tatur* & *L.* 35. §. 1 *ff Locati.* Vid. Rumelin. *ad A. B. Diſſ.* 6. *th.* 8. & Tira-
quell. *De Jur. Primog q.* 17. *O p. n.* 50. 1. *ſeq.* quarum tamen omnium
vel ſola docebit inſpectio, has ad rem nihil omnino facere. Tandem 50
& hanc Opinionem non duntaxat Illuſtribus exemplis, Thyeſtis &
Atrei Fratrum, itidemque Eteoclis & Polynicis, Filiorum Regis The-

 bano-

banorum Oedipi, & Amulei Numitorisque, Procæ, Regis Albanorum Filiorum *alternis annis* regnantium, sed ridicula etiam fabula,
51 quam ex Hyginio refert Cævallos *Pr. quæst. supr. all. loc. n. 58.* de controversia Adonidis inter Venerem & Proserpinam, illustrare allaborant, quarum utraque ad Judicium Jovis provocante, utri earum Adonis ederet? Calliopem Musam Matrem à Jove Judicem datam, ita non
52 sine summa Veneris indignatione judicasse, fertur, ut dimidiam partem anni earum unaquæque possideret. Cui non minus lepidam aliam jungit Historiam Tiraquellus *supr. cit. loc. Op. 5. n. 15.* Stephani & Phrynionis, de Neæra Meretricula disceptantium, quibus Satyrus Alopærensis, cum Sabria Lamprensi & Diogitone Acharnensi Arbitri constituti, *alternis vicibus* utendam adjudicarunt mulierem.

53 Quarta Opinio, prioribus prorsus contraria, illorum est, qui hoc
54 casu *neutrum Gemellorum admittunt, sed utrumque plane à successione, legatoque arcent.* Quam refert Tiraquellus, *d. Tr. Opin. 6. per tot.* Rumelin. *ad A. B. Diss. 6. th. 8.* Brunnem. *ad L. 10. de Reb. Dub.* Harprecht. *ad pr. J. de Hered. quæ ab intest. pr. n. 124.* Thomasius *in Dissert. de Priorit. & posteriorit. tempor. dub. c. 2. th. 36. &* Cævall. *in pract. quæst. Comm. contra comm.*
55 *147. n. 62.* Rationes hujus Opiniones has recensent, quod (1) incertitudo semper vitiet dispositionem, *L. 5. fin. ff. De R. V. L. 75. ff. De V. O. L. 75. §. 1. ff. De Leg. 1. L. 69. § 4. ff. De Jur. dot.* Camill. Gallin. *c. 36. n. 46.*
56 *Lib. 9. De Verb. Signif.* Farinac. 1. *Consil. Crimin. 85. n. 161.* non duntaxat in odiosis, sed etiam in favorabilibus. Dyn. *Consil. 41. n. 5. vs. Præterea incertitudo.* Anchoran. *Consil. 216. n. 4.* cumque hic versemur in casu
57 *incertæ primogenituræ*, neuter pro primigenio habendus sit. (2) Quod paria sint, non esse factum, vel factum probari non posse, Joan de Imola *Consil. 229. circa fin.* Surdus *Dec. 149. n. 2.* & Cardin. Tuschus *pract.*
58 *Conclus. Tom. 9. Lit. P. Concl. 84.* itidemque, nil allegari, vel allegatum non probari: Roland à Valle *Cons. 35. n. 10. & 20. Lib. 1.* Tusch. *d. l. Concl. 87. n. 9.* hincque, cum allegantes in nostro casu primogenituram, eandem probare non valeant, neuter pro primogenito haberi possit, repellendus potius à primogenituræ prærogativa, adinstar illius,
59 qui eandem ne quidem allegare ausit, Huc pertinere videtur (3) *L. Cum ex pluribus 31. ff. De Manumissis test.* Ubi, uno ex pluribus ejusdem nominis servis libertate donato & non apparente, qui sit, nullum liberum
60 esse pronunciat JCtus Paulus (4) *L. Si fuerit 10. De reb. dub.* Ubi cum

cum ignoratur, uter ex duobus sit natu major, neutri debetur legatum, majori relictum; itidemque Legatum uni ex Cognatis relictum, qui prior Capitolium adscenderit, duobus simul adscendentibus, nec apparente, uter illorum prior fuerit, impediri dicitur eadem *L. 10. d. l.* Hinc pari modo, si uter Primigenius sit, nesciatur, neutri primogenituræ privilegium tribuendum esse, concludunt huic sententiæ assurgentes Ddres. Vid. Hunn. *Var. Resol. Liv. 3. In n. q. 21. Opin.* 61
Septim. (5) *L. Duo sunt Tit. 30. ff. D. Testam tut.* Ubi Testatore Titium Tutorem liberis constituente, duobus ejusdem nominis existentibus, nec apparente, quodenam senserit Testator, neutrum Tutorem esse, idem asserit Paulus (6) *L. Nominatim 2. ff. De Liberis & posthum.* Ubi Testatore, plures liberos habente, nomineque non expresso filium 62
suum exheredante, neuter exheres dicitur, eo, quod ignoretur, quem filiorum testatur à spe & emolumento hæreditatis exclusum esse voluerit. (7) *L. In tempus 62. §. quoties 1. ff. De Hered. instit.* Ubi idem 63
juris esse dicitur, si Testator plures amicos ejus nominis habens, heredem illius nominis sibi scripserit, ita ut non appareat, pro qua persona testator senserit, ob incertitudinem ultimæ voluntatis institutionem non valente Alios textus etiam Juris Canonici, quibus evincere 64
cupiunt, *in Dubio* eam retinendam esse sententiam, qua id agitur, ut neuter admittatur, cumulate collectos exhibet Tiraquellus *supr. cit. loc.* quorsum brevitatis amore Benevolo Lectore remisso, ad

Quintam pergo Doctorum Opinionem, illorum scilicet, qui 66
incertæ primogenituræ inter gemellos casu existente, *Patri tribuunt arbitrium, uni illorum gratificandi*, Quam opinionem referunt Brunnem. *ad L. 10. ff. De Reb. Dub.* Rumelin. *ad A. B Differt. 6. c. 8.* Harprecht. *ad pr.* 67
J. De Succ. ab Int. Stryk. *in Tr. de I. ab I Diss. 1. cap. 3. th. 21.* Cirterus *in Tr. De primogen. Lib. 1. c. 4. seqq.* Hunn. *Var. Resolut L. 3. Tract. 1. Op. 4. pag. 726.* Hieronymus de Cævallas *Tom. 1. Opin. comm. contra Comm. quæst. 248. ubi* Corsetum, *de Potestate Regia, qu. 7. in pr.* Rubeum & Gomezium *ad L. 40. Taurin. 68. cum* Baldo *in L. In quibus Casib C. De Secund. Nupt.* tanquam Patronos hujus sententiæ allegat. Conferatur Tiraquellus *de Jur. Primog q. 17. Opin. 11.* Limn. *ad A. B. c. 7. §. 2. obs. 6.* S. Müller. *in Disp. Binos casus dubii partus exhibente. Sect. 1. th. 68. 3. cum* Alvar. *in c. 1. Colum. 2. versic. Item adde ff. De Leg. 1. &* Schlev. *in Diss. De Jur. Primog. th. 6.* Ubi tamen hanc sententiam rejicit, Rationes, quibus eam suffulciunt,

has

68 has deprehendere licuit, (1) Quod *in dubio*, ob incertitudinem ac rei
individuitatem locus sit gratificationi ; Quam in rem allegant, tan-
quam celebrem textum , *L. Generaliter 24. §. quid ergo 17. ff. De Fideic.*
69 *libert.* qua Ego potius illorum adjuvari putarem sententiam , qui in
70 casu dubiæ primogenituræ *sortis arbitrium* præferunt, ob verba : *sortiri*
eos oportebit, ne aliquam ambitionis, aut gratiæ suspicionem Prætor subeat : Et
quanquam adjiciatur : *aut meritis cujusque allegatis , arbitrari eos oportet,*
quæ verba potissimum pro hac sententia urgent , indeque inferunt :
Tum inprimis electioni & gratificationi Parentis locum esse quando
gemelli virtute ac ingenio pares sunt: Tamen , alia responsione hac
71 vice *ad Cap. IV.* reservata , adminimum huic sententiæ adstipulantes
id vi allegatæ Legis concedere tenerentur, sententiam, quæ *sorti* in ca-
su dubiæ primogenituræ locum facit, præferendam esse huic opinioni,
quæ Patri electionem concedit, ut hæc non, nisi in subsidium admitti possit.
72 Clarior forsan *pro gratificatione in dubio* textus est *L. 3. §. 4. ff. Ad SCtum*
Silan. & Claudian. Ubi servo conceditur electio , si utrique Domino-
73 rum simul opem ferre non possit, & *L. 46. ff. de Religios.* Ubi expresse
74 heredis gratificationi locus datur, si plurium prædiorum ususfructus
pluribus sit relictus , in quod prædium cadaver inferre velit. Vid.
Brunnem. *add. L. 46.* nec non *Cap. Duobus 14. De Rescript. in 6. Conf.*
75 Petr. Muller. *d. Diss. th. 3.* Cævallos *d. l. n. 27.* Hucque trahunt quo-
rundam JCtorum decisionem, statuentium, si Dux exercitus, obsidens
urbem, ei, qui primus mœnia adscenderit, certum prœmium promise-
rit, & duo simul mœnia conscenderint, gratificationi locum esse, utri
Dux prœmium illud dare velit. Vid. Brunnem. *ad L. 10. ff. De Reb. dub.*
76 (2) Quod primogeniti beneficium successionis à Patre habeant, inde-
que par omnino esse videatur ut patris dispositioni *in hoc dubio casu* se
submittant. Vid. Hunnius. *d. l.* ubi simul ad hanc rationem respondet.
77 Alias Ddrum conclusiones pro stabilienda in hoc dubiæ primogeni-
turæ casu Paterna electione & gratificatione, qui videre avet, adire pot-
78 est Hieronymum de Cævallos & Tiraquellum *supr. all. loc.* Equidem
missis illis.

Ad Sextam Ddrum Opinionem pedem promoveo, statuentium,
Robustiorem in dubiæ Primogenituræ casu *pro Primigenio habendum , ipsi-*
79 *que primogenituræ prærogativam tribuendam esse.* Referunt hanc Opinio-
nem omnes *supr. n. 67. h. cap.* allegati Ddres : In specie vero eidem
patro-

patrocinantur, Glossa, *in L. Idem erit ff. De S. H. ibique* Baldus *Lectur.1* (qui tamen circa hanc quæstionem admodum vacillanter loquitur, sibimetipsi haud raro contrarius.) Paulus Castrensis *in L. Si ita fuerit. § fin. De Reb. Dub.* Guidon Papa. *Tract. De præsumpt. Col.3. vs. Si in utero.* Decius *ad L.2. ff. de R. J. n.42.* Vid. Hieronym. de Cævallus *d. l. n.5.*
Fundamentum hujus Opinionis præfati Ddres cum Sequacibus po- 80
nunt in eo, quod *Robustior*, ceu prægnantiori qualitate à natura donatus, etiam præsumatur, perruptis facilius paniculis, citius de carcere uteri materni exivisse, quam Frater debilior: Proque firmanda ac sta- 81
biliendà hac præsumptione, quæ *in dubio Robustiori* favet, adducunt. (1) Quod, sicuti *in dubio Robustior* ultimus videtur mortuus esse *per L.9. §.1. ff. De Reb. dub.* Ubi Patre & Filio simul bello pereuntibus, in dubio filius, ceu Robustior post Patrem demum vita defunctus præsumitur; ita etiam prior videatur esse natus. Vid. Mascard. *De probat. Concl.1087.* Reyher *in Thesaur. Jur. voc. Mulier.* (2) Quod Gemellis editis, ma- 82
sculo scilicet & fœmina, in dubio masculus primo loco in hanc lucem exiisse præsumatur, *per L.10. §.1. in fin. ff. De Reb. Dub.* Decius *ad L.2. ff. De R. J. n.44.* Sais *in Consuetud. Turonens. Rubr. de Success. plebis in fin. &* 83
Pruckman. *ad L. in multis 36. membr.3. Part.1. ff. De S. H. juncto.* Papa *de Præsumpt. n.5. in fin.* Cujus præsumptionis fundamentum petunt à robore & prævalentia sexus masculini, eo quod virtute roboris masculus prior ruperit involucra sua, Vid. Gothofred. *ad L.10. ff. de Reb. dub. Lit. A.* Dn. Schlevogt. *in Diss. De Jur. Primogen. th.4.* Hunn. *Var. Resolut. L.3. Tr.1. qu.21. Opin.3. p.725.* & Baldus *ad d. L.10. § fin.* Ubi ait: Perspicuum esse omnibus, mares fœminis esse robustiores Jung. Gui- 84
do Papa, & Decius *proxime alleg. loc.* quodque masculus citius perficiatur, in utero, quam fœmina, & propter majorem, quo præ fœmina gaudet, calorem, impetu majori in utero moveatur. & consequenter citius viam sibi aperiat, & ex utero prorumpat. Vid. Hunnius *d. l.* idque apricetur in columbis, quæ teste Plinio *Libr.10. c.51.* & Aristotele *De* 85
Natur. animal. Lib.6. c.4. semper priorem marem edere creduntur. Vid. Dn. Petr. Muller. *d. Diss. Sect.1. th.1.* & Tiraquell. *ad Leges Connubiales. Lib.1. n.59.* juncto Hieronymo de Cævallos. *Pr. quæst.248. n.5. Comm. Opin. contra Comm.* Exque dictis inferunt, qui hanc 86
tuentur Opinionem; Quia igitur naturaliter potentius vincit id, quod minus est tale, *c. Medicamentum De Pœnit. Dist.1. & c.*

87 *Quod in dubiis, De Consecrat.* illaque validior est præsumptio, quæ verisimilitudini est convenientior, Bald. *in L. Sive possidetis, in fin. ff. Ut in possess. Legat.* Jason. *in L. Si extraneus, n.9. ff. De Condict. ob Caus.* Curt. Jun. *Consil.* 178. *col.* 1. Gravet. *Consil.* 66. *n.* 22. *Vol.* 4. & Francisc. Brunn. *in Tract. De indic. Tortur. P.* 11. *qu. fin. n.* 2. robustiorem in nativitate præsumi debiliorem Fratrem *in dubio* antevertisse & vicisse. Adducunt
88 præterea (3) pro hac sententia, qui eidem assurgunt, textum Legis 1. *§. cum arietes. ff. Si quadrupes pauperiem fec. dic.* ex qua pro *Robustiori* præsumptionem eliciunt, scilicet ab illo initium pugnæ factum esse, si non appareat, quod animal primum in alterum impetum fe-
89 cerit, *& L. 1. ff. De O. J.* ubi traditur Regula: Quod principium cu-
90 jusque rei sit pars potissima, sed me judice, oppido impertinenter & non sine fallacia consequentiæ, *de quo infra Capite 4.*

91 SEPTIMA illorum est OPINIO, qui illi Gemellorum Primogenituræ in dubio tribuunt prærogativam, *qui elegantiori forma ac pul-*
92 *chritudine præstat.* Quæ sententia, sicuti est Baldi, sibi mirum contrarii, *in Proœm. Digesti Veter n.* 15. *Consid.* 1. Gomesii *in L. Tauri.* 40. *n.* 68. & Cæpollæ *in Tract. de Imperat. conclus.* 10. referentibus eandem
93 Tiraquello. *d. Tr. Opin.* 7. & 8. Cævall. *d. l. n.* 6. Dn. P. Müllero *d. Diff.*
94 *Sect.* 2. *aliisque*, ita fundamentum ejusdem partim ex versu Virgilii:

Gratior est pulcro veniens è corpore virtus.

Partim etiam ex communi Ddrum asserto desumunt Scilicet,
95 quod omne pulchrum à natura sit bonum & amabile, quodque teste Francisco Barbario *in Libello, De re Uxoria* formosior aspectus amorem in subditos inducat, ut forma corporis elegantiori prædito facilius ob-
96 sequantur: Hanc in rem præterea adducentes dictum Parphyrii, *spe-*
97 *ciem Priami imperio dignam esse* ajentis, & exemplum Æthiopum & Judæorum, Reges sibi ad imitationem apium, juxta Senecam *Lib.* 1. *De*
98 *Clement. ad Neronem c.* 9. Plinium *Lib.* 11. *c.* 16. Virgilium, *L.* 4. *Georg.* Basilium Magnum *in Exameron. homil.* 8. & Bobadillam *Polit. Lib.* 1. *C.* 8. *n.* 1. illos deligere solitorum, qui forma & pulcritudine cæteros antecellerent, Vid. Cævall. *d. l. n.* 9. Cassaneus *in Catalog. gloriæ*
99 *mundi. P.* 5. *Consider.* 18. Strabo. *De Situ Orbis. Lib.* 15. & 17. Tiraquell. *d. l. Opin.* 7. *n.* 11. *ibique & LLbus in Connub. Lib.* 2. *n.* 36. *plena manu all* subjecto Summi Numinis etiam facto, Saulum, Davidemque primos Judæorum Reges elegentis, quod ceteris corporis forma ac pulchritu-
100 dine anteirent. 1. *Reg.* 10. 16. 17. & 2. *Reg.* 1.

OCTA-

OCTAVA illorum est OPINIO. qui *Sortem* in dubio hoc negotio *Judicem eligunt*, cujus Opinionis Authores, & rationes, una cum Resolutione contrariorum exhibebit sequens Caput Tertium. 101
Jungunt hisce Alii alias adhuc Opiniones, quas collectas recenset Tiraquellus *d. Tr.* Rumelin. ad A. B. *d. l.* & Thomass. *d. Diss.* Verum, cum iisdem fere cum hactenus allatis Opinionibus suffulcientur rationibus, diffluere hic nolui, Benevolum Lectorem ad modo indicatos Ddres remittens, gressum promoturus ad Caput Tertium. 102

CAPUT III.

Exhibens

Nostram Sententiam Circa Dubiæ Primogenituræ Jus, una cum rationibus & Præjudicio, nec non contrariorum Resolutione.

SUMMARIA.

INgressus. n. 1
Approbatur sententia, Sortem *in dubiæ Primogenituræ casu Judicem eligens.* 2.
Hujus sententiæ ratio prima est, *quod hic versemur in tali casu, qui humano consilio exitum sortiri non potest, inque quo non nisi unus vel ex publica Imperii lege, vel constante loci consuetudine vel suprema testatoris dispositione admitti potest.* 3
Descriptio Dubiæ Primogenituræ repetitur. 4
Ubi deficit omne consilium humanum, ibi in re ardua & gravi, præviis cum precibus ad Sortem *devenire nullibi legitur prohibitum.* 6
Sors sua natura nil mali continet, sed indicat in rebus dubiis Divinam voluntatem. 7
Ultima voluntas Lex est. 5
Sors ambiguorum Judex. 8
Et Dei quædam sententia, voluntatisque Divinæ est declaratio. 10
In Sortitione Ipse Deus Judex est qui sortes in sinum missas temperat ac illarum eventum gubernat. 11
Sors contradictiones etiã inter Potentes *comprimere & componere dicitur Prov. 18. vers. 18.* 9

In hac humana prudentia haud extricabili quæstione, non ad alium tutius confugere licet Juidcem, quam ad Omniscium ac Justissimum Deum, ceu cujus judicium infallibile est. 12

Per sortem Deus judicasse pie creditur, ceu Dux sortis. 13

Sortis judicium ab ipso Deo in quæstionibus ambiguis ac perplexis, inque dividendis rebus in sacro Codice Populo suo præscribitur. 14

Exemplum primum est Levitic. cap.16. vers. 8. 15

Secundum Num.26. vers.55. item Cap.33. vers. 54. & c.34. vers.13. cum Cap.36. vers.2. 16

Tertium 1. Samuel.10. vers.19. 17

Quartum 1. Paralippom. 24. seq. & Cap.1. Actor. vers. fin. 19

Quintum, Josuæ Cap.7. vers.14. 1.Reg.14. vs.43. & Jonæ Cap.1. 20

Adducuntur Varia illustria exempla, comprobantia, sortis *judicium etiam in elegendis Regibus apud Romanos, aliasque Gentes adhibitum fuisse.* 21.*seqq.*

Commendatur Sors *etiam Jure Civili in decidendis dubiis quæstionibus* 26

Heredes ex iisdem partibus scripti, si inter ipsos non conveniat, apud quem potius cautiones hereditariæ esse debeant, sorte *hanc altercationem placare debent;* 27

Illo casu, quo heres jussus est servos manumittere, sorte *dijudicandum est, qui potius manumittendi sint, illo, quod relictum est, ad quorundam quidem, sed non omnium pretium sufficiente.* 28

Utroque in duplicibus actionibus ad judicium provocante, sorte *determinabitur, uter in Processu Actoris partes subire debeat.* 29

Sorti *locus est, heredibus in rei communis divisione non convenientibus.* 30

Pluribus, quibus optio relicta est, non convenientibus in electione, sors *judex constituitur, hicque præfertur, quem* sors *prætulit.* 31

Recensentur Patroni hujus sententiæ, qui illi hoc casu assurgunt, quo Uterque Gemellorum in sortem *libere consentit.* 33

Nec non illi, qui hoc nostræ sententiæ etiam casu subscribunt, quo alter Gemellorum sortem *reformidat* 34

Subjungitur pro illustranda hac Decisione Responsum Illustris Collegii JCtorum in Academia Jenensi. 35. *seq.*

OBJICITUR (1) *Quod* sors *non æquo semper pede decurrat, sed ipsi nonnunquam faveat, cui jus parum est propitium.* 37

Resp.

Resp Dist. inter sortem TEMERARIAM ET LEGITIMAM. 39
Sors & fortuna synonymice accipiuntur. 38
OBJICITUR (2) Quod Deus per sortem videatur tentari contra expressam Christi prohibitionem. 40
Responsionem vide. 41
OBJICITUR (3.) Quod Jus Canonicum æque ac Magni Nominis Theologi sortis judicium improbent. 42 *seq.*
Responsionem videsis. 44
Objicitur (4.) *Nullibi in integro jure nostro vel minimum extare vestigium, ex quo cognoscere daretur, in casu dubiæ Primogenituræ ad* sortem *esse recurrendum.* 54
Duplicem responsionem suppeditat. 46. *seq.*
Objicitur (5.) *Quod juxta plurium Interpretum sententiam,* sorti *non sit locus, nisi in casibus à jure expressis.* 48
Rejicitur hoc axioma, ceu juris fulcimento destitutum. 49
Sors judiciaria *toties est permissa, quoties non expresse legitur prohibita.* 50
Objicitur (6.) *Sortem in* facti *quæstionibus non obtinere.* 51
Recensentur Patroni hujus sententiæ. 52
Hæc quæstio: Uter gemellorum, dubia nativitatis prioritate existente, prior natus sit? facti *esse videtur.* 54
Adducitur sententia Dn. Thomasii, *negantis, hanc* facti *esse quæstionem.* 55. *seq.*
Regulæ n. 51. traditæ desideratur fundamentum. 57
Sorti *locus est tam in quæstionibus* facti, *quam* juris, *per rationes adductas* 58. *seq.*
Ad Septimam objectionem *respondetur.* *fin.*

SI qua unquam ullus in jure articulus dissensionibus Interpretum nobilitatus deprehenditur, hunc sanè nostrum, 1
quo: *Uter ex Gemellis, dubio nascendi ordine editus partus, Primogenituræ frui debeat privilegiis?* Quæritur, nemini omnium cedere, quilibet facile mecum fatebitur, sive ipsam Decisionis difficultatem, sine numero multas, easque diversas abs nobis præcedaneo Capite recensitas respiciens Doctorum Hominum sententias: Ne tamen & ego tot inter diversa sententiarum divortia 2
fluctuare videar, in isthac Interpretum dissensione eorum probandam reor sententiam, *qui Sorte rite, pieque instituta, rem terminari, dirimique debere*, sequentibus moti rationibus, adstruunt. (1) Quod 3

hic versemur in tali casu, qui humano consilio exitum sortiri non po-
4 test: (Est enim Dubia Primogenitura, describente eandem JCto
Ulpiano *in L. 10. §. 1 ff. De Reb. dub.* quæ ne quidem *per subtilitatem ma-*
5 *nifestari potest,*) inque quo non nisi *unus*, sive ex Lege Imperii publica,
ut in Electoratibus, Vid. Limn. *ad A. B. c. 7. §. 2. Observ. 6.* sive ex
constante loci consuetudine, sive tandem ex ultimo Testatoris elo-
gio, Legis instar servando, *L. 1. ff. De S. S. Eccles. Nov. 22. c. 2. vers. di-*
6 *sponat.* est admittendus: Ubi autem omne deficit consilium huma-
num, ibi in re momentosa & gravi, præviis cum precibus ad *Sortem*,
ceu rem sua natura non illicitam, sed in rebus dubiis Divinam vo-
7 luntatem indicantem *c. 1. C. a. 26. q. 2.* Confer. Hahn. *in Observ. ad*
Wes. Vol. 1. pag. 458. Reyher. *in Thesaur. jur. voc. Sors.* devenire nullibi
prohibitum est. Lessius *de J. & J. Libr. 2. c. 3. Dub. 9. 60.* Stephan.
Fagundez *in Decal. Lib. 1 c. 40. n. 16.* Franc. Balduin. *De Casib. Consc.*
Lib. 3. c. 6. q. 9. vers. in rebus dubiis. Laurent. Tennin. *in Tr. Cautel. Cau-*
tela. 179. n. 18. Brunnem. *ad L. fin. C. Comm. de legat.* (2) Quod Sors, quam
8 ambiguorum (cum contradictiones comprimere & NB. *inter Poten-*
tes etiam judicare juxta Sapientissimi Regum Salomonis doctrinam
Proverb. 18. vers. 18. ibi: Das Loß stillet den Hader/ und scheidet NB.
9 zwischen den Mächtigen/ dicatur) Judicem rectè appellat Mevius *ad*
Jus Lub. Lib. 2. p. m 117. sit quædam Dei sententia, Theodoret. *in quæst.*
in Lib. Numeror. Victorin. Strigel. *arg. Cap. 26. Numer.* ac Divinæ vo-
10 luntatis declaratio, Augustin. *Ps. 30. & in c. 2. Cap. 26. q. 2.* Erasm. *Actor.*
Capitulo. 1. Conrad. Pelican. *Numer. 33. vs. 54.* Joan. de Turre Cremat.
in c. qui autem 26. qv. 2. n. 4. Baldus *in L. fin. C. Comm. De Leg.* & Coth-
11 man. *Vol. 5. Consil. 29. n. 27.* Imo in Sortitione ipse Deus Judex sit,
qui sortes in sinum missas temperat, illarumque eventum gubernat
juxta *Proverb. c. 16. vers.* 33. quod in versione B. Lutheri optime ita
transpositum legitur. Das Loß wird geworffen in den Schoß/ aber es
12 fället/ wie der HERR will. Ut hinc in hac humana prudentia haud
extricabili *dubiæ Primogenituræ* quæstione non ad alium tutius confu-
gere liceat judicem, quam ad *Omniscium* ac *Justissimum* Deum, Divi-
num ejus ac infallibile judicium precibus, ad ipsum humillime fusis,
debita cum reverentia, omnique posthabito temeritatis sensu, im-
13 plorando, ac sequendo: Comprobantibus (3.) illud decisum, quod
ipse Deus, qui hujus judicii Sortis, Dux est, dedisse pie creditur,
sacris

ſacris litteris, non uno in loco in cauſis perplexis ac dubiis, ubi humana diligentia veritatem elicere non eſt potis, inque rebus dividendis, ſortis uſum, ceu optimum eruendæ veritatis remedium, populo Judaico præſcribentibus, uti videre eſt [*Levitic. 16. verſ. 8.* Ubi ex duobus hircis, qui Domino offerreretur, *ſorte electus* eſt. (b) *Numer. 26. verſ. 55. Item Cap. 33. verſ. 54. junctis. Cap. 34. verſ. 13. & Cap. 36. verſ. 2.* Ubi ipſe Deus terram promiſſam inter tribus populi Iſraëlitici *ſorte* juſſit dividi. (c) *1. Samuel. 10. verſ. 19. ſeqq.* Ubi Saulum ad mandatum Dei *ſorte* deſignatum eſſe Regem legitur. (d) *1. Paralipom 24. ſeq.* Ex quo loco ſacerdotia *ſortibus* deſignata eſſe probare ſatagunt, Harprecht. *ad pr. J. de S. ab J. n.* 126. Hunnius *Var. Reſol. Lib. 3. Tractat. 1. qu. 21. n.* 4. Cothman. *Conſil. Lib. 5. Reſp. 29. n.* 11. *cum* Tiraquello, de Cævallos, & *aliis d. ll.* Huc pertinet *Cap. 1. Actor. Apoſt. verſ. fin.* Ubi, cum Petrus & ceteri Apoſtoli in locum Judæ Iſcariothis alterum ex Joſepho & Matthia ſubſtituere decreviſſent, *ſorti* rem commiſerunt, qua mediante Matthias in numerum Apoſtolorum fuit cooptatus. *Conferatur. c. 2. & 4. Ca. 26. qv. 2. & c. 1. Diſt. 21.* (e) *Joſuæ. 7. verſ. 14. 1. Reg. 14. verſ. 43. & Jonæ.* 1. Ubi mediante *ſorte* ſcelera ſunt inquiſita & detecta. (4) Quod illuſtribus inſuper exemplis *ſortis* judicium corroborari videatur, quæ fere innumera ex probatis Hiſtoricis, aliisque fide dignis Scriptoribus accumulavit Tiraquellus *d. Tr. qv. 17.* & De Cævallos *ſupr. all. loc. n.* 21. *ſeqq.* Ex quibus hac vice adduxiſſe ſufficiet, quod (a) Romæ poſt fata Romuli, *ſorte augurii*, ut novam imperio regeret urbem, electi, Inter Rex *ſorte* delectus fit. (b) Quod Darius primus Perſarum Rex *ſorte* imperium obtinuerit, Vid. Polyanus *Lib. 7. Stratagemotan.* Herodotus *Lib 3.* & Ammianus Marcellinus *Libro 23. poſt medium*: itidemque [c] Alexandri M. Succeſſores, referente Juſtino *Lib. 13.* Regnum *ſorte* inter ſe diviſerint. Vid. Hunnius. *Var. Reſolut. ſupr. ſæpius all. loc. n. 4. Opin. 1.* Ubi illos triumviros, Auguſtum ſc. Lepidum & Antonium, Orbis imperium *ſorte* partitos fuiſſe, ex Appio Alexandrino *Lib.* 1. *paulo poſt principium*, probat, idemque de tribus Conſtantini M. filiis teſtari Hiſtoricos aſſerit. Accedit, quod tantum abſit, ut *Legibus Civilibus* judicium *ſortis* reprobetur, ut potius variis in locis illud maximo commendetur opere. Sic (a) in *L. Quæ ſunt cautiones. 5 ff. Famil. erciſ.* heredes ex iisdem partibus ſcriptos, ſi inter ipſos non conveniat, apud quem potius cautiones heredi-

Margin numbers (right margin, in order): 41, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27

28 reditariæ esse debeant, sortiri oportere docet JCtus Cajus (b) In *L.*
24. §. 17 *ff. De Fideic. libert.* statuitur ab Ulpiano JCto: *Sorte* dijudicandum
esse, qui potius manumittendi sint illo, quod relictum est, ad
29 *quorundam* quidem, sed *non ad omnium* pretium sufficiente. Idem
Ulpianus [c] in *L. 2. ff. De Judiciis*, utroque in actionibus duplicibus
ad judicium provocante, *sorte* rem esse dirimendam, ac uter illorum
30 pro actore haberi debeat, determinandum esse, decidit. Pariter &
(d) Imperatores Theodos. & Valent. *in L. 2. C. Quando & quib. pars*
quart. heredibus in rei communis divisione non convenientibus,
sortis commendant judicium, *Vid. Ddres passim ad h. L. 2.* &
31 Schrader de Feud *P. 7. c. 5. num. 66. juncto* Cothmanno. *Lib.*
V. Consil. 29. num. 20. seq. Ipseque [e] Imperator Justinianus in
L. fin. C. Comm. de Legat. & §. 23. in fin. J. De Legat: pluribus, quibus
optio relicta est, non convenientibus in electione, *sortem* judicem
constituit, ut hic præferatur in optione, quem *sors* prætulerit: Sexcentis
aliis juris Civilis textibus, in re dubia ad *sortis* judicium al-
32 tercantes ablegantibus, jam brevitatis amore consulto omissis. Et
huic Juri Divino, ac Humano consonanti Opinioni, qua in dubio
casu, & ubi humana prudentia speratum res exitum feliciter sortiri
haud potest, sortis pie riteque institutæ præfertur decisum, quaque
& incerta Gemellorum prioritate existente, illi primigenituræ tri-
33 buitur prærogativa, quem *Sors* pro Primigenio habet, calculum
non illo duntaxat casu, quo utroque Gemellorum ad *sortis* judicium
provocante, sicque ob concurrentem utriusque voluntatem omni
prorsus cessante injuria, dubium primogenituræ jus *sorte* determinatur,
nobiscum adjiciunt Brunnem. *ad L. 10. n. 8. ff. de Reb. Dub.* Stryck,
34 *in Tr. de S. ab J. Diss. 1. c. 3. §. 23.* Limm *ad A. B. Cap. 7. §. 2. Obs. 6.* Rumelin.
ad eand. Diss. 6. th. 8. in fin. Besold. *de Reg. Success. Lib. 1.*
Diss. 4. num. 16. Hunn. *Var. Resol. d. l. Op. Imo in fin.* sed indistincte
etiam hoc casu, quo alter Gemellorum *sortem* reformidat,
subscribunt Harprecht *ad Tit. de S. ab J pr. n. 125. seqq.* Decius *in c. Licet*
Caussam. 9 X. De Probat. n. 28. Carol. Molin. *in Comm. Consuetud. Paris.*
35 *Tom. 1. §. 8. Gloss 1. n 3. cum seqq.* Dn. Schlevogt. *in Dissert: De Jure Primogenit.
& Majoratus th. 8.* & Dn. Petr. Müller: *in Dissert. De Binis dubii*
partus Casibus, eandemque in terminis ab Illustri JCtorum Collegio
in Academia Jenensi approbatam esse, docet sequens Responsum,
Mense Septembri, Anni 1683. juxta Exc. Dn. Schlevogt. vel ut vult.

Exc.

Exc. Dn. Müller, An. 3685. conceptum, quod pro illustratione præ- 36
fatæ sententiæ, promissis, *supra in Præfamine n. 26.* factis fidem daturo, huc conceptis transcribere verbis placuit.

P. P.

ALs Ihr Uns berichtet/ welcher gestallt weyland Herr B. von W. Oberster/ etzliche Allodial, von seinem eigenen im Kriege erworbenen Geldern erkauffte Güter/ nemlich F. und O. bey lebzeiten besessen/ kurtz vor seinem tödlichen Hintritt aber/ einen beständigen Willen hinterlassen/ und so viel die Institutionem heredis betrifft/ darinnen mit folgenden Worten disponiret:

Zu meinen Erben setze ich ein meine einige und liebe Schwester/ Jungfr. A. M. von W. jedoch mit diesem ausdrücklichen Bedinge/ und Masse/ daß der erste von Ihr aus rechtmäßiger Ehe mit einem Ehrlichem gebornem vom Adel gezeugte Männliche Erbe und Sohn meines Gutes zu F. der ander hernach erzielte aber des Gutes zu Z. und aller daselbst befindlichen Mobilien/ nichts davon ausgeschlossen/ Universal Erben dann/als jetzo/alsdann sein/und solche Güter von selben auf ihre männliche Erben/ NB. allezeit den Erstgebohrnen/ zu Conservirung der Splendor ihrer Familiæ und Geschlechtes/ ferner und unverändert durch Erbgangs-Recht fallen/ kommen/ bleiben/ und NB. alle Theilung ihnen ausdrücklich verbothen seyn sollen.

NAch welchen erfolgten Todes-Fall/ angeregte einige Schwester Testatoris dieser Güter/ darinnen Ihres Bruders des Herrn Obersten T. von W. Erbschafft bestanden/ sich angemasset/ darauf mit einem von Adel G. von L. sich verehliget; Da Sie nun GOtt mit Leibes-Früchten gesegnet/ und die Zeit der Geburt sich genahet/ habe Sie vor gut befunden/ zu Ihres Ehe-Herren Fr. Mutter sich zu begeben/ um bey ihrer Entbindung und 6. Wochen dero Raths/ und Wartung zu geniessen; Sie sey aber unterwegens mit denen Geburts-Schmertzen befallen/ und in einem kleinen Dörflein einzukehren bemüßiget worden: Gestallt Sie daselbst mittelst glücklicher Geburt zwo Söhne/ Christian und Johann/ nachmahls in der Tauffe benahmet/ zur Welt gebohren; Weilen solches aber eilig zugangen/ und nur einige wenige Baurweiber hiebey sich befunden/ die aber meist mit der Wöchnerin/ so sehr schwach gewesen/ zuthun gehabt/ so sey harum muliercularum incuria geschehen/ das nicht beobachtet worden/ wer unter diesen Zwillingen der erste/ oder ander ge-

borne sey: Dannenhero ihr über nachfolgende Frage unsere Rechts-Belehrung verlanget:

Wer unter diesen / aus ein oder andern zugleich angeführten Umständen / für den Erst- oder Angebohrnen zu halten / und ob nicht beyden Eltern hierunter zu disponiren / oder auch wohl eine æqualität unter diesen Brüdern zuverfügen stehe / oder was sonst dißfals Rechtens / und zu Verhütung alles unter angeregten Brüdern besorgenden Streits (weiln das Gut F. ein weit höhers wehrt ist / als das Gut Z.) ersprieß- und practicirlich seyn mögte?

Demnach sprechen wir / nach fleißiger der Sachen Erwegung auf diese Frage vor recht: Ob wohl einige Rechtsgelahrten in dergleichen NB. sehr Zweiffelhafften Fall und unterlauffenden Umständen und Vermuthungen / bald dem Starcken / bald (2) dem Verständigsten / und Klügsten / bald (3) dem Schönsten den Vorzug bey der Erstengebuhrt zu billigen / bald (4) des Vaters Willen hierunter die determination und Wahl anheim stellen: Noch andre wegen des sonderbahren unterlauffenden Zweiffels (5) Die *Commoda Primogenituræ* zwischen beyden zu Theilen rathsam, und billiger achten; Demnach aber und dieweilen besondern das Letzte / nemlich die Theilung von dem Testatore ausdrücklich verbothen / und von dessen / nicht aber der Eltern Willen / dieses gantze Werck hanget / und solcher die Institution als ein Gesetz / welches sie keines wegen überschreiten können / bindet: Sonst auch die von dem Testatore angeführte ratio, und splendor & conservatio Familiæ, præprimis Senioris & Primigenii, utpote magis dilecti, gar hinten an gesetzet würde; Hergegen andre / auch vornehme Doctores aller obigen angeführten Umständen wegen (6) Sortem, und daß beyde es aufs Loß stellen sollen / vorziehen / als dessen Führer der allwissende GOtt selber ist / und so wohl inhalts göttlicher Schrifft / als auch geist- und weltlichen Rechten / sothanes Mittels in den meisten zweiffelhafften Dingen sich zu bedienen / gesetzet und zugelassen: So halten wir davor / daß auch hierunter durch solches Loß beyden Gebrüdern / sich auseinander zu setzen / am füglichsten und billigsten zu rathen sey: Es stehet aber nachmahls den Eltern frey / ob / und wie Sie durch eigene Güther / und in ihren letzten Willen zu Erhaltung ihres Zwecks der erlangenden Gleichheit / dem jenigen / welchem das geringste Guth durchs Loß zufiele / vor den andern ein Vortheil gönnen wolten / als welches zu thun ihnen unbenommen: Je-

doch

Doch wäre hiebey dem andern wenigst die Legitima Salva zu lassen. V.R.W.

Nec obstat dictis (1.) Quod *sors* non æquo semper pede decurrat, sed cum judicium sortis & fortunæ juxta Baldum *in L. 2. C. Comm. de Legat.* æquiparentur, imo sors ipsa fortuna esse dicatur §. 23. *J. de Legat. & L. fin. C. Comm. de Leg.* hæc vero, docente Cicerone *Lib. 2. De Natur. Deor. & Lib. 2. De Divinat.* varia ac inconstans sit, sæpeque illi faveat sors, cui jus parum est propitium, quemque ob prævalentem qualitatem alterius, huic postponendum esse, rectiori stantueret judicio, Vid. Hunn. *Var. Resol. L. 3. Tr. 1. qv. 21. p. 722.* Respondendum enim est, dicta de *Sorte temeraria*, citra necessitatem, cœco impetu & pravo affectu suscepta, non vero de *forte legitima, & ordinaria* illo casu cum debita reventia & pietate, precibusque ad Deum humillime fusis suscepta, ubi summa utrobique adest necessitas, & alterutrum necessario est eligendum, utrum autem eligi debeat, humana assequi prudentia aut judicio non licet, intelligenda esse; Sicuti enim illius Dux non est Deus, ita hæc Divinæ voluntatis revelatrix recte audit, & Deo quasi Judice, illo Omniscio, juste determinat, uter primus in dubiæ Primogenituræ casu, ex utero materno prodierit. *Conferantur notatab. Cap. 1. &* Dn. Cothman, *Consil. Lib. V. Resp. 29. n. 28. juncto* Brunnem. *ad L. fin. Commun. de legat.* 37 38 39

Nec Obstat (2) Quod per *sortem* Deus videatur tentari, Vid. Brunnem. *ad L. 10. ff. de Reb. Dub. n. 23.* contra expressam Servatoris nostri prohibitionem *Matth. Cap. 4. vers. 7. Luc. 4. vers. 12. jungatur Dutern. Cap. 6. vers. 16.* Respondemus enim Negando cum Magalandro B. Luthero *in Cap. 1. Jonæ* per *sortem Legitimam & Ordinariam* tentari Deum, hoc scilicet casu, quo nullus humano consilio locus est, & alteruter tantum primogenius esse potest, neque alii, quam Primigenio, præcipuum Primogenituræ jus deferri debet. Conf. B. Brunnem. *ad L. 10 ff. De Reb. Dub. n. 24. seq.* 40 41

Nec Obstat [3] Quod magni nominis Theologi non minus, vid. Victorin. Strigol. *1. Samuel. 10. & Actor. 1.* Hieronymus *super Jonam Cap. 1.* Beda *super Act. Apostol. ad Cap. 1.* quam ipsum Jus Canonicum *sortis* judicium reprobare videatur *Vid. c. 2. & 4. Ca. 26. qu. 2. c. 6. & 7. Ca. 26 qu. 5. Cap. fin. X. De Sortilegiis.* Respondendum enim est, distinguendum esse inter *sortes simpliciter Divinas & extraordinarias*, hominibus non imitandas, de quibus allegati Theologi & *cap. 2. cum 4.* 42 43

C.26.qu.2.nec non c fin.x. De sortileg. loquuntur, (2) inter *sortes Diabolicas, s. Divinatorias*, de quibus *c.6. & 7. Ca.26.q.* loquuntur & (3) inter *sortes legitimas, ordinarias, seu* Judiciarias, quæ medii ceteroquin generis esse
44 dicuntur. Vid. Cothman. *d.l.n.28.* Johan. Brent. *cap.13. Josuæ* Petr. Martyr. *in loc. Comm. De Sortibus.* Has neque Theologos, existente necessitatis casu, neque jus Canonicum improbare, sed commenodare potius, constat ex dictis Augustini *in Libr. Psalmorum in Psalm.30. Concione 2. ad vers. In manibus tuis sortes. Et can.1. Ca.26.q.2. aliisque supra allegatis.* Conferatur Harprecht. *ad §.23. J. de Legat.* Dn. Osiander. *ad Numer. c.34. vers.13. & Josuæ c.7. vers.14. junctis illis*, quos plena manu allegat Brunnem. *ad L. fin. C. Comm. de Legat & ad L.10. ff. De Reb. Dub. & præprimis* Molin. *ad Consuetud. Paris. p. mihi. 195.*

45 Nec Obstat (4) quod nullibi in integro jure nostro vel minimum exstet vestigium, ex quo cognoscere daretur, in nostro casu permitmitti ad *sortis* confugere judicium. Respondendum (1.) Impossibile
46 esse singulos casus Lege comprehendi posse, per *L.10.* 11. 12. *13. ff. De LL.* (2.) Sufficere, quod nullibi nostro in casu sors reperiatur prohi-
47 bita: Quicquid enim in jure *expresse* prohibitum non est, id eo ipso censetur permissum & concessum. *arg. L.1. §.1. ff. De Testib.* Vid. Harprecht. *ad pr. J. de J. ab J. n.129. seq.* & Cothmann. *supr. all. loc. n.39.*

Nec Obstat (5.) quod juxta plurium Interpretum sententiam
48 *sorti* non possit locus dari, nisi in casibus à jure expressis. Vid. Bald. *in L.2. Quand. & quib. pars quarta.* Jason. *in L. fin. C. Comm. de Legat.* Hie-
49 ron. Schurff *Consil.71.n.23. Cent.1. aliique* Respondendum enim est, dictum assertum petere principium: Vid. Cothman. *supr. all. loc. n.38.* Molin. *ad Cons. Paris. n.23. p.m.197.* Ubi docet, hoc axioma nullo
50 jure probari. *jung.* Alex. *in L. Hujusmodi §. fin. ff. De Legat.1.* Venioremque & communiorem esse contrariam Regulam: *Sortem sc. judiciariam* esse permissam, quatenus non expresse legitur prohibita, quam tradunt cum Cothmanno *proxime allegato loco*, Daniel. Moller. *In Constit. Saxon. Constit.15. P.3.n.18.* Molinæus *d.l. ibique all.* Joh. Faber.

51 Neque majoris momenti est, Quod (6) communissimis JCtorum sententiis receptum ac probatum sit, sortem in *facti quæstionibus* judicem constitui non debere, sed factum allegantem illud probare
52 oportere. *L.23. C. De Probat.* quam sententiam cum Glossa *in L. Unic. verb. Prohibebit. in fin. C. Uti possidetis* tuentur Cynus, Bartolus, Baldus, Salicetus, Angelus aliique *ad d. L. fin.* junctis Jasone,

Ale-

Alexandro, Corneo, aliisque *ad. L. fin. C. Comm. de Legat.* nec non Johanne de Anania *in c. fin. X. De Sortit. ibidemque* Joh. Andr. Panormitano *& omnibus fere Canonistis in Cap. licet cassam 9. X. De probat.* Hæc autem quæstio: Uter ex Gemellis sit primogenitus? sit facti per 53
L.16. ff. De S.H. Vid. Tiraquell. *d. Tr. q.17. Opin.1.n.19.* Hunnius *Var.* 54
Resol. Lib.3. Tract 1. q.21. n.5. p.722. Ergo nec in illa decidentia liceat, propitio jure ad *Sortis* judicium confugere. Nam & hic committi- 55
tur fallacia petitionis principii: Præterquam enim, quod Excellentiss. Thomasius *in eleganti Dissert. De Dubia Temporis prioritate, Cap.2. n.39.* 56
neget, hanc *Facti*, & non *juris* esse quæstionem, eo, quod hic in tali versemur casu, ubi prioritas nativitatis à Gemellis non potest probari, ea vero, quæ facti sunt, probari debeant, quæque probari nequeunt, in illis quæratur, *quid juris?* Recte in hoc asserto quorundam JCtorum 57
desiderat Harprecht. *ad pr. J. De S. ab J. n.111.* Cothmannus *d. Consil.29. Vol 5. n.35.* cum inibi allegato Decio, Tiraquello, Molinæo & Mol- 58
lero *supr. all. loc. & Semestr. Lib.2. c.29. n.2.* juris assistentiam, cum eædem rationes, quibus in dubio *juris* ad judicium *sortis* recurritur, æque militare videantur pro dubio *facti*, scilicet, ut ambitionis, vel gratiæ su- 59
spicio auferatur, *arg. L. Generaliter 24. § 17. ff. de Fideic. libert.* & alterca- 60
tio finiatur, *L. fin. C. Commun. de Legat.*

Neque porro obstat (7) quod per judicium *sortis* illi tamen possit contingere præjudicium, qui revera primus est genitus, si pro secundo genito *sors* ceciderit. Respondendum enim est: Hic nesciri, quis 61
sit primo aut ultra genitus, & cum neuter qualitatem primogenituræ probare possit, ipsum credi primigenium, quem sors pie riteque instituta pro primogenito habet, hunc non esse primogenitum, *sorte* victo altero Gemellorum probare non valente.

Nec Obstat (8) Ad sortem invitum tamen cogi non debere, uti 62
post Joh. Andr. & alios, docet Tiraquellus *d. l. Opin.1. n.94.* Menoch. *de A. J. Q. Lib.2. Cent 5. Cas.445. n.11.* Daniel. Möller. *Semestr. Lib.3. C.29. n.2.* Respondendum enim est, id regulariter procedere, & ubi ulla 63
ratione sperari alia adhuc via potest eluctandi, & dubiæ quæstioni commodam decisionem extra sortem inveniendi.

CAPUT IV.

Sistens

Rationes rejectarum reliquarum opinionum, nec non resolutionem argumentorum pro Illis Capite II. adductorum.

SUMMARIA.

Ingressus. 1

Recensentur rationes, quas propter PRIMA *Ddrum* OPINIO, *Possessori favens, rejicitur.* 2. *seq.*

Non videtur par Gemellorum esse causa, incerta licet illorum primogenitura existente, cum revera tamen alter altero prior natu sit. 3

Morali æstimatione paria sunt, non esse & non apparere. 6

Illo in possessione constituto, quem semper Parentes pro Primigenio habuerunt, cuique vivi bonorum possessionem jam tradiderunt, fortior pro Possessore militans Primogenituræ præsumtio, onus probandi devolvit in Fratrem congenitum non-possidentem, se natu esse majorem. 10

Ab hoc casu, ad illum, quo neuter Parentum, post fata possessionem occupantem filium pro primigenio habuit, non valere illationem, demonstratur. 11

Ad obstantem Regulam: In Pari causa meliorem esse possidentis conditionem, respondetur. 13

Heres totam hereditatem possidens, frustra ad præsidium hujus regulæ confugit, coheredem à petitione suæ portionis repellere intendens. 14

Recensentur rationes rejectæ SECUNDÆ OPINIONIS, utrumque Gemellorum hoc casu pro indiviso simul admittentis. 17

Refragatur consuetudini Regnorum, Legi Imperii publicæ & intentioni Testatoris, uno plures admitti, quoties jus Primogenituræ obtinet. 18. *seq.*

Notatur Rumelinus hoc casu ambos ad Electoratum admittens, 20

Ad-

Administratio plurium non raro subditis parum proficua esse solet. 21
Adducitur in hanc sententiam Molinæus, deprecans Deum Optimum-Maximum, ne casus duorum simul regnantium in Hispanorum Regnis amplius contingat. 22
Respondetur ad Rationem Primam & Secundam *rejectæ hujus Opinionis.* 24. & 27
Ad rationem Tertiam *respondetur.* 28
Ad Quartam. 29. *seq.*
Ad Quintam. 30. *seq.*
Adducitur & rejicitur ridicula Baldi ratio, qua pro adstruenda hac utitur Opinione, scilicet, qui gemini sunt in cælo, etiam gemini erunt in terra. 34
Ad Sextam *rationem respondetur.* 35. *seq.*
Recensentur rationes rejectæ Tertiæ Opinionis, utrumque *quidem, Gemellorum simul, sed non* pro indiviso *verum* alternis vicibus *admittentis.* 37
Alternatio Primogenituræ repugnat indoli. 38
Et Consuetudini Imperii, simulque Testatoris intentioni, Primigenio faventibus, haud congruit. 39
Tristem Alternationem habuisse exitum, exempla probant adducta. 40
Ad rationem pro hac opinione Primam *respondetur.* 41
Ad Secundam. 42
Ad textus pro eadem stabilienda adductos omnes respondetur. 43
Ad Exempla respondetur. 44. & 46
Legibus, non exemplis judicandum est. 45
Afferuntur rationes rejectæ Quartæ *JCtorum* Opinionis, *neutrum Gemellorum h. c. admittere volentis.* 47. *seq.*
Hujus Opinionis Assertor adducitur Unicus Imola, isque adhuc hæsitabundus. 48
Ad rationem Primam *pro hac sententia adductam respondetur.* 51.
Ad Secundam. 52
Ad L. 31. ff. De Manum. test. 53. *seq.*
Ad L. 10. ff. de Reb. Dub. 54. *seq.*
Ad L. 30. ff. de Testam. tut. 56
Ad L. 2. ff. De Lib. & Posth. & L. 62. §. 1. ff. De Hered. inst. 57
Recensentur rationes rejectæ Quintæ *JCtorum* Opinionis, *Gratificationi Parentum h. c. locum dantis.* 58
Princeps nemini jus quæsitum sine caussa adimere potest. 59
Jus pro lubitu eligendi Primogenitum ex pluribus filijs, Jus Divinum Patri denegat. 61
Ad Primam *rationem pro hac sententia, respondetur.* 62
Ad reliquos textus. 63
A diversis diversa est illatio. 64
Recensentur Variæ Ddrum Opiniones circa quæstionem, qua quæritur: Utri debeatur præmium, illi promissum, qui primus in oppugnatione

tione civitatis mœnia conscenderit, duobus simul eadem conscendentibus, nec apparente, uter illorum prior ascenderit? 66, *seqq.*
Ad Tertiam *rationem respondetur.* 65 & 69
Ad Quartam *rationem respondetur.* 70 *seqq.*
Enarrantur rationes rejectæ Sextæ *JCtorum* Opinionis, *Robustiori præcipuum Primogenituræ jus tribuentis.* 73 *seqq.*
Ad rationem primam *respondetur.* 78
Ad L. 9. §. 1. ff. De Reb. dub. *respondetur.* 79 *seq.*
Ad L. 10. §. 1. ff. D. Reb. dub. *n.* 81. *seqq.*
Ad exemplum de Columbis, respondetur. 85. *seq.*
Exhibentur ultimo rationes rejectæ Septimæ *JCtorum Opinionis, Formosiori inter Gemellos Primogenituræ prærogativam concedentis* 87. *seqq.*
Ad rationes pro hac sententia adductas respondetur. 91. *seqq*
Epilogus. *n.* 95

1 RECensitis *Capite II.* variis circa *Dubiæ Primogenituræ jus* variorum
JCtorum Opinionibus, illarumque fundamentis omni oculorum, ac mentis acie perlustratis, restat, ut *hoc Capite IV.* postquam, quæ mihi sedeat sententia, fusius *Capite III.* exposui, paucis, ne modum migret præsens Meditatio, adhuc subjiciam rationes, quibus motus, meum illis adjicere calculum dubitavi, addita argumentorum pro illis adductorum, ea, qua fas est, modestia, brevi resolu-
2 tione. Et quidem, quod PRIMAM attinet OPINIONEM, *quæ ex Gemellis possidentem Fratrem præfert non-possidenti*, ideo huic assurgere nolui, quia mihi imperare non quivi, ut crederem, in decidenda *dubiæ Primogenituræ* quæstione ad *prioritatem possessionis* tuto esse re-
3 spiciendum: Præterquam enim, quod & *Secundo Genitus* prior potuerit nactus esse possessionem, invito jure hoc casu jus, ex *Prioritate nativitatis* Primigenio quæsitum, ipsi ademturus, par hic utriusque
4 caussa esse non noscitur, cum revera alter altero prior natus sit, licet primogenituram probare non valeat. Et sane, sicuti misera, oppidoque frigida est sequela: Hic Gemellorum prior occupavit posses-
5 sionem e. g. Regni, Electoratus, vel rei legatæ: E. Est Primige-
6 nius; ita, posito etiam, morali æstimatione paria censeri, non
7 esse, & non apparere, sicque parem Gemellorum videri caussam esse, iniquum tamen omnino foret, si unus ex Gemellis Regnum, Electorum vel rem legatam possidens, fratrem, æquali jure hereditario secum gaudentem, velit exclu-
dere,

dere, Primigenii appellatione illum denotante, qui reliquos præce- 8
dit; quod cum possidens prætendere nequeat, utpote probare non 9
valens, se Fratre non possidente priorem esse, nil quicquam in hoc 10
negotio ipsi sola proderit possessio. Illud interim facilius largior, si ille in possessione sit, quem Parentes ex Gemellis semper pro Primigenio habuerunt, & cui bonorum possessionem ipsi vivi jam tradiderunt, tum pro possessore fortiorem militare primogenituræ præsumptionem, translativam oneris in Fratrem probandi, se natu esse majorem: At verò ab hoc ad illum non procedit illatio casum, quo Paren- 11
tes neutrum Gemellorum Primigenium recognoverunt, alterutrô illorum post fata Patris possessionem occupante.

Nec facit pro hac Opinione (1.) adducta *supra Cap. 2 n. 7. seqq.* ju- 12
ris regula: *In pari caussa meliorem esse possidentis conditionem.* Resp. enim est: Illam Regulam non esse universalem, nec omnibus promiscuè controversiis commodè applicabilem, sicuti ex integra Dissertatione 13
Excell: Dn. Strykii *De Possidente non meliore.* ubi varios reperire casus est, in quibus possidentis conditio non censetur esse melior, illô, qui non possidet, ad oculum claret. Idemque victum dat Exc. Thomas. in 14
Diss. ne, *De Dubia ac Incerta temporis Prioritate & Posterioritate. Cap. 2. §. 42. in fin.* exemplô heredis, totam hereditatem possidentis, portionemque hereditariam petentem coheredem hàc Regulâ repellere volentis, cui nil præsidii ad retinendam totam hereditatem ex sola totius massæ hereditariæ possessione obventurum esse, rectè deducit.

Neque majoris momenti est (2.) allegatum *n. 13. d. Cap. 2.* capitu- 15
lum 31. *x. De Præbend. in 6.* Respondendum enim est, illum casum nostro in eo absimilem esse, quod fieri potuerit, ut, cum â diversis eadem die duobus collatum sit beneficium, etiam eodem temporis momentô sit collatum, sicque reverâ alterutrius conditio non sit potior, quo casu analogiæ juris haud contrariatur, possidentis conditionem præferri; quod secus in nostro casu, quô semper alter Gemellorum prior natu est, licet prioritas nativitatis non appareat. Alias respon- 16
siones publico reservamus conflictui, cùm temporis angustia prolixioribus hic nobis esse non liceat.

Non magis arridet SECUNDA OPINIO, *Utrique Gemellorum* 17
æqualiter favens; Sicuti enim hæc sententiâ cum consuetudine Regni, 18
non nisi *unum* duntaxat, eumque *Primigenium*, reliquis omnibus ex-

19 clusis filiis, ad habenas Imperii admittente; itidemque cum Imperii
Legibus, non nisi *unum* e. g. ad Electoratum admittentibus, Vid.
Limnæus *ad A.B.c.7. §.2. Obs.7.* (Ubi ex hâc ratione notat Rumelinum,
20 ambos hoc casu ad Electoratum admittendos esse, evincere conan-
tem,) tandemque cum Testatoris dispositione, rem legatam inter
plures dividi nolentis, stare potest minimè, ita primogenituræ etiam
21 planè contraria est, quippe quæ vult, ut bona penes *unum*, eumque
Primigenium duntaxat remaneant, administratione plurium insuper
populo ac subditis parum proficuâ non rarò existente, quò forsan re-
22 spexisse videtur Cævallos, *qu. 248. n. 72. 22.* Molinæum *referens* depre-
cantem Deum Optimum Maximum, ne casus duorum simul regnan-
23 tium in Hispanorum Regnis amplius contingat.

Hisce non adversatur (1.) quod æquali Gemellorum conditione
existente, æquitatis postulare etiam videatur ratio, utrumque æqua-
24 liter admitti. Respondendum enim est. Licet in eo quidem nostrô
25 in casu æqualis appareat gemellorum conditio, quod neuter illorum
26 prioritatem nativitatis docere possit, in eo tamen utique disparem il-
lorum esse conditionem, quod unus reverâ ante alterum sit natus,
27 quem sorte pie riteque institutâ invenire licet. Idem respondetur ad
28 rationem Secundam *supr. Cap. 2. n. 23. seqq.* adductam.

Ad Tertiam *n. 29. Cap. 2.* respondeo rationem illam procedere il-
lis in casibus, in quibus nec loci consuetudo, nec publica Imperii
lex, neque expressa testatoris intentio *plures* admitti negat, nullum-
que restat judici remedium, jus præcipuum inter colligantes inve-
niendi.

29 Nec Obstat (4.) *L. 14. C. de Fideic. libert.* Præterquam enim, quod
decisionis ratio in *Favore libertatis* consistat, per verba *fin. d. l.* ut ejus fa-
vore relicta nascituro libertas, pluribus simul natis, omnibus re-
30 licta videatur, casus etiam dictæ legis â nostro planè est diversus, cùm
inibi non quæratur, aut incertum sit, uter Gemellorum prior natus
sit, neque libertas Primigenio tantum sit relicta.

31 Neque magis refragatur (5.) *L. 24. ff. De Vulg. & Pupill. Subst.*
32 Respondendum enim est, sicuti ratio decisionis in ipso habetur textu,
casui nostro plane non applicabilis, scilicet, quod supremus non
33 is tantum intelligatur, qui post aliquem, sed etiam, post quem
nemo est, ita, quod ex dicto textu eliciunt pro hâc opinione
JCti, nempe, duobus mortuis, & non apparente, uter illorum

prior

prior mortuus sit, utrumque simul vitâ defunctum censeri, ex eodem probari minimè, hincque inde ad nostrum casum factam illationem non felicius concludere, quam ridiculam Baldi rationem, quâ pro adstruendâ hâc utitur sententia, scilicet, quia Gemelli in cœlo sunt gemini, ergo in terra etiam erunt gemini, simul ad successionem vel capiendam rem testamento relictam admittendi. Vid. Tiraqv. *De Primogenit. q. 17. n. 3.* & Exc. Thomas. *d. Differt. c. 2. n. 46. in fin.*

Minus adhuc pondus dictæ Opinioni addit (6) *L. 16. C. de Fideic. Libertat.* cum ratio decisionis in pœnâ moræ, ab herede commissæ, ne huic mora sit proficua, consistens, Vid. Brunnem. *ad d. L. n. 22.* nostro applicari casui non possit, sicque hîc iterum committatur fallacia consequentiæ. 35 36

Ex quibus verò rationibus *Secundæ Opinioni* calculum meum subduxi, ex iisdem etiam rationibus TERTIÆ JCtorum OPINIONI, utrumque quidem Gemellorum, dubiâ illorum Primogeniturâ existente, sed non pro *indiviso*, verum *alternis vicibus* admittenti, accedere dubitavi, scilicet, quod hæc Alternatio Primogenituræ repugnet, volenti, non nisi penes *unum* eumque *Primigenium* bona *perpetuò* remanere debere, quodque consuetudo Regni, ac Imperii Leges, juxtim & Testatoris dispositio, non nisi *Unum perpetuò* velint Regno, Electoratu, ac rebus in testamento relictis, potiri, fruique debere; Ut taceam, quod, tristissima Eteoclis & Polynicis, *apud Euripidem in Phœnissis* Amulii item & Numitoris *apud Livium Lib. 1. Histor*, exempla, de quibus Tiraquellus *1. q. 17. n. 8. & 9.* Exc. Thomas. *d. Differt. Cap. 2. n. 44.* videri possunt, alternatum rei usum ac vicissitudinariam Regnorum, Principatuumque gubernationem non semper tutam satis esse, egregiè comprobatum, evictumque eant. 37 38 40

Ad rationem, pro hâc opinione *Cap. 2. n. 44.* allatam *primam* respondeo; Sententiæ, quæ alterum Gemellorum *minus* lædit, illam adhuc præferendam esse, quæ alterutrum *planè non* lædit, quæque indoli Primogenituræ, consuetudini Regni, Legibus Imperii, ac intentioni Testatoris magis congruit. 41

Ad rationem *Secundam Cap. 2. n. 55.* traditam respondeo, hîc non quæri de re *inter plures* dividendâ, sed de re *uni* duntaxat, eique *Primigenio* ex pluribus Fratribus, uno partu editis, assignandâ. 42

Eâdem etiam defungor responsione ad textus pro stabiliendâ hâc Opinione *Cap. 2. n. 47 seqq.* adductos. 43

Ad exemplâ, quibus tamen non est judicandum, sed Legibus,
44 earumque rationibus, *L.12.ff. De Offic. Præsid. L.Nemo.13. C.de Sent.& in-*
45 *terlocut. Cap.1.De Postul.Prælat.*Socin.*in Reg.8.&* Thomas deThomasset.
in Florib.LL.110. supra Cap.2.n.50. allata, respondeo, ea partim ad ca-
sum nostrum non quadrare, partim verò tristissimum habuisse exi-
tum. *Vid.n.40.h.Cap.*

46 Neque tandem me turbant exempla *Cap.2.n.51.seq.* Præterquam
enim, quod planè ad nostrum nil faciant casum, prius sapit fabulam
47 & Posterius de Meretrice agit. Minus verò omnium placuit
QUARTA Doctorum OPINIO, utrumque Gemellorum hoc casu
48 à Successione, reque in testamento relictâ arcens: Quæ, sicuti teste
Tiraquello, *d.l.q.17.Præf.n.5.& in Opin.6.n.21.eumque secutò* Exc.Dn.
Thomasiô *in d.Differt.Cap.2.§.49.* solum Imolam sui habet Assertorem,
49 & quidem adhuc hæsitabundum, ita planè destruit intentionem Te-
50 statoris, ac Primogenituræ indolem evertit, exque hoc potissimum
refutari fundamentô potest, quod illâ admissâ, id sequeretur absurdi,
exclusis hisce, qui gradu sunt proximiores, admittendos esse eos,
qui post hos gemellos nati sunt, Fratres gradu remotiores. Vid.Tho-
mas.*d.l jung.* Tiraquell. *d.l.Opin.6.in fin.ibique alleg.* Alex.

51 Nec corroborat hanc Opinionem allata *supr. Cap.2.n.55.* ratio
Prima. Respondendum enim est, eam procedere, ubi incertitudo
nullô certiorari pactô, ipsique disponenti imputari potest, quod non
clarius disposuerit.

52 Neque majoris ponderis est *Secunda* ratio, quam exhibet *n.57.*
Cap.2. Responderi enim potest, Sortis decisum effectum habere
probatæ Primogenituræ.

53 Ad *L.31.ff.de Manumiss.test.* Respondetur, ibi culpam residere pe-
nes Testatorem, quod certam demonstrationem non adjecerit illi
servorum, quem ex pluribus ejusdem nominis liberum esse voluit.

54 Ad primum casum *Leg.10. de Reb.dub.* respondeo, illum casum,
â nostro in eo alienum esse, quod inibi utrique Cognati *ætate pares*
sint, cùm hîc contrà reverâ alter gemellorum alterô natu sit major;
Sicque inibi legatum natu majori ex cognatis relictum, ideò im-
pediri, quia incerta Testatoris dispositio hîc certum sortiri even-
55 tum non potest. Ad Secundum verò de Capitolio casum re-
spondeo, & hîc *utrumque simul* Capitolium conscendisse indeque
rationem decisionis ad nostrum non esse applicabilem casum,
quô

quo non uterque *simul*, sed unus post *alium* natus est, licet, qui prior natus sit, ignoretur.

Pariter & *ad L. 30. ff. De Testam. Tutel.* respondeo, inibi itidem cul- 56
pam residere penes Testatorem, non clarius disponentem; Qua ea-
dem responsione etiam satisfit pro hac sententia *Cap. 2. n. 61. seq.* addu- 57
ctis *L. 2. ff. De Liber. & Posth. & L. 62. §. 1. ff. De Hered. inst.*

Gratificationi Patris, quam QUINTA hoc casu commendat 58
JCtorum OPINIO, ideo assurgere nolui, [1.] quia illa admissa, Patri invito jure tribueretur arbitrium jus ex prioritate nativitatis Primi-
genio quæsitum, pro lubitu auferendi, cum ne Princeps quidem si- 59
ne caussa jure suo quemquam privare possit. *L. 2. C. De Precib. Imper. Offer. L. fin. C. Si contra jus vel utilit: public.* Accedit, quod (2.) jus suum 60
Primogenitus non à Patre, sed aliunde, & vel à Lege Regni & providentia Testatoris, aut pactis primi acquirentis habeat, in quo Pa-
tri arbitrium jura non tribuunt; Ut taceam, Jus Divinum [3] Parenti 61
denegare facultatem pro lubitu eligendi Primogenitum, in ejus præjudicium, qui vere natu major est. *Vid. Deuteron. 21. vs. 16. & 17.*

Hisce non obest (1.) Quod in dubio gratificationi locus sit. Re- 62
spondendum enim est; Sicuti hoc duntaxat procedit in casibus à jure expressis, ob rationem à Tiraquello. *d. l. Op. 2. n. ult.* allegatam, *Conf.* Franc. Aret. *Consil. 42. Col. pen. vers. Præterea dato* Bald. *in c. 1. Col. pen Tit. De Alien. feud.* Joan. Andr. *in c. nostram. De Testib.* Hunn. *Var. Resol. L. 3. Tract. 1. qu. 21. Opin. 2. p. 724.* ita ad nostrum casum, ubi jus à Patre
non dependet, minime est extendendum. Idem ad reliquos pro 63
stabilienda gratificatione *Cap. 20. n. 16. seqq.* adductos Juris Civilis
textus respondetur; Nedum, quod à diversis diversa fiat illatio. *L. 10.* 64
C. De Probat. Cantiuncula *Consil. 10. n. 13. ibi* Nicol. Rucker. *Consil. 14. n. 47.* Menoch. *Consil. 437. n. 7.*

Nec obstat (2) exemplum *n. 75. Cap. 2.* allegatum; Præterquam 65
enim, quod in decisione hujus casus Ddres non conveniant, Aliis etiam hic Sortem præferentibus, Vid. Tiraq. *d. l. Opin. 1. 24. in fin.* Aliis utrique prœmium adjudicantibus, & quidem vel integrum, vel pro rata, Vid. Fœnur. *De Momento, cap. 24. n 7.* Cæval-
lus. *Comm. Opin. quæst. 248.* Baro. *ad L. 9. pr. ff. de Reb. dub.* Grot. *de J.* 66
B. & P. L. 2. c. 16. §. 19. Aliis utrumque repellentibus, hocque casu
facultatem concedentibus retinendi prœmium illi, qui illud victori 67
& primo mœnia conscendenti promiserat; Vid. Excell. Dn. Thomas. *d. Differt. Cap. 4. §. 100.* ubi tandem ipse Exc. Puffendorffio. *in Tr. de J.*

68 *N. G. Lib.* 5. *c.* 12. §. 14. assentitur, statuenti, ubi ad excitandam certantium alacritatem prœmium propositum est, verius esse, ad prœmium concursuros, qui æquales fuerunt, si modo res talis sit, quæ divisionem admittat, alias Sorti rem esse committendam, cum malignitate non careat, ideo utrumque prœmio spoliare, quia neuter altero posterior fuit, prœmiis virtutum laxiorem interpretationem
69 desiderantibus: Sane ille casus à nostro plane diversus est, cum inibi neuter altero sit prior; quod secus est in nostro casu, quo semper præsupponendum est, alterum altero natu priorem esse.

70 Ad ultimam rationem paucis respondeo: Ut ut Primogenitus aliquando habeat successionem à Patre, illud tamen non esse perpetuum, alio Primigenio aliquid in suo testamento legante; Ne-
71 que tamen illo casu, quo à Patre *successionem* habet, etiam *prærogativam successionis* eundem à Patre habere, & licet hanc etiam immediate à Patre obtineret, hunc tamen *sine caussa* Primigenium hoc suo jure
72 exuere non posse. Vid. Hunnius. *Var. Resol. Lib.* 3. *Tract.* 1. *pag.* 726. *Opin.* 4.

73 Robustiorem quæ præfert, SEXTÆ Ddrum OPINIONI, ideo subscribere nolui, quod in determinanda dubia Primogenitura, non ad prævalens corporis robur, tanquam ad infallibile illius signum
74 duntaxat respiciendum esse certus sim, innumeris exemplis, debiliorem ex gemellis prius natum esse, comprobantibus, Vid. Tiraquell. *d. l. q.* 17. *Opin.* 8. *n.* 3. Dn. Müller. *in supr. all. Dissert. De Binis Dubij partus Casibus,* jung. Hunnius *d. l. Opin.* 3. *p.* 725. & Exc. Dn. Sclevogt.
75 *in Dissert. De Jur. primogenit. th.* 4. quodque evenire possit, Geminos robore esse pares, imo hac admissa sententia, verus Primigenius jure
76 suo misere possit excidere.

77 Non Obstat (1.) Quod robustior, ceu prægnantiore qualitate à natura donatus, præsumatur citius de carcere uteri materni exivisse, quam Frater debilior. Respondendum enim est, hanc præsumptionem non esse perpetuam, *Vid. notata n.* 74. *h. Cap.* idque inter alia vel inde non obscure probari, quod in *L.* 10. *ff. De Reb.*
78 *dub.* præsupponatur in verbis: *Siquidem certum est, quid prius edidisset &c.* Filiam, quæ tamen ex sententia Adversariorum omnibus Maribus est debilior, *Vid. Cap.* 2. *supr. n.* 84. ex Gemellis ante Marem seu Fratrem nasci posse.

79 Minus obstat (2) *L.* 9. §. 1. *ff. De Reb. dub.* Respondendum enim est, negando consequentiam, quam inde adversæ sententiæ Patroni

for-

formare satagunt. Vid. *Supr. Cap.* 2. *n.* 81. Insuperque [2] decisionem
d. L. 9. §. 1. non tam in *roboris prævalentia*, quam *diversa heredum qualitate* 80
positam esse, evincere videri *L.* 9. §. 2. *ff. eod.* & *L.* 17. §. 5. & 7. *ff. Ad SCtum SCt. Trebell.* Vid. Brunnem. *ad L.* 9. §. 1. *De Reb. dub. n.* 6. *seq.* &
Dn. Thomas. *d. Dissert. Cap.* 3. §. 83. *seq.*

Parum etiam turbat (3) *L.* 10. *ff. De Reb. dub.* §. 1. Respondendum 81
enim est, frustra esse, qui cum glossa ad *L. Idem erit. ff. De S. H.* Zachia
in Quæst. medico-legat. Lib. 9. *Tit.* 12. *qv.* 3. *n.* 16 aliisque à Tiraquello. *d.* 82
l. q. 17. *Opin* 7. & 8. *n.* 1. & 2. citatis decisionis *d. L.* 10. rationem in *prævalentia roboris* & fallaci illa hypothesi, propterea mares præsumi ante
fœminas editos, fundant, cum verba dicti textus penitius perpendentem fugere haud possit, *solum libertatis favorem* fundamentum esse
decisionis. Quæ si Ulpiani d. l. mens non fuisset, non statuisset in verbis: *Siquidem certum est quid prius &c.* fœminam posse nasci priorem; 83
Sed & alias sequeretur, si Testator conditionem ita posuisset: *Arescusa libera est, si prius fœminam pepererit*, & de prioritate dubitetur, Arescusam in servitute manere debere, cum & hic masculus tanquam
robustior prius natus præsumeretur, quod regulæ ab *Ulpiano* traditæ
& à *Juliano* in *L.* 12. *h. t.* repetitæ à *Marcello* item *L.* 192. §. 1. *ff. De R. J. L.* 3. *ff. De his, quæ in test. del.* aliisque *vid. L.* 38. *ff. de Re jud. pr. L. in Obscuro. ff. De R. J.* inculcatæ, libertatisque favori parum videretur convenire. Vid. Brunnem. *ad d. L.* 10. §. 1. *n.* 11. Dn. Thomas. *D. Dissert. Cap.* 2. §. 65. *seqq.*

Nec magis negotii facit (4) quod de Columbis allatum est *Cap.* 2. 84
85. Præterquam enim, quod de veritate hujus asserti non sine ratione cum Excell. Dn. Müllero *supr. all. Dissert.* aliisque dubitare liceat, 85
quotidiana experientia incredulo facile contrarium comprobatura ab 86
illis tamen ad Homines infeliciter fieret illatio. Vid Dn. Müller. *d. l.*

Restat, ut binis adhuc exponam, cur à SEPTIMA JCtorum 87
OPINIONE, quæ formosiorem, inter Gemellos præfert, divortium
fecerim; Scilicet, quod (1) à præstantia formæ ad præsumendam 88
nativitatis prioritatem frustra inferatur, Primigeniis non raro Ultra,
natis sequioris formæ existentibus; Quodque (2) huic præsumtioni
nulla Physica adsistat ratio: Insuperque (3) hujus litis decisio 89
non à bono naturali, aut amabilitate vel simili qualitate formosioris faciei, sed à nativitatis prioritate, loci consuetudine & Testatoris voluntate dependeat, *non formosiorem* sed *Primigenium* ad Regnorum, & Principatuum, successionem, remque in testamento 90

relictam vocantibus, Vid. Excell. Dn. Schlevogt. *d. Differt. th.* 5. & Excell. Dn. Müller. *d. Differt. q.* 1. *Sect.* 2. *th.* 1.

Illis, quæ pro hac sententia *Cap.* 2. *n.* 95. *seqq.* adducta sunt, partim ex dictis *n.* 88. *seqq. h. Cap. ult.* satisfactum est, partim etiam re-
92 sponderi potest, hic non quæri de Rege, ac Principe eligendo, sed de Electi Successore, illis in locis, in quibus Successorio jure Primigenii soli admittuntur; quem forma minus elegans, elegantioris
93 formæ Fratri Ultra-Genito non postponit. Insuperque exempla
94 non facere regulam: Accedit quod hæc ad casum, quo Primigenio duntaxat legatum relictum est, plane non quadrent: Illud cujuscunque formæ, humanæ tamen, legatario, propitio jure urgente. Aliam responsionem publico conflictui BONO cum DEO reservo,
95 cui pro clementissime concessis animi, corporisque viribus sit laus & gloria sine

F I N E.

Q.D.B.V.

DISPVTATIO IVRIDICA DE INNOXIA MULIERUM JURIS IGNORANTIA.

VULGO

In welchen Fällen denen Weibern nicht schade / der Rechten kündig zu seyn /

QUAM

DEO PROPITIO

Ex Decreto & Auctoritate Magnifici JCtorum Ordinis, in Alma Varniaca,

PRÆSIDE

EXCELLENTISSIMO CELEBERRIMOQUE JCTO

DN. JOHANNE Klein /

J.U.D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CONSISTORII MECKLENB. h. t. DIRECTORE,

DNO. PRÆCEPTORE, HOSPITE ac FAUTORE SUO,

Debito obsequii ac Pietatis Cultu ad Cineres Devenerando,

Septembr. Ao. M. D. C. XCVII.

IN AUDITORIO MAIORI

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

IOANNES ADOLPHUS Krohn / Lübecens.

AUTHOR.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Ubi dispar Sexus ratio non apparet, pari jure cum masculis *censentur* Fœminæ. *n* 1. & 2
Mulier *æque ac* Mas *Homo, cumque illo ad imaginem Dei creata est.* 3. *seq.*
Ad loca obstantia respondetur remissive. 4
In materia indifferenti Verbum: Quisquis & Si quis, *in Legibus obvium, tam* Mulieres, *quam* Mares *complectitur.* 7. *seq.*
(1.) *In Contractibus,* 9
(2.) *Testamentis,* 10
(3.) *Interdictis,* 11
(4.) *Sententiis, Statutis & Rescriptis,* 12
(5) *Et Odiosis ac Pœnalibus.* 13
In multis juris articulis melior Masculorum, *quam* Fœminarum *est conditio.* 14
Includuntur illi articuli Regulæ, quam exhibet. 15
Ratio regulæ adducitur. 16. 17.
Exempla regulæ. 18. *seqq.*
Fœminis *ab omnibus officiis ac muneribus remotis soli* Masculi *Jure Civili illis defungi possunt.* 18
Uxores *dignitatem à* Maritis *habent & nuptæ Nobili, Nobiles fiunt, licet ignobiles sint natæ.* 19. *seq.*
Mulieres *post fata Nobilis mariti viro inferioris conditionis nubentes, priorem amittunt dignitatem.* 20
Mulieres regulariter arcentur à feudorum successionibus. 22
Ad Fideicommissa familiæ conservandæ causa relicta, soli Masculi, *exclusis* Fœminis, *admittuntur.* 23
Ratio ejus datur. 24
In Testamento solenni Masculi soli *teste esse possunt remotis* Fœminis. 25
Fœminæ *ne quidem in testamento Rusticorum testes esse possunt.* 26
Possunt tamen testes esse in testamento militis, ad piam causam, inque praxi, tempore pestis condito, nec non in testamento Parentum & codicillis. 27. *seqq.*
Mulieres *inter tres testes, quasi publicæ hypothecæ adhibendos, esse non possunt.* 30
Mulieres *à Testamento super investitura feudali perhibendo repelluntur.* 31
In multis contra juris articulis, illisque negotijs in quibus fœminarum attenditur imbecillitas & partus periculum, mulierum *partes favorabiliores sunt, quam* masculorum. 32
Fidejussores Masculos *noxa sequitur,* fœ-

fœminæ *vero tutæ sunt Exceptione SCti Vellejani.* 33 *seqq.*

Ex causa fidejussoria solutum per errorem juris Fœminæ *condictione indebiti, recte repetunt.* 35

In concursu creditorum ratione dotis Fœminarum *conditio melior est quam quorumcunque creditorum hypothecariorum.* 36

Ratione certarum pœnarum mitius cum fœminis *agitur quam cum* masculis, *quorum exempla exhibet.* 37

Fœminæ *J. Civili nec criminis reæ, multo minus ob debitum civile carceri mancipari potuerunt.* 38

Quid hodie utroque casu juris sit, docet. 39. 40

Privilegium Innoxiæ juris Ignorantiæ *non pauci JCtorum* regulariter *Mulieribus tribuunt.* 41

In compendiis quærendis Juris ignorantia nocet Masculis, *adeo, ut latæ culpæ annumeretur jus Civ. ignorare.* 42. *seq.*

Militibus ac minoribus non nocet Juris ignorantia. 43

Recensetur quorundam JCtorum Sententia, asserentium Fœminis *regulariter non nocere juris ignorantiam.* 44

Rejicitur dicta sententia, quodque de innoxia Mulierum juris ignorantia dicitur, ad Casus in Lege expressos tantum restringitur. 46

Fœminæ ob Sexum solum *ne quidem in integrum restituuntur.* 47

Restringitur Dissertatio ad illos casus, in quibus Mulieribus non nocet Juris ignorantia, ratione compendii querendi. 50

Ratione damni rei suæ amittendæ nec Maribus regulariter nocet juris ignorantia. 51

QUanquam quidem *in dubio*, & ubi dispar *Sexus* ratio non
apparet, Vid. Wissenbach. *ad L. 1. de V. S. §. 12.* nulla *Ma-* 1
sculos inter, ac *Fœminas* statuenda sit juris differentia, *L.*
4. C. De Liber. præter Illustris Dn. de Rhetz. *in Diss. De*
Jure Virgin. Cap. 2. §. 6. Carpzov. *in Tr. de Jur. Fœmin.* Fri-
derich. Bruckmann. *in repetit. ad Tit. ff. de S. H. inibique* Struv. *th. 2. &*
Lauterbach. *th. 23.* Legesque de *Maribus* loquentes, propitio jure
Mulieribus, ceu ad imaginem Dei (non obstante *c. 13. Ca. 33. qu. 5.* Vid. 2
Mozz. *De Contract. Rubr. De Nupt. n. 2. &* Dn. Straus. *in Dissert. De* 3
Muliere Teste. th. 4. in fin.) æque creatis Hominibus, *Vid. c. 12. Ca. 33.* 4
q. 5. L. 152. ff. De V. S. L. 3. §. 1. ff. D. Liber. Hom. exhib. L. 2. §. 1. ff. Unde
Legitim. L. 1. & 2. ff. Ad L. Cornel. De Sicc. (frustra dissentientibus Cu-
jacio *Lib. 6. obs. 21. Tit. D.* ob *L. 38. ff. De Pœn. Conf.* Alber. de Gand. *in* 5

Tract. Malefic. Rubr. De Quæstion. n. 11. & Guidon. de Suzar. *Tract. De Judic. & Tort. n. 22.* Vid. Hahn. ad Wesemb. *Tit. Ad L. Corn. De Sicc. n. 5.* Ungebaur. *Exer. Just. 16. q. 12. in Nego.* Eckholt. *Ad Tit. ff. De S H §. 4.*) etiam applicare conveniat, *L. 4. C. De Lib. præterit: Ubi Imperator Justinianus sublata Sexus differentia, cum Filiis Filias æqualiter ad Parentum*
7 *vocat hereditatem*, ita ut in *indifferenti* materia, verbum hoc: *Si quis*, vel *Quisquis*, in Legibus obvium, tam *Mulieres*, quam *Masculos* complectatur, per expressam *L. 1. ff. De V. S.* junctis *L. 3. §. 1. ff. De N. G. L.*
8 *1. §. 1. ff. De constit. pecun, L. 7. pr. & §. 1. ff. De Jurisdict.* sermoque *Masculinus* sexum etiam *Fœmineum* contineat, *L. 195. ff. De V. S. L. 52. ff. eod* id-
9 que procedat non duntaxat in Contractibus, *d. L. 3. §. 1. ff. De N. G.*
10 *& L. 35. ff. De Pact.* Testamentis, per *L. 62. in fin. L. 81. pr. ff. De Legat.*
11 *3. L. 45. pr. ff. De Leg. 2. L. 16. pr. & §. 1. ff. De Testam. Tutel.* Interdictis, *L. 3. §. 1. ibi. Hæc verba: quem liberum, ad omnem Liberum pertinent, sive masculus sit, sive fœmina. ff. De Liber. Hom. exhib.* Sententiis, Statutis & Re-
12 scriptis, *c. Significavit. 36. X. De Rescript. Vid.* Dn. Wissenbach. *ad L. 1. ff. De V. S. ibique all.* Cæpolla & Tiraquellus, *ubi plaustra Doctorum & amplam allegationum reperies farraginem*, sed etiam in Odiosis & Pœna-
13 libus, *L. 7. pr. ff. De Jurisd. & §. 1. junct. L. 2. L. 9. ff. Ad L. Aquil. L. 1. §. 28. & 32. ff. Ad SCtum Sillan. L. 5. C. Ad L. Jul. Majest. & L. 3. ff. De Bon.*
14 *damnat.* Negari tamen non potest, in multis juris articulis meliorem *Masculorum*, quam *Fœminarum* esse conditionem per *L. 9. ff. De S. H.* quos sequenti Regulæ includere satagunt JCti: In quibus negotiis
15 *præstantia Sexus* attenditur, in illis melior *Masculorum*, quam *Fœminarum* est conditio. Vid. Illustris Dn. de Rhetz. *in Dissert. De Jure Virginum. Cap. 2. §. 7.* Exc. Dn. Straus. *in Disput. De Muliere Teste th. 7.* Struv. *in S. I. C. Ex. 3. th. 2.* Exc. Dn. Præses *in Diss. ff. 2. Ad Tit. de S. H. §. 3. jun-*
16 *cto Dn* Lauterbachio *in Colleg. ff. ad d. t. §. 23. aliisque.* Cujus Regulæ
17 sicuti rationem ponunt in dicto Aristotelis, *1. Politic. c. 5.* Masculos *secundum naturam* Fœminis meliores esse *asserentis*, & *in L. 1. ff. De Senat.* ubi majorem in Sexu Virili dignitatem esse testatur JCtus Ulpianus, ita eandem sequentibus, aliisque, quibus afferendis brevitatis stu-
18 dio supersedemus, illustrant exemplis: Quorum primum est: Quod *Fœminis* ab omnibus Officiis ac Muneribus remotis soli *Masculi* de Ju-
19 re Civili illis defungi possint. *L. 2. ff. De R. I.* (2) Quod uxores dignitatem â Maritis habeant, *L. 8. ff. De Senatoribus L. 13. C. De Dignit.*

ejus,

ejus, & non propriis, corruscantes radiis, *Nov. 105. c. 2. pr.* Nobiles- 20
que censeantur ex Maritorum Nobilitate, licet ipsæ ignobiles natæ
sint. Sixtin. *Lib. 2. Consil. Marp. 9. n. 36.* Carpzov. *Jurisp. Eccl. L. 2. Def.*
270. n. 7. Stephan. *Lib. 1. De Jurisd. c. 14. n. 16. & 17. & Exc.* Dn. Stryk *in*
Usu Moderno ff. Tit. de Senat. § 7. inibique all. Dd. hancque dignitatem 22
vicissim amittant, post fata prioris mariti nubentes inferioris condi-
tionis viro, per *L. fin. ff. De Senatoribus.* (3) Quod ad Feudorum succes- 23
sionem, *Fœminis* regulariter exclusis, soli *Masculi* admittantur. *2. F 36.*
(4) Idemque juris sit in Fideicommissis Familiæ conservandæ causa
relictis, ad quæ *Fœminæ* ideo non admittuntur, quia familiam mutan- 24
tes, *L. 195. ff. De V. S.* beneficio in gratiam Familiæ concesso, frui haud
possunt. Forster. *de Succes. Lib. 4. c. 23. n. 48.* Excellentiss. Hornius *in*
Disp. feud. 12. Posit. 23. in fin. & B. Brunnem. *ad L. 9 ff. De S H.* (5) Quod 25
soli *masculi* in solenni Testamento Testes esse possint, remotis *Fœminis,*
§. 6. J. de Testam. Ordin. L. 20. §. 6. ff. Qui test. facere poss. quas (6) neque
in Testamento *Rusticorum* testium munere fungi posse, licet in *Militis*
Testamento, *arg. pr. J. De Milit. test. & ad Pias Causas,* Paulus de Castro, 26
in Cons. 36 :. Mascard. *de Probat. Concl. 764. n. 10. ibique all. Ddres* inque 27
praxi *tempore pestis* condito, Vid. Jason *in L. fin. C. De Codicill. n. 19.* Joh. 28
Andr. *in addit. ad Specul. in Tit. d. §. n.* Alexandr. *Consil. 24. n. 11. Vol 2.* &
Bertran. *Consil. 212. n. 6. Lib. 1.* item in testamento facto inter liberos
Dd. in L. fin. C. de Codicill. Mascard. *de Probat. V. 2. Concl. 764. n. 8.* Lan-
fran. de Orian. *in Tract. de Testib.* 80. & Joan. Grot. *eod. Tract.*
n. 7. in pr. nec non in Codicillis Vid. Schneid. *ad Tit. I. de Codicill. pr.* 29
n. 33. & Ddres passim ad L. fin. C. de Codicillis jung. Carpzov. *Dec. 152. n. 22.*
Brunn. *Exerc. Just. 14 pr.* & Hopp. *ad pr. I. De Codicill.* propitio jure ad-
mittantur, Carpzov. *P. 3. C. 4. Def. 6.* Manzius *de Test. valid. & invalid.*
Tit. 5. q. 1. n. 11. & Dn Hopp. *ad § 6. I. de O. T.* recte statuunt Excell.
Stryk. *in Diss. de Test. Rustic. Cap. 3. n. 41.* & Vasquez *de Success. Creat. lib. 3.*
§. 23. n 34. junctis Mascardo *d. l. n. 5.* Alexand. *in Consil. 177. n. 6. & Vol. 2.*
Caus. 70. n. 6. Grot. *d. Tract. in pr. n. 5.* Quodque (7) inter tres Testes, 30
quasi publicæ hypothecæ adductum *L. 11. C Qui potior. sunt in pign.* ad-
hibendos, *Fœminæ* esse non possint, per *d. L. 11. Vid.* Brunnem. *ad d. L.*
Trentacinquius. *Var. Resol. L. 2. Tit. de Instrum. Resol. 2. n. 9.* Wibel. *de*
Contract. Mulier. c. 3 n. 187. & Dn. Bardili. *in Continuat. Conclus. Forens. B.*
Lauterbachii Exerc. 29. th. 2. Quas (8) Wissenb. *in Tit. ff. de Testib. th. 28.* 31
& sequ. cum Dn. Hoppio *ad § 6. I. de O T.* etiam à testimonio super in-

vestitura feudali perhibendo repellit, Conf. Mascard. *de Prob. Vol.2. Concl.942.n.9.seq.* Joan. Bapt. Caccialup. *in Tract. de Feudis Cognit. art.6. n.2.* Guilielm de Bened. *in Repetit. c. Raynutius in 6. vers. duas habent filias*
32 *n.10.* Cato Sachus *in L. Admonendi n.108.seq.ff. de jurejur.* utut *Fœminarum* partes contra in multis juris articulis, illisque negotiis, *in quibus illarum imbecillitas, ac partus periculum attenditur,* favorabiliores sint, quam *Masculorum*, Vid. Dn. Brunnem. *ad L.5. ff. de S.H.* *Wissenbach. ad ff. ad Tit. de S.H.* Dn. Rehtz. *cum aliis n.15. Cit. Ddbus.* Quod conspicuum
33 redditur non duntaxat (1) *in fidejussionis articulo,* in quo, utut ceteroquin regula sit, omnes ex fidejussoria causa *Masculos* ad præstationem debiti, pro quo fidem interposuerunt suam, valide obligans: *Noxa sequitur fide-*
34 *jussorem:* Den Bürgen muß man würgen / Fœminæ tamen usque adeo ad solvendum à debitore æs contractum non obligantur, tutæ excep-
35 tione Scti Vellejani *t. t. ff. & C. de Scto Vellejano*, ut errore juris solutum etiam repetere possint, *L.9. C. & L 8.§.3.L.24.§.2.L 31.ff. h. t. juncta*
36 *L.40.pr.ff. De Condict. indeb.* Sed & (2) in *concursu creditorum, quæ, in ratione dotis* omnibus reliquis hypothecariis Creditoribus Masculis licet, præfertur Fœmina, *L 12. C. Qui pot sunt in Pign. L.29 & 30. C. de Jur. dot. Nov.97.c.3. & Nov 109. c.1.* Vid. Sichard. *ad d. L.12.n.18.* Cujac. *in*
37 *Comm. ad Nov.97.* & Mynsinger. *Cent.1. Obs.61. & Cent.4. Obs.13.* Idem etiam (3) ad *certas* pœnas, per *Auth. Sed Hodie C. Ad L. Jul. de adulter. Nov.134. Cap.10. L.5. §.3. C. Ad L. Jul. Majest. L.15.§.pen.ff. Ad L. Cornel. de fals.* extenditur, ut mitius cum *Fœminis*, quam *Maribus* procedatur;
38 Tiraquell. *in Tract. de Pœn. temper. Cas.9. per tot.* Quod & (4) in *incarceratione* olim obtinebat, cum fœminæ *criminis alicujus reæ*, vel fidejussoribus committendæ, vel in monasterium detrudendæ, ob *debitum civile* plane carceri mancipari non potuerint, *Vid. Nov.134. & Auth. Hodie*
39 *C. De Custod. Reor. jung. L.1. C. De Offic. Div. judic. ibique* Brunnem. Conf. Ant. Matth. *L.48. Tit.14. Cap 2. n.3.* Brunnem. *ad d. Auth. Hodie & Dn.* Stryk. *in Differt. de Carcere ad Custodiam: Cap.2.n.2.* Ubi simul docet *n.4. & 5.* Hodie hæc quidem omnia non attendi, sed mulierem etiam honestam in *atrocissimis & gravissimis delictis* conclavibus publicis separatam à viris, *L.3. C. de Custod. Reor.* Menoch. *De R. J. Q. Cas.88.n.20.* incarcerandam esse, Brunnem. *ad L.3. & Auth. Hodie C. de Cust. reor. Carpz. P.3. Q.111. n.40.* Zœs. *ad ff. Lib.48. Tit.3 n.10.* & Farinac. *L.1. Tit.4. quæst.27. n.52.* *in levioribus vero delictis* honestam & Nobilem mulierem ne hodie quidem cum dedecore ad judicem duci, inque carcerem rapi posse;

sed

sed eidem vel domum pro carcere dandam, vel idoneis eandem fide-
jussoribus committendam esse. Præprimis vero (5) INNOXIÆ 40
JURIS IGNORANTIÆ privilegium concedunt multi JCto
rum *Mulieribus*, ita, ut, cum *Maribus* regulariter *juris ignorantia* non 41
prosit, sed nocere potius noscatur *L.9. C. de LL. L.12. C. de J. & f. J.* tum
præcipue, ubi de lucro captando & compendiis quærendis agitur;
L.7. & 8. ff. de J. & f. J. Imo latæ in illis culpæ annumeretur jus civile 42
ignorare, per *L.223. in pr. ff. de V. S. & 213. §. ult. eod. L.11. §. notatur ff. de* 43
His, qui notantur infam. L.2. C. de in jus voc. L.38. §.1. & 2 ff. de Adult. Fœ- 44
minis contra velint, æque ac militibus, *L. fin. C. de Jure delib.* & Minori-
bus, *L.9. ff. de J. & f. J.* jus sine omni periculo *regulariter* ignorare per-
mitti, tutis exceptione juris ignorati *L 9. pr. ff. de J. & f. J. L. fin. C Eod.*
Vid. Wissenb. *ad ff. Disp.43. L.22. §. fin.* Christ. Richter. *in Cent. Regul jur.*
Regul.26. n. fin. Gail.2. Obs.48. n.22. Mynſ. *Cent.6. Observ.47.* Eckh. *ad Tit.*
ff. de J. & f. J. §.4. Menoch. *de Præsumpt. Lib.2. Præs.3. n.9. & L.3. præs.82.* 45
n.6. ibique plena manu allegati Ddres. Quod JCtorum assertum cum tan- 46
tum absit, ut in *Juris Regulam* abire possit, ut potius extra *certos in jure*
casus expressos extendi debeat minime, per *L.9. ff. pr. de J. & f. J. ibi: in*
quibusdam causis, veriorque ac communiori JCtorum calculo compro-
bata sit contraria Regula: Fœminis *regulariter* nocere juris ignoran-
tiam, inque jure errantibus non succurri extra casus in jure speciatim
expressos, Harprecht. *ad §.1. J. Quibus mod. re contrah. obl. n.74. Brunn.*
ad L. fin. C. de J. & f. J. Laym. ad Jus Canon. p.10. n.4. Bardili in Continuat.
Concl. Pract. B. Lauterbachii: Excrc.49. th.18. lit. A. Beck. de Test. Conjug. lib.1.
c.34. n.1. Christin. *Dec.67. n.9. Vol.2.* Struv. *Excrc.29. th.56.* Zœs. *ad Tit.*
ff. de J. & f. J. n.7. Arnold. Reyger. *in Thes. Jur. voc. Mulier. p. m 385. n.17*
Gloss. ad *L.9. pr. ff. & L. fin. C. de J. & f J.* Mascard. *de Probat. Concl.1081.*
n.14. Cothmann. *Vol 1. Resp.51. n.71.* Tiraquell. *de Retract. Convent. p.565.*
n.13. ibique allegati, junctis Vincentio de Franchis *Dec.129. n.1.* Wesemb.
Vol.1. Cons.25. n.16. & Jasone *ad L. fin. C. de J. & f. J. aliisque* adeo, ut ob 47
solum sexum, ne quidem in integrum *regulariter* obtinere restitutionem
possint, Sfort. Odd. *de Rest. in integr. P 2. q.8.* Mynsing. *Cent.60. n 47.*
Carpz. *P.2. C.15. Def.33. inibique allegati Dd. juncto* Bardili: *d. l. Lit B.* Na-
ta mihi inde est præsentem De Innoxia Mulierum Juris Ignorantia 48
conscribendi Disputationem occasio, in quo practico juris articulo,
præ multis reliquis ideo ingenii mei vires periclitari allubuit, quod
adverterim, eundem subobscurius, leviusque ab aliis & perfunctorie
tan-

49 tantum expeditum esse, plerisque ne in casibus quidem ipsis *inno-*
50 *xiæ Mulierum Juris ignorantiæ* conspirantibus. Collineabit autem eo
potissimum, quem in præsens molior, labor meus, ut eos ex inte-
51 gro erutos jure sistam hac Dissertatione casus, in quibus Sexui Mulie-
bri *in compendiis quærendis* juris Civilis ignorantia non nocere noscitur, quem extra damni periculum non minus ac Mares regulariter constituit juris ignorantia, quoties *de rei suæ amittendæ damno* agitur. *L.3. ff. de J. & f. J.* Besold. *P.2. Consil 59 n.72. & P.3. Consil.142. n.115.* Vid. *infr. c.2.*
52 *n.11.* Quod, ut ex voto cedat, Summi Numinis, à quo, pie monente Imperatore Justiniano *in Nov.59. Proœm.* omne faciendum est principium, supplex imploro adjutorium. Tu autem, Lector Candide, omnia in meliorem interpretaberis partem, sique cuncta acuta non esse deprehenderis, teneræ ætati, discendi adhuc cupidæ, facile veniam largieris bene memor, in nullo prorsus peccasse Teste Imperatore Justiniano *in §.14. de Confirm. ff. Ad Senat. & in L.2. §.14. C. De V.J.E.* magis *Divinitatis* esse, quam *Humanitatis*.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Innoxiam Mulierum Juris Ignorantiam, cum succincta rubricæ explicatione.

SUMMARIA.

Ingressus. 1

Rerum *potior*, Verborum *tamen prior ratio est habenda* 2

Ejus ratio redditur. 3

Vox Innoxii, *unde natales suos habeat, exponitur.* 4 *seq.*

Præpositio IN, verbo juncta, negativæ vim habet. 5

Id illustratur exemplis 6

Noxium *modo id significat, quod* damnum dat, *modo etiam eum*, qui criminis reus *est* 8. *seqq.*

Innoxium *item modo idem denotat ac* minime nocens, *vulgo* unschädlich / *modo idem, ac* innocens, *vulgo* unschuldig. 11. *seq.*

Vox

Vox Mulieris *soli Homini propria est,* Fœminæ *vero Homini cum bruto est communis.* 13
Unde Fœmina *dicatur, docetur,* 14. *seq.*
De derivatione vel allusione potius Mulieris *agitur.* 16. *seq.*
Vox Mulieris *in jure nostro* generaliter *accepta, omnes sexus muliebris designat ætates, ab infantia ad Senectutem, complectens* Puellas, Virgines Viripotentes, Maritatas & Viduas. 19
Specialiter *accepta, certam duntaxat hujus Sexus ætatem designat, & ita vel* Virgines *tantum* nondum nubiles, *vel* Viripotentes, *nondum tamen* maritatas, *vel* Uxores, *vel* solutas, *sed* defloratas. 20. *seqq.*
Quomodo Vox Mulieris *in hac Disputatione accipiatur, exponitur* 25
Cur hic voce Mulierum *non veniant* Minores, *exponitur.* 26
Mulieres Minores *contra amissum, omissumque lucrum restituuntur illis etiam in casibus, in quibus* Mulieres Majorenes *ob* Sexum jurisque ignorantiam *in captando lucro non adjuvantur.* 28
Exemplum ejus traditur 29
Major in jure ætatis, *quam* Sexus *est favor.* 30
Mulierum appellatione in hac Disputatione etiam continentur Hermaphroditi *sexu fœmineo in illis prævalente.* 31
Ignorantia juris, quibus in casibus non nocet Mulieribus Christianis, *illis etiam non nocet* Mulieribus Judæis. 32
Judæi Cives Romani sunt, jureque censentur Civili. 33
Ubi tolerantur Judæi, ibi Civium quoque utuntur privilegiis. 34
Ignorantia alia Juris, *alia* facti *est, hæcque vel* facti proprii *vel* alieni, *Cujus utriusque exempla recensentur* 36. *seq.*
In hac Dissertatione non agitur de Innoxia Mulierum facti ignorantia. 38
Ignorantia facti proprii *nocet Mulieribus* in compendiis *quærendis* 40
Ignorantia facti alieni *nec* Maribus, *nec* Fœminis *nocet, quoties de* lucro captando *agitur* 41
Exemplum ejus exhibet. 42
Quid sit Juris Naturalis *ignorantia, exponitur & declaratur exemplis* 43. *seq.*
De Ignorantia Juris Civilis *agitur.* 46
Ejus exempla exhibet 47. *seq.*
Juris Naturalis *ignorantia ne quidem Mulierem excusat.* 50
Exemplum ejus exhibet L. 38. §. 2. ff. Ad L. Jul. de Adult. de quo agitur. 51
Nec ignorantia Juris quasi naturalis *excusat Mulieres.* 52
Ejus exemplum & ratio subjicitur. 53 *seq.*

De juris naturalis *ignorantia hac Dissertatione non agitur.* 55

Circa innoxiam Juris Civilis *ignorantiam nil interest, inter Juris Civilis* communis, & specialis, s. Statutarii *ignorantiam.* 56

Mulieribus *Juris etiam* Statutarii *ignorantia in* lucris *capiendis prodest, in* casibus *hoc jure expressis* 58

Nocet Mulieribus *juris etiam* Statutarii *ignorantia extra casus* hoc jure *expressos in* compendiis 57

Quomodo in strictiori significatu differant Nescientia, Ignorantia & Error juris, tum ex descriptionis diversitate, tum etiam exemplis demonstratur & illustratur 61. *seqq.*

Quid vox Ignorantiæ in Rubro & Nigro Dissertationis denotet, & cur illa potius, quam Erroris *Vox Rubro apposita sit, exponitur* 59. & 62

Descriptio Innoxiæ Mulierum juris Ignorantiæ *traditur.* 69

De explicatione ejus agitur remissive. 70

1 SOlenne est Disputationem conscribentibus, ejus exordium capere à vocum in *Rubro* obviarum explicatione. Hunc communem Disputantium morem & ego observaturus, antequam ad ulteriora descendam, apud animum constitui meum, parca licet manu in limine hujus Capitis voces, in *Descriptione* Innoxiæ Mulierum Juris Ignorantiæ occurrentes, explicare, à Celso
2 edoctus, *Rerum* quidem *potiorem* in jure nostro, *arg. L 17. ff. de LL. L. 13.*
3 *ff. de Excusat.* rationem *verborum* tamen *priorem* esse habendam, *L. 1. ff. de J. & J.* perfecta *Rerum* cognitione sæpe defectura, ubi diligentior *Vocum* enodatio neglectui habetur.

4 Quod igitur (1) attinet vocem Innoxii, noto notius esse adopi-
5 nor, illam natales suos debere præpositioni In, compositæ cum verbo, negativæ vim habenti, Men. *de Præsumpt. L. 4. q. 1. n. 3.* Ferrer. *in Constit. Cathalon. Gloss. 1. n. 27.* Strauch. *in Lexic. Particul juris hac voce &* Matth.
6 Martin. *Lexic. Philologyco,* (Sic *inculpatus*, idem est, ac *culpa carens, L. 39. ff. de Leg. 2. indebitum, ac non debitum, t. t. de Condict. indebit. indemnis, ac sine damno L. 8. §. 1. ff. Ad SCt. Vellej. injuria, ac non jure factum, L. 1. ff. de injur. inofficiosum, ac non ex officio* pietatis factum, *L. 2 ff. de Inoff. test.*) & verbo
7 Latino Nocere, seu damnum dare, vulgo schaden: Unde *Noxium*, vulgo
8 schädlich: Sicuti ergo, non apud Classicos duntaxat Authores Noxium dicitur, quod nocet, & damnum dat, Vid. Senec. *L. 1. in fin. de Clementia: ibi: Qua alia vita esset, si Leones, Ursique regnarent? Si Serpentibus in nos ac*

Noxis-

Noxissimo (*alii legunt:* Noxiosissimo) *cuique animali daretur potestas*. Sed 9
hoc in sensu in jure quoque eadem accipitur vox *in L.27 §.11. ibi: No-* 10
xios servos &c. ff. Ad L. Aquil. quanquam & *Noxium* sæpe idem, ac *criminis* 11
alicujus reum denotet, *Vid. L.1. C. de Custod. reor. ibi: Ut noxius puniatur. &*
L.12. §.1. C. de pœn. ibi: Noxium *crimine absolvi.* Ita Innoxium apud
Plautum *in Capt. ibi: Act. III. Sc. V. versic. 7. Decet.* innoxium *servum*
confidentem esse, Vid. Faber. in *Thesaur. Erudit. Scholasticæ. Voc. Innoxius*
aliosque, idem denotat, ac *minime nocens*, vulgo, unschädlich. Licet & 12
nonnunquam idem significet, ac *innocens*, vulgo, unschuldig: Qualiter
accipitur ap. Cornel. Nepol. *extrem. Mili. ibi: Maluit populus eum* inno-
xium *plecti*, quam *diutius esse in timore, & in L.12. ff. de Public. jud. ibi: ita,*
ut innoxios *dimittat &c.*

Vocem *Innoxii* in Rubro excipit (2) Vox Mulieris, soli homini 13
propria, §.1. *J. de P. P.* cum Fœminæ appellatio, Homini ac bruto com-
munis sit: *pr J. de I. N. G. & C. juncta L.14. §.1. ff. de Ædil. edict.* Quæ
ratio, cur in Rubro magis arriserit vox Mulieris. Sicuti autem Fœ- 14
minam vel à Fœtu derivant, quod pariat mulier *fœtumque* edat, vel,
si per simplex E. scribatur, à Femen, quem nominativum reperire
negat Valla *L.4. c.57.* quod in Venerem, cujus sedes in Feminibus 15
pariter ac Femoribus ponitur, Cœl. Rhodig. *Lect. Antiqu. Lib.4. c.11.*
magis prona sit, ita Mulieris nomen à Mollitie, cum Varrone, Lactan-
tio, Augustino, Dn. Cothmanno. *Vol.2. Resp.78. n.120.* aliisque deri- 16
vatum, seu potius quadam vocabuli allusione, immutata & detracta
litera, deductum esse, notat Excellentissimus Dn. Straus *in Diss. de*
Muliere Teste Th.1. in hanc sententiam allegans Homerum *Lib.8. Iliad.* 17
ubi mulieres peculiari epitheto θηλύτεραι, i. e. *Molles* vocat, *idemque*
in Hymno Veneris Virgines ἀπαλόχροας, i. e. *corpore molles*, appellat.

Sumitur autem Vox Mulieris in jure nostro non unis modis, 18
quos omnes tamen ad hanc summam commode redigi posse arbitror,
ut dicam, illam accipi vel *generaliter*, ita ut ambitu suo complectatur 19
omnes *Mulierum* ætates, ab Infantia ad Summam Senectutem, sicque
Mulierum appellatione veniant *Puellæ, Virgines Viripotentes, Maritatæ, &*
Viduæ. Quo in sensu venit hæc vox in *L.25. §.9. ff. de Auro, Argent. &*
mund. legat. ibi: Mulieres enim omnes dici, quæcunque sexus Fœminini sunt, jun-
cta L.81. §.1. ff. de Leg.3. Vel *Specialiter* pro certa hujus sexus ætate, &
ita iterum, vel pro *Virginibus, vel pro illis, quæ virum passæ, Venerisque usum* 20
expertæ sunt: Priori in sensu vox *Mulieris* iterum vel denotat *Virgines* 21

22 *Viripotentes*, vulgo Mannbahre Jungfrauen *L.13.pr.ff.D.V.S.* Ubi diserte docet Jctus Ulpianus: *Mulieris* appellatione etiam *Virginem viripotentem* contineri: Idem Ulpianus in *L.14.* §.7. *de Ædilit. Edicto* ita accepisse dicitur vocē *Mulieris*, dum inibi docet: *Mulierem, i.e. Virginem viripotentem & nubilem*, ita arctam, ut *Mulier i. e. Uxor* fieri nequeat, non videri sanam: Illasque vel *Majorennes vel Minorennes. Vel nondum Nubiles, & Maturas matrimonio, L.81. §.1. ff. de Leg.3. & L.25. § 2. ff. de Aur. arg.*
23 *& mund. legat.* Posteriori in acceptatione iterum denotat vel *Maritatas*, qualiter usurpatur & *Virgini* opponitur in *L.43. §.1. ff. de Leg.3. & in all. L.14. §.7. ff. de Ædil. Edict.* Vel Solutas *L.11. §.5. ff. de Act. empt. & L.11.*
24 *in fin. ff. de contrah. empt. L.13. ff. de Manum. Vindict.*
25 In hac Dissertatione denotat vox *Mulieris*, omnem Sexum Fœmi-
26 neum, *Virgines & Maritatas*, item *Viduas*, exceptis *Minoribus*; Non ac si illis noceat juris ignorantia illis in casibus, quibus *Majorennibus* prodest *ignorati juris* exceptio, sed quod *Minores* non indigeant hocce *Sexus, jurisque ignorati præsidio*, ex ipso *Minorennitatis* capite contra *amissum* non
28 minus, *8. ff. de Minorib. L.33. ff.27. L.44 ff. eod.* quam *omissum* lucrum satis tutæ, *L.44. ff. d. l. t.t. & L.1. Si ut omiss. hered. &c.* Quodque illis in casibus, in quibus *Mulieribus Majorennibus* in lucro captando non succurritur, *Minorennibus* recte subveniatur, non ob *sexum* sed ob *ata-*
29 *tem*: Unde, Si Fœmina ætate *minor*, errans in jure, forte ad petendam bonorum possessionem sibi quinquennium datum esse existimans, elapso anno, bonorum possessionem petere vellet, licet dicendum videatur, ipsam non amplius esse audiendam ob *L.10. ff. de Bon. poss. & L 31. ff. de Usucap.* verius tamen est, ipsam restitui posse ut *Minorem*, *per L.44 ff. de* Min. *L.2. C. de Rest.* Min. *& L.11. C. de J. & f. ign. ibiq; Brunn.* Ubi
30 recte notat: Hic fœminam non restitui *ob Sexum* sed ob *ætatem, L.11. C. de I. & f. I. cujus* major, quam *illius* in jure favor est, *L.12. ff. de Min. & L fin. ff. Ad SCt. Vellej.* cum Mulieres, *quæ tales*, ad lucrum amissum non restituantur, Oddus. *de Rest. in integr. P.1. qu.8 n.76. seq.* Minor vero utique Cov. *L.1. Resol. c.5. n.1.* Tiraq. *de Retr. Conf. §.35. Gloss. 2. n.7. & 9.*
31 Dum vero dixi *Mulierum* appellatione in hac Dissertatione Sexum contineri sequiorem, eo ipso tamen *Hermaphroditum* minime ab innoxiæ Juris ignorantiæ præsidio exclusum volo, quia nec huic detrimentosam esse juris ignorantiam illis in casibus, quibus hæc *Mulieribus* haud est damno, statuo, modo *sexus Fœmineus* prævaleat, *Hermaphrodito* sexus in eo prævalentis jure semper censendo.

per

per L. 10. ff. De S. H. juncta L. 15. §. 1. ff. De Testib. & L. 6. §. 2. ff. De Lib.
& Posth. Nec aliud esse arbitror. in *Mulieribus Iudæis*; Hæ enim, cum 32
in Germania sint Cives Romanæ, Vid. Mynsing. *Cent. 5. Observ.* 6.
Alex. *Vol. 5. Consil n.* 6. Mascard. *De Probat. Concl.* 945. *n.* 23. Tuschus. 33
Concl. 377. Lit. J. & Brunnem. *ad L. 7. C. De Iudæis*, & juxta Leges Civi-
les judicentur, per *L. 8. C. de Iudæis*, recte etiam, ubi tolerantur, Ci- 34
vium privilegiis utuntur. Rimin. *Vol. 2. Cons.* 275. *n. 23. seq. & Vol. 2.*
Consil. 119. n. 4. seq. Brunnem. *ad d. L. 7. C. n.* 8. Confer. Illustris Dn.
Rhetz *in Diss. De Iure Virgin. c. 2. §. 3.*

Sequitur (3.) in Rubro Vox JURIS, in oppositione ad FACTI, 35
ignorantiam. Sicuti enim Lippis & Tonsoribus notum est, *Igno-*
rantiam aliam esse *juris*, qua quis id ignorat, quod Legibus, Plebi-
scitis, SCtis, Principum Constitutionibus &c. est constitutum, *L. 12.*
C. De J. & f. J. vel natura est prohibitum. v. gr. Si Mulier ignoret
emancipata, se intra annum bonorum possessionem petere debere
L. 3. C. De J. & f. J. Vel si ignoret, hereditate legatis exhausta vel
onerata, sibi heredi competere beneficium Legis Falcidiæ, *L. 1. ff. Ad*
L. Falcid. aut ex fidejussoria caussa se non obligari, *L. 1. §. 1. Ad SCt.*
Vellej aut in concursu Creditorũ sibi intuitu dotis inter Hypothecarios
competere jus prælationis. *L. 12. C. Qui pot. sunt in* Aliam *Facti* esse, *L. 1.*
pr. ff. De I. & F. Ign. qua, quod *ipsa* fecit, ignorat Mulier, quæ *facti pro-*
prij dicitur *ignorantia*, v. gr. Si se jam tum solvisse Cajo ignorans,
ipsi denuo solvat, vel, quod *ab alio* factum est, aut *casu* contigit, ne-
scit, quæ *facti alieni* appellatur v. gr. Si mulier ignorans Patrem
emancipantem mortuum esse, bonorum possessionem non petierit
debito tempore, *L. 1. §. 1. ff. De I. & f. I.* Ita hac Dissertatione de *In-*
noxia FACTI ignorantia agere animus mihi non est; quem cereroquin 38
non fugit, sicuti *facti proprij* ignorantia *regulariter* nec probabilis est,
Brunnem. *Consil. 162. n.* 237. Perez. *ad C. Tit. De I. & f. I. n. 3.* nec in ca-
sibus, quibus de *lucro captando* agitur, excusationem mereatur, *Id d. l.* 39
Conf. Brunnem. *ad L. 3. ff. De I. & f. I.* Zoes. *ad ff. Tit. eod n.* 8. ita *alieni*
facti ignorantiam *regulariter* neque *Maribus*, neque *Mulieribus* nocere 41
L. 2. & 8. ff. De I. & f. I. L. 7. C. eod. etiamsi de *compendiis* & *lucris* quæ-
ratur, *d. L. 8. & 7. ff. de I. f. I.* Brunnem. *ad L. 8 ff. d. t.* Unde recte re-
spondet Tryphoninus *in L. fin ff. Qui pet. tut.* Matrem *fraudulentæ* Tuto-
ris dati *administrationis ignaram*, minime filii intestati legitima privan- 42
dam esse successione, eo, quod illum suspectum facere omiserit.

43 Neque porro cuiquam ignotum esse credo, *Juris ignorantiam* vel
JURIS NATURALIS, qua, quod recta ratio ita simpliciter facien-
dum, aut omittendum inculcat, ut actum contrarium moraliter tur-
pem esse æstimet, & damnet, Grot. *De I. B. & P. Lib.* 1. *c.* 1. § 10. igno-
rari prætenditur v. g. Si Sodomita prætendat, se ignorasse nefandum
hocce commissum jure esse prohibitum, vel Mulier prætendat, ince-
stum in linea adscendenti cum proprio Parente jure interdictum esse;
46 Vel JURIS esse CIVILIS, qua id ignoratur, quod ad Reip. & Privato-
rum Salutem à Superiore est constitutum, e. g. Si mulier ignoret, absq;
inventarii beneficio adeuntem alicujus hereditatem, ad omne æs
47 alienum, à defuncto contractum, etiam ultra vires hereditarias ob-
ligari, per *L. fin. §. 14. C. De Iur. delib.* vel si ignoret ex Statuto Lube-
censi contrahentem, sine Litis Curatore non obligari; At vero, quem-
admodum apud omnes expeditum est, *Naturalis juris* non mage, quam
rationis naturalis, omnium mortalium mentibus inditæ, *Rom. 2. v. 15.*
50 ignorantiam à quo piam sanæ mentis prætendi posse, *arg L. 2. C. De
Edend.* Zœs. *ad ff. De I. & 1. I. n. 5.* Stryk. *in Diss. De Jur. Analphab. c. 2. n. 14.*
Comitul. quæst. Moral. *L. 5. q. 1. n. 5.* Layman. *ad Jus Can. pag.* 10. *n.* 6.
Richter. *Vol.* 2. *Cons.* 54. *n.* 29 Mascard. *de Prob. Concl.* 641. *n.* 5. Vultej.
Cons. Marp. 26. *n.* 179. *Vol.* 1. ita hæc turpiter à *Muliere* prætensa, eidem
51 minime patrocinabitur, haud obscure id innuente excelsi ingenii
JCto Papiniano in *L. 38. §. 2. ff. Ad L. Iul. De adult.* ubi à Legis Juliæ
pœna ne *Mulierem* quidem, incestum *Iuris Gentium* commit-
tentem, immunem pronunciat, illam tamen excusando ab incestus
52 crimine, solo *jure civili* interdicti. Hoc etiam extendunt, ad illa,
quæ *quasi juris naturalis* esse dicuntur, ita, ut nec horum ignorantia
Mulieribus ullum impunitatis præstet præsidium, quod evictum eunt
53 ex *L. 2. & 3. C. De in jus Voc.* Ubi & emancipata *Mulier* pœnæ Edicti
prohibitorii, de Parentibus sine venia in jus non vocandis, se ream
facit, si Parentem contra hoc edictum in jus temere vocaverit, sub-
45 juncta ratione, quod honor hujusmodi personis *naturali ratione* de-
beatur, sicque in ea, ne *Rusticitati* quidem venia præbeatur. *d. l. 2. ibi-
que* Brunnem. Sed satis, ni fallor de ignorantia *Iuris Naturalis*, cir-
55 ca quam præsens Disputatio non est occupata, Ad *Iuris Civilis* igno-
56 rantiam revertor, circa quam nil interesse arbitror, utrum illa sit *Ju-
ris Civilis Communis*, an vero *Specialis*, seu *Statutarij*, Vid. Lucas de
Penna *in L. 3. C. De Apochis-publ.* Menoch. *De Præsumpt. Lib. 2. Præs. 3.*
n. 5.

n. 5. Mevius. *ad Jus Lubec. Lib.* 1. *Tit.* 3. *n.* 3. *ibi: proprii juris*, & *in Prælim.* 57
quæst. 4. *n.* 21. Klock. *Tom.* 2. *Consil.* 59. *n.* 48. cum *illius* non magis, quam
hujus ignorantia noceat *Mulieribus*, etiam ratione *lucri* in casibus *utro-*
que jure expressis: Sicuti contra extra casus *specialiter* exceptos, non 58
magis *illius*, quam *hujus* ignorantia *Mulieribus* in captando *lucro* pro-
dest. *arg. L.* 9. *C. De LL. L.* 8. & 11. *cum seq. C. De I. & f. J. juncta L.* 10. *ff.*
De Bon. Poss. & *L.* 2. §. 5. *ff. Quis ord. in B. P. serv.* Vid. omnino Baldus.
ad L. 13. *De J. & f. I.*

Inscripta *ultimo* est Disputatio De IGNORANTIA, quam vocem 59
malui *Rubro* apponere, quam ERRORIS, aut NESCIENTIÆ, ob-
viam hac via illis iturus, qui non sine magno errore *Errorem* & *Igno-*
rantiam, item *Ignorantiam* & *Nescientiam* confundi, non absque ratio- 60
ne statuunt: Vid. post Menoch. *De Præf. Lib.* 6. *c.* 13. *n.* 2. & Vultejum
in I. R. Lib. 1. *c.* 7. *n.* 46. Renneman. *in Iurisp. Rom. Germ. Disp.* 20. *vel n.*
th. 26. *Lit. A.* & Hahn. *ad Wes. Tit. De I. & f. J. nec non* Schwedendörff.
ad Eckbold. ead. Sicuti enim *Nescientia* in stricta sua significatione est 61
simplex scientiæ negatio, vel *Carentia ejus scientiæ*, *quam quis habere non po-*
tuit, inde *ignorantia puræ negationis* dicta, Vid Gregor. de Valent. *T.* 4.
Disp. 1. *q.* 15. *pag.* 1. & Castan. *Dist. Philosoph. Voc. Ignorantia* qualiter jura
nescire dicuntur *mente capti*. Vid. Hahn. *d. l. n.* 1. cum contra *Ignorantia*
in strictiori acceptione sit *simplex scientiæ privatio*, f. Carentia ejus sci- 62
entiæ, *quam quis*, adminimum Peritiores consulendo, *per L.* 10. *ff. De*
Bon. Poss. & *L.* 2. §. 5. *ff. Quis Ord. in B. P. serv.* habere *potuisset*, qualiter
& *Mulieres* in *Rubro* & in tota Dissertatione jus ignorare di- 63
cuntur. Quæ ignorantia Privationis Philosophis dicitur. Ita
ab *Errore* stricte accepto, iterum differt *Ignorantia*, quod *Error* sit *Opi-*
nio falsa, ex ignorantia contracta, dum quis ex nudæ notitiæ juris ca-
rentia putat, hoc jure ita esse dispositum, quod tamen aliter se habet, 64
vel contra. Renneman. *d t. th.* 25. quæ *pravæ Dispositionis ignorantia* dici
suevit. *Vid.* Struv. *S. I. C. Ex.* 27. *th* 51. Sic, quando *Mulier* ideo non 65
conficit inventarium, quod simpliciter edocta non sit, heredem ul-
tra vires hereditarias nolentem Creditoribus obligari, teneri cum
beneficio Inventarii adire hereditatem ejus, cui vel ex testamento,
vel ab intestato, heres est, omisisse ejus confectionem dicitur ex *igno-* 66
rantia juris; quando vero ideo confici inventarium non curat, quod
non duntaxat ejus privilegium ignoret, sed etiam hanc falsam foveat
opinionem, quod, quanquam illud non confecerit, tamen non te- 67
neatur ultra id, quod in hereditate est, tunc dicitur per *Errorem juris*

in-

inventarii confectionem omisisse. Interim tamen facile largior, Sicuti ex doctrina Dn. Hahnii *d. l.* quoad Titulum *de Juris & facti ignorantia* nil interest, inter *Errorem Juris ejusque Ignorantiam*; ita etiam quoad *innoxiam Iuris ignorantiam* ratione *lucri captandi*, in *Mulieribus* hanc differentiam in hac Dissertatione stricte non attendi, qua pro-
69 inde missa, *INNOXIAM MULIERUM IURIS IGNORANTIAM*, ita describo: Quod sit *PRIVATIO SCIENTIÆ LEGALIS, SEU IURIDICÆ, CERTIS DUNTAXAT IN CASIBUS, ETIAM TUM, CUM DE IPSARUM COMPENDIIS QUÆRITUR, IN MULIERIBUS IURE NON REPROBATA.*

Supersedeo singulis hujus Descriptionis verbis fusius explicandis, cum partim ex prænotatis obscura amplius cuipiam esse haud
70 possint, partim, etiam claram interpretationis lucem ex illis, quæ in principio sequentis Capitis dicentur, fœneratura sint, ad quod sine ulteriori verborum cursu jam descendo.

CAPUT II.

Sistens

Casus Innoxiæ Mulierum Iuris Ignorantiæ.

SUMMARIA.

Iuris Ignorantiam omnibus nocere exponitur. n. 1. *seq.*

Non datur Juris ignorati exceptio *illis, qui jura edocti non sunt, si Peritiores consulendi copia non defuerit.* 4. *seqq.*

Ratio redditur. 8

Fœminæ *quoque nocet* Juris ignorantia, *modo non agatur* de damnis rei suæ amittendæ. 9. *seq.*

Rationem videsis. 11. *seqq.*

Quis in damno, rei suæ amittendæ versari dicatur, declaratur. 13

Prodest mulieri *juris* domicilii maritalis ignorantia *illo casu, quo juxta statuta loci domicilii mariti singulare jus constitutum est de dotis lucro.* 14

Ad rationem & sententiam contrariam respondetur. 15. *seq.*

Explicatur L. fin. C. De J. & f. J. 19. *seqq.*

Damnum *in jure nonnunquam ipsum* lucrum *reputatur*, 20

Adfertur alia d. L. explicatio, cum brevi responsione. 21

Mu-

Mulieres *non excusat* juris ignorantia, *sive de* compendiis, *sive de* damnis *agatur, quoties in illis versantur, quæ ad Formam alicujus actus pertinent, vel quæ ordinis judiciarii solennitatem vel juris rigorem observandum respiciunt.* 22. *seqq.*

Non valet Mulieris *testamentum, in quo ob* ignorantiam juris *aliquam debitarum solennitatum neglexit.* 26

Mulieri *non succurritur, per* ignorantiam juris *absque beneficio Inventarii hereditatem adeunti.* 27

Mulier *renovationem investituræ feudalis* ob juris ignorantiam, *debito tempore non urgendo, feudo cadit.* 28

Terminum probatorium labi passa Mulier *per* juris ignorantiam *sibi præjudicat.* 29

Restituitur tamen h. c. ob Advocati[illegible] Peritorum inopiam. 3[illegible]

Forma ad unguem non observata actum reddit ipso jure nullum. 31

Ejus ampliationem vide. 32

Ordinis Judiciarii rigorem stricte convenit observari. 33

Scire procedendi Ordinem sæpe pluris est, quam tota scientia juris. 34

Quid sit facere compendium *exponitur.* 36. *seqq.*

Idque illustratur exemplis. 39. *seq.*

Mulieribus *nocet juris ignorantia quoties de* compendiis *agitur.* 42

Mulier juris ignara, *à pupillo sine authoritate Tutoris rem emens, illam usucapere nequit,* 43

Non prodest juris ignoratia, *usucapere volentibus.* 44

Mulieri ex juris ignorantia *indebitum solventi, non prodest eadem, ad condicendum indebitum* ex ignorantia juris *solutum.* 45

Recensetur Veterum sententia, statuentium: Errore juris in debite solutum repeti posse. 46

Ejusque subjicitur Ratio. 47

Negatur in condictione indebiti agi de damno rei amittendæ. 48

Rejicitur dicta sententia. 49

Ad objectam L. 9. C. Ad SCt. Vellejanum, *respondetur.* 51. *seqq.*

Mater non sublevatur juris ignorati exceptione, si liberis intra annum tutorem non petierit. 55

Ratio ejus subjicitur. 56

Mulier, juris ignara, intra legitimum tempus non petens bonorum possessionem, deinde non adjuvatur, recursura ad ignorati juris præsidium 57

Rationem videsis. 58

Mulier per juris ignorantiam solvens legatario integrum legatum, non potest deinde uti Legis Falcidiæ auxilio. 59

Ratio additur 60

Progressus fit à Casibus, in quibus in Compendiis faciendis *regulariter Mulieribus non adsistit jus ob ejus ignorantiam, ad casus, in quibus Mulieribus, jurium ignaris specialiter*

liter Lex adsistit ob jus ignoratum. 61
Dari in jure certos Casus Innoxiæ Mulierum Juris Ignorantiæ, *etiam* ratione lucri, *probatur.* 62. *seqq.*
Primum Casum exhibet. 65. *cum seqq.*
Secundus Casus continetur in L. 8. §. 2. ff. Qui satisd. cog. 70
Refertur Brunnemanni *sententia, statuentis, Mari quidem semel inidoneum fidejussorem admittenti, non subveniri, bene vero Mulieribus ob juris ignorantiam.* 71
De hac sententia ex d. L. 8. §. 2. illatione dubitatur. 72
Lucrum est, plures habere reos. 73
Tertius Casus exhibetur. 74
Quartus Casus recensetur. 75
Subjicitur dubitandi ratio circa hunc casum 77. *Mulieri quidem ob juris ignorantiam* delicti pœna *remittitur, non tamen ex illo* lucrum *conceditur.* 79
Ratio subjicitur. 80
Præter hos Casus, nullos alios Innoxiæ ratione lucri, traditur. 81
Subjicitur judicium de illis Casibus, quos præter hos alij adducunt ICti. 82. *seqq.*
Proponitur quæstio: An Mulieribus illis in Casibus, in quibus jus speciatim in lucris captandis illis in jure ignorato succurrit, prosit ignorati juris exceptio, si peritiores consulendi copiam habuerint? 85
Refertur Negantium Opinio & rationes. 86. *seq.*
Affirmantium sententia traditur. 89
Rationem ejus exhibet. 90. *seqq.*
Non nocet Mulieribus juris ignorantia etiam in lucro captando, illis in casibus, quibus speciatim jus ipsis non adsistit, quoties Peritorum copia illis defuit 91
Sed Tuta sunt potius in utroque foro. 92
Ratio datur. 93
Ad L. 9. §. 3. ff. De J. & f. J. *respondetur.* 95

1 DEcantata Juris Regula est: *Iuris Ignorantiam omnibus nocere* i. e. *neminem excusare*, quam tradit JCtus Paulus in *L. 9. pr. ff. De I. & f. I.* interque canones recepit Pontifex Bonifacius VIII. *in c. Ignorantia.* 13.
2 *De R. I. in 6.* usque adeo, ut, cum Leges hoc fine publicatas, ut in omnium illorum descendant notitiam, quibus præscriptæ sunt, nemini ignorare liceat, *L. 9. C. De LL. L. 12. C. De I. & f. I.* ne illi quidem,
3 qui ipsi jura edocti non sunt, *regulariter* se *juris ignorati exceptione* tueri possint, illo in casu, quo *Peritiores* consulere potuerunt. Id enim illorum
4 culpæ adnumeratur, non quod juri addiscendo operam non navave-
5 rint ipsi, sed quod juris scientia destituti, juris Peritos, quorũ copiam habuerunt, non consuluerint, qualiter in *casibus non exceptis* ad ignorati ju-
6 ris Asylũ confugientib⁹ optime occurrit JCtus *Paulus* supra datæ Regulæ: Au-

Author *L. 10. ff. De Bon. Poſſ.* Ubi docet: In Bonorum Poſſeſſionibus *ju-*
ris ignorantiam non prodeſſe, ſufficereque intra ſtatuta tempora Bonorum
poſſeſſionem non petentibus, *non defuiſſe, quos conſulerent*, neque hanc
in illis deſiderari ſcientiam, *quæ Jurisprudentibus eſt propria*, ſed eam,
quam ſi quis per ſe non habeat, *conſulendo Prudentiores adſequi potuit.*
Cui adſtipulatur per omnia JCtus Ulpianus in *L. 2. §. 5. ff. Quis ord. in* 7
poſſ. ſerv. Ubi juxta Doctrinam JCti *Pomponij*, illam jurium ſcientiam
nemini negligendam eſſe inculcat, non *quæ cadit in Jurisprudentes*, ſed,
quam quis conſulendo Peritiores per alios adſequi potuit. Nec deſtituitur 8
hæc theorica ratione, quam ipſe JCtus *Paulus* optimam ſubjicit in *L. 9.*
§. 3. *ff. De J. & f. I.* quia, ex ſententia *Labeonis JCti cui facile eſt ſcire*, ei
juris ignorantia merito detrimento eſſe debet. Minime vero Gentium ar- 9
bitrandum eſt, præfatam JCti Pauli Regulam ad ſolos *Maſculos* eſſe re-
ſtringendam, ſed in *Muliebri* etiam *Sexu*, eandem æq; *regulariter* vim ob-
tinere ſuam, modo non agitur de *damnis amittendæ ſuæ* vel quod perin-
de eſt, modo *ſuum non petant*, claret ex *L. 7. & 8 ff. De I. & f. I* Sicuti enim do-
cente Ulpiano in *all. L. 8.* Omnibus in *damnis amittendæ rei ſuæ* non nocet 10
juris ignoranta, ita nec eandem *Mulieribus* hoc caſu nocere debere, non
duntaxat *rationis*; ſed & *æquitatis* eſt: Cum infirmiori huic ſexui ſola *ju-* 11
ris ignorantia dominium rei ſuæ adimere non poſſit, utpote quæ nulli-
bi in jure ſufficiens ſtatuitur cauſſa eſſe adimendæ rei noſtræ, Zoeſ. 12
ad Tit ff. De I. & f. n. 7. multo minus vero in *Mulieribus*, ceu quibus ob
ſexus infirmitatem citius, quam *Maſculis* ſubveniendum eſſe, æquita-
tis Regulis apprimè convenit. *Vid. L. 9. ff. pr. De I. & f. I. ibi propter Se-*
xus infirmitatem. Unde recte infero, cum ſuum petere dicantur, qui 13
dominium rei ſuæ adhuc habent, (poſſeſſione ſorte amiſſa) indeque
verſari in damno rei ſuæ amittendæ cenſeantur, Vid. Excell. Schil-
ter. *in Exercit. Theoret. Pract. 35. th. 30.* tutam eſſe *Mulierem* juris igno-
rantia, quæ, cum juxta *L. 65. ff. De Iudic.* in dotis repetitione, locus non 14
contractus, ſed *domicilij Mariti* inſpici oporteat, ignara in mariti do-
micilio ſpeciale aliquid circa lucrum dotis obtinere, ad *juris ignorati*
præſidium confugit, cum hic agatur de damno dotis, & ita rei ſuæ
amittendæ, qualiter juxta doctrinam Alexandri *Lib. 3. Conſ. 100. n. 6.*
cenſuere JCti Heidelbergenſes apud Simonem Piſtoris, *Vol. 1. Con-* 15
ſil. 20. p. m. 1117. licet contrarium ab his tueatur Menochius *de Præſumpt.*
Lib. 3. Præſ. 88. n. 13. ibique allegati, eo, quod ipſam diligentius inqui-
rere oportuiſſet in ſtatuta & jura domicilii mariti *arg. L. 19. ff. De R. I.*

16 Cui tamen ex ipſo Menochio *de A. I. Q. Lib.* 2. *Cent.* 2. *Caſ.* 182. *n.* 72.
reſponderi poteſt: *Virilis* potius quam *muliebris* officii eſſe, conditio-
nem & leges fori alterius perſcrutari. *arg L. fin. in fin. ff. Qui pet. tut.* in-
17 ſuperque juris *etiam ſpecialiter* in *ſexus Muliebris* favorem introducti
ignorantiam *Mulieribus* non nocere in *damnis rerum amittendarum.*
Unicum vero eſt, quod maximopere obſtare videtur Regulæ *n.* 11. *hu-*
18 *jus Cap.* traditæ Sc: Quod ipſi Imperatores *in L. fin. C. De I & f. I.* diſſer-
tis ſtatuere cenſeantur verbis, in *certis quibuſdam duntaxat cauſſis* juris
ignorantiam non nocere *Mulieribus* ſi de *Damno evitando* agatur: Verba
legis hæc ſunt: *Ne paſſim liceat* Mulieribus *omnes ſuos contractus retractare*
in his, quæ prætermiſerint vel ignoraverint; Statuimus, Si per ignorantiam juris
damnum *aliquod circa jus, vel ſubſtantiam ſuam patiantur*, in his tantũ caſi-
bus, quibus præteritarum Legum authoritas illis ſuffragatur, *ſubvenire.*
Verum reſpondemus, in dicta Lege vocem *damni* in laxiori ſignifica-
19 tu pro ipſo *lucro* accipi, dum *damnum* etiam *lucrum* reputetur, quan-
do nobis abeſt qualiter & Mater *damnum pati in L.* 2. §. 1. *ff. Qui pet. Tut.*
i. e. *lucrum non habere* dicitur bonorum inteſtati filii, cui Tutorem non
20 pe[illegible] *L.* 2. §. 23. *ad ſenatus conſul. Tertull.* adeo, ut nec per *juris igno-*
rantiam ipſi ſubveniatur. *L. fin. C. Qui pet. Tutor.* Vel cum Jacobo Go-
thofredi *ad L. fin. Cod. Theodoſiani De in integr. Reſtit.* arctius reſtingen-
dam eſſe Legem ad illas duntaxat cauſſas, in quibus *delictum* obver-
21 ſatur, quanquam hanc interpretationem vix admittere videantur
dictæ Legis verba: *Omnes ſuos contractus &c.* Illud autem prætermit-
tendum haud eſt: *Mulieres* non excuſare *juris ignorantiam*, ſive de
22 *compendiis*, ſive de *damnis* agatur, quoties in illis verſantur, quæ ad
formalem alicujus actus *ſubſtantiam* pertinent, vel *Ordinis Judiciarij re-*
ſpiciunt ſolennitatem, Vid. Tiraquell. *De Retract. Convent* §. 5. *Gloſſ* 7.
23 *n.* 15. *ſeq. pag. m.* 566. *cum inibi allegatis.* Mynſ. *Cent.* 6. *Obſerv.* 47. Ren-
24 neman. *in Juriſp. Rom. Germ. Diſp.* 20. *th.* 37. *Lit. E.* Vincent. de Fran-
chis. *Dec.* 518. *n.* 5. & Maſcard. *De Prob. Concl.* 1082. *n.* 14. *ibique allegati*
Ddres vel ad *rigorem juris obſervandum* inducta ſunt Vid. Socin. *Reg.* 18.
25 Tuſch. *in concl. Pract.* 372. *Lit. R.* Salicet. *in L. pen. Qui admitt. ad B. P.*
Unde inferunt Ddres (1.) Mulieris teſtamentum, debitis ſolennitati-
26 bus deſtitutum, non valere, etiam ſi per *ignorantiam juris* circa
Teſtamenti formam aliquid neglexerit. Mynſ. *Cent.* 4. *Obſ.* 47. *n.* 2.
27 (2.) Mulieri inventarium ſuper bonis hereditariis non confici-
enti, nec ex capite *ignorati juris* ſubveniri, Tiraquell. *d. l. num.* 16.
cum

cum multis inibi alleg. Vincent. de Franchis. *Dec.518. n.4. & Dec.229. n.4.* 28
cum plena manu inibi adductis. (3) Mulierem Investituræ feudalis reno-
vationem statuto tempore *ob juris ignorantiam* petere negligentem, feu-
do cadere. Vincent. de Franchis. *d. l.* Tiraquellus *d. l. n.17. ibiq; all.*
Stryk *in E. I. F. Cap.17. q.15.* Ludwel. *in Tract. feud. p.324. seq.* (4) Intra 29
Terminum probatorium probationem suam non expedientem Mu-
lierem, per *juris ignorantiam* sibi præjudicare. Mynf. *d. l. n.3. ibique ad-
dati Ddres* Mascard. *de Prob. d. l.* Hoc tamen casu subveniendum esse
Mulieribus per restitutionis in integrum auxilium, si Peritiorum copiam habere 30
non potuerint, æquum omnino est. Vid. Mynf. *ibiq; all. d. l. n.4.* Ratio 31
horum omnium est, Quod forma à lege tradita ad unguem non obser-
vata, actum ipso jure reddat nullum, Alex. 137. *Vol.2.* & abs hac, ne qui-
dem consentientibus partibus, recedi possit, Roland. à Valle *in Consil.72.*
Vol.3. Zubrodt. *Tract. de Comparat. Liter. p.4. n.4. Confer.* Dn. Stryk. *in* 32
Dissert. de Jur. Analph. Cap.2. n.23. quodque Judiciarii Ordinis rigo- 33
rem stricte observari oporteat, quem nosse sæpe pluris est, quam tota
scientia juris. Stryk. *in Introd. ad Prax. For. Cap.1. §.7.* 34

Cæterum, cum *supra n.10. h. cap.* dictum sit, *Innoxium Mulieribus* 35
esse juris ignorantiam in damnis rerum suarum amittendarum, restat ut nunc
porro inquiram, An *ignorantia* etiam *juris innoxia existat Mulieribus in*
compendiis s. lucris quærendis? Ad Cujus quæstionis decisionem ante-
quam prolabar, operæ pretium fore adopinor, in antecessum binis
exponere: *Quid sit compendium facere?* ne in digressione ad exempla
hærere necesse habeam. Dico igitur (1) compendiũ nos facere videri, 36
si, *quæ nostra non sunt, nec nobis debentur, acquirimus.* Item, (2) si *quæ nostra esse* 37
desierunt recuperamus. Nec non (3) Si id acquirimus, *quod sub spe saltem no-* 38
bis debetur. Exemplum *primi* exhibet, *Usucapio*, per quã id acquireretur, 39
quod nostrum non esset, nec nobis deberetur, si illa emtori rei,
à pupillo sine Tutoris authoritate venditæ & traditæ, adjiceret domi-
nium, illo casu, quo Mulier *ignara hujus juris*, rem pupilli ex hac causa 40
emptam, usucapere vellet. Exemplum *Secundi est in condictione inde-*
biti, quæ cum *non-domino* contra *dominum* detur, tendit ad recuperatio-
nem illius, quod nostrum esse desiit. *Tertii* exemplum est in Matre 41
non petente filiis Tutorem intra præfinitum à jure tempus, propterea,
successione, quam sperabat, filii sui intra pubertatem mortui, privanda,
cui, an *juris ignorantia noceat*, si quæramus, an vero hæc *prosit* Matri ad
acquirendum hereditatem filii, utique petenda erit ejus decisio ex

Regula juris, quæ determinat, an in *compendiis quærendis* Mulieribus
42 noceat juris ignorantia. Hanc autem, hisce jam præmissis, talem accipimus à JCto Papiniano in *L.7.ff. de J.&f.J.& in L.8.ff.eod.* In Compendiis, i.e. Acquirere Volentibus, per *L.8.d.l.* Juris Errorem nec Fœminis Prodesse; quam confirmant Imperatores in *L.6. C. Qui admitti ad B.P.possit,& in L.11.C.de J.&f.J.* Ex hac clara juris regula
43 infero jam. (1) Si Mulier juris ignara, à pupillo sine Tutoris authoritate rem emisset, ipsi quoad *usucapionem ejus*, non prodesse *juris ignoran-*
44 *tiam*, quia illa in *compendiis* ne fœminis quidem prodest *Vid. L.4.ff. de*
45 *J.&f.J.* juncta *L.31 pr.ff. de Usurpation* Infero (2) Mulierem ex *juris ignorantia* indebitum solventem, illud condictione indebiti repetere non posse, cum & hæc militet *de lucro rei amissæ* captando. *L.10. C. De I.f.&I.* Sed vellere hic aurem videtur constans, obque *æquitatem* suam *in Foro* recepta Sententia, Vid. Brunnem. *ad L.7.ff. De I.&f.I. n 2.&4.* Philipp. *in Usu Pr. Inst. ad Tit.quib.m. re Contrah.obl. Eccl.*40. & Richter. *P.1. Dec.68. n.*37. *aliique* Veterum JCtorum, statuentium; *Errore juris indebite solutum repeti posse*, eo, quod hoc casu solvens *errore juris* indebitum, militet de *damno rei suæ amittendæ*, Accursius *in L.1. C. de Cond. indeb.* Ludovic. Vitalis. *L.2. Var. Lect. Cap.22.* Sichard. *ad Rubr. & L.1. C.d.t.* Wesenbec. *in Parat.ff. eod.* quam sententiam ex Neothericis etiam tuentur Frantzk. *ad Tit.ff. De Condict. ind. n.29.seq.* Carpz. P.3. *C.15. D.42.* Zœs. *ad Tit. De Cond.ind. n.14. aliique* à Brunnem. *d.l. allegati*; quo casu *juris ignorantiam* non nocere, fusius evictum ivi, *n 9.*
48 *seqq. h. Cap.* At vero, cum hic non agatur de *damno rei suæ amittendæ*, sed de *rei amissæ recuperatione*, sicque *de lucro*, *per notata n 37. h. Cap.* in
46 quo *ignorantia juris Mulieribus* non opitulatur, insuperque verior est sententia negantium, condictionem locum habere, in *errore juris* solutis, per ea, quæ habet, Hopp. *ad §.1. I. Quib. mod. re contrah. obl.* ibique Stryk. *& in Not. ad Lauterbach. Tit. De Condict. indeb.96. Errori facti.* Ludwell. *ad Wesenb. d.l.n.6.* Harprecht. *ad §.1. I. Quib. in re contrah. obl. n.56. ibique, plena manu allegati, ubi etiam ad contraria argumenta respondet,* stat firmo adhuc talo *n.45.* facta illatio, scilicet *Mulierem* indebitum *juris errore* solutum condicere non posse. Neque dictis obstat *L.9. C.*
50 *Ad SCtum Vellejanum.* ubi diserte dicitur: *Mulierem*, SCti Vellejani beneficio se munitam esse *ignorantem*, condicere posse, quod hoc errore indebite solvit, juncta *L.40.pr.ff.eod.* Respondendum enim est, con-
51 dictionem hanc *Mulieribus* non ideo concedi, quod *per ignorantiam*

juris

juris indebitum solverint, minus vero, quod hic certent de *damno evi-* 52
tando, sed quod per SCtum Vellejanum *ex fidejussione* Mulierum orta 53
naturalis obligatio, quæ ceteroquin condictioni indebiti obstat, *Vid.*
omnino Hopp. *supr. all. loc. ibique citati*, penitus sit reprobata. Stryk. *in*
not. ad Lauterbach. d. l 96. Indebitum non repetitur. Nec obstat (2) quod
tamen expresse in *d. L. juris ignorantiæ* fiat mentio. R. enim est: Inde 54
nequaquam sequi, hanc condictionis esse causam; sed *ignorantiæ* ideo
fieri mentionem, quod *scienti*, sibi ex fidejussione competere privile-
gium, & tamen solventi, denegetur condictio *L. 29. §. 3. L. 14. De Cond.*
indeb. C. eod. Cujus enim *per errorem* dati est repetitio, ejus *consulto*
dati est donatio. *L. 53 ff. De R. I.* Infero (3) Matrem intra annum 55
liberis impuberibus Tutorem non petentem, in pupillari ætate mor-
tuorum privari successione, *ignorantiæ juris* illam non sublevatura,
per L. fin. C. Qui pot. Tut a. Curat. cum etiam hic non de *damno*, sed de
lucro agatur. Donell. *Lib. 3 c. 8 Lit. F. &* Brunnem. *ad L. 3. seqq. C. Qui* 56
pet. tut. vel Curat. n. 7. Infero (4) Mulierem *juris ignaram*, bonorum 57
possessione intra tempora legitima non petita, nullo jure posse præten-
dere, ut *ignorati juris præsidio* adjuvetur, per *L. 6. C. Qui admitti ad B. P.*
poss. L. 3. C. De J. & f. J. L. 10. ff. De B. P. Rationem reddit Brunnem. 58
ad L. 4. seqq. C. Qui adm. ad C. P. poss. n. 5. quia hic de *lucro* agitur. In- 59
fero (5) Legata pecunia sine detractione Falcidiæ Legatario à *Mulie-*
re per *juris ignorantiam* soluta, eandem sub prætextu *juris ignorati* ne
tum quidem repeti posse, si eadem adhuc extet, *per L. 9. § fin. ff. De*
J. & f. J. Excell. Schilter. *in Prax. Jur. in For. Germ. Exercit. 35. § 31.* quia 60
& hoc casu *compendium* factura videtur.

Lustravimus hactenus Casus in quibus *Juris ignorantia* detri- 61
mentosa est *Mulieribus*, *compendium* facturis: Monet tempus ut ad illos
jam progredior Casus, quibus contra Regulam *n. 42. h. Cap.* traditam,
Mulieribus non nocet *juris ignorantia*, utut *de lucro* agatur: Esse enim 62
Casus aliquos *Innoxiæ Mulierum Juris ignorantiæ*, ipse innuit JCtus Pau-
lus *in L. 9. pr. ff. De J. & f. J.* Postquam enim inibi præmiserat Regu-
lam: *Juris ignorantiam cuique nocere*, subjicit statim, à Regula dicta exci-
pi *Minores & Mulieres*; & ne quis arbitretur, *juris ignorantiam* non no-
cere *simpliciter* Mulieribus, addit proxime notanter: *In quibusdam causis*
easdem *juris ignorantia* non lædi. Quod etiam confirmant Impera- 63
tores Leo & Anthemius *in L. 13. C. eod.* ubi apposite constituunt, *Mu-*
lieribus non licere *passim* sub *prætextu juris ignorati* suos contractus retra-

ctare,

ctare, nec illis aliter subveniri, quam in illis casibus, in quibus *praeteritarum legum authoritas ipsis specialiter suffragatur*, vel, uti id explicat Excell. Schilter. *proxime all. loc.* §. 37. quos praecedentes leges jam tum specia-
64 liter expresserunt. Mirum vero est, quam in recensendis hisce Casibus Doctores varient. Equidem, missis aliorum Opinionibus,
65 Primum Casum contineri reor in *L. 2. §. fin. ff De Jure Fisc.* In qua tradit *Calistratus* JCtus, Mulierem, *errore juris* seductam, putantem, se, quod relictum est, capere non posse, idque Fisco, spe premium, ultro se deferentibus concedi solitum, obtinendi, denunciantem, adjuvari *juris*
66 *ignorantia*, hoc effectu, ut legatum non minus consequatur, ac si nunquam se Fisco detulisset: Quod utique singulari humanitatis, ac indulgentiae Principalis exemplo, contra proprium Fisci interesse Sexui sequiori concessum esse, ejus infirmitati plus, quam aerarii emolu-
67 mento favendo, satis clare patet ex allegato §. 7. *d. l. 2.* Postquam enim JCtus in principio d §. generalem videbatur tradidisse regulam: Nemini sc. obesse debere, quod *juris ignoratus* Fisco se detulerit; ne ejus *generalitate* quis decipiatur, statim Regulam *restringit* ad illas personas,
68 quae vel propter Rusticitatem, vel propter Sexum Foemineum jus suum ignorare potuerunt. Esse autem hoc exemplum *Innoxiae Mulierum juris ignorantiae de compendio* solicitarum, inde constat, quod hic
69 agatur de integro legato acquirendo, quo stricto jure exciderat ob factam delationem Mulier. Vid. Harprecht. *ad* §. 1. *I. Qu ib. mod. re contr. obl. n. 73.* Ex Schilter. *supr. all. loc.* §. 37. Oddus *De rest. in integr. P. 2. q. 10. art. 2. n. 4.* Glossa. *ad L. 9. ff. de J. & f. J.* Hilliger ad Donell. *L. 1. c. 18 Lit. F.* & Perez. *ad C. de J. & f. J.* §. 8.

70 Secundum *Innoxiae Mulierum Juris ignorantiae* Casum eruunt ex *L. 8. §. 2 ff. Qui satisd. cog.* Ubi JCtus Paulus docet, Mulierem, si *juris ignara*, quod servos ab intercessione arcet, servum de judicato solvendo fidejussorem admiserit, *juris imperitia* adjuvari, hoc effectu, ut ex inte-
71 gro ipsi cavendum sit: Ex qua Lege colligit Brunnem. *n. 8.* Licet Mari non subveniatur, admittenti semel inidoneum fidejussorem, *Mulieri* tamen ob *juris imperitiam* succurri, si illi minus idoneus datus sit fidejussor. Quod, an ex Legis hujus verbis commode inferri pos-
72 sit, subdubito, cum Lex inter *Masculum & Foeminã* non distinguat; Sed
73 diceres: Ubi hic *lucrum* est, in quo prodesse debet *Mulieri juris ignorantia*? Respondeo in satis acceptione, per quam Mulier duos incipit post cautionem habere debitores: Interest autem Creditoris, plures habe-
re

re debitores: Intereſt autem Creditoris, plures habere reos. *L.3. §. fin. in fin. ff. De Liber. legat.* Confer. Cujac. *Lib. 14. Obſ. 39. & Gloſſ. ad L. 9. ff. & L. fin. C. De J. & f. J. Lit. F.*

Tertium *Innoxiæ Mulierum Juris Ignorantiæ* Caſum deprehendere licet in *L. 25. §. 1. ff. De Probat.* Ubi JCtus Paulus *Mulierem per juris ignorantiam* indebitum ſolventem, relevat ab onere probandi indebitum, ſi illud repetere velit, cum ceteroquin pecuniam indebite ſolutam repetituris, incumbat neceſſitas probandi, ipſam fuiſſe indebitam. Vid. Brunnem. *ad d. L. 25.* Menoch. *Lib. 2. De A. I. Q. Caſ. 194. n. 41.* Herculan. *in Tract. Quis teneatur negativam probare n. 104.* & Dn. Schilter. *Ex. 35. §. 37.* 74

Quartum *Innoxiæ Mulierum Juris ignorantiæ* Caſum communiter Doctores quærunt in *L. 15. §. 5. ff. Ad L. Corneliam de falſ.* Ubi dicitur, licet *ignorantia juris* neminem excuſet contra Legis Corneliæ ſeveritatem, *L. 15. pr. ff. eod.* Mulieri tamen, Matre dictitante ſibi legatum *ex juris ignorantia* adſcribenti, veniam Legis Corneliæ eſſe tribuendam: Quod aliqui ita interpretantur, ut non duntaxat hoc caſu Mulier *pœnam Legis Corneliæ non incurrat, ſed relicti etiam Legati emolumento non privetur:* Vid. Cujac. *Lib. 14. Obſ. 39.* Hillig. ad Donell. *Lib. 1. c. 18. Lit F.* Secundum quorum & aliorum ſententiam in dubie hic caſus eſſet *innoxiæ Mulierum juris ignorantiæ* ratione *compendii & lucri quærendi:* At vero, cum *de retinendo legato* in *d. l.* nil prorſus dicatur, ſed duntaxat de *remittenda ob juris ignorantiam Legis Corneliæ pœna*, Vid. Gothofred. *ad d. L. 15. §. 5. Lit. P.* inſuperque Ddres non abſque ratione ſtatuant, licet *Mulieri ob juris ignorantiam delicti pœna* remittatur, ipſam tamen haud cenſeri *lucrum exinde conquiſitum* retinere poſſe, Renneman. *in Jurispr. Rom. Germ. Diſp. 20. th. 35. Lit. D.* cum in delictis *juris ignorantia* nemini proſit, ut inde *lucrum* faciat, Renneman. *d. l.* quamvis pœna quibusdam ſoleat remitti, *Vid. L. 3. & 5. C. De His, qui ſibi adſcrib.* non fruſtra forſan dubitandi inde naſcetur cuipiam occaſio, an non jure invito hæc Lex ad caſus *innoxiæ Mulierum juris ignorantiæ* ratione *quærendi lucri* referatur. 75 76 77 78 79 80

Et hi duntaxat in jure ſpeciales ſunt caſus, in quibus *Mulieribus in compendiis faciendis juris ignorantia non nocet*, præter quos, nullos alios agnoſco. *arg. L. 14. ff. De LL.* Quos enim Excellent. Schilter. *d. l.* cum Gloſſa & Oddo *de Reſtit. in integr. ſupr. all. loc.* aliisque adhuc adducunt *Innoxiæ Mulierum Juris ignorantiæ* caſus, huc non pertinere, ocularis facile docebit inſpectio, cum partim de *remiſſione pœnæ* In Delictis ob *juris* 81 82 83

 igno-

84 *ignorantiam* agant, partim etiam Damnum Rei Amittendæ respiciant,
de quibus hac agere Dissertatione & inter Casus quidem *Innoxiæ Juris*
ignorantiæ in Compendiis faciendis, animus non fuit.

85 Unicum, antequam huic capiti ultimam addam lineam, restat
adhuc enucleandum, Scilicet: *An Mulieribus in præfatis Casibus etiam pro-*
sit allegatum Juris ignorati præsidium tum, quando Peritiores consulendi ipsis
86 *copia non defuit?* Negandum id videtur, non duntaxat ex generali juris
Consultorum asserto, quo statuunt, quibus in casibus non *nocet Mulie-*
ribus juris ignorantia, in illis semper præsupponendum esse, *Mulieres Pe-*
ritiores consulere non potuisse: Tiraquellus *De retract. Convent. p. 566. n. 18.*
ibique all. Mascard. *De Prob. Concl.* 1082. *n.* 25. *seq.* Sepharin. Olivar. Raz-
87 zal. *P. 1. Dec.* 1006. *n.* 7. Quibus accedere videtur Dn. Brunnemann.
88 *ad L. 9. ff. De J. & f. J. n.* 4. sed claris id etiam requirere verbis censetur
JCtus Paulus, Labeonem secutus, in *L.* 9 §. 3. *ff. d. t.* Ubi postquam
in principio *d. l.* dixerat, *quibusdam in casibus* Mulieribus subveniri in
compendiis faciendis ob juris ignorantiam, statim §. 3. notanter addit:
Sed *Juris ignorantiam* non prodesse Labeo ita accipiendum existimat,
Si NB. *JCti copiam haberet, ut, cui facile sit scire, illi noceat juris Ignorantia.* Sed
89 hisce non obstantibus, *Affirmativam sententiam* veriorem esse autumo,
Scilicet non nocere Mulieribus in *compendiis faciendis* juris ignoran-
90 tiam, utut Peritiores consulere potuerint, illis in casibus, *in quibus Leges*
speciatim illarum ignorantiæ subveniunt. Rationem hujus sententiæ hanc
do, quia admissa contraria sententia, sequeretur nil interesse in jure
inter Casus, *in quibus specialiter lex succurrit Mulierum ignorantiæ*, & in *qui-*
bus in lucris captandis Mulieribus regulariter non prodest Juris ignorantia.
91 Cum enim & in his non noceat *Mulieribus Juris ignorantia* etiam tum,
quando de compendiis faciendis quæritur, si peritiorum copiam habere non potue-
rint, uti constat, *ex L* 10. *ff. De B. P. serv.* adeo, ut tam in foro interiori,
92 quam exteriori tutæ sint, Brunnem. *ad L. 9. §. 3. ff. De J. & f. J. ibique*
93 *Zæs. n.* 4. nemini enim imputare potest, quod, cum vellet facere, non
94 potuerit, *L. cum quidam §. Si pupillo ff. De Usur.* Rennem. *d. l. th.* 34. *Lit. C.*
frustranea esset specialis Legis adsistentia in illis casibus, *quibus Jus*
speciatim Fœminis succurit ob juris ignorantiam, si his æque casibus, ac illis,
quibus *Mulieribus regulariter Lex non adsistit, jurium ignaris*, impedimen-
tum *ex carentia Jurisprudentum* ortum, Mulieres, præsidio innoxiæ Ju-
ris ignorantiæ fruituras, probare oporteret. Vid. omnino Oddus *De*
96 *Rest. in integr. P. I. quæst. 8. n. 60. Ad L. 9. §. 3. ff. De J. & f. J.* Respondeo,
ipsam

ipsam aperte tradere limitationem Regulæ: *Fœminis regulariter nocere in compendiis quærendis juris ignorantiam*, non vero Casuum, *à prædicta Regula* exceptorum.

CAPUT III. seu ULT.

De Probatione Mulierum Juris Ignorantiæ, deque illarum restitutione inintegrum ob sexus hujus infirmitatem.

SUMMARIA.

IN ingressu sistitur conspectus totius hujus Capitis. 1

In probatione juris ignorantiæ maxima ejus vis consistit. 2

Circa quæstionem, qua quæritur; Quisnam juris ignorantiam probare teneatur? distinguitur. 3

In quibus Casibus jus speciatim adsistit ignorantib⁹, Mulieres non tenentur ejus ignorantiam probare, sed ejus scientiam urgentibus, hujus incumbit probatio. 4

In quibus contra Casibus jus speciatim non adsistit ignorantibus, Mulieres juris ignorantiam tenentur probare. 5

Distinctionis hujus fundamentum traditur. 6.*seqq.*

Præsumptio juris habet probationis effectum & onus probandi in adversarium transfert. 11 *seqq.*

Distinctio duobus exemplis illustratur. 13.*seqq.*

Probatur ignorantia juris illis in casibus, in quibus contra Mulieres militat non ignorati juris præsumptio, vel juramento vel conjecturis & Præsumptionibus. 15.*seqq.*

Ratio ejus additur 17.*seq.*

Ad Objectionem respondetur. 20

In illis Casibus, in quibus pro Mulieribus juris ignorati militat præsumptio, allegans ejus scientiam, hanc probabit vel Testibus, vel Præsumptionibus. 22.*seq.*

Num etiam per delationem juramenti? Vid. 24

Num per positiones mediante juramen-

menio Dandorum & Respondendorum Vid. 25
Juramentum respondendorum vim habet juramenti Veritatis, in illis, quæ propriam jurantis scientiam respiciunt. 26
Utrum Mulieres illis in Casibus, in quibus jus illarum ignorantiæ specialiter non adsistit, saltem gaudeant restitutionis in integrum auxilio ex Clausula Prætoria generali? exponitur. 27. *seqq.*
Pro illustranda quæstione duo afferuntur casus 28. *seq.*
Rationes dubitandi tres recensentur. 30 *seqq.*
Sexus Muliebris propria jura negligens, plerumque contra propria commoda laborat. 33
Prætor toties læsis ex clausula generali subvenit, quoties æquitas restitutionem urget. 35
Jure Francico inprimis in judicialibus *fœminæ* ob Sexus fragilitatem *in integrum restituuntur.* 37 *seq.*
Ubi jus Romanum obtinet, Mulieres ob solam fragilitatem *in integrum non restituuntur, illis in casibus, quibus jus ignorare ipsis non permittitur.* 39
Ob Solum Sexum *Mulieres contra lapsa Appellationis fatalia non restituuntur in integrum.* 40
Restitutio in integrum nec in genere, nec in specie, ex clausula Prætoria datur sua culpa *lapsis.* 41
In integro Jure nostro inter causas impetrandi restitutionem in integrum nullibi refertur sola Sexus infirmitas. 48
Ad Obstantiam respondetur. 49. *seq.*
Prætor ne Majorennibus quidem subvenit ex clausula generali, de lucro *solicitis.* 53
Ad tres dubitandi rationes respondetur. 55. *seqq.*
Utrum Mulieres illis in locis, in quibus in perpetua cura sunt, *ob* sexus sui fragilitatem *in integrum restitui possint? quæritur.* 60
Rationes affirmativas videsis 61 *sq.*
In Foro Saxonico Minores & Mulieres æquiparari quoad restitutionem in integrum, non pauci asserunt JCti. 62
Castrata est Lex 8. C. De rest. in int. Min. *à Justiniano.* 64
Juxta L. 3. Cod. Theodos. De in integr. rest. *Minores &* Mulieres *à pari judicantur.* 63
Dn. Schilter asserit, Mulieres in judicialibus *Hodie ob enorme damnum in integrum restitui* ob Sexus sui fragilitatem 66
Dn. Jacobi hoc etiam extendit ad Extrajudicialia. 67
Extra illa loca, in quibus Jus Saxonicum obtinet, non utuntur Mulieres quoad restitutionem in integrum, jure Minorum. 68
In Saxonia etiam Mulier Curatorem habens, non Minori, *sed* Majori *æquiparatur.* 69
Cum curatore læsa inibi non restituitur in integrum. 70

Quo

Quo intuitu Ddres Saxones comparent Mulieres & Minores, exponitur. 71
In eo, quod expressè statuto mutatum non est, sequimur, Jus Commune. 72
Præsertim in restitutionis articulo. 73
In integram restitutio se habet ad instar privilegij, quæ non competit alijs, quam quibus expresse conceditur. n. fin.

EXpositis præcedaneo Capite Casibus, in quibus *Mulieribus juris ignorantia* non est damnosa, etiam de *lucro* solicitis, quam extra illos *Sexui Fœmineo* regulariter nocituram esse, & rationibus & exemplis probatum ivi; Propositæ methodi jam urget ratio, ut hoc ultimo capite brevibus adhuc subjiciam: *Cui incumbat allegatæ juris ignorantiæ probatio*? in qua, docente Ekholto, *ad Tit. De J. & f. J. §.* maxima ignorantiæ Juris vis consistere noscitur: Et *An non Mulieribus in genere, ob Sexus infirmitatem lapsis, beneficio restitutionis in integrum subveniendum sit, illis in casibus, in quibus stricto jure ipsis nocet juris ignorantia*? 1 2

Quod igitur Primam attinet quæstionem, cum Dn. Perezio, *ad C. Tit. De J. & f. I. in fin.* Distinguendum esse reor, inter Casus, *in quibus jus ignoranti specialiter adsistit*; & in *quibus jus ignoranti non adsistit.* 3
Ita, ut in *prioribus*, juris ignorati exceptionem objicientibus Mulieribus, non incumbat onus probandi juris ignorantiam, sed ejus scientiam urgentem oporteat probare, Mulierem juris non exstitisse ignaram: In *Posterioribus* vero casibus, Mulieribus, juris allegantibus ignorantiam, eam probandi injungi jure non invito possit necessitas: Cujus distinctionis fundamentum ex diversa juris desumitur præsumptione, quæ alia in illis est casibus, quibus jus ignorantibus specialiter Lex adsistit, scilicet, quod tum præsumantur jus ignorare, ad cujus scientiam Lex Mulieres non obligat, cujusque ignorantia ipsis est innoxia: Alia vero illis est in casibus, quibus jus ignorare Mulieribus illicet; Tum enim, cum paria sint, jura scire, aut scire debere, ipsaque *jurium ignorantia* effective reputetur *jurium scientia*, præsumptio *juris scientia* militat contra Mulieres, relevans juris scientiam objicientem Mulieri, ejus ignorantiam crepanti, ab onere probandi, Mulierem jus illud scivisse, quod se ignorasse ipsa prætendit: Honded. *Lib. 1. Conf. 35.* Molin. *de J. & J. Tr. 5. D. 78. n. 3. &* Struv. *S. I. C. Ex. 29. th. 57.* Sicuti contra illis in casibus, in quibus jus Mulieribus sine periculo ignorare permissum est, militans pro 4 5 6 7 8 9 10

menio Dandorum & Respondendorum Vid. 25
Juramentum respondendorum vim habet juramenti Veritatis, in illis, quæ propriam jurantis scientiam respiciunt. 26
Utrum Mulieres illis in Casibus, in quibus jus illarum ignorantiæ specialiter non adsistit, saltem gaudeant restitutionis in integrum auxilio ex Clausula Prætoria generali? exponitur. 27. *seqq.*
Pro illustranda quæstione duo afferuntur casus 28. *seq.*
Rationes dubitandi tres recensentur. 30 *seqq.*
Sexus Muliebris propria jura negligens, plerumque contra propria commoda laborat. 33
Prætor toties læsis ex clausula generali subvenit, quoties æquitas restitutionem urget. 35
Jure Francico inprimis in judicialibus *fœminæ* ob Sexus fragilitatem *in integrum restituuntur.* 37 *seq.*
Ubi jus Romanum obtinet, Mulieres ob solam fragilitatem *in integrum non restituuntur, illis in casibus, quibus jus ignorare ipsis non permittitur.* 39
Ob Solum Sexum M*ulieres contra lapsa Appellationis fatalia non restituuntur in integrum.* 40
Restitutio in integrum nec in genere, nec in specie, ex clausula Prætoria datur sua culpa *lapsis.* 41
In integro Jure nostro inter causas impetrandi restitutionem in integrum nullibi refertur sola Sexus infirmitas. 48
Ad Obstantiam respondetur. 49. *seq.*
Prætor ne Majorennibus quidem subvenit ex clausula generali, de lucro *solicitis.* 53
Ad tres dubitandi rationes respondetur. 55. *seqq.*
Utrum Mulieres illis in locis, in quibus in perpetua cura sunt, *ob* sexus sui fragilitatem *in integrum restitui possint? quæritur.* 60
Rationes affirmativas videsis 61 *sq.*
In Foro Saxonico Minores & Mulieres æquiparari quoad restitutionem in integrum, non pauci asserunt JCti. 62
Castrata est Lex 8. C. De rest. in int. Min. *à Justiniano.* 64
Juxta L. 3. Cod. Theodos. De in integr. rest. *Minores &* Mul*ieres à pari judicantur.* 63
Dn. Schilter asserit, Mulieres in judicialibus *Hodie ob enorme damnum in integrum restitui* ob Sexus sui fragilitatem. 66
Dn. Jacobi hoc etiam extendit ad Extrajudicialia. 67
Extra illa loca, in quibus Jus Saxonicum obtinet, non utuntur Mulieres quoad restitutionem in integrum, jure Minorum. 68
In Saxonia etiam Mulier Curatorem habens, non Minori, *sed* Majori *æquiparatur.* 69
Cum curatore læsa inibi non restituitur in integrum. 70

Quo

Quo intuitu Ddres Saxones comparent Mulieres & Minores, exponitur. 71
In eo, quod expressè statuto mutatum non est, sequimur, Jus Commune. 72
Præsertim in restitutionis articulo. 73
In integram restitutio se habet ad instar privilegij, quæ non competit alijs, quam quibus expresse conceditur. n. fin.

EXpositis præcedaneo Capite Casibus, in quibus *Mulieribus juris ignorantia* non est damnosa, etiam de *lucro* solicitis, quam extra illos *Sexui Fœmineo* regulariter nocituram esse, & rationibus & exemplis probatum ivi; Propositæ methodi jam urget ratio, ut hoc ultimo capite brevibus adhuc subjiciam: *Cui incumbat allegatæ juris ignorantiæ probatio*? in qua, docente Ekholto, *ad Tit. De J. & f. J.* §. maxima ignorantiæ Juris vis consistere noscitur: Et *An non Mulieribus in genere, ob Sexus infirmitatem lapsis, beneficio restitutionis in integrum subveniendum sit, illis in casibus, in quibus stricto jure ipsis nocet juris ignorantia*? 1 2

Quod igitur Primam attinet quæstionem, cum Dn. Perezio, *ad C. Tit. De J. & f. I. in fin.* Distinguendum esse reor, inter Casus, *in quibus jus ignoranti specialiter adsistit*; & in *quibus jus ignoranti non adsistit*. Ita, ut in *prioribus*, juris ignorati exceptionem objicientibus Mulieribus, non incumbat onus probandi juris ignorantiam, sed ejus scientiam urgentem oporteat probare, Mulierem juris non exstitisse ignaram: In *Posterioribus* vero casibus, Mulieribus, juris allegantibus ignorantiam, eam probandi injungi jure non invito possit necessitas: Cujus distinctionis fundamentum ex diversa juris desumitur præsumptione, quæ alia in illis est casibus, quibus jus ignorantibus specialiter Lex adsistit, scilicet, quod tum præsumantur jus ignorare, ad cujus scientiam Lex Mulieres non obligat, cujusque ignorantia ipsis est innoxia: Alia vero illis est in casibus, quibus jus ignorare Mulieribus illicet; Tum enim, cum paria sint, jura scire, aut scire debere, ipsaque *jurium ignorantia* effective reputetur *jurium scientia*, præsumptio *juris scientiæ* militat contra Mulieres, relevans juris scientiam objicientem Mulieri, ejus ignorantiam crepanti, ab onere probandi, Mulierem jus illud scivisse, quod se ignorasse ipsa prætendit: Honded. *Lib. 1. Conf. 35.* Molin. *de J. & J. Tr. 5. D. 78. n. 3.* & Struv. *S. I. C. Ex. 29. th. 57.* Sicuti contra illis in casibus, in quibus jus Mulieribus sine periculo ignorare permissum est, militans pro 3 4 5 6 7 8 9 10

11 ipsis juris ignorati præsumptio, haud permittit, ut Mulieres ejus one-
rentur probatione, quod jus jam præsumit: Notissimi enim juris est,
præsumptionem juris habere effectum probationis, Mascard. *De Pro-*
12 *bat. Concl. 1222. n. 2.* Menoch. *De Præs. L. 1. Præs. 36.* Pacian. *I. De Probat.*
8. n. 3. onus probandi in adversarium transferentem. *L. 23 pr. ff. Quod*
met. caus. L. 5. ff. De Probat. ibique Brunnem. Hyppolith. de Marsil. *in*
sing. 451. n. 1. Cephal. *Consil 304. n. 217.* Carpz. 5. *Resp. 71. n. 10. &* Bardi-
13 li *in Concl. For. Ex 46. n. 27. Lit. 5.* Hinc pro meliori intellectu dicto-
rum infero: *Mulierem ignorati juris* allegationem non teneri probare,
Fisco deferentem id, quod sibi relictum capere se non posse falso ex-
istimaverat, cum hoc casu ob specialem Legis adsistentiam *juris igno-*
14 *rantia* in illa præsumatur; Contra vero onere probandi *iuris ignorati*
exceptionem gravari *Mulierem*, quam ob neglectam intra annum
Tutoris, liberis dandi, petitionem, repellere à mortuorum libero-
rum intestatorum successione heredes intendunt, ad *inopiam JCtorum,*
iurisque huius ignorantiam confugientem, cum contra hanc militet *iu-*
ris non ignorati præsumptio.

Sed diceres: *Quomodo vero utroque casu facienda est iuris ignorati,*
15 *vel non ignorati probatio?* Respondetur: Illis in casibus, in quibus *con-*
16 *tra Mulieres iuris non ignorati militat præsumptio*, pro negotii, ac perso-
narum circumstantiis, *iuris ignorantiam* optime probari per juramen-
tum, Gail. 2. *obs. 48. n. 23. ibique allegati.* Perez *supr. all. loc. n. fin.* Eck-
holt *ad Tit De J. & f. I. §. ult.* Mascard. *De Probat. Concl 882 per tot.* Zoes.
17 *ad Tit. ff. De I. & f. I. n. fin.* & Carpzov. *P. 1. C. 22. Def. 6. per tot.* Ratio
est; quod allegans ignorantiam, contra se habeat militantem juris
præsumptionem, sufficientem ad deferendum juramentum purga-
18 torium; Heig. *P. 1 quæst. 40. n. 4. & 5.* Carpz. *d. l. n. 4.* Insuperque igno-
rantia in animo consistat, sicque ex illorum sit numero, quæ jura-
mento probari debent. *c. 8. De Erect. in 6. c. 6. X. De Except. in fin. c. fin. in*
fin. X. Qui matrim. accus. possit. Gail. *cum inibi allegatis d. l.* Carpz. *d. l. n.*
fin. ibique allegatus. Gomez. & Mascard.

19 Neque Obstat dictis, quod ignorantia tum *iuramento* probari
nequeat, cum scientiæ præsumptio militet in contrarium Mascard.
de Probat. Concl. 882. n. 26. ibique all. Illis autem casibus, quibus jus
Mulieribus ignorare non permittitur, militet contra ipsas scientiæ præ-
sumptio. Respondendum enim est: Imo eo ipso, quo contra *Mu-*
20 *lieres iuris non ignorati* militat præsumptio, eas teneri illam elidere ju-

ramento

tamento purgatorio. Carpz. & Heigius *d.ll.* Potest tamen etiam *juris ignorantia* probari *variis Conjecturis & Præsumptionibus*, de quibus videatur Carpz. *d.l.n. 1. ibique alleg.* Mascard. *Concl. 88.* & Eckholt. *d.l.* 21
In reliquis Casibus, in quibus *pro Mulieribus militat juris ignorati præsumptio*, scientiam ejus probabit illam allegans (1.) *Testibus*, qui audiverunt forte Mulierem jactabunda voce se probe jus scivisse temere gloriantem, vel ipsam ab aliis de jure suo esse certioratam. (2.) *Præsumptionibus*, ex actus gesti *clandestinitate, arg. L. fin. ff. De R. N.* Vid. Brunnem. *ad Parat. Wes. Tit. de I. & f. I quæst.* 15. aut ex aliis verisimilibus indiciis exsurgentibus. (3.) Non vero facile *juramenti delatione*, cum illud ægre admittat pro Mulieribus militans *juris ignorati præsumptio*; quamquam tamen hoc casu ad eliciendum veritatem *Positiones* fieri posse, mediante *juramento Dandorum & Respondendorum*, facilius forsan quis largietur, per ea, quæ in simili habet *Brunnemannus ad L. 14. C. De N.N. P. n.* 17. cum alia sit ratio juramenti *litis decisorij*, alia vero juramenti *Dandorum & Respondendorum*, vim regulariter *juramenti Calumniæ* tantum habentis, Mev. *p. 3. Dec. 125.* Vid. Mascard. *De Probat. Concl. 119. n. 3.* Nisi tamen & hic cogitare velit, *juramentum Respondendorum* in illis, quæ *propriam scientiam* jurantis concernunt, degenerare in *veritatis*, sicque vim sortiri juramenti *Litis Decisorii* Vid. Dn. Stryk. *in Intr. ad Pr. For. c. 17. §. 12.* 22 23 24 25 26

Nunc ad alterum hujus Capitis membrum descendo, visurus, Anne M*ulieribus*, illis in casibus, in quibus jus illarum ignorantiæ non specialiter adsistit, *per restitutionem in integrum*, saltem ex clausula generali Prætoria: *Si qua alia mihi justa caussa videbitur, in integrum restituam*, quam deprehendere est in *L. 1. & L. 26. §. 9. ff. Ex quib. caus. Maj.* succurri possit, ob *Sexus infirmitatem*? v. g. Ponam judicis sententiâ gravatoriâ læsam Mulierem, fatalia interponendæ appellationis labi passam esse, *non deficientibus ICtis*, quos consulere poterat, quo casu, cum *ignorantia juris* nec in *damno evitando* prosit *Mulieribus*, versantibus in illis, quæ ad *juris rigorem* conservandum introducta sunt, per ea, quæ *supra C. 2. n. 22. seqq* notata sunt, quæritur: Annon eidem auxilio *restitutionis in integrum* ob *sexus infirmitatem* subveniendum sit contra lapsa Appellationis fatalia? Vel fingam, *Mulierem* ex *juris ignorantia* intra legitimum tempus non petiisse Bonorum possessionem, quo casu, cum de *compendio faciendo* solicita sit, ipsam ad *juris ignorati præsidium* confugientem, *si JCtorum copia non defuerit*, amplius audien- 27 28 29

dam

dam non esse, itidem supra expositum est *Cap. 2. n. 57. seq.* quæritur ergo: Annon eidem supersit *infirmitatis Muliebris præsidium*, ut illo *contra juris rigorem ex æquitate* adjuvetur, & ita contra lapsum temporis benigne *in integrum restituatur?*

Utrumque prima fronte videtur affirmandum esse, quod (1) hic
30 eadem *æquitatis* ratio, qua jura passim *fragilitati* ac *infirmitati Sexus Muliebris*, & in specie Imperator Justinianus, inde à nonnullis *Uxorius* dictus, subveniunt, *L. Si sine 5. C. Ad SCt. Vellj. verb. quo infirmitati L. 2. §. verb. propter Sexus imbecillitatem. ff. eod. L. Un. §. pen. C. De R. U. A. ibi: Ne fragilitati naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam. pr. J. Quib. alien. lic. ibi: Ne Sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur L. 20. C. De Donat ante nupt. ibi. Cum melius erat Mulieribus propter fragilitatem Sexus, quam maribus subveniri. L. 5. §. 3. ibi: Pro infirmitate Sexus. C. Ad L. Jul. Majest. L. 12. C. Qui pot. st. in pign. ibi: Ad fragilitatem Sexus respicientes*, & paulo post: *Quis earum non misereatur, propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris legibus inventa sunt*
31 *privilegia*, non deficiat, cum & *hic* agatur de imbecilli, *L. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej* Fragilis, *L. 3. C. De Præscript 30. ann. c. 13. X. De Privileg.* Facilis, ac Infirmi, *L. 2. §. 3. ff. Ad SCt. Vellej. L. 9. pr. ff. De I. & f. I. L. 1. §. 10. ff. Ad SCt. Turpil.* illius Sexus, qui facile deceptus, propria jura negli-
32 git, *Nov. 61. c. 1. § 2.* & plerumque adversus propria commoda inve-
33 nitur laborare *L. 4 C. De Sponsal. in fin.* atque cui ob dictam *fragilitatem* melius est, quam Masculino Sexui subveniri, *L. 20. C. De Don. ante*
34 *nupt.* Wesenbec. *ad Tit. C. Ad SCt. Vellej. n 5. p. 1433.* in integrum restitutione, quam Mulieribus eo facilius tribuunt, cum Wesenbecio *d. l.* Anchoranus *Consil. 231. de primo in fin.* Tiraquellus *de LL. Connub. in princ. n. 17. ibique allegati Ddres*, quo clarius Prætor in *L. 25 §. 9. Ex quib. caus. Maj.* in integrum restitutionis *auxilium* toties læsis in genere promittit, quoties *æquitatis ratio* restitutionem suggerit. Accedit, quod [2]
35 in specie in concedendo Mulieribus *ignorati juris* præsidio, in casibus exceptis, Imperator expresse ad *Sexus Muliebris infirmitatem* respexerit,
36 illamque *innoxiæ Mulierum Juris ignorantiæ*, qua fundamentum, caussamque impulsivam supposuerit, uti clarè constat ex *L. 9. pr. ff. De I. & f. I ibi: Quod & in fœminis, in quibusdam caussis, propter Sexus infirmitatem dicitur?* Ut igitur hæc justa videri Prætori causa possit, fragili huic Sexui, etiam *extra casus exceptos*, sua infirmitate lapso, restitutionis in integrum auxilio benigne succurrendi. Quam æquitatis

ratio-

rationem (3) *Jus Francicum* quoque secutum esse, apricatur ex sequenti Rogerii Regis, constitutione, quam exhibet *Excellentissimus* Dn. Schilter *in Prax. Jur. Rom. in For. Germ. Ex.* 11. §. 9. *his verbis* Mulieribus, *ubi non modice læsæ sunt* propter fragilem Sexum, *legum æquitatem sectantes, tam per Nos, quam Officiales nostros, visceribus pietatis subveniendum esse decernimus, sicut & decet, quatenus & oportet.* 37

Hanc Avi sui constitutionem Imperator Fridericus *Lib.* 2. *Tit.* 38. 38
postea ad sola restrinxit *judicialia* negotia his verbis: *Obscuritatem Legis Regis Rogerij, Avi Nostri, NB. de Restituendis Mulieribus, editam declarantes, Mulieres Longobardo, seu Francorum jure viventes, NB. in judiciis tantum restituendas esse sancimus, cum per negligentiam vel fraudem Mundualdorum, s. Procuratorum, suorum, enormiter læsæ probantur.* Conf. Dn. Schilter. *supr. all. loc.* & Matth. De Afflictis. *ad Const. Neap. Lib.* 2. *Rubr.* 37. & 40. *junctis illis, quos plena manu allegat.* Oddus *De Rest. j j. P.* 1. *qu.* 10. *art.* 6. *n.* 32.

Verum omnibus hisce non obstantibus, veriorem illorum arbitror esse sententiam, qui neque *Jure Romano*, neque *illis in locis, ubi hoc receptum est*, Mulieres ex *sola Sexus sui fragilitate* utroque casu, & aliis hisce similibus, in integrum restituendas esse, statuunt. Vid. Oddus, *de Restit. in integr. P.* 1 *qu.* 10. *art.* 4. *n.* 23. *item art.* 5. *n.* 26. Jacob de Guidon. de Accumulo. *Vol. Ult. Consil.* 159. *n.* 37. Petr. Peck. *De Testam. Cap.* 6. *n.* 4. Aretin. *in L.* 1. *C. Si advers. delict.* & Vincent. de Franchis. *Dec.* 283 *per tot.* Ubi in terminis pronunciat: Ob *solum Sexum contra lapsum fatalium Appellationis Mulierem in integrum non restitui Confer. supr. in Præfam. n.* 47. *allegati Ddres.* Rationes pro hac sententia adduco sequentes: (1) Quia restitutio in integrum, tanquam *extraordinariam* ac *exorbitans* remedium, Vid. Carpzov. *in Proc. Tit.* 19. *art.* 2. *n.* 8. & Joh. Mauritius. *De Restit. in integr. Cap.* 1. *n.* 4. *seq.* non duntaxat *in genere* non datur Majoribus *sua culpa* lapsis, Dn. Stryk. *in Usu Modern. ff. Ex quib. causs. Maj. in integr. rest.* §. 1 *in fin.* Lauterbach. *ad Tit. De Rest. in integr. ibiq. Ddres passim*, sed nec *in specie* conceditur ex *clausula Generali Prætoria* negligentibus. per *L.* 16. *ff. Ex quib. caussis Maj. ibique* Dn. Stryk. *in Us. Mod.* § 3. Atqui, non duntaxat utroque casu supra relato, adest propria Mulierum culpa, ac negligentia, dum jurisprudentes, quorum neque consilium instructorium, neque copia illis defuit, non consuluerunt, ad quos tamen ablegat Imperator in *L.* 9. §. 3. *ff. de J. & f. I.* Mulieres, ob *juris ignorantiam* læsionis periculum effugere cupientes, sed & in aliis similibus id semper præsupponen- 39 40 41 42 43 44 45

dum

46 dum eſt, cum ceteroquin *carentia Peritiorum* juſta per ſe ſit reſtitutionis in integrum cauſſa. Oddus, *d. l. qu. 8. art.* 11. *n. 95*. Ergo, cum culpa non careant Mulieres, fruſtra urgent ac præſtolantur ſalutare
47 reſtitutionis in integrum auxilium. (2) Quia nullibi in integro jure inter cauſſas impetrandi *in integrum reſtitutionem*, refertur *Sexus Mu-*
48 *liebris fragilitas*, cujus tamen ceteroquin tam frequens in multis juris articulis fit mentio; Quod non eſt veriſimile omiſiſſe Juſtinianum, Mulieribus alias non parum faventem, beneq; multa ſuis legibus Sexui huic ſequiori privilegia concedentem, *Vid. L.* 12. *C. Qui pot. ſunt. in pign. ibi: pro quibus multa noſtris legibus ſunt inventa privilegia*, ſi voluiſſet ipſis *ob fragilitatem Sexus* lapſis, ſubveniri reſtitutionis in integrum adjutorio, illis in caſibus, quibus iiſdem nocere conſtituit jurium
49 ignorantiam. Nec obſtat, quod ſufficere videatur generalis clauſula Prætoria, non deficiente æquitate, fragilitate hujus Sexus ſubnixa, quam ideo Prætor, docente JCto Ulpiano in *L.* 26. §. 9. *ff. Ex quib. cauſſ. Maior. in int. reſt.* edicto ſuo inferi neceſſarium duxit, quod omnes
50 caſus reſtitutionis in integrum ſingulatim enumerari non potuerint, qui tamen deferrent reſtitutionis auxilium. Reſpondendum enim eſt: Æquitatis rationem tum deficere omnem, cum Mulieres ſua negligentia labuntur *L. 16. ff eod* neque reſtitutionem in integrum reperire locum, niſi jure, *aut certa per jus approbata æquitate* poſcente, Mev.
51 *P. 1. Dec. 133 n. 3.* Ut taceam (3) in pleriſque caſibus Mulieres de *lucro captando* eſſe ſolicitas, (cum regulariter in *damnis rerum ſuarum amitten-*
52 *darum*, ipſo jure tutæ, non indigeant extraordinario reſtitutionis in integrum remedio, *L. 16. pr. ff. De Minor*) in quibus Prætor Majorennibus ne ex generali quidem clauſula ſubvenit. *L. 18. ff. Ex quib. cauſſ.*
53 *maj. in int.* Accedit [4] Quod, ſi mulieribus illis in caſibus, in qui-
54 bus nocere illis juris ignorantiam vult jus noſtrum, voluiſſent Legislatores per reſtitutionem in integrum promiſcue ob *ſexus fragilitatem* ſubveniendum eſſe, non opus habuiſſent tam ſolicitè illos paucos notare caſus, in quibus ſolis non noceret Mulieribus juris ignorantia, totque regulis totam hanc materiam circumſcribere, cum in effectu paria ſint, Mulieribus ipſo jure innoxiam juris ignorantiam eſſe, vel contra noxiam juris ignorantiam ipſas in integrum reſtitutione adjuvari.

55 Non obſtat ratio dubitandi *Prima n. 30. ſeqq.* allata. Reſpondendum enim eſt: (1) Utique deficere *hic æquitatis* rationem, quam jus ad re-

restitutionem in integrum & in specie clausula generalis Prætoria desiderat, nempe ut, qui restitutionem urget, *sine sua negligentia & culpa lapsus sit*; Quod Mulieribus, requisitionem JCtorum contra legem negligentibus, applicari non potest. (2.) In materia privilegiorum non procedere indistincte argumentum à paritate rationis, ad paritatem dispositionis, Lauterbach: *in Dissert: De Beneficio Compet.* cum cæteroquin & *Rustici* ob *simplicitatem* promiscue essent restituendi, quod tamen communiter recte negatur, sed potius ad consequentias trahendum non esse, quod contra juris rationem certis in casibus receptum est. L. 14. *ff. De LL.* 56 57

Nec obstat *Secunda* dubitandi ratio, quam *n.* 36. exhibet: Resp. enim est: Causam impulsivam non ingredi formam privilegii, quæ esse suum à sola concedentis voluntate habet, qua deficiente, licet in simili casu eadem adsit ratio impulsiva, ipsum etiam cessat privilegium. 58

Ad *Tertiam* dubitandi rationem respondetur, Jus Francorum pro fundamento præsupponere, Mulieres, utpote hoc jure in perpetua Cura existentes, *jure Minorum* uti, & ad instar illorum, in judicialibus lapsas, in integrum restitui; quo tamen jure in Imperio Romano Germanico circa materiam restitutionis in integrum promiscue non utimur. *Vid.* Dn. Schilter. *d. l.* §. 9. *fere in fin.* 59

Sed novus hic suboritur scrupulus: An non ergo adminimum, illis in locis, ubi Mulieres in perpetua Cura sunt v. g. in Saxonia, inque Patria Suavissima & alibi, Vid. *Mev ad Jus Lub. Lib. 1. art. 4.* Hopp. *in Us. Mod. ad Tit. J. De Curat. pr. & Exc.* Dn. Præses *in nupera Disput. De Conven. Juris Culm. & Gedan. cum Jur. Comm. Sax. Pruten. ac Lub. Decad. 4. Conv. 1.* ex fragilitate Sexus sui, hisce in casibus jure propitio in integrum restitutionem petere possint? Quod simpliciter videtur affirmandum, non duntaxat (1.) ex generali JCtorum Saxonum asserto. Quo *Mulieres* in *Foro Saxonico* circa passum restitutionis in integrum *Minoribus* æquiparari contendunt, Carpz. *in Processf. Tit. 13. art. 1. n.* 194. Richter. *Vol. 2. Consil.* 484. *n. 9.* Moller. *ad Const. Elect. 15. P. 2. n.* 99. Hieron. Pantzschman. *P. 2. quæst. 5. n. 16. & 87.* exque Constitutione [2] Imperatorum Honor. & Theodos. *in L. 3. C. Theodos. De in integr. rept.* à Justiniano *in L. 8. C. De integr. Restit. Min.* omissione vocis: *Mulieribus*, Castrata, Vid. Dn. Schilter. *d. l.* §. 9. vi cujus *Minores & Mulieres* 60 91 92 93

 itidem

65 itidem in illis, quæ vel *prætermiserunt*, vel *ignorarunt*, à pari judicantur, sicque, sicuti *illis*, fragili ac infirmo *teneræ ætatis* consilio, multorum insidiis ac captionibus exposito, lapsis non denegatur restitutionis auxilium, *L. 1. §. 1. ff. De Minor.* ita & has, fragilitate ac infirmo *Sexus* consilio læsas eodem restitutionis præsidio tueri ac juvare convenit. Sed (3.) etiam inde, Quod quoad *Judicialia* Mulieres ex *Sexus fragili-*
66 *tate* lapsas, in Imperio Romano Germanico hodie in integrum restitui testetur Excell. Schilter. *d. l. in fine his verbis : Neque enim Mulieres*
67 *Majorennes hodie destituuntur isto beneficio, Legibus Francicis ipsis indulto, quoties NB. in caussis judiciariis enorme damnum patiuntur, veluti, cum fatalia Probationum præterlapsa sunt*, Idemque ad *extrajudicialia*, adeoque *quascunque caussas, in quibus Minores restituuntur*, extendit Dn. A. C. Jacobi *in Inaugurali Dissert. Wittenbergæ habita Anno 1671. De Restit. in integr. Mulierum c. 2.*

68 Verum, sicuti extra illa loca, quæ Jure Saxonico utuntur, verius est, Mulieres *quoad restitutionem in integrum* jure Minorum non uti, Vid. Brunnem. *ad. L. 8. ff. De J. & f. I.* Tiraquell. *in L. Si unquam,*
69 *in Præfat. n. 100.* Mev. *Dec. 133. P. I. n. 7.* Ita etiam de Saxonia testatur Carpzovius, Mulierem, Curatorem habentem, non *Minori*, sed *Ma-*
70 *jori* æquiparari, *P. 2. C. 15. Def. 33. n. fin.* Zanger. *in Tract. De Except. P. 3. C. 11. n. 195.* Mev. *P. 1. Dec. 133. n. 4.* Nec læsam, adhibito Litis Cu-
71 ratore, in integrum restitui, Moller. *ad Const. Elect. 15. P. 2. n. 98.* Rauchbar. *P. 1. q. 32. n 88.* Wesenbec. *Cons. 11. n. 27.* Berlich. *P. 2. concl. 18. n. 41.* & Carpzov. *d. l. n. 8. seq.* illamque *Mulieris* cum *Minore* comparationem non *simpliciter*, sed *secundum quid*, quatenus sc. Utique dandus est cura-
72 tor, esse accipiendam, Carpzov. *d. l. in fin. n. 11.* Non sine ratione de hac sententia dubitare licebit, præsertim, cum in eo quod Statuto expresse mutatum non est, sequamur Juris communis regulas, in-
73 primis *in integrum restitutionibus*, quæ privilegii instar se habent, & certis personis tantum succurrunt, *L. Un. vers. Quamvis illa minor. C. Si in*
74 *communi eademque causs.* Carpzov. *P. 2. Resp. 77. n. 14.* nec aliis competunt, quam quibus expresse conceduntur Bartol. *ad d. l. Un. n. 2. seq.* & Mev. *P. 1. Dec. 133. n. fin.*

TANTUM.

Q.D.BV.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA
De
PRÆFERENTIA MATRIMONII
In
CONCURSU DUORUM
VULGO
Wer von beyden in Rechten den Vorzug habe / da sein Ehegatte sich an zween zugleich verheyrahtet hat?

QUAM
DEO PROPITIO
Ex Decreto & Authoritate Magnifici JCtorum ordinis in Illustri ad Varnum Academia
SUB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI, CELEBERRIMIQUE JCti
JOHANNIS Klein/
J. U. D. & PAND. P. P. Nec non Consistorii Ducalis Megapolensis h. t. Directoris gravissimi,
Dn. Præceptoris, Hospitis, Fautoris, & Affinis Mei,
Omni observantiæ Studio devenerandi
IN AUDITORIO MAJORI
Die Martii. Anni 1698.
Publico submittit Examini
DAVID GLOXIN Lubec.
AUTHOR

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

I. N. J. C.

DISSERTATIO JURIDICA

De

PRÆFERENTIA MATRIMONII IN CONCURSU DUORUM.

CONSPECTUS.

Monogamiam Bigamiæ præferendam esse, probatur ex variis huic annexis incommodis, beneque multis Bigamorum querelis à n. 1 *usque ad n. 7. inclusivè.*
Pœna Bigamiæ, quæ gladii est, subjicitur ratio. 8. 11. *seqq.*
Hæc non remittitur Bigamo, utut innocens Conjux pro ipso intercedens, eidem diutius cohabitare velit. 9
Veteres Germanos singulis singulos Uxoribus contentos fuisse, probatur. 10
Juxta Const. Carol. Crim. *Bigamia species est Adulterij.* 12
Movetur dubium contra totam Dissertationem. 14
Et resolvitur. 15
Summam totius Meditationis sistit. 16
Quæstio: Uter ex duobus præferri Conjugibus debeat, tunc, quando vel ex errore, vel ex necessitate Utrique eodem Una nupta est tempore, determinatur duplici REGULA. 18
Quarum PRIMA *hæc est:* Quoties primum matrimonium nondum est legitime dissolutum, toties in concursu duorum huic cedit matrimonium, postea cum alio contractum. 19
Ejus rationes quinq; recensentur. 20. *seqq.*
Hodiernis Consistoriorum Moribus matrimonium non rumpitur, nisi Adulterio, & Malitiosa Desertione. 21
Nondum legitime dissoluto priori matrimonio, posterius ipso jure nullum est 22. *seq.*
Matrimonium inutile s. invalidum, utili s. valido præferri non posse, probatur. 24 *seqq.*
Error, licet probabilis, nullibi refertur inter justas Divortij causas. 31
Error Binubi Conjugis neque Veritati, neque firmissimo absentis juri, ex copula matrimoniali quæsito, fraudi esse potest. 35. *seqq.*
Probabilis Erroris & prætensæ necessitatis

tatis allegatio prodest quidem Bigamo ad evitandum Bigamiæ pœnam, sed non ad retinendum secundum Conjugem. 39.41

Sine dolo Vera Bigamia non committitur 40

A dolo excusat etiam fatua causa. 41

Necessitas, præprimis non absoluta, nunquam rumpit prius matrimonium, neque Bigamo licentiam tribuit, vivæ primæ Uxori aliam superinducendi. 42

EXEMPLUM PRIMUM *Regulæ exhibet.* 43

Ejusque septem rationes. 44 *seqq.*

Cessat Malitiosa Desertio, quoties bona Uxoris gratia in militiam abijt Maritus 45

Falsum testis testimonium ipsa veritate vincitur. 46

Detecto errore, quo Secundæ nituntur nuptiæ, nec hæ subsistere amplius possunt. 46

Error Uxoris absenti Marito fraudi esse non potest. 48

Sub conditione contracta, illa deficiente, retro facta non censentur. 50

Sententia ex falso testimonio lata, reperto errore, & falsitate, corruit. 59

Superintendentis prætensa permissio, cognito errore, & detecta per reditum prioris vivi Mariti testimonij falsitate, posterius Matrimonium convalidare non potest. 52

Secundum Matrimonium non jure *contractum, primo,* jure *adhuc valido, præferri non potest.* 53

Rationes dubitandi circa primi Casus decisionem recensentur, ac resolvuntur à 54. usq; ad 75

Si occulta morte *perijsse perhibeatur absens Conjux,* Unius *testis, omni exceptione majoris, etiam* non jurati, *de* proprio visu *deponentis, ad id sufficit testimonium, ut conjugi domi relicto, transitus ad secundas concedi nuptias possit.* 55. *seqq.*

Culpæ Carentia, & bona *nupturientium* Fides *prodest quidem novis nuptis* ad evitandam Bigamiæ pœnam, *minime vero ad id,* ut errore contractum posterius matrimonium præferri in concursu possit, *detecto errore,* primis *legitimis* nuptiis. *62. seq.*

In Concursu duarum petitionum semper præferenda est justior. 65

Multa fiunt sine culpa, *quæ non fiunt* sine causa. 66

Ad irritandum posterius matrimonium sufficit justam *ejus annullandi non deficere* causam, *licet omnis nupturientium* culpa *exulet* 65

Secundo *justius est Marito suum nocere errorem, quam* primo, *potius jus habenti.* 68

Neque sola litterarum *intermissio, neque* quinquennii *absentia, protenus inferunt, absentiam Mariti* ab initio non malitiosam, *ex post*facto *degenerasse in* malitiosam 71. *seq.*

Jus nostrum semper in meliorem præsumit partem. 73

In

In concursu duarum præsumptionum, quarum una est delicti inclusiva, *altera vero* delicti exclusiva, *hæc* in dubio *est præferenda.* 74
Secundus *Regulæ* Casus *subjicitur.* 75
Ejusque, pro præferentia prioris matrimonii decisi, exhibentur quatuor Rationes. 76 *seqq.*
Tertium & Quartum *Regulæ* Casum *sistit.* 80. *seq.*
Quintus *Regulæ* Casus *exhibetur* 82. *seqq.*
Captivitas hodie non tollit matrimonium. 84
Ad obstantes textus respondetur per remissiones ad allegatos Ddres. 85
Captivi *Mariti* mortem *simpliciter* Uxor *exspectare tenetur, antequam ad secundum ipsi Matrimonium permittatur transitus, licet omnis mariti, ex captivitate redituri, spes decollaverit.* 86
Casus post contractas nuptias superveniens non dirimit matrimonium 87
Malitia in justa ex causa *absente Marito* in dubio *non præsumitur* 90
Permittitur Uxori transitus ad novas nuptias, si de morte absentis mariti probabiliter *est certiorata.* 91
Casus Sextus *Regulæ recensetur* 94
Præfertur prius *in concursu matrimonium* posteriori, *quod vel* non moto processu Desertorio, *vel* eodem nondum finito, *Uxor deserta cum alio contraxit, malitioso Desertore* ante sententiam *pœnitentia ducto* 93
Constat de malitioso Desertoris animo, si ante abitum in militiam eundem his declaraverit verbis: Er wolle in Krieg ziehen / und sein lebtag nicht wieder zu seiner Frauen kommen. 95
Post legitime institutum, & finitum Processum Desertorium, re licet adhuc integra, *reducem malitiosum Desertorem Uxor deserta recipere* invita *non tenetur.* 97
Ratio ejus additur. 8
Conjux desertus ante sententiam Dissolutoriam *ad secundas properans nuptias perpetuæ relegationis pœna afficitur.* 84
Utrumque junctim *desideratur ad id, ut posterius valeat matrimonium,* (1) justa divortiis causa, *ejusque* probatio & (2) Sententia *Magistratus Ecclesiastici* Dissolutoria. 85
Neque adulterium, neque malitiosa desertio ipso jure *rumpunt matrimonium, sed* prævia *demum Judicis competentis* Sententia 86. *seq.*
Posterius *annullandum est matrimonium, redeuntique Marito* priori *sua restituenda est Uxor, neglectis in Processu Desertorio illis, quæ in Ordinationibus Ecclesiasticis præscripta sunt* 89
Ad præviam Edictalem citationem ante latam *redux malitiosus Desertor* sententiam, simpliciter *adhuc pro malitioso haberi Desertore non potest.* 90

Is

Is demum pro vere *malitioso habetur desertore, qui spretis Citationibus se revocari non patitur.* 91

Malitiam suam hoc casu purgare non valens, temerariæ absentiæ pœnam in ære *vel* carcere *luere tenetur,* salvo *tamen* priori, & annullato posteriori matrimonio. 92

Casus *Regulæ* Septimi, *quo Christianus apud Turcas, aliasque Barbaras Gentes per multos annos absq; ulla redemptionis spe captivus detentus, opeque Fœminæ,* secundis nuptiis *sibi copulatæ, liberatus, domum revertitur,* priorem *adhuc vivam deprehendens Uxorem, tres diversi subjiciuntur Decisiones & præjudicia à* 93. usq; ad 98.

Prima Decisio *favet* Utrisque Uxoribus, *quas* simul *retinuisse* Comitem Glichensem, *monstrat.* 95

Secunda Decisio *præfert* posterius matrimonium, *cujus exemplum exhibet* 96

Tertia *vero* Decisio *patrocinatur* priori *Uxori, eique soli suum restituit Maritum, repulsa penitus à Connubiali consortio superinducta* secunda *Uxore, Cujus exemplum in* Nicolao Blattenhardo Eslingensi *exhibet.* 97 *seqq.*

Huic nostrum adjicimus calculum, moti rationibus, quas recensent. 100. *seq.*

Non exemplis, sed Regulis est judicandum. 99

Sicuti Uxor mortem *exspectare debet* absentis captivi *mariti, ita nec huic* in vinculis *permittitur* vivæ Uxori *aliam superinducere.* 104. *seq.*

Correlativorum eadem est juris dispositio. 106

Rejicitur sententia statuentium, in casu hoc septimo *liberum competere Principi arbitrium, non duntaxat Bigamiæ* pœnam *Bigamo* remittendi omnem, *sed* utramque *etiam* simul retinendi Uxorem *ipsi licentiam indulgendi* 110

Diuturnitas temporis non minuit, sed auget delictum, efficitque, ut eo censeatur gravius, quo diutius infelicem detinet animam alligatam. 112. *seq.*

Recensentur Ddres, qui sententiæ, priori *matrimonio, nondum legitime dissoluto, in* concursu duorum *faventi, patrocinantur.* 114

Subjicitur Statutum Hamburgense claram præfatæ decisioni lucem affundens. 116

Annectitur Casus *Regulæ* Octavus *notabilior insignis cujusdem Impostoris,* Arnoldi Thiel, *vero Marito* Dn. de Guerre *detecta fallacia, legitimam Uxorem suam* Bertrandam, *misere deceptam, restituere coacti.* 117

Rationes hujus sententiæ sistit. 118. *seq.*

Proponitur quæstio: Utrum, sicuti maritus erroneo mortis nuncio deceptam, alterique secundis nuptiis copulatam redux recipere volens *potest*

potest Uxorem, ita eandem etiam invitus recipere cogi jure possit? 124.

Rationes & Patroni Negativæ sententiæ *enarrantur.* 125. *seqq.*

Argumentum à contrario *in jure est validissimum.* 126

Sententiam Strykii *distinguentis exhibet.* 129

Si Conjux ex tempore adeptæ, de vita absentis scientiæ, adhuc diutius volens secundo *cohabitaverit marito, redux* prior invitus *ad illum recipiendum cogi non potest.* 132

Rationem videsis. 130

Demonstratur, male à Dn. Nicolai *in partes suæ opinionis vocatum esse* Brunnemannum, *de alio casu loquentem.* 131

Tenetur redux prior *maritus Conjugem* invitus *recipere, quæ ab ulteriori corporum commercio cum* Secundo *marito ex eo statim abstinuit tempore, quo* primum *adhuc vivere rescivit.* 133

Tres pro statuminanda sententia annectuntur rationes: 134. *seqq.*

Subjicitur præjudicium. 137

Afferuntur argumenta Dn. Nicolai, *dicam Excellentissimo* Dn. Strykio *scribentis.* 139. *seqq.*

Respondetur ad illa. 149. *seqq.*

Non relevat Maritum, Uxorem suam retinere nolentem, allegatus dedecoris ac opprobrij prætextus, quod ex copula metuit adulteri, ad quam illa hunc inscia *qua Maritum admisit.* 151

Quæ invita *vi compressa est, hanc frustra sub* adulterii, *indeque in se propullulantis* dedecoris *prætextu, dimittere divortio tentat infelix Maritus.* 152

Ad obmotam Nov. 117. c. 11. *post habita* Excell. Dn. Strykii *explicatione, respondetur.* 157. *seq.*

Argumenti, à contrario desumpti, nulla est vis, si absurdi inde, aut analogiæ juris adversi quid sequatur 169

Applicatur hoc præfato Casui. 169. *seqq.*

Extra ordinem puniendi sunt novi nupti, post adeptam de vita absentis prioris Conjugis scientiam, corpora adhuc miscentes. 164

Ad L. pen. C. De Pactis *respondetur* 165

Spretis cunctis contumaciæ coërcendæ remediis, si recipere nolit redux Maritus Uxorem suam, alii interim ex errore nuptam, pro malitioso *recte habetur* Desertore, *posteriori matrimonio ex hoc capite reconvalescente.* 166. *seqq.*

Malitiose deseruisse Uxorem fingitur Maritus, qui valens citra omnem justam causam eidem non vult cohabitare. 167

Illustratur præjudicio, quod de reconvalescentia posterioris matrimonij proxime dictum est, Marito priori contumaciter Conjugem suam recipere recusante. 169

Liberi ex posteriori *matrimonio nati legitimi censentur, etiam illo casu,*

quo

quo illo dissoluto, Conjux ad priorem *jussa est redire Maritum.* 172
Ampliatur dicta sententia, (1) *etiamsi* Alteruter *Conjugum* tantum in bona fide *fuerit.* 174
(2) *Ut liberi hoc casu etiam ad illius admittantur successionem, qui in mala fide* *fuit.* 175
Illustratur præjudicio Lipsiensi, & Statuto Hamburgensi. 176
Ex putativo *istiusmodi* matrimonio *nati*, Patris *sequuntur* dignitatem, *ad quævis honesta* Collegia *admittendi.* 177
Liberi ex istiusmodi Matrimonio post contractam de vita absentis *Conjugis prioris* utrinque scientiam *nati, pro adulterinis habentur, neutri Parentum successuri.* 178. *seqq.*
Maritus posterior principaliter *solus, eoque non sufficiente, Uxor* in Subsidium *alere tenetur natos, ex* putativo *hocce* Matrimonio *liberos* 181
Rationem videsis. 182. *seqq.*
Nec aliud dicendum est, utut nati & concepti sint post contractam *de vita* prioris *Conjugis* scientiam. 188
Ad dubium, ex Nov. 89, c. 15 & Auth. Ex Complexu C. De Incest. Nupt. *motum, respondetur.* 191. *seq.*
Subjiciuntur duo præjudicia. 193. *seq.*
Quibus casibus Prius *præfertur* posteriori *matrimonium*, propria *tamen minime licet* authoritate secundæ *nupta* ad priorem *redire* Maritum. 195
Ratio additur. 196
Dissoluto posteriori *matrimonio*, separato *ad novas pergendi nuptias non est deneganda facultas.* 197
Transitus jam fit ad alteram Meditationis *partem, quæ expeditur sequenti* Regula: Quoties Prius Matrimonium legitime est dissolutum, toties Posterior Maritus retinet Uxorem, olim alii nuptam, ejus restitutionẽ frustra urgente Priori Marito. 201
Rationes Regulæ hujus sex videsis. 202. *seqq.*
Concurrente junctim justa divortii causa & judicis sententia dissolutoria *matrimonium* legitime est dissolutum. 203
Nemo judiciali authoritate *debet decipi.* 207
Uxor Desertorem malitiosum in vita *recipere non tenetur, post sententiam dissolutoriam reducem, ipsa licet nondum ad secundum perrexerit matrimonium.* 208. *seq.*
Desertor vero desertam invitus *recipere tenetur Uxorem, licet post dissolutoriam demum reversus sit sententiam* 210
Præjudicium Consistorij Electoralis ac Ducalis Meininga-Hennebergici pro illustranda Regula, 201. tradita, subjicitur. 214
Sine justa causa, *vel non* justo modo *Dissolvens prius Matrimonium Ju-*

dex, legitime *processisse dici non potest.* 217

Malitiosa desertio duplex est, Alia ab initio, *Alia* ex postfacto *talis.* 229

Processus desertorii legitime expediendi requisita recensentur. 222 *seqq.*

Non quælibet desertio, sed sola malitiosa, *est justa divortij causa.* 223

Quænam sit Malitiosa Desertio, exponitur & illustratur. 224. *seq.*

Malitiose deseruisse Conjugem non videtur, qui multis affectus molestiis domesticis, ipsis lacrymis majoribus, malam deserere Uxorem necessitatur 226

Hoc casu justius domi relictam Judex punit Uxorem, eidemque Processum denegat desertorium. 225. *seq.*

Dissentit Bruckner. 228

Pro malitioso *male reputatur* Desertore, *qui vel ex* prævio *Uxoris* consensu, *vel* negotiorum *suorum aut* Reip. *causa*, *vel ex* necessitate *vel* contra voluntatem *suam domo abest.* 229. *seqq.*

Omnis causa necessaria, *aut* probabilis *excludit dolum.* 232

Sine dolo *frustra desideratur Matrimonij dissolutio.* 233

Ubi necessaria l. probabilis *adest absentiæ causa, ibi nonnisi invita jurisprudentia, potest judex implorantem ad Desertorium admittere Processum.* 22C.

Si deserta neque sufficiente testimonio, *neque adminimum* juramento *probare possit, se omnem adhibuisse diligentiam cognoscendi, ubinam terrarum absens vivat maritus, frustra edictalem absentis illa urget citationem.* 236

Ubi citatio privata ipsi absenti insinuari potest, edictalis decerni jure nequit. 240

Quod de requirenda probatione studiosæ inquisitionis, ubinam latitet absens, ante decernendam Edictalem Citationem *dictum est, id potissimum in casu* præsumptivæ malitiosæ desertionis *obtinet. &* 240. *seqq.*

An ab initio desertio non malitiosa *degenerare* ex postfacto *possit* in malitiosam, *& quo casu? vide.* 244

In decernendo Processu Desertorio ex capite malitiosæ ex postfacto *desertionis, magna Judicem Ecclesiasticum uti oportet præcautione.* 245

Rationes videsis. 246

Ante decernendam Edictalem Citationem *Judex Ecclesiasticus inquirat* (1) in tempus abit? & emansionis (2) in mores & vitam *personæ desertæ, hocque* (3) *nomine urgeat sibi exhiberi testimonium à Magistratu loci, vel à* MINISTERIO, *vel etiam Confessionario.* 150. *seq.*

Determinatio temporis emansionis *est* arbitraria. 51

Brevius *tempus emansionis non attendat Judex in decernenda Edictali citatione ex capite malitiosæ* ex postfacto *Desertionis.* 254

Ex

Ex diuturniori *emansione, ceteris paribus, demum præsumitur ex* postfacto *malitiosa desertio.* 253
Non, nisi ad præviam *partis* implorationem *Edictalis potest decerni citatio.* 256
In Megapolensi Ducatu, *ut & in* Marchia *non, nisi* Unica *citatio Edictalis emanat, post factam de Suggestu publicationem, per* 6. *Septimanas valvis* ædis sacræ *vel* Curiæ *affigenda.* 258
Extrahens Edictalem citationem, ante ferendam contra contumaciter emanentem sententiam? prioris matrimonij dissolutoriam, pœnæque reservatoriam, legitime tempus affixionis & refixionis *probare tenetur.* 259
Subjicitur notabilis Casus, in quo post multam Consistorialium *disceptationem, tantum per sententiam, ab* Extraneis *petitam, in* Consistorio Megapolensi *Matrimonium* posterius, *posthabito* priori, *validum est declaratum, ut ut redux Maritus, bona Uxoris gratia Coburgum petendi* natalitii documenti *caussa profectus, probare paratus fuerit, se nec* ab initio *neque* ex postfacto *unquam animum deserendi Uxorem habuisse, sed* invitum *in* Hungariam contra Turcas *conductum, abfuisse, omni ad Uxorem scribendi occasione sibi deficiente.* 262. *seq.* 304
Rationes pro hac sententia *legere sunt.* 264 *seqq.*
Etiam hoc casu, quo ex justa Maritus caussa abest, decerni edictalis potest citatio, si tempus negotio, cujus expediundi gratia abijt, præstitutum, diu *jam finitum sit, ipsaque relicta* jurato *possit asserere, se, ut ut studiosissime inquisiverit, rescire tamen haut potuisse, ubinam absens commoretur maritus.* 266. *seq.* & 306
An Nov. 117. c. 11. & Auth. Hodie C. De Repud. *tantum de illo casu, quo desertus Conjux licentiam ad secunda vota transeundi* ex capite mortis *urget, an vero* indistincte, *sicque etiam de Casu* præsumptivæ malitiosa desertionis *intelligenda sit? vide.* 269 & *n.* 312.
An sententia contra Matrimonium *lata in rem judicatam abeat? videsis.* 274. & 297. *seq.*
Contumaci in veniendo *omnia denegantur remedia sententiæ impugnativa.* 275
Nisi contumaciam absens liquido possit elidere, ac purgare. 299
Rationes contra hanc sententiam & *pro* præferentia prioris *matrimonii, vide.* 26. *seqq.*
Caussa malitiosæ desertionis, cur criminali *à JCtis comparetur, docet.* 288. *seqq.*
Responsiones ad rationes pro hac sententia exhibet. 304. *cum seqq.*
Sæpe malitiæ *accusans maritum ipsamet* malitiosa, & dolosam *sui* desertionem *crepans, ipsamet eundem* dolose *deseruisse deprehenditur Uxor.* 307

Sententia ipso jure *nulla, non abit in rem judicatam, sed reconvalescit demum expresso Partium consensu, aut 30. annorum lapsu.* 315
Novellæ 117. Caput. II. *non videtur admittere præsumptionem malitiæ ex sola litterarij commercii inter Conjuges omissione.* 317
An, & quomodo, quibusque *tantum* in casibus *Desertori permittatur malitioso, dissoluto* priori *matrimonio, ad novas nuptias convolare? vid.* 320
Quænam in Saxonia, & extra illam *pœna sit malitiosi Desertoris, ejus si copiam consequatur Judex, docet?* 321
An ob præsumptam ex postfacto *Deserentis, malitiam*, priori *matrimonio* legitime *dissoluto*, *adhuc* posterius *præferri debeat*, priori marito malitiæ præsumptionem *liquido elidere valente, suamq; sibi restitui Uxorem urgente? Vid. n.* 326.
Rationes Dubitandi *exhibent.* 327. *sq.*
Rationes decidendi *enarrant.* 330. *sq.*
Rationes confutandi *sistunt.* 335. *seq.*
Oppido periculosum est, ob absentis præsumptivam ex postfacto *malitiam, legitimè separatum sibi connubio quærere Conjugem.* 238
Marito absente à reditu suo probaturo, abfuisse omnem Uxorem deserendi animum, Judex, ne vel priori, *vel* posteriori *marito, pendente super præferentia lite, fiat injuria, sequestrare interim debet Uxorem.* 139
Duobus matrimonii consumationē urgentibus sponsis, sponsa Matronæ honestæ custodienda interim est committenda. 140
Pendente super præferentia processu, posterior *Maritus interim Uxori alimenta suppeditare tenetur sequestratæ.* 141
Subjicitur Excusatio, in fine.

1 MONOGAMIAM, prudentissimæ *SUMMI NUMINIS* primævæ conjugii institutioni ex asse convenientem, BIGAMIÆ, impio *Lamecho* Authore, teste sacra pagina *Gen.* 4. *vers.* 19. primum adinventæ, merito præferendam esse, facile largientur, qui varia *hujus* incommoda, interque illa imprimis *Zelotypiam* plurium Vnius Mariti Vxorum inter se, earumque liberos, quietem domesticam misere turbantem, ipsumque maritum non raro vehementer angentem, penitus inspexerint, quique multivariis *Bigamorum* que-
2 relis difficillimos, contracti cum pluribus uxoribus uno tempore matrimonii, exitus, ad oculum fere repræsentantibus, fidem dare nulli dubitaverint. Vid. Marcus Anton. de Domin. *De Rep. Eccles. L.* 5. *c.* 11. *n.* 3. Dn. Puffendorff. *De J. N. & G. L.* 6. *c.* 1. §. 19. Textor. *De I. G.* 3. *n.* 38. Struv. *S. I. C. th.* 52. & Hopp. *ad* §. 6. *J. de Nuptiis.*

§. II.

§. II.

Non vacat quidem jam, nec patitur etiam instituti ratio, multis cumulatè congerendis, dictis fidem conciliare; Sufficiat ex multis unicum *Euripidem* ex *Historia Gentium* in scenam produxisse, qui ex permissione *Legum Atticarum*, teste A. Gellio *in Noctibus Atticis Lib. 15. c. 20.* ipsemet *Bigamus*, propria edoctus experientia, prætatas *Bigamiæ* molestias aperto ore fatetur, in *Andromache* hisce easdem exprimens verbis: 3

Nunquam duplicia Connubia,
Collaudavero Mortalium;
Neque binas Matres habentes liberos;
Rixas quidem Domorum,
Tristesque offensas.

Cui si infelici Xantippis, & Mynthonis matrimonio misere afflictum 4
jungere lubeat Socratem, Gell. *in Noct. Att. L. 1. c. 17.* & Diogen. Laert.
L. 2. in vita Socratis, veritas dictorum magis apricabitur; Ut tacem ip- 5
sa Sacræ Scripturæ testimonia, omni exceptione majora. *Gen. 30. v. 1. seq. Gen. 31. v. 33. & 1. Sam. 1. v. 6.*

§. III.

Cùm vero domestica Civium mala raro privatis terminentur pa- 6
rietibus, quin potius in ipsum sæpius Reipublicæ prorumpant corpus, cui benè esse non potest, Membris quando malè est suis, exque
Polygamia id plerumque incommodi surgat, ut nimia inde prove- 7
niens liberorum multitudo, *Nobilibus Familiis* ad egestatem, *Modicis* vero ad mendicitatem non nunquam redactis, ipsam tandem mole sua Rempublicam sit pessundatura, eam commode evacuandi non semper suppetente occasione: vid. Dn. Puffendorff. *de J. N. & G. Lib. 6. c. 1. §. 19.* Laudem omnino merentur maximam, Optimæ
Variarum Rerumpublicarum, & inprimis Imperii Romano-Ger- 8
manici Constitutiones, quibus, præeunte gloriosissimæ memoriæ Imperatore *CAROLO QUINTO*, *Bigamia* sub *gladii* pœna, ne quidem ad intercessionem prioris uxoris, *Bigamo* Marito culpam condonantis, eique porro cohabitare paratæ, remittenda, vid. Möller
P. 4. Const. Elector. n. 4. Clasen. *ad CCC. a. 121.* Carpzov. *q. 66. n. 39.* 9
Hahn. *ad Wes. ff. Ad L. Jul. De Adult. n. 4. Exc.* Stryk *ad J.E.* Brunn. *L. 2. c. 16. §. 1.* jung. *Exc.* Dn. Præses *in nupera Diss. de Mitigat. Pœn. favore Matrim. contracti p. 33.* cunctis interdicta est imperii Civibus. Vid.

CCC.

10 *CCC. art.* 121. Vt ita, qui *Veterum Germanorum* [quorum teste Tacito *c.* 18. *Moribus Germ.* singuli singulis contenti erant *Uxoribus*, perpaucis non *libidine*, sed *Nobilitatis laude* provocatis, plurium nuptias ambientibus,] laudabilia hic imitari exempla nolint, intemperatæ libidinis æstum, ac imperium magis, quam prudentiæ regulæ secuti, hi pœnæ formidine, ac periculo capitis à plurium matrimoniis, uno tempore ineundis, arcerentur felicissimè.

§. IV.

Neque vero arbitrari licet, justo graviorem hanc Carolinam
11 esse Ordinationem, solo *Papicularum*, Nuptias *Sacramentorum* numero adscribentium, irrito innixam principio; cum *juxta art.* 121. *CCC. adulterij speciem* præ se ferat Bigamia, invita præprimis priore Vxore
12 contracta, inque illis locis, in quibus *adulteris* imponitur capitis
13 pœna, *adulterio levius* haud punienda; Bruckner. *In Dec. Jur. Controv. Matrim. c.* 14. §. 27. Theodoric. *in Criminal. c.* 6 *n.* 9. *ibique alleg. Conf.* Exc. Dn. Præses *in Disp. de Mit. pœn. Fav. mat. contract. P.* 33. Frustra omnino *pœnæ acerbitatem* crepantibus, *delicti hujus atrocitatem* qui parum pensi habent.

§. V.

14 Ceterum, cum per hactenus dicta juxta Nemesin Carolinam *Secundum Matrimonium*, vivo adhuc *primo Conjuge* contractum, ipse dirimat Gladius, laterem loturus forsan videri poteram, *DE PRÆFERENTIA MATRIMONII IN CONCURSU DUORUM* verba in præsenti Disputatione facturus, otiose prorsus movendo quæstionem: *Utrius in concursu duorum præferri matrimonium debeat, Uxore duobus simul nupta maritis*, vel *Marito duabus simul copulato uxoribus?* cum utroque casu ultimum *Bigami* supplicium omnem præferentiæ contentionem sit felicissimè finiturum; At vero, dum *dolo*, *temerarioque ausu*
15 ad *secundum*, stante adhuc primo, convolantes *Matrimonium*, ultore gladio tantum præsequitur Imperator *CAROLUS QUINTUS*, *Bigamo* contra illo minime subituro ultimum supplicium, qui *falso* de morte Conjugis *deceptus rumore* vel *dura coactus necessitate*, *se à perpetuis vinculis*
16 *liberandi* animo secundã vitæ primæ superinduxit Vxorem, eo præsens collineabit *Meditatio*, ut inter Variantes JCtorum Opiniones, Vtrius his, aliisque similibus casibus, *Primæ* scilicet, an *Secundæ* Vxoris justior sit petitio, Vtraque uxore *simul* Maritum *sibi soli* adjudicari maximopere

mopere urgente? Et an *utramque* retinere *Bigamus* Maritus possit, an vero *primum* vinculum *posteriori*, aut *hoc illi* præferri debeat, hisce lineis exponerem, SUMMI NUMINIS assistentiam, Tuique, LECTOR BENEVOLE, favorem mihi, ea qua decet, pietate, ac reverentia stipulaturus.

§. VI.

Non diffluam vero hac id acturus vice, neque operosius inqui- 17
ram in *Natales*, aut *Originationem Nominum*, Rubricam hujus Disser-
tationis constituentium, certus, consultam horum omissionem,
propositi executionem minime esse remoraturam. Neque plus lu-
cis accessurum esse huic *Meditationi* arbitror, si communes cetero-
quin Disputantium secutus regulas, *formalem* thematis *Definitionem* ip-
si præmittam Tractationi, cum ex proxime dictis, de quonam hisce 18
agere lineis animus sit, fugere neminem possit: Eorum vero omnium
loco de eo potius solicitus ero, ut cunctis hic difficultatibus, certis,
iisque tantum *duabus* occurram *Regulis*, easque *Rationibus* firmatas,
Exemplis, ac *Præjudiciis* commode illustrem; Sit ergo

§. VII.

REGULA I. QUOTIES PRIMUM MATRIMONIUM NONDUM 19
RITE, ET JUDICIALITER DISSOLUTUM EST, TOTIES IN CONCURSU DUORUM HUIC SEMPER CEDIT MATRIMONIUM, POSTEA CUM ALIO CONTRACTUM.

RATIONES Regulæ assigno sequentes: Quod (1.) hoc casu
duret adhuc individuum, ac stabile prioris Matrimonii vinculum, 20
ceu quod hodiernis Nostrorum Consistoriorum Moribus inter vivos 21
non, nisi *adulterio* & *malitiosa* rumpitur *Conjugum desertione. Matth.* 5. *v.* 32. *&c.* 19. *v.* 9. *junct.* 1. *Corinth.* 7. *v.* 15. Chemnitius *in Exam. Concil. Tridentin. Seß.* 24. *De Matrimonio. can.* 6. Gerhard. *in loc. De Conjug.* §. *602.* *612.* *624.* & in *Confess. Catholic. L.* 2. *p.* 3. *art.* 19. *c.* 2. Haveman. *in Gamalog. L.* 3. *Tit.* 6. *n.* 1. D. Beier. *in Compend. Theol. Positiv. P.* 3. *c.* 16. *v.* 33. D. Mayer. *in Diss. Theol.* 3. *De Repud. & divor.* §. *fin.* 28. Nicolai *De Divort. P.* 2. *c.* 1. *n.* 14. Kitzel. *in Synopsi Matrim. c.* 8. *theor.* 4. *L.* 9. Brouwerus *d. Jure Connub. L.* 2. *c. ult. n.* 7. vide tamen Bruckner. *in Decis. Jur. Controv. Matrim. c.* 16. *n.* 1. *ibique plena manu citat &* Dn. Stryk. *in Differt. De Nullitate Matrimonii, th.* 4.

22 (2.) Quod nondum dissoluto priori matrimonio, neutri Con-
jugum fas sit, alium sibi eligere thori socium; *L. 2. C. De Incest. Nupt.*
L. 18. C. ad L. Jul. de Adult. §. 6. *T. De Nupt. CCC. art* 121. Quin *ipso fa-*
23 *cto* contractum posterius matrimonium, ceu contra expressam Le-
gum prohibitionem, *ipso jure* nullum sit. *arg. L. 5. C. De Legibus* ibique
Brunnem. *c.* 64 *de R. J. in 6.* Donell. *16. c.* 13. *ut B.* ibique *Allegat. Ddres*
Conf. omnino Stryk. *in Diss. De Nullitate Matrim.* §. 11. & Grot. *De Jure B. &*
P. L. 2. c. 5. §. 11.

24 (3) Quod *Posteriori* Matrimonio *ipso jure* inutili, nonnisi invita
Jurisprudentia, & contra saniorem Philosophiam vis tribui *possit* vin-
25 cendi *prius* Matrimonium, omni jure adhuc ratum, validumque. Quod
enim nullum est, nullum etiam operari potest effectum, *L 4.* §. *6. ff. de Re*
jud. L. 2. ff. De Auth. Tut. L. 4. C De legit. hered. Mendez. à Castro *in Prax.*
Lusitan. L. 3. c. 21. n. 43. & Parr. Perett. *Ad Extrav. Ambitiosæ De Rebus*
Eccl. non alien. verb. infringere, n. 4. Neque quicquam juris agentibus
26 tribuere valet, quod contra legum præscripta gestum est: Rot *decis.*
27 *572. n. 9.* cum perinde habeatur, ac si omnino factum non esset. Felin.
in cap. illud n. 5 de Præscript. Tiber. Decian. *Resp.* 10. *n. 34. Vol* 1. & Tho-
ming. *Dec. 20. n. 14.* Imo *nullum*, & *inutile* ex pari judicantur, rei-
28 que imagine carent, ut loquitur Flamin. Paris. *qu. 46. n. 25 De Confi-*
29 *dentia Benefic.* Utile vero per inutile sicuti non vitiatur, *c. 37. de R. J.*
in 6. ibique Brunnem. & *L. 11.* § *1. ff. De Const. Dec.* Sanz. Morqueh.
30 *Tract. De Decis. Bon. Lit. 1. c. n. 3.* 4. 43. Ita multo minus ab illo, quod
inutile est, in *concursu* vincitur, cum *inutile* esse, & esse *sine ef-*
31 *fectu*, paria sint. Surdus. *Dec. 51. n.* 20. & *Consil. 179. n. 49.* Anton.
Menoch. *Dec. Bonon. 40. punct. 7. n. 20.* & Mari Anton. *Var. Resolut. 61.*
Lib. 1. n. 14.

32 (4.) Quod, sicuti nullibi *Error*, etiam *probabilis*, inter legiti-
33 mas legitimi matrimonii dissolvendi causas, jure *Divino*, aut *Huma-*
no reperitur, insuperque errantis nullus est consensus, *L. 119.* §. *2. ff.*
34 *De R. I.* non valituris inde contractibus, quos *Error* copulavit *L. 22.*
35 *De V. O.* actuque per *errorem* gesto, *erranti* minime nocituro; *L. 15 ff.*
36 *De Jurisdict.* Ita multo minus error Binubi Conjugis fraudi esse
possit, aut *veritati*, quæ rerum erroribus non vitiatur *L. 6* §. *1. ff. De*
Off. Præsid. L. 6. C. Si certum pet. quæque Basis, ac *Mater Justitiæ* rectè
37 appellatur, Gig. *Cons. 2. n* 6. Aloys. Ricc. *in Prax. For. Eccles. Dec. 234.*
38 *n. 6. in edit. 2.* aut *firmissimo*, absenti Conjugi ex copula Matrimoniali
semel

semel *juri quæsito*, cui per posterius *ex errore* contractum Matrimonium, iniquam inferri conditionem, jus non patitur nostrum. *arg. L. 74. ff. De R. J.*

(5.) Quod, quanquam probabilis *erroris*, aut prætensæ *Necessitatis* allegatio *Bigamum* ab ordinaria gladii pœna, quæ juxta *Const. Carol. art. 110.* non nisi *dolo malo* ad secundas nuptias properantibus imponenda est, Clasen & *Dd. passim. ad d. CCC.* à quo tamen *fatua* quæcunque, *Vid.* Harpr. *ad §. 1. J. De injur. n. 134. ibique plena manu all. Ddres.* sicque multo magis *probabilis erroris*, aut urgentis *necessitatis* causa excusat, Stryck. *in Diss. De Malitios. conjug. diss. §. 13.* Guttierez *pract. Lib. 1. q. 51. n. 1.* Flores de Mena. *Var. quæst. 21. n. 18.* & Menoch. *De Recup. Poss. Rem. 5. n. 49.*) quidem liberet, vid. Brunnem. *ad L. 7. C. & Auth. Hodie De Repud. n. 8.* Clasen. *ad a. 121.* Bechman. *in Comm. ff. Theor. Pract. ad Tit. De R. N. obs. 2. n. 36.* & Excell. Dn. Præses *Diss. De Mitig. Pœn. favore Matrim. contracti p. 35.* nullus tamen nedum *non absolutæ Necessitatis* prætextus stabile prioris Matrimonii vinculum rumpere, *Bigamoque* licentiam ad secundas convolandi nuptias tribuere, multo omnium minus vero id operari possit, ut hæ, non jure contractæ, *prioribus Nuptiis*, omni jure adhuc validis, præferri mereantur.

39 40 41 42

§. VIII.

Ex hactenus dictis jam INFERO. I. Juri omnino conformiter pronunciasse Consistorium Fridensteinense *An. 1679. 31. Jul.* pro *Præferentiâ* & Validitate *Primi Matrimonij*, illo Casu, quo Civis quidam *Waltershusanus* in Thuringia *Sebastianus* S. consentiente Uxore sua *Ursula*, commodum aliquod vitæ subsidium bello quæsiturus, militiæ nomen professus erat, totumque absens quinquennium, & sub Rege Hispaniæ stipendia merens, in Siciliam abierat, Uxore mortem mariti ex militis cujusdam, fide digni relatione edocta, exque prævio ejus loci Superintendentis indultu *Secundo* marito *Davidi G.* nupta. 43

§. IX.

Facit enim pro statuminanda hac sententia (1.) Quod *prius Matrimonium*, nec *adulterio*, nec *malitiosa desertione*, quæ toties cessat, quoties, uti hoc casu, *bona* cum *gratia* Conjugis, domi relictæ, in militiam abit Maritus, Vid. Nicolai *in Tract. De Divort. c. 7. n. 13.* Gerhard. *De Conjug. §. 626. seq.* Schrader. *in Comm. ad T. J. De Nupt. n. 153.* Brower. *De Jure Connub. L. 2. c. 18. n. 12.* & Dn. Stryk. *in Diss. De Malit. Conf. Desert.* 44 45

nec *monte* revera dissolutum fuerit. (2) Quod *falsum* testis *testimonium*
ipsa *veritate* vincatur. (3.) Quod *detecto errore*, quo secundæ Nuptiæ,
46 earumque à Superintendente facta permissio nitebatur, ipsæ etiam
47 *huic erroneo* superstructæ *fundamento* nuptiæ subsistere haud potuerint:
Multo minus vero (4) hic error absenti vivo Marito præjudicio esse
48 quiverit, Uxorem suam, sibi adhuc stabili matrimonii vinculo nexam, repetenti. Quod (5.) nec ipse Superintendens, nec domi re-
49 licta Uxor aliter in secundas Nuptias consensisse videantur, quam sub hac tacita conditione, si testimonium, de morte Mariti perhibi-
50 tum, veritate nitatur; Qua deficiente, sicuti, quod sub illa actum est, retro actum non censetur, Garc. Gironda. *De Explicat. Privil. & Exempt. n. 667.* Cald. Pereira *de Pot. Elig. c. 1. n. 16.* Nicol. Inteig *Dec. 21, n. 2. Lib. 1.* Ita nec intervenisse Superintendentis Concessio, nec matrimonialis Copula censetur, priori Marito revera adhuc superstite. Accedit (6) Quod, sicuti sententia, ex falso testimonio lata, reperto corruit errore, *L. 33. ff. De Re Jud. L. Fin. C. Si ex fals. instr.* Mev. P.
51 3. *Dec.* 104. & Brunnem. *ad d. L.* 33. Ita nullam jure conciliare firmitatem *Posteriori Matrimonio* possit prætensa Superintendentis permissio,
52 cognito errore, detectaque per reditum *vivi* Mariti prioris testimonii de ejus *obitu* falsitate, sua invaliditate facile ruitura: Vt tacem, quod (7.) *Secundum* Matrimonium, ceu ipso jure nullum, valido adhuc *primo* præferri non possit, *per ea quæ fusius supra §. 7. in rat. 3 deducta sunt.*

§. X.

53 Neque subvertit dictam sententiam (1.) Quod relictæ domi *Conjugiæque, ac secundo Marito* nulla hic imputari *culpa* possit: Non *Uxori*, utpote quæ non temere ad secundum prolapsa est matrimonium, sed
54 morte putativa Mariti, Vnico teste, eoque, uti ex sententia Consistoriali Fridensteinensi liquet [quam exhibet Dn. Brickner *in Decis. jur. Controv. Matrim. in calce Cap. 27. aa N. 6.*] fide digno, proba-
55 ta; Quo casu, præprimis si *occulta* in acie *morte* periisse perhibeatur absens Maritus, (uti teste sententia Consistoriali Fridenstei-
56 nensi hic Sebastianus S. in prælio ad Confluentiam sub defensione signi occubuisse fertur) *Unius* testis, omni exceptione majoris, juxta Canonistas etiam non jurati vid. Sanchez *De Matrim. L. 2. D. 46. n. 2.* Farinac. *q. 140. n. 52.* & & Dn. Joh. Christ.
57 Falckner *in Diss. de Select. N. Just.* §. 17. (non obstante *Novella 117, c. 11.*
58 indeque desumpta *Authentica Hodie, De Repud.*) de proprio visu, quod in-

intersuerit defuncti sepulturæ, vel ipsum cadaver viderit, deponentis, Campeg. *De Test. Reg.*350. *v.*9. Mascard. *De probat. V.*1. *Concl.*1075. *n.*6. Farinac. *p.*5. *oper. Crim. qu.*140. *n.*66. sufficere testimonium, adhoc, ut relictæ domi Uxori transitus ad secundas concedatur Nuptias, testantur *præter allegatum* Farinacium. Nævius *in Sistem. Nov. ad Nov.*117. *c.*11. Trentacinquius *Var. Resol. L.*2. *Resol.*10. *Tit De Probat. n.*4. *vers. Hæc secunda Conclusio* Anton. Gabriel. *Comm. Conclus. L.*1. *Tit. de Testib. Concl.*1. *n.*33. variisque confirmant præjudiciis, Dn. Finkeltaus. *Obs*85. *n.*14. *seqq.* & Carpzov. *in prax. Crim. P.*2. *q.*58. *n.*46. *& in Jprud. For. P.*1. *C.*16. *D.*38. *nec non Jprud. Eccl. L.*2. *T.*9. *Def*167. *n.*14. *seq. jung. Nov.*117. *c.*11. *Auth. Hodie De Repud. & c.*19. *X. De sponsal.* Sic & culpa omni vacat 59
Secundus Maritus, qui ad relictam à *Primo* Uxorem, non, nisi cum prævia Superint. accessit permissione, cumq; illa certissima opinione, *priorem* in acie periisse *Maritum*: Ut hinc omnino durum videatur, *Posteriorem Maritum, omnis culpæ expertem, redeunti Priori*, cedere debere Uxorem suam, *bona fide* sibi *publice* copulatam. Respondendum enim est: (1) 60
Omnis *culpæ carentiam, bonamque* utriusque Conjugis *fidem*, qua posterius copulatum est matrimonium, ad id quidem *prodesse* novis nuptiis, ne vel *Ordinariæ, vel Extraordinariæ* Bigamiæ subjiciantur pœnæ, publica Copulatione ad præviam Superintendentis concessionem illam facile 61
elisura; Minime vero gentium *nocere* Marito priori. Omni itidem 62
culpa vacuo, Judice in concursu duarum petitionum illam semper 63
præferente, quæ justior est, sicque jus cuique suum tribuente, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore petitione, *per L.*31. §.1. *ff. Deposit.*
(2) Neque Secundum Marito ideo posthaberi *Primo*, quasi *culpæ rei* 64
fuerint nupturientes, aut *bonæ fidei* exstiterint *expertes*, sed, quod nondum dissolutis *primis* nuptiis, *secundæ* ipso jure nullæ sint, indeque *Primi* Mariti jus noscatur potius. (3) Non deficere hic justam annullandi po- 65
sterius matrimonium *causam*, nempe durans adhuc prioris matrimonii vinculum, *culpa* licet hic cesset secundis nuptiis coeuntiũ, trahendamq; ad hunc casum famosissimam esse Philosophorum æque ac JCtorum Regulam: Multa fieri *sine Culpa*, quæ non fiunt, *sine Causa*. vid. Nic. ab Ubald. 66
*Tr. de Success. ab Intest. p.*4. *n.*6. *& Exc.* Dn. Stryk. *eod. Tract. Diss.*4. *Cap.*1. §.10.
(4) Utut *durum* non nemini possit videri, individuam, quam novi nu- 67
ptu intendebant, vitæ consuetudinem absque illorum culpa dividi, durius tamen adhuc esse, legitimum *Primum* Maritum absque omni

itidem culpa sua, thori, nondum dissoluti, legitima carere debere socia sua, illamque cedere teneri *Secundo*, minus jus habenti, suum *cui*, & non
68 *illi*, errorem nocere, justius omnino, ac æquius est.

§. XI.

69 Minus obstat, (2) Quod, cum intra *totum quinquennium* absens Maritus, de vita sua Uxorem, domi relictam, nec ipse per literas certiorem fecerit, aut per alios eandem certiorari curaverit, *à malitiosa desertione*, saltim *ex postfacto* commissa, parum abesse videatur, frustra sibi *Secundum* præferri *Maritum* jam conquerente *primo*, culpa sibi soli no-
70 citura. *C. damnum de R. J. in 6. L. 203. ff. R.* Brunnem. *ad c. 22. de R. J. in 6.*
71 *& Consil. 7. in fin.* Respondendum enim est: Ex illis, quæ ex actis refert Bruckner. *in Dec. Jur. Contr. Matrim. c. 27. n. 4.* satis liquere, longissimam loci inter capedinem, qua ab uxore disjunctus vixit *Primus Maritus*, literarum ipsi cum Uxore sua haud concessisse commercium,
72 proindeque extra omnis culpæ reatum constituisse absentem; Multo minus vero *quinquennii lapsum* hoc casu id operari, ut animus deserendi Uxorem, *bis 'e positis circumstantiis, ex postfacto* inde colligi possit, juris-
73 prudentia nostra *in dubio* semper in meliorem partem præsumente; arg. *L. 15. ff. de Cond. Instit. c. Un. X. de Scrutin. in Ord. fac. & c. Dudum. X. De Præsumpt.* Angel. Cell. *Dec. Rot. Rom. 395. n. 15.* Brunnem. *ad L. 5. Decret. Reg. 2. n. 2.* inque concursu duarum præsumptionum hanc præ-
74 ferente, quæ delicti est exclusiva. *L. 51. ff Pro Soc. L. Si defunctus 10. De Arbitr. Tut.* Roman. *Consil. 68 n. 8.* Grammatic. *Consil. 31. n. 11.* Riminald. *Consil. 31. n. 136. n. 15. Vol. 1.* & Vultej 1. *Consil. Marb. 15. n. 24.*

§. XII.

75 INFERO ex Regula §. 8. tradita: I. Illustrissimum Regis Sueciæ Consistorium in casu notabiliori, quo constanti fama in Sueciam perlata, Nobilem quendam de Hamelstirn, locum tenentem Regiæ Sueciæ Equestris militiæ, in Morea sub auspiciis Reip. Venetæ, ac Illustrissimi Comitis de Königsmarck. contra Turcas fortiter pugnantem, cum aliis commilitonibus conterraneis gloriosissima morte occubuisse, Uxor ejus, finito publici luctus anno, illustrissimo Comiti Hornio nupserat, recte non ita pridem pronunciasse, Priorem Maritum, quinque ictibus à *Secundo* exceptum, suam sub comminatione secuturi exilii recipere debere Uxorem, annullato posteriori Matrimonio. Quo de casu consuli potest Bruckner. *in Dec. jur. Controv. Matrim. cap. 27. n. 13.*

§. XIII.

Rationes, quibus Illustrissimum Regium hocce Judicium sententiam hanc fulsit suam, sequentes addi possunt: (1) Quod detecta rumoris publici de Obitu Mariti falsitate, prius ipso cum contractum validum permanserit matrimonium, ejus dissolvendi legitima causa hic prorsus deficiente. (2) Quod errore contractum *posterius* matrimonium, primis nondum dissolutis nuptiis, ipso jure nullum sit, hincque ex rationibus *§.7.n.3* adductis, priori valido præferri propitio jure haud possit. (3) Quod *Error* ex publico proveniens falso rumore, nec *veritati*, nec *juri*, primo Marito ex validis adhuc primis nuptiis *quæsito*, fraudi esse possit: & (4) Quod *bona* Uxoris domi relictæ, publiceque maritum, qua mortuum lugentis *fides, & culpæ defectus* eandem quidem cum secundo Marito ab omni Bigamiæ liberent pœna, vid. Carpzov. *L.6. Resp.89.* Jus tamen præferentiæ eo minus tribuant, *Secundo Marito*, quo validius adhuc noscitur jus *Primi Mariti*, omnis culpæ exsortis. 76 77 78 79

§. XIV.

Ex iisdem rationibus Concludo: III. Modernum Galliæ Regem, Ludovicum XIV. similiter recte omnino *pro prioris matrimonii* judicasse *præferentia* illo casu, quo Anno 1690. Uxor Domini *Fogeu Descceures* nuntio de obitu Mariti, in prælio, circa oppidum *Fleury* commisso occisi, ad amplexus conjugales Secundum Maritum, *Dominum de Meniller* admiserat, reverso ex India Orientali, quorsum casu delatus erat, Anno 1694. salvo priori Marito: Referente hunc casum Gothofredo Zounern, *Altenburgensi in Tract. cui Tit. Novellen.* aus der gelehrten und Curiösen Welt. *Mens. Decembr. 1694.* 80

§. XV.

Idem omnino juris esse autumo, IV. illo casu, quo Uxor falso Mariti, una cum navi, qua vehebatur, cœli, ac Maris inclementia submersi, accepto inducta nuntio) quales in Batavia haud rarenter contigisse casus, memorat Busius *ad L.8. ff. de his, qui not. infam.)* ad secunda vota convolavit, priori marito elapso luctus anno, salvo, licet navi cum omnibus nautis perempta, domum reduce facto, vid. Busius *d.l. n.2.* 81

§. XVI.

Neque aliud statuendum esse arbitror: V. hoc casu, quo marito 82
absente

absente in captivitate diu detento, Uxor ejus, ubi nam latitet, & an vitæ usura adhuc fruatur, ignara, secundis nuptiis alium sibi junxit Maritum, priore post nuptias contractas omnem præter spem domum ex
83 vinculis reverso, relictamque thori sociam sibi restitui urgente: Quale exemplum in Cive *Bomeliano, post octodecim annos*, quibus *in Hispania* captivus detentus erat, domum reduce, aliique nuptam deprehendente Vxorem suam, refert Reidanus *in Annal. Belgic. Lit. 58.* exque illo
84 Dn. Bruckner. *in Dec. jur. Controv. Matrim. c 2.7. n 8.* Præterquam enim, quod *Captivitas* hodie non amplius tollat matrimonium, *Nov. 22. c.7. Nov.117. c.11. Auth. Hodie Cod. De divort. c.19. X. de sponsal.* Brunnem.
85 *ad L.6. De Divortiis n.10.* (non obstante *L.1. ff. de Divorti L.56. ff. Solut. matrim. & L.12. § 4. ff. de Captiv. & postlim. revers vid.* Excell. Dn. Stryk. *Diss de Malitiosa Desert.* §.19. Sanchetz. *L.2. de* Matrim. *Disp.* 46. Farinac.
86 *oper. Crimin. qu.140. n.45. & 49.* Covarruv. *de* Matrim *P.2 c.7. §.3. n.4.*
87 & Wissenbach. *Diss. ff. 48. lit 34.*) sed Uxor, nulla licet affulgente spe liberandi ex captivitate maritum, simpliciter mortem ipsius debeat exspectare, casu superveniente nunquam dirimente matrimonium, *L.22. §.7. ff. Solut. Matrim.* (qualiter respondit Consistorium Lipsiense Anno 1673. referente Excell. Dn. Stryckio in not. ad Brunnem. J. E.
88 Lib.2. c.27. §.29. his verbis. Weilen so wol nach den neuen Kayserlichen / als Geistlichen Rechten / propter captivitatem die Ehe nicht getrennet werden kan / der freye Ehegatte auch / ehe / und bevor er gründliche Gewißheit / daß der Gefangene mit Tode abgangen / sich anderweit zu verehligen nicht befuget / sondern vielmehr in der Einsamkeit biß an sein Ende zu verbleiben / und dieses alles / als wie sonst ein malum constante matrimonio superveniens, wodurch das Ehe-Gemahl so wohl zur Ehelichen Beywohnung / als zum mutuo adjutorio gantz untüchtig wird / in Christlicher Gedult zu ertragen schuldig / so mag auch Titio, ehe Er von der Benignæ Todesfall gewisse Nachricht erlanget / zur andern Ehe zu schreiten /
89 keines Weges nachgelassen werden /) sane *de malitia deserentis*, sicque de *justa prioris matrimonii dissolvendi causa*, nil quicquam ex actis constat, neque illa *in dubio* præsumitur. Besold. *P.5. Consil.248.* Ut hinc, processu desertorio non instituto, imo ne locum quidem hoc casu
90 inveniente, Vxor de Mariti morte ne probabiliter quidem certiorata,
91 (cui alias transitum ad secundas nuptias non denegant Diana *Resolut. Moral. Tom.2. Tract.6. Resolut.267. eumque secutus* Excell. Stryk. *in Diss.* De

De Malit. Diss. §.19.) non jure ad aliud convolaverit matrimonium,
ideo omnino priori posthabendum, quod illud nec dissolutum sit,
nec jure dissolvi possit, justa divortii causa hoc casu plane deficien- 92
te.

§. XVII.

Multo magis vero VI. *prius* stabile manet matrimonium, *posteriori* 93
merito in concursu præferendum, si, non deficiente licet absentis ma-
riti malitia, vel *citra motum desertionis processum*, *vel eodem nondum finito*,
Uxor secundum contraxerit matrimonium, Marito priori *ante senten-* 94
tiam pœnitente, & ad desertam Uxorem redeunte: e. g. Si maritus ante
abitum, & militiam electam, mentem indignabundam, animumque
perpetuam constituendi dissensionem, ut loquitur JCtus Paulus in
L 3. ff. de Divort. sæpius his verbis declaraverit: Er wolle in den Krieg 95
ziehen/und sein Lebtag nicht wieder zu seiner Frauen kommen/ Uxorque:
cum hoc casu dubitandum non sit, animo deserendi eandem maritum
militatum abiisse, Excell. Stryk. *dict. Diss. de Malit. Desert.* §.13. insti-
tuto quidem desertionis Processu, (qui hoc sibi casu utique locum
vendicat. vid. Michael Havemann. *in Gamalog. L.3. T.7. Problem. 2. &*
Gerhard. *de Conjug. §.679.*) non exspectata tamen sententia, ad secun- 96
das properaverit nuptias: vid. Dn. Stryk. *in Diss. de Nullit. Matrim. §.17.*
Dn. Schilter. *in Inst. Jur. Dan. L.2. Tit 12* §.5. Carpzov. *in Jurispr. Eccl.*
L.2. Def.192. n.15. & L.3. Def.67. & 68. Quanquam enim ex infra fusius 97
dicendis liquescet, quod *prior* maritus *post rite institutum*, *ac finitum* de-
sertionis processum demum reversus, frustra restitutionem malitiose
domi relictæ Uxoris olim suæ urgeat, Vid. Dn. Stryk. *d. Diss. de Ma-*
trim. Nullita Carpzov. *L.2. Def.192. n.12. & 16.* justam potius *in Saxonia,*
alibique exilii pœnam incursurus, Carpzov. *d. l. in fin.* Stryk. *in not. ad*
Brunnem. J. E. L.2. c.17. §.27. verbis: si redeant. non æque tamen injusta 80
ejus petitio est, si *pœnitentia ductus, ante latam redux sententiam,* secunda-
rum nuptiarum temere contractarum petat annullationem. Ratio 81
diversitatis est in aprico: *Priori* siquidem *casu* non duntaxat *justa adest*
divortii causa, puta malitiosa *absentis* desertio, sed & ipsum *divortium* per
sententiam Judicis Ecclesiastici est secutum, sicque *rite, & judicialiter*
prius matrimonium est dissolutum, cujus proinde nullus superesse
amplius potest effectus, multo minus *posterioris matrimonii*, jure con-
tracti *prælativus.* At vero *posteriori casu* licet non deficiat *justa divortii* 82
causa,

causa, nempe malitia deserentis, ipsum tamen divortium, seu *dissolutio prioris matrimonii*, nondum secutum est, quo sine tantum abest, ut de-
83 sertæ Conjugi ad alterius viri transire liceat consortium, ut potius secundum hocce matrimonium Bigamiæ speciem præ se ferre videatur,
84 *perpetua relegatione* puniendæ. Vid. Carpzov. *L. 3. Def.* 67. *n.* 2. & 13. *ibi-*
85 *que Responsum Scabin. Lips. de Anno* 1605. Neque enim ad consequen-
86 dam licentiam secundarum nuptiarum alterutrum sufficit, sed utrumque conjunctim requiritur (1) *justa sc. divortii causa* & (2) *ipsum Divortium*. Et, sicuti per *adulterium ipso Jure* non rumpitur matrimonium,
87 sed causæ cognitio, eamque secuta sententia judicis Ecclesiastici dissolutoria desideratur, ita hac non minus in divortio ex *causa desertionis* opus est. Joachim à Beust. *de Matrim. P.* 2. *c* 27. Philipp. *in loc. de*
88 *Conjug. Tit. de Desert.* quibus temere neglectis, qui ad *secundum, priori nondum dissoluto*, properavit matrimonium, suæ imputabit culpæ, quod relicto *posteriori* conjuge, non jure sibi copulato, ad consortium *prioris* Conjugis redire teneatur invitus: Recte enim monet Dn. Stryk. *in*
89 *all. Diss.* § 17. Si in Processu Desertorio præscripta in ordinationibus Consistoriorum neglecta fuerint, *posterius* matrimonium pro nullo declarandum, redeuntique *priori* marito Uxorem suam esse restituen-
90 dam. Accedit præterea, quod ad præviam edictalem citationem ante latam redux, sententiam, *simpliciter* pro malitioso desertore haberi
91 non possit, cum is demum talis censendus sit, qui spretis citationibus sese revocari non patitur; Stryk. *ad J. E. Brunnem. L.* 2 *c.* 17. *§.* 27. *verbis: Si redeat* & in *Diss. de Desert. Malit.* §. 41. *juncto* Gerhardo *de Conjug* §. 766.
92 Quanquam tamen se à malitia purgare non valens, temerariæ absentiæ pœnas vel in ære, vel in carcere luere teneatur, salvo interim *priori*, & nullo declarato *posteriori* matrimonio. Dn. Stryk. *d. Diss.* §. 41.

§. XVIII.

93 Utrum vero VII. & hoc casu *prius* matrimonium *in concursu Duorum* præferendum sit *posteriori*, quo Christianus apud Turcas, aliasque Barbaras Gentes per multos Annos absque ulla redemptionis spe, dura detentus captivitate, ope Fœminæ, quam ex promissione matrimonii antea facta, sibi uxorem duxit, liberatus à vinculorum molestia, domum revertitur, *priorem* adhuc Uxorem suam vivam deprehendens, majoris momenti quæstionem esse non ibit inficias, contraria hujus decisa quem non fugiunt. Cum enim in Comite Glichensi, refe-

referente Wolffio *in Sect. Memorab. Centur.16. ad Annum 1515.* Dressero 94
in Millenar.16. ad Annum Christ. 1217. Peckerstein *in Theatro Saxon. P.*1.
*c.*16. D. Sagittar. *in Hist. Glichensi L.*2. *c.* 4. Dn. Bruckner. *in Dec. jur.*
*Controv. Matrim. c.*14. *n.*66. *juncto* Dn. Præside *in nupera Diss. de Mitig. Pœn.*
*favor. Matrim. Contracti p.*34. hic contingeret casus, neutrum alteri 95
prælatum fuisse matrimonium, sed prævia dispensatione præfatum
Comitem *Utramque* retinuisse *Conjugem*, constat tum & proxime allegatis Scriptoribus, tum etiam ex Saxeo ejus Epitaphio, in quo ipse inter duas medius Uxores, Erfurti in templo monasteriali, D. Petro
sacro, adhuc hodie conspicitur; At vero cum similis casus Illustri 96
Fcti juridicæ Jenensi, in Nobili quodam Uxorato, capto à Moscovitis in militia Polonica offerreretur, qui omni alio carcere elabendi remedio deficiente, cum Virgine Moscovitica, nuptiis secundis sibi ob præstitum liberationis auxilium, copulata, domum reversus, superstitem primam deprehendit thori sociam, ipsa non dubitavit, *posterius* matrimonium præferre *priori*, marito ab ulteriori contra se instituta inquisitione liberato, & tantum ad id condemnato, ut retenta *posteriori* Vxore, commoda *priori* daret vitæ subsidia, referente Dn. Bechm. *in Comm. ad ff. Tom.*2. *Ex.*3. *Tit. de R. N. Obs. Pract.*2. *n.*36. exque illo Dn. Bruknero *d. l. n.*66. & Excell. Dn. Præside *in proxime all. Diss. p.*35.
Plane contra aliter judicatum esse *in parili casu*, quo circa Annum 1567. 97
Nicolaus Blattenhardo Eslingensis, 25. Annis apud Turcas in captivitate misere consumptis, cum Vxore *secunda* (quæ ipsum ex captivitate liberaverat) tenerrime amata, demum redux, *priorem* suam in vivis adhuc deprehendit Conjugem ingratissimam, & oppido sibi molestam, ex Crusii *Annalibus Svevicis p.*3. *Lib.*12. *c.*13. *ad Annum.*1577. recenset
Dn. Bruckner. *d. Tract. cap.*27. *n.*8. Jussus enim est Maritus *secundam* 98
non sine summa hujus indignatione ac imprecatione dimittere, & cum *prima sola* nondum dissolutum prius infelix matrimonium continuare.

§. XIX.

Equidem, cum non *Exemplis*, sed *Regulis*, & *Legibus* judicandum 99
sit, *L.*13. *C. de Sententiis & interloc. L.*12. *ff. de Off. Præs.* ultimæ sententiæ 100
juxta Regulam §.7. traditam, meum adjicere calculum nullus dubito, 102
sequentibus motus rationibus: (1) Quod prius matrimonium neque *morte* prioris conjugis, neque *adulterio*, neque *malitiosa desertione*

102 rite & judicialiter fuerit diſſolutum. (2) Ipſa vero *Captivitas*, *per fuſius*
103 *§.15. deducta*, hodie tollat matrimonium minime. (3) Quod nondum *judicialiter*, *riteque* diſſoluto *priori* matrimonio, *poſterius* non jure dicatur contractum, indeque nullum ſit, ipſo prælationis in concurſu
104 duorum effectu utique cariturum. *vid. dicta* §.7. *n*.3. (4) Quod ſicuti relictæ domi Vxori injungitur mortem captivi expectare Mariti, an-
105 tequam ad ſecunda properet vota, *Nov.117.c.11. Conf. dicta §.15.* omnis licet ſpes redituri ex vinculis mariti penitus decollaverit, ita in captivitate conſtituto marito nulla hic *prærogativa* jure tributa ſit, *aliam*
106 vivæ Vxori *primæ* ſuperinducendi Conjugem, ſpes utut nulla, niſi per illam carcere elabendi, alia affulgeat; Pari correlativorum conditione, & diſpoſitione juris exiſtente. *L. fin. C. de didict. Viduit.* Anton. De S. Blaſ. *in Tract. De Correlativ. Tom.*10. *Tractatuum.* Everhard. *in loc. top. legal. loco à Correlativ. n.8.* & Barboſa. *in theſ. loc. Comm. L.3 c.98. Ax 1.* ubi ex Baldo docet, quod in dubio *idem juris* ſit in
107 *marito*, quod *in Uxore* leges juſtum eſſe voluerunt. Quod, ſicuti (5) *priori caſu ſecundum* Maritum, nupta ipſi Vxor, *primo* per multos annos in captivitate detento adhuc ſuperſtite, *invita* relinquere, & ſoli *priori*, domum reverſo, adhærere jubenda eſt, nullo declarato poſteriore matrimonio *Conf. dicta §.15.* ita ægre ferre haud debeat hoc *poſteriori caſu Uxor ſecunda*, quod *invita* carere debeat Marito, viva ejusdem legitima Uxore, & nondum diſſoluto prioris matrimonii vinculo, immo juſta illud diſſolvendi omni penitus cauſa deficiente, ſibi non jure copulato. (6) Quod licet durum videatur
108 Bruckneró *d. Tract. c.14. n.66.* Secundam Uxorem à marito ſeparari, quem ejus ſecuta fidem, ſuis ſumptibus & ope ex captivitate liberavit, absque qua redemptione fuiſſet, is domum ad priorem nunquam reverti potuiſſet Vxorem, indeque naturali æquitati magis convenire autumet, *utramque* Marito hoc caſu relinquere uxorem: *per ea quæ habet d. Tract. Cap.27. n.8. in fin.* Durius
109 tamen omnino agi cum priori arbitramur Vxore, ſi, quæ juxta leges hunc caſum patienti ad reditum usque Mariti, per multos, infortunii Maritalis particeps, toleravit animo annos, id, ceu præmium patientiæ ſuæ, conſequeretur mali, ut omnis culpæ exſors, vel carere juſto ſuo cogeretur marito, vel

vel aliam contra jura, & non sine justo metu variarum vitæ molestiarum secum admittere thori sociam. Neque enim assentiri possu- 110
mus, illis, qui hoc casu principibus arbitrium tribuunt liberum, non duntaxat hoc cum effectu *dispensandi*, ne Bigamiæ incurrat pœnam Bigamus Maritus, sed, ut eidem etiam liceat, Bigamiam continuare, 111
cum juxta *Carolum Quintum CCC* 120. hoc casu continuaretur *adulterium*, immo *delictum ipso adulterio gravius*, diuturnitate temporis deli- 112
ctum non minuente, sed augmentante, uti loquitur Pontifex in *cap.* 113
5. X. De eo, qui dux. Ux. & efficiente, ut eo censeatur gravius, quo diutius infelicem detinet animam alligatam, juxta *cap. pen. in fin. X. De Consanguin. & Affinit.*

§. XX.

Et huic sententiæ, quæ annullato *secundo* in *concursu duorum* præferri *primum*, nondum *rite* ac *judicialiter* dissolutum, urget Matrimo- 114
nium, patrocinantur, Exc. Dn. Stryk. *in Diss. De Nullit. Matrim.* § 11. Thom. de l. Bene *in Tract. Moral.* 3. *Dub.* 18. *Sect.* 8. *in fin* Joh. Georg. Nicolai, *Tract. De Repud. & divort. P.* 2. *c.* 1. *n.* 52. Busius *ad L.* 8. ff. *De his qui not. infam* Carpzov. *L.* 6. *Resp.* 89. *n.* 9 *& in Iurispr. Eccles. L.* 2 *Def* 192. *n.* 14. Finkelthaus. *Obs.* 111. *n.* 8. *&* 9. *ibique præjudicium de An.* 1634 Bruckner. *in Dec. Iur. Controv. Matrim. c.* 27. *n.* 18. *p.* 278. Dedeken. *Vol.* 3. *L.* 4. *Sect.* 5. *n.* 37. *seq. ibique præjudicium* Balduinus *De Casib. Consc. L.* 4. *c.* 13. *Cas.* 8. *p.* 1215. Brochman. *in loc. De Conjug. c.* 4. *qu.* 59. *&* B. Lutherus *Tom.* 5. *Ien. Op.* Von Ehesachen *art.* 3. *fol.* 248 *alijque plurimi*, qui omnes 115
fere decisionis hujus fundamentum petunt ex supra adductis rationibus, junctis *c.* 2. *X. De Secundis Nuptijs*, *c. Cum per bellicam. C.* 34. *qu.* 1. 116
Nov. 117. *c.* 11. *& Authentica. Hodie. De Divort.* concordantibusque aliorum locorum statutis, quæ inter hac vice sufficiat allegasse Statutum Hamburgense P. 2. *Tit.* 30. 31. *&* 32. *art.* 22. *his verbis.* Da es aber aus beweißlichen Irrthum sich zutragen möchte/ daß/ wenn der Ehemann in abgelegenen Orten sich über 4. oder 5. Jahr aufgehalten/ und seiner Haußfrauen in Mittler-Zeit von seinem Zustandt nichts zu wissen gethan/ viel weniger Ihr/ und seinen Kindern die Nothdurfft/ und Unterhalt di e Zeit über verschaffet/ daß darüber die Ehefrau/ auf vorhergehender vergeblicher Außkündigung ihres abwesenden Mannes Gelegenheit/ und auf angeruffene Hülffe des Gerichts/in beständiger Meinung/daß derselbe Todes verfahren/ zur andern Ehe sich würde/ oder hätte begeben; So wäre auf den Fall auf des ersten Ehemannes Widerkunfft kein Ehebruch begangen/

gen/ jedoch wird auf solchem Fall der erste Ehemann wiederum zu seiner Frauen gestattet/ und der andere Ehemann davon abgewiesen/ und sind gleichwol die Kinder/ die in des ersten Ehemanns Abwesenheit/ von dem andern Ehemann in wehrender Ehe gebohren/ vor ehrlich zu achten.

§. XXI.

117 Infero VII. ex regula §. 7. tradita: Justissime omnino pro *Primi Matrimonii præferentia* pronunciasse judices Lutetiæ Parisiorum Anno 1556. in casu notabili insignis cujusdam Impostoris, *Arnoldi Thiel*, ab illustri Dn. Jacobo Cats. *P. 2. Oper. cui. Titulus Proëffsteen* von den Trou-Ringk. *p.* 170. *seq.* relato, quo ille Commilitoni suo, *Domino De Guerre*, quoad faciem, staturam & singulares prorsus in manibus, oculo, capite, pedumque unguibus, notas simillimus, occasione, ob amissum alterum in prælio pedem, sine omni ferè eluctandi spe decumbentis socii sui, abusus, ad hujus convolavit Uxorem, seque ejusdem per octennium absentem mentitus Maritum, maximas, minimas, contracti matrimonii, omniumque arcanorum thori, & actorum Cameralium circumstantius enarrando, quæquæ constante matrimonio cum inter Domesticos, tum inter ipsos Conjuges, etiam in ipsa nuptiarum festivitate, immo & inter Consodales à prima pueritia gesta erant (quæ cuncta ex inconsulta & parum decenti Socii sui *de Guere* relatione tenacissime observaverat) accurrate recensendo, difficulter credulæ tandem persuasit Uxori, omnique tam *suæ*, quàm etiam *absentis* cognationi, propriisque hujus Sororibus, se verum esse ipsorum Maritum, Fratrem, Cognatum, & Affinem, hacque inaudita obtinuit impostura, ut non duntaxat ab omnibus pro legitimo habitus *Bertranda* Marito, in possessionem omnium fortunarum, sed in amplexus etiam conjugales miserè deceptæ admitteretur Uxoris, donec tandem spem præter omnem & votum hujus falsarii, redux factus absens verus Maritus, fallacia improbi Defraudatoris non sine magna difficultate puclice detecta, cum omnibus bonis legitimam reciperet conjugem, pessimo illo, versutissimoque Stellione ad ultimum supplicium rapto, ejusque facultatibus omnibus, interim natis ex *Bertranda* liberis, justissima judicis sententia legitimis declaratis, ex æ-
119 quo addictis. Cujus sententiæ fundamentum hoc fuit palmarium: Quod (1.) *prius* matrimonium non fuerit legitime dissolutum, neque à *Bertranda* per copulam putativi mariti, exulante omni ejus dolo,

com-

commiſſum adulterium; Cujus *ille* quidem juſtiſſimam ſuſtinuit capitis pœnam, ob turpiſſimum adulterii reatum, ex certiſſimo *Falſarij* dolo ſatis manifeſtum. (2.) Quod *Bertranda* poſt minimam falſitatis 120
ſuſpicionem adeptam, ab ulteriori impudentiſſimi hujus *Impoſtoris* conſortio, etiam ante legitimi mariti reditum, ſuapte ſponte abſtinuerit, eumque ſuæ perſonæ magis legitimandæ, aut juſtiſſimæ ob inauditam hanc ſuam improbitatem ſuſtinendæ pœnæ nomine, in jus vocaverit. (3.) Quod detecto dolo, quo circumſcripta erat *Bertranda*, fruſtra adulter putativi urſerit matrimonii continuationem, quam ſolam ſuo prætendere jure poterat redux maritus, legibus noſtris non *decipientibus*, ſed *deceptis* patrocinantibus, *arg. L. 2. §. 3. ff Ad SCt. Vellejan. 21. Qui militar. poſt. L. fin. C. De Reb. Cred. L. 6. § fin. ff. Mand.*

§. XXII.

Pergendum quidem jam eſſet ad Alteram Regulam, & per illam 121
determinandum, quibus contra in caſibus *ſecundum in concurſu* matrimonium *primo* præferri jure poſſit, ac debeat; At vero cum antea nonnullæ quæſtiones, huc pertinentes, ſint expediendæ, moram hanc minimam ægre haud feret *Lector Benevolus.*

§. XXIII.

De eo quidem facile convenit inter JCtos, quod *volens* Conjux abſens, domum reverſus, Vxorem *erroneo mortis* deceptam *nuntio* alterique nuptam, annullato *poſteriori matrimonio*, recipere poſſit: 122
Hic enim caſus expreſſis pro priori matrimonio ita deciditur verbis *in Nov. 117. c. 11. ibi ipſe vero licentiam habeat*, SI VOLVERIT, *ſuam Uxorem recipere* indeque deſumpta Authentica. *Hodie C. de Repud. ijsdem verbis in fine, Cum per bellicum. 1. ibi. Ut eas* CVPIANT *in ſuum redire conſortium Cauſ. 34. qu. 1 junct. Nov. Leon. 33. ibi: ut* illi SI VELIT, *ſuum membrum recipiendi facultas ſit.* Vtrum vero poſt longum tempus reverſus conjux, hoc caſu *invitus* cogi poſſit ad recipiendam conjugem, interim alteri ſecundis nuptiis copulatam, de eo concors haud reperitur 123
JCtorum Opinio? Negant id ſimpliciter Bruckner. *in ſæpius all Tract. cap. 27. n. 12. his verbis: Si autem Maritus abſens poſt reditum ſuum, Uxorem domi relictam, cum alio interim matrimonio junctam recipere nolit, NB. ad id cogi nequit, & conſequenter matrimonium poſterius continuandum eſt*: Et ante illum Dn. Nicolai *in Tract. de Repud. Cap. 1. n. 52. p. 133. his verb: Quo caſu priori marito reverſo, rejecto erroneo tali marito, matrimonium inter priores conjuges redintegrandum eſt, Modo alter Conjux priori Conjugi cohabitare* 124 125

habitare velit: NB. *alias, si recuset, secundum matrimonium tandem toleran-
dum est.* Uterque in partes suas vocat Cypræum *De Jure Connub. P. 1.
De Sponsal. c. 13. §. 17.* Kitzel. *in Synopsi Matrim. c. 8. theor. 9. lit. E.* Brou-
126 werum *De Jure Connub. L. 2. c. ult. §. 13. in fin.* exque supra adductis tex-
tibus sequens nectunt *à contrario* argumentum, in jure ceteroquin
validissimum: *L. 1. pr. vers. hujus rei fortissimum ff. De Off. ej. cui mand.* An-
127 gel. § *novissime. J. De SCto Orphit.* Harprecht. *pr. I. De Hered. quæ ab inte-
stato. n.* 340. Si marito reverso *volenti* restituenda est Vxor, ipso ab-
128 sente alteri nupta, ipse *invitus* ad illam in consortium recipiendam co-
gi non potest. (2) Vrgent regulam *L. pen. C. De Pactis*, quod quilibet
129 favori, pro se introducto, possit renunciare. Contra vero Exc. Dn.
Stryk. *in not. ad Brunnem. J. E. L. 2. c. 17. §. 10. verbis: Postea rediit Mari-
tus, & in Diss. De Nullitate matrimonij. §. 12.* recte distinguit: An Vxor
culpæ expers, mox, *postquam de vita mariti prioris edocta* est, *consortio conju-
gali posterioris, abstinuerit;* An vero, *contracta* licet de *redeunte*, aut *vi-
vente marito priori certa scientia, nihilominus à posteriori* se *non invitam car-
130 naliter cognosci passa sit;* Et sicuti hoc *posteriori casu*, cum ex tempore ad-
eptæ, de vita prioris Conjugis scientiæ, novi nupti verum commit-
tunt adulterium, *Vid. c. 2. X. in fin. De Secund. Nupt. c. Si virgo. 2. C. 34.
qu. 1. ibi: Si autem sciat. &c.* Brunnem. *in J. E. L. 2. c. 17.* § 20. ibi *quia hi
amplexus jam sunt adulterium*, (quem, quod obiter noto male pro se
131 allegavit Dn. Nicolai *d. l. n. 52.* cum expresse de hoc loquatur casu,
quo post scientiam vivi mariti, Vxor *secundum volens Maritum ad copu-
132 lam carnalem admisit*) non magis *invitus* maritus *prior* ad *recipiendam* Vxo-
rem adulteram, ac in genere maritus ad adulteram Vxorem *retinen-
133 dam* cogi jure potest; Ita, *priori casu* justum omnino, ac æquum est,
Vxore *inprimis* urgente, cogi *invitum priorem Maritum* ad Vxorem
suam recipiendam, & matrimonium ipsa cum continuandum. *Conf.*
134 Excell. Dn. Schöpff *in Synopsi ff. ad Tit. De Devortijs n. fin.* [1.] Quia du-
rante errore, doli exclusivo, Vxoris cessat perfidia, secundo matri-
monio *inculpabili* existente. *c. 1. Ca. 34. qu. 1. ibi. & inculpabile judicandum
est, quod necessitas intulit.* (2.) Quia cessante h. c. adulterio, Mentzer. *De
135 Conjug. p. 232.* Dedeken. *V. 3. cons. n. 36. p. 498. Conf. Stat. Hamb. §. 19.
all. verbis:* So wäre auf den Fall kein Ehebruch begangen / stabile est ad-
136 huc prioris matrimonii vinculum, quod à DEO nexum, & copula-
tum, homo dissolvere non debet. [3.] Quia salvo ita *Prioris matrimonij*
vin-

vinculo, neceſſitas recipiendi Uxorem ſua ſponte ſequitur: Hinc re- 137
ĉte omnino, & continuata contumacia, ſub comminatione exilii,
Illuſtriſſim. Regiæ Sveciæ Majeſtatis Conſiſtorium injunxit redeunti
Nobili *de Hamelſtiern*, Conjugem ſuam, Illuſtr. Dn. Comiti *Hornio* in-
terim nuptam, recipere, *vid. ſupra* §. *12. Conf.* Excell. Dn. Stryk. *ad*
Brunnem. J. E. §. *1.* cui fruſtra dicam ſcribit Dn. Nicolai *d. Tr. c. 1. n. 52.*
bis verbis: *Et quamvis* ibidem (innuit proximè allegatum Brunne- 138
manni locum) Dn. Stryk. *in Addit; ſtatuat, quod maritus reverſus, etiam*
invitus *recipere teneatur Uxorem, ſi illa mox nuntio de vita prioris mariti ac-*
cepto, abſtinuerit à poſterioris copula; Contraria tamen ſententia nobis magis
præferenda videtur; Cum enim per affectatas Nuptias ſecundas (1.) *ſemel* 139
jam ſit violata pudicitia Uxoris (2.) *fidesque conjugalis Marito abſenti antehac* 140
data, rupta, & (3.) *hinc per copulam, cum alio Viro factam diſſolutum ma-* 141
trimonium &, (4.) *Ignorantia, ab Uxore prætenſa, ipſam excuſare nequeat*, 142
conſequens eſt, Maritum ſine ſua culpa ab alio ſubactam, & corruptam Mu-
lierem præter ſuam voluntatem (5.) *cum ſummo dedecore, & opprobrio in ma-*
trimonio retinere non teneri. Hactenus ille. Verum, cum hocce aſ- 143
ſertum Dn. Nicolai, nulli legibus fultum, quin potius claris texti-
bus, & rationibus juris adverſum deprehendatur, verior nobis ex 144
ante adductis rationibus, adhuc videtur *Excellentiſſimi* Dn. Stryckii
ſententia. Negamus enim (1.) quod per erroneas haſce ſecundas 145
nuptias ſit violata Uxoris pudicitia, fidesque (2.) conjugalis data
priori Marito, *per rationem pro hac ſententia primam, & clarum textum*
Juris Canonici. Negamus (3.) per copulam cum ſecundo Viro, diſ- 146
ſolutum eſſe prius matrimonium, cum ante ſcientiam contractam
neget jus noſtrum committi adulterium. *Per ſupra deducta Conf.*
Bardili *in Concl. Pract* 53. *th. 18. lit. I.* ubi expreſſe docet, hoc caſu
non diſſolvi matrimonium quod & ipſe concedit Dn. Nicolai *Cap. 1.*
n. 44. *& 51.* Negamus (4.) juſtam hanc Uxoris ignorantiam ipſam
non poſſe excuſare Vxorem, cum non affectata *facti alieni* igno-
rantia, juſtam nunquam non ignoranti præſtet excuſationem. *L.* 149
2. ff. De J. & F. ignorantia. c. ignorantia, De R. I. in 6. inſuperque con-
trarium apricetur ex *c. 1. C. 34. q. 1. verbis: Et inculpabile judicandum.*
vid. Menzer *De Conj p. 232. ibi: Neque tamen dicitur mulierem commi-*
ſiſſe adulterium, quia probabiliter cenſuit, maritum ſuum obiiſſe, quæ juſta
ignorantia hactenus eam excuſare poteſt. Negamus [5] quicquam dede- 150

coris, & opprobrii *jure* in Maritum redundare priorem, jussum Vxorem suam, omnis culpæ expertum, etiam contra suam voluntatem
151 ad pristinum, legitimi matrimonii fœdus, admittere: Et respondemus per instantiam: Sicuti prætextus *dedecoris* & *opprobrii* à Marito allegatus, ipsi, quo minus (1.) hoc casu retinere *invitus* teneatur Vxorem, quo de nocte forsan inscia, & ex errore ab alio, quem
152 maritum esse credebat, carnaliter est cognita, non prodest, (quod concedit Dn. Nicolai *d. c. 1 n. 4.*) neque [2.] attendi meretur, si Vxor *invita* ab alio vi compressa sit, (quod itidem largitur Dn. Nicolai *d. l. c. 1. n. 4. P.*) ita idem affectatus prætextus hoc casu commodo esse
153 Marito haud potest, cùm & hic *error justus*, & *doli carentia* pudicitiæ Vxoris justum præstent præsidium, bonamque *ipsius* ac *Prioris Mariti* existimationem apud probos & honestos Viros sartam tectamconservent,

§. XXIV.

154 Neque plus Roboris accedit Dn. Nicolai sententiæ ex supra adductis textibus *Novellæ* 117. *c.* 11. *&c.* Vtut enim ex perlustratione ejus id quidem deprehendere non liceat, quod contextus verborum in dicta *Novella* evincat, in illo supponi culpam Vxori imputan-
155 dam (quæ sententia est Excellentiss. Strykii in *Diss. De Matrim. Nulli-*
156 *tate*, §. 12.) cum contrarium forsan apertius inde cognoscatur, quod in hoc versiculo, ubi hæc habentur verba: *Ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam recipere Uxorem*, præsupponatur, *extra culpam* esse Vxorem, deceptam falso jurantium testimonio, *per verba proxime*
157 *præcedentia*; Verba tamen hæc: *SI VOLUERIT*, *facti* tantùm *narrativa*, *& enunciativa*, non vero *dispositiva* esse, inde collectu haud difficile est, quod ceteroquin id sequeretur absurdi: Nihil inter *hunc*, &
158 *priorem* interesse casum, quo Vxor *temere* ad secunda, vivo marito, convolavit vota, cum tamen ipse Imperator *priori casu* in eadem *Novella* coëuntes *adulterii* reos judicet, & ceu *adulteros* puniri velit, à cujus reatu, & pœna contra immunis eosdem pronunciat, si secundum *d. Novellæ* præscriptum ad secundas Nuptias prolapsa est Conjux, domi relicta.

§. XXV.

159 Et quanquam argumentis, à contrario deductis, suum constet robur; illud tamen toties amittunt, quoties *absurdi* aliquid, aut *analogiæ*

logiæ juris adversi inde sequitur. *Vid. post alios* Everhard, à Midenburgo
in loc. suis leg. loco à contraria sensu n. 4. Harprecht. *ad Tit. J. De E. & V.*
§. 3. *n.* 28. Coras. *L.* 5. *Miscell Civ. c.* 9. *n.* 9. Regner. Sixtin. *Consil. Mar-* 160
purg. 9. *n.* 84. *Vol.* 2. ut nostro casu, quo (1.) id sequeretur absurdi:
Non dissoluto priori Matrimonio, ejus tamen effectum cessare, nem- 161
pe *necessitatem cohabitandi illi, quæ revera adhuc Uxor est*: (2) Cessante
culpa, pœnam tamen, culpæ propriam, non cessare, quæ est *caren-*
tia Mariti ob prævium Uxoris culpam, quod analogiæ juris non convenit. 162
(3.) Sublato erroneo *secundarum nuptiarum* principio, falso nempe de
morte *mariti prioris*, testimonio, eidem superinstructas tamen subsi- 163
stere nuptias, & (4.) Cum post contractam scientiam vivi adhuc *prio-*
ris mariti, adulterii incurrant reatum, extraordinaria adulterii pœna 164
puniendi, novi nupti, *Vid. Ex.* Stryk *in Not. ad J.E. L.* 2. *c.* 17. §. 10. *verb.*
Postea rediit Maritus, ipsam tamen Uxorem, *Marito priori* ejus restitutio-
nem non urgente, *sine metu ullius pœnæ* tuto *secundo* cohabitare *marito*
posse.

§. XXVI.

Ad Regulam tandem *L. pen. C. De Pact.* respondemus: illam *in* 165
hypothesi male applicari, cum hic non tantum de *absentis Mariti*, sed
erroneo deponentium testimonio, falsoque rumore publico *deceptæ*
Uxoris, & totius *prioris matrimonij*, detecto errore adhuc validi, aga-
tur favore, cui non magis, ac alieno, renunciare licitum est
marito.

§. XXVII.

Illud vero dubio caret: Si spretis omnibus contumaciæ coërcen- 166
dæ remediis, *prior* malit *maritus* in exilium abire, quam dictis casi-
bus alii interim nuptam recipere Uxorem, tunc pro malitioso eun-
dem haberi desertore, ad instar illius, qui citra justam causam va-
lens Uxori conjugale debitum temere denegat, Dedebken. *Vol.* 3. *L.* 3. 167
S. 6. *n.* 14. Haveman. *in Gamalog. Synopt. L.* 3. *T.* 7. *Posit.* 3. Schertzer. *in*
System. Theol. Disp. 27. *th.* 18. Gerhard. *De Conjug.* §. 603. Nicol. *De Rejud.*
c. 2. *n.* 53. *seqq. & JCti Argent. in Resp. JCt. Germ. Super. Vol.* 1. *Cons.* 47. 168
matrimonio secundo non amplius hoc casu dissolvendo, sed ex no-
vo quodam consensu, impedimento jam remoto, redintegrando,
Stryk. *D. Diss. de Matrim. Nullit.* §. 12. qualiter judicatum est à Consisto-
rio Regis Sveciæ, cum Nobilis *De Hamelstiern* exilium subire, quam 169

 Uxorem

Vxorem recipere maluisset suam, ad priorem bellicam expeditionem regressus, secundo Marito, *Dn. Comite Hornio*, eandem retinente. vid. Bruckner. *d. Tract. c.* 27. §. 13. *in fin.*

§. XXVIII.

170 Restat, ut paucis adhuc videamus, quid in *Libris ex secundo in-*
171 *terim procreatis matrimonio, juris sit*? & quidem [1.] quidem *Utrum ipsi pro liberis habeantur legitimis, hoc effectu, ut utrisque parentibus, Patri æque,*
172 *ac Matri succedere possint*? Quod affirmamus, non illo duntaxat casu, quo uterque Conjugum *in bona fide* est, ac vivere absentem ignorat
173 conjugem, ignorantia parentum justam pariente excusationem, *L.* 4. *C. De incest. Nupt. c. Cum inter. X. Si filij sint legitimi.* Covarruv. *De Sponf. P.* 2. *68.* §. *t. n. 9.* Hopp. *ad* §. 2. *J. De Nupt. verb. Patris non sunt.* Sed etiam,
174 hoc casu, quo alteruter tantum in *bona fide* est, *c. Ex tenore.* 14. *X. d. t.* Babosa *ad d. c.* 14. *n.* 2. & Stryk. *in Tr. De Success. ab intest. Diss.* 1. *c.* 2. §. 51.
175 ita, ut non tantum ad Parentis in *bona*, sed & in *mala fide* constituti, successionem admittantur talismodi liberi, *d. c.* 14. *ibique Canonistæ* Sanchez. *De Matrim. L.* 8. *Disp.* 34. *n.* 46. Barbosa *ad c.* 2. *Qui filij sint legitimi.* Stryk. *d. l. & in Diss. De Nullitate Matrim.* §. *ult. ac penult.* Ludo-
176 vic. Engel. *Coll. jur. Can. ad Tit. Qui filii sint legitimi n.* 4 Dedeken. *Vol.* 3. *Sect.* 5. *n.* 37. *ibique all. Responsum FCtis Juridicæ Lipsiensis in verbis*: Ob denn wohl der erste Mann wider kommen / so sind dennoch dieselben Kinder nach geistlichem Recht Ehelich. Confer. Stat. Hamb. supr. all. loc. ibi. Und sind gleichwohl die Kinder / die in des ersten Ehe-Mannes Abwesenheit von dem andern Ehe-Mann in wehrender Ehe gebohren / vor Ehelich zu halten. Omne enim *putativum matrimonium* tamdiu cunctis *veri matrimonii* fruitur effectibus, ac privilegiis, donec de impedimento partibus contrahentibus constiterit: *Vid. L.* 22. §. *fin. ff. Sol. matr. c.* 2. & 11. *X. Qui Filii sunt legitimi.* Joh. Petr. Fontanella *De Pact. Nupt. Tom.* 2. *Claus.* 7. *Glos.* 3. *p.* 1. *n.* 21. & Ludovic. à Sardis. *De Nat. lib. Rubric. De legit. per putat. Matrim. num.* 1. Cujus consectarium est, quod à *nullis honestis* arceri *Collegiis* possint, *Patris-*
177 *que* sequantur conditionem, etiam quoad *dignitatis* statum, ex posteriori *putativo* nati *matrimonio. arg. L.* 19. *ff. De St. Hom.* & Hopp. *ad pr. J. De ingen.*

§. XXIX.

§. XXIX.

Aliud vero de illis dicendum est liberis, qui demum concepti 178
sunt à Parentibus, absentem adhuc superstitare Conjugem, jam edoctis: Hi enim pari cum *adulterinis* passu ambulant, eodemque cum 179
illis censentur jure, cum ex illo tempore, *utriusque* Parentis *bona* cessante *fide*, ex adulterinis nati videantur amplexibus. *vid. supr. §. 23.*

§. XXX.

Sed, Uter (z) Parentum, annullato postea secundo matrimonio 180
liberis interim natis necessaria dabit vita subsidia? Non puto hinc distinctione opus esse: An agatur de alendis liberis, *ante contractam à novis nuptis scientiam adhuc superstitis Conjugis*, An vero *post illam* natis, 181
sed *indistincte* onus alendi liberos, ex *secundo matrimonio* natos *principaliter* manere *secundum Maritum*, *in subsidium* tantum ad Matrem patente recursu. Ratio decisionis quoad liberos, *ante supervenientem scientiam* conceptos, dependet ex theorica satis nota; Quod in liberis, 182
exputativo matrimonio natis, idem juris sit, ac illis, qui ex *vero* nascuntur *matrimonio*: Stryk. *in Diss. De Nullit. Matrim. §. ult. & pen.* Unde, sicuti 183
ex *lege procreationis*, vid. Grot. *De J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 4.* Puffend. *De J. N. G. & C. Lib. 4. c. 1. §. 4.* Fagundetz. *Def. ad Decalog. L. 4. c. 1. n. 1.* & Stryk. *Tract. de A. F. I. Sect. 1. Membr. 2. §. 3.* Pater ex se natos alere tenetur, *L. 3. §. 3. ff. De J. & J. pr. I. De I. N. G. & C. L. Un. §. 5. C. De R. U. A. vers. Sileat.* etiam Naturales, *Nov 89. c. 12. § 6* Berlich. *P. 5. Concl. 38.* Finckelthaus. *Obs. 102. n. 9.* & Trentacinq. *Var. Resol. 2.* 184
Lib. 1. De Aliment. n. 4. & Spurios, Lancelot. Galiaula. *Ad Rubr. ff. De V. O. n. 20.* Galvan. de Bononia. *De Differ. Legum & Canon n. 40.* Mart. Garrat. *De Legitim. n. 72.* Illuminat. Moron. *Respons. & Resolut. Illustr. 65. n. 37.* Sicque multo magis ex *vero matrimonio* susceptos liberos 185
legitimos, infanticidii reatum ceteroquin incursurus *L. 4. ff. de agnoscend. l. alend. lib.* Coler. *de Alim. L. 1. c. 2. n. 19.* & Brunnem. *ad d. L. 4.* 186
n. 1. ita eadem liberos ex *putativo* procreatos *matrimonio* alendi necessitas *principaliter* incumbit Patri, *arg. L. 5. §. 1. & O. 2. ff. de Agnosc. l. alend. lib.* eoque non sufficiente, Matri. *d. l. 5. §. 2. d. t. & L. pen. ff. eod.* 187
Carpzov. *P. 2. C. 10. D. 19.* Et quanquam quoad liberos, *post adeptam* 188
de vita absentis scientiam ex secundo natos matrimonio, contrarium videatur dicendum, cum ex illo tempore ex damnato coitu & *adulterinis*

 nati

189 nati censeantur *amplexibus*, per dicta §.23. quibus *alimenta* denegare
190 videtur Novella 89. c. 15. indeque desumpta Authentica. *Ex complexu. C de Incest. Nupt.* Carpzov. *P.3. C.14. D* 11. *n.7.* Verius tamen
191 est, & ad hos alendos *Patrem, seu Secundum Maritum* adstringi, ad minimum secundum practicam Juris Canonici & *c.5. X. de eo qui duxit in Ux.* interpretationem, de qua videri potest Perez. *ad Tit. C. de incest. Nupt. n.13* Forster. *de Succ. ab intest. lib.6. cap. ult. n.4.* Gail. *2. Obs. 88.*
192 *n.4* & Stryk. *de Succ. ab intest. Diss.1. c.2.* § 58. *in fin.* Utut & textus Juris civilis, adulterinis alimenta denegantes, de *Lautioribus, seu Civilibus, non Tenuioribus, seu Naturalibus* alii intelligant. vid. Stryk. *d. l. §.6.* Mœstert. *de Just. LL. Rom. L.1. Dub.* Brunnem. *ad Auth. Ex complexu*
193 *C. de Incest. Nupt.* Et ita pro alendis sc. à secundo Marito liberis, *ex*
194 *secundo matrimonio* natis, judicatum esse, refert. Bruckner. *in Dec. jur. Controv. Matrim. c.27. n.6.* aliudque videre est præjudicium apud Dedekennum, *P 3 Sect 5. n.38. p.500.*

§. XXXI.

195 Illud Coronidis loco adhuc notandum est, quod illis casibus, quibus, annullato *posteriori*, *prius in concursu* præfertur *matrimonium*, minime liceat Conjugi, *secundis* alteri *nuptiis* copulatæ, *propria authori-*
196 *tate* ad reversum redire thori socium. Quantacunque enim matrimonii tandem sit nullitas, nullo tamen illa tribuere jus potest Conjugibus ab invicē discedendi, adque alia convolandi vota, sine authoritate judicis Ecclesiastici, per *cap. Porro 3. X. de Divort.* Stryk. *de Nullit. matr.* §. *fin.* Brunnem. *in Tr. de J. E. L.2 c.17. §.19.* Nicolai. *de Repud. c.1. n 61.* Brouwer. *de Jur. Connub. L.2. c. fin. n.5.* & Carpzov. *Pr. Crim. P.2. q.57. n.16.*

§. XXXII.

197 Sicuti nec ulla subest dubitandi ratio quin separato, *secundo* con-
198 jugi ad novas convolandi nuptias denegari facultas non debeat, cum annullato matrimonio, ipse Uxorem amplius habuisse non credatur, jussam ad legitimum redire Maritum suum: Vid. Bruckner. *d. Tr. & loc.16. ibique præjudicium Consistorii Fridesteinensis in causa supra*
199 *allegata de Anno 1697.*

§. XXXIII.

200 Nunc ad alteram pergimus REGVLAM, determinantem quando *in concursu duorum maritus posterior* præferendus sit, frustra suæ

Vxo-

Vxoris restitutionem crepante illo, cui hæc antea nupta erat. Quæ 201
hæc esto: *QVOTIES PRIVS MATRIMONIVM LEGITIME EST DISSOLVTVM, TOTIES POSTERIOR MARITVS RETINET VXOREM, OLIM ALII NVPTAM, EJVS RESTITVTIONEM FRVSTRA VRGENTE PRIORI MARITO.* Stryk. *de Nullitate matrim.* §.17. Carpzov. *J.E. L.2. Def.192. n.12. & 16.* Gerhard. *in loc. de Conjug.* §.634. Dedeken. *Vol.3. Sect.5. p.36. in fin.* Bruckn. *in Dec. jur. controv. Matrim. c.27. n.11. & c.18. p.39.* Havemann. *in Gamol. L.3. Tit. 6. §.2.* Brouwerus *de Jur. Connub. L.2. c.18. §.12. in fin. Aliique.*

RATIONES Regulæ addimus sequentes: (1) Quia hic non- 202
duntaxat adest *justa* divortii *causa*, & *justum divortium, seu sententia* Judi- 203
cis Ecclesiastici post præviam causæ cognitionem *dissolutoria.* Ubi
autem hæc duo *conjunctim* concurrunt, ibi prius matrimonium *juste* est
dissolutum. Philipp. *in loc. de Conjug. Tit. de Desert.* Beust. *de Jur. Con-*
nub. P.2. c.27. Carpzov. *L.2. Def.192. n.15. Conf dicta supra §.16.* & po-
sterius iterum *legitime* contractum & validum. (2) Quia *divortij legi-* 204
timi hic est effectus, ut liceat soluto *innocenti* ad secundum convolare 205
matrimonium. Carpzov. *P.3. Def.66. n.14. seq.* quod cum ipso con-
trahere oppido periculosum foret, ni subsecuta competentis judicis
dissolutoria sententia, absque justo annullandi secundi matrimonii, &
restituendæ Uxoris metu, novis ad taliter separatam nuptiis alius ac-
cedere maritus posset. (3) Quia deceptus videretur *judiciali authorita-* 206
te, qui illa fretus, Conjugem, à priori marito *judicialiter, & legitime* sepa-
ratam, sibi connubii junxit vinculo, si firmum *secundus Maritus* inde
præsidium non nancisceretur contra *prioris Mariti* repetitionem, quod
jura tamen nostra non permittunt. *arg. L.1. C. de His, qui ven. æt. impetr.*
ibi: Nequi cum illis contrahunt, Principali *Authoritate circumscripti videan-*
tur. (4) Quia *prioris* matrimonii, *legitime* dissoluti, nulla amplius vis 207
est, multo omnium minus vero hæc, qua vincere *posterius* valeret,
jure validum. (5) Quia ne quidem post matrimonium legitime 208
per sententiam dissolutum, malitiosum Desertorem redeuntem, Uxor 209
deserta recipere tenetur *invita*, utut ad secundas nondum perrexerit
nuptias, Stryk. *in Diss. de Differt. Conj. Malit. § 42. & in notis ad Brunnem.*
J.E. L.2. c.17. §.28. verbis: si redeat post desert. Nicolai *de Divort. c.2. §.41.*
& Gerhard. *de Conjug.* §.706. (Quam tamen, *re integra*, *invitus* de- 210
sertor redux ad pristinum admittere consortiũ recte compellitur, vid.

Brun-

211 Brunnem. *in J. E. L.2 c.17. §.28. ibique ſubjectam rationem*) ergo multo
minus *poſt ſecundas nuptias contractas*, ob firmiſſimum ſibi ex ſententia
jus quæſitum, deſerta cogi invita Conjux poterit, relicto *poſteriore*
Conjuge, ad *priorem*, cum metu denuo ſecuturæ malitioſæ deſertio-
212 nis, redire Maritum. Nicolai *d. l.* §.44. Accedit (6) Quod *priori*
matrimonio *legitime* diſſoluto, nunquam non *prior* maritus *in dolo
vero*, vel *præſumpto* hæreat, cui, ut ex *maleficio* prælationis obveniat
213 *beneficium*, & ex dolo lucrum, juri, & æquitatis regulis omnino adver-
ſum eſt. *L. Et eleganter 7. ff. de Dol. mal. L.12. ff. eodem L.3. ff. de Transact.
L. Is qui dolo 69. ff. de R. V. L. pen. in fin. ff. de J. D. L. Si ex dolo 51. ff. de
Re Jud.*

§. XXXIV.

214 Hiſce, aliisque fultum rationibus, recte pronunciavit *Conſiſto-
rium Electorale & Ducale Saxonicum Meininga Hennebergicum 24. Jul.
Anni 1651.* referente Bucknero *d. Tr. c.27. n.9.* in caſu, quo Uxore à
Marito ultra ſeptennium abſente, hic per ſententiam Judicis Eccle-
ſiaſtici ab Uxore, poſt trinam publicam citationem non comparen-
te, abſolutus, ad ſecundum tranſierat matrimonium, fruſtra *priori*
Conjuge, poſt contractas à marito deſerto ſecundas nuptias, exque
215 iis liberos ſuſceptos reverſa, harum annullationem urgente, juſtius ob
malitioſam deſertionem pœnæ promeritæ ſubjicienda.

§. XXXV.

216 Ne vero legitimum *prius matrimonium temere* diſſolvatur, & citra
ſuam *ſecundus* Maritus culpam metui ſubjiciatur reſtituendæ Uxoris
ſuæ, cum non qualiscunque, ſed *legitima* tantum judicialis *prioris*
matrimonii *diſſolutio* firmum *ſecundo* marito præſtet præſidium,
duo potiſſimum obſervare curare debet judex, à prioris Conjugis
217 conſortio petentem thori ſocium legitime liberaturus: (1) *Juſtam,*
218 *& veram* dirimendi nexus conjugalis *cauſam*; (2) *juſtum* & in Ordi-
219 nationibus Conſiſtorialibus præſcriptum, matrimonii diſſolvendi
modum. Ad *illam* hodie pertinet *Adulterium & Malitioſa Deſertio*, ea-
220 que vel ab *initio*, vel ex *poſtfacto* talis: Ad *hunc* vero, ut ſtricte ſequatur
judex pede *legitimum* ſibi præſcriptum *Proceſſum*.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Cum autem in *utroque* hic non raro, & inprimis quoad *Processum* 221
Desertorium peccetur, operæ pretium me facturum, reor, si, ante subjiciendam notabilis in sequentibus recensendi Casus decisionem, necessaria *Processus Desertorii* præmitterem requisita, apprime ad illustrationem dictæ decisionis factura. Hæc autem juxta communem JCtorum sententiam in eo consistere noscuntur. (1) Ut ante omnia, 222
judex studiose inquirat, in ipsam desertionis *qualitatem*, utrum illa, fuerit *malitiosa*, an secus: Carpzov *L.3. Def.58.* Brunnem. I.E. th.27. L.2. c.17. Sola enim *malitiosa desertio, & absentia* justa reputatur *Divortii* causa. Nicol. *de Divort. c.2. n.* 12. Salycet, *ad L.2. de Sponsf. n.1.* Mev. 223
P.4. D.7. n.6. Qualis esse censetur, si Conjux *nulla coactus causa honesta*, sed vel *ex levitate*, aus Liederlichkeit/ *vel injusta freni conjugalis impatientia*, daß er an einem Ehegatten sich nicht allein gebunden wissen/ sondern/ nachdem er dessen überdrüssig/ seine böse Lust in der Veränderung suchen wolle/ aliisve *non necessariis*, aut *probabilibus* impulsus *causis*, à Conjuge discedat. Carpzov. *L.2. Def.192. n* 4. *seq.* Arnis. *in Tr. de Jur. Connub. c.6. S.7. n.4. & in eod. Tract.* Beust. P.2. *c.26. vers. nos vero.* Cypræus *eod. p.1. c.13. §.77. n.10. Conf. Ordin. Consist. Brandeb. c 65. verb.* So ein Ehegemahl von den andern ohne alle redliche Ursache / aus Leichtfertigkeit/ 225
daß ihm etwan der Ehliche Stand aus Anreitzung des Bösen mißfält/ oder sonst aus Muthwillen im Krieg / oder andern bösen Leben und Buberey nachziehet/ entläufft/ und also sein Weib/ Kinder/ Hof/ und alles sitzen und stehen lässet. Unde, cum, teste Excell. Strykio *in Not. ad Brunnem.* 226
J.E. L.2. c.17. §.27. ad verba: An ex malitia. sæpius persona deserta tantis molestiis, & incommodis afficiat desertorem, ut à domestico hoc malo, lachrymis majori, aliter, quam desertione se liberare haud possit, tantum abest, ut judex eandem ad desertorium processum admittere possit, ut justius puniri eandem oporteat, quod perversis moribus desertioni ansam præbuerit. Stryk. *d. l. & in Diss. de Dissert. Conj. Malit.* 227
§ 35. Nicolai *in Tr. de Divort. Cap.2. n.6.* (Vide tamen Bruckner. *d. Tr.* 228
c.18. n.27. Ubi hoc casu negat, Disertorio Processui locum non esse, eo quod deserens debuisset Magistratus auxilium, contra austeros, & intolerabiles Conjugis mores potius implorare, quam sibi ipsi desertione jus dicere; inque partes suas vocat Gerhardum *de conjugio §.633.* 229
& Havemannum *in Gamal. L.3. Tit.7. problem.6.*) Neque porro pro

 mali-

malitioso habebitur *Desertore*, qui vel *negotiorum suorum* expediendorum
230 causa, vid. Nicol. *D. Tr. c.2. n.15.* Carpzov. *P.3. Def.66. n.4. vel Reip. aut*
ex alia necessaria, probabilive causa, aut *captivitate* detentus, Carpzov. *d. l.*
231 Nicol. *de Divort. c.2. n.13.* Berlich. *Pr. Concl.36. P. n.17.* Ludov. Schrad.
ad Tit. I. de Nupt. n.164. vel ex *prævio* partis desertæ *consensu* domo abest,
232 Carpzov. *p.3. Def.57. n.9. & in proc. Cr. q.58. n.14. in fin. jung.* Nicol. *d. Tr.*
c.2. §.12. Cum enim causa sive *necessaria*, sive *probabilis* excludat do-
lum Carpz. *Pr. Crim. d. qu.58. n.14. & in I. E. L.2. Def.92. n.3. Confer. supra*
233 *n.40. dicta*, ex quo solo procedit dissolutio matrimonii, Carpz. *d. l. n.3.*
recte monet idem Carpz. *L.3. Def.18. n.51. seqq.* neutro ex proxime re-
censitis casu, absentem pro malitioso Desertore habendum, *minus*
Processum Desertorium decernendum, *omnium nimine* vero ad dissolu-
234 tionem Conjugii deveniendum esse. *Idem L.3. de c.59. in 1. seqq. Confer.*
Ordinatio Consistorialis Meklenb. Tit. Von denen / die sich mit zween
235 Verloben/ ibi: Aber/ da einer aus Ehehafften / und Ehrlichen Ursachen
Abwesend wäre/ als in Gefängnissen/ in des Reichs/ oder wieder den Tür-
cken Kriegs-Sachen/ oder NB. dergleichen/ da soll das Ehegemahl gedultig
des andern Wiederkunfft erwarten/ und NB. sich anderweit zuverehelichen
keinen verstattet werden / es sey denn Sache/ daß gewisse Kundschafft von
236 des Abwesenden Tode gebracht werde; qua cum per omnia convenit
dispositio Novellæ 117. c.11. & Authenticæ. *Hodie: C. de Repud.* Ut
237 hinc Carpz. *in Pr. Crim. q.59. n.14.* asserere haud ambigat, communem
238 hanc Theologorum, & Canonistarum esse sententiam. Præter hanc
vero deserentis *malitiam* ad decernendum Processum Desertorium
requiritur. (2) Ut judex *ante citationem edictalem* operose inquirat:
An desertus Conjux *omnem adhibuerit diligentiam* cognoscendi, ubi-
239 nam absens commoretur, usque adeo, ut si desertus neque *sufficiente*
testimonio, neque, illo deficiente, ad minimum *juramento* probaverit, se
omni licet adhibita diligenti inquisitione, ubinam locorum absens
latitet, nil tamen certi hactenus de eo rescire potuisse, frustra omnino
citationem edictalem præstoletur. Vid. Mev. *P.4. Dec.7. n.10.* Carpz.
L.3. Def.59. n.8. Nicol. *de Divort. p.1. c.3. n.17.* Stryk. *in Diss. de Malit.*
240 *Desert. §.24.* & Beust. *de Nupt. p.2. c.77.* Hanc enim judex hic nun-
quam decernere debet, ubi insinuari *ipsi absenti* potest citatio. Joseph.
de Sese. *Tr. de Inhibit. c.5. §.9. n.49.* Mev. *P.1. Dec.253.* Carpz. *J. E. L.3.*
Def.62. n.12. & Stryk. *in Not. ad J. E. Brunnem. L.2. c.17. §.27. verb. In fa-*
ciem

tiem citari, Sicuti autem hanc *studiose inquisitionis* probationem judicem 241
requirere oportet, ubi *ab initio* citra *justam & probabilem* causam animo
non revertendi abest Desertor, deserta edictalem urgente citationem,
ita hac omnium maxime tum opus erit, neque ante illius probationem 242
decernenda dicta citatio, ubi non ex vera, sed *præsumta* absentis *malitia*
desertus crepat divortium. Licet enim negari non possit, *ab initio non* 243
malitiosam, ex post facto tamen in *malitiosam* degenerare posse *desertionem*, 244
illo scilicet casu, quo ob *diuturniorem* Mariti *absentiam*, desinente *probabili, vel necessaria* absentiæ causa, hic animo deserendi Conjugem domi
relictam emanere præsumitur, illam nec de vita sua, nec de subsisten-
tiæ loco, vitæque genere, utut commoda ad hæc omnia non deficiat
occasio, faciens certiorem, post frustra institutam inquisitionem, ubi
nam absens commoretur, vitæ subsidiis destitutam; vid. Stryk. *in D.* 245
Disp. de Mal. desert. §.15. Mev. *p.4.D.7.n.7.* Carpz. *L.3.Def.59.n.5.* Eo
majori tamen ante emanatam Citationem Edictalem hic Judex dili-
gentia, & præcautione uti debet, quo Conjuge, *ab initio* non malitiose
absente, constitutoq; tempore, vel negotio finito, domum haud reme-
ante, obscurius adhuc est, an *vere malitiose*, & cum animo Conjugem 246
perpetuo deserendi emanserit, quoque facilius contingere potest, 247
ut cessante licet, & finita absentiæ probabilis, vel etiam necessariæ cau-
sa, deserens tamen *invitus* absit, omnisque culpæ exsors; Imo quo pe-
riculi, scandalique plenior hoc casu res judicaretur, *citatione edictali*,
quæ forsan ad absentis notitiam devenire, & sic eundem arctare haud
quivit, illamque *subsecuto divortio*, insonti Marito legitimam suam adi-
mere Uxorem, aut sane post divortium jam alteri nuptam, priori Ma-
rito restituere. Hinc recte probationem *studiose institutæ inquisitionis, &* 248
invincibilis ignorantiæ hoc potissimum casu, *ante decernendam edictalem ci-*
tationem requirunt Brunnem, *in J. E. L.2. c.17. §.29.* Stryk. & Carpzov.
d.l.n.6. ubi præjudicium n.18. verbis: Würde Kläger vermittelst Eydes er-
halten/daß er nicht wisse/wo sein Ehe-Gatte hinkommen/selbe auch bißhero
durch sein fleißiges Nachfragen und Nachsuchen nicht auskundschafften
können. *Conf. Ord. Consist. Meckl. supp. all. loc. ibi.* Nach fleißiger Nach- 249
forschung / ob der Abtrünnige auch irgends wo anzutreffen. Tertio Re-
quirunt Ddres ad *Processum* Desertionis *legitime* expediendum, ut Ju-
dex Ecclesiasticus (a) *in tempus absentiæ* (b) inque *mores*, & *vitam* 250
Conjugis deserti, cum debita inquirat deligentia & hoc potissimum

251 nomine urgeat à deſerto Conjuge *exhibitionem teſtimonij*, *à Magiſtratu loci*, non nunquam etiam *à Miniſterio*, *vel Confeſſionario* dandi. Stryk *in Diſſ. de Deſert.* Malit. §.24. *ibi:* Es muß daſſelbe Zeugniß / und glaubwürdige Kundſchafft bringen / daß es ſich in Abweſenheit des Deſertoris, und
252 ſchuldigen theils ehrlich / und unverweißlich gehalten habe / Mev. *P* 4. *D*.7. *in fin.* Carpzov. *de Sponſ. c*.13. §.72. Beuſt. *p*.1. *de Sponſ. c*.62. & *P*.3 *c*.27. Kitzel. *in Synopſ. matr. c*.8. *Theor*. 11. *lit*. G. & licet determinatio *temporis emanſionis* neque in jure, neque antiquis ſemper Moribus uniformis fuerit. Carpzov. *L*.3. *Def*. 60. *n*.5. *usque adſt*.10. Richter. *Pt. Conſ*.407.
253 *n*.2. Stryk. *d. l.* §.36. Hodieque pleriſque in locis res tota arbitrio religioſi, ac prudentis judicis, *pro ratione circumſtantiarum* tempus modo augentis, modo minuentis relinquatur. Carpz *d l. n*.11. Arniſæus
254 *De Jure Connub. c*.6. *Sect*.7. *n*.28. Mev. *P*.4. *D* 7. *n*.9. Nicolai. *de Divort. c*.3. *P*.1. *n*.15. *ibique all. Ddres*, caute tamen hic omnino judici ſemper procedendum, & *brevius tempus* tum determinandum non eſt, ubi ab-
255 ſens Conjux *malitioſæ deſertionis non ab initio*, *ſed ex poſtfacto* arguitur, & *edictaliter* citari poſtulatur; Cum, ceteris paribus, ex *temporis diuturnitate* hic malitioſus deſerendi animus demum elici & præſumi ſoleat.
256 Stryk. *d. Diſſ*. §.6. Hiſce autem omnibus *exacte* conſideratis, legitime (4) decernitur *PROCESSUS*, ad *præviam* deſerti implorationem, Stryk. *ad Brunnem. J. E. L*.2. *c*.17. §.27. *jungatur* Kitzel *Syn. Matr. c*.10. *theor*.12. *lit*. C. Nicol. *d. l. n*.17. ab Edictali Citatione, hiſce in terris
257 (De Saxonia vid. Carpzov. *Jpr. Eccl. L*.3. *Def*.62. Nicol. *de Divort. P*.1.
258 *c*.3. *n*.27. *ſeq*. Brunnem. *in J. E. L*.2. *c*.17. §.27. *ibique* Dn. Stryk.) inque Marchia, vid. Stryk. *d. Diſſ*. § 38. Unica, poſt publicam de Suggeſtu in loco Domicilii à Parocho factam prælectionem, valvis ædis ſacræ per 6. ſeptimanas affigenda, *incohoandus*, inque Sententia *prioris matri-*
259 *monii* Diſſolutoria, *novique Conjugij* relictæ Permiſſiva, ac *pœnæ* contra abſentem Reſervatoria, tempore affixæ, & refixæ Citationis legitime
260 probato, Coler. *P*.1. *Dec*.107. *n*.26. ipſoque Deſertore *contumaci malitia emanente*, *finiendus* Nicolai *d. Tract. P*.2. *c*.2. *n*.28. & 33. *ſeqq*. Beuſt. *de Connub. P*.2. *c*.13. Carpzov. *P. Def*.66. *n* 9. Brukner. *in Dec. Jur. Controv. Matrim. c*.18 § 35. *ibique alleg. Ddres.*

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Visis hactenus *legitimi Processus Desertorii* requisitis, inventu jam 261
haud difficile erit, quid sequenti casu, qui circa Annum 1685. in *Praefectura Megapolensi* Mirau contigit, quique, sicuti ex actis *Consistorii Ducalis Megapolensis*, ab *Excellentissimo* Dn. Praeside, *dicti Consistorii h. t. Directore gravissimo*, benevole mihi communicatis, observavi, Dnos Theologos pariter, ac JCtos, praefati Consistorii tunc temporis Assessores Excellentissimos, maximoperè exercuit, *circa Praeferentiam Matrimonii in Concursu duorum* statui oportuerit: Scilicet Sutor quidam, *Hinrich Kühn*, Uxore sua *Anna Dorothea Andraea* non dissentiente, literis *Salvi Conductus*, *vulgo* Paß dictis à *Praefectura Mirowiensi* datis, instructus, itinere in Patriam *Coburgum*, documenti Natalitii, vulgo Geburts-Brieff (quo sine in Collegium Sutorum admitti haud potuit) inde petendi causa suscepto, invitus legitur miles, & militatum in *Hungariam* adversus Turcas abducitur, deficiente omni occasione, infortunium hocce suum relictae domi cum Filio ex se nato Uxori notum faciendi; Haec post lapsum *quadriennii cum dimidio*, ignara ubinam terrarum latitet absens maritus, commoda ad alia vota transeundi sibi oblata occasione, ex capite *malitiosae* saltem *ex postfacto Desertionis* petit absentem *edictaliter* citari Maritum, eoque *contumaciter* emansuro, dissolvi ipsocum contractum matrimonium, data sibi licentia ad secundas convolandi nuptias; Adque nudam *Affinis sui* narrationem, in multis *sub- & obreptitiam*, non duntaxat citationem impetrat edictalem, sed ejus affixione, & refixione legitime probata, dissolutoque *judicialiter priori matrimonio*, consequitur facultatem, secundo Marito nubendi: Biennium post consummatum secundum Matrimonium, prior salvus cum literis Natalitiis domum revertitur Maritus, substitutis duobus aliis, suo aere conductis, in sui locum militibus, Uxorem suam, alii nuptam, postque susceptam, ex posteriori matrimonio jam prolem, denuo gravidam, sibi restitui urgens: Quod, dissoluto jam judicialiter priori matrimonio, fieri jure posse propitio, negarunt *Assessores Theologi* (quorum tamen nullus tempore decretae Citationis Edictalis, & subsecutae sententiae, prioris matrimonii dissolutoriae, *Consistorio Megapolensi* jam tum assederat) ex sequentibus rationibus: (1.) Quod *legitime* dissoluto *priori* matrimonio, *posterioris* mariti partes sint potiores, *per rationes*

265 *nes à nobis* §. 32. *pro stabilienda hac regula adductas.* (2) Quod *Domini An-*
tecessores & in *decernenda Edictali Citatione* & in *secunda sententia dissolutoria*
266 *legitime* processerint. Cum *quoad* ILLAM (a) ex *diuturna Desertoris ab-*
sentia, ejusque *intermissa* de *vita & vitæ conditione* omni litteraria certio-
ratione, *malitia* deserentis præsumatur, tempore diu exacto, quod
perficiendo negotio præstitutum erat, ita, ut hoc casu *juste* decerni
possit *Edictalis Citatio.* Brunnem. *in J. E. L. 2. c.* 17. §. 26. *ibi*: *Quod si ju-*
267 *sta ex causa peregrè profectus Maritus, semper eum exspectare debet Uxor,* do-
nec *de morte ipsius certior facta.* *Quod si tamen nesciatur ubi terrarum vi-*
vat, tunc exspectato quinquennio, Uxor debet comparere coram Consistorio,
& abitum Mariti docere, ac juramento asserere, se nil de Marito, ubi terra-
rum degat, rescivisse, tunc NB. decernenda est Edictalis Citatio peremptoria, &
Marito non comparente, aliud matrimonium ineundi licentia Uxori conceditur.
268 Et quanquam (b) Vxor deserta nullatenus probasset, se debitam ad-
hibuisse diligentiam cognoscendi, ubinam terrarum vixerit absens
Maritus, tamen jam appareat, illam omnem otiosam fuisse futu-
ram, cum nec in *loco Originis* quisquam scire potuerit, ubinam ab-
sens degerit, quem ad Vxorem rediturum milites *invitum* conduxe-
rant, & in remotissimas Hungariæ terras contra Turcas militaturum
269 miserant. (c) Quod, licet *Novella* 117. *c.* 11. *& Auth. Hodie C. De Re-*
pud. ipsaque Megapolensis Ordinatio Consistorialis, supra §. 36. *all. loco* velint,
ante certum de morte absentis Mariti acceptum nuntium, Vxori
desertæ haud licere, aliud inire matrimonium, id tamen de illo tan-
tum casu accipiendum sit, quo *ex capite mortis*, non vero, quo ex ca-
270 pite *malitiosæ desertionis* ad secundas transeundi nuptias deserta urget
licentiam, cum *mors*, quæ facti est, non præsumatur, *malitia* vero
deserentis etiam *ex postfacto* præsumi possit. Carpz. *P.* 3. *Def.* 29. *n.* 5. *vid.*
271 *dicta.* §. 36. (α) Quoad HANC vero, Quod, cum in casu *præsumptæ* non
minus, quam *veræ contumaciæ*, vel *malitiæ*, non aliæ sint judicis par-
272 tes, quam condemnare, *L. Si quis sententiam Ubi. Ddres. C. De Pæn. L.*
fin. C. De Custod. reor. c. 1. *C.* 2. *q.* 1. *& Cap. At si Clerici, ubi Ddres X. De*
Judic. Gomezt. *Var. Resol. T[illegible]. De Probat. Delicti, n.* 3. *&* Hippol. de Mar-
273 sil. *Pract. Crim. secunda quæstio, n.* 1. citato non comparente, Antecesso-
res rite, & non præpropere ad divortium videantur progressi, Carpz.
274 *P.* 3. *q.* 66. *n.* 8. *&* 9. quam (β) rescindi, aut impugnari non permittat
terribilis rei judicatæ authoritas *L.* 207. *ff. De R. J. L. fin. C. Sent. rescin.*

non

non posse Carpz. *Tit.* 16. *a.* 4. *n.* 4. & justa *contumaciæ* pœna, omnis remedii, sententiæ *contra contumacem in non veniendo talem* impugnavi, exclusiva, *L.* 1. *C. Quorum appell. non Recip. ibique* Brunnem. *n.* 5. *L.* 13. §. 4. *C. De Rejud.* & *L.* 23. §. 3. *ff. De Appell.* Mev. P. 5. *Dec.* 329. Scaccia. *De Appell. q.* 17. *n.* 17. Stryk. *in Diss. De Malit. Conj. Desert.* §. 42. & ad Brunnem. *J. E. L.* 2. *c.* 17. §. 27. *ad verba, si redeat juncto* Dn. Engelbrecht. *Ad Tit. ff. De Appell.* §. 2. *ibique all.* Menoch. Quod (3.) hic culpa non careat desertor, intra totum fere *septennium* nil quicquam literarum ad Uxorem mittens, neque ipsi commoda vitæ suppeditans subsidia, hincque justam hanc mereatur supinæ suæ negligentiæ pœnam, *ipsi*, & *non Uxori*, multo minus *Secundo Marito* nocituram, *arg. L. Sine hereditaria* 22. *ff. De N. G. L. Ex duobus* 27. *in fin. eod.* Menoch. *L.* 2. *De A. J. Q. Cas.* 182. *n.* 48. & Cravett. *Consil.* 696. *n.* Quodque (4.) non sine scandalo Ecclesiæ retractari videatur sententia Consistorialis, liberis posterioris Matrimonii hoc casu exstituris *illegitimis*.

Contra vero senserunt JCti, post emanatam citationem Edictalem, latamque divortii sententiam, demum in locum suorum Antecessum surrogati, *dissolutionem posterioris matrimonii* ex hisce urgentes rationibus: Quod (1) prius matrimonium non fuerit legitimè dissolutum: (*a*) Quia ad nudam Pastoris & Affinis relictæ Conjugis narrationem, partim *suspectam*, partim etiam *sub & obreptitiam* (*celaverat* enim supplicans, maritum *bona* Uxoris *gratia*, & cum *prævio* ipsius *consensu*: cumque *literis salvi conductus publicis* & *publico attestato vitæ bene hactenus peractæ* abiisse, *datis* interim *ad Uxorem literis* Lipsiæ submissis: *Falso* vero *narraverat* in libello supplici, ipsum *pecuniæ petendæ* causa *Augustam Vindelicorum*, ceu in Patriam abiisse suam, Uxore interim sua intra *integrum quinquennium*, sine *ullis literis*, domi relicta, frustraque in *locum commorationis* & *vitam absentis* Mariti *inquirente*,) non *citata*, neque *examinata Conjuge deserta*, aut *super qualitate desertionis*, aut aliis hic *necessariis circumstantiis*, [de quibus fusius egimus *ad* §. *præced.*) præpostere Edictalis decreta fuit Citatio. Quia (b) necessaria illa probatio diligentissimæ præviæ Uxoris relictæ inquisitionis, ubinam terrarum absens degat, & an in cœtu viventium adhuc existat, ne quidem desiderata fuit à Consistorio; Multo minus vero, (c) ut doceret *relicta*, se absente Marito vitam vixisse honesta Conjuge dignam, ipsi ante emanatam edictalem Citationem injunctum fuit: Quia

286 Quia (d) Citatio ante debitam *in tempus absentiæ* inquisitionem *præpro-*
perè ad nuda Pastoris narrata, etiam *intra quinquennium* adhuc emana-
vit, cum in casu *præsumptæ malitiæ* imprimis *temporis diuturnitas, & ma-*
287 *jor* quidem, quam in casu *veræ malitiæ* desideretur, *per supra notata*:
Imo in genere hic requiratur, ut in causa *malitiosæ desertionis* sat ardua,
& criminali causæ simili, Kitzel *Synops. Matrim. c.* 10. *theor.* 17. Dn Stryk.
288 *De Desert. Malit.* §. 32. caute, ac circumspecte agatur, nec nimiopere
properetur, sed ante, quam deserta pars ad Processum admittatur,
omnes circumstantiæ, quam diligentissime ponderentur; Carpz *J.*
E. L. 3 *Def.* 58. *n.* 2. 3. Arnis. *De Connub. c.* 3. *Sect.* 6. *n.* 5. Tum ob grave
289 præjudicium, quod imminet *matrimonio* æque, ac *personis Conjugatis*,
tum etiam ob *criminalem hujus processus exitum*, ceu *pœnam*, quam incur-
rit persona desertrix. Mev. *P.* 4. *D.* 7. *n.* 4. & 5. & Stryk. *d.* Quæ (c) ci-
290 tatio *Coburgum*, & ad *locum Originis* absentis Mariti non fuit transmis-
sa, ad quem hoc potissimum mitti debuisset casu, si deserta omni do-
li suspicione voluisset carere. (II.) Quod illis neglectis, quæ ante
291 decernendum Processum desertorium juxta unius cujus loci statuta
desiderantur, totus processus, sicque & sententia, prioris matrimo-
nii dissolutoria, sit *ipso jure* nulla, hoc effectu, ut *secundum matrimoni-*
um pro nullo declarandum, & *priori Marito* reduci Uxor sua sit resti-
tuenda. *arg. L.* 4. *C. De Sent. Vid. in terminis* Stryk. *in Diss. De Nullit. Ma-*
292 *trim.* §. 7. *in fin.* Schilter. *in Inst. Jur. Can. L.* 2. *Tit.* 12. §. 5. (III.) Quod
deficiente malitia *vera* vel *præsumpta*, non valeat sententia, *ex capite ma-*
litiosæ desertionis, prioris matrimonii dissolutoria: In hoc vero casu,
293 sicuti *veram malitiam* excludunt sequentes circumstantiæ: (α) Quod
ex *prævio Uxoris consensu* (β) *palam* cum *literis salvi conductus* & (γ) *pu-*
blico optimæ vitæ testamento (δ) ex *probabili Coburgi publicum aliquod Infor-*
mationis & *integrorum natalium literarium documentum*, [seinen Lehr- und
Geburts-Brieff] petiturus, peregrè profectus sit, *animumque non de-*
serendi Uxorem (η) *literis, Lipsiæ ad Uxorem scriptis, satis clare manifestave-*
294 *rit*: Ita à *præsumptæ malitiæ suspicione* se liberare paratus fuerit redux
295 Maritus, eo, quod (a) domum, impetrato ante dicto testimonio,
remeaturus, in itinere *invitus* vi in militiam lectus, inque Hungariam
abductus, *omni caruerit occasione* exercendi cum Uxore sua deserta li-
terarum commercium (b) Quod omni se à militia liberandi invige-
laverit occasioni istamque substitutione duorum aliorum tandem
nactus,

nactus, sine omni mora cunctatoria domum redierit, quodque illegitime emanata citatio Edictalis ad ejus notitiam devenire haud po- 297
tuerit. [IV.] Quod sententia, contra matrimonium lata, non transeat in rem judicatam, *c. Rator. 7. X. De Re Jud.* Carpz. *P. 3. Dec. 246. n.* 17. Heig. *P. 1. q. 40. n. 25.* Stryk. *in Not. ad Brunnem. I. E. L. 2. c. 7.* §. 29. 298
verb. si redeat post Desertionem, sed possit retractari, comperta veritate, & detecto errore. Bruckner. *in Dec. jur. Concl. Matrim. c. 18. n. 37.* Nicol. *De Divort. P. 2. c. 2. n. 52.* Gail. *1. obs. 112. ibique* Græven. Beust. *De Connub. P. 2. c. 29.* Hillig. *in Donell. L. 27. c. 7. lit. Q* & Kitzel. *in Synops. Matrim. c. 16. theor. 31.* (V) Quod contumaci quidem denegetur reme- 299
dium, sententiæ impugnativum, *nisi præsumptive contumax habeat, quibus contumaciam suam purgare possit* Ex. Dn. Stryk. *in Not. ad Brunnem. J. E. d. l.* (IV.) ceteroquin eveniret, omnis culpæ exsortem Ma- 300
ritum, cessante licet justa divortii causa, (quæ hic est *animus deferendi Uxorem malitiosus*,) privari tamen legitima sua Vxore posse, sententia Consistorii parum legitima.

Cum autem de sententia inter se convenire haud potuerint *Do-* 301
mini Assessores, missa sunt acta una cum rationibus Vtrinque collatis, ad *Consistorium Pomeranum*. Vnde *pro præferentia Posterioris Matrimonij* sequens de 29. Dec. An. 1685. remissum est responsum informatorium: P. P. Solchen nach halten wir dafür/ daß Supplicante zu Vermeidung alles Aergernüsses/ dahin zu bereden sey/ daß Er sich des Anspruchs begeben/ und anderweit/ (jedoch ausser Landes) sich wieder verheyrathen möge/ und wo er in Güte sich darzu nicht wolle bewegen lassen/ wäre er *ad evitandum magis scandalum*, und daß er selber in *culpa*, weilen er in so langer Zeit nicht einmahl geschrieben/ und sich seines Weibes Zustandes erkündiget/ auch daß er noch im Leben wäre/ entdecket/ durch rechtliche Mittel darzu anzuhalten/ rc.

§. XXXVIII.

Et juxta hujus responsi tenorem ex compromisso formata *pro con-* 302
firmando posteriori matrimonio est sententia, postque ejus publicationem, *priori Marito* per Decretum de 5. Nov. 1687. data licentia, aliam sibi copulandi Vxorem: Quamquam haud defuerit JCTIS, quod 303
adductis *DOMINORUM THEOLOGORUM* rationibus obmovere potuissent; Et quidem *in genere Ad primam:* Quod in *rationibus JCtorum* 304

prima & seqq. satis deductum sit, ob defectum legitimæ Edictalis ci-
tationis, Processum Desertorium non fuisse legitimum, *Vant. De
Nullit. Cap. De Nullit. ex Defect. Citat.* Sicque prius matrimonium pa-
305 rum legitime fuisse dissolutum, *vid. all. in Rat. JCtorum.* (4.) *In specie*
vero, Resp. ad *Rat. secundam sub Lit. a.* Non negari, *non malitiosam ab
initio*, degenerare posse *in malitiosam desertionem*, modo tamen non
adsint (1.) validiores pro absente præsumptiones, animi in perpe-
306 tuum deserendi Uxorem exclusivæ. *vid. Rat. 3. JCtorum.* (2) Modo
(ut allegatus à *DOMINIS THEOLOGIS* Brunnemannus *cit. loc.* ac-
curate monet) *ante omnia* hoc casu deserta Uxor ad minimum *jurato
probaverit*, se omni licet adhibita diligentia, rescire tamen haud po-
tuisse, ubinam terrarum degat absens Maritus, ne, ut elegantissime
307 notat Carpzovius *in J. E. P. 3. Def. 59. n. 5.* forsan Uxor *malitiæ* accusans
Maritum, ipsamet existat *malitiosa*, justam absentiæ causam, vel sci-
entiam, ubinam commoretur, callide dissimulans, & ne maritum
dolosæ desertionis arguens Vxor, ipsamet potius spe divitiarum, vel com-
modioris cum secundo Marito vivendi conditionis inescata, mari-
308 tum deseruisse *dolose* videatur. Hanc vero in inquirendo Marito,
nostro casu adhibuisse Vxorem solertiam, tantum abfuit, ut nequi-
dem unas *Coburgum* miserit literas, quorsum tamen profectum esse
309 maritum haud ignorabat. Immo, cum ne exacto quidem desuper
juramento, ad Edictalem tamen properaverit Consistorium Citatio-
nem, non legitime hic fuisse formatum Desertionis Processum, satis
310 inde claret. Ad *lit. b. responderi* potest: *Quæ post Edictalem citationem,
postque latam sententiam* demum supervenit scientia, vitium nullitatis,
311 antea culpa Judicis contractum, minime tollere; Et sufficere, Judi-
cem tempore *decretæ Edictalis Citationis* ignorasse, anne Vxor debito
adhibito studio, cognoscere potuisset, aura vitali adhuc frui Mari-
tum, eundemque *malitiose* haud abesse, sicque formam Processus De-
312 sertorii temere neglexisse Consistoriales. *Ad lit. C. Respondetur:* Ex-
plicationem *d. Novellæ &c.* nondum ab omnibus approbari *JCtis*, cum
plurimi *indistincte* eam allegent, inde probaturi, nullo casu contra
absentem devenire Consistorium posse ad decernendam edictalem
citationem, divortiumque concedendum, si Maritus relicta domi
Vxore vel *consentiente*, vel ex *necessaria*, aut *probabili* abesse causa cœ-
313 perit, vid. *all. Ddres.* §. 37. Posito vero, *dictam Novellam* de illo tantum
casu

caſu accipiendam eſſe, quo ob *mortem abſentis* relicta ad novas tranſire nuptias intendit, ſufficere tamen noſtro caſu, ob defectum neceſſariarum, ad decernendam Edictalem Citationem circumſtantiarum, malitiam abſentis non præſumi, neque ſine nullitatis vitio edictalem decerni potuiſſe citationem, multo minus vero *ob præſumptam* abſentis *malitiam* tranſitum ad novas Vxori concedendas fuiſſe nuptias. 314
Ad Lit. (α) Reſp. Hæc *in theſi* utique eſſe vera; *in hypotheſi* vero deſiderari probationem, noſtro in caſu præſumptioni malitioſæ deſertionis fuiſſe locum, ſicque diſſolvendo prius matrimonium *legitime* proceſſiſſe Judicem. vid. *rat. JCtorum* 2. & 3. Ad Lit. (β) jam re- 315
ſponſum eſt, per *rat. JCtorum* 4. & 5. quibus addi poteſt; Quod ſententia, ipſo jure nulla, non abeat in rem judicatam, *L fin. C. De Sent. ex peric. recit.* convalitura demum expreſſo partium conſenſu, vel lapſu 30. annorum. Mev. P. 3. *Dec.* 112. Brunnem. *Proc. Civ. c.* 27. *n.* 67 *Excell.* Dn. Schöpff *in Synopſ. ff. Tit. De Re judic. n.* 25. Ad *Rationem tertiam* Reſp. Quod remotiſſimo ab Vxore ſua disjunctus loco abſens Maritus, 316
literarum ipſa cum commercium habere vix potuerit, *ob ſimplicitatem* non edoctus, qua literæ ratione recte perferri ad Vxorem potuerint, ſicque ex earum omiſſione non ſtatim *ad præſumptam* abſentis mariti *malitiam* inferendum eſſe, cum fatua quæcunque cauſa dolum elidat ipſaque *Novella* 117. *c.* 11. *ibi: licet nec literas, nec reſponſum aliquod à* 317
ſuis maritis, ſuſceperint; hanc malitiæ præſumptionem ex ſola literarum omiſſione non admittat; qua ſine nullam eſſe ſententiam, prio- 318
ris matrimonii diſſolutoriam, in confeſſo eſt apud omnes JCtos. Addi poteſt præterea, quod ipſe Judex Extraneus Maritum *à mali-* 319
tia videatur ſi non plane abſolviſſe, tamen ad minimum in imputanda ipſi culpa ſibi reapſe tacite contraxiſſe, dum in Reſponſo ipſi non 320
tantum ad alia vota tranſitum conceſſit, ſed & nullam plane dictitavit pœnam, cum tamen expediti juris ſit, *malitioſo Deſertori* non niſi *ægrè*, & illis tantum in caſibus, in quibus *ipſi adultero* licentia aliud contrahendi matrimonium conceditur, *cum prævia diſpenſatione* Magiſtratus Eccleſiaſtici, *ſub certa mulcta, & absque ſolennibus* permitti, 321
Gerhard *De Conj.* § 622. Carpz. *L.* 3. *Def.* 71. Stryk. *De Def. Malit.* §. 44. ut aliam ſibi quærat thori ſociam, ob crimen *malitioſæ deſertionis* in *Sa-* 322
xonia ceteroquin fuſtigando, Carpz. *L.* 3. *Def* 56. *n.* 6. Nicol. *De Divort. P.* 2. *c.* 2. *n.* 36. *ſeqq.* alibi vero ſine *prævia fuſtigatione* in *perpetuum exilium* 323

324 mittendo. Brunnem. *in J. E. L. 2. c.* 17. §. 27. *in fin.* & Stryk. *in Diss. De Malit. Desert.* §. 43. Ad *Ultimam rationem* Resp. (1.) Scandali hujus caussam non esse *Maritum*, sed ipsum *Magistratum Ecclesiasticum*, præpropere procedentem. (2) Plus scandali inde propullulare, quod *sine justa divortii causa prior Maritus* sua carere debeat Uxore, quam ipsi legitime junctam homo ab indissolubili vinculo illegitime liberare non debet. *Matth.* 19. *v.* 6. Mev, *P.* 4. *Dec.* 7. *n.* 3. (3.) Juri adver-
325 sum esse, natos interim ex hoc matrimonio liberos, esse illegitimos. *Vid. dicta supra* §. 27.

§. XXXIX.

Sed, quid hoc casu juris est, quo ob *præsumptam malitiosam* ex
326 postfacto *desertionem*, prævio legitimo Processu Desertorio, dissolutum est *prius* matrimonium, Marito postea reverso liquido probare valente, se vinculis detentum, vel omni prorsus, literas ad Uxorem relictam dandi destitutum occasione, statum suum ipsi notum facere non potuisse, Uxoremque suam, alteri interim nuptam repetente? Est, fateor, casus hic difficilior, cum *pro secundi Matrimo-*
328 *nii Præferentia* potissimum militet, quod *prius* legitime semel sit dissolutum, indeque Uxori jus quæsitum, aliud absque metu dissolutio-
329 nis, & retractationis valide ineundi matrimonium. (2) Quod *Secundus Maritus* nullius culpæ reus sit, cum authoritate judiciali confisus, ad consortium connubiale admiserit Uxorem, à primo marito *legitimè*
330 separatam. (3.) Quod Regula Secunda *supra* §. 33. tradita, hanc sententiam egregiè confirmet. Contra vero Præferentiam prioris Matrimonii & Mariti suadere videtur, quod (1.) hic cesset omnis legitima *prius matrimonium* dissolvendi caussa, cum ita ex causa justa *ab initio* absens, & contra suam *ex postfacto* detentus voluntatem, nec in *vera*, nec in *præsumpta* hæreat *malitia*, carens & culpa omni, commodaque
331 ad relictam scribendi occasione: Sine legitima vero causa facta matrimonii dissolutio utique est retractanda. [2] Quod, licet culpa Judicis *legitime* procedentis, itemque & novorum nuptorum cesset plane omnis, sicque *stricto jure* sententia, *prioris matrimonii* dissolutoria, omni-
332 no valeat, non deficiat hic tamen *justa* dictā sententiā retractandi caussa, sc *facta elisio præsumtæ absentis malitiæ*, quà sola judicis nitebatur sententia, sublato fundamento, non amplius valitura. [3] Quod *per supra* § 38.
333 *dicta*, sententia *contra matrimonium lata* non abeat in rem judicatam, sed
334 cognita veritate, possit ac debeat retractari. Et hisce, motus rationi-

bus

bus pro *præferentia prioris Mariti* judicandum esse autumo : Non ob- 335
stante *ratione dubitandi prima*. Resp. enim est. Hanc procedere, nisi prior Maritus, se *liquido* ab omni *Malitia* purgaverit: Hoc enim casu *justa* quidem, sed *iniqua* tamen est sententia, prioris matrimonii dissolutoria, *ex æquitate* corrigenda, exspiraturo jure, quod ex illa Uxori secundum *stricti juris regulas* erat quæsitum. Ad rationem dubitandi *secundam* Resp. Neque ob *culpam novorum nuptorum* posterius rescin- 336
di matrimonium, sed *ob defectum malitiosæ desertionis*, præsumtione malitiæ à reduce Marito legitime elisa. Ad Regulam §. 33. traditam Resp. Illius hanc esse limitationem: Nisi *Redux prior Maritus* præsum- 337
ptivam desertionis malitiam liquido purgaverit. Quanquam non diffitear, oppido periculosum hoc casu esse, ob *præsumptam* absentis *malitiam* legitime ab ipso separatam sibi connubio quærere Uxo- 338
rem.

§. Pen.

Illud minime est prætereundum: Marito sc. absente hoc, alio- 339
que simili casu, à reditu suo, non adfuisse deserendi animum, probaturo, Judicem Ecclesiasticum, ne vel *priori*, primarum nuptiarum, minus recte rescissarum validitatem accerrime urgenti, Vid. Carpzov. *S.* 3. *P.* 38. *n.* 5. vel *posteriori* marito, se possessione, Prætoris authoritate, *L.* 11. *ff. de A. P.* sicque bona fide adepta, *L.* 137 *ff. de R. I.* tuenti, iniqua inferatur conditio, provida prospicere cura oportere, ut Uxor alteri 340
interim nupta, ad exemplum sponsæ, duobus de ejus matrimonio lite contendentibus, pendente processu, in tuto loco apud Matronam honestam interim custodienda, *c.* 14. *X. de Sponsal. Gail.* 1. *th.* 122. *n.* 19. sequestretur. *c.* 10. *X. de jud. in fin. Vid.* Stryk. *in Diss. de Decreto Interimistico C.* 2. *n.* 117. *inibique all* Joan Coras. *in Arrest.* Tholosan. *in casu supra recensito Memorabili matrim. inter Bertrandam & Martinum de Guerra Annat.* 20. *& seqq. Confer.* Fojan. *de Seqne. L.* 2. *c.* 34. *n.* 3. *&* 4. Posteriori marito ad alendam *interim* Uxorem litigiosam condemnando. Stryk. *d. l.* 341
n. 119.

§. Fin.

Hæc sunt, LECTOR BENEVOLE, quæ pro *ingenii modulo*, 342
proque *temporis*, *sumptuum*, ac *instituti* ratione, circa hunc *rariorem* juris *articulum*, à nemine hactenus, quantum ego quidem novi, sub incudem *Disputationis* vocatum, à paucis vero parca manu, & levi brachio

Fff fff 3 expe-

expeditum, & à plerisque vix summo digito tactum, qualiscunque speciminis Academici loco, TIBI exhibere apud animum meum constitui: In cujus elaboratione si me hallucinantem deprehenderis, id facile ignosces ætati adhuc Juvenili, meliora docentem prompto obsequio secuturæ. Tibi vero, AIME DEUS, pro præstito adjutorio submississimas devoto pectore nuncupo gratias, omniaque porro molimina mea Clementissimæ, ac Paternæ Tuæ Directioni unice committo.

COROLLARIA.

I.

P*Ræstantiorem* in integro jure nostro vix reperiri *Titulum* illo, qui in Codice est, DE PRÆBENDO SALARIO, facile concedo; Sed nec dissimulo, malo omnino omine Legem *ejus* Unicam incipere: NULLI TRIBUATUR SALARIUM: Hinc, quibus debetur Salarium, misere sæpius conquestos memini: Hic plus esse *in Rubro*, quam *in Nigro*, & si unquam in aliis, hic certe claudicare argumentum, *à Rubro ad Nigrum*, in Scholis alias frequentissimum.

II.

Meam non invita jurisprudentia urget hereditatem, qui mihi neque ex *pacto*, neque ex *testamento* heres est, propriis etiam *liberis* præferendus, nullo mihi licet sanguinis *vinculo* nexus sit. *vid. Auth. Liberi C. de Episcopali Audient. ibique* Brunnem. & Stryk. *de S. ab J. Disp.* 12. *c.*2. §.29. Utut ceteroquin tria tantum deferendæ hæreditatis fundamenta, sc. (1) *Pactum cum defuncto* aut illo deficiente. (2) *Testatam ejus voluntatem*, aut hac etiam cessante, (3) *legem, sanguinis vinculum in vocandis desiderantem*, hodie Doctores agnoscant. Vid. Masculus *de Success. Convent. Membr. Class.* I. *Concl.* I. *Lit. B.* & Klock. *Tom.* 3. *Cons.* 102. *n.*130.

III.

Ad denegandam Fratri, qua exheredato, paternam hæreditatem, non sufficit, Fratres probare posse, excludendum admisisse causam,

ſam, exheredationis fulmine dignam, niſi ex hac cauſa ipſe Pater *expreſſe* ingratum exheredaverit filium; Mev. *P.4. Dec.183.* Stryk. *de S. ab I. Diſp.12. c.2.* §.28. *ſeq.* Recte tamen excludunt liberi Patris, *ſine teſtamento* mortui, Fratrem illo caſu, quo hic illum teſtari prohibuit, licet ita ex *hac cauſa* expreſſe à Patre non ſit exheredatus. vid. Stryk. *d.l. jung.* Hopp. *ad* § 5. *l. de Exhered. Liber.*

IV.

Qui levat manum Patrem percuſſurus, ſi eundem actualiter non percuſſerit, exheredari à Patre non poteſt. *Illuſtr.* Rhetz. *in Medit. Academ.14. Poſit.21.* licet ceteroquin levans manum tantum adverſus aliquem, quaſi verberaturus, injuriarum reus ſit. *L.15.* §.*1. ff. de injuriis.* Recte tamen à Patre exheredatur, qui ipſi *venenum malum* miſcuit, utut P. ter venenato cibo veſci noluerit. *Nov.* 115. *c* 3. §. 5. Ut hinc *ſolus conatus ſufficiat*, & *non ſufficiat* adjuſtam liberorum exheredationem.

V.

Legitimam *vivis Parentibus* non deberi liberis, expediti quidem juris eſt. *L.1.* §. *ſi impuberes ff. de Coll. bonor. L. Cum quæritur 6. C. de inoff. teſt. inibique* Brunnem. Carpzov. *P* 3. *C* 12. *D.*10. Judæus tamen filiæ, ad Chriſtianiſmum converſæ, *vivus* legitimam dare compellitur. *Vid. præter all. Dd.* Illuſtr. Dn. Lincker. *in Analect. ad Struv. Ex.*14. *th.*42.

VI.

Qui *invitæ* Oſculum *Virgini* rapit, *injuriarum* tenetur, Strauch. *Ex. Juſt.*19. *th.*14. etiam *extraordinarie* puniendus: Stryk. *de Jure Senſ. Diſſ.7. c.5. n.13.* Sed & qui *volenti* Domini *Uxori* oſculum dedit, luxurioſum, feudo privari poteſt. I. *F.5.* Stryk. *in E. I. F. c.23. q.15. & in Tr. de S. I. Diſſ.7. c. fin.* ibique allegat. Menoch. Borcholt. & Matth. de Afflict.

VII.

Fruſtra ſibi promittit Advocatus *actionem mandati* ad præſtandam mulctam, in quam à judice condemnatus eſt, adverſus ſuum Principalem, cujus inſtinctu, & mandato adverſarium contra *L. 6. C de Poſtul.* convitiis excepit, ac ſcommata ſcriptis inſeruit ſuis, etiamſi ipſi hoc nomine indemnitas *expreſſe* promiſſa ſit, *arg. L.26. ff. de V. O.*

L. 5.

L.5. C. de LL. & *§.7. J. Mandat.* cautius juxta Excell. Dn. Strykium *in Tr. de Caut. Contr. S.1. c.3. §. fin.* sibi prospecturus, si tantum sibi prænumerari curaverit, quantum probabiliter mulctæ nomine ipsi exsolvendum: *arg. L.2. & 3. ff. de Condict. ob. turp. causam L.5. C. eod. Conf. Id. in Dissert. de Mandat. delinquendi Cap 1. §.15.* At vereor, nec hæc ex illarum numero cautela sit, quæ *temporaliter* quidem salvant, *æternum* vero damnant, intempestive cauto Advocato promeritam suæ nequitiæ pœnam, bonorumque jacturam callide effugiendo, miseræ suæ *animæ* dispendium irreparabile incaute incursuro.

VIII.

Quanquam Juris decantati sit: Delictum quoad *Mandantem* impunibile, nec in *Mandatario* puniri posse, Bartol. *ad L.19. §.1. ff. ad L. Jul. de Adul.* Ad mandatum tamen *Patris* filiam & Adulterum in adulterio deprehensos, *occidens*, recte punitur, *ipse* licet *Pater* occidens impunitus abeat. *L.23. & 24. ff. ad L. Jul. de Adulter.* Ut hinc duo cum faciunt idem, non sit idem. Vide tamen. *L.4. C. Ad L. Jul. de Adult.*

IX.

Non placet *M. Grotii* sententia, *L.2. c.6. §.11. de J. B. & P. Principi in Bonis Domanialibus jus fructuario majus* denegantis: Utut enim haud diffitear, Domania in *Reip. esse patrimonio*, & citra *publicam necessitatem* eadem alienantem principem, sua Principatus viscera eviscerare, propriamque Dignitatem destruere non inepte dici à Bruckmanno *de Regal. §. soluta potestas n.2. c.4. Effat.6. n.27.* Seidel. *de Sacr. Dom. jus Assert.10.* Stryk. *in Diss. de Salvo jure Princip. c.1. n.28.* nil valide tamen inde ad *denegandam Principi in Domanialibus proprietatem* inferri facile largietur, qui Maritum fundi dotalis ideo destitui *proprietate*, frustra asseri haud inficiabitur, quod idem in *Uxoris Patrimonio sit, L.3. §.5. ff. de Min.* Legeque Julia abs marito *alienari* prohibeatur *L.4 ff. de fund. dot. L. Un § 15. C. de R. U. A.* Subscribo ergo Ziglero *in Notis ad d. Grotii loc.* Principi in his bonis *plus juris* tribuenti, quam *nudo usufructuario*; nec quicquam ambigo, sine omni absurditatis nota *ipsum horum Bonorum proprietarium* appellari posse, cum omnia, quæ sunt Reip. recte etiam *ipsius principis* esse dicantur.

X. Pri-

X.

Privilegium, quod in Recessu Imperii de Anno 1500. Rubr. von Uberflüßigkeit der Kleider in verbis: die von Adel / so es Ritter oder Doctores sind / sollen kein gülden Stück tragen / doch soll er ihnen zu Wämbsern zu tragen unverbothen seyn. Item in Reform. Polit. de Anno 1540. 1578. sub. Tit. von Doctoren verb. Dergleichen sollen und mögen die Doctores, und ihre Weiber / auch Kleider Geschmuck und Ketten / güldene Ringe und anders ihrem Stande / und Freyheit gemäß tragen. Doctoribus tribuitur, ad *Theologiæ Doctores* simplici interpretatione extendi non posse, reor, quorum tamen *Præcedentiæ*, ac *Dignitati* inde nil quicquam decedit, quam optime conservant, se in vestitu Reformationi Politicæ *de Anno 1577. Tit. 14.* §. Wir setzen / ordnen / und wollen auch insonders / daß alle Ertz-Bischöffe / ihre geistliche darzu anhalten / daß sie sich in ihren Kleidungen in Kirchen und auf den Gassen als ihrem Stande nach wohl geziemet / wie denn die geistliche Rechte und Ehrbarkeit das erfodert / ehrbarlich / züchtiglich und Geistlich tragen / und halten / und alle NB. unziemliche Köstlichkeit / und weltliche Ubbigkeit / in Kleidungen abstellen / & Moribus cujuscunque loci conformantes, *omnemque novitatem* angue, seu peste pejus fugientes.

XI.

Ex eodem Imperii Recessu de Anno 1500. Rubro: von überflüßigkeit der Kleider: verb. die von Adel / so Ritter NB. oder Doctores sind / satis apricatur, *gente* Nobiles *Doctoris* gradum non fastidiisse olim, quo obfuscari, natalium splendorem hodie multi falso opinantur, *Georgio Fiscello* similes, quem antea *Doctorem*, à se jam *Equitem auratum* creatum, maximopere hæsitantem, an *Doctoribus* in uno, an vero *Equitibus* in alio se loco adjungeret, tandemque, relicto *Doctorum* ordine, ad *Equites* se conferentem *Sigismundum Imperatorem* ita allocutum fuisse: STULTE AGIS, QUI LITERIS MILITIAM PRÆFERS: Nam ego MILITES *una die mille fecerim*, DOCTORUM *mille annis unum non fecerim*, memoriæ prodiderunt. Freher. ad Petr. de Andlo *L. 2. de Imp. Rom. c. 13. fin.* Jacob. Andr. Crusius. *de Præced. c. 31. n. 87.*

XII.

Qui sub conditione *præterita* alicui injuriam infert, v.g. Wo du dis / oder jenes zu meiner Beschimpffung gesaget hast / so hast du es als ein Et cætera geredet / injuriarum reus est, conditione illa Jam existente, Harprecht. *ad* §.1. *ff. de Injur. n.* 147. Zœsius *ad L.*100. *de V. O.* & Bocer. *Class.* 4. *Disp.* 4. *th.*28. *ad Lit. D. Edit.*2. Qui vero sub conditione *in futurum tempus* collata injurias profert. v.g. Wirst du dieses/ oder jenes zu meiner Beschimpffung mir nachreden/ so werde ich dich vor einen & cætera halten / *statim* injuriarum conveniri nequit. Carpz. *Decis.*35. *n.*5. *seqq.*

FINIS.

PROGRAMMA
QUO
SUO, AC TOTIUS JURIDICI COLLEGII NOMINE
AD
INAUGURALEM DISPUTATIONEM
VIRI
PRÆNOBILIS Atq; DOCTISSIMI,
DN. IOH. ADOLPH. Krohn/
LUBECENSIS
JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI FULGIDISSIMI,
De
PROBATIONE, QUÆ FIT PER LIBROS MERCATORUM.
Von Beweiß der Schuld mit Handels-Büchern
Pro summis in utroque Jure Honoribus, & Privilegiis rite Consequendis,
Ad Diem 14. Mensis April. 1698. Horis Pro & Pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI
BONO CUM DEO HABENDAM
MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Utriusque *Reip.* Nobiliss. Atque Ampliss. Senatum, omnesque omnium ordinum cives academicos, ac literarum fautores officiose, ac observanter invitat
JOHANNES Klein/
J.U.D. ET PANDECT. IN ALMA PATRIÆ DUCALIS PROF. PUBL. CONSISTOR. MECKLENB. h.t. DIRECTOR. HODIEQUE PRO-DECANUS.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

 I.N.J.C.

I. N. J. C.

INsignem ex liberiori, ac frequentiori COMMERCIORUM exercitio in Civitates redundantem, qui pensiculatius cum Jcto Vlpiano *in L.1. §.20. ff. de Exc. Act.* consideraverit utilitatem, haud difficulter largietur Platoni, summæ prudentiæ, ac authoritatis Philosopho, in *L.2. ff. de Nundinis*, CIVITATEM BENE, BEATEQVE ABSQVE NEGOTIATORIBVS HABITARI NON POSSE: Quod enim *ubera* sunt infanti, id Mercatura civitatibus esse noscitur illis, in quibus favente Mercurio procedunt commercia, quippe ex quibus publicæ, privatæque res, optime aluntur, foventur, ornantur, Mev. *de Levam. innox. debit. c 1. n.9.* Marquard. *de Jur Mercat. L.1. c.2. n.59.* omni inde succo & sanguine in Reipublicæ corpus se diffundente, illudque vividum vegetumque reddente: Vt mirum hinc nemini videri possit, quod *Commerciorum* potissimum *favore in Foro Mercatili* non semel à communibus Juris Civilis sit recessum *Regulis*, multaque Singularia in Mercatorum negotiis constanti hodie praxi reperiantur recepta, quæ in aliorum causis procedunt minime. Vid. Mev. *P.2. Dec.206. n.7. & P.3. Dec.223. n.10.* Gail 2. *tb.90.* Sic, non duntaxat *in genere* inter mercatores, juris apicibus, & subtilitatibus exulantibus, id tantum, quod æquitati, quodque bonæ congruit fidei, unice attenditur, Negusantz. *de Pign.1. Membr.8. Part. Princip. n.29.* Schurff. *Cent.2. Consil.42. n.3.* Hartm. Pistor. *obs.180. n.11* Gail.2. *tb.27. n.27.* Mev. *P.5. Dec.174. n.5.* illorumque causæ, rejectis cunctis, *ordinem* mage Processus, quam *causa* merita respicientibus exceptionibus, Aretin. *in L si servum §. Sequitur ff. de V. O.* Scacc. *de Commerc. §.7. gloss.5. pr. n.16.* Marquard. *d. Tr. L.3. c.8. n.1.* Excell. Dn. Beselin. *Fautor noster, debito observantiæ cultu devenerandus, in eleganti Inaugurali de Jur. Mercat singul. Dissertationen.31.* de simplici, & plano, sola veritate inspecta, brevi manu expediuntur, *Rotæ* Genuæ, *Decis.23. n.14. seq.* Bargalius *de Dolo L.5. c.8. n.10.* Tuschus. *Pr. Conclus. Lit.* M. *Concl.207. n.7.* Finckeltaus. *Obs 96. n.* Zanger. *de Except. P.1. c. n.60.* & *Maranta* P.4. *Dist.9. n.48.* ignorantia *juris positivi* Mercatoribus non facile nocitura, Hartm. Pistor. *obs.80. n.23.* Carpz. *Proc. Tit.6. art.1. n.47. seqq.* Stracha. *de Mercat. Tit. Quemadm. proc. in Caus. Mercat. §. Libellus.*

Sed

Sed *in specie* communi omnium JCtorum receptum etiam est calculo, quod Moribus nostris (1.) Filii, *separatam negotiationem* permittente Patre exercentes, eo ipso hoc effectu censeantur vinculis patriæ potestatis soluti, ut non sit locus amplius SCto Macedoniano, nec Pater ex illorum obligetur contractibus, omni inde emolumento filium negotiantem tantum mansuro. Heig. *ad* § *9. J. Quib. mod. jus. p. p. solv.* Mindan. *2. d. Proc. 62. n. 4.* Schult. *in Synops. Inst. ad Tit. De Act. Lit. B.*

(2.) Quod, licet *minori*, in contractibus læso, salutari subveniatur restitutionis integrum præsidio, *t. t. ff. De Minorib.* illo tamen non gaudeat *Minor in negotio mercaturæ* læsus *Mercator* approbatus, alboque Mercatorum inscriptus, *arg. L. 16. §. 4. & ff. De Minor. L.* 1 *C. Qui & advers. qu. inibique* Brunneman. *num.* 5. Carpan. *ad Stat. Mediolan. c. 4.6. num. 201.* Stracha. *d. Tr. P. 3. num.* 26. Mev. *ad Jus Lub. L.* 3. *T.* 6. *num. 21. num.* 26. Sfort. Odd. *P. 1. De Rest. in integr. q. 23. n. 3.*

(3.) Quod, quamvis Vxor *Jure Lubecensi* sub perpetua vivi Mariti sit curatela, Mev. *ad J. Lub. L.* 1. *T. 10. num.* 1 *n. 2.* cumque aliis *sine ejus consensu* contractura, valide haud obligetur, *Jus Lub. L.*10. *T.* 10, *art. 1.* exceptio tamen sit in *Fœmina Mercatrice*, quæ non duntaxat hoc jure ex contractu *sine Curatoris consensu* initio, mercaturam, quam hæc exercet, concernente, valide convenitur; *Jus Lub. L. 3. T. 6. num.* 13. *& 21. ibique* Mev.

Sed pro marito etiam suo *fidem interponens*, (4) nec exceptione SCti Vellejani, nec Authentica. *Si qua C. Ad SCt. Vellej.* adjuvatur, *L. 1. T. 5. num. 7. Jur. Lub. ibique* Mev. *n. 131.*

Imo (5) & *citra præviam pro Marito intercessionem*, conflatum ab ipso æs alienum *favore Commerciorum* ex suis bonis solvere condemnanda, liberis ex hoc matrimonio superstitibus, *Ius Lub. L. 1. T. 5. a.* ibique Mev.

Quod (6.) inter Mercatores non admittantur (a) EXCEPTIO EXCVSSIONIS, seu Ordinis. Tuschus. *Pr. Concl.* 208. *num. 10. seq.* Sebast. Medic. *in Tr. De Conserv. Poss. n.* 312. Menoch. *De*

A.I. Q. Caſ. 510. *num.* 396. Lauterb. *in Diſſ. De Benefic. Excuſſ. th.* 53. *&* *in Diſſ. De Jur. in For. Merc. th.* 326. Hering *De Fidejuſſ. P.* 1. *c* 24. Soaretz. *Comm. Opinion: L. F. n.* 346. Berlich. 2. *Part.* 2. *Concl.* 24. *num.* 46. Coler. *De Proc. Execut. P.* 1. *c.* 10. *n.* 393. Hillig. ad Donell. *L.* 15. *c.* 24. *Lit. N.* Mynſing. *Cent.* 2. *th.* 15. Mev. *ad Jus Lub. L.* 3. *T.* 5. *n.* 1. *n.* 9. *ſqq.* Carpz. *P.* 2. *C.* 18. *D.* 7. Maran *de Except. Oppoſ. n.* 40. Stryk. *in Diſſ. De Benefic. Exceſſ. c.* 5. *n.* 18. Caroc. *De Excuſſ. Bonor. P.* 2. *quæſt.* 48. *n.* 1. *&* 2. Vide tamen Marquard. *De Jur. Mercat. L.* 2. *c.* 8. *num.* 6. (b) DIVISIONIS Ludov. Roman. *Conſil.* 403. Chriſtian. *ad LL. Macklin. T.* 4. *num.* 14. Gudelin. *De Jur. Noviſſ. Lib.* 4. *c.* 7. Rebuff. *De Liber. Oblig. a.* 5. *gloſſ.* 9. *num* 8. Anton. Peretz. *ad Tit. C. De Duob. reis. ſtipul. num.* 19. Carpzov. *P.* 2. *C.* 17. *Def.* 11. *n.* 7. Röſener. *De Libr. Mercat. c.* 11. *num.* 119. Vide tamen Gail. 2. *th.* 24. *n.* 7. Acheram. *Conſil.* 332. Pariſ *Conſil.* 93. (c.) NON NUMERATÆ PECUNIÆ. Coler. *d. Tr. P.* 4. *c.* 1. *num.* 109. Zanger. *De Except. P.* 3. *c.* 14. *num.* 54. Weſenbec. *Vol. I. Conſil.* 31. *num.* 22. Jaſon. *in L. Qui pecuniam num.* 6. *ff. Si cert. pet.* Tabor. *De Altero Tanto P.* 4. *a.* 5. Decker. *L.* 1. *Diſſ.* 6. *n.* 4. Gronweg. *De LL. abrogat.* Scacc. *De Commerc. §.* 7. *gloſſ.* 3. Carpzov. *P.* 1. *C.* 32. *D.* 69. *& L.* 2. *Reſp.* 92. Maſquard. *De J. M. L.* 3. *c.* 8. *num.* 12. & Hopp *in Uſ. Mod. Inſt. Ad Tit. De Lit. Obl. &* (d) RECONVENTIONIS. Petr. Toll. ad Robert. Marant. Spec. Aur. *P.* 4. *Diſt.* 9. *num.* 114. Marquard. *d. Tr. L.* 3. *c.* 8. *n.* 58. Vide tamen Mev. *ad Jus Lub. L.* 5. *Tit.* 3 *n.* 5.

Hiſce addi poteſt, (7) Quod in foro Mercatili verba *Commendatitia* vim *Fidejuſſionis* habere credantur; Carpz. *P.* 2. *C.* 18. *D. fin. jus Lub. L.* 3. *art. Un. Tit.* 10. *ibique* Mevius. *n.* 40. Joh. Köppen. *Dec.* 36. *n.* Hering *De Fidej. P.* 1. *c.* 27. *num.* 282. Quodque *Tabernæ Mercatorum*, & Ædes Emporiales, vulgo die Spicker/ exemptæ ſint ab onere hoſpitandi milites, von Einqvartirung L. 2. *C. de Metat.* Tabor Tr. *De Metat. P.* 2. *c.* 5. *th.* 6.

Et (8) Pecunia ad reficiendam, aut fabricandam navim credita; *poſt Fiſcum* gaudeat *prælationis* privilegio Vid. Illuſtr. Dn Beſelin. *in ſupr. Laudatâ Diſſ. th.* 26. *ibiquè all. jura.*

Ipſiſ-

Ipsisque (9) liceat Mercatoribus ex morâ petere interesse lucri cessantis. Rota Gennens. *Dec. 89. num.* 1. Mevius *P.* 8. *Dec.* 263, *n.* 3. Scaccia. *De Commerl. P.* 1. *q.* 7. *num.* 226. *& P.* 2. *Ampliat.* 8. Franc. Bursat. *Cons.* 103. *num.* 11. *& Consil.* 68. *num.* 23.

Quodpræcipue (10.) Circa PROCESSUM non duntaxat *summariè* & *executive* procedatur, Frideric. : Mindan. *De Mandat.* 2. *c.* 70. *n.* 2. Gail. *De Arrest. Imper. c.* 9. *num.* 18. Causa Mercatorum quantocius, & paucos inter dies sopienda, *Vid. R. I. Noviss* §. als auch. sed admisso *qualicunque* libello, etiam *alternativo*, & *generali*, *Ddres in L.* 29. §. 4. *L.* 48. *ff. Mand.* Carpzov. *P.* 1. *C.* 2. *D.* 10. Hartm. Pistor. *observ.* 180. *n.* 23. Stracha *d. Tract. Tit. Quemad. in caus. Mercat.* §. *De Libell. n.* 7. Lauterbach. *ad Tit. ff. De Edend.* omissaque *solenni* Litis contestatione, Bartol. *ad L.* 29. §. 4. *ff. Mandat.* & rejectis ex communi Ddrum sententia Exceptionibus Procuratoriis, Decius. *ad L. Fœminæ. ff. De R. I.* Jason. *in L. Alienum. C. De Procurator.* Baldus *in L. Si pro ea* 10. *C. Mandat. num.* 14. Ayrer. *P.* 1. *Proc. Histor. c.* 5. *obs.* 5. *num.* 46. *seq.* in specie in PROBATIONIS articulo, admittantur *Unicus* ex plurimorum opinione *Testis*, Rota Gen. *Dec.* 171. *num.* 4. Mev. *ad J. Lub. L.* 3. *T.* 6. *n.* 21. *num.* 3. Marquard. *sæpius all. Tract. L.* 3. *C.* 9. *num.* 8. Rosen. *De Liber. Mercat. c.* 11. *num.* 126. Stracha *De Novigat. n.* 9. *Tr.* Niger. *Cent.* 526. Langermann. *in Diss. De Curia. Mercat. th.* 311. & Dn. Bardili. *in Diss. Unicus Testis. Nullus Testis.* §. 36. & irregulares probationes. Zasius. *Consil.* 15. *n.* 51. interque illas, & hæc, quæ fit per *LIBROS MERCATORIS*, ratione crediti, ipsis inscripti, Mercaturam concernentis, etiam *PRO IPSO SCRIBENTE.* Vid. Hering. *De Fidejuss. c.* 10. §. 1. *n.* 17. Excell. Stryk. *in Diss. De Semiplen. Probat.* *Deque eadem materia* Illustr. Lincker. *Diss. th.* 4. *c.* 2. Carpzov. *L.* 3. *Resp.* 58. *n.* 5. Cravetta. *in Tr. De Antiq. Tempor. P.* 1. §. 4. *num.* 24. Gail. 2. *Obs.* 20. *n.* 2. Rutg. Ruland. *De Commiss. P.* 2. *tit.* 2. *Lib.* 5. *c.* 13. *n.* 9. Felin. *c.* 1. *num.* 21. *X. De Gid. Instr.* Gilhaus. *in Arbor. Iudic. P.* 2. *c.* 6. §. 2. *a.* 50. *Aliique Dd. passim.* Vt, quamquam cetereoquin *privata scriptura* & annotatio *pro scribente* regulariter

lariter omni in judicio probandi careat virtute, *L. C. 5. & 6. De Probat.* Mascard. *De Probat. Vol 2. Concl. 975.* Felin. *d. l. & in c. Cum caussam.* 13. *X. De Probat.* Gail. *2. ob. 22. num.* 1. Carpz. *d. l. num. 2. ibique alleg.* In *Foro* tamen *Mercatili* Liber Mercatorius rite qualificatus, *semiplenam* eidem ab inculpatæ vitæ Mercatore inscriptorum. Judici faciat, etiam *pro scribente*, fidem. *per Ddres proxime allegatos.*

Quem à *jure Communi* exorbitantem, in *Foro* tamen oppido utilem, scituque necessarium articulum, cum in *DISSERTATIONE INAUGURALI* sub incudem revocatum, plenius, ac copiosius notabili industria exposuerit Præ-Nobilis ac Doctiss. *DN. JOHANNES ADOLPHUS* Krohn / J. U. Candidatus Dignissimus, misso omni ulteriori Præfamine, ad palmarium præsentis Scriptionis Caput propius accedo, Natales, Mores, Studia, Vitamque Præ-Nobilis, Dn. Candidati, laudabiliter apud nos actam, ex consuetudine in omnibus Academiis recepta, paucis adhuc delineaturus. Lucem vero HIC vitalem primum adspexit in Urbe libera Imperiali LVBECA, fœcundissimaque illa bonarum mentium Matre testeque Crantzio *in Wandalia. Lib. 1. c. 1.* totius Wandaliæ Capite, ac Corona Celeberrima, Satus Anno supra Millesimum Sexcentesimum Septuagesimo quarto, nono Novembris die, Patre Viro Eximio, Spectatissimo, ac Integerrimo, DN. Henß Krohn/ Cive, ac Mercatore Lubecensi Primario, Matre vero *CATHARINA* Hartmans/ Matrona Sexus sui Virtutum laudibus nemini secunda. Qui Optimi Parentes hunc Filium suum Primigenitum, sacro baptismatis fonte tinctum, Deoque oblatum fidelissimis Præceptoribus privatis æque ac publicis, pietatis ac Literarum rudimentis ab ineunte ætate imbuendum, formandumque commiserunt, quorum omnium, inprimis vero, Viri Præ-Nobilissimi ac Clarissimi *DN. M. ENOCHI SUANTENII*, Rectoris Gymnasii Lubecensis Celeberrimi, Fautoris, ac Amici nostri æstumatissimi, opera ac industria adjutus, proprioque motu, & naturali in meliores literas inclinatione excitatus, indefesso labore, eos in Literis humanioribus fecit progressus

greſſus, ut habita Oratione Valedictoria Anno 1693. dignus omnium haberetur ſuffragiis, qui ad Academiam hanc Roſtochianam, velut ad uberiorem ſtudiorum, & bonarum artium Officinam ablegaretur. Hic vero meo uſus Hoſpitio, ac in utroque Jure *per integrum triennium* manuductione, tam felici Univerſi Juris ſtadium emenſus eſt ſucceſſu, ut jam illo, quo Genitoris conſilio Lipſiam abire juſſus eſt tempore, apud animum, me ſuaſore, conſtituerit ſuum, Ampliſſimæ FCti noſtræ inter Candidatos nomen ſuum profiteri, ſolo ætatis defectu deterritus. Non diu autem Lipſiæ commoratus, cum febri maligna cœpit conflictari, qua viribus ſenſibiliter exhauſtis, ſpeque fere reconvaleſcendi abjecta, in Patriam revocatus eſt à Parentibus Lectiſſimis, inibiq; Viri Præ-Nobiliſſ. atque Experientiſſimi, D. HANCKENII, Phyſici Lubecenſis Celeberrimi, Fautoris noſtri Honoratiſſimi opera fideliſſima brevi levatus morbo, priſtinæque reſtitutus ſanitati, id doluit maximopere quod ad pedes Excellentiſſimi Franckenſteinii, quem in Jure Publico, ac Hiſtoria ſibi potiſſimum inibi Doctorem elegerat, diutius ſedere morbi vi ingraveſcente fuerit impeditus: Neque tamen Parentes, quem Lipſiam remeare nolebant, morbo feliciter ſuperato, domi diu retinere potuerunt; Sed inglorium ratus Noſter, circa Parentum hærere focum, ad primam ſtudiorum ſuorum Nutriculam, Academiam hanc noſtram rediit, juriumque privata inſtituta repetitione, & ſtudiorum ſuorum, optime adornatorum, profectibus, *DE INNOXIA MULIERUM JURIS IGNORANTIA*, eleganti opera, ac proprio Marte conſcripta, & maſcule non ſine omnium applauſu, me Præſide, defenſa, publiceque habita Diſſertatione, cunctis probatis, nomen mihi, tunc temporis Decano ſuum, ea, qua eſt, dedit modeſtia, ſeque ad examen rigeroſius admitti, humaniſſime rogavit. In quo talem ſe exhibuit, ut omnium Excellentiſſimorum Ampliſſimæ FCtis noſtræ Dominorum Aſſeſſorum calculo ipſi pro Summis in Utroque Jure Honoribus, ac Privilegiis rite indipiſcendis Inauguralem conſcribendi Diſputationem facultas benevole impertiretur.

Quam cum *DE PROBATIONE, QUÆ FIT PER LIBROS MERCATORUM*, conſcriptam, Die 14. currentis Menſis Bono cum Deo habendam, publico expoſiturus ſit examini, Ma-

gnificum Academiæ noſtræ Rectorem, ac utriusque Reip. Proceres Excellentiſſimos, Omnesque Jurisprudentiæ Fautores, ac Cultores, ut ſequeſtratis gravioribus negotiis ſuis, actui huic Inaugurali Magnifica ac Honorifica ſua præſentia ſplendorem commodare haud graventur, eſt quod eo, quo fas eſt, cultu, ſtudio, ac affectu contendo.

Sub Sigillo Decanat. Anno 1698. 9. April.

FINIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA DE PROBATIONE, QUÆ FIT PER LIBROS MERCATORUM, VULGO Von Beweiß der Schuld mit Handels-Büchern.

QUAM

ANNUENTE DIVINI NUMINIS GRATIA,
Ex Decreto Magnif. JCtorum Ordinis in Illüstri Academia Varnica
SVB PRAESIDIO
DN. JOHANNIS Klein/
J.U. D. AC PANDECT. PROF. PUBL. CELEBERRIMI,
CONSIST. MEG. h.t. DIRECT. GRAVISSIMI, ET AD HVNC
ACTVM DECANI SPECTATISSIMI,
DN. PRÆCEPTORIS, HOSPITIS., ac STUDIORUM PROMOTORIS
ÆTERNO ANIMI CULTU DEVENERANDI,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores, & Privilegia Consequendi
Ad Diem Mensis April. 1698. Horis Pro & Pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI
Publicæ Disquisitioni Submittit
IOH. ADOLPH. Krohn/Lubec.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

I. N. J. C.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS

De

PROBATIONE, QUÆ FIT PER LIBROS MERCATORUM.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Omnis litis Virtus, Pondus ac Exitus consistit in Probatione. n. 1. *seqq.*

Deficiente Probatione, cessant judicis in condemnando partes, spesq; victricem obtinendi sententiam omnis decollat. 4

Diversus Probationem effectus simili à florum diversitate, verno tempore in arbore natorum, adumbratur. 5. *seq.*

Minus Plena probatio ratione graduum in Semiplenam, Semiplena Majorem, & Minorem *dividitur.* 10

Ad Semiplenam refertur moribus nostris hæc, quæ fit PER LIBROS MERCATORUM. 12

Hanc sistet præsens inauguralis Meditatio. 13

Cujus totum Conspectum exhibet, n. *fin.*

Omnem causarum, in judicium deductarum virtutem,
1 totiusque litis pondus, & controversiæ exitum in PROBATIONE consistere optime notavit Pacian. *L. 1. De Pro-*
2 *bat. c. 5. n. 4.* Sive enim *Judicis*, sive *Actoris*, aut *Rei* etiam respexeris personam, vere dictum fateberis, neque jus, neque disponentium voluntatem quicquam posse, ubi PROBATIO deficit, *L. 30 ff. De Testam. Tutel.* August. Bero. *q.* 50. *num.* 1. Damhaud. *in Prax. Civ. c.* 16. *num.* 1. ceu à qua sola descendit
3 omnis facti contentiosi Justitia, quæ ex actis & Probatis à *Judice*

Personis

Personis de rebus per actiones distribuitur. Jacob de Sancto Georgio *in Rubr. ff de Probat. n.* 8. Joan. Cephal. *Cons* 421. *n.*16. Roll. ad Vall. *in Cons. 89. n.* 6. *L 1.* Baldus *in Cons.* 270. *ad evidentia L.* 1. *n.* 1. & Herculan. *in Tract. de Prob. negat. n.*30. ut frustra inde sibi victricem polliceri vi- 4
deatur sententiam, causam suam qui firmo probationum munimento corroborare non est potis: *L.* 2. *§.* 15. *& 22. ff. de Prob.* Paris *in cons* 153. *n.* 4. *seq. Vol.* 4. Marian. Socin. *in Cons* 39. *n.*80. At vero, uti in arbori- 5
bus verno tempore non unicolores ubique, nec eodem perfectionis gradu omnes advertere licet flores, sed *perfectos* alios, alios *minus plenos & imperfectos*, ita & in judiciaria arbore ejusdem efficaciæ & virtutis 6
non omnes invenire datur probationes, sed illarum aliæ ad *plenam maturitatem* pervenerunt, aliæ vero immaturis floribus non immerito comparantur, eo, quod plenam judici de negotio litigioso fidem facere 7
haud possint: Vid. Mascard. *de Prob. Vol.* 1. *q.* 1. *n.*21. Illas ab effectu 8
Plenas, has vero *Minus plenas* appellant Ddres, iterumque harum tres constituunt *gradus*, quorum intuitu, alia dicitur *Semiplena*, alia *Semiplena Major*, alia denique *Semiplena Minor*. Interque Semiplenæ proba- 9
tionis species referunt etiam *regulariter* hanc, quæ in PRAXI per LI- 10
BROS MERCATORUM fieri suevit. Vid. Felin. *in c.* 2. *n* 21. *X. de fid. Instrum.* Ruland. *de Commiss P.* 2. *L.* 5 *c.*13. *n.*9. Hering. *de fidejuss. c.*20. *§.* 1. *n.*71. Excell. Stryk. *in Diss. de Prob. semipl.* illustr. Dn. Lincker. *in Diss. de Prob. semipl. th.* 4. *c.* 2. Ut, licet ceteroquin privata scriptura nil quic- 11
quam probet pro scribente, *L. Instrumenta C. de probat.* libri tamen Mercatorum etiam PRO IPSIS semiplenam faciant probationem. Carpz. *Decis.* 14. *n.*12. Barth. *in L. nuda ratio vers. verum tamen ff. de Donat.* Circa 12
quam, ejusque qualitatem, cum in Foro lites sint frequentes, non in- 13
dignam eandem judicavi, in qua, facta mihi, post rite exantlatum examen privatum, à Magnifico Jctorum Ordine in Illustri hac Varniaca Inaugurale aliquod Thema, Solenni Disputatione proponendi facultate, qualescunque ingenioli mei vires periclitarer. Quod, ut bene 14
vertat, & prospero haud careat successu, Summi Numinis auxilium, Tuique Lector Benevole, favorem decenter imploro. Ne vero de Probatione, Quæ Fit Per Libros Mercatorum hisce acturus lineis, 15
omnis ordinis neglecti arguar, præsens utile & practicum argumentum quatuor includendum censui Capitibus, quorum Primum exhibebit *Generalia, circa probationem, quæ fit per librum Mercatorum, una cum succincta Rubricæ explanatione*; Secundum *occupabitur in recensendis & exa-*

minandis requisitis Libri Mercatilis, ut per illum fieri possit probatio: Tertium *ipsam Probationem, modumque sistet probandi, per libros Mercatiles:* Quartum *de effectibus Probationis aget, quæ fit per librum Mercatilem.*

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Probationem, quæ fit per Libros Mercatiles, cum succincta Rubricæ Explicatione.

SUMMARIA.

INgressus fit à vocum, in Rubro *obviarum, enodatione* 1. *seqq.*

Unde Vox Probationis *descendat, quotque alias sumatur modis, & quid tandem in hac denotet Dissertatione, videsis.* 3. 4. 5. & 6.

Generaliter *acceptum verbum* probare *denotat fidem* cuicunque *de re aliqua facere* 7

Specialiter *vero denotat*, Judici *fidem de* negotio controverso *facere* 8

Et in hoc sensu hic accipitur 9

Et describitur. 10

Dividitur in Artificialem ac Inartificialem, *& quid quælibet sit, exponitur* 11. *seqq.*

Subdividitur in Plenam *à Doctoribus, &* Semiplenam 16

Quid de communi illa JCtorum Divisionem plenam & Semiplenam, *bujusque Subdivisione, in* Semiplena Majorem, Semiplenam, & Semiplena Minorem *statuendum sit, exponitur.* 17. *seqq.*

Appellatione probationis, *sine addito, in jure obvia, regulariter* Plena *intelligitur Probatio* 22

Subjicitur Subdivisio utriusque Probationis in Plenam, & Minus Plenam, *bujusq; ratione* graduum *nova divisio, in* Semiplenam, Majorem Semiplena, & Semiplena Minorem. 24. *seq.*

De Natalibus Librorum *agitur remissive* 26

De variis Librorum *acceptationibus, variisq; illorum Divisionibus agitur remissive* 27. & 29

Quid hic denotet, exponitur 28 & 30

Descriptio Libri Mercatilis *traditur* 13

Dividuntur Libri *Mercatorum*, in Ordinarios, & Extraordinarios 32. *seq.*

Illi

Illi in tres iterum subdividuntur Species, puta in Chartam consutam, Adversaria, & Librum Principalem 34.*seqq.*

Hic ultimus duntaxat est nostræ considerationis. 37

Et describitur. 36

De Origine vocis Mercatoris *agitur.* 38.*seqq.*

Vox Mercatoris in sensu generali & abusivo *etiam* Artificem *complectitur.* 41

A quo tamen in sensu speciali & proprio *differt utiq;* Mercator. 42.*sq.*

Qui describitur 44

Mercatoris *Appellatione non venire* Usurarium *probatur* 47.*seq.*

Ad obstantem locum Resp. 48

Ad obstantem C. Ejiciens II. dist. 88. *respondetur.* 53.*seq.*

Unicus mercandi actus Mercatorem non efficit. 55.*seq.*

Ejus Limitatio subjicitur. 57 *seq.*

Ex unico actu reputatur quis Mercator, si eundem animo mercaturam continuandi exercuerit. 62.*seqq.*

Effectus hujus afferti practicus subnectitur. 63

Est Mercator, qui maximam bonorum partem Mercaturæ non impendit 64

Ad obstantes LLges Respondetur. 65 *seqq.*

Probat Liber Mercatorius inscripta, etiamsi postea Mercator cessaverit ab exercitio Mercaturæ 68

Secus in illis, quæ postea libro Mercatorio inscripta sunt. 72

An ex quinquenni lapsu à tempore cessantis exercitij, ad animum eliciendum mutati vitæ generis valide inferri possit, docet n.

Ad Leges obstantes Respondetur. 83.*sq.*

Quid sit Minutatim *vendere, exponitur.* 86

Quomodo Mercator differat à propolis, videsis. 87.*seqq.*

An Hodie Mercatorum veniant nomine 90.*seqq.*

Mercator non est, qui rem emtam forma *vendit* immutata. 93.*sq.*

Artifex nomine & jure Mercatoris gaudet minime. 96 *seq.*

Libri Artificum an ad probanda ipsis inscripta credita artificij nomine probent, exponitur. 99

Qui emtarum mercium formam per alios immutari curant, quæstus inde faciendi nomine, à Mercatorum consortio temere non sunt excludendi. 100

Ratio additur. 101

Institor *Mercatoris nomine non venit.* 102 *seqq.*

Neque finito officio convenitur ex ante celebrato contractu. 107

Tres exceptiones videsis. 108.*seqq.*

An Fœminis concessum sit exercere mercaturam? 112

Quæ sunt ex genere permissivorum, in illis militat pro omnibus, non expresse prohibitis, habilitatis & liciti præsumptio. 115

Ad LLges obstantes respondetur. 117

Quæ-

Quænam dicatur Fœmina Mercatrix exponitur. 118. *seqq.*
Ejus requisita recenset. 120. *cum seq.*
Mercatrix non est Fœmina, Marito Mercatori nupta, ipsique in negotiando ministeriales præstans operas. 126 *seq.*
Statutum de Mercatore disponens, ad illos duntaxat restringendum est, qui proprio mercaturam nomine exercent. 131
Illis in locis, in quibus inscriptio in Matriculam Mercatorum desideratur, nec Fœmina absque prævia immatriculatione Mercatrix audit. 132
Exceptio est in Vidua Mercatoris. 134
Jure Lub. utut fœmina sine Curatore ex nullo regulariter *contractu valide obligetur, exceptio tamen est in Fœmina Mercatrice.* 193. *seq.*
Ratrio Utriusque datur. 140. & 142
Restringitur sententia hæc ad actus Mercaturam concernentes. 143. *seq.*
Statutum de Mercatoribus disponens, actus Mercaturæ non egreditur. 146
In dubio Fœmina Mercatrix Mercaturæ causa contraxisse præsumitur 145
Ejus Liber Mercatilis eodem jure gaudet & pari ambulat passu in probandi debiti, huic inscripti, negotio, cum libro cujuscunque Mercatoris. 146

1 DE PROBATIONE DEBITI PER LIBROS MERCATILES acturus, operæ pretium me facturum reor, si antequam *ad Specialiora* descendam, communes Disputantium secutus Regulas, paucis voces in *Rubro Disserta-*
2 *tionis* obvias, in antecessum explanare sustinuero: Cum nominibus non probe cognitis, in rei naturam penetrare vix sit integrum, vel ipsis Legibus nostris id comprobantibus *vid. L.1. pr. ff. de J. & J. L 1. ff. de R. C. L.1. pr. ff. de A. P. L.1. ff. de Furtis L.1. §.1. ff. de Pact. L.49. ff. de V. S. aliasque plures.*

3 Has inter vero primo se offert loco vox PROBATIONIS, quæ originem suam debet verbo PROBO, quod juxta Duaren. *ad tit. de*
4 *prob. c.2.* Donell. *d. t. c.1.* probaturus id agat, ut quod intendit, judici
5 probum, rectumve esse, ostendat vid. Ummius *in Diss. ad process. Jud. 15. th.1. n.1.* Hinc *probare*, inter quamplurimas alias significationes, de
6 quibus vid. Faber. *in Thesaur. Erud. Scholast.* voce *probare* Eckhold. *in comm. ff. tit. de prob.* §.1. Ummius *in d. Diss. d. l. n.2.* & Stryk. *in Diss. de Semiplen. probat. c.1. n 2.* in Titulo *ff.* & in hac Dissertatione significat *Judirice probare*, i.e. judici fidẽ facere rei controversæ, ab ipso deciden-

dendæ. Vid. Hahn. *ad tit. de prob. n.2.* Sumitur autem vox Proba- 7
tionis vel *generaliter*, ut omnem omnino *cuicunque* fidem factam de- 8
signet, vel *specialiter*, pro fide in specie *Judici* de re controversa facta. 9
Quo in sensu (qui & hujus loci est,) recte describi potest: quod sit 10
Actus Judicialis, quo litigantes Judici de facto controverso, vel de re dubia fidem faciunt. Lauterb. *ad Tit. de prob. in pr.* Bach. ad Treutl. *V.2. D.4. th.1. Lit. A.* Meier. *in Colleg. J. Argent. tit. de prob. thes.2.* Zœs. *in Comm. ff. ad d. t. n.1.* Ummius *in dicta Dissert. th.1.*

Est vero *probatio* alia Artificialis, alias Insita dicta, Zœs. *ad Tit. de* 11
prob. n 1. quæ fit deductis sc. argumentis & indiciis arte probantis ex ipsa causa concludentibus Lauterbach. *in Comp ff. tit. de prob.* Eckhold.
d. t. n.2. Zœs. *d. t. n.11.* Ummius. *in d. Diss. th.1. n.4. ibique alleg.* Dua- 12
renus *ad tit. de prob. aliique multi:* Ad quam referri possunt demonstrationes ex locis topicis desumptæ & in jure propositæ præsumtiones Vid. Umm. *d. loco ibique alleg.* Pacian. & Menoch. Alia Inartifi- 13
cialis, s. Adsumpta, quæ fit per argumenta inartificialia, extrinsecus adsumpta v. gr. per testes, vel instrumenta *Lauterb. d. l.* Zœs. *ad tit. prob.*
n.11. Hancque divisionem ex Schola Rethorum originem traxisse 14
suam, post alios docet Ummius *in dissert. ad proc. Jud. th.1. n.24.* Eckhold. *tit. ff. de prob. §.2. cum ibi allegat.*

Artificialis iterum dividitur in Necessariam, & Probabilem, 15
quam, cum scopo nostro non inserviat, missam facimus, illiusque loco
ad alteram pergimus probationis divisionem, qua à DD. illa dispesci- 16
tur in Plenam, & Semiplenam, hæcque subdividitur in Semiplena Majorem, Semiplenam & Semiplena Minorem. Sichard. *ad Rubr. C. de prob.* Mynsing. *ad d. Rubr. n.17.* Mascard. *de probat. Vi Q 4. n.11.* Umm. *in Diss. ad process. Judic.15. th.1. n 5.* cui etiam adstipulatur Zœs.
ad tit. ff. de prob. n.1. & Excell. Stryk. *in diss. de Semipl. prob. c.1. § 2.* Ve- 17
rum, quod pace tam Excellentium Virorum dixerim, accurata satis hæc non videtur divisio, paritura facile confusionem, aut sane obscuritatem, si ipsis *Ddrum, & juris* applicetur regulis, & conclusionibus, v. g. quod Semiplena probatio *juramento suppletorio* locum faciat, iti-
demque alii juncta semiplenæ probationis *negotium pleno probet;* quod 18
de probatione *semiplena* Minori, (quæ illius à Dbus iterum species constituitur) prædicari nequit. Hinc lubentes illa abstinemus, imprimis, cum nec aperto nitatur jure, nec satis commode id, quod *semi-*

19 *plenum* est, subdividi posse videatur, in *semipleno Minus, Semipleno-majus,*
20 *& semiplenum*, illiusque loco substituimus hanc, qua probatio dividi-
21 tur in Plenam, perquam talis & tanta sit judici fides, ut plene de nego-
tio informatus, sententiam super causa possit ferre definitivam, nullo
adhuc alio indigens adminiculo. Mascard. *de Prob. V.* 1. *Q. 4. n.*14.
22 Lauterb. *ad d. t. de Prob.* Eckhold. *cit sæp. loco* § 2. (quam *regulariter* in-
23 telligi Vocabulo Probationis simpliciter posito ex *L.88. de Cond. &
Demonstr.* docet Lauterb. *cit. prox. loco*) & Minusplenam, quæ per se
non facit plenam judici fidem ad id, ut sententiam decisivam ferre va-
leat, sed aliis adhuc adminiculis suffulta, demum hunc operatur effe-
ctum Mascard. *de Prob. V. 1. Q 4. n. 17.* vid. Lauterb. *d. l.* Conf. Beust.
in L. Amonend. §. *1. ff. de Jurej. n* 465. Wesenb. *in Comm. ff. tit. de prob. n.* 12,
Oldendorp. *de Prob. dict. & fact. titul. quotuplex. sit probatio* Specul. *L.2.
P. 2. tit. de prob.* §. *3.* Carpzov. *P. 1. C. 23. def.* 4. *n.* 5. Zœs. *ad tit. de prob. n. 1.*
Mynsing. *de prob. V. 1. Q. 4 n.* 16. Ummius. *in d. Diss. 1. n. 5.* Berlich. *P. 1.
C. 56. n. 6. seqq. & n.* 120. *&* 121. Farinacius *Q. 18. n.* 70. *seqq.* Gail. 2. *O.* 109.
n. 9. & omnino Mascard. *d. V. 1. Q. 1. n.* 18. ubi & exempla videsis.

24 Minus Plena probatio subdividitur ratione *graduum* in Semi-
25 plenam, Semiplena Majorem, & Semiplena Minorem, de quarum
effectibus, & exemplis, cum hic diffluere, ne Scripturæ charta deficiat,
nolimus, consuli possunt plenius Lauterb. *prox. cit. loco, aliique passim
Dd. ad Tit. ff. de probat.*

26 Vocem *Probationis* excipit Vox: Librorum, de cujus Origine,
ne aliorum scrinia compilasse, & actum agere videamur, consuli
possunt Scaliger *in Varr. Lect. Plinius L. 13. c. 11.* Christ. Beckman. *Orig.
Lat. Ling. L. 1. ff. de LL.* Salmas. *de Mod. Usurar. & omnino* Rosen. *sæp.
cit. tract.*

27 Inter varias vero vocis LIBRI acceptiones, De quibus videatur
28 Faber. *in thes. Erudit. Scholast. voce Libri.* & Rosen. *in tract. de merc.*
29 *c. 1. n. 6.* nobis sufficiet apposuisse huic materiæ propriam, qua in-
sc. liber nobis hic denotet *scripturam aliquam privatam, à quopiam in
certum codicem congestam:* Qui, licet pro diversitate scribentium, di-
versaque illorum intentione, diversimode subdividatur, pro insti-
tuti tamen nostri ratione, missis reliquis, de quibus videri possunt
Eckhold. *ad tit. ff. de Edend.* §. *17.* Cujac. *ad L. Sing. ff. de Pact.* Menoch.
de A. J. Q. Cap. 2. 91. n. 7. Rosen. *de Libr. Merc. 2. 5. L. 24. §. 2. ff. De
prob.*

prob. L.4. C. d t. Nicolaus de Paſſ. *De Script. privat. L.1. Q.2. n.5. & L.4. Q.1. & alij.* de illo ſaltem agemus, qui privatim pro ratione, proque 30
arbitrio unius cujusque ſcribentis libero conficitur.

Referri huc merito poterit LIBER MERCATORIS, ſeu *ſcriptura privata, à Mercatore integræ vitæ, ac fidei, rite confecta, & adornata.* Præmonendum vero hic eſt, neutiquam hic nobis eſſe ſer- 31
monem *de quibusvis Mercatorum libris*, quorum Ddres *tres ordinarios*, 32
& unum *extraordinarium* numerant, ita ut *Extraordinarium* appellent, quem Mercatores, diffuſis negotiationibus occupati, propria manu conficere ſolent, quoin non omnem duntaxat patrimonii 33
ſummam, ſed etiam Mercimoniorum rationem, quaſi in brevi quadam tabula delineatam habent, diciturque ab ipſis LIBER SECRETUS, das Geheim-Buch / Ad *Ordinariorum* vero numerum 34
referunt (1) *Chartam quandam conſutam germanice dictam*, das Strazzo/ oder Glitterbuch. Stracc. *De Comm. § 2. gl.4. n.12.* (2) *Ephimerides Mercatorum* ſeu ipſorum *adverſaria*, Gall. *Journal*, Germ. Tag und Hand-Register dictæ, de quibus legi poteſt Spathens. teutſche 35
Secreter: Kunſt in Anhang *ſub. tit.* von Kauffmanns-Briefen / exque illo Roſen. *d. tract. c.3. n.8. ſeqq.* (3) *Librum Principalem* vulgo das Haupt-Buch / in quo cuilibet debitori, vel Creditori ſeparatæ aſſignantur paginæ, debitaque, & credita è regione ponuntur; 36
Nos *Extraordinario*, nec non reliquis duabus *Ordinariorum Librorum* ſpeciebus miſſis, de ULTIMA *Ordinariorum* tantummodo ſpecie, ſc. LIBRO PRINCIPALI, vulgo dem Haupt-Buch/ (Cujus requiſita c.2. pluribus expoſituri ſumus) in hac Diſſertatione erimus ſoliciti. 37

Sequitur tandem in Rubrica Vox MERCATORIS, quæ quanquam à variis varie deducatur, vid. Strach. *De Merc. P. 1. n.73.* Scacc. *de Commerc.* §.1. *Q.1. n.11.* Roſen. *De Libr. Merc. c.1.* *Joh.* Von. Som. *in Diſſ. De Not. Merc.* §.4. nos tamen illis ſubſcribimus, 38
qui vocem hanc natales ſuos debere aſſerunt verbo: *Mercari*, quod eſt 39
emere, Marqu. *de Jure Merc. L.1. c.7. n.9.* Gœd. *ad L 66. De V. S. n.1.* 40
Calvin. *in Lex. Jurid. verb. Mercator.* Solent enim Mercatores, res, ut carius easdem, in eadem, aut non mutata per ſe forma vendant, emere, Marq. *d. l. n.10.* Scacc. *de Comm.* §.1. *q.1. n.12.*

41 Sumitur autem Vox Mercatoris vel *Generaliter*, *& abusive*,
ut nomine Mercatoris etiam ille veniat, qui hoc fine merces
emit, ut easdem *mutata per se forma* iterum vendat, qui tamen
42 *proprie* Artifex, est, vel Mechanicus, non vero *Mercator*, cum qui
43 propriis distinguuntur nominibus, & collegiis, confundi non
oporteat: arg. *L.7. C. De Codicill.* Brunnemann. *ad d.L. ibique alleg.*
Carpzov. *aliique quibus addatur* Scacc. *De Comm. §.1. Q.1. n.13.* Vel
44 *Specialiter*, *& Proprie*, ut hoc in sensu ille tantum *Mercator* dicatur,
qui Negotiationum exercendarum, quæstusque liciti faciendi
gratia, proprio nomine frequenter merces permutat, emit ac
vendit, ut easdem non minutatim tantum, nec mutata per se forma
iterum distrahat. Marqu. *Dei Merc. L.1. c.8. n.8.* Joan. Vom. Som.
Diss. de Not. Merc. §.5. Lauterb. *in Colleg. Theor. pract. tit. de Instit. Act.*
§.2. Strach. *P.1. n.4. de Mercat.*

45 Fecimus (1) in Descriptione tradita, mentionem QUÆ-
46 STUS. Cujus occasione non impertinenter hic quæritur:
An etiam *Usurarius*, vulgo ein Renteniter / *Mercatoris* nomi-
ne veniat? Videtur id prima fronte affirmandum, per *C. Eji-
ciens 11. dist. 88. ibi. Super omnes Mercatores maledictus est usura-
rius:* Cujus opinionis Paulum de Castro fuisse tradit Strach.
47 *d. tract. P.2. n.27.* Verum non obstante dicto Canone, verius
est, *Mercatoris* elogio *Usurarium* non contineri: Lauterbach. in
48 *Diss. de Jure in foro Merc. usit. Th.8.* cum per clara juris Loca sibi
invicem contradistinguantur Mercator & Usurarius; quod pro-
49 batur, tum ex asserto JCti Ulpiani in *L.12. §.43. vers. sed ipse Papi-
niam: ibi Mercatorem ac Fœneratorem ff. De Instructo vel Instr. Legat.*
50 tum etiam ex *L.5. ff. De Instit. Act.* ubi Idem JCtus Ulpianus
dicit: *Labeo quoque scripsit, si quis pecuniis fœnerandis, agris colen-*
51 *dis, mercaturæ exercendæ &c.* Ex quibus omnibus, nec non de-
finitione ante tradita Mercatorum, Usurariis minime applica-
bili, satis aperte apricatur, Mercatorem & Usurarium sibi
invicem contradistingui, nec hunc sub illius nomine com-
52 prehendi. Non obstante antea adducto canone, *Ejiciens 11.*
53 *dist. 88.* Præterquam enim, quod cum Strach *De Merc. P.1. n.29.*
textus hic intelligi possit, de Mercatura *illicita*; responderi
quoque potest, ex illo, *quod Usurarius sit maledictus super omnes*
Merca-

Mercatores, non magis sequi, quod sit Mercator, quam, Titium esse virginem, qui qualibet virgine formosior invenitur, aut Cajum esse Mercatorem vel Aurigam, qui pejerando utrosque superat. *Strach. cit. loc.*

Dixi *secundo* in definitione Mercatoris, quod Mercator sit qui
Merces vendit FREQUENTER. Enimvero qui semel merces emit, 55
aut unico tantum actu mercaturam exercet, Mercatoris nomen protenus non merebitur, sed is demum, qui assidue merces emit, permutavit, atque distraxit, frequentique negotiatione Mercaturæ invigilavit. Menoch. *De A. J. Q. L. 2. C. 4. cas. 399.* Accurs. *in L. 1. Merces ff. De Tribut. Act.* Marant. *Spec. Aureo P. 4. Jud. Dist. 91. n. 62.* Tholos. *Syntagm. Jur. P. 25. c. 2.* Riminald *Cons. 815. n. 26. L. 7.* Barth. *in L. 1. De Trib. Act. & in L. 2. ff. De fund. Dotal.* Jul. Feretr. *De Re Naval. L. 15. c. 7.* Mascard. *De Prob. Concl. 1052. n. 7, Br.* De Sax. Ferrat. *tr. De test. n. 62.* Tusc. *Vol. 8. Concl. 209.* Marq. *De Jure Mercat. L. 1. c. 7. n. 17. & 39.* Mæv.
ad Jus. Lubec. p. 3. t. 6. a. 21. n. 16. cum ibi alleg. Nam nomina dicta à con- 56
suetudine vel actuum generalitate, non ex unico actu, sed usu demum, & exercitio acquiruntur. Strach. *De Mercat. P. 1 n. 10.* Mæv. *d. l. n. 17.* Limitandum tamen hoc esse tum puto, si unico illi actui præ-
cesserit professio s. inscriptio in matriculam, vel album Mercatorum. 57
Cum enim tunc Mercator nomen suum accipiat ex professione in albo facta, nomina vero à Professione dicta, profitendo, & sic etiam
unico actu acquirantur, Mercatoris nomine & hic insigniri debet, qui 58
unico actu saltem mercaturam exercuit, modo fuerit immatriculatus; Strach. *d. tr. P. 1. n. 10.* Quo tamen casu ad hunc unicum actum pro-
batio quæ per ejus librum fit, restringenda est. Sed vero, cum Ma- 59
tricula communi Mercatorum usu non ubique sit recepta, Mascard. *De*
prob. Concl. 1052. n 10. Mev. *ad Jus Lubec. L. 3. T. 6. 21. n. 10.* dicta saltem 90
procedunt in istis locis, ubi Matriculæ usus viget, salva nihilominus 61
manente sententia, in aliis locis per *unum actum* haud effici Mercatorem, *per supra alleg.* nisi exerceatur animo mercaturam continuandi. Lauterb. *in Diss. De Jure in Curia Mercatili usitat. Th. 21.* Nam hoc ca- 62
su, si ratione primi illius actus de credito, aut ejus quantitate, libro hujusce novitii Mercatoris inscripto, ipsum inter & emptorem oria-
tur controversia, extra dubietatis positum esse reor aleam, non mino- 63
rem hujus, quam cujusvis *veterani Mercatoris* librum in probationis negotio fidem mereri.

64 Ex illo vero, quod quis FREQUENTER Mercaturam exercere debeat, si *Mercatoris* nomine & jure uti velit, sequitur minime, necessario maximam bonorum partem Mercaturæ esse impendendam, uti statuunt Tusc. *V.2. 20.9.* concl. Marq. de *Iure Mercat. L.1.c. 7. n. 4. ibique alleg.* quibus addantur apud Lauterb. *in Diss. de Jure in Curiam erc. & e. alleg.* Barth. *ad L. ff. de Jure Immun.* & Marant. *jung.* Chassan. *in Consuet. Burg. L.4. des droits & appart. agmar.* §. 1. *n.* 3. Mascard. *de Prob. Concl. 1052. n. 7. ibique* alleg. *moti. L.5. ff. de Minor & L.5. § 8. ff. de 9. Immun.* quæ requirere videntur, ut maxima bonorum pars Mercaturæ impenda-
65 tur. Verum, cum adductæ LL. de *Mercatoribus* loquantur *Publicis*, quibus certa Lege & forma concessum erat & specialiter injunctum, ut *maximam substantiæ partem* in Mercibus haberent, à quibus *ad nostros Mercatores* in genere non procedit argumentum Strach de *Merc.* §. *60.*
66 *seq.* Mæv. *ad Jus Lubec. L.3. t. 6. a. 20. n. 22.* retentaque hac sententia id sequeretur absurdi: Ipsum, qui sæpius & longo tempore mercaturam exercuit, indeque lucratam pecuniam in comparationem bonorum immobilium, ipsas merces, quas habet, valore longe superantium, impendit, non posse, neque Librum ipsius Mercatorum frui privilegiis, cum maximam partem bonorum mercaturæ impensam haud
67 habeat, verior mihi videtur contraria sententia, cum nec Lex nec consuetudo extet, qua à Mercatorum consortio arceatur, qui maximã fortunarum partem mercaturæ non impendit modo de cœtero mercantiam *frequenter* exerceat. Lauterb. *in Diss. de J. in foro Merc. th* 20.

68 Sed quid in illo, qui, cum antea commerciis operam dederit, jam Mercaturam exercere desiit, num & hic Mercator est, privilegiis Mercatorum adhuc dignus? Negat id Barto. *per L.5. §. 3. verb. Quamdiu in*
69 *actu sunt. ff. De jure Immunit. L.9 C. de SS. Eccles.* Jason. *cum alijs ad L. Scriniarios. C. De testam. Milit.* Gail. 2. O. 118. n. 12. Cui sententiæ etiam
70 adstipulari videtur *d. L.5. De Jure Immun.* §. 5. *in fin. ibi: serviunt.* Sed vero contrariæ equidem sententiæ subscribere nullus dubito, sc. Mercatorem, antea negotiari solitum, in præsenti vero à Mercatura cessantem, nihilominus Mercatorem esse dicendum, adeoque libros ipsius probare, aliisque privilegiis Mercatoribus concessis plenissime
71 uti posse. Quod quoad inscripta *tempore, quo negotijs operam navabat,* aut *quo clare constabat, animum Mercaturam iterum exercendi ipsum retinuisse*, licet de præsenti non exerceat, simpliciter procedit. Sed quid, si quædam libro suo, eo, quo cessabat à commerciis tempore, inscripserit,

fit, nec constet an animum deposuerit, an non, num & hæcce probant? Et quia Libri Mercatoris *per infra dicenda*, ad probandi negoti- 72
um non admittuntur, *nisi quoad debitum Mercaturam concernens*, otiosa hæc est quæstio, de inscriptis libro Mercatorum, illo tempore factis,
quo negotiatus non est. Quod si vero aliis magis placeat sententia 73
quorundam DDrum, statuentium, Libros Mercatorum & ad probanda alia; *quam intuitu Mercaturæ* contracta debita produci posse, aut etiam id specialibus locorum statutis, praxique receptum sit, quæstionem propositam affirmative decidere nullus ambigo. Sicuti enim re- 74
gulariter quis talis jam esse, qualis olim fuit arg. *c.* 11. *De transact.* Menoch. *D. Præs. L.* 1. *Q.* 24. *n.* 9. nec mutatio præsumitur, sed ab asserente 75
voluntatem mutatam esse, id probari debeat, *per expressam Legem* 22. *ff. De Prob.* eò, quod, quæ in facto consistunt, probanda veniant, *L.* 16. 76
C. De Prob. Ita & hic præsumitur Mercator tamdiu, quamdiu animum 77
non declaravit mercaturam amplius non exercendi, quem animum 78
ex lapsu quinquennii à cessationis tempore satis clare elici posse pu- 79
tant Menoch de *A. J. Q. L.* 2. *O.* 5. *cul.* 467. Malcard. *De Prob. C.* 1021.
non excluso tamen hic judicis arbitrio; A tempore vero, quo constat, 80
ipsum amplius Mercaturam exercere nolle, nec libri ipsius probant 81
amplius, sc. ratione *præsentium* & *futurorum inscriptorum*, quanquam utique probent, *ratione antea inscriptorum*, eo, quo Mercator erat tempore. 82
Nec obstat in contrarium *alleg. Lex* 5. §. 3. *ff. De Jure Immun. in fin.* Nam, 83
quod inibi dicitur, tamdiu immunitate gaudere Mercatores, *quamdiu in actu sunt*, & *annonæ urbis inserviunt* id de *Mercatoribus* iterum *Publicis* exaudiendum est, à quibus nostri Mercatores utique differunt: 84
Addi præterea potest, verba illa comode applicari posse illi casui, quo animum continuandi mercaturam nondum deposuerunt.

Sequuntur in definitione verba: NON MINUTATIM. MI- 85
NUTATIM vero vendere, est ad *ulnam*, *pondus*, & *mensuram* tan- 86
tum vendere, & distrahere, Vin. ad Peck. de *Re naut. ad tit. de Exerc. Act. p.* 118. Gorg. *Mobr. in App. de Rescr. n.* 9. *Marq. I. Merc. L.* 1. *c.* 7. *n.* 41.
Quod, cum non conveniat *Mercatoribus*, alias *à Propolis, & Revenditoribus*, 87
von denen Häkern und Vorkäuffern / (qui hominibus ad victum maxime necessaria futura sibi comparant, quo eadem postmodum carius, & in duplo vendant, vel, uti eos describit Klock *De ærar L.* 2. *c.* 20. *in f.*
qui plerumque, quod emunt, carius & supra sortem vendunt, & egre- 88
gie mentiri, pejerare, fraudare, & imponere norunt, & plenius æquo

lau-

89 laudant venales, quas extrudere volunt merces,) parum distantibus, idcirco hi Mercatorum nomine venire haud possunt, cum sordidiores sint, quam, ut juris vel statuti dispositione pro Mercatoribus habeantur *L. 1. ff. De Trib. Act. L. 207 De V. S. ibique* Goedd. Baldus. *Cons. 495.* & Mercatorum privilegiis gaudeant, Daniel Otto *D. I. Ju-*
90 *de c. 20* & Arumæ: *V. 5. Disp. Acad. 2.* Verum, cum hodie proh dolor! indies magis magisque deficiant, ac decrescant mercimonia, Vulgi-
91 que etiam opinio attendatur in cognoscendo, quis sit mercator, Joh. Pet. Surdus *Dec. 313. n. 2* Strach. *d 2. n. 17.* Mæv. Jus *Lubec. P. 3. t. 6. c. 21.*
92 *n. 13.* indeque Lex Municipalis de Mercatore loquens, interpretationem accipiat, verbi propria significatione post habita, Strach. *d. Tract. d. l n. 13 arg L. 52. §. 4. ff. de Leg. 3.* Dec. *Cons. 7. n. 3.* Mæv. *d. l. n 13.* non solum hi, sed & quam plurimi alii, quamvis *abusive*], dicuntur Mercatores Vid. Johan. Von Som. *in diss. De not. Mercat* §. 5. & Strach. *proxime cit. loco* ad quos brevitatis studio *Benevolum Lectorem* remitto.

93 Ultimo in definitione Mercatoris requiritur, ut merces *IN EADEM SPECIE, aut NON MUTATA PER SE FORMA* vendat. Nam secus faciens, non *Mercator*, sed *Artifex* vel *Opifex* dicendus est, *per*
94 *text. eleg. c. Ejiciens 11. dist. 88.* ubi dicitur. *Quod quicunque rem comparant non ut ipsam integram & immutatam vendant, sed ut inde materia ipsis fit aliquid operandi non sint Mercatores; qui vero comparant rem, ut illam ip-*
95 *sam immutatam, ac integram dando lucrentur, sint Mercatores.* Addatur Alex. & Jason. *in L. 41. §. 5. ff. De Leg. 1. n 15. & 16.* Surd. *Dec. 313. per tot.* Scac. *De Comm. §. 1. q. 1. n. 13.* Roland. à Vall. *Cons. 71. n. 11. seqq.* Bursat *Cons. 42. n. 9.* Joh. Koppen. *Dec. 50. n. 30.* Jacob. Anthon. Matth. *de Jdict. P. 4. C. 4. cas. 3. n. 10.* Klock. *de Contrib. c. 12. n. 265.* Marq. *de J. Merc. L. 2. c. 7. n. 47. seqq.* Mæv. *ad Jus Lub. L. 3. t. 6. c. 21. n 18.* Rosen. *de Lib. Merc. c 4. n.*
96 *23. seq.* Ex quibus judicatu facile est, *Artifices* nomine Mercatorum
97 non venire. Cum enim, quæ propriis distinguantur nominibus, haud sint confundenda; arg. *L. 7. C. de Codicill. Br. ad d. L.* Nec *Artifices* cum *Mercatoribus* confundi fas est, cum & revera ab invicem distent
68 vid. *L. 2. ff. De Manumiss. testam. & jam alleg. L. 61. §. 1. ff. de Leg. 3.* Quo-
99 rum an inde libri ad probanda credita *intuitu* contracta *artificii* pari jure cum libris Mercatorum censeantur, parique cum illis passu in probationis ambulent negotio; de illo non impertinenter hoc loco quæritur? Et puto eosdem *in Praxi* etiam *Semiplenè* probare, cum nec Artifices pro quovis semper credito Chirographum sumere queant.

Lauterb.

Lauterb. *Ad Tit. De Fide Instr. ibique* Excell. Dn. Præses *in not. jung.* Dn. Schœpff *in Synopf. ff. eod. n 16.* Carpz. *L. 6. Resp. 121. n. 1. & P. 1. C. 17. D 35.*

Quod vero de non mutanda mercium forma proxime dictum 100
est, id minime eo extensum esse volo, ut nec hi Mercatorum nomine veniant, qui Mercium formam *aliorum opera immutari curant*, animo easdem vendendi, vel ad extera loca transmittendi. Hi enim sunt, & manent mercatores, nam illorum officium in artificium transiisse 101
dici haud potest, cum artifex is demum dicatur, qui per actus f. manuum exercitium, scientiam suam *ipse*, vel per *sibi subjectos* suo nomine exercet. Marq. *cit. loco n. 53.* ibique *alleg. conf. &* Strach. *d. l. n. 24. seq.*

Superest, ut de *Institore* agamus, An sc. & ille mercatoris nomine 102
veniat? Et, cum ex descriptione mercatoris supra tradita apricetur, inter alia requisita, ad hoc, ut mercatoris nomine & privilegio quis gaudeat, desiderari, ut *proprio* & non *alieno* negotietur nomine 103
Vid. *L. 8. §. 1. ff. De Vacat. ibi: qui præsentes* Cujac. ad *L Unic. de Cond. Vect. Fisc.* Decius *Conf. 268. col. 1* Marq. de *J. Merc. L. 1. c. 7. n. 57.* Institores vero (alio nomine Factores vid. Besold. *Thes. pract.* & Speidel. *Speculo* 104
voce Factor. Zang. *De Except. P. 2. c. 1.* Wesemb. *in ff. tit. de Instit. Act.* Marq. *De Iure Merc. L. 1. c. 8. n. 4.* Mev. *ad Ius Lubec. L. 3. t. 6. a. 5. n. 11.*) ab eo, *quod alienis gerendis instent negotiis*, ita dicantur, *L. 3 ff. De Inst. Act.* & à Domino, vel ejus vices gerente, negotiationis quæstuariæ admini- 105
strandæ gratia præpositi, *non proprio*, sed *Domini nomine* & loco, omnia ea, quæ ad negotiationem pertinent, exerceant, *L. 1. pr. & §. §. seqq. ff. De Inst. act. jung. L. 11. §. 6. & L. 16. & 18. ff. d. tit.* nullaque ex contractu, *præponentis nomine* inito, in ipsos redundet utilitas, neque *finito officio* ex celebrato contractu conveniri possint, *L. fin. ff. De Inst. Act.* 107
Lauterb. *in Comp. ff. ad tit. De Inst. Act. & in* Colleg. Theor. *P. 2. d Inst. t. n. 15.* Carpz *P. 2. C. 20. def. fin.* Hahn *ad W. tit. De Act. n. 6.* Zœs. *ad d. tit. n. 4.* Mev. *L. 3. t. 6. a. 5. n. 7.* ad *Ius Lubec.* ibique alleg. *Colerus L. 2. D. 245.* modo *non proprio nomine, & nulla officii facta mentione* contraxerint, Carpz *P.* 108
1. D. 10. n. 9 & 10. & L. 4. L. 80. n. 3. nec in specie fidem suam adstrinxerint, *L. 67. ff. De Proc. L. 3. §. 2. ff. De Administ. Rer. ad Civit. &c.* 109
L. 5. pr. & §. 1. quando ex fact. Tut. Lauterb. *Comp. ff. d. tit. & in Colleg* Theor. *Pract. d. l. n. 15.* aut fines præpositionis excesserint, *L. 1.* 110
§. fin. ff. quod juss. Lauterb. *d. l.* manifestissimo exinde sequitur argumento, mercatorum titulum ipsis haud competere, proindeque privilegiis, mercatoribus competentibus, minime gaudere posse.

Antequam manum de tabula, deque generalibus detraham, co- 111

ronidis adhuc loco quædam adjicere animus est *de Fœmina Mercatrice* an sc. & illa Mercatoris nomine veniat, privilegiorumque Mercatoribus concessorum sit particeps, hoc effectu, ut & liber Mercatilis ab ipsa confectus probandi gaudeat efficacia? Ubi præliminaris ac præ-
112 judicialis se offert quæstiones: Utrumetiam fœminis concessum sit Mercaturam exercere, quæque sit fœmina Mercatrix, & quæ ad eam requirantur?

Quod *primum* attinet, nullus dubito amplecti sententiam affir-
113 mativam, optime gnarus, non duntaxat Leges ipsis in hac parte favere, *vid. L.* 32. §. 4. *ff. de Auro* & *arg. legat. L.* 7. §. 1. *ff. de Inst. Act. L.* 4. *C. Eod. Br. ad d. L.* 7. *conf.* Schultz. *in diss. de fœm. Merc. c.* 1. §. 17. Sed & Jure
114 statutario passim hanc ipsis concedi licentiam, Tusc. L. M. *Concl.* 420. 421. *Jus statut. Patrium L.* 3. *t.* 6. *n.* 21 *ibique Mev.* & *Hamburg P.* 2. *t.* 8. *a.* 1. *conf. hic ad longum d.* Schultz. *d. diss. d. l.* Et cur id ipsis non liceret, quod nullibi interdictum cernitur? præprimis, cum sit de genere permis-
115 sivorum, in quibus omne illud, quod expresse interdictum non reperitur, censetur eo ipso permissum, *arg. c* 3 *X. de Sponsf. L.* 43. §. 1 *ff. de Proc. L.* 1 § 1. *ff. de test. L.* 28. §. 2. *ff. Ex quibus Causis Maj. c.* 1. *de Proc. in 6to.* Salicet. *in L.* 2. *in tertia opposit. de Prob.* Pacian. 1 *Consid.* 34. 17. Carpz. *P.* 1. *C.* 16. *def.* 53.
116 *n.* 3. Nec nimis superstitiosis prætensionibus præsumi debet prohibitum, quod non reperitur à Lege prohibitum, vid. Surdus *Cons.*
117 173. *n.* 72. & *Cons.* 222. *n.* 5. Nec movet à dissentientibus *alleg.* 12. *ff. de Edend.* cum illa Lex loquatur de munere *Argentariorum*, ad quod, cum esset publicum, fœminis adspirare haud licebat, minime vero de hodiernis Mercatoribus, utpote quorum officium neutiquam publicum dici potest, ut sic cesset ratio Legis in hodiernis Mercatoribus. Vid. Strach. *De Merc. P.* 3. *n.* 38. *in fin.* Schultz. *Diss. De Fœmin. Mercatr. c.* 1. §. 17.

118 *Secundum* quod attinet Fœmina Mercatrix describitur, quod *sit quæ publice & ex professo suo simul lucro & damno quæstuariam facit negotiationem vel sola, vel ut socia aliis, aut marito*, Dd. *L.* 65. *ff. De Leg.* 3. Rebhan. *Th.* 35. Schultz. *in d. Diss. c.* 1. §. 20. qualis, an etiam sit, quæ ad pondus, ulnas & mensuram vendit, vid. potest d. Schultz. *d. Diss. d. l.* & *Quæstio supra mota sub Voce Mercat. verb. non minutatim* vel secundum jus Lubecense Mercatrix femina dicitur: *Quæ emit, & vendit, Tabernas fenestrasque*
119 *apertas habet, libra, ponderibus & mensura utitur* Welche Aus- und Einkaufft / offene Laden und Fenster halt / mit Gewicht / Wage und Maeß

und

und Ellen aus und einwieget / und mist *Jus Stat. Patr. P. 3. t. 6. a 21. add. Jus Stat. Hamb. P. 2. tit. 8. n. 1.*

Quod ad TERTIUM sc. quæ ad id requirantur, ut fœmina dici 120
possit Mercatrix, attinet, illa optime ex data descriptione desumi possunt, qua præeunte (1) requiritur, ut revera emat, & vendat, idque frequenter, cum ex uno actu ipsam haud fieri mercatricem tradat Mæv. *ad d. Loc. Juris Lubec. n. 34. possunt & hic relegi supr. not. in Defin. Mercatoris ad Vocem: frequenter.* (2) Ut tabernas, fenestrasque apertas habeat, daß sie offne Laden und Fenster halte/ quo unicuivis pateat adi- 121
tus ad emendum, quæ ibi prostant venalia. Publicam enim Mercatricem oportet esse, quæ palam vendat & negotietur, Mæv. *add. l. n. 39. ibique alleg.* Chassan. Shultz. *in Diss. De Fœm. Merc. c.* 1. §. 22. (3.) Ut 122
libra, ponderibus, ulna & mensura utatur. Hinc excluduntur pro
usuris mutuantes aut *Feneratrices* fæminæ, quæ pro *Mercatricibus* mini- 123
ne habendæ sunt. *Conf. supr. ad def. Mercat. occasione Verbor. Quæstus Li-* 124
cit. notat Strach. *De Merc. P. 2. n. 27. seqq. & 40. seqq.* Mæv. *ad Jus Lubec. d. art. 21. t. 6. L. 3* Schultz. *De fœmina Mercatrice c. 1. §. 22.* (4) Ut omnia hæcce faciat proprio nomine; Nam uxor illa, quæ marito suo in negotiatione ministeriales præstat operas, dum de mercibus mariti 125
emit, vel vendit, quod in Mercatorum ædibus sæpissime usu venire 126
quotidiana testatur experientia, non potest dici Mercatrix, quia non 127
tam illa, quam potius maritus, cujus illa gerit negotia, intelligitur
Mercator, cujus censetur institrix, adeo ut maritus ex tali contractu 128
Uxoris conveniri possit, ut institoris ex contractu. Vid. Mæv. *ad Jus* 129
Lub. tit. 6. L. 3. a. 21. n. 41. Sicuti autem Institor non potest dici Mer- 130
cator, *Rosen. De Libr. Merc. c. 4. n. 31. vid. not. De Instit. supr.* qui potius ejus *Minister* appellatur *in L. 5. §. 18. ff. De Inst. Act.* ita nec *Uxor*, quæ de
mariti rebus emit, vel vendit, cum statutum Mercatoris mentionem 131
faciens, sit intelligendum de eo, qui *proprio* mercaturam *nomine* exercet: Strach. *de Merc. P.* 1. 172.

In quibusdam locis requiritur (5) etiam *Immatriculatio* die Gewinnung 132
der Kauffmans-Compagnie. Haud enim fæminæ *sine immatriculatione* permittitur mercaturam exercere illis in locis, in quibus nemini, ni-
si *immatriculato*, mercaturæ invigilandi conceditur facultas. Mæv. d. *su-* 133
pra loco n. 43. Ubi tamen *n. 44.* id limitat, in *Vidua Mercatoris*, quæ
cum tanquam imago viri, ejusdem personam in *viduitate*, etiam quoad 134
privilegia, dignitatem, & jura repræsentet, neutiquam nova immatri- 135
culatione indiget, sed absque illa Mercaturæ, à Marito cœptæ, prote- 139

137 nus insistere, illamque continuare potest, nisi aliud locorum moribus receptum esse constet. Et (6.) in genere hic repetenda sunt quæ de requisitis Mercatorum supra diximus. Circa *Fæminam* vero *Mercatri-*
138 *cem* obiter noto, *Jure Patrio* introductum esse, Fæminam mercatricem, quæ sine Curatore emit solvere teneri; *Jus Lubec. L.* 3. *t.* 6. *a.* 21. Cum alias per tradita *a.* 1. *t.* 10. *L.* 1. *d. Juris Lubec.* expresse constitutum reperiatur, fœminam res suas *sine Curatorum censensu* haud vendere, nec
139 ullum contractum, aut actum, quo patrimonium imminui potest, celebrare posse, idque ex famosissimo nomothesiæ Patriæ principio, quo fæminas sub perpetua esse constat Curatela *Mæv. ad Jus Lubec. L.* 1. *tit.* 10. *a.* 1. *n.* 2. Quod salutariter ita introductum est, ne obsexus
140 fragilitatem, qua sæpius contra propria commoda laborare deprehenduntur, *L. Si Pater in fin. C. De Sponf.* aliorum fraudibus & captionibus exponantur & nimis sero, cumque patrimonii detrimento persentire cogantur, quam perniciosa ipsis fuerit facilitas. Hoc vero se-
141 cus se habet in *fæmina Mercatrice*; cum enim illa sub curatela haud sit, recte ipsi permittitur contrahere & actus forenses exercere, non adhibito Curatore, ut valide inde conveniri possit. *Jus Patrium L.* 3. *t.* 6.
142 *art.* 13. *&* 21. *ibique* Mæv. ibique ob summum Mercaturæ favorem, efficientem ut in causis Mercatorum non juris solennitas, aut subtilitas, sed magis, quod æquum est, atque justum, attendatur, ne impedia-
143 tur mercimoniorum vigor, utilitati publicæ oppido utilium. Quod ta-
144 men saltem de actibus ad *mercaturam* spectantibus, quales & illi sunt, *sine quibus mercaturam exercere haud licet*, intellectum volo, cum concesso consequente, etiam antecedens concedi, fas sit, *L.* 2. *ff. De Jurej. ibique DD.* vid. Jus *Lubec. L.* 1. *T.* 10. *a.* 1. *L.* 3. *tit.* 6. *a.* 13. *&* 21. *ibique* Mæv.

Enimvero ex generali DD. asserto, statutum de Mercatoribus eo-
145 rumque causis loquens, saltem ad ea pertinet, quæ ex Mercatura proveniunt, Dec. *Conf* 40. *n.* 3. Camp. *in stat. Mediol. P.* 1. *c.* 181. *n.* 4. Mæv. *ad Jus. Lubec. L.* 3. *t.* 6. *n.* 2. 29 Rosen. *De Libr. Merc c.* 4. *n* 59.

146 Illa autem Fœmina, quæ Mercatrix est, *in dubio Mercatura causa contraxisse*, acceptaque *in Mercantiam* convertisse præsumenda est, Jason *in L. admonend. L.* 2 *n.* 131. *seqq. ff. De Jure*j. Hartm. Pist. *L.* 1. *Q.* 4. *n.* 16. Mæv. *d. l. n.* 30. Rosen. *d. tract. d. l.*

Ex quibus omnibus sic satis aperte constabit, & talismodi fœminas
147 Mercatrices, Mercatorum nomine venire, privilegiorumque Mercatoribus concessorum esse participes, adeoque libros ipsorum probare ratione inscriptorum ad mercaturam spectantium.

Tantum de Generalibus.

CA-

CAPUT II.

Sistens

Requisita Libri Mercatorii ad effectum Probationis.

SUMMARIA.

Non quilibet Mercatoris liber, sed debitis instructus requisitis, habet vim probandi in Foro Mercatili. 1. *seq.*

Requisita Libri Mercatorii, respiciunt vel Personam Scribentis, *vel* Materiam, *vel* Formam scribendi 3

Ratione Scribentis *requiritur* (1) *Ut sit* Mercator. 4

(2) Inculpatæ vitæ ac integræ *fidei.* 5

Ratio hujus subjicitur 6

In dubio quilibet mercator bonæ fidei ac integræ vitæ esse, præsumitur. 7

Et contrarium asserenti asserti incumbit probatio 12

Rationes videsis 8. *seqq.*

Falsarii *liber nullam meretur fidem, ut & illius, qui publica laborat infamia* 14

Tres Casus circa infamis Mercatoris librum recenset 15

Si infamia sit notoria, ipsam ignorasse non præsumitur, qui cum infami contrahit Mercatore 17

Sciens *cum infami Mercatore contrahens, ex capite infamiæ impugnare libri Mercatorii fidem non potest* 18

Rationes videsis 19. *seq.*

Qui ignoranter *cum infami Mercatore contrahit, adhuc ad exceptionem suspecti confugere potest si infamis creditum per annotationem, in libro suo factam, probare præsumat.* 22

Rationes subjiciuntur 23 *seq.*

Ad L. obstantem 19. *de R. J. respondetur* 27

Injuriarum tenetur, qui in famam Mercatoris apparenter boni & frugi vitæ anxie inquirit. 28

Superveniens post contractum Mercatoris infamia suspectam reddit, inscriptionem, etiam ante infamiæ labem in Libro Mercatorio factam 31

Rationes videsis. 32. *seqq.*

Ex vita præsenti capitur præsumptio etiam de præterita 34

An Fallitorum *Libri probent, quæritur?* 37

Respondetur dist. Inter Fallitos sua culpa *facultatibus lapsos, & citra* omnem culpam *fortunæ injuria ad incitas redactos, & de* illis *quæstio* negatur, *de hisce* vero *affirmatur.* 38 *seqq.*
A fortuna læsi Mercatores, Miserabilibus *potius, quam* improbis *personis annumerandi sunt.* 34
Qui mediante juramento purgatorio contra se militantes imputati famosi criminis præsumptiones legitime elisit, ejus liber mercatorius æque probat, ac cujuslibet vitæ inculpatæ alius Mercatoris 45. *seq.*
Adducuntur Amplissimæ FCtis Jurid. Rostoch. in hanc sententiam Responsi verba 55
Ratione Materiæ *desideratur,* (1) *inscripta ipsam* Mercaturam, *quam* Mercator, *librum pro se producens, exercet, respicere* 56
Rationes videsis 57. *seqq.*
Corroboratur hæc sententia responso Ampliss. FCt. Jurid. Rost. 62
Exceptio est: Nisi hæc probandi facultas Libro Mercatorio *speciali loci statuto vel consuetudine etiam hoc tribuatur casu, quo creditum eidem inscriptum mercaturam non concernit* 63
De qua praxi in foro Lubecensi recepta, forsan testari potest sententia subjecta. 64
Liber Mercatorius non probat (a) mutuum *extra mercaturam alii concessum* 65
Neque (b) donationem *sibi producenti factam.* 66
Neque (c) renunciationem juris *ab illo factam, contra quem producitur* 67
Neque (d) fidejussionem alterius 68
Nisi ratione crediti mercaturam concernentis fidejusserit. 69
A qua sententia recedunt alii, quos videsis 70
Neque (e) *ad probandam* dationem in solutum *ratione mutui sub Usuris concessi.* 71. *seq.*
Ad materiam *libri Mercatorii requiritur* (2) *ut ipsi* inscripta *sint* verisimilia 73
Tantum Oppositum operatur in Opposito, quantum operatur propositum in proposito 75
Quod Verisimile non est, illud habet falsitatis speciem. 76
Testi Verisimilia non deponenti non creditur. 77
Instrumentum verisimilia non continens fidem non meretur. 78
Quid sit verisimile, & ad quod terminos in ejus determinatione Judicis restringendum sit arbitrium, de illo agitur remissive 80
Ad Formam *libri Mercatorii desideratur, ut contineat utramque dati & accepti paginam* 81
Ratio subjicitur. 82. *seq.*
Et utilitas talismodi scriptionis demonstratur. 85

Liber

Liber Mercatorius sola data continens, non probat 86

Ratio additur. 87

Limitatio ejus subjicitur. 88

Ejus Sublimitatio additur. 89

Ex debitis & Creditis in libro Mercatorio è regione positis, minime compensatio elicitur. 92

Rationem ejus videsis. 93

(2) *Desideratur* ad Formam *libri Mercatilis, ut contineat expresse* causam debendi 94

Rationes recenset. 93. *cum seqq.*

Scripturæ, expressam, debiti causam non continenti, obstat exceptio doli. 99

Solutum ex obligatione sine causa potest condici. 101

Non sufficit causam debiti in Libro Mercatorio esse expressam, sed requiritur insuper, ut causa sit certa & perspicua. 102

Nulla causa, & incerta à pari judicantur. 104

Sufficit autem causa conjecturabilis 105

(3) *Requiritur ratione* materiæ *ad librum Mercatilem, ut habeat* titulum 107

(4) *Ut* More Mercatili sit compactus 108

Rationem videsis 109

Chartæ Rapsodicæ *non probant.* 110

Nec Giurnale Mercatorum quod comprobatur Responso Fctis Jurid. Rost. 111

Sententia Negantium *cum ratione negationis subjicitur.* 112. *seq.*

De Bilantiis agitur remissive 114

Liber Mercatorius (5) *carere debet omnibus* annotationibus marginalibus, cancellationibus, inductionibus, & Superinductionibus. 115. *seqq.*

Annus, Dies & Mensis *etiam* (6) *requiritur ad librum Mercatorium.* 120

Ratio additur. 121

Praxique hanc receptam esse sententiam subjicitur. 122

Ad loca obstantia respondetur 124 *seqq.*

Non vitiat vero temporis certi omissio librum Mercatorium, si aliunde de tempore contracti debiti constare possit. 129

Quod declaratur exemplo, quod exhibet. 130

Ut vero propria *Mercatoris* manu *conscriptus sit Liber Mercatorius, id ex veriori sententia non desideratur.* 136. *seqq.*

Rationes dubitandi enarrat. 131. *seqq.*

Ad rationes obstantes resp. remissive. 140

Ad effectum semiplenæ Probationis, *quæ fit per librum Mercatorium, non quidem requiritur, ut* Debiti summa *eidem inscripta tantum sit* modica, *bene tamen id requiritur, quoad* effectum deferendi juramenti Suppletorii. 142. *seq.*

Magna

Magna debiti summa *annumeratur Causis* arduis. 144
Quænam sit magna summa, *Judicis determinandum arbitrio committitur.* 149
In arduis causis, etiam Civilibus cessat juramenti suppletorii Delatio, non obstante semiplena probatione. 145
Quis ergo sit effectus semiplenæ probationis summæ non modicæ, *per librum Mercatorium probatæ, si juramento suppletorio non sit locus, demonstratur.* 147
Ubi pleraque, & illa adsunt requisita libri Mercatorij, ex quibus de veritate debiti & scripturæ probabiliter constare potest, ibi defectus reliquorum requisitorum effectui semiplenæ Probationis nil oberit fin.

1 VIsis generalibus circa Probationem, Quæ Fit Per Libros Mercatorum, electæ methodi jam postulare videtur ratio, ut ipsam libri Mercatilis Qualitatem, per quem probatio fieri debet, paulo accura-
2 tius contemplemur: Non enim quicunque *M*ercatorum Liber in foro probandi gaudet efficacia, sed qui legalibus instructus requisitis, & ita compositus est, qualiter praxis *M*ercatilis eundem fieri desiderat.

3 Occupabitur itaque Hoc Caput Secundum circa recensenda *requisita Libri Mercatorij*, quæ omnia melioris ordinis ergo in tres commode Classes dispesci possunt. Aliis (1) circa Personam Scribentis, aliis circa *M*ateriam Libri (2) *aliisque* denique (3) circa Formam Libri necessariis.

4 Requisita ratione Personæ Scribentis occurrentia quod attinet, (I) requiritur, ut ille, qui librum scripsit, sit *M*ercator, qualis qui sit, ex supra data *M*ercatoris Descriptione clarebit.

5 (II) Requiritur, ut sit Integræ Vitæ, Fidei & Famæ *M*ercator, veritatemque scribere solitus, quique omnium opinione pro integro habeatur Viro. *arg. L. Non omnes* §.6. *ibi Si bonus Miles &c. ff. de Re Milit.* Guid. Papa *Dec.*441. Thol. *Dec.*492. Jos. Lud. *Dec.199.n.1.Tit.Dec.*445.113. Gail.*2. O.20. n.7.* Carpz. *P.1.C.17. def.35 n.5. & Tit.14. a.5. n.55.* Hahn. ad Wes. *tit. de fid. instr. n.6. Mev. ad Jus Lub.* P.1. §.6. *a.4. n.15.* Lauterb. *Concl. forens. Ex.47. Lit.C* Wesemb. *Cons.36. n.23.* Menoch. *Cons.214. n.3.* Mascard. *de Prob. Concl* 977. Pacian. *de Prob. L.1. c.63. n.20.* Klock. *de*
6 *Contrib. c.20. n.417.* quibus jungi potest Stryk. *in Diss. de Semipl. Prob. c.4. §.5. n.42.* & Lauterbach. *ad tit. de fid. Instrum* Cujus hæc non inepta potest dari ratio, quod *fides libri Mercatorii* dependeat à *fide scribentis*,
7 quam si ille ob non integræ vitæ notam mereatur nullam, frustra libro suo

suo fidem dari crepat, præprimis cum in propria hic causa sibi perhibea testimonium, eo magis hoc casu suspectum, quo certius est, suspectam esse de falsitate ipsam deponentis sublestæ fidei personam. Sicuti autem in dubio quilibet Mercator bonæ fidei esse præsumitur, 8
Tiraquell. *L.7 c.51.n.14.* Rutg. Ruland. *de Commiss. P.2. L.5 c.13.* Surdus *Dec.199.n.1.* Mæv. *ad Jus Lub. P.5.tit.6.a 4.n.15.* Gastel. *in Speculo Juris Univers. C.29.n.14.* Finckelth. *O.79.n.17.* Lincker. *in Diss. de Semipl. prob. th 4.c.2.* quia præsumptio semper in meliorem partem fieri debet, *arg. L.51.ff. pro Socio L.18. § qui dolo ff. de Probat. C 6. & fin. X. de Præsumpt.* 9
adeo ut præsumptionibus juris concurrentibus, illa quæ delicti exclusiva est, non modo capienda, Roman. *Cons.68.n 8.* Verum etiam inclusivæ delicti præferenda sit Jason *in L. nominatim in fin. ff. de Liber. & posth.* Neviz. *L.6. Sylv. Nupt. n.47. vers Item in dubio* Vid. Excell. Dn. Præses *in nupera dissertatione de Præferentia Matrimoniorum in Concursu duorum §.11. n.74.* jure nostro tamdiu quemlibet bonum præsumente, donec contrarium liquido ab asserente probetur Ita, qui ex hoc capite, quod Mercator sublestæ Vitæ ac fidei ac parum frugi homo sit, fidem ipsius libro denegat, liquido suæ exceptionis fundamentum probare tenetur, quo legitime probato, fidem ejus liber in foro Mercatili nullum merebitur; Qualiter non creditur libro FALSARII, aut illius, qui suspectæ vitæ est ac infamia laborat publica Mæv. *ad Jus Lub. L.5. t.6.* Bald. *in L. Cunctos Popl. C. de Summ. Trinit. & in L. Cassius n.10. ff. de Senatoribus addatur* Barth. *in L. Quædam §. Nummularios ff. de Edend.* Quo vero eo melius constare possit, an aliqua, & quænam libris Mercatorum, inculpatæ vitæ haud existentium, infamaque laborantium sit habenda fides, non abs re adopinor fore, præeunte Sigismundo Scaccia *L.2. de Jud. c.11. n.189.* tres separare casus. Aut enim cum malæ fidei & suspectæ vitæ Mercatore contrahentes (1) *sciverunt* ipsum *laborare infamia*, aut (2) *Ignorarunt*, aut infamia demum (3) *post celebratum contractum* supervenit.

10 adeo ut præsumptionibus … delicti exclu-
11 siva est … Verum etiam in-
12 jure nostro tamdiu …
13 … aut illius,
14 qui suspectæ vitæ …
15 Quo vero eo melius …
16 malæ fidei & suspectæ …

Priori casu, qui scienter (præsumitur vero quis scivisse Mercatoris illius infamiam, si eadem sit notoria,) cum infami Mercatore contraxerunt, non possunt non videri approbasse ejus conditionem, indeque ceteroquin oriituræ renunciasse exceptioni, valituris in ipsorum præjudicium, quas ex tacito quasi mandato Mercator confecit, rationibus, ad instar testis illius, cujus ceteroquin inidonei ac inhabi- 17 18 19 20

lis fidem partes approbarunt: Soc. *L.1. Conf.17. n.16.* Conf. Cravett.
21 *Conf.56.* Menoch. *d. A. J. Q. l.2. caſ.105. n.6.* Quæ enim in noſtrum duntaxat favorem ſunt introducta illis valide renunciare poſſumus. *L. pen. C. de Transact. c.5. & 6. de Renunc. c. Dilecti X. de foro compet.* unicuique liberum exiſtente de jure ſuo aliquid remittere, eoque non uti *L. Pen. C. de Pact.* Cujac. in Repet. *C. de Reſc. Vend.*

22 Cum vero longe alia ratio ſit *ſecundi caſus*, quo ejus infamia non fuit cognita contrahenti, integrum utique huic erit, Mercatoris infamis libro exceptionem ſuſpecti opponere, non valituro hoc caſu Mer-
23 catoris libro in vim legalis, & fide digni, quia cum ipſo contrahentes non poſſunt dici approbaſſe illius conditionem, quam ignorarunt, ignorantis conſenſu omnino exulante, ad approbationem ceteroquin
24 neceſſario. Nec obſtat, quod nemini ignota debeat eſſe illius condi-
25 tio, cum quo ipſe contrahit, *L.19. ff. de R. J.* ſibique imputare habeat, quod non melius, & diligentius inquiſiverit in conditionem ſecum contrahentis, adeo, ut adhuc cenſeatur approbaſſe illius perſonam,
26 quocum contraxit. Enim vero, cum inquiſitio in alterius famam,
27 tendere videatur in injuriam Mercatoris, qui *per ſupra dicta* in dubio bonæ fidei eſſe præſumitur, indeque illius, cujus inquiritur fama, apud probos & honeſtos viros facile gravari poſſit exiſtimatio, nemini fas erit in alicujus famam, (niſi quis fere ſit notorie infamis) inquirere,
28 ſecus faciens, vix evitaturus eſt injuriarum actionem.

29 Neutiquam itaque dici poteſt, cum haud notorie infami contra-
30 hentem, cenſeri approbaſſe illius perſonam, cum tacita morum approbatio ex conceſſa demum facultate inveſtigandi in alicujus famam, ad quam tamen Leges ipſum non adſtringunt, ſed potius ſub pœna & injuriarum actione ab illa arcent, oriatur.

31 Idem juris quoque eſſe autumo tertio in caſu quo ſc. poſt geſtum negotium Mercatoris infamia ſupervenit. Cum enim Mercator hic te-
32 ſtis ſit in propria cauſa, cui inhabilitas quæ *tempore dicendi adeſt teſtimonij*, nocet. *L.3. §. duæ ff. de Carb. Edict L.3. §. L. Jul. ff. d. tit.* Barth. *in L.1. n.1. C. de Teſt. ibique* Salic. *n.6.* Maſc. *de prob. Concl.1363. n.9. & 10.* Carpz. *L.3. R.87.*
33 *n.11.* Laut. *in Comp. ff. ad tit. de teſt.* præſumptione de præſenti in præteri-
34 tum, capienda, Flor. *in L. non eſt neceſſe ff. de Prob. ibique* Jac. Men. *de Præſ. L.1. P.33. n.44.* ſurgenteque ex contracta infamia haud levi & exigua male ante actæ vitæ, & ſiniſtræ fidei ſuſpicione, argumento illorum quæ habet Menoch. *de Præſ. L.1. Præſ.33. n.45.*

Acce

Accedit quod absque juramento libro Mercatoris nulla tribuatur fides, ad quod tamen laborans infamia admitti haud potest. 35

A *Falsariis* proprie absunt Falliti quorum utrum libris eadem, 36
quam alias Mercatorum libri operantur, fides habenda sit, non impertinenter hic quæritur? Et quanquam *per proxime notata ad casum sc. Ter-* 37
tium, ejusmodi *Falliti* tanquam conturbatores rationum, & fortunarum suarum, fidemque labefactantes, Falsariorum censui accensendi videantur, ob Mercaturæ abusum illius privilegiis ac ulteriori exercitio indigni, libris inde illorum Fidem crediti nullam in judicio facturis, *indistincte* tamen de omnibus id asseri Fallitis, æquitatis & juris ratio, ipsa- 38
que Fallitorum diversa conditio permittit minime.

Enimvero, sicuti non omnis statim Fallitus, dolo malo rationes 39
suas conturbat, ac corrumpit, ære alieno fraudulenti consilio contracto, sed fortunæ injuria ad id adigitur sæpius, ut bonis citra culpam labatur suis, ita merito, discrimen faciendum esse censeo, inter diversi generis Fallitos, decisionemque supra dictam procedere duntaxat in illis autumo Fallitis, qui maximis pecuniarum summis, hinc inde mu- 40
tuo acceptis, consulto, dataque opera ac de industria, fortunis se spoliatos suis fingentes, aufugiunt, quo tandem creditores, variis Processuum, ac litium molestiis defatigati, variisque expensis vexati, paucis contenti esse cogantur, nisi omni plane velint cadere credito, vel etiam in illis qui suo vitio, dum se in omnibus deliciarum generibus ut Thrasones exhibent, neque finem, ac tempus expensarum habent, 41
bonis labuntur; Minime vero in illis Fallitis, qui novercantis infortu- 42
nii minus prosperis afflatibus pressi, variisque damnorum generibus divexati ac exagitati, licet opera ipsorum haud defuerit, ad miserum & deplorandum istiusmodi statum se redactos sentire coguntur, ut unicuivis satisfacere haud possint, quos inter *Miserabiles* potius, quã *Improbos* referendos docet Strach. *de Decuit.* P. *2. n. 2. & de Merc. P. 7. n.* 3. Ubi 43
civiliter & humaniter cum istiusmodi miseris agendum esse asserit, cum nullum crimen admiserint, quibus Mercurius parum favet. *Conf. Marq. de J. Merc. P.* 4. *c. 8. §. 11.* Cum itaque expediti juris sit, non omnem protenus Fallitum infamiæ labe adspergi, sed solummodo il- 44
lum, qui dolo malo, & consilio ad decipiendos creditores directo, bonis excidit suis, secundo inde amne fluit, horum duntaxat libris denegari fidem, novercantis infortunii perfidia, ad miserum istum statum perductorum, utpote nulla infamia laborantium, contra libris parili

 omni-

omnino cum ceterorum Mercatorum Annotatione probandi efficacia
fruituris.
45 Sed quid de illius, qui delicti alicujus famosi accusatus, ab illius
pœna tamen Juramento se liberaverit purgatorio, dicendū est: Utrum
& ille ad probandū creditum, libro inscriptū admitti Jure propitio pot-
46 est? Videtur quidem, hæc quæstio prima fronte negative decidenda, eo
quod tantis criminis perpetrati Præsumptionib⁹ oneratus, ut non nisi
Juramento Purgatorio illas à se devolvere potuerit, non possit nō videri
47 Suspectus de malo hocce & infami facinore, quā suspitionem per præ-
stitum Juramentū non satis videtur elisisse, cum potius formidine pœ-
næ pejerasse, quam ab admissi Suspicionibus contra se militantibus se
purgasse videatur. Daß er nicht so wohl unschuldig sey / als sich nur von
der verdienten Straffe los geschworen habe. Verum rectius mecum per-
pensis rationibus, Affirmativæ sententiæ calculum facile meum adji-
48 cio. Sit quippe aliquis Juramenti purgatorii Effectus necesse est, quo
tamen in genere omni, priori posita sententia, privaretur: Ast cum
Juramenti purgatorii hic noscatur esse notabilis effectus, ut post illius
præstationem, quis *definitive* absolvatur, *C.8. X. de Purg. an. C. Ænnam &*
49 *C. seq. caus. 2. Q.* 4. Quique antea præsumptionibus imputati criminis
gravabatur, nulla amplius sinistra opinione & Suspicione laboret, ut-
pote quas Juramenti præstatione elisit, inque pristinum statum &
50 Officium reus imputati delicti restituatur. *C.*8. *&* 10. *X. de Purg. Can.
Vallens. d. J. Can. Tit. de Purg. Can. n.*6. *vers. effectus* Lauterb. *in Comp. ff.
ad Tit. de Jurej. p. m* 180. *& in Colleg. Theor. Pract. ad d. l. §.*51. Setser. *de
51 Juram. c.*11. *n.*20. Neutiquam libro illius, qui delicti alicujus accu-
satus, ab eo se librum pronunciari obtinuit mediante purgatorio jura-
mento, fides, ceteroquin libro Mercatoris dari solita, denegari potest,
cum post præstitum hoc juramentum bona conscientia illud præ-
stitisse præsumatur, per expressa verba: notabilis Textus *Ordin.
Cam. P.*2. *Tit.*10. *§.*1 *in fin. ibi.* Und so bald er solche Purgation ge-
than / soll er des Verdachts ledig seyn / und alsdenn NB. der Eyd
für Recht geschworen gehalten werden / so lange biß der Beschuldigte
52 im Recht der That überwunden wird. Ita, ut potius istiusmodi Mer-
catori, ejusque libro crimen ab ipso per juramentum purgatorium
53 legitime purgatum, objiciens, injuriarum conveniri possit, ad
instar illius, qui alicui objicit crimen, quod per Torturam elisit.

Vid.

Vid. Bintzfeld *ad C. 1. de Injurijs Q. 9.* Gilhauſ *in Comment. de Inj.* §. 5. *n. 133. & Harprecht. ad Tit. de Injur.* §. *1. n. 62.* Et hanc ſententiam approbavit Ampliſſima Facult. Jur. hujus loci in Reſponſo *dato de Ann.* 1697. *Menſ. Oct.* ibi: Und ob zwar in facti ſpecie contra mores & vitam H. L. angeführet worden/ daß er vor wenig Jahren *à Fiſcali* wegen einer 55 *famoſen* und ſo wohl in *L.* als in *Stral.* bekandten ſchändlichen Schiffs-Senckerey ſey angeklaget/ und ſo weit *graviret* worden/ daß er mit einem Eyde von der befürchtenden *Pœna corporis afflictiva* ſich loß machen und *purgiren* müſſen. So kan doch deßfals/ und ſo lang es nicht eines begangenen Meineydes überführet worden/ ſein und ſeiner Bücher *fides* nicht *impugniret* werden; *cum juramenti purgatorii hic ſit effectus, ut hoc præſtito qui antea præſumptionibus imputati Criminis gravatus erat, nulla amplius ſiniſtra opinione & ſuſpicione laboret, utpote quas omnes eliſit juramentum purgatorium.*

Miſſis requiſitis libri Mercatorii *ex perſona ſcribentis*, transeo nunc 56 ad requiſita Libri Mercatoris ratione *ipſius materiæ.* Quorum Primum eſt, quod deſideretur, creditum, libro à Mercatore pro probando credito producto, inſcriptum, concernere debere ipſam Mercaturam, die Handlung ſo der Kauffman führet/ iſtiusmodi Annotatione, creditum non intuitu Mercaturæ, quam producens Mercator exercet, contractum, minime probatura. *arg. L. 3. §. 2. ff. Nautæ Caup. & Stab. ibi: Si extra negotium non tenentur* Vincent. Caroc. *in Deciſ. Caſ. 59. n. 24.* Petrus Gilcken. *in L. Inſtrumenta 5. n. 38. C. De Prob.* Græv. *in Concl. pract. Lib. 2. C. 19. Conſid. 2. n. 3.* Jaſon. *in L. Age n. 3. C. De Tranſact. & in L. Admon. n. 119. in fin.* Decius *Capit. Poſt Ceſſionem n. 5. X. de Probat. & Conſ. 40. n. 3.* Ripa *L. 1. R. c. 12. n. 2.* Alciat. *de Præſump. Reg. 3. P. 9. n. 12.* Joh. Andr. *ad Spec. Tit. De Inſtrum edit. §. Nunc. dicendum. n. 4. verſ. Si vero.* Rom. *Conſ. 205.* Roland. à Vall. *Conſ 92.* Nicol. de Paſſer. *de Script. Privat. Lib. 4. Q. 1.* Vivius *Dec. 445.* Richter. *V. 2. Conſ. 322. n. 9. Fol.* 774. Cravet. *Conſ. 3. n. 15. & Conſ. 71. n. 13.* Strach. *Quomodo in Cauſis &c. n. 40.* Carpz. *P. 1. C. 17. D. 37. & Tit. 14. Art. 5. §. 9. n. 62. L. 3. t. 6. R. 58. n. 8. & 9.* Gail. *2. Obſ. 20. n. 8.* Mev. *P. 1. D. 261. n. 8. & P. 2. D. 92. per tot. & ad Jus Lubec. L. 5. t. 6. Art. 4. n. 19.* Lauterb. *in Concl. Forenſ. exercit. 47. concl. 17. lit.* M. Men de A. *J. Q. caſu 91. n. 23. fol. 203. & De Præſumpt. L. 2. Præſ. 67. n. 15. & Præſ. 57. n. 20.* Beier. *Tr. De Colleg. Opificum. C. 10. §. 1. in fin.* Caſtel. *in Speculo Juris. C. 29. n. 14.* Lincker. *in Diſſ. De Semipl. prob. th. 4.* Etenim, cum libro Mercatoris, tanquam 57

privata Scriptura, parum vel nihil fidei habente. *L.5.6.7.C. De Prob. L.26 ff. de Donat.* Mascard *De Prob. Vol. 2. Concl. 977. n. 1.* Gail. 2. *Obs. 20. n. 1.* Carpz. *L. 3. R 58. Vid. initium hujus capitis secundi,* de Tertii inprimis
58 dum agitur præjudicio Gail. & Carpz. *dictis loc.* Mercaturæ solius favore, quo negotiationi majus accederet incrementum, in Foro tantum receptum sit, privatam Mercatorum annotationem, alia probatione deficiente, in subsidium semiplene pro producente creditum probare posse, Menoch. *De A. J. Q. Cas. 91.* Stracha *De Mercat. P. 2. n. 69.* Hering. *De fidejus. Cap. 20. §. 1. n.* Carpz. *P. 1. C. 17. D. 39.* Gail. 2. *Obs. 20. n. 2.* Græv. *in Concl. Pract. Concl. 20. n. 2.* Ruland. *De Commiss. §. 2. L. 5. c. 13. n. 9.* Lauterb. *in Concl. Forens. Exerc. 47. n. 17.* Mæv. *P. 1. d. 241. & P. 2. D. op. & ad Jus Lub. L. 5. t. 6. art. 4. n. 19.* Privilegium hoc,
59 ad negotia alia, Mercaturam plane non concernentia, extendendum est minime, privilegio locum non habituro, causa ubi privilegii cessat. *L. 87. §. Usur. 1. ff. De Legat. 2.* Marc. Anton. de Amat. *in decis.*
60 *prov. Marcb. 159. n. 4.* Coler. *De Proc. Exc. P. 2. C. 3. n. 132. &* Modest. Pistor. *C. 52. n. 7. Lib. 1.* Accedit, quod sicuti autoritas, quæ competit ratione officii, seu exercitii, non debeat operari ultra naturam officii, Bald. *in L. 3. §. ex hoc. edicto sub n. 2. ibi. not. quod ff. Naut. Caup. &c.* Ubi
61 proponit exemplum in Nauta, Caupone &c. Qui tunc saltem de recepto tenetur, si juxta officium suum Viatores receperit, secus, si non juxta officium, sed ex amicitia hospites receperit. Pyrr. Maur. Aret. *Tr. de Fidej. P. 2. C. 33. in fin. per multa alleg.* Rol. à Vall *Cons. 92. n. 10. Lib. 3.* Decius *Cons. 40. cir. fin.* Ita etiam fides, quæ præstatur Libris Mercatorum, non debet extendi ad negotia Mercaturam non concernentia. Becc. *L. 1. C. 5. th.*

Pro meliori vero hujus materiæ enucleatione, Benev. Lect. non
62 displicebit, me apposuisse sequens *Respons. Ampliss. Facult. Jurid. Rost. de Anno 1697. in causa G. B. E. & H. L.* So wird ausser diesem à JCtis erfordert/daß ein Kauffman sein Handels-Buch in vim plenæ probationis beschweren könne/ daß die angegebene Schuld die Kauffmanschafft und Handelung betreffe *per ibi allegata*, ita, ut de credito NB. Extra Mercaturam, & ejus Solutione, libro mercatoris non credatur, indeque ob defectum semiplenæ probationis juramento suppletorio non detur locus *per ibi allegata.* Gestaltsam nur allein favore mercaturæ per praxin Mercatilem zugelassen worden/ daß der Kauffleute Privat-Schrifften/

ten / und Handels-Bücher / vim Semiplenæ probationis pro producente in foro haben sollen *per ibi deducta.* Wann nun das creditum keine Handelung / und in specie dieselbe nicht concerniret, quam Creditor Mercator exercuit, so cessirt favor *M*ercaturæ in dergleichen creditis, und mögen consequenter die Handels-Bücher nicht pro producente, vel scribente vorgezeiget werden. So streitet auch für dergleichen creditis, so die Handlung nicht concerniren / welche der Kauffman führet / keines weges die ratio, weßfals denen Handels-Büchern der Kauffleute in praxi semiplena probatio beygeleget wird / nemlich daß sie ihrer Handelung halber andern ohne Handschrifft trauen und fidiren müssen / zumahlen / andere credita nicht in Absicht der Handlung fidiret werden. Dannenhero auch *M*evius P. 1. D. 92. n. 4. fast in Terminis inferiret / daß / da ein Kauffman sein Handels-Buch produciren / und vermittelst dessen Eydlicher Bestärckung probiren wollen / daß die seinem Creditori schuldig gewesene Gelder / Ihm von dem creditore nachgehens in solutum angeschlagen worden / solches / weil es die Handlung nicht concerniret / nicht seyn angenommen worden. Andere dergleichen mehr exempla, und præjudicia können bey dem Surd: Carpz. Borell. Vivio, Gail. & *M*ev. citat. ibi: loc. nachgesehen werden. Wann dann hiernach das Creditum H. L. so er mit seinem Handels-Buch Semiplene bescheinigen und zu dessen Eydlicher Bestärckung H. L. admittiret werden wil / beleuchtet / und examiniret wird / so ist am hellen Tage / daß solches nicht der von H. L. führenden Handlung halber fidiret / sondern NB. ausser aller des H. L. Handlung angeliehene Gelder seyn / zu derer Rechtlichen probation *per proximè deducta*, sein Handels-Buch nicht suffilant, daß er das angegebene mutuum damit semiplene probiren / und adjuratam ejus confirmationem admittiret werden könne.

Patiuntur tamen dicta Exceptionem, si Praxi Speciali cujusdam loci receptum sit, librum *M*ercatoris vi probandi creditum etiam hoc 63.
gaudere casu, quo *Mercaturam creditum non concernit.* Qualiter inter- 64.
pretari licebit, sequentem sententiam quam in supra dicta causa H. L. ad prævium FCtis Altorf. Responsum *M*ens. *Oct.* 1696 publicavit Amplissimus Senatus Patrius, his verbis. In Sachen H. L. Klägers an einem / entgegen und wieder die G. B. Erben / und der Curatoren Beklagte am andern Theil / ein Anlehn von 1000. Reichsthlr. betreffend / erkennen und sprechen wir Bürgermeister und Rath des Heil. Röm. Reichs freyen Stadt Lübeck / nach Aussprach außwärtiger Rechtsgelehrten vor Recht:

Wür-

Würde Kläger mit seinen Handels-Büchern erweisen / daß er das eingeklagte Anlehen dem seligen G. B. fürgestrecket / und solche Bücher in supplementum beschweren / so wären Beklagte alles ihres Einwendens ungeachtet / solches Capital dem Kläger hinwieder zu erlegen schuldig / als wir dann auch dieselbe hiezu condemniren und vertheilen: Sie wolten / und könten denn in continenti erweisen / daß dieser post allbereit bezahlt / oder compensiret worden / womit sie dann billig gehöret würden / und ergienge so dann / wann auch Kläger mit seiner Noth genug gehöret seyn wird / in dieser Sachen ferner was Recht ist. Deroselben eingebrachte Gegen-Prætensiones aber / werden in die reconvention hiemit angewiesen
65 V. R. W. Ex hactenus dictis infero: (1.) Non probare librum *Mercatoris* à *Mercatore* intuitu *pecuniæ* extra *Mercaturam mutuo concessa*,
66 *Mæv. P. 2. D. 92. n. 5.* Nec (2) probare librum Mercatoris *factam* producenti *donationem*. Neque (3) *renunciationem juris* ab illo factam, con-
67 tra quem producitur, *Mæv. Jus Lub. P. 5. tit. 6. a. 4. n. 20.* Imo nec (4.)
68 *fidejussionem*, nisi *intuitu* Mercaturæ contractam, aut interpositam,
69 Marq. *de Jure Mercat. L. 2. c. 11. n. 70. ibique alleg. jung.* Lauterb. *in Diss. De*
70 *Jure in Foro Mercat. Th. 289.* Dissentiunt Hering. *de Fidej. c. 17. n. 86.* Jason. *Cons. 103. n. 5. V. 1. & in L. Admonend. Lect. 2. n. 123. vers. Diligenter ibique* Alex *n. 36. vers. & hoc procedit ff. de Iurej. Mæv. ad Ius. Lub. P. 5. t. 6. a. 4. n. 20.* & *alij quamplurimi passim. alleg.* statuentes, Fideiussionem ad *Mercaturam* non pertinere, indeque nec eandem, *intuitu Mercaturæ* interpositam, ex libro *Mercatorio* probari posse.

71 Infero (5) nec majori, quam in antecedentibus casibus, Probationis effectu librum *Mercatoris* gaudere, productum ad verificandam *dationem in solutum pro pecunia mutuatitia sub usuris concessa* cum nec
72 in solutum datio hic *Mercaturam* concernat, Vid. in terminis Mæv. P. 2. D. 92. *n. 4. jung.* Cacher. *Dec. 72. Gail. 2. O. 20. n. 8.* Lauterb. *in Diss. de*
73 *Iure in Foro &c. th. 289.*

Ratione *MATERIÆ* libri porro (2) requiritur, ut liber contineat *VERISIMILIA*, careatque omni falsitate, & mala suspicione, ita, ut ex probabilibus præsumptionibus colligi possit, esse verum, quod scriptum reperitur, habito respectu ad tempus debiti contracti, solutionis factæ, ad personas contrahentium, atque locum contractus. Gail. de Cred. *C. 2. t. 3 n 193. & 194.* Farinac. *V. 1. Cons. 18. n. 14.* Strach. *de Merc. P. 2. n. 61.* Bald. *in Rubr. de fid. Instrum. n. 35.* Jason. *V. 3. Cons. 4. & in L. Admonend. sub n. 121. ff. de Iurej.* Dec. *Cons. 596. n. 9.* Trentacinq.

L. 2.

L. 2. Ref. 7. n. 28. Mascard. *De Prob. Concl. 976. n. 85.* Menoch. *De A. I. Q. L. 2. C. 1. Caf. 91. n.* 20. 21. Mæv. *ad Ius Lub. p. 5. t. 6. a. 4. n. 22. ibique alleg.* Ruland. Rosen. *Tract. De Libr. Mercat. c. 6. n.* 43. Sicuti enim libri, ve- 74
risimilia continentis effectus est, ut probet, Jason. *in repet. L. admonend. n. 121. De Iurej.* ita è contrario inverisimilitudo efficit, hic insignis ut ipsi denegetur effectus, tantum opposito operante in opposito, quantum propositum in proposito. *L. fin. § fin. ff. De Leg. 3.* ibique Barth. *in Summ.* Scaccia *De Iud. L. 2. c.* 11. *n. 158.* Nam, quod verisimi- 75
le non est, speciem habet falsitatis, Bald. *in L. 1. C. De Serv. Fugit.* Jason. *in L. Si Extraneus 6. n. 8 ff. De Condict. Causa data caus. &c.* Dec. *Conf. 94.* 76
n. 2. & Conf. 644. n. 6. Paris. *Conf. 83. n. 21. L. 1. & Conf 55. n. 5. 6. L. 4.* Gravett. *Conf. 61. n 9.* pariter ac testi, verisimilia non deponenti, omnis in judicio fides denegatur, *arg. c. quia Verisimile De præsumpt. & L. 21. §. fin. ff. De Testibus* Abbas *in d. c. quia Verisimile n. 3.* ibidemque Felin. *n. 4.* Dec. *Conf. 94. n. 2. in fin. Conf. 596. n. 8. & Conf. 684. & 685. n. 5.* Tiraqu. 77
in præf. ad L. Si Unquam n. 44. vers. Imo vero C. De Revoc. Donat. Roland. à Vall. *Conf. 7. n. 17. L. 1. & Conf. 49. n. 36. L. 4.* Albert. *tract. De agnosc. assert. cathed. Q. 35. sub n. 2. & 4. Fol. 117.* Mascard. *De prob. Concl. 3. 64. n. 1.* quam frustra etiam desiderat instrumentum, verisimile non conti- 78
nens. Sic, si quis v. g. produceret instrumentum factum Gustrovii decimo Martii, cum unus contrahentium illa die fuerit Rostochii, non creditur huic instrumento, & licet impossibile haud sit, illum qui decimo Martii fuit Rostochii, eadem die & posse fuisse Gustrovii, non tamen hic inspicitur, quod est possibile, sed quod est verisimile. Socc. *Conf. 28. n. 9. L. 3.* Scacc. *De Iudic. L. 2. c. 11. n. 160* Quod vero sit verosimile, & ad quos terminos arbitrium Judicis, cui verisimilis deter- 80
minationem passim JCti committunt, restringendum sit, Vid. Card. *Tusc. in Clem. Caus. vers. Verum not. 1. De Elect.* Jason. *in L. Admonend. in 1. repet. sub n. 121 ff De Iurej.* Gomez. *in Reg. Canc. De verisimili notitia obitus & 5. n. 3.* Tiraq. *in L. Si Unquam in præf. n. 53. C. De Rev. Donat.* Menoch. *De De A. I. Q. L. 2 C. 1. caf. 85. n. 4.* Castrens. *in Conf 301. coll. 1. L. 1.* Corn. *Conf. 81. coll. fin. vers. & saltem vid. L. 4.* Ruin. *Conf. 18. coll. 2. L. 1. Alciat. De præsumpt. Reg. 1. Præs. 16. in fin.* Matth. De Afflict. *D. 40. n. 19* Paul. de Castro *Conf. 138. V. 1.* Beust. ad L. *Admonend. n. 1062. seqq.* Lanfr. *eod. n. 22 vers. secundus casus* Mæv. *ad Ius Lubec. L. 5. t. 6. a. 4. n. 22. ibique alleg. & omnino* Scacc. de *Iudic. L. 2. c. 11. n. 167. & 168.* 81

Visis jam necessariis requisitis tam ratione PERSONÆ scribentis,

quam MATERIÆ libri, nunc pergo ad requisita FORMAM LIBRI MERCATORII concernentia: Quæ inter postremo loco haud connumerandum venit.

81 Quod DATA & ACCEPTA continere debeat. *L. Publia §. fin. ff. Deposit.* Bartol. *in L. Admonen. d. n. 26. &* Jason. *ibid. n. 125. cum seqq. ff. De Jurej.* Baldus *in L. 2. n. 12. C. De Edend. & ad Rubr. C. De fide instrum. n. 33.* Felin. *in c. 2. n. 2. De fid. Instrum. n. 21.* Bartol. *in L. Nuda ratio n. 9. ff. De Donat.* Guid. Papa *Dec. 441. per tot.* Borchold. *De Jurej. c. 8. n. fin.* Gylman. *Dec. 36. n. 4. & 5. L. 2.* Strach. *De Merc. P. 2. n. 56. & 60.* Castel. *in spec. Juris Univers. c. 29. n. 14.* Paris *Cons. 90. n. 1 & 2. V. 1.* Mascard. *De Prob. Concl. 978 n. 21.* Ruland. *De Commiss. P. 2. Lib. 5. c. 13. n. 6.* Mæv. *ad Jus Lubec. P. 5. t. 6. a. 4. n. 24. & P. 1. Dec. 241. n. 10.* Koppen. *Decis. 46. n. 55.* Lauterb. *in Diss. De Jure in foro Mercatili usitato. th. 285.* Lincker. *in Diss. De Semipl. Probat. th. 4.* Faber. *in C. Ad Tit. De fide instrum. Def. 5.* Capzov. *P. 1. C. 17. Def. 35. n. 7.* Gail. 2. O. 20. *n. 3.* Finckelt. *Obs 79. n. 16.* Stryk. *in Differt. De Semipl. Prob. c. 4. §. 5. n. 43.* Brunn. *ad L. 6. § 3. ff. De Edend.* Scacc. *De Judic. L. 2. c. 11. n. 152.* Trentac. *Variar. Resolut. L. 2. Res 7. n. 30.* Rosener. *De Libr. Merc. c. 6. n. 1.* & Lauterb. *ad tit. De fide Instrument. pag. m. 429.* Sicuti enim Mercatores, quæ receperunt, tenentur scribere, & quidem nominatim *à quo* sc. acceperint, & *qua ex*
82 *causa arg. L. 5. C. De Exact. Tribut*, ita etiam, quæ vicissim cuique dederunt, annotare coguntur. *arg. L. 4. De Suscept. Propos. & Arcar.* Strach. *De Merc. P. 2. n. 52.*

83 Id, Quod fieri omnino necesse est, cum magna ceteroquin rationum confusio, magnæque, ac immortales, ex tali, male & contra morem mercatilem conscripto libro, orituræ sint lites, non apparente, quid acceptum, quidve expensum sit. Hinc tales *in folle* conscriptæ rationes, (uti eas appellat JCtus *in L. 82. ff. De Condit, & Demonstr.*)
84 omnino nil probant, nec ad fidem sufficientes judicantur. *in d. L. 82.* Vid. Faber. *in C. ad tit. De Fid. Instrum. Def. 5. n. 1.* Ut taceam, utile o-
85 mnino esse librum producenti, eundem utramque dati & accepti continere paginam, quo, si is, contra quem producitur, vult acceptare ea, quæ in sui favorem scripta reperiuntur, proque se faciunt, simul acceptare teneatur & alia, contra se, pro producente factura. *arg. L. Etiam §. 1. ff. De Minor.* Bartol. *in L. Quadam §. Nummularios ff. De Edend. n. 2.* Capel. Tholos. *Dec. 469.* Roland. à Vall *Cons. 92. n. 6. V. 3.* Paris. *Cons. 104. n. 76. seqq. V. 1.* Socin. *Sen. Cons. 161. n. 3. V. 2.*

Ex

Ex dictis ergo suapte sequitur sponte: Librum vel DATA, vel 86
ACCEPTA solummodo continentem, non probare *pro scribente*, nec
Codicem super creditis duntaxat confectum, in foro Mercatili pro
libro rationum esse reputandum, cum rationes sint scripturæ, con- 87
tinentes *ultro citroque data, accepta*, credita & obligata, *L. 6. §. 3. ff. De Edend.* Lauterb. *ad Tit. ff. De Edend. n. 5.* Finkelt. *Obs. 279. n. 16.* Deque forma sit rationum, ut contineant data & accepta Jason. *in L. Admon. Rep. 2. sub n.* 111. *ibi: limita. ff. De Jurejur.*

Illud dubio planè omni carere facile concedo, si Mercator nil 88
contra acceperit, istiusmodi librum fide non destitui, licet solum *dati* paginam contineat, modo tamen iste Liber radiet *inscriptione dato-* 89
rum & acceptorum. Etenim, cum ordo debitorum & creditorum per 90
singulas paginas optime distributus conspicitur, foliorum altero datum in principio, altero acceptum continente, Liber Mercatoris, more Mercatili, inque forma probante non potest non videri scriptus, præjudicium neutiquam ipsi afferente, quod paginæ accepto- 91
rum *præter Rubrum*, nulla accepta sint inscripta, cum ipsi minime imputandum sit, quod nil vicissim à debitore acceptum tulerit.

Id vero non *inutiliter* hic quæritur; An ex Libro Mercatoris 92
utramque paginam continente, compensationis elici possit præsumptio? Quod ex veriori & practica Sententia utique negandum est:
Etenim cum stylo mercatili è diametro adversetur, ut Mercatores sibi 93
debita, & credita mutuo annumerantes, animo compensandi id fecisse videantur, novum potius utrinque contracturi debitum, negativam hanc, affirmativæ præferre nullus dubito. vid. Alex *Cons. 85. L. 3. Conam Cons. III. L.* 4. Rot. Flor. *Dec. 3. n. 30.* Riminald. *Cons. 73. C. 1. V. 1.* Lauterb. *in Diss. de Jure in Foro Merc. usit. th. 209.* Rosen. *de Libr. Merc. c. 6. n. 72.*

Requiritur (2) ut liber Mercatoris CAUSAS DEBENDI ex- 94
presse referat: Barth. in *L. Instrum. C. De Prob.* *Abbas in C. 2. n. 12. De fide Instrum.* Jason. *in L. Admonend. rep. 2. n.* 111. *ff. de Jurej.* Gravett. *de Antiq. temp. rubr. 4. limit. vers.* 7. Baldus *ad Rubr. C. de fid. Instrum. n. 63* Ayrers Process. *Jur. P. 1. th. 8. n. 11.* Hyppol. *de Marsyl in L. 1. §. præterea n. 123. ff. de Quæst.* Viv. *Dec. 445.* §. 21. Pacian. *de prob. c. 63. n. 22.* Roland. à Valle *Cons. 92. V. 3. n. 6.* Scaccia *de Iudiciis L. 2. c. 11. n. 271.* Strach *de Mercat. P. 2. n. 57. & 60.* Mascard. *de prob. V. 3. C. 978. n. 16.* Carpz. *P. 1. C. 17. d. 35. & in Process. tit. 14. Art. 5. §. 8.* Modest. Pistor. *in Process. Iur. P. 2. c. 31. n. 7.*

n. 7. Pacian. *de Probat. L.* 1. *c.* 63. *n.* 22. Hahn. ad W. *tit. de fid. Instrum. n.* 6. Lauterb. *in Concl. forens. Ex.* 47. *Concl.* 17. *Lit. F. & in Diss. de jure in foro Mercatili th.* 285. Finckelthaus. *Obs.* 79. *n.* 14. Stryck. *in Dissert. de Semipl. prob. c.* 4. § 5. *n.* 45. Lincker *in ead. Diss. th.* 4. Castel. *in Speculo Juris Universi c.* 29. *n.* 14. Br. *ad L.* 5. *C. de Exact. Tribut.* Lauterb. *in Compend ff. tit.*
95 *de fid. Instrum.* Conf. *L. cum de indebito* §. *fin. ff. de Prob. & L.* 4. *de Suscept. & Arcar.* Dum enim, uti supra dictum est, Liber Mercatorius probat saltem illis in causis quæ ad mercaturam spectant, nulla in extraneis à commerciorum exercitio ipsi concessa fide, simul requiritur, ut
96 causa debiti exprimatur, utpote ex qua omnium optime constabit,
97 an ex mercatili causa provenerit illud debitum, an non? Deinde, cum nullibi inveniatur constitutum, solam Scripturam esse modum constituendi obligationem, quanquam eandem præsumptionem quandam inducere velit Baldus *ad Rubr. C. de fid Instrum. n.* 63. *ex L. de in rem*
98 *verso ff. de Usur.* Trentacinq. *Variar. Resol. L.* 2. *def.* 7. *n.* 6. Scacc. *de Judic. L.* 2 *c.* 11. *n.* 172. Finckelthaus. *Obl.* 79. *n.* 14. Carpz. *Proc. T.* 14. *a.* 5. *n.* 57. Omnino conveniens est, non expressa in libro Mercatorum crediti
99 causa, creditum inde minime probari. Baldus in *Rubr. num.* 33. *vers. sed quæro C. de fide Instrument.* Jason. *in L. Admon ead. repet.* 2. *n.* 111. *ff. de Jurej.* Becc. *Cons.* 5. *n.* 9. *L.* 1. Scacc. *cit. prox. loco* Exceptione doli, Scripturæ expressam debiti causam non continenti, semper obstitura *L.* 2. §.
100 3. *ff. de Doli Mali & Metus Except.* Carpz. *P.* 1. *C.* 17. *def.* 39. omnique exulante crediti fide, ubi de causa debiti ex instrumento vel obligatione non constat. *L.* 25. §. *fin. de Prob. L.* 13. *C. de non num. Pecun. L. fin. C. de Compensat.* 14. *X. de fid. Instrum.* Gail. 2. *Obs.* 13. *n.* 9. Coler. *de Proc. Execut. P.* 3. *c.* 7. *n.* 1. *seqq.* Schneidw. *ad tit. J. De Liter. Oblig. n.* 14. Carpz. *P.* 1. *C.* 17. *Def.* 39. *n.* 3. in tantum ut solutum, ex obligatione sine cau-
101 sa, condici queat, *L.* 3. *ff De Condict. sine causa L.* 26. *De Donat. L.* 5. *C. de Prob.* Carpz. *cit. prox. loc. jungi possunt* Coler *De Proc. Exec. P.* 3. *c.* 1. *n.* 8. Berlich. *L.* 1. *Concl.* 80. *n.* 8. exque illis Rosen *c.* 7. *n.* 24.

Minime autem sufficit causam debiti esse expressam, sed requi-
102 ritur amplius, ut *certa* sit illa *causa*, ac *perspicua*, adeo, ut liber obscuram & incertam continens causam, pro illo habeatur, cui nulla plane causa est adjecta, cum juxta Alex. *in Cons.* 171. *V.* 2. *n.* 6. Bart. *in L. Quic-*
103 *quid ff. de V. O.* Gloss *in L.* 2. §. *circa ff. de doli Except.* Bald. *in L. Generaliter n.* 4. *C. de non numer. pecun.* Marsyl. *in Rubr. de Fidej. n.* 318. paria sint, nullo modo aliquid expressum esse, & obscure esse expressum.

Mmm mmm 2 Num

Num vero & *conjecturabilis causa* satis certa dicatur, non imperti- 104
nenter quæritur? Illam quæ ad confirmationem Scripturæ sufficere, & 105
probare satis, statuo cum Bald. *in Rubr. C de fid. Instrum. n* 63. Jason. *in L. admonend. in 2. repetit sub n.* 11. *ff. de Jurej.* Felyn. *in C. 2. fallent. 4. in fin.* 106
n. 31. *de fid. Instr.* Strach. *de Mercat. P.* 2. *n* 60. Scacc. *de Judic. L.* 2. *c.* 11. ubi exemplum ejus affert in Mercatore Pannorum, qui, cum Titio ulnas 10. panorum dedisset, libro suo inscripserat, tot ulnas esse datas, seque à Titio recepisse Scut. 20. subnectens: Sufficienter ex ipsa rationum forma apparere de causa, licet conspiciatur haud expressa.

Sed ulterius ad Tertium progrediendum est requisitum, quod 107
est, ut liber Mercatoris Titulum & Inscriptionem habeat, daß das Kauffmanns-Buch/ einen Titul/ und Aufschrifft habe. v. g. Mevii Kauff- und Handels-Buch/ quæ inscriptio, seu intitulatio utique necessaria est, pro declaratione eorum, quæ in libro apparent scripta, quinam scil. fuerit animus concipientis, sive concipere jubentis. Scacc. *de Jud. L.* 2. *C.* 11. *n.* 267. *ibique all.* Soc. *Cons.* 87. *n.* 8. *&* 15. *L.* 1. jung. Strach *de Merc. P.* 2. *n* 53. Trentacinq. *Var. Resol. L.* 2. *Resp.* 7. *n.* 28. Decius *Cons.* 21. *n.* 6. Gronw. *de LLbus abrogat. tit. C. de Probat.* Lauterb. *Concl. Forens. Ex.* 47. *concl.* 17. *& in Differt. de Jure in Foro Merc. th.* 285. Rosen. *de Libr. Merc. c.* 7. *n.* 1. *seq.*

Requiritur (4) Ut liber hicce mercatili, proborumque Mercato- 108
rum more sit Compactus, & Confectus. *arg. L.* 13. §. 2. *in fin. ff. de Manumiss. testam. L.* 6. § *fin. de Stat. Liber. ubi Voluminis rationum fit mentio, Volumen vero significat Scripturam aliquam compactam: Jung. L.* 9. §. 2. *ff. de Edendo ubi Codicis fit mentio* Baldus *Cons.* 152. *V.* 3. Jason. *Cons.* 4. *L.* 3. Tyber. Decian. *Resp.* 100. *n.* 16. *L.* 2. Petr. de Ubald. *Tract. de Duobus Fratribus P.* 12. *n.* 7. *fol.* 172. Strach. *P.* 2. Trentacinq. *Variar. Res. L.* 2. *c.* 7. *n.* 28. Mæv. *P.* 1. *Dec.* 241. Marq. *de Jur.* Mer. *L.* 3. *c.* 9. *n.* 42. Scacc. *de Jud. L.* 2 *c.* 11. *n.* 285. Fa- 109
cillime enim fraudis, ac malæ fidei oriretur suspicio, si *chartulationem* non haberet liber, utpote ex quo tot, quotquis velit, paginas detrahere, ipsarumque loco alias addere posset. quam, ut effugiat Mercator, famæ suæ consulere cupiens, necesse est, ut librum compaginari curet. Hinc chartæ *rapsodicæ s. scartafacia*, quibus Mercator rationes suas *con-* 110
fuse & sine ordine, memoriæ duntaxat causa inscripsit, ad effectum probationis produci nequeunt. Jason. & Curt. *in L. Admonend. n.* 116. *ff. de Jurej. Marq. de J. Merc. L.* 3. *c* 9. *n* 42. *Mæv. L* 5. *t.* 6. *a.* 4. *n* 17 *Juris Lubec.* Idem dicendum de *Manuale s. Giornale* Mercatorum, quod itidem non 111

probat Rota *Genuens. Dec.2. n.27.* Ruland. *de Commiss. P.2 L.5. c.13. n.19.*
112 Mev. *ad Jus Lub. L.5. t.6. a.4.* Quanquam de hac sententia, (quam suo tamen etiam calculo approbavit Amplissima Fctas Juridica Rostochiensis, docente id Responso de 22. Dec. Anni 1696. his verbis: Denn ausser dem / das ex actis nicht anders zu ersehen ist / als daß Kläger dieses angegebene debitum nur durch ihr Journal probiren wollen / und aber recepti in foro Mercatili juris & consuetudinis est, quod manuale s.
113 Giurnale Mercatorum nullam per se fidem faciat Mev. *ad Jus Lubec. L.8. t.7. art. fin. n.27. ibique alleg. DD.* Stryk. *in U. M. ad tit. ff. de Edend.* §.21. *Marq. Jur. de Mercat. L.3. c.9. n.43 & 36. ibiq; alleg. &c.*) dubitent DDres, inter quos Nico: Joh. de Giornale *pag.967.* contrariumque teneant apud Rosen. *de Lib. Merc. c.11. n.230. & 231. alleg.* Bero: *Cons.57. n.46. Vol.1.* Joseph. Ludow. *Concl.29. Coll.1.* Cardin. Tusch. *Concl 3 16. n.11. Lit. L.* Nicol. de Passer. *de Scriptura Privata L.5. quæst.36.* statuentes, Giornalibus Mercatorum minime vim probationis esse denegandam, sed potius majorem probationis efficaciam ipsis concedendam esse, cum ex eis *Codex* rationum desumatur, ac describatur, Giornaleque sit veluti Protocollum, ad quod, si circa libros Mercatorum dubium occurat, redeundum, ac recurrendum est.

114 De Scontris s. libris, pro notandis compensationibus circa cambia occurrentibus, confectis, quo certior inde probatio haberi possit, ut & de Bilantiis Conf. adlongum Rosen. *in sæp. cit. tract. c.11. n.236. seqq.*

115 Quinto Requiritur, ut sit Justus Mæv. *L.5. t.6. a.4. n.126. Jur. cube;*
116 Justus vero Liber dicitur, in quo omnia *conclusive* à Mercatore sunt
117 scripta, quæ ad suam negotiationem pertinent. Mev. *d. l.* Hinc singula recto ordine scripta sint, liberque omnibus *Marginalibus & Apostillis*, quæ falsi suspectas faciunt rationes privatas, careat necesse est. Umm. *in Diss. ad Proc. Judic.17. n.19.* Lauterb. *Concl. Forens. Ex.47. Concl.17.* Ca-
118 cher. *Dec.217.* Natta. *Cons.633.* Tyber. Decian. *2. Resp.100. n.9.* Christin. *V.4. Decis. pract.199. n.13.* Mev. *P.1. Dec.141. & ad Jus Lubec. L.5. t.6. a. 1. n.25.* imo ab omni *cancellatione, inductione & superinductione* debet esse vacuus. Farinac. *Consil.18. n.4.* Menoch. *Cons.23. n 14.* Umm. *d. Diss. n.19.*
119 Mev. *cit prox. loco ad J. Lubec.* Si secus, juratur contra ipsum in litem. Farinac. *d. loco n.4.* Menoch. *d. l. n.16. & 17.* Cravett. *Cons.88 n.6. & Cons.134. per tot.* Marq. *de J. merc. L.3. c.9. n.39.* Quinimo *Annus, Dies, &*
120 *Mensis* ex veriori requiruntur sententia. Alex. *in Cons.70. L.1. Coll.3. & Cons.77. coll.2. V.6.* Hippol. de Marsyl. *Sing.429.* Cravett. *de Antiq. temp. Sect.4.*

Sect.4.n.45. Strach. *de Merc.P.2.n.61.* Rol. à Vall. *Conf.92.n.14.* Rota Genuens. *Dec.173.n.13.* Baldus *in Rubr. C. de fid. Instr. n.70.seqq.* Hahn. ad Wes. *tit. de fid. Instr. n.6.* Lauterb. *Concl. Forens. Ex.47. concl.17.* Trentac. *Variar. Resol. L.2. Res.7. n.28.* Carpz. *P.1. C.17. Def.35.n.7. ibiq; alleg. jungatur* Masc. *de prob. Concl.977. n.66.* Stryk. *in Diss. de semipl prob. c.4.n.44.* Nec sine ratione hoc constitutum cernitur, appositione dierum, men- 121
sium & annorum, rationes claras efficiente, omissione contra illorum easdem obscuras ac inextricabiles reddditura. Scacc. *Jud. L.2. c.11. n.281.* Strach. *de Merc. P.2. n.17. & 61.* Marq. *de J. Mart. L.3. c.9. n.37.* Rota Genuens. *Dec.173. n.13.* Et quanquam ob *L. In summa* § 4. *de Aqua & aqua* 122
pluvia arcend. L.6 §.2. ff. quemadm. testam. aperiantur L.34. §.1. ff. de pign. & Hypoth. Rosen. *de Libr. Merc. d.l. cum ibi alleg.* contrarium statuminari 123
posse autumet, fateatur tamen *d. l. n.33.* ipse necesse est, sententiam nostram esse *practicam*, adeoque priori præferendam. Ad *L. vero 34. de pignor.* in qua dicitur: Instrumentum privatum fidem facere, & debitum 124
probare, etiamsi in ea dies, quo fuit confectum, appositus non sit, quam & communem esse sententiam testatur Alexand. *Conf.70. n.5. L.1.* 125
taleque statutum extare referat Scacc. *de Jud. L.2.c.1.n.284.* respondet dictus Scacc. *d. l.* intelligendam sc. esse de probatione, quam facit scriptura privata sine die & consule confecta, contra scribentem: Nostræ 126
sententiæ adstipulatur *L.1. §. rationes ff. de Edend.* in qua, ad libros rationum Argentariorum requiritur appositio diei, & Consulis; quamquam, ne hæc Lex sententiæ contrariæ obstet Patronis, Rosen. *d. tract. c.6. n.22.* pro meliori intellectu hujus Legis, distinguat, inter libros rationum, ab habente officium publicum confectos, uti erat liber Argentariorum, *L.9. §.2 ff. de Edend.* & inter libros pro arbitrio & voluntate scribentis confectos, ut sunt libri, quos quisque sibi privatim conficit, v. g. Mercatorum, inque priori specie expressionem diei & consulis ob proxime alleg. LL. duntaxat necessariam judicet; Certum 127
nihilominus permanere, ultimoque etiam in casu id omnino requiri, sicque valide arg. *L.1. ff. de Edendo* statui posse autumo, & Rationes Mercatorum nostri temporis die & consule debere esse munitas, cum 128
eadem hic adsit ratio, quæ aderat in Libris Argentariorum, sc. ut eo melius, de ipsorum rationibus constare possit, quæ sine certi anni & diei additione, intricatæ essent, ac implicitæ.

Illud autem facile concedo, omissionem temporis non vitiare 129
librum, si ex ea nõ resultet partitarum, in libro descriptarum incertitudo,

do, nec emergat aliqua ambiguitas, deque tempore implicite constet,
130 v.g. Si Mercator Pannorum in libro Mercatili annotasset, Titium præterito Anno 1697. nigri panni ob luctum Uxoris suæ 50. ulnas pro hoc vel illo ab ipso accepisse pretio, *die & mense omissis*, nil vitii inde contra-
131 heret liber, *licet dies & mensis omissus sit*, cum nihilominus de facili tempus contractus celebrati inveniri possit, ex tempore mortuæ emptoris Uxoris. At vero si in dato exemplo annus plane omissus esset, nec luctus facta mentio, neque aliunde probare posset, Titium ob luctum uxoris amissæ, tot ulnas ab ipso emisse, solitum pluries singulis annis ab ipso emere, vix per annotationem, sine anno, die & mense factam, aliquid probaretur, cum obscurum hoc casu exiturum sit, an præterlapsis, an vero hoc anno emptio pannorum facta sit, & annon pretium solutionis jam tum præstitum. vid. Covarruv. *Pr. Quæst. c. 20. n. 1. vers. 4.* Munnoz. ab Escob. *de Ratioc. c. 10. n. 57.* Gail. *de Cred. c. 2. tit. 3. n. 169.* Rosen. *de Libr. Merc. c. 6. n. 24.*

132 Addunt hisce Ddrum quidam, Librum Mercatoris, si effectu probationis gaudere velit Propria Mercatoris Manu debere esse conscriptum, per text. *in L. General. C. de non num.* pec. Rol. à Vall. *V. 3. C. 91. n. 6.* Alex. *Cons. 106. n. 2 V. 2.* Baldus *Cons. 278. Vol. 3.* Men. *de A. J. Q. L. 2.*
134 *C. 1. Cas. 92. n. 8.* Traite des Changes *c. 1.* Gail. *1. Obs. 20. n. 3.* Finckelth. *Obs. 79 n 15.* manu Institoris neutiquam sufficiente, nisi id speciali locorum praxi doceatur receptum, Mæv. *ad Jus Lub. L. 5. t. 6. art 4. n. 23.* Cum
135 enim ratio fundamentalis praxeos Mercatilis (qua Mercatorum Scriptis fides aliqua non denegatur) à fide Mercatoris dependeat, alterius, quam qui Mercaturam, cujus intuitu creditum inscriptum contractum est, exercet, manus hic sufficere non videtur, intitulatura libri, non *institoris, sed principalis* nomen præ se ferente.

136 Sed vero contraria sententia & juri & rationib⁹ est conformior, inq; praxi receptior. Abbas *in c. 2. n. 13 de fid. Instrum.* Cravett. *de Antiq. Temp. P. 1. sect. vidimus & abunde n. 21.* Ludov. *Concl. 29. vers. tertio decimo requiritur* Carpz. *P. 1. C. 17. Def 35. n. 8. & 9. & L. 3. t. 6. R. 58. & tit. 14. a. 5. n. 8.* qui de praxi testatur Saxonica Lauterb. *Concl. Forens. Ex. 47. Concl. 17.* Ma-
137 rant. *P. 6. n. 23.* Viv. *Dec. 145.* Nicol. de Pass. *L. 4. Q. 1.* Excell. Stryk. *de semipl. prob. c. 4. n. 46.* Illustr. Dn Lincker. *de semipl. prob. th. 4.* Rosen. *d. tract. c. 6. n. 8.* Conf. Br. *ad L. 9. de Edend.* & Hartm. Pist. *Obs. 86. n. 15.* Nec suis hoc assertum destituitur rationibus vid. Hahn. ad Wes. *tit. ff. de fid. Inst. n. 6.* cum, quod quis per alium facit, ipse fecisse reputandus sit *L. qui*

per

per alium ff. de R. I. & utique ille videatur scribere, cujus scri- 138
bitur nomine, præsertim cum omne, quod in libro Mercatoris, licet manu institoris confecto, reperitur scriptum, ejus mandato, consensu & voluntate, modo penes ipsum existat præsumatur scriptum, nisi contrarium probetur *L. Census ff. de prob. arg. Auth. Ad* 139
hæc C. de fide Instrum. L. fin. ff. de Arbitr. Tutel. Baldus *in Rubr. C. de Fide Instrum. vers. sed hic quæro* Alex. *Consil.* 147. *n* 9. *L.* 2. Dec. *in c.* 3. *de Prob. n.* 2. Strach. *de Mercat P.* 2. *n.* 65. Menoch. *de Præs. L.* 2. *Præs.* 57. *n.* 2. *& L.* 3.
Præs. 62. *n.* 6. Nec obstat à dissentientibus alleg. *Lex Generaliter C. de* 140
non Num. Pec. cum ex illa quod intendunt, minime probari possit. vid. 141
Carpzov. *P.* 1. *C* 17. *def.* 35 *n.* 9. *& tit.* 14. *art.* 5. *§.* 8. *n.* 59. *& L.* 3. *tit.* 6. *Resp.* 58. *n.* 14.

Et hæc sunt requisita illa, quibus Mercatorum debet esse stipatus liber, probationis effectu potiturus, quibus alii super addunt adhuc, ut inscripta summa sit Modica. Verum confundi hic remur non confunda. Sicuti enim facile largimur, ad id, ut Mercatori suppletorium 142
deferri juramentum possit, utique requiri, ut summa libro Mercatorio inscripta non sit *magna sed modica*, daß die Schuld so in dem Handels-Buch aufgezeichnet sich auf ein hohes nicht belauffe Klock. 2. *Cons.* 73. *n.* 10. ibique alleg. Mascard. Menoch. Marant. Joseph. Ludow. & Gail. *quibus addi potest* Illustris Lincker *in Diss. de Semiplen. Prob. c.* 2. *th.* 4. Ita nega- 143
mus, librum Mercatorum *semiplene* nō aliter probare, quam si modicam contineat summam. Nec valebit ratio ratiocinandi: Liber Mercatorius in *non modicis* non probat ad effectum deferendi juramentum suppletorium, E. etiam in magna summa non probat semiplane: Cum 144
in arduis causis, etiam Civilibus, quibus debitum magnæ summæ annumeratur, Marsyll. *in P.* 2. *§ expedita n.* 6. Stryck. *de semipl probat. c.* 5. *§.* 7. *n.* 39. cesset juramenti suppletorii delatio, utut *semiplene* probatæ sint. *L.* 3. *C. de Jurej.* Mynsing. *Cent.* 1. *Obs.* 68. *n.* 4. Pruckman. *Vol.* 1. *Cons* 10. *n.* 88. Menoch. *L.* 2. *de A. J. Qu. Cent.* 2. *Cas.* 190. *n.* 17. Lincker. *in Diss. de semipl. prob. c* 3. *th.* 2. & Stryk. *in ead. diss. c.* 5. §. 7. *n.* 31. Quænam vero sit 145
magna summa id judicis arbitrio recte determinandum committitur. Illustr. Dn. Lincker. *d. Diss. c.* 3. *th.* 1.

Sed diceres; Hisce positis, plane omnis omnino effectus cessabit 146
semiplenæ probationis, factæ per libros Mercatorum *in debitis magni momenti*. R. Minime ejusmodi libro ex eo, quod ipsi denegetur effectus juramenti suppletorii, omnem plane adimi effectum semiplenæ

probationis, adhuc in illo conspicuum, quod defectus plenæ probationis, per unicum testem, inscriptam libro Mercatorio summam etiam non modicam comprobantem, suppleri possit.

147 Coronidis loco illud adhuc notari meretur, neutiquam adeo stricte inhærendum esse judici jam dictis requisitis, forsan putanti, omnia ac singula necessario concurrere debere, uno eoque minimo forsan deficiente, omnem fidem libro Mercatoris denegandam esse. *Mev. ad Jus Lubec. L.5. t.6. a 4. n.29.* cum sufficiat, pleraque, & illa adesse

148 requisita, ex quibus probabiliter colligi potest, scripturæ nil fraudis subesse. Ruland. *de Commiss. L.5. t.13. n.11. Mev. ad Jus Lub. sæpe cit. loco.*

CAPUT III.

De

Ipsa Probatione, quæ fit per Libros Mercatorios, deque modo, & tempore probandi.

SUMMARIA.

Conspectum totius Capitis Tertii *sistit* *1. seq.*

Libri Mercatorii *de* Jure Civili, *seu privata scriptura*, pro scribente & producente *ne quidem* semiplene *probant* 3

Ejus rationes enarrantur *4. seqq.*

De Jure *vero* Moderno in Foro mercatili *habent probandi efficaciam etiam* pro scribente 8

Ejus Rationes videsis *9. seqq.*

Exceptio est in illis locis, in quibus hæc Praxis Mercatilis *non est recepta.* *16. seq.*

Qualiter praxis hæc probari debeat, de eo agitur remissive 18

Non probat tamen indistincte liber Mercatorius ubiq; eodem semper effectu, sed pro diversa circumstantiarum, loci, & quantitatis ratione, modo Plene, *modo* Semiplene 20

Notatur (1) *illorum sententia, qui librum Mercatorium tunc* plene *probare autumant, quando inscripta dependent à nuda scribentis voluntate.* 23

Ratio notationis subjicitur. *22. seqq.*

Nec

Nec non (2) *illorum, qui statuere sustinent, Librum Mercatorium* pro scribente & *hoc* plene *probare casu, quo præsumptio ex illo orta, aliis adminiculis suffulta, veritatis conjecturam inducit.* 25

Rationem videsis 28 *seqq.*

Pariter & (3) *rejicitur sententia* plene probandi *efficaciam tunc Mercatorum Libris etiam* pro scribente *tribuentium, quando* plura *continent capita, quorum* quædam jam antea vera sunt deprehensa. 18

Ratio hujus traditur 29 *seq.*

Exceptionem videsis 32

Liber mercatorius tum plene *probat, si hoc* speciali loci statuto, *vel* consuetudine *sit introductum.* 33

Ratio subjicitur 34

Utrum Statutum, plenam fidem *Mercatorum libris tribuens, validum sit, quæritur* 35

Negativæ *Patronos & rat. recenset* 36

Affirmativæ *vero, quam & nos amplectimur, subscribentes, illarumque rationes exhibet* 37. *cum seqq.*

Non probat Liber Mercatorius plene, *si illo scriptus loco, ubi tale statutum ignoratur, in illo à scribente pro se producatur judicio, ubi talismodi viget statutum.* 42

Limitationem videsis 43

Contra plene probat *istiusmodi Liber, inibi locorum scriptus, ubi tale valet statutum, licet in alio producatur judicio, ejuscemodi observantiæ ignaro* 44

Ratio hujus subjicitur 45. *seqq.*

Scriptura in aliquo loco facta, privilegium illius loci ubique retinet 46

An Liber Mercatorius etiam tum plene probet, quando extraneus *eundem in loco statuti scriptum, contra* Civem illius loci pro se *producere velit? Vide* 47

Negantium *rationem exhibet* 49

Distinguentium *vero sententiam & rationem recenset* 50. *seq.*

Cui & nos accedimus 51

Non probat Liber Mercatorius, si Mercator scribens non sit fide dignus, etiamsi statutum ceteroquin plenam *scribentium libris* fidem *tribuat.* 52

Ratio subjicitur 53

In dubio *statutum istiusmodi* ad minutas summas *est restringendum* 57

Contrarium tuentes vide 56

Quænam sit minuta summa, *id determinandum rectius Judicis prudentis relinquitur arbitrio.* 58. *seqq.*

Limitatio subjicitur, nisi jam certo locali Statuto sit determinata 60

Exempla ejus videsis 61

Plures *autem* minutæ Summæ *non debent coarcervari ad* plenam probationem *excludendam* 62

Admittit Liber Mercatorius tamen hoc casu probationem in contrarium, quo plenam *vi statui specialis hic judici* fidem *facit.* 63. *seq.*

Deficiente præfato statuto, vel speciali loci consuetudine, Liber Mercatorius probat Tantum Semiplene. 66

Regulariter probant Libri Mercatorii pro scribente *duntaxat* semiplene. 67

Non vero pro tertio contra tertium. 69. *seq.*

Rationes videsis. 70. *seqq.*

Probatio per Libros Mercatoris fieri debet (1) post Litis contestationem, (2) usque ad conclusionem (3) intra terminum tamen probatorium, *à Judice præfixum.* 76. *seqq.*

Rationes prioris *videsis* 77 *seqq.*

Quando dicatur in causa conclusum, exponit. 81

Ratio secundi *datur* 82

Judex probationem per librum Mercatorum adhuc injungere potest post causæ conclusionem 83

Ratio subjicitur 84

Ad objectionem motam 85

Respondetur 86

Terminus probatorius est peremptorius 88

Post cujus lapsum Librum mercatilem producturus, non auditur. 89

Etiamsi adversa pars nondum contumaciam ejus accusaverit 90

Rationem videsis 91

Ante ejus ergo lapsum, probationem expedire non valens, ejus rogare tenetur prorogationem 92

Quam Judex, ubi justum adest petentis impedimentum, non facile denegabit 93

Debet autem fieri probatio per librum Mercatorum, (1) pertinenter, (2) *clare,* & (3) concludenter 95. *seqq.*

Obscure *facta, contra producentem interpretatur.* 97

Nec sufficit eandem fieri per extractum non viso libro Originali *Mercatorio* 99. *seq.*

Rationes ejus videsis 100. *seq.*

Sufficit tamen partem Codicis illam edidisse, quæ creditum continet 108. *seq.*

Nisi de qualitate libri mercatorii sit judicandum. 111

In

In quo loco edi debeat? de eo vide 119 seqq. *An reiterari debeat editio? videsis. 127. seqq.*
Cujusque periculo & sumptibus? exponit. 124. seqq. *Quibus recusans edere, compelli possit remediis? vide n. fin.*

LUstratis antecedaneo Capite requisitis, quibus liber Mercatoris 1
ad effectum probationis debet esse instructus, proximo nunc procedendum pede est ad IPSAM, quæ per libros Mercatorios expeditur, PROBATIONEM, circa quam An, & QUALITER probet 2
Liber Mercatorius visuri sumus, subjuncto MODO, & TEMPORE probandi.

De Jure Civili quidem expeditum est, probandi eundem *pro producente* destitui efficacia *arg. L. 5. 6. 7. C. De Prob. L. Nuda ratio 29. ff.* 3
De Donat. Surdus *Dec. 312. n. 2.* Bursat. *L. 4. Cons. 455. n. 11.* Baldus *in L. Admon. ff. De Jurej. in repet. fol. 177. n. 10.* Jason. *in d. L. n. 111. & 120. ibique* Caccialup. *n. 61.* Fr. Curt. *n. 107. ff. De Jurej.* Mascard. *De Probat. Concl. 977. n. 1.* Mev. *ad Jus. Lubec. P. 5. tit. 6. a. 4. n. 2.* Lauterb. *Concl. Pract. Ex. 47. n. 17.* Est enim privata scriptura, quæ *pro scribente* parum, vel 4
nihil probat, foretque exemplo perniciosum, illi credi scripturæ, qua unusquisque sibi annotatione propria vel debitorem constituere, vel à debiti nexu se liberare potest, uti eleganter loquitur Imperator in *L. 7. C. De Probat. Junct. L. 5. & 6. d. t.* Nemine in propria causa 5 6
vel viva voce, *L. 10. C. De Test.* vel scriptura privata validum sibi testimonium perhibere valente, Carpz. *P. 1. C. 17. Def. 34.* præeunteque Imperatore *in L. fin. De Conven. fisc. debitor.* ab iniquitatis censura se non 7
liberaturo, qui sub propria annotationis manu sibi debitorem, quem velit, constituere intendit.

At vero, non attenta hac juris Civilis dispositione, Generalis 8
Germaniæ Praxis, hodie Mercatorum libris probandi credita, ipsis inscripta, Mercaturam concernentia, HUJUS FAVORE certam tribuere non dubitavit efficaciam, idque ex seqq. potissimum rationibus. Quod æquitati parum convenire visum fuerit, nullam tri- 9
buere velle fidem scripturæ illorum, qui emptorum, ceterorumque debitorum, paratam non semper pecuniam habentium, fidem secuti, illis *sine Chirographo* credere coguntur, quorum libri, si in dubium 10
vocarentur, facile labefactaretur virorum honestorum, & bonæ existima-

stima-

ſtimationis fides, faciliusque ipſum Civile perturbaretur commercium, & à negotiis multi cum ſummo Reip. damno deſiſterent Mercato-
11 res. Vid. Hahn ad W. *ad tit. ff de fid. Inſtr n.* 16. Peretz *ad Cod. tit. De fid. Inſtr. n.* 4. Finck. *Obſ.* 79. *n.* 1. *Bach.* ad Treutl. *V.* 2. *Diſp.* 4. *th.* 2. *L B. in fin.* Carpz. *P.* 1. *C* 17. *Def.* 35. *n.* 6. & *L.* 3. *t.* 6. *Reſp.* 58. *n.* 6. *ſeqq.* Roſe . *De Libr. Merc. c.* 8. *n.* 18. &
12 *c.* 6. *n.* 40. Accedit, quod in cauſis Mercatorum deciſiones ſumantur *ex æquo & bono*, cum multa in jure, contra ſtrictam rationem, *pro uti-*
13 *litate Communi* recepta ſint, *L.* 51. §. 12. *ff. ad L. Aquil.* omniaque *bona fide* judicentur, nec de apicibus juris diſputare conveniat, arg. *L.* 29. § 4. *ff. Mand. L.* 4. *ff C. Si contra utilit. Publ.* Rota *Dec.* 153. *n.* 8. Lath. *de Cenſu L.* 3. *c.* 12. *n.* 65. Hartm. Piſtor. *Obſ.* 180. *n.* 11. Bartol. *in L.* 29. §. *quædam ff. Mand. & in L. Quintus Mutius ff. Eod.* Salicet & Alex. *in L. Placuit C De Judic.* Gail. 1. *Obſ.* 20. *n.* 5. Faber *in L. Codic. L.* 8. *tit.* 27. *Def.* 3. *n.* 2. Weſemb. *P.* 1. *C.* 10. *n.* 40. Carpz. *P.* 1. *C.* 17. *def* 35. *n.* 3. *Vid.* Finckelth *Obſ.*
14 79. *n.* 2. ad quem alias rationes videndi cupidum, brevitatis ſtudio
15 remitto: Hancque Praxin Mercatilem, in pleriſque Germaniæ locis receptam eſſe, teſtantur Menoch. *A J. Q. Caſ.* 91. Strach. *De Merc. P.* 2. *n.* 69. Græv. *in Concluſ. Pract. Concl.* 20. *n* 2. Hering. *De Fidej. c.* 20. §. 1. *n.* 17. Carpz. *P.* 1. *C.* 17. *Def.* 35. Gail. 1. *Obſ.* 20. *n.* 2. Mæv. *P.* 1. *D.* 241. Ruland. *De Commiſſ. P.* 2. *L.* 5. *c.* 13. *n.* 9. Lauterb. *in Concl. Forenſ. Ex.* 47.
16 *Concl.* 17. Non obſtante, quod *in nonnullis locis* hæc Mercatilis conſuetudo nen obtineat, in quibus, Mercatore ad illam provocante, ſed eandem probare non valente, tamdiu pro juris Civilis obſervantia
17 ſtabit præſumptio, donec & inibi hanc generalem praxin Mercatilem receptam eſſe, liquido fuerit probatum. Mev. *ad Jus Lubec. L.* 5. *tit.* 6.
18 *a.* 4. *n* 6. Roſen. *De Libr. Merc. c.* 12. *n.* 37. *ibique alleg.* Turrett. *Conſ.* 47. *n.* 7. qui, qualiter ipſa probari debeat, eleganter ibi ſubnectit Conſ. Brunnem. *Conſ.* 46. *n.* 5.

19 Nec vero quis opinetur, non attenta crediti quantitate, *indiſtincte, ubique* Libros Mercatoris, & *eodem ſemper effectu* probare, notandum hic utique eſt, pro diverſa circumſtantiarum ac quantitatis ratione, Libros Mercatorum alibi *plene*, alibi *ſemiplene* duntaxat pro-
20 bare. Ita Ddres communiter (1) *plene* probare librum Mercatorium
21 tum ſtatuunt, ſi inſcripta dependeant à *nuda* ſcribentis *voluntate*, inque *alios* non tendant præjudicium Jaſon *in L. Admonend.* 31. *n* 111. *in repet. verſ. fallit.* 1. *n.* 121. *inpr. ff. de Jurej.* Felin. *inc. Scripta* 2. *X. de Fide Inſtrum.*

ſtrum. n. 22. *ſeqq.* Beuſt. *ind. L. Admonend. n.* 1014. Morla *in Comp. J. tit. de R. C. Q.* 37. *n.* 7. Trentacinq. *Var. Reſol. L.* 2. *Reſ.* 7. *n.* 12. Bart. in *auth. ſi contractus C. de Fide Inſtrum.* & in L. *Admonendi* 31. *ff. de Jurej. num.* 26. Lanfr. *de Orian. d. L. Admonendi num.* 42. Ummius *in Diſſ. ad proceſſ. Judic.* 17. *n.* 19. Marant. *in Spec. Aureo* P. 6. *art.* 6. *poſt n.* 23. Caccialup. *ind L. admonendi n.* 71. Berlich. P. 1. C. 36. *n.* 40. Maſcard. *de Probat. Concl.* 677. *n.* 72. At vero huic concluſioni ſubſcribere non poſſum, cum caſum concipere nequeam, quo in, libro Mercatorio inſcripta credita, Mercaturam concernentia, (utpote quo ſolo caſu *per ſupra c.* 2. *not.* libris Mercatoriis probandi in praxi tribuitur efficacia) *in alios* non tendant *præjudicium*, & à *ſola* ſcribentis dependeat *voluntate*, certus, ſine utriusque contrahentis voluntate, creditum contrahi non poſſe, ſemperque, quoties de probando contra debitorem agitur credito, *de aliis* utique agi *præjudicio*. 22 23 24

Neque (2.) ire poſſum in DDrum ſententiam, afferentium, Libros Mercatoris tum *plenè* probare, ſi præſumtio ex illis orta, *aliis adminiculis ſit ſuffulta, multæque conjecturæ, concurrant* pro *inſcriptorum veritate* haud parum facientes. Bart. *in L. Admonendi* 31. *ff. de Iurejurand. n.* 27. ibique Jaſon. Paul. de Caſtro *in L. Rationes C. de Fid. Inſtrum.* Anthon. de But. & Felinus *in Carpz X. de Fid. inſtrum.* Boër. *Dec.* 105. Caſtr. *in d. L. Rationes C. de Fid inſtr.* Soc. *Conſ.* 161. *Vol.* 3. & *Conſ.* 187. *n.* 16. *Vol.* 2. Gvido Papa. *Quæſt.* 441. Gabriel. *lib.* 1. *Concl.* 67. Paris *Conſ.* 104. *n.* 76. *ſeqq. Vol.* Capella Tholoſan. *Quæſt.* 496. Surdus *Dec.* 199. *n.* 11. Maſcard. *De Prob. Concl.* 977. *n.* 8. Ut ut enim non negaverim, *debitum* hoc caſu *plenè* probari, plenæ probationis tamen effectum *non minus Libro mercatorio per ſe* tribuere hoc caſu poſſum, *quã unico teſti* ſi in aſſerto ſuo *conteſtem* habeat, quia utroq; caſu plenæ probationis efficacia, *non à ſolo Libro mercatorio*, aut *unico illo teſte*, ſed *junctim à libro mercatorio*, & *aliis concurrentibus conjecturis*, ad ſemiplenam probationem aſcendentibus, itidemq; à *duorum teſtium fide* dependet. Et hoc caſu in genere dicere liceret, ſemper libros mercatorios, debitis requiſitis inſtructos, *plene* probare, ſi alia illis accedat ſemiplena probatio. 25 26 27

Pariter nec (3.) cum illis facere poſſum JCtis, qui mercatoris librum tunc *plene* probare aſſerunt, quando *plura* continent *capita*, quorum quædam *antea jam ſunt inventa vera*, Jaſon. *in L. Admonendi* 31. *ff. De Iurej. in repetit. n.* 128. *in med. verſ.* 510. *principaliter limita* Paulus de Caſtro *Conſ. n.* 138. *coll.* 1. *in fin. libr.* 1. Angel. Arett. *in §. actiones n.* 45. *v.* 13. *quæro I. De Act.* Corn. *Conſ.* 81. *Coll.* 1. *Vol.* 4. Schrader. in *d. L. Admon. n.* 268. 28 29

n. 268. *p.* 291. *verſ.* 3. Berlich. *Concl.* 36. *n.* 43. Maſcard. *De Prob. Concl.*
30 977. *num.* 75. Nam, ſicuti *in genere* ad librum mercatorium deſidera-
tur, ipſum *nulla falſitatis laborare præſumptione*, & mercatorem, cujus
is eſt liber, *vera eidem inſcribere eſſe ſolitum*, *per ſupra dicta c.* 2. ita ex hoc
ſolo, quod unum, alterumve capitulum, libro producentis mercato-
rio inſcriptum, verum fuerit deprehenſum, *non* alia *nova* eidem ac-
31 cedit *qualitas*, quamquam *in genere* omnes mercatorum libri ad effe-
32 ctum ſemiplenæ probationis habere debent, cum uno alterove in-
ſcriptorum falſo deprehenſo, non retineat liber mercatoris ſemiple-
næ probationis effectum, ſed omnem prorſus amittat probandi effi-
caciam. Unde niſi *ſpeciali loci conſuetudine* aut *ſtatuto* aliud ſit rece-
ptum, hanc practicam, licet eandem, ex propria confeſſione *no-
vam*, cum Grammat. *Conſ. Civil. n.* 58. aliisque tantopere commen-
det, Maſcardus. *De Probat. Vol.* 3. *Concl.* 977. *n.* 75. & ab ea *in praxi* haud
recedendum eſſe ſuadeat idem Maſcard. d. l. ob novitatem ſuam meri-
to ſuſpectam habeo. Conferatur Ummius *in diſſ. de Proceſſ. judic. p.* 710.
33 In eo vero me facile conformo (4.) Ddbus, ſtatuentibus, Li-
bros Mercatorios *plene* probare, ſi *plena probationis efficacia ſpeciali loco-*
34 *rum ſtatuto aut à conſuetudine ipſis tributa ſit*, publica magiſtratus autho-
ritate in probationis negotio omne punctum faciente. Roland. *Conſ.*
92. *n.* 5. *Lib.* 3. Boër. *Dec.* 105. *probe fin.* Bero *Conſ.* 87. *n.* 54. *Lib.* 3. Covar-
ruvias *Pract. Quaſt. c.* 22. Vivius *Commun. Opin.* 309. Burſatus, *Conſ.* 82.
n. 7. *Lib.* Jaſon. *in L. Admonendi* 31. *lect.* 1. *ff. De Jurej. n.* 81. *& in repetit. n.* 1.
20. Joſephus Ludov. *Concl.* 29. *n.* Surdus *Dec.* 312. *n.* 2. Salic. *in L. Exem-
plo C. De Prob.* Baldus. *in L. Cunctos populos.* 16. *C. De Summa Trinit. & Fi-
d. cathol. & in L. Comparationes Coll.* 3. *C. De Fid. inſtr. in Quadam* §. *Num-
mularios ff. De Edend. ibique* Caſtrenſ. *n.* 3. Alexand. *in d. L. Quadam De
Edend. n.* 1. *ibique* Jaſon. *n.* 2. *Felin. in cap.* 2. *n.* 16. *X. De fid. inſtrum.* Lanfr.
in d. L. Admonendi 31. *De Jurej. n.* 12. Beuſt. *in d. L.* 10. Berlich. *P.* 1. *Concl.*
36. *n.* 1. Wurmſ. *libr.* 1. *Obſ. tit.* 17. *Obſ.* 3. *t.* 1. *n.* 2. Maſcard. *De Probat. Concl.*
977. *n.* 16 Rutger. Ruland. *De Commiſſ. P.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. *n.* 8. Gail. 2. *obſ.* 20.
35 *n.* 6. Et quamquam non deſint, qui ſtatutum, plenam libris mer-
catorum probandi dans efficaciam, non valere, nulli dubitent ſta-
tuere, vid. Julius Ferret. *De Re Naval.* aliique apud Rutger Ruland.
Tract. de Commiſſ. P. 2. *Lib.* 5. *c.* 9. *n.* 7. alleg. junct. Ummio *in Diſſ. ad Proc.
Jud.* 17. *n.* 19 aſſerente *ſe cum neſciat an defendi poſſit ſententia, quaſi ſtatuto
aut conſuetudine libris, præſertim Mercatorum, plena fides fieri poſſint, malle*
ſimpli-

simpliciter dicere quod plenæ fidei adstruendæ nunquam sufficere possit, omni ratione forsan non destituti, istiusmodi statuto, quod *privato instrumento* non minus ac *publico plenam* assignet *fidem*, ceu juri, & legibus 36
contrario, minime valituro: Contraria tamen magis arridet sententia, communi DD calculo comprobata, inque foro receptior; Scilicet 37
statutum quo libris mercatorum *plene probandi* facultas attributa est, omnino esse validum. Soc. *Conf.* 240. *in pr. Vol.* 2. Surd. *Dec* 317. *num.* 2. Gail 2. *O.* 20. *n.* 6. Mev. *P.* 1. *D.* 241. *num.* 2. & 3. Covarruv. *P.* 2. *Q.* 22. *n.* 8. Gravett. *De Antiq. temp. P.* 4. *n.* 84. Pacian. *De Probat. lib. c.* 56. *n.* 27. Menoch *De A. J. Q. lib.* 2 *c.* 92. *n. n.* 60. *seqq.* Vivius *Comm. Opin.* 309. Rutger. Ruland. *De Commissar. P.* 2. *lib.* 5. *c.* 9. 1. *seqq.* Lauterb. *in Diss. De Jure in foro Mercat. &c. usit. th.* 238. Mev. *ad Jus Lub. Lib* 5. *tit* 6 *a.* 4. *n.* 4. Nec desunt huic theoricæ suæ rationes. Nam sicuti 38
falsum est, statuto legijurique scripto derogari non posse, *per L. in toto* 60. *ff. de R. J. ibique* Dd. Statutis circa septenarium testium numerum, 39
aliasque testandi solennitates, non parum immutantibus, valore suo utique gavisuris, licet *Juri Civ.* adversentur. Ita inde 40
nil quicquam decedit valori statuti, contra communem praxin mercatilem, ipsiusque Juris Civilis dispositionem, *plenam*, certo in casu, libris mercatoriis *fidem* tribuentis, licet *Juris Civilis parum conveniat regulis*. aut *à communi etiam Praxi Mercatili recedat*. Ut taceam, eadem 41
concludendi facilitate, & ex eodem medio termino, contra negantes propitio asseri licere jure, nec illud statutum vel consuetudinem valere, quæ libris mercatoriis *semiplene* probandi tribuit efficaciam, cum & hæc Praxis communibus Juris Civilis adversetur regulis.

Minime vero *plene* probat Liber Mercatorius, si *alio* scriptus *loco*, 42
quam ubi tale statutum viget, ad probandum debitum *in illo* produceretur *judicio*, quod consuetudinem talem recepit. Joh. Baptist. de St. Sever. *in* L. *Omnes populi n.* 164. *ff. de J. & J.* Jason. *in L. Cunctos populos n.* 23. *in lect.* 1 *de Summa Trinit.* Stracha *in Tract. Quomod. in caus. merc. &c. n.* 42. Gravett. *d. Tr. P.* 1. *S.* 4. *limita n.* 10. Mascard. *de Probat. Concl.* 977. *n.* 17. Trentacinq. *Var. Resol. lib.* 2. *Res.* 7. *n.* 23. Mev. *ad J. Lub. P.* 5. *tit.* 6. *art.* 4. *n.* 5. Rosen. *de Lib. mercat. C.* 12. *n.* 33. *ibique alleg.* Nicolaus de Passerib. *de Script. Priv. Lib.* 4. *q.* 21. *n.* 22. Nisi illud statutum, quo Li- 43
bris plena tributa est fides, simul caveat, *hoc etiam in libris, alibi locorum scriptis, procedere debere*; Prout de consuetudine Senensi testatur

apud Trentacinq. *Var. Resol. Lib. 2. Res. 7. n. 23. alleg.* Corn. *Cons. 519. n. 15. vers. Ita etiam videtur, Vol. 3.* Benè vero liber confectus *in territorio*
45 *statuentium*, libris mercatorum plenam fidem habendam esse, ad plenæ probationis effectum produci potest, *in alio loco*, & extra territorium, tale quid statuentium: Johan. Andreas apud Specul. *in tit. de Instrument. edit.* §. *Nunc dicendum in Additione magna circa fin.* Jason. *in Cap. 2. X. de Fid. instr. & L. Cunctos populos lect. 1. n 33. C. de Summa Trinit.* Baldus *in d. Cap. de fid. instrum & in L. Exemplo C. de Probat. & in L. Exemplo C. de Probat. & in L. Si non speciale. C. de Test.* Cravetta *de Antiq. temp. P. 1. §. 4. limita. n. 6. & 11.* Caccialup *in L. Admonendi 31. ff. de Iurej. n. 73. seqq.* Trentacinq. *Var. Resol. Libr. 2. Res. 7. num. 23.* Stracha *Quomod. in Caus. mercat. n. 31.* Mascard. *de Prob. Concl. 977. n. 20. & 21. ibique* plena manu alleg. Ddres. Addatur Mev. ad *Ius Lub. P. 5. tit. 6 a. 4. num. 5.* Rosn. *de*
45 *Libr. mercat. C. 12. n. 24. ibique longa serie alleg.* Nam extraneus, cum Mercatore, in loco ubi Mercatoris fides tacitè à populo est approbata, contrahens, censetur se conformasse consuetudini loci, in quo contractus est factus, & per consequens tenetur stare ipsius libro,
46 sive agatur ibi, sive in alio loco, in quo non extat talis consuetudo. Rosner. *de Libr. Mercat. cit prox. loc.* Scriptura facta in aliquo loco, privilegium illius loci ubique servante. Vid. Baldum *in L. Si non special. C. De Testam.* add. Decius *in Cap. 1. n. 36. X. de Prob.* Felinus *in Cap. cum delecti n. 24. de Fid. instrum.*

Et hæc vera sunt, si mercator illius loci, ubi tale statutum obtinet, librum suum contra extraneum, secum contrahentem, producere velit. Sed, quid, si *extraneus* inscripta libro suo mercatorio in
47 illo loco, ubi tale viget statutum & observantia, producere velit *contra civem ejusdem loci secum contrahentem*, an & tunc plene probabit?
48 Negat id Felin. *in cap. Cum dicti n. 24. De Fid. instr.* ex hac ratione, quod statutum duntaxat stringat ejus loci mercatores, qui ibi cives sunt.
49 Sed disting. Johan. Baptist. Sever. *in Repetit L. Cunctos populos sub n. 164.*
50 *& in Repet. L. Admonen. n. 63.* An *extraneus* in albo seu *matricula mercatorum illius loci sit descriptus, an non?* & *priori casu* ejus libro *fidem habendam esse plenam, posteriori* vero casu *neutiquam* ad plenæ probationis efficaciam produci posse, statuit: d. l. vid. Strach. *Quomod in Caus. mercat. n. 31. in fin. & 32.* jung. Mascard. *De Probat. Concl. 977. n. 23.* Cui &
51 ego accedo sententiæ, eo, quod privilegium *certi loci civibus* tributum

tum, ad *alios*, *non Cives* extendi, ſtricta privilegium interpretandi ratio haut permittat.

Hactenus vero dicta limitationem recipiunt in mercatore, non 52
fide digno. Unde talem conſuetudinem, quæ indiſtinctè omnium mercatorum libris, ad plene probandum ipſorum libris inſcriptum creditum, omnimodam vult haberi fidem, ceu *irrationabilem*, valore deſtitui, aſſerere haud ambigo. Non deſutura inde alios decipe- 53
re ſolitis, commoda fallendi, & defraudandi occaſione, *vid. L. convenire ff. De pact. Dot* Baldus *in L. un. De Confeſſis* Abbas *in cap. bonæ illat. 2. X. De poſtuland. prælat. in fin.* Jaſon. *in d. L. Admonendi n.* 122. & *L. Quædam* §. *Nummularios n. 5. ff. De Edend.* Alban. *Conſ.* 95. Trentacinq. *Var. Reſol. lib. 2. Reſ. 7. n.* 24. Maſcard. *De prob. Concl.* 977. *n.* 26. *ibique alleg.* Stracha. 54
Quomod. in Cauſis mercat. n. 37. Optime ergo hic Judici conſiderandæ veniunt, probitas & integritas mercatorum, ut omnium opinione pro integris habeantur viris, una cum cauſæ qualitate & debiti quantitate, uti ex Baldo, Marſilio *Sing* 458. *Andr. Gail. lib.* 2. *Obſ.* 20. *n.* 7. annotavit, Maſcard. *De prob. Concl.* 977. *n.* 27. *Conf.* Stracha. *ſupra cit. Tract. n.* 38.

Hinc, An tale Statutum *indiſtincte* tam de *non minutis*, quam *minu-* 55
tis ſit exaudiendum *ſummis*, appoſite quæritur? Et licet Baldus *in L.* 56
un. Coll. 4. C. De Confeſſ. librum mercatoris etiam *plene probare* in *magna ſumma*, aſſerat, dummodo non adſit *ſuſpicio*, ac *magnum* adverſarii verſetur *præjudicium*. Communior tamen, Jurisque rationi conformior 57
eſt opinio, *in dubio* tale ſtatutum, tanquam *exorbitans*, *jurique communi contrarium*, ad *ſummas minutas* eſſe reſtringendum. Hering. *De Fidejuſſ. lib.* 20. *n.* 71. Gravetta *de Antiquitat. tempor. n.* 89. Tiraquel ex Baldo. *in L un. verſ. Quid ergo eſt. C. De Confeſſ.* Weſenbec. *Conſ.* 36. *Tom.* 1. *n.* 43. Nicolaus *de Paſſeribus De ſcript. privat. L. 3. Q.* 3. Quænam vero ſit *mi-* 58
nuta ſumma non conſtans eſt Ddrum opinio? Et licet *minuta* ſumma, *in L. 9. in fin. & ſeqq. ff. De Dolo malo* ad *duos aureos* reſtringatur, tutius tamen eſt *arbitrio judicis id relinquere*, præſertim, cum leve, & grave dicatur, 59
ſecundum qualitatem perſonarum, *DD. in L. ſed etſi ſuſceperit* §. *ſi Libertus ff. de Iudic.* Dummodo ſtatuta *ad certam ſummam* ſe non reſtringant, qualia ſtatuta refert. d. Roſen. *De Libr. Merc. c.* 12 *n.* 22. & Lau- 60
terb. *De Iure in Curia Mercat. Uſitat. th.* 291. ex quibus adduxiſſe ſufficiet *Ius Statutarium Patrium*, ex cujus tenore *minuta ſumma* illa dicitur, 61
quæ non exſuperat 30. *Marcas*, ad quam usque ſummam *plene probant*.

61 Ius Statut patr. *L.* 5. *t.* 6. *n.* 4. & Hamburgenſe P. 1. *t.* 30. *n.* 61. Daß die Schuld nicht übermäßig: Non debent vero hoc caſu *plures minutæ ſummæ coacervari* ad probationem hancce excludendam Maranth *P.* 4. *ut.*
61 *judex Merc. n.* 97. Lauterb. *in Diſſ De jure in foro Mercat. th.* 293. Roſen. *d. l. n.* 23.

De eo vero non ſine ratione dubitari poterat: Utrum Liber Mer-
63 catorius *probationem admittat in contrarium*, illo in caſu, quo locali ipſi ſtatuto *plene probandi* tribuitur efficacia? Et aliis id negantibus, vid.
64 Alex. *in L.* 1. §. *Si, de abſens n.* 7 *ff. ſi ex Noxal. Cauſ.* Vivius *Dec.* 445 *n.* 3. Scacc. *Commerc.* §. 2. *gl.* 5. *ſub. n.* 448. *fol.* 397. & §. 7. *gloſſ.* 5. *n.* 6. *fol.* 462.
65 aliis vero diſtinguentibus, verior nobis videtur ſententia, *indiſtincte* probationem in contrarium admittentium, idque ex ſolida hac ratione, quod nec *inſtrumentum publicum*, quod tamen plene probat, *nec teſtes idonei*, qui pariter judici plenam faciunt fidem, probationem in contrarium excludant. *L.* 18. *C. de Prob. L.* 15. *C. de Fid. Inſtrum.* Vid. Roſen. *d. tract. C.* 12. *n.* 113. *ibique alleg.* DDres.

66 Præter hanc plene probandi efficaciam, quam libri Mercatorum per hactenus dicta, ex ſpeciali duntaxat locorum conſequuntur ſtatuto, iſtiusmodi ſtatuto deficiente, regulariter Mercatiles libri, ex generali Fori Mercatilis praxi non niſi SEMIPLENE probant. Felin. *in c.* 2. *n.* 21. *X. de fid. Inſtr.* Hering. *de Fidej. c.* 20. §. 1. Rutg. Ruland. *de*
67 *Commiſſ. P.* 2. *L.* 5. *C.* 13. *n.* 9. Stryk. *in Diſſ. de Semipl. Prob. c.* 4. §. 5. *n.* 8. aliique *in Præfat. n.* 10. & *in hoc capite* paſſim *allegg.* DDres, Cujus ſemiplenæ probationis effectibus ad Caput ſequens rejectis, ad illam ac-
68 cedimus, non minus utilem, ac quotidianam quæſtionem: An ſc. ſicuti libri Mercatorii *pro ipſo producente* probant *Semiplene*, ita etiam *pro Tertio contra Tertium* eodem admittantur probandi effectu? Sanè, ſi quæ alia, certe hæc, variis animi motibus inter DDres agitata eſt
69 quæſtio, *affirmantibus* aliis, aliis *negantibus*; Equidem perpenſis, quousque ingenio pervenire licuit, rationibus utriusque ſententiæ, calculum meum adjicere negativæ cum Martha *Deciſ.* 1. *c.* 9. Alexand. *Conſ.* 36. *L.* 5. Cravett. *de Antiq. tempor. P.* 6. *primæ Partis pr. n.* 71. Stryk. *in Diſſ. de Semipl. Prob. c.* 4. *n.* 49. aliisque non ambigo, ſequentibus motus rationibus: (1) Quia ſtatutum ſ. conſuetudo hæc mercatilis, quâ
70 probandi efficacia libris tribuitur Mercatoriis, ceu juris Civilis correctoria, & ab illo exorbitans, non aliam, quam ſtrictam admittit interpretationem. *arg. L.* 32. *in fin. C. de Appell. DD. in auth. quas actiones C. de SSctis Eccleſ.* Regn. Sixtin. 1. *Conſ. Marpurg.* 10. *n.* 33. jung. *omnino*

c. quæ

t. quæ à Jure de R. J. in 6to Alciat. *Resp. 8. L. 9. n. 32. Modest.* Pistor. *Cons. 9. n. 15. V. 2.* Corn. *Cons. 195 n. 16. V. 1. & Cons. 22. n* 4. *Vol. 3. Cons.* & Baldus *in L. Si quis &c. C. de Episc. & Cler.* Joh Andr. *in C. 1. X. de Tempor. Ordin. Corn. Cons 88. n. 4. VI* non admittenda hic præsumptione illius, quod ex- 71
presse statuto ejusmodi cautum non est, consuetudine terminos re- 72
ceptionis non egressura. (:) Quia actus *unius*, in præjudiciũ *tertij* ejus, 73
nil operari potest, cujus consensu gestus est nullo, *L. 72. de R. J.* quod utique eveniret si contraria admitteretur sententia. Hinc recte in- 74
fertur, contractum *inter alios* initum, non probari libro mercatorio illius, quocum negotium gestum non est.

Lustrata ita probatione ipsa, ad *Secundum* hujus capitis *Membrum* 75
progredimur, Ipsum sc. probandi Tempus, quod consideratur vel tanquam Terminus à Quo, vel Tanquam Terminus Ad Quem (sc. probatio fieri debet per libros Mercatiles.)

Ad Illum quod attinet, certi & expediti juris est, eundem curre- 76
re à tempore litis contestatæ. *c. 1. & tot. tit. ut lite contest.* Etenim, cum probatio nil aliud sit, quam actus legitimus, quo judici fides fit de re controversa, deque illo quod adversarius negavit, secundo exinde fluit amne, *ante litem contestatam*, in causa principali minime probationem esse interponendam: Neutiquam enim antea constare potest ju- 77
dici, an, & quantum de actione, in judicium deducta, deque credito, ejusque summa negaturus sit reus, cum, illo forsan, vel nihil, vel saltem quædam negante, actor vel plane nulla, vel negatorum duntaxat probatione onerari debeat. Vid. Lauterb. *in Comp ff. ad tit. de Probat.* ibique Excell. Dn. Præs. *in not. jung.* Excell. Dn. Stryk. *in Introd. ad Prax. Forens. C. 17. § 1.*

Nec diversi quid à cæteris probationibus, in probatione per li- 78
bros Mercatiles facienda, ratione Termini Ad Quem introductum cernitur. Nam, uti *regulariter* alias unaquæque probatio adducenda est ante conclusionem in causa Lauterb. *cit. prox. loco*, ita & hæc nostra, quæ per libros Mercatorios expeditur probatio, intra eundem fieri de- 79
bet terminum, cum, quod de genere prædicatur, de qualibet generis specie prædicetur, necesse sit. Menoch *Consil. 266. n. 69.* Bach. *L 1. de Pign. C. 5. n. fin.* Cardin. Tusch. *T. 4 lit. G. Concl. 40. n 17.*

Minime ergo, *cum post causæ conclusionẽ*, (quæ tunc intervenisse di- 80
citur, ubi vel ipsæ partes submiserunt ad sententiam, vel ipsis conclu- 81
dere recusantibus, Judex ex officio, si sufficientes dilationes partibus

dederit, causam pro conclusa acceptavit) novæ probationes haud admittantur, *c 9. X. de fide Instrum.* Nov. 90. c. 4. Brunn. *in Proc. civ. c. 29. n 9.* Stryk. *in Introd. ad Pr. Forens. 21.* § 5. actori integrum erit, creditum, à
82 debitore negatum, per productionem Libri sui Mercatilis probare, facta jam per conclusionem in causa, omnium allegationum &
83 probationum renunciatione. Quin vero Judex post conclusionem in causa, illa ob publicam utilitatem rescissa, actori adhuc,
84 ut librum suum producat, concedere possit, omni plane caret du-
85 bio, cum ipsi nunquam concludatur Gail. 1. *obs. 107. n. 5.* Stryk. *d. tract. & capit.* §. 5. Mev. *P. 3. Dec. 185.* Lauterb. *in Comp. ff. tit. de Prob.* ibique Excell. Dn. Præses *in Not.* Nec obstat, quod causæ conclusio, mediante judicis sententia facta, retractari minime queat. Resp. enim est: Sententiam illam, qua partibus conclusio causæ à Judice injungitur,
86 mere duntaxat esse interlocutoriam, quæ à judice utique retractari potest. Vid. Scacc. *de Judic. c. 12. n. 28 & seqq.* Cravett. *Cons. 144 n. 4. & cons. 114. n 4.* Gail. *d. supra loco.* Brunn. *Proc. Civ. c. 26. n. 10.*

Caveat sibi itaque Mercator, libro suo mercatili creditum, ipsi
87 inscriptum, probaturus, ne terminus huncce generalem probatorium,
88 aut specialiter à Judice constitutum, (qui pro diversitate Judiciorum variat, & peremptorius est. *L. 1. C. de Dilat.* Carpz. *P. 1. C. 16. def. 1.* Lauterb. *sæpius cit. loco.* (in tantum, ut nec post ejus lapsum instrumentum producturus amplius audiatur: Carpz *tit. 13. art. 1. n. 135.* Stryk. *in In-*
89 *trod. ad Prax. Forens. c. 17.* §. 6.) præterlabi patiatur, nisi librum suum nulla prorsus probandi efficacia gaudere, omnique plane jure suo cadere velit, parum vel nihil ipsi profutura regestione, suam à Reo legiti-
90 me haud accusatam fuisse contumaciam, cum non tam propter hanc,
91 quam propter vim termini, quæ per Legem ipsi fuit indita, fiat exclusio. Scrader. *Sect. 8. n. 16. de Feud.* Mev. *P. 7. Dec. 36.* vid. Recess. *Imper. de Anno* 1654. §. 97. Carpz. *P. 1 C. 16. Def. 1.* Stryk. *in Introd. ad Prax. Forens. c. 17.* §. 9. Excell. Dn. Præs. *in not. ad* Lauterb. *tit. de Prob.*

92 Id circo utilis est, illique, cui probatio est injuncta probe observanda cautela, ut, si videat, se intra terminum probatorium, à Judice præfixum, commode probationem expedire haud posse, prorogationem petat termini, vid. Carpz. *A. 1. tit. 13. n. 141. & seq.* & Stryk. *d. l.* §. 6.
93 quæ ipsi à Judice, si justas impedimenti causas allegare valeat, minime denegari potest. Lauterb. *ad d. tit.* ibique Excell. Dn. Præses *in not.*

Observato *tempore*, intra quod liber Mercatorius, ad probationem
94 judi-

judici exinde faciendam produci debet, restat, ut de Modo per libros Mercatorios probandi paucis adhuc agamus. Circa quem 95
notandum est (1) Quod probatio per libros Mercatiles facienda debeat esse Pertinens, i. e. ut in tali libero producatur causa, in qua ipsi probandi facultas est concessa v.g. ut producatur ad probandum contractum intuitu Mercaturæ initum *Conf. hic Requisita Libr. Mercat. c.2. n.56.* (2) Quod debeat esse Clara, *L.6.ff. de probat.* Gail.*2. Obs.13 n.5.* 96
Lauterb. *ad tit. de Prob. in Compend.* cum *obscure* facta probatio contra producentem interpretetur. Gail.2. *Obs.12.n.11.* Struv. *ad tit. ff. de Prob. th.10.* Lauterb. *d. l.* (3) Quod debeat esse Concludens. Baldus *in L 21.* 97
C. de probat. n.1. Schurf. *Cent.1. Cons.52 n.8.* Wesenb. *Cons 13.n.74.* Brunn. 98
in proc. Civ. c 18. n.8. de quibus, cum Judici omnium optime, ex productione & editione Libri Mercatilis constare possit, non inutiliter hic excutienda venit quæstio:

Utrum sufficiat *Extractum ex Libro Mercatorio* edidisse, an vero ipsum 99
librum *Originalem* in judicium producere teneatur? Et puto ad co- 100
gnoscendam *inscriptionis veritatem*, illamque *probandam* haud suffice- 101
re, ipsum produxisse *extractum*, cum (1) extractum, saltem sit *referens*, *referens* vero sine *relato* nec consistere, nec alicujus rei fidem facere possit *L.2.ff. de Fide Instrum. c 1. X. Eod.* Cephal. *Consil.200. n.7.* Mev. *ad* 102
Jus Lub. L.5. t.6. a.3. & (2) juri communi conveniat, exempla, seu copias instrumentorum nihil probare. *auth. Si quis in aliquo C. de Edend.* Unde recte infert Mev. *alleg. loco n.4.* non sufficere Judici ad fe- 103
rendam sententiam, exhibitum esse *Exemplum* ejus, quod sine *originali* productum, suspicionem obreptionis parit. Nevizan. *Cons.37.n.28.* Coler. *de proc. Execut. P.3 c.1. n.48. & 49. per Legem Si quis obrepserit 29. ad L. Cornel. de fals.* Accedit (3) quod Mercatoris fides duntaxat *in scri-* 104
ptura originali Libri Mercatorii sit approbata. Scacc. *de Jud. L.2. c.11. n.593.* Ut taceam (4) ex producto extracto *de qualitate libri Mercatorii* (Unde 105
tamen non minima inscriptorum dependet fides) constare non posse, quam ipsa ocularis inspectio libri originalis. Judicem demum doce- 106
bit. Et ita in terminis docet Rosen. *supr. alleg. tract. C.10. n.31.* Marq. *de J. Merc. L.3. C.9. n.45.* idque in specie Jure Patrio ita constitutum est per 107
art.3. L.5 tit.6. ibi: Man mag mit Copeyen nach unserm Recht nichts beweisen/ wenn sie auch ausschrirt/ und unterschrieben/ sie werden dann mit dem Originali gestärcket. Conf. Marquard. *dicto loco* ibique *allegat.* 108
Mevius.

Sed

Sed num Mercatorio probaturus libro *totum Codicem*, an vero sal-
tem *particulam* ejus, *creditum* concernentem, edere teneatur, non incon-
109 grue quæritur? Posterius per *L. Argent.* 10. §. 1. *ff. de Edend. c.* 5. *X. de fid.*
Instrum. indistincte asserunt Rutg. Ruland. *de Commiss. L.* 5. *P.* . *c.* 32. *n.* 1.
seqq. per tot. & c. 36 *n.* 1 *seqq. Dan. Moll. ad Const. Sax. P.* 1. *C.* 17. *n.* 10. *Jas. in Rubr.*
ff. de Novi operi nunciat. n. 8. *& in L.* 1. § 3. *ff. de Edend. n.* 2. *vers. In contrarium*
videtur &c. Mynsing. *ad c. contingit* 4. *X. de fide Instrum. n.* 6. *seqq.* Barr. *in*
Rubr. ff. de Novi oper. Nunc. n. 7. *vers. ad contrarium &c. & in L.* 24. *ff. de LL.*
vers. non obstat. &c. & in L. fin. de præc. Imper. Offer. n. 1. *seqq.* Felin. *in C* 1.
X. de Prob. n. 29. *seq. Gail.* 1. *O.* 106. *n.* 10. ubi de Cameræ testatur praxi.
Strach. *de Merc. P.* 2. *n* 40. Brunnem. *ad L.* 10. *ff. de Edend. n.* 3. ubi tamen
110 *n.* 4. subjicit, Judicis arbitrio committendum, an totum instrumentum
sit edendum. Berlich. P. 1. *C.* 43. *n.* 24. Rosen. *de Libro Merc. c.* 9. *n* 14. *ibi,*
nulla urget necessitas, ut editio fiat de toto libro, continente plures rationes, sed suf-
ficit si tota ratio seu illa pagina, in qua res controversa continetur, exhibeatur, Conf.
n. 15. *dict. tract. d. Cap. ubi hæc assertio æquitati consentanea prædicatur, & n.* 16.
111 *ubi ex* Lauterb. *in Diss. de Jure in Foro Mercat. &c. alleg. præjudicium.* Ego
vero, quod pace ipsorum dixerim, *indistincte* hic procedendum haud
112 esse autumo. Licebit E distinguere: An Liber Mercatoris debeat
Judici produci ad effectū *semiplenæ inde eliciendæ probationis*, An vero *ut co-*
113 *gnoscere possit, an in forma probante sit conscriptus, debitisq; requisitis munitus.* Prio-
114 ri casu utiq; superius allegata procedit sententia, cum nec judicis, nec
115 partis amplius intersit, quam videre illam partem rationum, quæ con-
tra se à producente allegatur. Posteriori vero casu utique totus liber
est edendus, ut judici inde liquere possit, an etiam ad probationem,
116 fortasse ob defectum quorundam requisitorum, admitti possit liber
117 Mercatorius: Hoc tamen casu Judici secreto ad suam informationem
Librum dare potest actor, vel reus, si forsan in eo reperiantur arcana
negotiationis, aut alia, quæ, cum extra hanc causam sint, scitu non ne-
cessaria, aut producenti nocitura sunt *arg. c.* 4. *X. de fid. Instr.* Paul. de
Castro *in L.* 1. § 2. *ff. de Edend. n* 8. Berlich. *P.* 1. *Concl* 43. *n.* 23.

118 Sed diceres: *Quo* Ergo *in loco* debet fieri editio, *& num sæpius potest*
119 *reiterari?* Quod Prius attinet, cum Rutg. Ruland. *de Commiss. L.* 5. *P.* 2.
c. 24. *n.* 32. *&* 33. Soc. *Cons.* 194. *n.* 4. *L.* 1. Dec. *in c.* 1. *n.* 65. *X. de prob.* Paul.
de Castr. *in L. Prætor ait §. sed est nunc* 2. *&* 3. *ff. Edend.* Card. Tusch.
Concl. 40. *n.* 11. *Lit. E.* Marq. *de J. Mercat. c.* 10. *L.* 3. *n.* 39. statuo, Merca-
torem fundamentum suæ actionis in libro suo Mercatorio ponentem,

eun-

eundem in *loco judicii*, ubi probatio facienda est, edere teneri. Quod si 120
non sine magnis sumptibus inibi fieri posset editio, licebit Judici mittere ad locum conscriptarum rationũ personas idoneas, quo libros videant & ipsi referant, Bartol. *in L. Prætor ait. §. fin. ff. de Edend.* vel *in sub-* 121
sidium juris implorare magistratus loci domicilii auxilium, ut sc. ipsos videat, & rescribat. Fulgos. *in d. L. Prætor. §. fin. ff. de Edend.* Marq. *de J. Merc. L. 3. c. 10. n. 26.* Editionem vero libri adversa parte urgente, neu- 122
tiquam ille, cujus libri Mercatorii desideratur editio, compelli poterit, ut ad alium locum libros suos transportet, aut alio in loco eosdem edat, quam *in loco Domicilii & Civitatis*, ubi degit, adeo ut contrarium hic pactum nil operari autument Jcti. vid. Tusch *d. Concl. 40. n. 12.* Lit. E. 123
Marquard. de J. Merc. *L 3. c. 10. n. 29.*

At vero cujus *periculo*, in casu, quo ad petentis instantiam pars 124
contraria non abnuit transportandos curare libros suos, transportatio libri Mercatorii, aut *sumptibus* fieri debet? & Resp. periculo, & sumpti- 125
bus petentis. *per express. L. Ait Prætor. 4. § 5. in fin. ff. de Edend. Conf. DD. in L. Argentarius d. tit. ibique* Bald. Hieron. Mag. *Decis. Lucens. 5. n* 12. & 13. Mev. *P 6. Dec. 111. n* 1. Ruland. de Commiss. *P. 2. L. 5. c. 14. n. 33.* Umm. *in Diss. ad Process. Judiciar. 17. n. 41. Conf. de hac materia* Rosen. *de Libr. Mercat. c 9. n. 1. seqq.* Cum regulariter actus ejus sit expediendus sum- 126
ptibus, in cujus ille tendit utilitatem.

Utrum vero semel facta editio, ad instantiam petentis reiterari 127
denuo debeat, non abs re quæritur? Distinguendum est: An nulla 128
extet probabilis reiterandi editionem causa, & tunc utique illa petenti deneganda est, cum editio instrumenti semel duntaxat sit facienda, *L. 6 §. fin ff. de Edend. L. semel C. de Apoch. publ. L. 10.* Soc. *Cons. 92. n. 1. Cons. 94.* 129
L 4. Dec. n. 4. Wes. *in Parat. ff. tit. de Edend.* Burs. *Cons. 224. n. 9.* Men. *de A. J. Q. L. 2. Cent. 3. Cas. 209. n. 37. ubi ampliat.* Marq. *de Jure Merc. L. 3. c. 10. n. 31.* Tyraq. *in L. Boves §. hoc sermone ff. de V. S. n. 139.* Pacian. de Probat. *L 1. c. 64. n. 79.* Berlich. *P. 1. Conclus. 45. n. 97.* An vero illa non absit, quo casu iterato editionis juste petentia non sine injustitia denegatur.

Quænam vero contra recusantem, injunctam debito loco facere editionem librorum Mercatoriorum, prodita sint remedia, de illo plenius consuli possunt Fachin. *L. 11. Contr. 90.* Pacian *1. de prob. 66.* Umm. *in Diss. ad Process. Judic. 17. n. 41. & 42.* Gail. 1. O. *143.* Mindan. 2. *de Proc. 47. seqq.* Wesenb. *in Paratit. n. fin. ff. de Edend. Conf.* Mynsing. *ad c. 1. n. 42. X. de Probat.*

CAPUT IV.

De

Effectibus Probationis, quæ expeditur per Librum Mercatilem.

SUMMARIA.

Ingressus 1

In omni Tractatione potissimum ad Effectum est respiciendum 2

Parum est jus nosse, si ejus ignoretur effectus 3

Illis in locis, quibus plene probandi efficacia libris tribuitur Mercatoriis, Effectus hujuscemodi probationis, prout vel Actor, vel Reus in Libris illis suæ intentionis ponit fundamentum, est sententia Judicis aut condemnatoria, aut absolutoria 5 seq.

Ratio subnectitur 7

Cessante istiusmodi statuto, vel, Consuetudine, in genere tenenda est Regula: Quicunque sunt Effectus Semiplenæ Probationis in genere, eosdem etiam esse Effectus Probationis, quæ fit per Libros Mercatorios. 8

Ratio Regulæ datur 9

Primus Effectus hujus Probationis est, quod Judex ejus defectum supplere possit per delationem juramenti, ab illo præstandi, qui productione Libri Mercatorij legaliter qualificati, intentionem suam semiplene, in Foro probavit. 10

Idque vel ad instantiam partis 11

Vel ex Officio 12

Ad dubia mota 13. seq.

Respondetur 15. seqq.

Clausula Salutaris libello adjici solita, etiam id operatur, ut Judex in non petitis impertire suum officium possit. 18

Quoties de Veritatis indagine agitur, Judici illorum nihil negligendum est, quod ad illam facere videtur 20 seq.

Sententia, quæ parte etiam non petente, Judici ex Officio tribuit facultatem deferendi juramentum suppletorium

torium illi, qui libro Mercatili suam semiplene probavit intentionem, in Foro Mercatili est recepta. 22
Nec non in Camera 23
Judice omittente hoc juramentum deferre, justum subnascitur illi, qui semiplene suam intentionem probavit, appellandi gravamen, licet hic ejus delationem non urserit 24
Si pars petat hoc sibi deferri juramentum, petere hoc debet ante causæ conclusionem 26
Rationem videsis 27. seq.
Si vero Judex idem ex officio deferat, eidem adhuc post causæ conclusionem locus est 29
Rationes subnectuntur 30. seq.
Lapso termino probatorio, adhuc audiendus est, qui se ad juramentum suppletorium admitti petit. 35
Ad dubium motum 36
Respondetur 37
Defertur probaturo per Librum Mercatorium, Juramentum suppletorium per sententiam vel Interlocutoriam, vel Definitivam 38. seqq.
Utriusque formula subjicitur 40. seq.
Ad jus citandus semper est hic, ad videndum deferri juramentum, contra quem jurandum est 43
Ratio additur 44. seq.
Juramentum hoc ex officio delatum nec referri 46
Nec recusari 47
Bene tamen à Judice certa ex causa retractari potest 48
Idque ob evitandum perjurium 49
Quando uterque litigantium, suam in Libro Mercatorio fundat intentionem, in quorum altero, ratione summæ debitæ notabilis deprehenditur differentia, tunc utroque, ad juramentum suppletorium provocante, illi hoc est deferendum, qui magis est qualificatus, 50
Exempla videsis 51
Quod si utrobique per omnia, extra summam debiti vel crediti, in libris Mercatoriis, & personis Mercatorum deprehendatur paritas, neutri ex veriori sententia deferendum est juramentum suppletorium, sed actore id, quod excedit concurrentem crediti quantitatem, aliter, quam productione Libri sui, Mercatorii probare non valente, reus ultra concurrentem utrobique summam, non est condemnandus, reo vero soluti quantitatem aliter, quam productione Libri sui non probante, residuum hic præstare actori debet. 52. seq.
Rationes subjiciuntur 57. seq.
Ubi ab utraque parte adsunt æquales probationes, ibi in effectu nil censetur probatum 58
In pari causa cessat juramentum suppletorium 59
Rei partes favorabiliores esse censentur quam Actoris 60
Reus excipiendo fit Actor. 61
Præjudicium subjicitur ex Brunnemanno, in debitore dationem in solutum

lutum, productione sui libri probare volente, Actore Librum itidem suum producente, qui in summa dati in solutum non respondebat rei Libro 62

Adductam pro hac decisione à Brunnemanno L.39. ff. de Pactis, *impertinenter adductam esse probatur.* 64. *seq.*

Solutio, & quæ ejus species est, datio in solutum, non præsumuntur, sed debent ab allegante probari 67. *seq.*

Effectus Secundus *Probationis, quæ fit per Librum mercatilem, est, quod Judex, præstito juramento Suppletorio, pro producente pronunciare debeat.* 71

An vero hæc sententia post lapsum decennij transeat in rem judicatam? & quamdiu adhuc possit retractari? videsis 72

Rationes nostræ sententiæ, quæ ad 30. *annos facultatem impugnandi sententiam, ex prævio juramento suppletorio latam, restringit, videsis.* 77. *seqq.*

Non vero contra istiusmodi sententiam auditur condemnatus, testes intra 30. *annos producturus* 80. *seq.*

Limitatio additur. 82

Utrum vero impugnari talis sententia debeat per remedium Nullitatis, an in Integrum Restitutionis *quæritur?* 83

Communior est sententia statuentium, ope restitutionis in integrum, talem retractandam esse sententiam. 84

Rationes illorum videsis 85. *seq.*

Verior tamen illorum est sententia, qui remediô nullitatis locum faciunt 87

Rationes videsis 88. *seqq.*

Huic & nos accedimus, ut praxi receptiori. 94

Ad loca obstantia respondetur. 95 *seq.*

In deferendo hoc juramento suppletorio Judici caute procedendum est, nec aliter illud admittere debet, quam si suos tres habeat comites. 97. *seqq.*

Rationes videsis 99. *seq.*

Mercator, contra cujus Librum, alius Mercator juramento suppletorio suo inscripta libro confirmavit, in alia *postea* causa, contra alium, *eundem, cum effectu semiplenæ probationis amplius producere non potest* 110

Rationes videsis. 111 *seqq.*

Tertius Effectus *Probationis, quæ fit per librum Mercatorium, est quod cum alia semiplena jungi possit ad plenæ probationis effectum.* 118

Ratio additur. 119

Ubi Mercator defectum plenæ probationis Unico adhuc testem vult probare, ibi opus non habet jurare in supplementum. 120

Rationes videsis 121 *seqq.*

Elegan-

ELeganter ſane Jctus Javolenus, *in L. 104. ff. De V. O.* in caſu, 1
quo ſervus pro libertate pecuniam pactus erat, obque eam rem Reum dederat, cum poſtea ſervus ab alio, quam ſuo manumitteretur Domino, reſpondit: Reum, i. e. Expromiſſorem nihilominus recte obligatum eſſe, ad præſtandum id, quod pro Libertate ſpoſponderat ſervi, rationem ſtatim ſubnectens: quia non quæritur, *à quo*, ſed ſolummodo *ut* manumittatur. Eſt hæc admodum nota- 2
bilis, & propemodum quotidie inter Practicos uſitata Lex, ex cujus mente, Famoſiſſima illa practica juris nata eſt regula. Unius cujuſcunque rei EFFECTUM, ſemper & principaliter eſſe conſiderandum. jung. *L. 1. C. De Alim. Præſt.* Conf. Surdus *Conſ. 380. n. 34.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. gloſſ* 45. §. 3. *n.* 4. Johan. Maria Navar. *Quæſt. Forenſ. L. 1. Quæſt. 9. n. 14.* Quam equidem animo ſubjiciens meo, expoſitis *in antecedaneo Capite*, *Ipſa Probatione* quæ fit per *Libros Mercatorios*, ejusque *Modo*, & *Tempore*, non abs re fore arbitratus 3
ſum, hoc *Ultimo Capite*, EFFECTUS PROBATIONIS, quæ fit per *libros Mercatorum*, paucis adhuc ſubjicere, cum parum ſit *jus* noſſe, ſi *effectus* ejus, in quo omnis juris virtus conſiſtit, ignoretur.

Cum autem ex præcedaneo capite fuſius dictis, ſatis conſtet, libros Mercatorios, pro diverſitate ſtatutorum, ac quantitatis ratio- 4
ne, modo *pleniori*, modo minus *pleno* gaudere *effectu*, alibique inſcripta *plene*, alibi & *regulariter*, non niſi *ſemiplene* probare, non poteſt inde *ortus effectus* ſemper eſſe uniformis, quin potius *illo in caſu*, quo 5
ſpeciali locorum conſuetudine, vel ſtatuto plenæ probationis efficacia libris tribuitur mercatoriis, hujus probationis effectus eſſe noſcitur, *ſententia* vel *condemnatoria* vel *abſolutoria*, prout ſc. vel actor vel reus, ſuam inde intentionem, ejusque fundamentum plene proba- 6
vit; Non enim aliæ ſunt judicis partes, quam *actore* ſuam intentio- 7
nem *plene* probante, *reum* condemnare, *reoque actoris* intentionem *plene* elidente, *hunc* definitive abſolvere.

At vero licet hic effectus, ceſſante ejusmodi ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine, libris *regulariter* Mercatoriis, tribui nequeat, ut ſc. 8
Judici liceat ſtatim ad condemnatoriam, vel abſolutoriam properare ſententiam, quam præcipitare potius dicitur, ubi negotium nondum *plene*, ſed ſaltem *ſemiplene* probatum eſt, non tamen omnibus

prorsus, quæ per libros Mercatorios hodie fit probatio, destituitur
9 in foro effectibus, quin potius in genere hic asserere licet, *QUICUNQUE SUNT EFFECTUS SEMIPLENÆ PROBATIONIS IN GENERE, EODEM ETIAM IN SPECIE ESSE EFFECTUS PROBATIONIS, QUÆ FIT PER LIBROS MERCATORIOS.* Cum regulariter per dicta capit: præced. Liber Mercatorius, rite qualificatus, eidem in scripta tantum semiplene probet. De hisce E. effectibus potissimum hoc capite finali solliciti erimus.

10 Quos inter *principe* recte refertur *loco*, quod inscriptis libro Mercatorio, per judicialem ejus productionem semiplene probatis, plenæ probationis defectum supplere possit judex per juramentum suppletorium. Beust. *in L. Admonend.* 31. *ff. De Jurej n.* 178. Baldus *in L.* 1 *C. Qui & adversus &c. n.* 5. Mynf. *Cent* 2 *Obs. 68. n.* 6. Jason. *n. d. L.* 31. *ff. De Jurej. in med. vers. Tertio facit & in Repet ejusd. L. n.* 314. Menoch. *De A. J. Q. Cent.* 2. *Cas.* 190. *n.* 20. *seqq.* Coler. *De Processʃ. Exec. P.* 1. *c.* 10. *n.* 140. *post pr. & n.* 142. *seqq.* Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. *n.* 16. & 34. Brunnem. *Process. Civil. c.* 18 *n.* 16. Pruckman. *V.* 1. *C* 10. *n.* 51. Christinæus *V.* 3. *Dec.* 1. *n.* 3. Stryk. *in Diss. De Semipl. Prob. c.* 5 *n.* 3. Lyncker. *in Differt. De Semipl. Prob. c.* 4 *th.* 1. intentionem suam *semiplene* probantibus per productionem Libri Mercatorii Carpz. *P.* 1. *Const.* 23. *Def.* 6. & *in Proc. tit.* 12. *a.* 2. *n.* 36. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. *n.* 16. Bachov. *V.* 1. *Disp.* 21. *th.* 19. *Lit. C. in fin.* Lauterb. *in Compend. ff. ad tit. de Jurej. pag. m.* 168. & *in Colleg. Theor. Pract. d. t. th.* 76. vel ad instantiam partis Gail. 1. *Obs.* 108. *n.* 3. Beust ad *L.* 31. *ff.*
11 *De Jurej. pag.* 185. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. *n.* 36. Lauterb. *in Comp. ad tit. De Jurej. pag.* 185. & *in Colleg. Theor. Pract. th.* 23. Fachin. *L.* 1. *Contr. capit.* 16.
12 vel ex officio à judice deferendum. *arg. L.* 31. *ff. De Jurej.* Quod *ulti-*
13 *mum* quamquam alicui dubium videri possit ex eo, quod Judex in illis, quæ ad privatum alicujus spectant commodum, officium suum, non imploratus, haud impetratur. *per L.* 4. §. 8. *ff. De damno infect.*
14 cumque jura vigilantibus sint scripta non negligentibus *L. Pupill. ff.*
15 *quæ in fraud. Credit. L. Qui autem §. sciendum ff. Eod.* sibi imputare habeat, qui in processu, post didicita testificata, sici deferri juramen-
16 tum non curaverit: Bartol. in *L. Admonend.* 31 *ff. De Jurej. n.* 60. Jason. *ibid. n.* 316. Certum tamen est (1) *d. L.* 4. regulam ad illos duntaxat pertinere casus, in quibus nulla actio mota est, neutiquam vero ad
17 illos, extendi posse, ubi ad petitionem partis, Judex suo defungitur officio.

officio. Imprimis, ubi clausulæ salutari, libello adjici solitæ, *De
Jure & justitia petentibus largissime administranda*, ipsa Judicis imploratio 18
in esse credatur, quippe cujus virtute pars judicem interpellasse cen-
setur, ut etiam, in non petitis à parte implorante, suum officium
legitime impertiatur; Jason. *in* §. *omnium* 47. *J. De Act. Angel. Ibid. n.* 7. 19
Panormit. *in c. cum dilecti n.* 52. *De Ordin. Cognit.* Jason. *in L. naturaliter* §.
nihil commune n. 191. *ff. De Acq. Possess.* Natta. *Cons.* 532. *n.* 32. *V.* 4. Ut
ita haud dici possit, partem non invigilasse suo juri. *Conf. omnino Ex-
cell. Dn. Præses in not. ad Lauterb. tit. De Edend.* Accedit, quod & di- 20
cta L. 4. Regula fallat, cum de veritatis indagine est quæstio, ubi Ju- 21
dici nil negligendum est, quod ad illam conducit. *L. Judices C. Judic.
c. Judicantem L.* 30. *Q.* 5. *C. cum causam X. De Testibus* Stryk. *de semipl. Pro-
bat. c.* 5. *n.* 6. Et hæc sententia uti de Jure verior per *superius alleg. Leges*
Lyncker. *in Diss. De semipl. Prob c.* 4. *th.* 5. ita eam in praxi receptam es-
se, varie *testantur DD. Conf.* Abb. Panormit. *in c. fin.* §. *sane actor X. De Ju-* 22
rej. n. 15. Alexand. *Cons.* 53. *n.* 5. *Vol.* 1. Francisc. Curt. *in L.* 38. *ff. De Re Ju-
dic. n.* 75. Salicet. *in L. in bon. Fid. C. De R. Cred. & Jurej. num.* 29. Lantr. *in
L. Admonend.* 31. *ff. De Jurej. n.* 68. *seqq.* Fachin. *Controvers. Jur. L.* 1. *c.* 16.
Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. *n.* 44. Gail. 1. *Obs.* 108. *n.* 5. Qui in specie de pra- 24
xi Cameræ testatur. Dicta adeo extendunt DD. ut summa Juris ne-
cessitate judicem adstringant ad deferendum ex officio juramentum
necessarium, illi, cui deferendum censet, in tantum, ut si hoc omi-
serit, ab ejus sententia appellari possit. Carpz. *P.* 1. *C.* 23. *Def.* 2. *& De
Process. tit.* 12. *a.* 2. *n.* 16. Lyncker. *in Diss. De semipl. Probat. c.* 4. *th.* 5. Stryk.
de semiplena probatione c. 5 *n.* 5. Lauterb. *in Compend. ff. ad tit. De Jurej. &
in Colleg. Theor. Pract. d. Thes.* 78. Conf. Mynsing. *Cent.* 1. *Obs.* 39. *ubi hoc
præjudicio confirmat.*

Quo TEMPORE vero hoc juramentum suppletorium à Judice
deferendum sit, non inutilis hic est disquisitionis? Equidem distin- 25
guendum esse censeo. An *pars petat* delationem juramenti, an vero
idem *ex officio* deferat *judex*? *Priori in casu* ex communiori DDrum sen- 26
tentia *post conclusionem in causa* amplius à Judice exigere nequit pars, ut
sibi juramentum suppletorium deferatur; Quia Juramen-
tum necessarium (cujus species est suppletorium), est proba- 27
tionis species, sed facta utrinque conclusione, probationi-
bus omnibus renunciatum, & partibus os clausum est. *DD.* 28
in

in cap. Joannes & *C. dilecti X. De fide Instrum.* Felin. *ibid. n. 5.* Hippolit *in* Pract. Crimin. §. *sequens n. 14. seqq. Conf.* Bartol *in L. Admonend. 31. ff. De Jurej. n. 60.* Baldus *in L. bonæ fid. 3. C. De Reb. Cred & jurej. & in L. 12. C Eod. n. 9. vers. nuncquid post dicta &c. n. 3. & seqq.* Iason. *in Repet L. Admonend. De Jurej. n.* 318. *in pr.* Menoch. *De A. J. Q. L. 2. Cent. . Cas. 464. n. 29* Gail. *1. Obs 108 n. 1 seqq.* Beust. *ad L. Admonend. ff. De Iurej. n. 60. seqq.* ubi ita consuetudine observari testatur. Addatur Lyncker. *in Diss. De sempl. Probat. c. 4. th. 6.*

Posteriori vero *casu*, etiam post *causæ conclusionem*, à Iudice *ex officio*,
29 juramentum hocce deferri posse arbitror, in hanc mecum sententiam euntibus Bocero *Class. 6. Dec. 18. Th. 77.* Lauterbach. *in Compend. ff. ad tit. de Iurej. pag.* 186. *& in Colleg. Theor. Pract. ad dict. 1. t. th. 73.* Gail. 1. *Obs.*
30 *108.* Berlich P. *1. Concl. 35. n. 57. ibique multo numero alleg. DDbus.* Etenim, cum judex cuncta rimari, & pro habenda, aut eruenda veritate, modis omnibus laborare debeat, *c. 11. C. 36. quæst. 5. c. cum causam X. De*
31 *Testibus L. Iudices C. De Iudic.* Gail. 1. *Obs. 108. n. 5.* & ante conclusionem, non dum finito processu, ipsi constare adhuc nequeat, an opus sit, ut in supplementum semiplenæ probationis, deferatur juramentum necessarium, insuperque in causa Iudici nunquam concludatur, *vid.*
32 *cap. 10. X. De fide Instrum.* Iason. *in d. L. Admonend. n. 60.* Baldus *in L 2. n. 2. ff. De Iurej.* Felin. *in capit. dilecti X. De fide instrum. n. 3* & ita quoti-
33 die in Camera observari, ex Alexand. *in L. 4. §. hoc autem Iudicium n. 14. & 18. seqq. De damno infecto* referat. Gailius 1. *Obs. 107.* ubi dicit. *Iura prohibentia post conclusionem fieri probationes, intelligenda sunt, quoad partem, minime vero quoad Iudicem, sed potius, æquitate postulante, quandocunque partem in jure interrogare ipsi licet. L. 21. ff. De Interrog. in jure faciend.* Hujusmodi juramenti delationi, post causæ conclusionem à
34 Iudice ex officio faciendæ, utique locus erit, necessario hoc juramento, ad eruendam veritatem maximopere facturo.

An vero hac facta semiplena probatione per productionem li-
35 bri Mercatorii, legitime qualificati, si actori per interlocutoriam sententiam injungatur, die angegebene Schuld binnen 4. Wochen besser als bisher geschehen zu beweisen/lapso termino hocce probatorio,
36 adhuc petere possit actor, ad juramentum se admitti suppletoriũ? inde
37 dubitari poterat, quod terminus probatorius sit peremptorius: Sed verius est, audiendam adhuc esse partem, sibi deferri juramentum peten-

tentem, dispositione illa generali juris, non nisi de ordinariis probationibus intelligenda, Vid. Lyncker in *Diss. De semipl prob. c.* 4. *th.* 7. cujus 38
juramentum necessarium non est species, sed potius ab onere pro- 39
bandi relevatio. *L. 3 De C. Jurej.* Defertur vero hocce juramentum, vel per Interlocutoriam, Merkeltag ad Klok. *Conf.* 58. Carpz. *tit.* 12 *a.* 2. *n.* 44.
& 72. v. g Würde Kläger die in actis libellirte / und in sein Handels- 40
Buch / Einhalts des daraus gezogenen Extracti, verzeignete Schuld der 100. Reichsthl. durch den Erfüllungs-Eid verificiren / und also sein Kauff-
manns-Buch in supplementum beschweren / einige alsdann ferner / was 41
Recht wäre / vel etiam per definitivam, cujus formulam videre est in sententia *supr. c.* 2. aliamque suppeditat Carpz. *P.* 1. *C.* 23. *def* 1. & Lyncker *sæp. alleg. Differt. c.* 4. *th.* 11. Vbi notandum, partem adversam ad au- 42
diendum deferri juramentum necessarium, semper ad citandam esse, 43
secus vero nil agi; Quia causæ requiritur cognitio, *L.* 3. *C. De Jurej.* quæ 44
parte altera absente, commode fieri non potest. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. 45
s. 64. Gail. 1. *Obs.* 108. *n.* 8. & Lyncker *d. Diss. th.* 8.

Illud vero extra omnem dubietatis aleam positum esse adopi- 46
nor, licet hoc juramentum neque referri, *c fin. X. De Jurei.* Bach. *V.* 1. *D.* 21 *th.* 10 *lit. D.* Carpz. *tit.* 12. *a.* 2. *n.* 86. *Vinn.* 1. *quæst.* 43. Lauterbach. *ad tit. De Jurei. ibique* Excell. Dn. Præses *in notis ubi rationem videsis*. Conf. 47
Hopp. ad §. 11. *th. de act.* neque recusari à parte, cui delatum est, possit, nisi quis causa cadere velit. Carpz. *tit.* 12. *a.* 2. *n.* 88. vid. tamen Excell. Dn. Præs. *in not. ad Lauterb. verb. non Recusari potest.* & Excell. Dn. Stryck. in *Diss. De Semiplena probatione c.* 5. §. 5. *n.* 11. *seqq.* ex justa tamen causa à 48
Judice revocari posse, sc. si post delationem cognoscit, Juraturum, personam esse levem, inhonestam, aut alias minus habilem. Berlich. *P.* 1. *Concl.* 53. *n.* 67. ut evitetur perjurium, quod e istiusmodi persona merito suspecta est. Lyncker, *d. l. th.* 10. *ibiq. alleg. Ummius.* 49

Cui vero eo casu Judex Juramentum suppletorium deferre de- 50
beat, quo uterque litigantium intentionem suam, in libro Mercatili à se producto fundat, ratione vero inscriptorum, in quantitate, vel aliis, notabilis deprehenditur disconvenientia, e. gr. Si in Creditoris 51
libro Mercatili scriptum sit, certam frumenti quantitatem die 2. Martii anno 1696. Cajo pro 1000. thaleris esse venditam; in Caji vero libro, in pretii summa hæc deprehendatur disconvenientia, ut pro 1000. thaleris, scripti saltem inveniantur 900. in reliquis vero Liber Caji, cum actoris libro, per omnia conveniat; Vel (2.) Si Cajus scri-

 pserit,

pserit, daß er auf Abschlag der 900. Reichsthl. 500. den 10. April. 1696.
an Verkäuffern bezahlt habe/ hic vero in suo notaverit libro, daß er eo-
dem die auf Abschlag der 900. Reichsthlr. von Cajo für das ihm ver-
kauffte Korn 50. Reichsthlr. empfangen habe/ non æque expeditum
est?

Et quanquam in eo facile conveniant DDres, ipsi esse deferen-
dum juramentum, cujus Persona, & Liber melius est qualificatus, vid.
Mascard. *Concl.* 90. Klock. de *Contrib. cap.* 20. *n.* 416. Brunnem. *Decis.* 4.
Cent. 3. Jung. Lyncker. *in Analect. ad tit. De fid. Instr. Th.* 25. *& in diss. De*
semiplen. Prob. Th. 4. Stryck. *in Diss. De Different. Jur. Comm. & Lubec. c.* 14.
n. 69. *& in Introd. ad Prax. Forens. c.* 20. *§.* 10. Rosen. *De Libr. Merc. c.* 11. *n.*
52 179. *seqq.* Magis tamen animi pendent illo casu, ubi uterque litigan-
tium, illorumque libri, æqualiter sunt qualificati, ita, ut nullam pror-
sus liceat invenire differentiam.

53 Equidem, missis aliorum opinionibus, hic distinguendum esse
puto, an *Actor*, ut priori exemplo, *actionem* suam in libro suo Merca-
torio fundet, an vero *Reus*, ut posteriori exemplo, in suo libro fundet
oppositam actori *Exceptionem*: Vt *priori casu*, absque juramenti sup-
pletorii delatione, reum absolvi, & in utrobique concurrentem sum-
mam tantum condemnari oporteat: *Posteriori* vero *casu*, neutri itidem
juramento suppletorio deferendo, reum ultra id condemnari opor-
teat, in quo utriusque Liber Mercatorius non convenit. Rationes
prioris assigno seqq. (1.) quod, ubi ab utraque parte æqualiter proba-
tum est, in effectu nil censeatur probatum, actoris probatione, per
contrariam rei probationem penitus elisa, *L.* 18. *C. de Probat.* Quod-
59 que (2.) in pari causa cesset juramentum suppletorium, & reus potius
60 absolvi debeat, utpote cujus *in dubio* partes favorabiliores, quam acto-
ris esse censentur. *L.* 125. *ff. De R. Jur.* Posterioris vero Decisionis hanc
61 subnecto rationem, quod, cum reus excipiendo fiat actor, *L.* 19. *pr. ff.*
De Probat. ejusque vices in probanda opposita exceptione subire te-
neatur, *d. L.* 19. æque illo casu reum condemnare fas sit, quo exceptio
opposita, ab actore penitus elisa est, ac illo, quo Reus suam exceptio-
nem plane non probavit. Et ita in terminis sentit Brunnemannus *in*
62 *suis Decisionibus Cent.* 3. *Decis.* 4. in casu, ubi Debitor Christianus, pro-
ductione libri sui Mercatorii probare intendebat, se integros pan-
nos, quos Wilhelmo Creditori suo in solutum dederat, pro XV.
thaleris dedisse, Wilhelmo suum itidem librum producente Mer-

cato-

catorium, in quo integros singulos pannos se pro XII. thaleris tantum acceptasse, scripserat, utriusque ad Juramentum suppletorium provocantibus, paritateque Personarum & Librorum utrobique deprehensa. Conf. Dn. Lyncker. *in Diss. De semipl. Probat. cap. 2. th. 4. in fin. & in Analect. ad tit. De fid. Instrum. & th. 25.* Cui nos subscribimus 63
sententiæ, non quidem vi adductæ à Brunnemanno *Legis Veteribus 39. ff. De Pact.* (quam ad decisionem hujus casus parum quadrare autu- 64
mamus, utpote cum in illa nil aliud dicatur, quam pactionem ambiguam, vel obscuram, illi nocere, in cujus fuit potestate Legem apertius scribere, quod qualiter huic casui, ubi uterque Mercatorum, non obscure, aut ambigue, sed satis clare summam expresserat, pro qua 65
in solutum pannos datos & acceptos esse asserebant, applicari possit, non videmus) sed moti hac ratione, quod reus se in datione in solutum fundet, quæ solutionis species est, indeque, cum regulariter 66
nunquam præsumatur, *L. 7. C. De Except. L. fin & L. 22. C. de solut. L. 18. C. De test. L. fin. C. si certum petatur L. 10. C. De Non numerat pecunia* Wesenb. 2. *Cons. 72. num.* 5. ab allegante debet probari. *L. 1. C. de Solut. L. 77. De Contrahend. Empt. Vend. L. 7. §. fin. De Curat. Furios. L. 10. C. De* 67
Non numer. Pec. L. 11. C. De Probat. L. 19. ff. Eod. in fin. Barthol. *in L. 1. n. 3. De Except.* Lauterb. *ad tit. ff. De solut. in fin.* Hanc vero semiplene pro- 68
basse non censetur producendo suum librum, cum actor eandem per productionem libri sui Mercatilis contra eliserit. 69

Pergo jam ad EFFECTUM SECUNDUM probationis, quæ 70
fit per libros Mercatiles, & ex delato, præstitoque ortum juramento, 71
qui est: Quod semiplena illa probatio, quam mediante productione libri sui Mercatilis, nullo defectu laborantis, Judici fecit, ex præstito juramento corroboretur, ac suppleatur, ut judex secundum eam pronunciare teneatur. *c. fin. §. 1. X. De Jurej. L. 31. ff. Eod.* Christinæus *V. 3. Dec. 3. num. 2.* Fulv. *Pacian. L. 1. Cap. 67. num* 9. imo ex tali sententia jurans causæ victoriam impetret. *L. 31. ff. De Jurej.* Lauterb. *in Comp. ff. tit. De jurej. pag. 187. & in Colleg. Theor. Pract. d. t. th. 79.*

Quo vero tempore, sententia, ex Semiplena probatione, jura- 72
mento corroborata, lata, transeat in rem judicatam, non convenit 73
inter DDres & aliis usque ad centum annos Vid. Beust. *ad L. Admo-* 74
nend. n. 32. ff. De Jurej. aliis ad mille vid. Styrck. *in Dissert. de Semiplen.* 75
Probat. c. 5. num. 21. aliis ad 30. annos, vid. Stryck. *in U Mod. ff. de Rest.* 76
in integr. §. hoc tempus extendentibus, aliis vero ad quadriennium 77

tantum idem restringentibus: Nobis cum Dn. Stryck. missis aliorum opinionibus, veritati magis consona hæc videtur opinio, quæ ob noviter reperta instrumenta ex integro causam agere permittit condemna-
78 to, usque ad *triginta* annos. (1.) Quia hæc restitutio in integrum, quam concedit *L.31. ff. De Jurej. juncta L.25. ff. de Dolo Malo* Conf. Cujac. *L.18. O.35.* Vultej. *ad §. 11 J de Act. num.* 18. Wesemb. *ad tit. ff de Jurej. num.* 11. Borchold. *in Comm. ff. c.* 8. *num.* 55. Donell. *eod. tract. L.24. comm c.* 11. *sub fin. num.* 12. Beust. *ad L. Admonend* 31. *ff. de Jurej. num.* 446. *seqq.* & *Jason. ibid. in Repetit num.* 321. Lauterbach. *ad tit. ff. de Jurej. in Comp. pag.* 187. *& in Colleg. Theor. Pract. d t. th.* 79 Trentacinq. *tit. de Confess. Res.* 1. *num* 34. Tholosan. *de Appell. L. 2. c.* 13. *num.* 3. Mev. P. 1 *Dec.* 13. Schrader. *in Repet. L. admonend. num.* 83. Oddus *de Restit. in Integr. quæst.* 47. *a.* 5. Scifer. *de Juram. L. 4. c.* 17 *num.* 13. Fachinæus *L.* 11. *Controv. c.* 27. Carpz. *P. C.*15 *def.* 5. *& art. 2. tit.* 12. *num.* 100. *seqq.* Brunnem. *ad L.* 31 *ff. de Jurej. num.* 8. Stryck *in Differt. de Semipl. Probat. c.* 5. *num.* 20. *& in Us. Mod. ff. Ad Tit De R. I. I.* §. 5. Lyncker. *in Diss. de Semiplen. Probat. c.* 4 *th.* 12. Berlich. P. 1. *Concl.* 53. *n.* 74 ex jure Civili, & Principum est constitutionibus.
79 (2.) Quia actio in instrumento contenta 30. annis exspirat. *L. 3. C. De*
80 *Præscript* 30. *annor. &c.*

Sicuti autem intra 30. annos sententia talis *ob noviter reperta*
81 *instrumenta* retractari potest, ita idem minime procedit, si condemnatus per productionem *testium* sententiam impugnare velit, ob metum subornationis, aliasque rationes, quas videsis apud Berlich P. 1. *Concl.*
82 38. *n.* 32 *seqq. & n.* 105. *seqq.* Nisi simul cum instrumentis noviter repertis, ad probandam inventionem novorum instrumentorum, producantur. Conf. Berlich. d. l. addatur Brunn. *in Process. Civ. c.* 24. *n.* 33 Lauterbach. *Tract De Jurament.* §. 6. *n.* 98. *in fin.*

83 An vero hæc retractatio fiat *ipso jure*, an vero demum *ope restitutionis in integrum*, intricata admodum, variisque animi motibus inter
84 ICtos agitata est quæstio? Et quanquam communior sit sententia statuentium, ope restitutionis in integrum talem retractandam esse sententiam Vid. Fachinæus *L.* 11. *Controv. c.* 27. Brunnem. *ad L.* 33 *ff de Re Ju-*
85 *dic.* Stryck *in U. M. ff. tit. de Restit. in Integr.* §. 3. (1.) *Ob L.* 33. *ff. de Re judicata*
86 *& per L.* 11. *ff. de Except. ibi: retractatur per restitutionem in integrum* (2.) *L.* 31. *ff. de Iurej.* ibi: *causa ex integro agi debet*, quæ verba de restitutione explicant *per L.* 24. §. 4. *ff. de Minoribus* Vid. Trentac. *L.* 2. *tit. de Confess. a.* 1. *n.* 34. Hillig. *L.* 24. *c.* 19. *L. GG.* Bocerus *Clas.* 6. *Dec.* 18. *th.* 82. Brunnem. *ad L.* 31. *ff. de Jure-*

de Jurej ibique alleg. & in Processf Civ. c. 23. n. 33. & apud Berlich. qui tamen ipse contra sentit *P. 1. Concl 53. num. 78. multo numero alleg. DDres. Conf.* Lyncker. *in Diss. de Semipl probat. c. 4. th. 15.*

Verior tamen nobis videtur contraria sententia, sc remedio nullitatis, hanc sententiam impugnandam esse, tanquam ipso jure nullam: Quam & amplectuntur. Fachinæus L. *11. Controv. C. 27.* Mev. *P. 1. Decis.* 13. Scacc. *de Appell.* Petrus Georg Tholos *tract. de Appell. L. 2. c. 13. n.* 3. Lauterbach. *in Colleg. Theor. Pract. ff. tit. de Jurej. th. 79. & in Comp. ff. d. t. pag. m.* 187. *ibique* Excell. Dn. Præses *in not. verbis: Etiam sine restitutione in integrum.* Carpz *P. 1. C. 15. def. 5. n. 4. cum* ibi *alleg.* quibus jungi potest Stryk. *in U. M. ff. tit De Rest. In integr. §. 5. & in Diss. De Semipl. Prob. c. 5. n. 20.* Rationes jungo sequentes: (1.) per *L. 25. ff De Dolo Malo ibi*: ex integro *agere possum Conf.* Berlich & Stryk. *citat Locis* (2) per *L. 31. ff. De Jurej* ubi ejusdem formulæ firmentio, *jungatur d.* Berlich. *P. 1. Const. 53. n. 81.* & Carpz. *P. 1. C. 15. def. 5. n. 7.* juxta quos causam *ex integro agere* dicitur, non quando quis restitutionis remedio contra sententiam utitur, sed quando sententia lata *ipso jure nulla* est, pristinaque actio instituitur, perinde, ac si nulla fuisset lata sententia. *L. 2. C. Si ex fals. Instrum. ibi ex integro audiuntur de causa, qui instrumentis falsis se victos esse probare possunt: L. 14. C. de Transact L. 3. quomodo & quando Judex* (3.) per *verba jam citata L. 31 ff. de Jurej. ibi:* Constitutionibus Principum *hoc permissum est:* Frustra postulante beneficium restitutionis in integrum, cui Principum constitutionibus id, quod illo assequi cupiebat, jam tum concessum cernitur, *L. 1 C. de thesaur.* Omnique extraotdinario restitutionis remedio tamdiu cessante, quamdiu ordinario experiundi competit facultas. *L. 9 pr ff. de Edend. L. 16 ff. de Minor. de* Men. *Remedii recup. possess n.* 12. Maurit. *de Rest. in Integr. c.* 11. Oddus *in simili tract. P. 1. th.* 7. Card. Tusch. *Pract. Concl. Tom. 5. L. O. Conclus.* 182. Barbosa *in L. quia tale n. 6. ff. solut matrim.*

87

88

89

90

91

92

93

Et hæc sententia in praxi receptior est. Carpz. *P. 1. C. 15. def 5.* 94
Mynsing. 2. *Obs.* 14. ubi de Praxi Cameræ testatur, & alii Ddres. Non obstat (1.) supra adducta *L. 33 ff. De Re Judicat.* Præterquam enim, quod 95
Fachinæus illam accipiat de ordinatiis, & non privilegiatis probationibus; Responderi ad illam potest, eandem non de Restitutione *Pretoria*, sed *Civili* loqui, ceu ex constitutionibus Principum profecta Vid. Lauterb. *ad tit. ff. De Restit. in Integr.* ibique Excell. Dn Præses. *in notis*, sicque eandem minime obstare, sed potius pro nostra 96

ſententia, quam contra illam facere. Minus obſtat *L. 31. ff. De Jurej.* utpote quam inter rationes decidendi pro noſtra allegavimus ſententia.

97 Ceterum non debet Judex nimiopere facilis eſſe, in deferendo ſuppletorio juramento, ob defectum alterius adhuc ſemiplenæ probationis, ſed potius caute ipſi procedendum eſt, reſpicereque debet

98 omnium primo, ad tres Juramenti comites VERITATEM ſc. JUDICIUM, & JUSTITIAM.

99 Ad VERITATEM ipſi non immerito reſpiciendum eſſe dixi-

100 mus, quia Juramentum hocce non eſt *Credulitatis*, ſed *Veritatis* Prukman. *Conſ. 10. n. 93 & n. 118. V. 1. Vol. 2. Conſ. 18. n. 10.* Brunn. *in Proceſſ. Civ. c. 23. n. 25.* Excell. Dn. Stryk. *in Diſſ. De ſemipl. Probat. c. 5. n. 23.* Maſcard. *De Prob. Concl. 410. n. 21.* Mynſing. *C. 1. obſ. 13.* Menoch. *De A. I.*

101 *Q. c. 19. n. 5. ſeqq.* adeoque nemini, niſi ſcientiam ex ſenſu corporeo habenti, deferendum Brunn. *d. l.* Stryk. *d. l.* Cum huic, tanquam te-

102 ſti in propria cauſa, non major fides haberi poſſit, ac cæteroquin teſti, de credulitate deponenti. Esbach. *in not. ad* Carpz. *P. 1. C. 23. Def. 8.*

103 Nec minori cura judex inquirere debet (2.) ac reſpicere ad JUDICIUM jurantis, cui deferre vult juramentum ſuppletorium; Cum judicium juxta Dn. Stryk. *in Tract. De Jure ſenſuum Diſſ. 10. c. 3. n 3.* re-

104 ſpuat deſultatoriam in jurando levitatem, omnemque temeritatem excludat, atque contrario plenam animi deliberationem in jurante exigat, ut cogitationibus omnibus accurate negotium perpendat, & maturo judicio Deum in teſtem advocet. Hinc utique inquirere debet Judex, in legalitatem, & fidem illius, cujus religioni, litem per jusjurandum finiendam committere vult. Baldus *in L. Qui accuſare*

105 *C. De Edendo.* Hahn. *ad Weſenb. tit. De Jurej. n. 10.* rejecto illo, qui vel minima oneratur præſumptione ſiniſtra Mynſing. *Cent. 5. Obſ. 68.*

106 Brunnem. *in Proceſſ. Civili c. 32. n. 27.* quique integræ, ac & inculpatæ vitæ, aut perſona legalis non eſt. Nec (3.) & ultimo, in delatione Iuramenti neceſſarii judex negligere debet, accuratam inquiſitionem in cauſæ *JUSTITIAM*, antequam ad juramenti delationem deproperet, Maſcard. *Concl. 957. num. 17.* Menoch. *P. 2. De A. I. Q. Caſ. 190. n. 16.* Quænam vero hic in cauſæ cognitionem veniant, de illis vide eleganter diſſerentem Stryk. *in ſæpius alleg. Diſſ. c. 5. §. 6. n. 31. ſeqq.*

Quid

Quid, si vero utroque litigantium librum suum Mercatorium producente, uni illorum delatum, & ab eodem præstitum fuerit Juramentum suppletorium, non injucundæ quæstionis est.: Vtrum alterius Liber in *alia* contra *alium* causa, adhuc ad effectum semiplenæ probationis produci possit? An vero eidem, ut semel falso deprehenso, in posterum nulla habeatur fides, in quacunque etiam à scribente pro se producatur causa? 110
Et quanquam pro libro Mercatoris facere adhuc videatur, quod alter pejerare potuerit, itidemque vere nondum probatum sit, suo libro inscripta esse falsa, cum juramentum suppletorium non tam sit probatio, quam à probatione relevatio: *L.3. C. de Jurej.* Verior tamen sententia est, eundem in posterum pro scribente probandi efficacia plane destitui; Dum ex præstito hocce necessario juramento, veritatis interpretativa, pro libro Jurejurando confirmato, & falsitatis, pro libro Collitigatoris mercatili, oriatur præsumptio, qua, quod in collitigatoris libro scriptum invenitur, creditur falso esse annotatum; Vt taceam, librum *semel in uno* falsum, in *reliquis semper* falsum præsumi, pariter ac Testis *semel* falsus, *semper* talis præsumitur, *arg. c. semel de R. J. in 6to c.9. de Præsumpt. L.7. §.1. de Accusat.* quodque talismodi Mercator, contra cujus librum rationum juratum est, pro Falsario habeatur, cui deferri juramentum suppletorium minime debet. 111 112 113 114 115 116 117

Hactenus de DVOBVS PRIORIBVS semiplenæ, ex libro Mercatorio ortæ probationis, effectibus, egimus: Superest ut de TERTIO adhuc paucis dispiciamus. Qui eo tendit, ut semiplena ex libro Mercatorio orta probatio, cum alia semiplena conjungi possit, ad plenam, & integram probationem exinde erutam, idque ex vulgatissima & in ore Practicantium versatissima juris regula, qua traditur: Duas semiplenas probationes conjungi posse ad effectum plenæ & perfectæ probationis. Vid. Bartol. *& alii in L. Quædam §. Nummularios de Edend.* Ruin. *Consf.81. n.8. Lib* 5. Mascard. *de Prob. Concl.36. n 154.* Men. *Consf.158. n.11.* Gail.2. *Obs 93. n.180.* Brunnem *in Proc Civil. c.*18. Stryk *in Diss. de semipl. Prob. c.5* §.9. Pract. Papiens. *in Pract. &c. Resp rei Convent. §. Jurispr. n.14.* Salicet *in L. Bonæ fidei 3. C. de R. C.* Campeg. *de Test. reg. 303.* Carpzov. P.I. *C.I.7. def.36. n.3.* Cui nec Leges usque adeo adversantur *Vid. L.5. C. de Probat. L.16. C. de Pœn. c.17. X. de test. c. fin. X. de Success. ab Intest.* 118 119 120

Hinc.

Hinc eſt, quod, ſi Mercator per unum teſtem omni exceptione majorem, ſupplere defectum velit plenæ probationis, juramentum
121 ſuppletorium Judex deferre non debeat; Tum, quod duæ ſemiplenæ probationes, altera ex libro rationum, altera per unum teſtem, plenam
122 faciant probationem, aliorum adminiculorum non indigam, Tum,
123 quod Juramentum non temere, ſed ex neceſſitate ſit præſtandum, Brunnem. *ad tit. de Jurej. Q. 9.* ne alias ſupervacuis juramentis, in vanum nomen DEI contra pietatem, in judiciis, quæ DEO habentur
124 colendam, aſſumatur. Mev. *P. 7. D. 31.* Tum, quod ad hoc juramen-
125 tum non deveniatur, quando alius cauſæ exitus adhuc reperitur, & inopia probationum non adeſt *L. 31. ff. de Jurej. c. 2. X. de Probat.* Tum, quod ſubſidiarium remedium tamdiu ceſſet, quamdiu locus eſt ordinario. *L. in Cauſæ cognitione 16. ff. de Minor.* Mev. *P. 5. Dec. 280.*

F I N I S.

PRO-

20

PROGRAMMA
QUO
SUO, AC TOTIUS JURIDICI COLLEGII NOMINE
AD
INAUGURALEM DISPUTATIONEM
VIRI PRÆNOBILIS atq; DOCTISSIMI,
CHRISTIAN. WILHELM Höltich/
SAXO-LAUENBURGENSIS
JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI FULGIDISSIMI,
DE

PRÆROGATIVIS PRINCIPUM S.R.I.

Von dem Vorrecht der Teutschen Fürsten des Heil. Römischen Reichs

Pro summis in utroque Jure Honoribus, & Privilegiis rite consequendis
Ad Diem XXVIII. Mensis April. 1698. Horis Pro & Pomeridianis
IN AUDITORIO MAJORI.
Bono cum Deo Habendam
MAGNIFICUM DN. RECTOREM, Utriusque Reipubl. Nobil. atque Ampliss Senatum, omnesque omnium ordinum cives Academicos, ac Literarum Fautores, Officiose, ac observanter invitat,

JOHANNES Klein/
J. U. D. & Pandect. in Alma Patria Ducalis Prof. Publ. Consistor. Mecklenb. h.t. Director. Hodieque Pro-Decanus.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, ANNO 1705.

C. B. D.

MAximas, easque fere inextricabiles non inter *diversa* duntaxat *Dignitatis*, sed illos etiam, qui *eadem sorte* censentur, *Sacri Romani Imperii Ordines* jam olim arsisse, & hodienum adhuc cum ineffabili Reipublicæ incommodo de prærogativa, ac Præcipuo, quo Statum Status vincere cupit, Jure, continuari, singulisque fere Comitiis recrudescere contentiones, multis aliis rerum argumentis brevitatis amore jam consulto prætermissis silentio, non tantum ex variis de *Sessionis, processionis, & Suffragiorum* Prærogativa inter omnes Imperii Status frequentissime in Imperii publicis Conventibus motis gravissimis altercationibus, sed & inde potissimum manifestum evadit, quod non semel contra Electorum molimina, in concipiendis Capitulationibus Cæsareis sortem inter reliquos Imperii Ordines suam multis eminentiorum jurium Prærogativis eminentiorem subinde facere annitentium, solenni contradictione & protestatione SE SUAQUE tueri JURA Principes inprimis non Electores, illorumque ad Comitia missi Legati fuerint necessitati. Non vacat quidem jam ex Limnæo, Carpzovio, Becmanno, Schwedero, Sprengero, Fürstnerio, Herrmes, Crügero, Gothofredo, Crusio, aliisque quamplurimis Juris publici Doctorum Commentariis, & scriptis, dictis, de quorum veritate, qui non plane in Historia & Jure publico hospes audire vult, nemo facile ambiget, fidem conciliare, cum præter bene multos Imperii Recessus, quos Fritschius in eleganti *De Jure Alternandi* cumulavit Dissertatione, datæ ad Imperatorem Carolum V. de certo Imperii Principibus, de Prærogativa diffidentibus, Ordine præscribendo Literæ Electorales, ab Excellentissimo Becmanno *in Differt. De Prærogativa c. 1. §. 4.* exhibitæ, id satis evictum eant; Ut hinc haud invita dixisse videatur veritate, Zomoiscius, *Magnus* Poloniæ Cancellarius, *Germanos in suis Comitiis fere nihil agere, quam ut de Sessionibus digladientur.* Vid. Herman. Kirchner. *L. 2. De Legat. c. 5. n. 78. &* Carpzov. *De Leg. Reg. Germ. c. 1. §. 7. n. 16.* Certe, quem novissime contra conceptam ab Electoribus *LEOPOLDINAM & JOSEPHIANAM* Capitulationem, Principum Imperii *Monita*, hisque ab Electorali Collegio in præcipuis illorum capitibus non attentis, interpositæ eorundem Protestationes, (quas Eitell Friedrich

von

von Heerden *in Tract.* Grundfest des Heil. Römischen Reichs/ & Johan. Christian. *Muldener. in Harmonic. Capitulatione in Append. p.185. seq. Lit. A. B. C. D. E. & F.* exhibent) non fugiunt, haud invitus fatebitur, assertum in illis ab Electoribus *sibi solis*, reliquis Principibus exclusis omnibus, cum Imperatore jus concedendi facultatem (1) monetam cudendi, ac Officinam monetariam habendi. *Vid. Leopold Capit. art.34 & Joseph. art.33.* (2) Nova vectigalia instituendi, aut instituta augendi. *Vid. Capit. Leopold. art.21. & 24. & Joseph. art.20.* (3) Aperta Imperii Feuda Regalia *Majora* aliis iterum in feudum dandi, aut super ipsis exspectantias, impertiendi *Vid. Capit. Leopold. art.30. & Joseph. art.29.* (4) In Proceres & *Membra* Imperii Banni Imperialis fulmen evibrandi, & Bannitum in pristinum statum restituendi. *Vid. Leopold. Capit. art 28. & Joseph. art.27.* (5) Bonaque Imperii alienandi, vel obligandi, *Vid. Capit. Leopold. art.12. & Joseph. art. eod.* tantum abesse, ut reliqui Imperii Principes ipsis ut *Præcipuum* quiete hactenus concesserint, ut potius, se ad administrationem summorum horum Jurium æquatorio cum Electoribus admitti jure urserint instantissime. Ut nihil jam dicam de illis Principum non Electorum multoties, & singulis fere Comitiis hactenus interpositis protestationibus, contra Electorum *sibi solis* (6) tributum jus Capitulationem novo electo Romanorum Regi præscribendi, inque illa præcipuam sibi præ reliquis Imperii Statibus sortem firmandi, deque (7) prætensa ab Electoribus Prærogativa, Summum Imperii Caput ex electionis lege, iterum deponendi, & (8) ab ipso factam Imperii Resignationem acceptandi; Hæc enim licet jura Electoribus, *ut præcipua*, magno nisu asserant, qui illorum partibus favent, interque illos nuperrime Dn. Crüger. *in Tract. De Fulgentissimis Novem virorum juribus. Part. Spec. Membr.2. Disc.17. & 18.* non deesse tamen, qui propitio jure reliquos Imperii Status hic etiam concurrere jam prætendere posse, sustinent, non tantum ex illis, quæ pro Imperii reliquis Ordinibus adduxere Fürstnerius *in Tr. D. Suprem. Princip. Germ. c.38.* & Stamler. *in Tract. De Reservat. Imper. Rom. Germ.* Sed & ex fusius à Præ-Nobili atque Doctissimo *DN. CHRISTIANO, WILHELMO,* Höltich / Saxo-Lauenburgico, Juris Utriusque Candidato Dignissimo, in Inaugurali sua, *DE PRÆROGATIVIS PRINCIPUM SACRI - ROMANI IMPERII,* Dissertatione, cujus occasione hæc præfati sumus, deductis apri-

cabitur: De cujus Ortu, Institutione, Studiorum Progressu, ac Jurisprudentiæ cultu jam nonnulla commemorare, institutum majorum exigit. Natus vero Hic est Anno Christi supra Millesimum Sexcentesimum septuagesimo primo, vigesimo nono Martii die, in pago Marten-Wald/ Ducatus Lauenburgici, non ignobili Patre, Viro Eximio, ac Spectatissimo DN. LUDOLPHO Höltich/ Serenissimi ac Celsissimi Principis Dn. Julii Francisci, Inferioris Saxoniæ Ducis, Saltuarii, Matreque Engel Reißners/ Matrona, pietatis ac Virtutum laudibus maxime conspicua, ipso adhuc puero, pie defunctis. Hi Optimi Parentes ultimum, ac carissimum Conjugii sui pignus, mediantibus uberrimis baptismi fœderalis undis regeneratum, solidæ pietatis ornamentis à teneris efformandum unguiculis, privatis primum commisere Præceptoribus, qui nil eorum in ipso informando neglexerunt, quæ ætati, ac ingenio ipsius convenire rati sunt: Provida vero Parentum, vix duodecimo ætatis anno completo, orbatus cura, plusquam paternum in Fratre suo Germano, Viro Præ-Nobilissimo, Amplissimo atque Consultissimo, *DN. JOHANNE ADOLPHO* Höltich/ J. U. D. & apud Lubecenses Causarum Patrono, pio, sincero, ac oppido fideli, Fautore ac Amico nostro æstumatissimo, expertus est affectum, jacturam Optimorum Parentum maximam vicaria opera abunde sarciente, quod devinctissima agnoscit mente, Meque Interprete, grato publice Noster ore prædicat. Hic enim, cum in Candidato nostro habile ad Literarum studia adverteret ingenium, celebris Gymnasii Lubecensis eundem tradidit Præceptoribus, ut sub illorum, inprimis vero Admodum Reverendi, atque Amplissimi *DN. ABRAHAMI HINCKELMANNI*, tunc temporis Rectoris Celeberrimi, fidelissimique ingeniorum Formatoris, ac Juventutis Magistri, postea vero S. S. Theologiæ Doctoris, ac apud Hamburgenses Pastoris optime meriti, manductione majora eruditionis caperet incrementa: Quo præeunte, in humaniori Literatura ac Philosophiæ primordiis satis imbutus, ad altiora applicavit animum, electoque ex Superioribus studiis juridico, Optimi Fratris consilio Wittenbergensem Anno C. 1691. adiit Academiam, omnis præclaræ litteraturæ Metropolim, allectus potissimum fama Virorum, undiquaque Celeberrimorum, interque illos Illustris *STRYKII*, mei & olim Francofurti Præceptoris, ad urnam usque æstumatissimi, *HEBERI*, *BERGERI*, *HORNII*, ac incom-

incomparabilis Polyhystoris, Excellentissimi DN. Schurtzfleischs. Nactus ibidem Hospitem est Virum Præ-Nobilissimum, Amplissimum atque Consultissimum DN. LEISERUM, Consulem illius loci Primarium, (cujus Filia olim Fratri suo, etiam post fata dilectissimo, DN. FRANCISCO HENRICO Höltich / J. U. D. ejusdemque antea Professori ibidem Celeberrimo, postea Reip. Salzensis, cujus ex Equestribus tantum constat Senatus Familiis, Syndico, optime merito, nupta fuit,) Affinem suum æstumatissimum, habitisque sub auspicio Viri Admodum Reverendi, Amplissimi atque Excellentissimi, DN. NEUMANNI, tunc temporis Poësios, nunc vero SS. Theologiæ Professoris Famigeratissimi, Affinis itidem sui suavissimi, *in Oratoriis*, & Excellentissimi DN. Schurtzfleischs / *in Historicis* & *Jure Publico* Collegiis, se potissimum privatæ *STRYKIANÆ*, *BERGERIANÆ*, ac *BRENDELIANÆ* in utroque Jure manuductioni mancipavit, quorum laudabili industria, docendique peritia, ac felicitate plane singulari id effectum est, ut juris elementa recte hauserit, & non inanem eruditionis umbram captaverit. Ut vero, quæ feliciter decurrendo juris stadio adhuc deesse videbantur, expeditius ac auspicatius procederent, Illustri Dn. Strykio ad noviter ea tempestate surgentem dirigendam, ornandamque Hallensem Academiam Wittenberga avocato, cupido Nostrum incessit, hanc Varniacam nostram visendi Academiam, quam Fratre suo Suasore Anno 1694. salutavit, meo & hospitio, & in jure privata institutione per integrum, & quod excurrit, triennium usus; Intra cujus temporis lapsum cum universi juris cursum benedicente DEO bis feliciter absolvisset, ex consilio Suorum, habita studiorum suorum fiducia, præterito Anno apud animum constituit suum, summos in utroque jure honores capescendi licentiam impetraturus, Amplissimo FCtis nostræ Ordini inter Candidatos ea, qua fas est, modestia nomen suum profiteri: A quo ad rigerosius examen benevole admissus, eo feliciter exantlato, dignus Excellentissimorum Dominorum Assessorum deputatus est suffragiis, qui voti, ac desiderii sui compos fieret, quippe studiorum suorum profectibus publice habenda Disputatione Inaugurali probatis, summis in utroque jure mactaretur honoribus; Cui cum dies hujus Mensis vigesimus octavus dictus sit, Magnificum DN. RECTOREM, Utriusque

Reipublicæ Proceres Excellentissimos, Sacri Ministerii Patres Reverendos, ceteramque insignium Virorum, & Academiæ Juventutis Coronam elegantissimam, ac omnes Jurisprudentiæ, ejusque honorum Fautores & Æstimatores, ut huic Panegyri frequentes adesse, sepositisque aliis curis, actum hunc Inauguralem Magnifica ac Honorifica sua præsentia ornare, ac illustrare haud graventur, summopere ac perhumaniter oro rogoque.

P. P.

ROSTOCHII
Sub Sigillo Facultatis Juridicæ
XVI. April.
Anno post Christum natum
MDCXCVIII.

DIS-

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

PRÆROGATIVIS PRINCIPUM S.R.I.

Vulgo

Von dem Vorrecht der Teutschen Fürsten des Heiligen Römischen Reichs

Quam

Innuente Divini Numinis Gratia, Suffragante

Magnif. JCtorum ordine in Illustri Academia Rostoch.

SUB PRAESIDIO

EXCELLENTISSIMI FAMIGERATISSIMIq; JCti

DN. JOHANNIS Klein/

J.U.D. AC PANDECT. PROF. PUBL. MERITISSIMI CONSIST. MEG. h. t. DIRECT. GRAVISSIMI, ET AD HUNC ACTUM DECANI SPECTATISSIMI

Dn. Praeceptoris, Hospitis, ac Studiorum Promotoris Pretiosissimi

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia Indipiscendi

Ad Diem Mensis April. 1698. Horis pro & Pomeridianis

IN AUDITORIO MAIORI

Publico Conflictui Substernit

CHRISTIAN. WILHELM. Höltich/ Sax-Laumburg.

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Anno 1705.

I. N. D J. C.

PRÆFAMEN.

Articulum, De Prærogativa Principum, *delicatum & arduum esse evincitur.* 1 *seqq.*
De Contentionibus ratione Solius Præcedentiæ *inter Galliæ & Romanum, itemque Hispaniæ, Angliæ, Sueciæq; Reges, nec non inter Regem Portugalliæ, & Poloniæ, aliasque exteras Majestates, magnis, & interminabilibus, agitur remissive.* 2 *seq.*
Quænam in Imperio De Præcedentia *controversiæ, communibus, ac frequentibus querelis, illarum intuitu non semel de publica salute susceptas consultationes felici caruisse successu, ansam dederint, ecidem tantum per indicem demonstratur.* 4. *seqq.*
Quis verus Author sub ficto lateat nomine: Eitel Friderichs von Heerden/ *in Tractatu*: Grund-Fest des Heil. Römischen Reichs/ *obiter notatur.* 12
Argumentum De Præcipuo S. R. I. Principum Iure *ad solius Imperatoris pertinet decisionem.* 14
Scrupulus movetur, & eximitur simul circa Academicam hujusce articuli tractationem. 13. & 15
Præmittitur ipsi Tractationi solennis protestatio, cum debita extenuatione Authoris. 16. & 19
Conspectus totius Dissertationis sistitur. 17

1 VIx delicatius aliud, majoribusque in integro Iure Publico difficultatibus innexum esse argumentum illo, quod in *PRÆROGATIVA*, qua non non *extra Imperium* duntaxat *Romanum* Reges, ac Principes, sed *ipsi etiam Sacri Romani Imperii Proceres, Ecclesiastici* pariter, ac *Seculares*, alii alios superare contendunt, occupatum est, haud inficiabitur, quem de *sola Præcedentia* inter *Romanum*, & *Galliæ*, interque *Hunc & Hispaniæ*, (tam
2 *extra Aulam Cæsaream*, quam *in illa*,) *Angliæ*, *Sueciæque* Reges: Item inter Regem *Portugalliæ*, & *Poloniæ*, aliasque exteras Majestates acerrimæ,
3 ac interminabiles contentiones non fugiunt, (de quibus consuli plenius possunt, Limnæus *not. Regn. Franc. L. 2. c. 16. Lit. bbb. ddd. ttt. & in Jur. publ. Lib.* 4. *c.* 9. *n.* 26. Chassanæus *in Catal. Glor. Mund. p.* 5. *Consid.* 10. Castel. *De stat. publ. Europ. c.* 6. *p.* 153. & 51. & *c.* 2. *p.* 37. § 8 Vasquius. *Illust. quæst. Lib.* 1. *in præfat.* Schütz. *Coll. Jur. publ. Vol.* 1. *Disp.* 8. §. 12. *Lit. D.* Auberius *in Tractat. De præced. Reg. Galliæ* Anton Quetta. *in Scripto : Serenissimus Rex Romanorum & Christianissimus Francorum. Uter alterum præcedat apud Goldast polit : Imp. P. XI. fol* 596.

Hic

Hieronymus Bignon. *De l' Excellence des Roys du Royaume de France,*
traitant de la preſeance, Premier Rang. & Prerogatives des Roys de France par
deſſus les autres & de cauſſes d' celle. Claude de Rubis. *Conference des Præro-*
gatives d' Ancienne te & de Nobleſſe de la Monarchia Roys, Royaumes & Maiſon
Royale De France avec tout les autres Monarchies, Roys Royaumes, & Maiſons
Royales, que ſont en l' eſtendre de noſtre Europe. Jacobus Valdeſius *De digni-*
tate Regum, Regnorumque Hiſpaniæ, & Honoratiori loco eis, ſeu eorum Legatis à
Conciliis à Romana Sede jure debito. Camillus Borellus. *De Regis Catholici*
Præſtantia ejusque Regalibus, Juribus & Prærogativis. Gregorius Lopez
Madera *Excellentias de la Monarchia y Regno de Eſpanna.* Jacobus Hovvel.
in Diſſert. De Præcedentia Regum Galliæ, Hiſpaniæ & Angliæ. Eduardus
Chamberlaine *in Notitia Angliæ Part. 1. c. 4. juncta continuatione Annalium*
Camdeni *ad Annum 1600.* & Chiflet *De Amp. Rem. c. 17. ſeq.* quosque ex
Cruſio *De Præcedentia L. 3. c. 3. & 4.* citat. *Excell.* Becman. *in Diſſert. De*
Prærogativa c. 4. §. 3.) quique variis Regum publicarum, ac Rerum 4
Germanicarum Scriptorum juſtiſſimis querelis, boni ſc. publici ergo
inſtitutas in Comitiis Imperialibus Procerum conſultationes, exortis
inter Imperii Status frequentibus ob iſtiusmodi præcedentiam liti-
giis, plus ſimplici vice interruptas, turbatasque fuiſſe, memorabiles
in Eccleſia Goslarienſi Anno 1063. inter *Abbatem Fuldenſem Wideradum,*
& Epiſcopum Hildesheimenſem, Hecelonem de honoratiori loco, ſumma par- 5
tium contentione, & largiſſima humani ſanguinis, fluminis inſtar per
Eccleſiam defluentis profuſione ventilatas rixas, motasque de Præce-
dentia inter *Archi-Ducem Auſtriæ, & Archi-Epiſcopum Salisburgenſem* con- 6
troverſias, hujus proteſtatione Anno 1673. 23 Jan. contra Auſtriaco-
rum Prærogativam interpoſita renovatas; itemque notas ſatis inter 7
Magiſtrum Ordinis Teutonici, & *Epiſcopum Bambergenſem,* nec non inter
Epiſcopum Herbipolitanum, & Wormatienſem, interque *Epiſcopum Eichſte-* 8
tenſem & Spirenſem de Seſſionis Præcedentia diſputationes, anſam de-
diſſe, negare non poteſt, quas, aliasque compluríimas, etiam inter 9
ipſos Seculares Principes, imo & *liberas Imperii Civitates* partim authoritate 10
Imperatoria, ſalutarique Alternationis remedio ſopitas, partim vero
adhuc indeciſas, reperire ſunt apud Dn. Lambertum Schaffnabur-
genſem Monachum *in Annalib. ad Annum 1063. p. 468.* Limnæum *J. P. T.* 11
4. Lib. 4. c. 9. Sprengerum *Lucern. Imper. c. 1. p. 20 ſeqq.* Excell. Dn.
Becmannum *d. diſſ. c 4. §. fin.* Chriſt. Siegfrid Fritſchium *in Diſſ. De*
Jur. Alternandi. Dn. Philipp. Jacob Spenerum *MS. De Prætenſionibus Il-*

Illustr. in addit. ad Besold. *in Disser. De Praeced. & Sessionis Praerogat. toto c. 2.* Schwederum *introd. ad Jus P. Part. Spec. Sect. 1. §. 13. c. X.* Eitel Friderich
12 von Heerden/aut qui notante Vincentio Placcio *in Catalogo Pseudon p. 106.* exque illo Joachimo Ernesto Crügero *in Discursu Jur. Publ. De Fulgentissimis Novem-Virorum Juribus. Part. Spec. Membr. 2. Discurs. 2. §. 3.* & Additionatore *ad Vitriarii Inst. Jur. Publ. L. 3. T. 8. §. 8. verb. pro Excellentibus,* sub ficto hocce nomine latitat, Johannem Schwartzkopff. Can-
13 cellarium Brunsvicensem *in Tr.* Grundfeste des heil. Römischen Reichs Teutscher *Nation. p. 2. c. 1. p. 64. & c. 2 p 75.* Ut hinc DE PRÆROGATIVIS PRINCIPUM S. ROMANI IMPERII, deque PRÆCIPUO EORUNDEM, quo præ aliis, vel *ejusdem*, vel *diversi Ordinis* Statibus fruuntur, ac potiuntur, JURE, hisce *Lineis Inauguralibus* verba facturus, rem oppido arduam aggredi, meque temeritatis censuræ, & cujuscunque gravioris etiam ad-
14 missi reatui exponere videar, non leve hocce argumentum, aque Scholarum Peristyliis omnino alienum, & solius SANCTISSIMI SUMMI IMPERII CAPITIS definitioni obnoxium, *vid. R. J. d. Ao. 1500. §.* Wie den Irrungen der *Session. R. J. d. Ao. 1594. §. 122. R. J. d Ao. 1576. §. 7. arg. L. 43. pr. ff. De Vulg. & pupill. subst. L. 161. ff. De Reg. Jur.* Illustr. Dn. Rhetz *in Inst. Jur. Publ. L. 1. T. 4. §. 63. in fin.* Author der Grundfeste. *p. 105. seqq* Schwveder. *ad Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 10. §. 14.* cathedræ Academicæ adaptando, aque Celsissimo *Imperatoris* Judicio ad privatas Privatorum disceptationes ausu vix excusabili trahendo; At vero sine nota me di-
15 mittet, spero, ÆQUANIMUS LECTOR, ex perlustratione præsentis Dissertationis facillime intellecturus, me id in illa minime gentium egisse, ut mihi turpi arrogantia id sumerem decidendum, quod ad Solium solius Imperatoris pertinet Celsissimum, sed quod partim *publicis Imperii Legibus*, *aut inveterata ejusdem Consuetudine* jam tum circa PRÆCIPUUM S. R. J. PRINCIPUM JUS decisum, partim à magni commatis Juris Publici Doctoribus in Scriptis Academicis, aliisque ante me notatum est, sub Discursus Academici incudem vocasse, libertate Academica,
16 aliis concessa, usum. De eo vero in limine statim Academicæ hujus Meditationis protestor solenn issime, si præter voluntatem meam quicquam mihi exciderit, quod quomodocunq; Eminentiæ Cujusq; Imperii Status adversum videri posset, me illud pro non scripto habe-
17 ri velle, imo hoc ipso penitus damnare. Ne tamen operam hanc sine omni prorsus Ordine suscepisse videar, eandem quinque sequentibus innectere lubuit Capitibus, quorum PRIMUM *Generalia circa Prærogati-*

vam

vam Principum S. R. I. præmittet: SECUNDUM vero exhibebit *Prærogativam* ELECTORUM *præ* ALIIS S. R. J. STATIBUS: TERTIUM sistet *Prærogativam* ELECTORUM *inter* SE IPSOS: Subjecta CAPITE QUARTO *Prærogativæ* PRINCIPUM NON-ELECTORUM *præ* ALIIS IMPERII STATIBUS: & CAPITE QUINTO, Sive ULTIMO, *prærogativa* PRINCIPUM NON-ELECTORUM inter SE IPSOS. A TE vero ante omnia, ALME DEUS, Sancti Spiritus Tui 18
adsistentiam devota mihi stipulor mente, quo ejus præmunitus præsidio, omnis erroris scopulum caute evitare valeam, facilem â BENEVOLO 19
LECTORE mihi veniam pollicitus, si non integrum de PRÆROGATIVA PRINCIPUM S. R. J. *Tractatum*, sed *Dissertationem* duntaxat adornaturus, non omnia hic exhibuero, quæ pro amplitudine, proque Majestate hujusce Argumenti, ab Eruditiori, inque Principum Aulis magis versato dici comptius, ac afferri copiosius potuissent, ulteriorem ejusdem deductionem alii B. C. D. occasioni reservaturus.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Prærogativas Principum S. R. J. cum Succincta Rubricæ Explicatione.

SUMMARIA.

INtroitus fit â quæstione præliminari: An liceat De prærogativis principum S. R. J. in Academiis disputare. n. 1. seqq.

Rationes pro Negativa exhibet. n. 2. cum seqq.

Rationes decidendi videsis. n. 7

Rationes confutandi exhibet. n. 9. cum seqq.

Unde descendat vox Prærogativæ *vide.* n. 24

Prærogativam *etiam in jure nostro denotare (1) præferentiam s. Eminentiam, vulgo* Einen Vorzug. *(2) Jus quoddam specialiter uni præ alio indultum, vulgo.* Eine sonderliche Begnadigung/ *probatur.* n. 26. seqq.

Eodem in sensu etiam in Jure publico occurrere vocem Prærogativæ, *monstrat.* *n.28*

Quomodo in hac Dissertatione accipiatur, docet. *n.29*

De Varia vocis: Principum *acceptione agitur remissive.* *n.31*

Vox principis in Imperio nostro etiam ipsam Celsissimam Imperatoris personam complectitur. *n.32*

De prærogativis Cæsareæ Majestatis agitur remissive. *n.34*

In Recessibus & aliis publicis Imperii Legibus Vox Principis *sæpe Electoribus contradistinguitur.* *n.36*

In hac Dissertatione vox principis personas denotat Illustres, Imperatore Minores, Comitibus vero Majores. *33. & 38*

Elogium Sacri, *quo tempore, obque quam rationem Imperio Romano adjectum sit, de eo agitur remissive.* *n.39*

Idem elogium in Aurea Bulla, Recessibus Imperii, Instrumentis pacis & Capitulationibus Imperatoriis perpetuo Curiæ Romanæ stylo Romano Imperio tributum esse, & in hodiernum usque diem constanti retineri observantia, ostenditur. *n.40*

Cur in Rubrica adjiciantur verba; Imperii Romani, *& non* Romani Germanici, *de illo agitur.* *n.41*

Descriptio Prærogativæ Principum S.R.J. *traditur.* *n.42*

Movetur quæstio: An principibus S. R. J. conveniat de Prærogativis *inter se contendere?* *n.44*

Negativæ *rationes exhibet.* *n.45. sqq.*

Notabile insignis modestiæ exemplum in Ulrico, principe Würtenbergiæ refert. *n.46*

Affirmativæ *Rationes videsis.* *n.49 seqq.*

An liceat prærogativam armis & turbatoris internecione tueri, de eo agitur remissive. *n.62. seq.*

An juri prærogativæ renunciare liceat? *n.64*

Nimia sui abjectio sæpe in injuriam Status ac Ordinis redundat. *n.66*

Subjicitur Nostra Sententia. *n.67*

Ad solum Imperatorem pertinere cognitionem, & definitionem litium super Prærogativis Principum, probatur à n. 68. usque ad 75. inclusive.

Potest *tamen, sed* non tenetur, *aliorum impartialium Imperii Procerum consilium adhibere.* *n.76. seq.*

1 SCriptionis Inauguralis, DE PRÆROGATIVIS, seu PRÆCIPUO PRINCIPUM S. R. J. JURE initium mihi jam facturo, vix arreptum excutere calamum videtur illorum Opinio, qui *De Principum juribus eminentioribus* privato disputare in Academiis licere pernegant, sequentibus moti

2 rationibus: (1) Quod, cum horum jurium definitio omnem privatorum

rum transcendat facultatem, inutilem non duntaxat operam suscepisse videatur, eadem in dubiam privatæ disputationis aleam temerario admittens ausu, sed (2) Sacrilegii etiam reatum incursurus sit, quis- 3
quis audaci molimine de *Principum juribus* disputare conatus fuerit, *arg. L. 3. C. De Crim. Sacrileg.* (4) Quod impio ausu sibi superiorem in 4
Principes arrogare censeatur potestatem, qui hos inter, & alios Imperii Status *De Prærogativis illorum* lites, privato scripto determinare ausit.
(4) Quod cum maximo Reip. incommodo arcana cujusq; Illustris Do- 5
mus divulgare videatur, *eminentiora illustrium Familiarum jura præcipua* qui publice recensere non reformidat: At vero, hæc, & id genus alia 6
animo subjiciens meo, impetrare abs me tamen non potui, ut admotam semel operi manum timide retraherem, certus, sicuti in genere *Juris publici* notitiam *in Academiis* sibi comparere, non minus Reipublicæ 7
utile futurum est, ac ejus commodo inservire noscitur privati juris exactior in Academiis parta cognitio; ita, cum in specie de *principum* 8
prærogativis Academicum movere Discursum, nullibi prohibitum legatur, ex genere permissivorum omnino sit, hanc Juris Publici particulam, ea, qua fas est modestia, ac in Superiores pietate, Academicæ Disquisitioni destinare. *arg. c. 23. X. De Sponf. & L. 1. §. 1. ff. De Testib.*
Neque enim, quod in prima objectionis parte est, eo omnis, quæ *De* 9
Prærogativis Principum in Academiis suscipitur disputatio, multo minus vero hæc nostra præsens collineat Meditatio, ut, litium, super *Præcipuo Principum Jure* adhuc pendentium, à privatis, meque, meæ tenuitatis, inque hoc studio infantiæ mihi optime conscio, usurpetur decisio, aut illarum decidendarum *Summa Potestati* præscribatur modus, quorum 10
alterum temeritatem sapere insignem, alterum vero reprehensibilis omnino audaciæ, & gravioris delicti certissimum dare videtur argumentum; Sed, ut, quod Legibus Imperii publicis, aut non interrupta 11
ejusdem consuetudine jam tum circa *præcipua Principum jura* determinatum, & ad singulorum notitiam publicis typis exscriptum est, ad Academiæ Disputationis revocetur cancellos, eodem prorsus fine, 12
quo, ut jurium horum eminentium Definitiones typis mandarentur, publicis olim placuit suffragiis: Semper enim tenui meo calculo pru- 13
dens illud D. Gothofredi Fiebigii comprobavi monitum, in *Elect. jur. Publ. Semidecad. 1 qu. 4 n. 9.* Scilicet, utut maxime in Academica versantibus luce concessum sit, fundamenta juris publici generalia, legesque & negotia Imperii jam transacta, modeste, & submisse, ad Stu-

 dio-

diosorum Juris necessariam in Scholis informationem, Politicæque disciplinæ explanationem profiteri, minime tamen gentium eo ipso simul datam esse ipsis licentiam, negotia inter partes adhuc controversa, definiendi, ac determinandi, jamque decisa denuo in dubium vocandi, aut temere, & audacter nimis de hisce judicandi. Conf. Philipp. *in Us. Pract. Inst. Eccl. 2. L. 1 n. 6.* Qua ratione nil ponderis habere videtur, quod secundo loco *ex L. 3. C. De Crim. Sacril.* contra Dissertationem
14 nostram petitum est argumentum: Distinguendum enim hic est: in-
15 ter Disputationem, quæ eo suscipitur animo, ut, quæ circa *principum Imperii prærogativas* â Summa Majestate juxta Personarum illustrium eminentiam, meritorumq; qualitatem, certo ac deliberato consilio pro Reipublicæ utilitate constituta sunt, ex impio contradicendi pruritu, sæpe etiam ex intempestivo partium studio, ac ingenii qualiscunque demonstrandi, vanæq; ex odiosa singularitatis affectatione, captandæ gloriolæ cupidine, in dubium vocentur, deque eorum justitia temeraria instituatur sæpe cum debitæ modestiæ, ac observantiæ neglectu privata inquisitio, diversa diversarum Potestatum jura misere con-
16 fundens: Et inter Disputationem, quæ pro illustrandis Principum Prærogativis cum debita animi submissione ac Veneratione in Academiis adornatur, & ultra Limites juris constituti non progreditur. Et,
17 sicuti priori ratione in Academiis cessare debere omnes privatorum de *præcipuo Principum S R. I. jure* disputationes, argumento. L. 3. evinci posse, facile largior, ita, cum hæc intentio â me hic plane aliena sit, obicem Meditationi huic Inaugurali ex allegata *L. 3.* nullum metuo.
18 Minus vero adhuc propositum remoratur meum *tertia dubitandi ratio*, cum tenuitatis, ac sortis adeo immemor meæ haud existam, ut in Imperatoriæ Majestatis reservata, sequestrato omni pudoris sensu, involare ausim, qui potius hoc tenui scriptionis genere nil intendo aliud, quam, quod circa *præcipua Principum Imperii jura â* SANCTISSIMO Imperii CAPITE, jam constitutum est, compendiose enarrare.
19 Id vero pernego, quod pro ratione ultima urgent adversæ sententiæ Patroni, scilicet, publica *prærogativa S. R. J. principum* Academica recensitione, arcana cujusq; Domus Illustris incaute propalari, quæ in vul-
20 gi descendere notitiam, non patitur Illustrium Familiarum Salus, Tantum enim abest, ut quæ Publicis Imperii constitutionibus, scriptis, ac decisis, circa *principum prærogativas* Sacræ Cæsareæ Majestati constituere placuit, pro Secretis ac arcanis cujusque Illustris Domus am-

amplius haberi possint, ut potius eo ipso, quo publicis typis exscripta, 21 omnium versari manibus cœperunt, arcana non meliori appellari jure quiverint, quam, quo alia pro cognoscendi Imperii nostri statu, jura, quibus cum *Capite Membra* ejus utuntur, in Aurea Bulla, Recessi 22 bus Imperii, Capitulationibus Cæsareis, Pace Profana, ac Religiosa, aliisque actis publicis Imperatoris; ac Statuum authoritate publici juris facta, & constituta, inter Imperii arcana referri merentur, in Academiis Juris Auditoribus ideo proponenda, ne illorum non probe imbuti notitia, adque clavum Rerumpubl. olim admoti, cum earum in- 23 commodo demum tum id discere teneantur, quod pro tuendis illustrium Domuum Prærogativis allegare, commodeque adducere jam oportuisset.

Evicto igitur illo, quod in Academiis *De Prærogativis S. J. R. prin-* 24 *cipum* institui cum debita tamen veneratione & decenti modestia possit Disputatio, jam sine ulteriori mora ad verborum *in Rubro* præsentis Disputationis obviorum explicationem descendo, circa primam vocem PRÆROGATIVÆ notans, illam natales suos acceptum ferre Præpositioni: PRÆ, & verbo: ROGARE interq; significatus varios 25 tum apud *Classicos Authores*, tum etiam in *jure nostro* vel PRÆFERENTIAM aut EMINENTIAM, vulgo einen Vorzug/ vel JUS QUODDAM, SPECIALITER UNI PRÆ ALIIS INDULTUM, vulgo ein 26 Vorrecht/ oder sonderliche Begnadigung. denotare. *Vid. Excell.* Dn. Becman. *in Diss. De Prærogativa. c. 1. §. 1.* Schraderus. *in Lex. Jurid. hac voc.* Basil. Faber. *in Thes. Erud. Scholast. voc. ead.* Priori ratione, non dunta- 27 xat in *Jure Civili privato*, & in specie in (1) *L. 3. C. De Quadriennii præscript. ibi: qui enim suis consiliis, suisque laboribus pro toto orbe terrarum die, nocteque laborant, quare non habeant dignam* SUA PRÆROGATIVA *fortunam.* (2) *in L. 4. §. 5. ff. De Offic. Proconf. ibi: magni enim facient provinciales servari sibi consuetudinem istam, & hujusmodi* PRÆROGATIVAS (3) *in L. 1. ff. De Veteran.* ibi: *Veteranorum privilegium inter cetera etiam in delictis habet* PRÆROGATIVAM, *ut separentur à ceteris in pœna* (4) *in L. 18. §. 25. ff. de Munerib.* ibi: *Prate-* 28 *rea habent quadam Civitates hanc* PRÆROGATIVAM, *ut, qui in territorio earum possident, certi quid frumenti pro mensura agri per singulos annos præbeant juncta L. 6. §. 4. f. eod. ibi: Munera, quæ patrimoniis injunguntur, talia sunt, ut neque ætas ea excuset, neque numerus liberorum,*

neque

neque alia PRÆROGATIVA. (5) *in L. 7. C. De Jurisdict. omnium judic. ibi : Vel dignitatis* PRÆROGATIVAM *in hac parte suppetere.* (6) *in L. fin. §. 9. C. De Jur. Deliber. ibi ; Temporum tamen* PRÆROGATIVA
28 *inter Creditores servanda est*; sed in *Jure* etiam *publico* acceptam vocem PRÆROGATIVÆ occurrere, inter alia *ex* §. 5. Capitulat. Leopoldinæ, *verbis* : Auch sollen und wollen wir im übrigen die Versehung thun / daß denen Chur-Fürsten selbst / Ihr von Alters hergebrachte und sonst gebührende Würde und PRÆROGATIVA erhalten ꝛc. juncta Capitulatione Josephina *eod. art. verb.* Würden und Prærogativen. Item ex cap. 6. Aureæ Bullæ, *ibi: quacunque etiam singulari Dignitatis* PRÆ-
29 ROGATIVA *fulgentem &c.* apricari autumo. Posteriori vero in sensu legitur vox PRÆROGATIVÆ in *L. 3. C. De Præscript. quadrien. ibi : Eodem modo, & si à Serenissima Augusta aliquid alienetur, quare non eadem utatur* PRÆROGATIVA, *alibique.*

30 Vocem *Prærogativæ* in Rubrica excipit vox PRINCIPUM varias admittens significationes, quas hic cumulasse omnes, ab instituti ratione alienum est; videri interim magna cum industria collectæ
31 possunt ap. Exc. Dn. Becmannum. *In Syntagm. Illustr. Dignit. Diss. XI. c. 1. §. 1.* Reinkingk. *De R. S. & E. L. 1. Class. 4. c. 8.* Carl. du Fresne *in glossario ad Scriptor. med. & infin. latin. voc. Princeps.* Burgold. *Disc. XX. Membr. 2. num. 27.* Illustr. Dn. de Rhetz. *in Instit. Jur. publ. L. 1. Tit. 17. §. 10.* Schutz.
32 *Vol. 1. Exerc. 8. th. 1. pag. 600. aliosque.* Nobis sufficiat hic notasse: Licet (1) in nostro Imperio vox *Principis* tam late pateat, ut ipsam etiam *Imperatoris* Illustrissimam Personam, ceu omnium Illustrium Dignitatum in Imperio Unicum Fontem *eminenter* complectatur, sicuti advertere est ex *R. J.* zu Cölln. *de Anno 1512.* Ordnung der Notarien §. 3 ubi Titulo des Obersten Fürsten insignitur Sanctissimus Imperator. Lauterbach. *in Comm. ff. ad Tit. De Constit. Principum. §. 3.* Paurmeist. *De*
33 *Jurisdict. Lib. 2. c. 9.* Limnæus *De I. P. Lib. 4. c. 2. n. 5.* quod & titulatura Imperatoris : Der Aller-Durchläuchtigste / Großmächtigste und unüberwindlichste Fürst und Herr / satis comprobat; Vitriar. *in I. P. L. 1. T. 15. §. 1.* in hac tamen Dissertatione eandem denotare *illu-*
34 *strem dignitatem Imperatoria minorem*; Neque enim de *Prærogativis Cæsareæ Majestatis* hisce agere pagellis animus est, de quibus tamen
35 consuli possunt Petrus de Andlo. *De Imperio Rom. Libr. 2. c. 8.* C. Freherus *in not. ad eund. h. l.* Limnæus *in I. P. Lib. 2. c. 7.* Reinking. *De R. S. & E.*

S. & E. Lib. 1. Claſſ. 2. c. 7. Sprenger. *Jus. Publ. Lib. 1. cap. 4.* Lancellottus Conradus. *Templo omn. jud. L. 1. cap. 1. &* Stephan. *De Juriſdict. L. 2. cap. 1. aliique paſſim.* Et quanquam (2) in Receſſibus Imperii, 36
aliisque publicis Imperii Legibus paſſim *Principes* ipſis *Electoribus* contradiſtinguantur, Vid. R. I. De Anno 152. §. 7. Es ſollen durch die Churfürſten/ Fürſten/ und Ständte. R. J. De Anno 1521. §. *12.* Wir Churfürſten/ Fürſten/ Prælaten. R. A. 1541. §. 46. Und dieweil Churfürſten/ Fürſten/ und gemeine Stände. ꝛc. R. A. De An. 1559. § 1. ibi: So hat uns auch Churſürſten/ und Stände. R. A. De Ao. 1654. §. 11. 15. 199. 200. Capitul. Joſeph. §. 2. 7. 10. 11. 14. &c. Vid. Schweder. *in Introd. J. P. Part. Spec. Sect. 2. c. 4. n. 1.* Borgold. *P. 1. Diſc. 20. Membr. 2. n. 77.* in hac tamen Diſſertatione Principum nomine Illuſtres ve- 37
niunt Perſonæ Eccleſiaſticæ æque, ac Seculares, ab *Electoribus* usque ad *Comites* excluſive, modo *jus ſuffragii ferendi in Comitiis in Perſonis ſuis* 38
habeant, excluſis illis qui Landes-Fürſten appellantur, & opponuntur denen Reichs-Fürſten Vid. Vitriar. *in Inſt. Jur. pub. Lib. 1. Tit. 15. §. 1. ibique Additionat.*

Sequitur jam *Tertia vox*, nempe SACRI. Non diffluam hic, 39
neque inquiram operoſius, undenam hoc elogium, obque quam rationem, & quo tempore primum adjectum ſit Imperio Romano Germanico, cum hanc operam jam ante me alii, interque illos Excellentiſſimus Bœclerus in Eleganti ac erudita Diſſertatione *De Sacro Romano Imperio* præoccupaverint, qui inſtar omnium excellenter commendari meretur, quin id potius nullus diſſimulo, cum non duntaxat in Aureæ Bullæ *Proœmio:* ibi: *inter ſeptem Electores* SACRI 40
IMPERII, §. *2. ibi: Et mandamus univerſis aliis Principibus, feuda à* SACRO IMPERIO ROMANO *tenentibus: Item & gratiis à* SACRO *obtentis* IMPERIO. *Item: Cum contra Remp. ac* SACRI *ſtatum* IMPERII &c. *juncto §. 10. 13. 14. c. 3. §. 2. & 6.* Imperii variis Conſtitutionibus & Receſſibus paſſim, Vid. Reformatio Francof. Imp. Frid. III. de Anno 1442. pr. ubi: Heil. Römiſchen Reichs Churfürſten ꝛc. Item unſern und des Heil. Reichs Unterthanen. Item: damit man in dem Heil. Reich Fried empfinde. Item: So haben wir uns von der Bürde wegen unſer Königl. Amts/ die wir GOtt zu Lobe/ dem Heil. Reich zu Ehren/ und um Gemeines Nutzes willen über uns genommen haben. R. A. De Anno 1555. §. *3. ibi.* in allen Obliegen und Beſchwerungen des

Heil. Reichs Teutscher *Nation. Item* §. 4. 5. 7. §. 9. 12. 15. *&c.* Instrumento Pacis Cæsareo - Svecico. *pr. & art.* 1. inque Novissimo Imperii Recessu passim, & in Capitulatione Leopoldina. pr. ibi: des Heil. Römischen Reichs. Item aller des Heil. Reichs durch Germanien ꝛc. Item Churfürsten und Ständen des Heil. Römischen Reichs *juncto* §. 2. 3. *&c.* nec non Josephina. §. 2. 3. ibi: Und wollen wir in alle Wege die Teutsche Nation, das Heil. Römische Reich / und die Churfürsten als dessen fodersten Glieder und des Heil. Römischen Reichs Grund-Seulen ꝛc. perpetuo Curiæ Romano - Germanicæ stylo publico authenticum id Decus elogii solennis inter publicas formulas jam tum à Friderici I. tempore usurpatum, & à Successoribus Augustissimis continua consuetudine in hæc usque tempora reservatum, immo non domi tantum inter solennia, sed ab Exteris, & æmulis, etiam in litteris, Legationibus, actuque & scriptura formali attributum sit, me Curiæ stylum hac in parte eo lubentius secutum esse in Inscriptione Disputationis, ne ob imperitiam styli Curiæ ex judicio Exc. Boecleri *d. Differt.* me aliis merito notandum præberem, tam auspicatam, & sanctam vocem solenni formulæ Imperii Romani abesse passus.

41 Eadem motus ratione, *in Rubrica* ultimo loco adjeci verba: ROMANI IMPERII, des Römischen Reichs / Non, ac si parum arriserit vox, etiam in publicis Imperii legibus adjici solita: Romano GERMANICI, sed, quod solam illam vocem stylo Curiæ apprime convenire, & inter decora Imperii nostri pertinere, ac sine istiusmodi adjectione sufficere judicaverim, per ea, quæ fusius exposuit Vir ad miraculum doctus, & incomparabilis Bœclerus *d. Differt. cui jungi potest* Doctissimus Conringius *in Libro, quem in hoc argumento excellenter laudat proxime allegatus* Bœclerus *d. l. De Germanorum Imperio c. 18. & in Opere De Finib. Imperii. c. 9. seq.* & Schwed. *in introd. ad Jus Publ. Part. Gen. c. 4. §. 16.*

42 Hisce ita pro explanando Rubro præmissis, jam describere lu-
" bet PRÆROGATIVAM PRINCIPUM S. R. J. *quod sit qualitas Le-*
" *ge, vel Consuetudine Imperii publica Proceribus Imperii tributa, vi cujus ra-*
" *tione Præcedentiæ, Sessionis, Voti, aliorumque jurium eminentium, alii aliis*
" *prævalent, ac potiori utuntur, & fruuntur jure.*

43 Supersedeo lubens tradita Descriptione evolvenda, singulis ejus-

ejusdem verbis, ceu in se claris, & perspicuis interpretationis lucem haud desiderantibus, duas antequam ad specialiora prolabar, non impertinentes quæstiones, adhuc propositurus, quarum Prima est: *Utrum Principibus Imperii conveniat inter se de Prærogativis concertare?* 44
Qui istiusmodi contentiones *Christiano* in genere *Principi* parum convenire satagunt, urgere solent (1) illustre notabilis modestiæ ac 45
Heroicæ Virtutis exemplum in Ulrico Serenissimo Würtenbergiæ Duce, qui, disputatione de Sessionis Prærogativa in conventu Principum mota, cum singulari Generosissimi animi moderatione dixisse fertur: *Collocetis me sane post fornacem, dummodo efficiamus id, ad quod congregati sumus.* Vid. Joh. Dauth. *De Testam. Proœm.* Rumelin. *ad A. B. Part. 3. Diss. 1. p. 650.* Besold. *Dissert. Polit. Jurid. 2. c. 3. §. 7. in fin. ibique allegatus* Bürck. Im Regenten-Spiegel. *fol. 109.* Carpz. *de Lege Regia Germ. c. 10. Sect. 7. n. 32. & *Meland. *in Jacoeriis Lib. 1. n. 2. 9.* (2) Varias, 46
quæ ex istiusmodi *de Prærogativa Sessionis &c.* litibus, in ipsum Sacri Imperii corpus redundare solent, incommoda, de quibus videantur R. J. zu Regensburg *de Ao. 1603.* §. der in dem Heil. Reich; *ibi:* Von wegen Mißhelligkeit des Session-Streits wird ie zu weilen des Reichs gemeine Obliegen und vorfallende Nothdurfft zurück gehalten. & R. J. *de A. 1541.* §. als sich auch. (3) Crepant illustria Sacri Codicis exempla, 47
& fidelissima *Humilitatis* præcepta, â Salvatore nostro multoties inculcata, cum quibus stare minime posse autumant, de certo eundi & consedendi ordine, deque eminenti alio inter Proceres Imperii jure frequentes, inprimis Ecclesiasticorum Principum contentiones, quibus tamen illos abstinuisse, tantum abest, ut potius *supra in Præfamine n. 5. seqq.* adducta, aliaque complurima â Dn. Carpzovio *in Tr. de Leg. Reg. Germ. c. 10. S. 7. n. 26. & 29.* Rumelino. *ad A. B. Part. 3. Dissert. 1. th. 2. in Addit. lit. B. aliisque* notata exempla contrarium ejus liquido evictum eant. Adducunt tandem (4) Lactantium *De Instit. Orat. L. 5. C. 5.* Nil arrogantius, nilque fœdius, & â sapientis ratione remotius esse, *asserentem, de Prærogativa* contentione. 48

Qui vero contra istiusmodi *de Prærogativis* contentiones Principe *in genere* Christiano, sicque & *in specie* Imperii Proceribus haud indignas esse judicant, sequentibus utuntur rationibus: Quod (1) ad confusionem in Imperio nostro evitandam, ex qua non nisi certissimum publicæ Saluti imminere periculum potest, *c. fin. Dist. 89.* egregie 49 50

 faciat,

faciat, assignatum sibi unumquemque Ordinis sui locum eo tenacius
tueri, quo proprium magis esse noscitur Principum, de Honore &
competenti loco certare, Mazarin. *Consil. 26. n. 4. Rumelin. d. l. th. 1. in*
Addit. Settela. *della rog. distel. L. 5. c. 6.* Pierre Matth. *en la Histoir. de*
Henr. c. 1. Narrat. ult. n. 16. quoq; innatum magis illis esse creditur, circa
Honoris, ac jurium Prærogativas scrupulose versari, & nullius rei jactu-
ram ægrius ferre, quam negligi à paribus, aut posthaberi cum Hono-
ris imminutione Inferioribus. Zieriz. *apud Arumæum Jur. de publ. Tom.*
51 *2. Disc. 34. p. 1022. & 1079.* Carpz. *supr. all. loc. n. 281.* (2) Quod, cum ju-
re naturæ jura tueri non minus, ac alia bona sua, omnibus concessum
sit, Surg. *De Urb. Neopol. m. c. 27. n. 1. & 2.* Rumelin. *ad A. B. Part. 3. Diss.*
52 *1. th. 2. in Addit. lit. B.* neque à modesta, & moderata *prærogativæ* vindi-
catione arceant, aut jura Pontificia, aut Cæsarea *vid. c. fin. dist. 89. c. Sa-*
litæ 6. X. De Majorit. & Obed. c. 26. Dist. 93. L. 14. §. 5. L. n. §. 1. ff. De Mu-
ner. t. t. C. Ut Dignit. Ordo Servetur. Lib. XII. Marc. Anton. Peregrin.
53 *Consil. 84. n. 2.* Francisc. Mazarin. *Cons. 26. n. 2.* Carpzov. *d. l. n. 135.* tan-
tum absit, ut, qui non *ex Fastu & Ambitu* quodam, sed *studio conservandi*
Familiæ suæ jura de Ordinis, jurisque sibi competentis Observatione
54 moderate disputat, infra Boni Principis Officium quicquam agere vi-
deatur, ut potius, posthabita Dignitatis & Eminentiæ ratione, *Pari*, aut
Minori cedens, injurius in se, suamque Posteritatem censeatur. Me-
noch. *Vol. 1. Consil. 51. n. 3.* Knichen. *De Non provoc. jur. Cap. 2. Verb. Du-*
cum. n. 25. Carpzov. *d. l. n. 34.* Guetta *Consil. 1. pr. &* Besold. *Diss. Politico-*
55 *Juridica. 2. c. 3. §. 8.* Quod, cum (3) *graduum* distributio unitatem &
56 concordiam conservet, *c. fin. dist. 89.* turbationes vero *Ordinis*, & *Jurium*,
57 necessario periculosissimas secum trahant turbas, generoso Spiritu
quidvis potius, quam sui neglectum ferre valente, Arumæus *ad A. B.*
Disc. 4. th. 1. fol. 174. Besold. *d. l. p. 154.* graduum & jurium Conservatio
58 ad Societatem Humanam & Civitem Politiam necessaria putetur, De-
cian. *Resp. 7. n. c. Vol. 3.* Rumelin. *ad A. B. d. l.* eo majori cura observan-
da, quo certius est, illis præcipua rerum, teste Tacito: *Ann. 4.* ad fa-
59 mam esse dirigenda. Tiraquell. *De Nobil. cap. 20.* Calefat. *De Ordinat.*
Equestr. Arum. *d. l. Disc. 4. th. 1. &* Jacob. Gothofred. *De Præced. p. 1.*
60 (4) Quod, cum Summum Numen. *Boni Ordinis* ipse Author sit, ejus-
que *Turbatores* oderit, laudem potius, quam indignationem merea-
tur, qui pro conservando jure, ac Ordine suo moderate disputat;
Quod

Quod in tantum ampliant JCti, ut haud dubitent asserere, contra 61
istiusmodi turbatores, ceu vim alteri inferentes, Le Crier *de Primogen. L. 2. q. 3. n. 2 & alleg. â* Rumelino. *ad A. B d. l. th. 1. Lit. B.* licere Ordinis, ac jurium Prærogativam armis tueri, Menoch. *Consil. 902. n. 76.* 62
seqq. Vasque *Illustr. Controv. c. 18. n. 16. Lib. 1.* Aloys. Ricc. *in prax. Tar. Eccles. 584.* Panceroll. *Cons. 6. n. 2.* ordinariæ pœnæ reo minime futuro, qui debitam sibi *Prærogativam* tuendo prohibentem occiderit.
Gratian. *Discept. For. 110. n. 20.* Schutz. *in Coll. Jur. Publ. Disp. 8. th. 13. circ.* 63
fin. Rumelin. *ad A. B. d. l. ibique alleg. jung.* Besold. *supr. all. loc. th. 8.* Jure 64
Prærogativæ adeo favorabili existente, ut nemo eidem, ceu â Jure publico dependenti, in suorum præjudicium renunciare valeat, Decian.
Cons. 7. n. 71. Vol. 3. Peregrin. *V. 1. Cons. 48. n. 1.* (5) Quod cum præce- 65
ptis de *Humilitate* neutiquam pugnet legitimum & moderatum *debiti Honoris ac juris conservandi* studium, omnis fastus exclusivum, nimia sui abjectione in injuriam Status non raro redundatura. Lessius. *De* 66
J. & J. Lib. 4. c. 4. Dub. 8. Bovadill. *3. Pol. c. 2. n. 2.* Gratian. *d. l. c. 845. n. 1. &* Rumelin. *d. l. th. 2. ibique all. Ddres.* Cui sententiæ nostrum quo- 67
que addere calculum nulli dubitamus, non deficiente, quod ex proxime allatis rationibus reponi facile potest argumentis; in contrarium adductis.

At diceres: *A quo Judice Principes Imperii* de prærogativis *controversiarum suarum expectabunt Decisionem?* Respondetur: A Solo Impe- 68
ratore. Hujus enim inter *Reservata* pertinet De Prærogativis Princi- 69
pum Cognitio & Dijudicatio: Illustr. Dn. de Rhetz. *in Inst. I. Pub. L. 1. Tit. 4. §. 63. circa fin.* Schweder. *in Introd. J. S. Part. Spec. Sect. 1. §. 15. Conf. praef.* Quod non duntaxat (1) ex variis claret Imperii Recessibus, *Vid.* 70
R. A. De Anno 1551. letzlich ibi. Daß wir/oder unsre Commissarien/ sie Gütlich oder Rechtlich entscheiden sollen. R. A. de Anno 1567. §. Als sich auch ibi: Und seynd wir nochmahls des gnädigen Erbietens/ möglichsten Fleiß anzuwenden/ nach befinden eines ieden Gerechtigkeit/ sie solcher Irrung der Session wegen/auf ziemliche leidliche Wege zu vereinigen und zu vertragen/ oder sonst nach Billigkeit zu entscheiden. jung. R. A. de Anno 1570. §. Zum letzten ibi: Wollen ordnen und statuiren wir hiemit R. A. de Anno
1676. §. ferners/ 7. & §. Wann dann 111. Variisque (2) Imperatoriis 71
Decretis, & in specie ex Decreto sequenti zu Regensburg d. 5. Martii. 1654. von der Römischen Käyserl. Majestät unsern allergnädigsten Herrn dem Löbl. Fürstl. Raths-Directorio hiemit in Gnaden anzuzeigen/ nach-

dem bey erst allerhöchst gedachter Ihrer Käyserl. Majestät die Churfürstl. Brandenburgische/ und andere/ wegen der Secularirten Stiffter interessirte Fürstl. Abgesandte in puncto Sessionis & voti einkommen/ wie hiebey gefügtes Memorial mit mehren ausweiset/ und nun dieselbe sich hierauf Allergnädigst resolviret/ daß das Fürstenthum seine Session immediate nach dem Hause Braunschweig/ vor den nechstfolgenden Häusern/ das Fürstenthum Minden aber immediate nach Sachsen-Lauenburg vor Hollstein und die übrige drey/ als Schwerin/ Ratzeburg und Hierschfeld/ vor Mampelgard und andere folgende Fürstl. Häuser gesetzet werden soll: Als haben Ihr. Käyserl. Majest. dessen/ daß Löbl. Fürsten Directorium zu dem Ende zu erinnern allergnädigst anbefohlen/ daß dasselbe ermeldeten Secularisirten Stifftern oder derentwegen anwesenden Gesandten/ nicht allein ihre designirte Sessiones von nun an alsobald einräumen/ sondern auch obgesetzter Ordnung die Vota specialiter ablegen lassen wolle. An dem ꝛc. Vid. Author Der Grundfeste. p. 105. in *seqq.* alia adhuc exem-
72 pla adducit. Sed etiam (3) inde probatur, quod cum privilegia & *præcipua principum jura* ab Imperatore æque, ac illorum adinstar reliquæ *Dignitatum Prærogativæ* decernantur, nemo ipso Imperatore accu-
73 ratius Dignitatum Gradus determinare, deque concessis, juribus melius judicare possit, Rumel. *ad A. B. Part. 3. Disp. 1. th. 12. in fin.* Fritsch. *in Dissert. De Jur. Alternandi. c. 3.* § 2. illo omnium optimo privilegio-
74 rum Interprete existente, qui illa concessit. Enenckel. *De Privil. Lib. 2.*
75 *c. 3. n. 57.* Fritsch. *d. l. ibique all.* Bertram. Quod (4) Ipsi etiam Imperii Status agnoverunt in der Chur-Fürsten/ Fürsten und gemeiner Stände ersten Relation, und Antwort auf dem Reichs-Tag zu Augspurg de Anno 1566. his verb. Die Erkäntnis zwischen den Ständen/ so der Session halber streitig/ hanget der Käyserl. Hoheit an/ und ist ihrer Majestät/ als dem Oberhaupt/ NB. allein zuständig. Vid. Schweder. *supr. all. loc.* & Fritzsch. *d. l.*

76 Ex quibus simul apricabitur: Ut ut Imperator in decidendis *de Principum Prærogativis* controversiis, Statuum quorundam quandoq; adhibuerit consilium, Vid. R. A. de Anno 1500. Rubr. Wie die Irrungen der Session zwischen den Fürsten hingeleget werden solle durch das Regiment. §. weiter nachdem. ibi: die wir denjenigen die es betrifft ꝛc. R. A. de Ao. 1567. §. Wenn denn die Churf. Räthe/ ibi: doch/ da wir
77 es von nöthig achten würden ꝛc. R. A. de Ao. 1603. §. der im Heil. Reich 66. ibi: erklären wir uns abermals ꝛc. neutiquam tamen teneri Sacram

Cæsa-

Cæsaream Majestatem ad dijudicationem dictarum controversiarum Imperii Proceres necessario adhibere. Schweder. *d. l.* §. 15. *in fin.*

Tantum *de Generalibus circa S. R. J. Principum Prærogativis* ad *Specialia* jam progredior, & quidem ad

CAPUT II.

Recensens

Fulgidissimas Electorum Prærogativas, quibus inter alios S. R. I. Principes eminent.

SUMMARIA.

De *Variis Statuum Imperii, tam ratione* Territoriorum, *quam* Dignitatum *Divisionibus agitur remissive.* *n. 1*

Quis sub fictitio Cæsarini Furstnerii *nomine, in Tractatu,* De Jure Suprematus ac Legationis Principum Germaniæ, *latitet nomine, docet.* *n. 2*

S. R. J. Electores fulgentissimis reliquos Imperii Ordines Dignitatum Prærogativis superare, probatur in genere. *n. 3. seqq.*

Ratio ejus ponitur in arctissimo, quo præ ceteris Imperii Statibus Sacræ Cæsareæ Majestati junguntur, nexu. *n. 4.*

Hic vero probatur (1) ex insignioribus elogiis, Electoribus in A. B. Capitulationibus, aliisque Constitutionibus publicis &c. tributis. *n. 5. seqq.*

Vocantur Electores passim (1) Eingeleibte/ förderste/ innerste/ und allernechste Glieder/ und Hauptstücke der Käyserl Majestät. *n. 5.*

(2) Edle/ unbewegliche/ und Haupt-Seulen des Heil. Röm. Reichs/ und dessen Grundfeste. *n. 6*

(3) Die Innerste/ Höchste/ und Geheimbte Räthe Ihrer Käyserlichen Majestät/ und Obersten Väter u. Rathsgeber der Teutschen *Nation.* *n. 7*

(4) Die sieben helle Leuchter des Heil. Reichs/ in Heilligkeit eines siebenförmigen Geistes zu erleuchten. *n. 8*

Probatur arctissimus nexus Electorum, quo hi indissolubiliter Imperatori juncti sint, (2) ex ipsa Imperatoris Confessione, daß der Churfürsten Hoheit und *Authorit*ät mit

eines

eines Römischen Käysers Gewalt/ und Hoheit dermassen verbunden/ daß eine ohne die andere nicht verschmälert werden/ noch bestehen kan. *n.9*

(3) *Quod Electores dicantur Cæsareæ Sublimitati in partem solicitudinis constitutur.* *n.10*

Prærogativæ Electorum respiciunt vel illa jura, quibus hodie *adhuc fulgent Electores præ ceteris Imperii Ordinibus, vel quæ* olim *quidem habuerunt præcipua, hodie vero cum illis communia.* *n.11*

De illis *primo agitur loco, &* in specie (I) *De* præcipua Titulatura, *qua ipsos dignatur Imperator præ aliis Imperii Principibus.* *n.12*

Sic Ecclesiastici Electores, *Illustri licet stirpe haud orti, & ætate ipsis Imperatoribus sæpe majores, suavi* Nepotum, Seculares *vero* Cognatorum *nomine compellantur ab Imperatore.* *n.13*

Ratio dubitandi de hac Titulaturæ *Prærogativa subjicitur.* *n.14. seq.*

Ad illam respondetur. *n.16*

Hæc Titulorum differentia quoad Electores Ecclesiasticos *&* Seculares *non semper stricte ab Imperatoribus fuit observata.* *n.17*

Sed modo omnes promiscue *compellatione* Oheims / *modo* Neven *sunt salutati.* *n.18. seq.*

Electores aliquando, sed tamen rarissime etiam dulcissima Fratris *compellatione ab Imperatore sunt honorati.* *n.20. seq.*

Imperatores in Litteris ad Comitia Imperii convocatoriis in Secunda Persona Electores *compellare, Principes vero tuizare solent.* *n.22*

Seculares *Electores juxta Modernum Curiæ stylum ab Imperatore* Serenissimi, Durchläuchtigste/ *Principes vero reliqui,* Illustrissimi, *vel* Celsissimi, Hochgebohrne *paucis exceptis, qui titulum* Durchläucht/ *multo compararunt labore, compellantur.* *n.24. seq.*

Rex Galliæ cum aliis hodie Regibus omnibus Electoribus FRATRIS, Principibus *vero reliquis* COGNATORUM *tantum titulum tribuit.* *n.24*

Ad PRÆROGATIVAM ELECTORUM *refertur* (II) *quod non minus in actibus* extra Curiam Imperialem, *quam* ad illam *spectantibus omnibus,* cunctis *præferantur* Principibus. *n.27*

An etiam Electores Regibus in actibus ad Curiam spectantibus præferantur, videsis. *n.28. seqq.*

Extra Curiam hisce cedunt Electores. *n.29*

Rationes, quas propter in Actibus Curialibus Regibus præferendos esse Electores urgent quidam juris Publici Ddrum, recenset. n.29. cum seqq. usque ad n.34

Rationes dubitandi exhibet. *n.35. seqq.*

Rationes refutandi affirmativam sententiam videsis. *n.38. seq.*

Legati Principum cedunt Electorum Lega-

Legatis, tam in Imperio, quam extra illud. *n. 40. seq.*
Non vero Coronatarum Rerumpublicarum Legatis. *n. 42. seq.*
Cedunt tamen contra Legati Electorales Legatis Regiis etiam extra Imperium. *n 45*
Ad objectiones, formatas. *n. 47. seq.*
Respondetur. *n. 49. seqq.*
Ad PRÆROGATIVAM ELECTORUM *refertur,* (III) *Quod soli habeant jus eligendi Imperii Romano-Germanici Summum Caput.* *n. 53. seqq.*
Qua ratione hac Prærogativa ad Electores devenerit, demonstratur, n. 56
Ad PRÆROGATIVAM ELECTOREM *referunt* (IV) *Jus Capitulationem noviter electo Romanorum Regi præscribendi. n. 57*
Rationes hujus recensentur. *n. 58. seq.*
Rationes dubitandi vide. *n. 74. seqq. usque ad n. 81*
A jure concipiendi Capitulationem exclusus est Bohemus. *n. 82*
QUINTA *Electorum* PRÆROGATIVA *consistit in illo, quod Illustribus in Actibus Curialibus defungantur Archi Officiis,* *n. 82*
Elector Moguntinus, *hodie Lotharius Franciscus de Schomboro* Archi-Cancellarius *est per* Germaniam, *& in rei veritate etiam per* Galliam & Italiam, *n. 83. seq.*
Elector Trevirensis, *hodie Johannes Hugo, Episcopus Spirensis, est juxta A. B.* Archi-Cancellarius *per* Galliam & Regnum Arelatense. *n. 86. seq.*
Elector Coloniensis, *hodie Josephus Clemens, Dux Bavariæ, juxta A. B. est* Archi-Cancellarius *per* Italiam. *n. 88. seq.*
Officium Ecclesiasticorum Electorum in Solenni Imperatoris Curia, quodnam sit, vide, *n. 90*
Elector & Rex Bohemiæ, *Hodie Invictissimus Imperator* LEOPOLDUS, *est* Archi-Pincerna Imperii, *n. 91. seq.*
Hocque Officium per Sub-Officiarium suum hodie expedit. *n. 93*
Archi-Dapiferatu *vi transactionis, cum Electore Palatino initæ, defungitur hodie* Elector Bavarus, *Maximilianus Emanuel, Dux Bavariæ,* *n. 94. seq.*
Prefert Imperatori Pomum Imperiale, quod etiam inter sua gerit insignia, *n. 97*
Elector Saxo, *hodieque Poloniæ Rex, Fridericus Augustus, est* Archi-Mareschallus *Imperii.* *n. 98. seq.*
Signum hujus & Officium in Solenni processione exhibet. *n. 100. seq.*
Elector Brandeburgensis, *hodieque absolutus Borussiæ Ducalis Dominus, Fridericus III. defungitur* Archi-Camerariatu, *& prefert Imperatori Sceptrum, quod etiam inter insignia sua ostentat. n. 103. sqq.*
De hac prægestatione lis olim ipsi mota, quomodo decisa sit, videsis. n. 106. sqq.
Exhibet Imperatori juxta A. B. pel-

vim & mantile, hodie proxime adstantibus hoc tenentibus. n.109. seqq.
Comes Palatinus Rheni, *hodie Ioh. Wilhelm. Iosephus. Dux Neoburgensis, hodie* Archi-Thesaurariatus *fungitur Officio. n. 111. seqq.*
Missilia aurea & argentea in vulgus spargit in solenni Coronationis actu. n. 115. seq.
Imperatori præfert Coronam. n. 114
Campum, in quo olim Insigne Imperii, Electoratui in Bavarum collati annexum, pomum sc. aureum gerebat, hodie vacuum habet. n. 113
Quid utrique lateri Missilis nummi inscriptum, & an idem in nupera Josephi Coronatione observatum sit, videsis. n. 117
De Novo Electoratu agit. n. 118. seqq.
De Collato Hannoverano Officio Archi-Vexilliferatus, *videsis. n 120*
De Contradictione Ducis Würtenbersis, & ejus effectu agit. n. 121. seqq.
SEXTA *Electorum* Prærogativa *est, quod peracta Coronatione, præstitisq; noviter electo Rom. Regi, Mensæ accumbenti, Officiis suis,* singuli singulis *in* eodem cum Ipso Imperatore cœnaculo assideant Mensis, *separatim stratis & splendidissima instructis. n. 124*
Contra vero Reliqui Imperii principes Uni omnes mixtim Mensæ accumbant. *n. 125*
Electores Ecclesiastici, *expeditis suis Officiis statim ad Mensas suas accedunt, nec exspectant tamdiu, donec & reliqui* Seculares Electores *sua fecerint munia. n. 126*
Nemo vero Electorum Secularium ante accumbit, quam & sui Collegæ omnes ac singuli sua officia expediverint, illo, qui suum ministerium explevit, reliquos stando ad Mensam suam exspectante. n. 127
Legati Electorum paratis pro Dn. Principalibus Mensis non accumbunt. n. 128
Exempla recenset. n. 129
Omnes Electorum Mensæ sunt ejusdem altitudinis, hodie tribus pedibus *Imperatoris, &* Uno pede *Imperatricis Mensa depressiores. n. 130*
Principum *Mensis* uno gradu *elatiores sunt Mensæ* Electorum. *n. 131. seqq.*
Assident Electores Mensis suis sub Cœlo pensili, & Capite operto, *post tergum habentes* Abacum Vasarium, *in quo suppellectilia sua aurea & argentea ostentant. n. 132. sqq.*
Carent contra Mensæ Principum, apertis Capitibus *accumbentium, &* Uraniscis, *&* Abacis Vasariis. *n. 137. & seqq.*
SEPTIMA *Electorum* PRÆROGATIVA *in eo noscitur consistere, quod Imperator* Comitia *Imperii* Universalia *absque* præscitu & consensu *Electorum indicere nequeat requisitione Consensus ceterorum Principum hic plane non necessaria. n. 138*

Impe-

Imperatore convoca ionem ad publicos Imperii conventus absque prævia consensus Electoralis requisitione instituente, actus ille ipso jure nullus est. n. 138. & seqq.
Regis Bohemiæ consensu & requisitione extra Electionis Diatas, non est opus. n. 139
Imo & monere Imperatorem & urgere indictionem Comitiorum pro utilitate Imperii ipsi possunt Electores. n. 142
Imperator Comitia universalia indicturus, Caussam *indictionis Electoribus antea aperire, deque* Tempore & Loco *cum ipsis deliberare tenetur.* n. 143 seqq.
Exclusis & hic reliquis Principibus. n. 144
Electores non mixtim *hodie, ut olim,* Unum *cum* Principibus *amplius faciunt* Collegium, *sed separatam ab illis constituunt Curiam.* n. 145. seqq.
In Sedendo, procedendo & votando hodie Principes superant. n. 147
Et illorum votum tantidem valet, quantum suffragia dimidiæ partis omnium Imperii Ordinum. n. 148
VIII. ELECTORUM PRÆROGATIVA *est, quod Hi* quoties, & ubi *ipsis visum fuerit, particularia Comitia sine speciali Imperatoris veniæ impetratione, vel aliorum Principum interventu, agendi habendique gaudeant jure.* n. 150 & seqq.
Non posse Imperatorem hosce Electorum conventus prohibere, vel impedire probatur. n. 152
Rex Bohemiæ ad hosce Conventus Electorales citandus est minime: nisi in illis simul de Electione novi Regis Romanorum agendum sit. n. 150. sqq.
Exempla horum Conventuum Electoralium recensentur. n. 153
Comitia hæc duplicis generis esse docetur. n. 154. seqq.
Quid inter utraque intersit, videsis. n. 156
NONA Electorum PRÆROGATIVA *in eo consistit, quod Imperator sine* solo Electorum consensu *Hodie (1) neque ipse nova vectigalia instituere, aut augere neque aliis Imperii Ordinibus Facultatem nova instituendi, aut concessa augendi, impertire valeat.* n. 157
Bohemi consensus hic non est necessarius. n. 158
Num reliquorum Statuum consensu etiam hic opus sit, quæritur. n. 159
Et negative respondetur. n. 161. seq.
Non sufficit hic Electorum consensus Collegialis, *sed requiritur* Totalis. n. 164
Status augmentum veteris, vel concessionem novi vectigalis impetraturus, sub Litteris reversalibus, & pœna caducitatis immunitatem vectigalium Electoribus, illorumque Ministris & Subditis polliceri tenetur. n. 165
Olim solus Imperator sine Electorum con-

consensu poterat concedere jus monetandi. n. 169

Hodie secus, & desideratur consensus Electorum tam ad hujus juris concessionem. n. 166

Quam amissi restitutionem. n. 167

Sufficit tamen Collegialis, *nec desideratur necessario* Totalis. n. 167

Ad obstantem textum. n. 168

Respondetur. n. 170

Solus Imperator absq; praevio Electorum consensu vacantia & aperta imperii feuda Majora seu Regalia, aliis in feudum iterum dare, vel Exspectantias super ipsis concedere non potest. n. 171

Iuxta Caroli, V. Capitulationem vacantia Imperii bona ipsi Imperio incorporanda sunt. n. 172

Fundamentum hujus Capitulationis exhibet. n. 173

Imperatores ne unum quidem apertum feudum in Usum Imperii hactenus impendisse, probatur inter alia, exemplo Ducatus Mecklenburgensis, Optimis Principibus Adolpho Friderico, & Johanni Alberto *olim erepti, ipsique VVallensteinio tot, in feudum concessi, sed pristinis Dominis suis feliciter postea restituti.* n. 174. seq.

Ad obnotum dubium. n. 176

Respondetur. n. 177. seqq.

An Imperator vacantes Electoratus aliis iterum concessurus, etiam reliquorum Electorum consensum praerequirere teneatur, de eo agitur remissive. n. 179

Soli Imperatori absque praevio Electorum consensu fas est minime Bona Imperii alienare, vel obligare. n. 180

Vtrum hic desideretur Totalis, *an vero sufficiat* Collegialis *Electorum consensus, videsis.* n. 180

Quaenam ratio fuerit ita restricta Imperatorum facultatis circa alienanda Imperii bona, exponit. n. 182

Cur Maximilianus Imperator Carolum IV. Dissipatorem & Vitricum Imperii appellaverit, exhibet. n. 184

Pro uno prandio Galliae Regi Regnum Arelatense cum Delphinatu in villa nova prope Avenionem effusa largitus est liberalitate Carolus IV. n. 183

VVenceslaus, Caroli IV. filius, Ducatum Mediolanensem, cum aliis

aliis Reip. Germ. Provinciis vili vendidit pretio, ipsiq; Pontifici Gregorio XII. Vrbem Tridentinam donavit. n. 185
Alienandi bona Imperii facultas in Imperatoribus hodie per novissimas Capitulationes ad necessitatis casum & illo existente, ad prærequirendum Electorum consensum utiliter restricta est. n. 186
Exempla existente necessitatis publicæ casu alienatorum Imperii bonorum ex Instrumento Pacis Svecico & Cæsareo Gallico remissive exhibet. n. 187
Urserunt & alii, præter Electores, Imperii Status, suum quoque consensum ad validam bonorum Imperii alienationem prærequirendum esse in monitis ad art. 9. Capitulat. Leopoldinæ sed hactenus irrito conamine. n. 189. seq.
Imperator cum Electoralis Collegii consensu Statum Imperii in Bannum declarare, Bannitumq; in pristinum Statum restituere potest. n. 191
Etiamsi delinquens ipso facto pœnam Banni incurrat, & in notoriis res versetur. n. 192
Carolus V. irrequisito Electorum consensu Banni fulmine percussit Iohannem Fridericum Saxoniæ Electorem, & Philippum Hassiæ Landgravium. n. 193
Ejus imitatus exemplum Ferdinandus II. Fridericum V. Electorem Palatinum, Iohannem Georgium Marchionem Brandenburgensem, Christianum, Principem Anhaltinum, & Georgium Fridericum solus unis literis proscripsit. n. 194
Sufficit hodie ad Banni Imperialis validitatem consensus Electorum Collegialis. n. 195
Exemplum Banni Imperialis, cum Imperatoris & Electorum consensu tantum, exhibet. n. 196
Rationes illorum, qui & reliquorum Imperii Statuum suffragia adhibenda esse urgent, ad sententiam Bannitoriam, videsis. n. 197 seqq.
Responsiones ad easdem suppeditat. n. 202. seqq.
Ad DECIMAM *Electorum* PRÆROGATIVAM *pertinet, quod Electores à quibuscunque Imperii Membris* Bona Feudalia *emere, vel alio quocunque titulo sibi comparare possint.* n. 207
Alienatio bonorum feudalium juxta Communes Iuris feudalis regulas

gulas non subsistit, sed potest Dominus Feudisticus istiusmodi citra consensum suum *alienata feuda, etiam non refuso pretio, revocare.* *n. 208. seq.*

Probatur hæc Electorum Præeminentia. *n. 209*

UNDECIMA *Electorum* PRÆROGATIVA *est, quod pro* Confirmatione Privilegiorum & Feudorum suorum Electoralium investituris *nil quicquam* Taxæ Feudalis *nomine inviti solvere Imperii Officiariis, & Cancellariæ, vel Inferioribus etiam Aulæ Ministris teneantur Electores.* *n. 211*

Ratio subjicitur. *n. 213*

Quod in reliquis Imperii Principibus secus est. *n. 212*

Neque hanc Prærogativam hodie in desvetudinem abiisse, contra Authorem der jetzt regierenden Welt Schau-Bühn/ *sustinetur.* *n. 214*

Ratio additur. *n. 215*

DUODECIMA *Electorum* PRÆROGATIVA *est, quod singuli Electorum tot Cameræ Assessores præsentare possit, quod integer circulus, nempe* duos. *n. 216*

Bohemus nullos præsentat Cameræ Assessores. *n. 217*

Neq; Circulus Rhenanus Inferior. *n. 218*

Ratio additur. *n. 219*

Solvit tamen his Circulus Salarium. *n. 220*

De Schemate Assessores Cameræ præsentantium Imperii Statuum agitur remissive. *n. 221*

Mixtæ Religionis Circuli, ut Franconicus, Svevicus, Rhenanus Superior & Westphalicus, quatuor, & alternatione aliquando quinque præsentare possunt Cameræ Assessores. *n. 222*

Electores præsentant Ecclesiastici Graduatos, Seculares *vero genere* Nobiles, & Reliqui Circuli, *ex dimidia parte* Nobiles, *& altera dimidia* Graduatos. *n. 224*

DECIMA TERTIA *Electorum* PRÆROGATIVA *consistit in* Majorennitate Electorum. *n. 225*

Fiunt vero Majorennes *post completum Annum 18.* *n. 226*

Reliqui vero Imperii Principes post Annum 25. *n. 227*

De

De illis Principibus, qui ex certo Privilegio ante 25. annos ad legitimam perveniunt ætatem, agitur remissive. *n. 128*

DECIMA QUARTA *Electorum* PRÆROGATIVA *est, quod non duntaxat intuitu* Superioritatis Territorialis, *sed* ipsius *etiam* Imperatoris, à Statibus & Subditis Imperii in ipsis *committatur* læsæ Majestatis crimen. *n. 230*

De Effectu ejus ratione confiscandorum bonorum in territorio *læsi Electoris, & extra illud sitorum, videsis.* *n. 232*

Quo respectu, & qualiter *in reliquos Imperii Principes dicatur crimen læsæ Majestatis, &* à quibus, *quoque* effectu *committi, traditur.* *n. 231. & 233*

Si Princeps Non Elector intuitu imperii *perfidè occidatur in ipso* subjective *committitur Crimen læsæ Majestatis, eodem, quo in Electoribus effectu.* *n. 234*

DECIMA QUARTA *Electorum* PRÆROGATIVA *consistit in illorum* UNIONE *n. 235*

Quæ duplex est: Vel Generalis, *vel* Particuluris, *n. 236*

DECIMA QUINTA *Electorum* PRÆROGATIVA *consistit in* Electoratuum indivisibilitate. *n. 237*

Et ULTIMA *in illimitato* de non appellando *jure.* *n. 239*

Exceptio est in Electore Trevirensi. *n. 240*

Fit transitus ad illa jura, quæ Electores olim *quidem* juxta A.B. *habuerunt* præcipua, hodie *vero cum reliquis Imperii Ordinibus* communia. *n. 241*

Ius Medalli fodinarum (1) *Olim ut* præcipuum solis Electoribus *vigore* A. B. *tributum, hodie* omnes *exercent* Imperii Status *vi* superioritatis Territorialis. *n. 242. seq.*

Jus (2) recipiendi Judæos, *quo olim itidem ex concessione* A. B. *superbiebant inter Principes* soli Electores, *hodie & aliis competit Imperii Statibus.* *n. 242. seq.*

Jus (3) Monetandi *hodie æque* aliis Imperii Statibus, *ac* ipsis Electoribus, *qui vi* A. B. *id olim ut præcipuum habebant, commune est.* *n. 246. seq.*

An cum illa differentia, quæ innuitur in R. J. de Ao. 1559 *Imperii Status adhuc Hodie hoc usurpent, videsis.* *n. 248*

Electo-

1 ELectores inter omnes Imperii Status, quos ratione modo *Ter-*
ritoriorum, modo *Dignitatum* alii aliter dividunt, quode consuli ple-
nius possunt Limn. *in J. P. Tom. Add. ad Lib. 9. c. 7. n. 49.* Schvveder *in In-*
trod. ad Jus P. Part. spec. Sect. 11. c. 1. § 11. Arum. de Comit. *c. 4. num. 6. & 27.*
Cæsarinus Furstnerius, aut qui sub ficto hoc latitat nomine, Dn.
2 Leipnizius, Consiliarius Hannoveranus, *De Jure Supremat. c. 12.* Bœcl.
in Not. S. R. J. L 5. c. 4. Vitriarius *in Inst. J P. L. 1. T. 12.* Abrahamus Vrbanus
in Diss. d Elect. S. R. I. Proœm. aliique passim, principem obtinere locum; il-
3 losque cunctos *Dignitatum Prærogativa* superare, non diffitebitur, qui
4 arctissimum, quo præ cœteris Imperii Ordinibus Hi sacræ Cæsareæ
Majestati junguntur, nexum ex notabilioribus tot publici juris texti-
bus, illum significantissime exprimentibus, partium Studio veritati
posthabito omnibusque sequestratis affectibus, haud invitus agno-
5 scit. Ejus enim intuitu est, quod A. B. *c. 2.* §. und dieweil/ appellentur
(1.) Die allernächste Glieder des Heil. Römischen Reichs/ Item in Capi-
tulatione Caroli V. & Ferdinandi II art. 3. die förderste *& 41.* Die in-
nerste Glieder und Haubtstück des Reichs/ juncta Capitulatione Leo-
poldina & Josephiana *art. 46.* Eingeleibte Glieder der Kayserl. Majestät/
Vid. *R. J. d. Anno* 1541. *pr. R. J. d. Anno* 1551. §. dieweil aber *R. J. d. Anno* 1527.
§. und fürter R. J. *d. Anno* 1530. §. weiter R. J. *d. Anno* 1542. §. Wiewol
6 (2.) Haupt-Säulen des Reichs *vid. A. B. Proœm. c. 3. §. 1. Capit. Leopold. art.*
46. & Josephi art. 45. & art. 2. 3. Grundveste/ und unbewegliche Säulen
des Heil. Römischen Reichs *A. B. art. 12.* Edle Säulen/ den Heil. Bau
der fürsichtigen Weißheit mit emsiger Gütigkeit unterhaltend/ mit welcher
Hülffe die Gewalt Kayserl. Majestät gestärcket wird. *A. B. c. 3.* §. 1. jung.
Literæ Invest. Electori Saxoniæ Friderico ab Imperatore Sigismun-
do *1426.* datæ, ibi: Wann wir seiter der Zeit/ da wir zum Römischen
Kayser erkohren sind/ allezeit betrachtet haben/ daß uns/ und dem Heiligen
Römischen Reich unbequemlich wäre/ wo die Zahl der 7. Churfürsten/ sin-
temal dieselbe NB. ein Theil Kayserlichen Leibes/ ja des Reichs forderste
Glieder/ und als fäst/ und unbewegliche Säulen sind/ darauf es gebauet
ist/ unerfüllet bleiben solte. Vid. Hortleder *de Caus. Bell. Germ. L. 4. c. 9. p.*
7 *236.* (3.) Die innerste/ höchste und geheimte Räthe Ihrer Kayserl. Majest.
und Obersten Vätter/ und Rathgeber der teutschen Nation. Vid. die Kay-
serl. Proposition. bey der Wahl des Römischen Königs Josephi Anno
8 1690. (4.) Die sieben helle Läuchter des Heil. Reichs/ in Heiligkeit eines
sieben-

ſieben-formigen Geiſtes zu erleuchten. *A.B. Proœm Conſ.* *annino* Dn. Cruger *in Tract. d. Fulgentiſſ. Novem Virorum Jurib. Diſc.* 1. §. *1.* Rumelin. *ad A.B. 1.* 88. 232. Limn. *in J. P, L.* 3. *c. 2. num 8.* Dn. Schurtzfleiſch *in Comm. MS. ad Bœcleri Notit. Imp. L* 6. *c. 2.* Illuſtr. Dn. Lynker. *in Diſſ. d. Font. Illuſtr. Deciſ. p.* 49. *& in Diſſ de Muner. Direct. c.* 5. *num.* 24. Vitriar. *in Inſt. J. P. L.* 3. *Tit. 8.* §. *29. ibique* addition. & Dn. Præſes *in Not. ad Illuſtr. Dn. Rhezii Inſt. J. P. L.* 1. *T. 9.* §. 2. Hortleder *De Cauſſ. Bell. Germ. L. 2. c.* 37. *p. 292* Schvveder. *in Introd. ad J.* P. P. *ſpec. Sect.* 2 *c.* 2. § 1. *Aliique paſſim.*
quodque referente Dn. Brunning. *De Var. Spec. Conc. 10.* Ipſe Sacra- 9
tiſſimus Imperator in Decreto quodam Cæſareo de 27. Jul. 1590. haud diffiteatur, daß der Churfürſten Hoheit und Authorität / und eines Römiſchen Kayſers Gewalt und Hoheit NB. dermaſſen verbunden / daß eine ohne die ander nicht verſchmählert werden / auch ohne die ander NB. nicht beſtehen kan / Ut conveniens inde omnino ſit Electorum Solli-
citudini, in cujus partem Cæſareæ Sublimitati, juxta effatum 10
Sacratiſſimi Imperatoris Caroli IV. in A B. *c. fin.* §. *1. in fin.* conſtiſtituti ſunt, illorumque Conſiliis & Curis, quibus die nocteque pro toto Imperio Romano laborant, ut dignam quandam præ cæteris habeant ſua Prærogativa fortunam, ut loquitur Imperator Juſtinianus *in L.* 3. *in fin. C. De quadrienn. Præſcript.*

Has igitur ELECTORUM PRÆROGATIVAS, cum hoc Capite recenſere ſedeat ſententia, melioris Ordinis ratione ita illas tractabo, ut (1.) exhibeam hæc Jura, quæ Electores *hodienum* adhuc omnes præ Reliquis Imperii Statibus, *præcipua* habent, ſub-
jectis (2.) Illis *Prærogativis*, quibus *Olim* quidem juxta tenorem 11
A. B. radiarunt Electores, *hodie* vero cum reliquis Imperii Ordinibus *Communibus*.

Ad PRÆROGATIVAS, quibus *Hodie* adhuc Electores præ ceteris fulgent Imperii Ordinibus, communiter referunt Juris Publici Doctores (1.) Quod Auguſtiſſimus Imperator perpetuo Curiæ Imperialis Stylo *ECCLESIASTICOS*, Illuſtri licet ſtirpe haud or-
tos, & ætate ſe ſæpe majores, amabili ac ſuavi *NEPOTUM*, vulgo 12
Neuen / SECULARES vero COGNATORUM, vulgo Oheims no-
mine in Litteris, ad ipſos datis, publicisque Imperii Conſtitutio- 13
nibus compellet. Vid Reform. Maximil. d. Anno 1495. zu Worms in pr. Dn Cruger. *d. Fulgent Novemv. Jurib. Part. ſpec. Diſc. 1.* §. 1. Vitriar. *in Inſt. J. P. L.* 3. *Tit. 8.* §. *26.* Bœcler. *Notit. Imp. L.* 6. *c.* 2. *&* Baro Boi-

 nebur-

neburgius *in MS. inedito à Bœclero allegato, aliiq; passim.* At, cum testantibus Litteris Imperatoris Invictissimi, & vere Magni Leopoldi d.
14 Ao 1666. Sep. responsoriis, Guidobaldo, Archiepiscopo Salisburgensi missis, itidemque & aliis, quas idem Augustissimus Imperator ad Comitem Palatinum in Veldentz, Dn. Leopoldum Ludovicum 30/20 May 1685. dedit, (quas utrasque integras exhibet illustr. Dn. Kulpis in Comm. ad Monzamban. P. 1. *c. 2. p. 288. & P. 2. p. 563.*) nec non Diplomate, Aurea Bulla ornato, quo idem Imperator Leopoldus, 14. Octob. Anno 1674 Albertum Ernestum, Comitem ab Ottingen. Principali ornavit Axiomate, quode consuli pt. Imhoff *in Notit. procer. p. 35. & Additionator* ad Vitriary J. P. *L. 3. T. 8.* §. *26. Lit. A. Idem* COGNATI, vul-
15 go Oheims elogium Philippo, Herzogen von Croy, Alberto Ernesto, Grafen von Oetingen / & Leopoldo Ludovico, Pfaltz-Grafen von Veldentz tributum legatur, vereor, ut Titulus hic hodie amplius inter *Præcipuas* Electorum *Eminentias*, quibus reliquos Imperii Principes non Electores superant, referri possit: Nisi quis dicere velit, Electo-
16 ribus præfatos tribui Titulos *ex perpetuæ & Non interruptæ Observantiæ necessitate*, Reliquis vero Imperii Principibus *ex libero Imperatoris arbitrio & singulari ejus Clementia, & Gratia*, aut in hunc, vel illum Principem affectione: Cum negari haud possit, hujus Exempla esse rariora, styloque hodierno in Omnibus Imperii Principibus non-Electoribus in Aula Cæsarea promiscue haut observari, ut jure hoc suo æque HI, ac
17 IPSI urgere possint. Id interim (a) sine nota non est prætereundum, quod supra indigitata Titulorum differentia Electores *Ecclesiasticos inter & Seculares* in Compellatione Imperatoria, Vetter und Oheim / non semper stricte ab Imperatoribus sit observata, quod missis aliis
18 Documentis abunde claret aus der Handhabung des Friedens / d. Anno 1495, inpr. & im Regiment zu Worms aufgerichtet / d. Anno 1521.
19 Vbi omnes *indistincte* Electores Neven vocantur: Et ex Ordinatione des Regiments d. Anno 1500. Tit. Verbindung der Kayserlichen Majestät und der Reichs-Stände. Vbi omnes *indistincte* Electores communi Oheims nomine salutantur Limn. *Libr. 3. Jur. Publ. c. 3.* §. *39. exque illo* Additionat. *ad Jus publ. L. 3. T. 8.* §. 26. & Cruger *d. Fulgent. Novemb. Jur. Part. Spec. Membr. 1. Disc. 2.* §. 4. Illustr. Dn. Rhetz *in Inst.*
20 *J. P. L. 1. T. 7.* § 4. (2) Quod Aliquando, *rarissime* tamen, dulcissimo FRATRIS Titulo Imperatores compellaverint Electores, notante

Domino

Domino Crugero *d. Tr. Part. Spec. Membr.* 1. §. *in fin.* inque hujus asserti fidem adducente Exemplum Ferdinandi III. Duci Bavariæ Maxi- 21
miliano, primo ex hac illustri Familia Electori, & Electori Saxoniæ ex singulari gratia, & pro redimenda illorum adsistentia *Fratris* elogium tribuentis. (3.) Quod notante Illustri Domino Lynckero *in Diss.* 22
de Muner. Direct. circa negot. Imperii c.5. p.21. Imperatores in Literis ad comitia Imperii convocatoriis *in Secunda persona* scribere Electoribus, *Principes* vero, non quidem simpliciter, ut *Comites*, sed juncta amica compellatione, Deine Liebden/ tuizari soleant. (4) Quod juxta moder- 23
num curiæ stylum *Seculares Electores* ab Imperatore *Serenissimi*, vulgo Durchleuchtigst/ *Principes* vero reliqui *Illustrissimi, vel Celsissimi*, vulgo Hochgebohrne/ honorentur, paucis exceptis, qui Titulum Durchleucht/ magno labore redemerunt. Vid. Cruger. *d. Tr. & loc. §.5.*

(5) Quod Galliæ, Reges aliique omnes hodie Electores in si- 24
gnum eminentiæ præ aliis Imperii principibus, *Fratrum*, principes 25
vero Imperii reliquos *Consanguineorum s. Cognatorum*, cousius tantum 26
nomine compellent. Idem cruger *d.Tr.Disc.*4 §. 4. *Part.Spec. Membr.*1. *aliique.*

Inter Prærogativas Electorales refertur (1.) Quod Electores, 27
tam in *actibus ad Imperialem Curiam spectantibus*, quam extra *Curiam Imperialem*, omnibus ac quibuscunque *principibus* anteferantur. *Vid. A.B. c.6.pr. Limn. L.*3. *c.*2, *num.*4. *Carpz. p.*10. *S.*7. *num.*8. *d. Leg. Reg. Germ.* Cruger sæpe *alleg. Tr. part. Spec. Membr.* 1. *Disc.5.p.tot*, Schvveder. *d. Tr. p. Spec. S.*2. *c.*1. *§.9.* Dn. Kulpis *De Legat. Stat. Imp. c.*14. §.12. Myler *ad Rumelin A.B. Diss.*1 *p.*3. §.9. Wicquef. *de l'Ection de l'Empereur c.9.p.*118. Quod licet cum Schvvedero *d. l. ibique allegato Limnæo* & Dn. Kulpis *proxime alleg. loc. juncto* Dn. Schutz *in Diss. J. p. Vol. 1. Diss.*7. *th.*19. *Lit. C.* Gastel. *d. St publ. Europ. c.*9. Dn. Cruger *cit. loc.* aliique, ad ipsos Reges exten- 28
dant, ut His etiam in *Actibus, ad Curiam Imperialem spectantibus*, (Extra *curiam* enim *Imperialem Regibus* cedere *Electores* indubium est, Schweder *d. l. p.* 750. cruger *d. Tr. part. spec. Membr.* 1. *Dis.*5. §.6. Crusius *d. jur.* 29
*præcedent. Libr.*3. *c.*14. *n.*28. Buxtorf. *ad A. B. th.* 84. & Dn. Kulpis *d. l.* §. 24.) præferantur Lectores, idque inde statuminare laborent, quod (1) ab- 30
surdum non sit *in majori dignitate* constitutum, pro ratione *loci*, vel *Temporis*, posthabari *Minori*, *Majori dignitate* non aliter præcedentiam tribuente, quam quando ad illum ordinata actum est, quoin de præcedentia quæritur, *per jura imbi adducta*, (2.) Quod cum in Comitiis 31

Ratisbonensibus de Anno 1471. Ducis Burgundiæ Caroli Legato, præ-
rogativam Sessionis præ Electoribus prætendenti, cedere noluerint,
id temporamenti fuerit ad inventum, ut peculiari è Regione Cæsaris
32 versus ejus faciem Legati Burgundici sederent loco. Quodque Regis
Angliæ Legatus una cum Nuncio Apostolico in coronatione Caroli
33 V. pompæ adesse noluerint, ne collocati post Electores *principalium*
suorum (*verba sunt* Crugeri) Dignitati derogarent (4) Quod Marchio
Brandenburgensis Ratisbonæ cedere Rudolpho II. tum temporis so-
34 lum Vngariæ Regi, noluerit: Non sine ratione tamen de hac dubitari
sententia posset cum Carpzovio *d. Leg. Reg. Germ. C.* 10. *S.* 7. §. 13. & Ru-
35 melino *p.* 1. *Diss.* 5. *ad A. B. th.* 19. (1) Quia allegatus A. B. *textus c.*6. id *in*
36 *specie* ad *Regem Bohemiæ* videtur restringere: (2) Quia in capitulatione
Leopoldina *art.* 5 & Josephina *art. eod.* expresse constitutum est, quod
37 *Legati Electorum* cedere debeant *Exterorum Regum Legatis* Et (3) Quod
Electores quidem *Regibus* æquiparentur, ipsi tamen Reges, non sint;
38 Adductis (4) ab Adversæ sententiæ Patronis in contrarium exemplis,
præferentiam Electorum præ *exteris Regibus* in actu curiali forsan non fe-
39 liciter satis comprobaturis; Rationeque (5) decidendi prima, in
thesi quidem procedente, in *hypothesi* vero petitione principii labo-
rante.

40 Sicuti autem *Electores* omnibus *Principibus* etiam *extra Celebratio-*
41 *nem Curiæ* in Imperio præferuntur, ita & *Legati* illorum *Primi Ordinis*
42 *Regum* quidem cedunt *Legatis*, *principum* vero *omnium*, nec non *Rerum-*
43 *publicarum Coronatarum*, etiam *extra Curiam*, & apud *exteros Reges vel*
44 *Principes* præferendi. Quod *Regum coronatarum Legatos* attinet, *in*
Imperio, res hodie dubio caret, postquam capitulatione Leopoldina
§. 5. & Josephi *eod art.* assertum nostrum claris decisum est verbis, ibi:
Nachdemmal sich auch eine Zeitlang zugetragen / daß Ausländischer Po-
tentaten / Fürsten und Republiquen / Gesandten ꝛc. am Kayserlichen und
Königlichen Höfen und Capellen die præcedenz vor den Churfürstlichen
prætendiren wollen: So sollen und wollen wir ins künfftige solches wei-
ter nicht gestatten: Wäre es aber Sach / daß neben denen Churfürstlichen
Gesandten NB. der recht Titulirten / und gekrönter regierender Könige /
Königlichen Wittben / oder Pupillen / denen die Regierung / so bald Sie
Ihr gebührendes Alter erreichet / zuführen zustehet / und vermittelst in der
Tutel oder curatel begriffen seyn / Bottschafften zugleich verhanden wä-
ren / so mögen NB. dieselbe denen Churfürstlichen Gesandten vorgeben /

rhetz

Rhetz *in J. Jur. Publ. L. 1. T. 6. §. 9. Crugr. d. Tr. Part. Spec. Membr. 1. Disc. 5.* 45
& 7. Sicuti etiam *extra Imperium* prærogativam *Legatis* Coronatorum Regum dubiam haud faciunt *Legati Electorales,* quemadmodum haud obscure colligere est ex concluso Electoralis Collegii de Anno 1671. his verbis: demnach bekant / was massen des Heil. Römischen Reichs Höchstlöblichste Churfürsten / in Krafft von Uhralters competirender præeminenz und Hoheit / wie auch von etlichen 100. Jahren her continuirter observanz, weder an Käyserlichen noch andern Höfen niemahlen einigen andern / als allein denen gecrönten Häubtern / auch Königl. Wittben und Pupillen / denen die Königl. Regierung / so bald Sie ihr gebührliches Alter erreichet / zuführen zustehet / gewichen und nachgegeben / oder nach durch ihre Gesandten weichen und nachgeben lassen / sondern jederzeit ihre Ehren-Stellen / gleich nach jetztgemeldten gecrönten Häuptern in Person und durch ihre Bottschafften und Gesandte weggenommen :c. Certique
Hodie juris est, *Legatos Electorales extra imperium, non minus, quam in* 46
Imperio omnium *Principum Rerumq; publicarum Coronatarum Legatis*, vi ejusdem Capitulationis Leopoldinæ & Josephianæ, *§. 5.* ibi: So mögen dieselbe (sc. Regii Legati) Denen Churfürstlichen Gesandten vorgehen / denenselben aber NB. die Churfürstlichen Gesandten vor allen andern auswertigen Republiquen und denen Fürsten in Person ohne Unterscheid immediate folgen / præferri: Non obstante Decreto Cæsareo Im- 47
peratoris Ferdinandi II. quo *Legatis Reipublicæ Venetæ* Anno 1636. teste Schvvedero *d. Tr. Part. Spec. Sect. 2. c. 2. § 8* Kulpis *d. Legat. Stat. Imp. c. 14. §. 23. in fin.* Additionat. ad Vitriarii *Inst. I. P. L. 3. T. 8. §. 7. Lit. b. p. 692.*
præcedentia *præ Electorum Legatis* tributa est, & maximo Fœderati Bel- 48
gii nisu novissimo, quo suis Legatis præcedentiam præ Electorum Legatis asserere non dubitarunt, vid. omnino Schweder *d. l. §. 8.*
& Dn. Kulpis *d. l. §. 25.* Nam sicuti hæc concessio, *insciis Electoribus* 49
facta, *Horum* juri fraudi esse haud potuit, ita huic Decreto expresse iterum ad instantiam Electorum derogatum est, per 50
Capitulationis Leopoldinæ *§. 5.* & Josephinæ *5. §.* verba: Was auch dawider hiebevor per Decreta, und absonderlich 1636. Oder sonst vorgenommen und verordnet worden / fordersist abgestellet / und krafftlos seyn solle. Batavi autem suo moli- 51
mine nil effecere aliud, quam, ut perpetuum illi obicem posituri Electores, denuo se Anno 1671. invicem arctius adstrinxerint,

 de

de non recedendo ab illa, aliquot abhinc Seculis obtenta obser-
52 vantia, qua in Imperio, & Exterorum Regum Aulis, immediate *post Regis Legatos*, sui collocantur uti ex ipsis Recessus Electoralis, Die Præcedentz dero Gesandten und Residenten betreffend / verbis ad oculum patet, *ibi:* Als ist von Chur-Fürsten veranlasset / und geschlossen worden / sich dabey auch auf alle dienliche Mittel / und Wege zu mainteniren / und daß zu solchem Ende / von jeden seinen Botschafften / Gesandten / und Residenten / welche am Käyserl. Hofe / oder NB. andern Oertern in oder NB. aussern Reich geschickt werden / zu weisen und ausdrücklich anzubefehlen / in solchen ihren Verrichtungen am besagten Höfen / wie auch sonsten / vorermeldten fremden Republiquen und Fürsten Gesandten / und Residenten / keinesweges zu weichen / sondern ihre Stelle obgedachter massen / nach der gekrönten Häupter Gesandten / Abgeordneten / und residenten einzunehmen / darauf festiglich zu halten / und sich davon nicht vertreiben zu lassen. Vid. Diar. Europ. *P. 24. p. 507.* jung. Guiseppo Gizzius. Italus in Libello hac epigraphe Neapoli edito *Bilancia Istorica Politica è Giurridica, in cui le raggione di Præcedenza del Altezza Serenissima di Neoburgo & de Potenti, Signori Stati, sia Republica de gli Olandesi, à favore de Neoburgo si pesano è. si considerano.*

53 Omnium vero maxime se exserere PRÆROGATIVAM ELECTORUM præ cœteris Imperii Principibus in eo, quod ILLI SOLI, cunctis aliis exclusis S. R. J. Ordinibus, juxta *A. B. Tit. 1. pr. & Tit. 2.* toti Imperio de SUMMO provideant CAPITE, REGEMQUE ROMANORUM Soli, ad Actum Electionis nunquam convocatis aliis Imperii Stati-
54 bus, eligant, inde *Electores*, & Churfürsten / Item Wahl-Herren / dicti, Schweder. *in Introd. ad J. P. Part. Spec. Sect. 2. c. 2. §. 1.* Rhetz. *in Inst. J. P. Lib. 1. Tit. 6. 84. in fin.* Onuphr. Panvin. *d. Comit. Imp. c. 6.* & Conring. *ad Lampad. P. 3. c. 4. 81.* testis est, omni exceptione Major, Ipse Imperator Rudophus II. in Decreto quodam Cæsareo, *supra jam n. 9.*
55 *h. c.* adducto his verbis: Dann NB. die höchste Würde der Churfürsten / damit sie vor andern Königen / und Potentaten gezieret seyn / ist diese / NB. daß sie einen Römischen Käyser / dessen Hoheit / Autorität / und Gewalt alle andere übertrifft / von der auch alle andere herfliessen / zu wehlen haben. *Conf.* (Limn. *Lib. 2. J. P. cap. 2. §. 2.* Brüning. *de Var. Univers. specieb.* Crüger. *seqq. all. Tr. Part. Spec. Membr. 2. Disc. 1 P. 154.*

p. 154. Matthæus. *De Elect.* Urban. *c. 3. th. 1.* Illustr. Dn. Lyncker. *in Diss. De Font. Illustr. Decis. pag. 46.* Bœcler. *De Not. S. R. I. Lib. 6. c. 2. ibique alleg.* Baro. Boineburgius. jung. Vitriarius *in Inst. I. P. L. 3. T. 8. §. 11.* ibique Additionator.

Quod eligendi Jus *primitus* quidem, ex conniventia Reliquorum Procerum, durante interregno, post fata Friderici II. Imperatoris, & inprimis tempore Aureæ Bullæ rebus non invigilantium suis, ad *Solos Electores* videtur devenisse, Vid. Illustr. Dn. Rhetz. *d. l. ibique alleg. Dd.* jung Exc. Dn. Schutzfleisch. *in Not. MS. De Reb. Impr. ejusd Ordin. præcip. pag. m. 36.* ibi: Wie die Confirmation geschahe/ waren die andern Fürsten/ Hertzoge/ und Graffen mit zugegen/ und schwiegen fein stille/ da sie doch damahlen hätten Zeit gehabt zu contradiciren/ und haben also die Churfürsten eine Præeminentiam Regiam vor die andern Fürsten bekommen/ postea tandem ab Imperatore Carolo IV. vi Aureæ Bullæ specialiter confirmatum, cunctisq; Electionum Actibus in hunc usque diem comprobatum. Conring. *in Diss. De Septemviris §. 31.* 56

Huic insigni Præeminentiæ proxima est (4) qua SOLIS hodie ELECTORIBUS (excepto Rege Bohemiæ vid. Balthasar Venatur *in Relationibus Comitialibus* ubi refert, Leopoldum Ao. 1657. tanquam Regem Bohemiæ, ad deliberationes circa conficiendam Capitulationem admitti voluisse, sed repulsam tulisse, cumque deinde monita ad illam formandam afferret, rejecta hæc quoque fuisse. Add. Dn. Franckenstein in Comment. MS. ad Bœcler. *Not. S. R. I. Lib. 6. c. 8. pag. m. 234. verb. Etiam Capitulatio.* docens: In Electione Josephi Capitulationem reliquorum Electorum arbitrio confectam, tum demum Bohemico Legato prælectam fuisse, ut si quid forte monere adhuc, vellet, id faceret. Crüger. *sæpe alleg. Tract. Part. Gen. Disc. 2. §. 10. p. 32.*) noviter electo Regi Romanorum CAPITULATIONEM præscribendi, Ipsumque cum suo, tum totius Imperii, omniumque ejus Ordinum nomine, Vid. *Principium Capit. Cæsar. & Noviss. Leopold. & Joseph. junct. §. fin.* mediante jurejurando adstringendi, ad omnia illa capita, quæ in dicta Capitulatione continentur, sancte servanda, tribuunt facultatem. Vid. Dn. Rhetz. *in Inst. I. P. 1. Lib. 1. Tit. 4. §. 36. seqq. & Lib. 1. Tit. 6. §. 15.* Dn. Franckenstein. *in Comment. MS. ad Bœcler. Nott. S. R. J. L. 5. c. 2. p. m. 334.* Herman. Hermes. *in Fascicul. Jur. publ.* 57

publ. c.9,q 8. Crüger. *De Fulgent. Novem. Vir. jur. P. spec. Membr.* 1. *Disc.*
2. Strauch. *Diss. Jur. P. L. 4. th. 17. & 107. p. 105.* Idque ex Sequentibus
58 potissimum rationibus: (1) Quod quamque teste Lehmanno in
Chron. Spirens. L. 2. c. 4. ante institutum Electorale Collegium, jure
eligendi Imperatorem ea tempestate adhuc penes omnes Imperii Proceres
residente, Universi Principes in plenis Comitiis electo certa
59 quædam de gubernando Imperio proposuerint capita; Confirmata
tamen postea Electorali Collegio eligendi Prærogativa, sensim etiam
â jure concipiendi Capitulationem, tanquam Electionis an-
60 nexo, Reliquos Principes fuisse exclusos. (2) Quod Electores hoc
jus ultra centenariam præscriptionem continua serie exercuerint.
61 Et, ut ut (3) Principes Imperii Non-Electores post tempora Rudol-
phi II. Imperatoris, inprimis in Electione Matthiæ, Electoribus
de hac Prærogativa controversiam movere cœperint, eamque
62 (4) tam vehementer, tamque serio in Tractatu Pacis West-
phalicæ userint, ut in Instrumento Pacis Cæsareo - Svec. An-
no 1648. Osnaburgis Westphalorum confecto art. 8. §. 1. & 3. clare
disponetur, in posterum *perpetuam & certam* Capitulationis formulam
consensu Statuum communi in plenis Comitiis condendam esse, de-
63 que hoc negotio (5) in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1662. & se-
64 quentibus strenue actum sit, tandemque (6) Anno 1664. sub finem
Mensis Aprilis ab Electoribus Perpetuæ Capitulationis notula,
65 (quam videre est ap Fritschium *in Add. ad L. in n. 7. c. 12. &* Joh. Christ.
Müldenern *in Capitul. Harmonic. p. 146. seqq.*) concepta, Principibus
66 Imperii oblata sit, Hique, cum neque in Ferdinandi IV. neque
Leopoldi 1681. & Josephi 1690. Electione illorum suffragia & monita
67 per omnia admitterentur, (7) Solenni interposita protestatione
(quam contra Capitulationem Leopoldinam exhibet Author der
Grundfeste des Heil. Röm. R. *P. 3. c. 3. in fin.* contra Josephianam vero
videre est apud Dn Muldener *in Capit. Harmon. p. 209. Lit. E. & T.*) præ-
scriptam Capitulationem in passibus suo jure nocivis non attenden-
68 dam esse, declaraverint, tamen serònimis (8) Status Imperii hanc
Prærogativam dubiam Electoribus facere tentaverint, centenaria præ-
69 scriptione tutis, instrumento Pacis (9) disponente quidem, in proxi-
mis â Pacificatione Comitiis de perpetua agi debere Capitulatione,
70 non, vero adjiciente, si in istis, & sequentibus connexis perpetua Ca-
pitula-

pitulatio non perficeretur, nullam Capitulationem valere debere,
æque ac Juri Circulorum non derogatum est, redintegratione illorum
non facta, licet in eodem Pacis instrumento de *redintegrandis Circulis*
non minus, ac de conficienda *Perpetua Capitulatione* disponatur. For-
mula (10) Perpetuæ Capitulationis ne hodie quidem â Principibus 71
approbata, nec olim forte unquam in effectum deducenda, Prote-
stationeque Principum (11) Reprotestatione Electorum (quam exhi- 72
bet Joh. Christ Muldener. *in Capit. Harmon. p. 209. Lit G.*) elisa, hac- 73
que Capitulationem præscribendi Prærogativa adhuc ultimo in Ele-
ctione Josephi, Regis Hungariæ actu possessorio, (12) confirmata. 74
Verum enim vero, cum ex hactenus dictis facile liqueat, non *indu-* 75
biam hanc esse Electorum Prærogativam, adminimum *ratione Petitorii*,
nec Privatorum sit, sibi in indecisis hisce eminentioribus Prærogati-
vis facultatem decidendi arrogare, Principibus reliquis pro admissio-
ne ad concipiendam Capitulationem urgentibus, (1) Legem funda- 76
mentalem, cujus vim habet Capitulatio Imperatoria, non â Solis Ele-
ctoribus, sed Statibus simul esse conscribendam, argumento, (2) â ju- 77
re eligendi, ad jus præscribendi Electo Capitulationem, claudi-
cante, cum illud *solum Imperatorem*, hoc vero *Universum* respiciat
Imperium; Tacito (3) Principum consensu, per expresse declaratum, 78
in Tractatu Pacificationis dissensum suum, totque (4) interpositas 79
protestationes revocato & eliso, Firmoque ipsis jure concurrendi ad
concipiendam Capitulationem, partim (5) in Instrummento Pacis 80
Cæsareo-Svecio quæsito, partim etiam inde manifesto, quod (6) ipsi 81
Electores ipsis Principibus perpetuam Capitulationis formulam, suis
suffragiis comprabandam, Ao. 1664. obtulerint; Nos missa hac,

Ad illam pergimus ELECTORUM PRÆROGATIVAM, qua
(5) *singuli* præ omnibus aliis Imperii Ordinibus in Celebratione Curiæ 82
Imperialis, imprimis vero in solenni Coronationis novi Regis Ro-
manorum actu, *Illustrissimis Hereditariis defunguntur Officiis*, hodierno
Curiæ stylo, Hohe Ertz- und Erb-Aemter dictis, & *in specie* juxta *Au-* 83
ream Bullam (1) MOGUNTINUS (Dn. Lotharius Franciscus de 84
Schönborn., Episcopus Bambergensis Mense Majo 1695. in locum
Anselmi Friderici ab Ingelheim surrogatus) *Archi-Cancellariatu per*
Germaniam, A.B. c. 3. §. 2. & C. 2. §. 3. HODIE etiam re ipsa per *Italiam &* 85
Galliam, cum quicquid, vel *ex Gallia*, quod tamen admodum exi-

guum est, vel ex *Italia*, nomine Imperatoris & Imperii expediundum est, ab IPSO ad expeditionem promoveatur, omni, quicquid ex Archivo ea ratione superest, penes Ipsum residente. Vid. Illustr. Dn Rhetz. *in Inst. Jur. Publ. L. 1. Tit. 9. §. 3.* Confer. Dn. Crüger De
86 *Fulg. Novemv. Jur. Part. Spec. Membr. 2. Disc. 4. n. 5. seq.* (2) TREVIRENSIS (Dn. Johannes Hugo, Episcopus Spirensis Anno 1673.
87 Mense Junio Caroli Casparis â Petra factus Successor) juxta *Auream Bullam Archi-Cancellariatu* per *Galliam & Regnum Arelatense*, *Vid. A. B. c.*
88 *1. §. 12.* (3) COLONIENSIS, (Josephus Clemens, Dux Bavariæ,
89 electus in locum Maximiliani Henrici Mense Decembr. 1679.) *Archi-*
90 *Cancellariatu per Italiam*, Vid. *A B. c. 1. §. 11.* Quorum quisque in solenni Imperatoris Curia, in quo hæc celebratur Archi-Cancellariatu, sigilla Archi-Cancellariorum omnium, baculo appensa gestat, illaque accumbenti Imperatori reverenter exhibet, reliquis duobus Co-Electoribus Ecclesiasticis manum baculo simul admoventibus, sicque in Mensa, ad id præparata, ante Cæsarem deponentibus, quo ab Imperatore restituto, durante convivio solenni is solus Archi-Cancellariorum, in cujus Archi-Cancellariatu Curia celebratur, majus sigillum Imperatorium, catena collo appensum, & ad pectus usque dependens tam diu gestat, donec finito convivio, â comitatu Imperatoris in Curiam, vel Hospitium reversus, illud Vice-Cancell.
91 remiserit. *A. B.* (4) REX BOHEMIÆ (quem hodie repræsentat potentissima Domus Austriaca, ex qua Modernus Invictissimus Impe-
92 rator LEOPOLDUS.) *Archi-Pincernatu*, *A. B. c. 4. & c. 27. §.* Cujus
93 Officii intuitu per Sub-Officiarium suum in celebratione Curiæ, ac Mensæ Imperialis poculum, vino aqua permixto impletum, antea-
94 que â se delibatum, Imperatori porrigit. (5) ELECTOR BAVA-
95 RIÆ (hodie Dn. *Maximilianus Emanuel*, Dux Bavariæ) *Archi-Dapiferatu*, ex transactione cum Electore Palatino Heidelbergensi Ao. 1651. inita, ipsi cesso, *Vid. Theatr. Europ. Ad Annum 1651. pag. 10. ibi:* Daß Chur-Pfaltz auf gepflogene Tractaten/ und Handlungen/ den Ertz-Truchseßischen Titul quitiret/ und den Ertz-Schatzmeisters Titul/ neben einem neuen Siegel/ aus welchem der Reichs-Apffel gelassen/ wieder an-
96 genommen. In solenni Processione Imperatori Pomum Imperiale præ-
97 fert, idque inter insignia sua in Sigillo hodie ostentat. (6) SAXO,
98 *Archi-Marschallatu* (hodie Dn. Fridericus Augustus, Poloniæ Rex)

A. B. c.

A. B. c. 4. §. 4. in cujus signum inter insignia habet duos gladios decussatim compositos, Imperatorii in Processionibus evaginatum præferens gladium. Vid. Albin. *in Chron. Misn. Tit. 16.* Limn. *L. 3. c. 10. n. 29.* 99
quorsum pertinent veteres versiculi:

Zwey Schwerdt das Marschalln-Amt bedeuten/
Die Wändische Heyden auszuräuten.

Tempore Coronationis officium suum exercet avenæ mensuratione & distributione &c. *quo de infra cap. seq. pluribus* (7) BRANDENBURGENSIS (Hodie Fridericus III. Marchio & vi Pacificationis inter Regem Poloniæ & gloriosissimæ Memoriæ ipsius Parentem *Fridericum Wilhelmum* Welaviæ 19. Septembr. 1657. initæ, absolutus Borussiæ Ducalis Dominus) juxta *Auream Bullam, Archi Camerariatu. Vid. A. B. c. 27. §. 3.* In solennibus Processionibus Regi Romanorum præfert *Sceptrum*, quod inter insignia ipsius etiam conspicuum est, Vid. Illustr. Dn. Rhetz. *in J. J. P. L. 1. Tit. 13. §. 2.* & Schweder. *in Introd. ad J. P. Part. Spec. S. 2. c. 5. §. 11. p. 789.* de cujus prægestatione licet ipsi controversia in Inauguratione Caroli IV. Aquisgrani â Duce Juliacensi, in cujus clientela Civitas illa erat, fuerit mota, re tamen examinata, pensitatisque Utriusque rationibus, pro Ludovico, tum temporis Electore Brandeburgensi Imperator Carolus IV. pronunciavit. Vid. Limn. *in Addit. Tom. 2. ad Lib. 3. c. 11. n. 7.* & Schwed. *d. l.* ubi addit: Ex eo tempore Marchiones Brandeburgenses quiete hoc jure esse fruitos. In solenni Curia Cæsari pelvim exhibet & Mantile. Manutergii in A. B. c. 27. §. 3. non fit mentio, usus tamen docuit, proxime adstantes in exhibitione aquæ id tenuisse. Dn. Rhetz. *d. Tr. L. 1. c. 13. §. 3. in fin.* Confer. Dn. Crüger. *sæp. all. Tr. Part. Spec. Membr. 11. Disc. 4. §. 13.* ubi docet: In novissimo Coronati Regis Ungariæ Josephi actu proxime adstantes Electores id interim tenuisse. (8) COMES PALATINUS RHENI (hodie *Johannes Wilhelmus Josephus*, Dux Neoburgensis,) juxta *Auream Bullam Archi-Dapiferatu. Vid. A. B. Cap. 1. §. 13. & c. 27. §. 4.* hodie vero post *supra* memoratam transactionem, *Archi-Thesaurariatu, Vid. subscriptio Noviss. R. I. De Anno 1654.* Scutella ista in Insignibus adhuc vacua, ob spem redituri ad se Electoratus Bavariæ, cumque illo *Pomi Imperialis*, quo ante *Instrumentum Pacis. art. 4.* inter insignia sua utebatur. Dn. Rhetz *d. Tr. L. 1. T. 14. §. 3.* In Processione solenni hodie loco Pomi Aurei Imperialis, (Reichs-Apffel) gerit *Coronam*,

100 101 104 105 106 107 108 109 111 112 113 114

ronam, & equo vectus in populum primos missiles nummos spargit,
115 aureos, ac argenteos die Crönungs-Müntze in Silber und Gold / in
116 quorum *uno latere* Regis Romani noviter electi Nomen, *in altero* An-
117 nus cum Die coronationis inperpetuam memoriam leguntur. In nummis missis in novissimo Josephi Regis Rom. electi Coronationis actu hæc stricte non sunt observata, sed in illorum una parte visus fuit SOL, darunter ein Schwerdt / mit einem güldenen Lorbeer-Zweig ümwunden / adjecto Symbolo: *Amore* & *Timore*, in altera die Römische Königliche Cron cum subscriptione: *Josephus*, *Rex Ungariæ*, *Coronatus*
118 *in Regem Romanorum Augustæ: Die 26. 1690.* Hisce *Octoviris* (9) Ao. 1692. 9. Decembr. ex Illustri Guelfica Domo Primus accessit Imperii Elector, Imperatoris ac Electoralis Collegii suffragiis creatus, solenni-
119 que Pompa investitus, & nuperrime denatus, *Novemvir* Dn. ERNESTUS AUGUSTUS HANNOVERANUS, Episcopus Osnabrug-
119 gensis, (cui hodie in Episcopatum successit Carolus Josephus Dux Lottharingiæ) Brunsvic. & Luneb. Dux, contradicentibus adhuc
120 hodie plurimis Principibus Non-Electoribus, cui quidem Sacratissimus Imperator *Archi-Vexilliferatus* Officium, des Reichs-Panier-Amt / oder Reichs-Fendrichs-Amt / und prædicat, cum *Imperii Vexillo*, des Heil. Römischen Reichs Haupt-Panier / jure hereditario gratiosissime detulit, *Vid. Recess. inter Imperatorem & Domum Brunsvicensem ac Luneb. in punct. Elect. art. 4. ibi:* Weiln ferner bey ieder Chur ein gewisses Reichs-Ertz-Amt / und Reichs-Insigne gewidmet / so ist wegen jenes das Amt des Reichs-Panier-Herrn / und in diesen die Reichs-Fahne von uns allergnädigst beliebet worden: Dafern iedoch auf den in dem Westphälischen Friedens-Instrument gesetzten / und in GOttes Händen stehenden Fall / welchen der Allerhöchste verhüten wolle / der Achte Electorat ausausgehen würde / so soll an statt des vorgedachten Ertz-Amts / und Reichs-Insignis, das Ertz-Schatzmeister-Amt und das dazu gehörige Insigne diesen Neundten Electorat zugeignet und gewidmet seyn. Vid. Crüger. *d. Tr. P. Spec. M. 2. D. 4. §. 23.* interposita tamen contradictione & pro-
121 testatione inprimis Ducis Würtenbergensis, *Vid. Auth. Deduct. Wür-*
122 *tenb. De Anno 1693.* factum est, ut Hannoveranus de Archi-Vexilliferatus Imperii Officio ab Imperatore nondum sit investitus. Dn. Crüger. *d. l. ibi:* Und ist in der Investitur nicht nur von dem Reichs-Panier-Amt insigni in particulari, sondern insgesamt von allen Ertz- und Erb-

Amt

Amt abstrahiret worden: Quod tanquam Notabile observavit idem- 123
Author, cum alias de *Electoratu* investiendus, statim etiam *Officium*,
ceu illius annexum simul in feudum accipiat: Hancque tunc tempo- 124
ris in suspenso relictam rem, hactenus meliorem haud nactam esse
exitum, collectu inde haud difficile est, quod campus iste Insigni
Imperii destinatus, in insignibus Hannoverani adhuc conspicia-
tur vacuus.

Inter PRÆROGATIVAS ELECTORUM refertur (6) quod 125
peractis Coronationis solennibus, præstitisque noviter electo Rom,
Regi, Mensæ accumbenti, Officiis suis *singuli singulis in eodem cum Ipso*
Imperatore cœnaculo accumbant Mensis, separatim stratis, splendidissime-
que instructis, auro & argento maximi valoris præfulgente. *V. d. A.*
B. c. 28. §. 3 & 4. Ubi simul additur: Quod quamvis *Ecclesiastici Ele-* 126
ctores officio suo ante Mensam Imperatoris benedicendo peracto, sta-
tim Mensis sibi stratis assideant, etiamsi *Electores Seculares* nondum-
sua expleverint ministeria, Hi tamen ad Mensas sibi paratas se lo-
care ante non possint, quam singuli Co-Electorum munia fecerint
sua, illo qui prior officium suum præstitit, tamdiu juxta Mensam
sibi stratam stando reliquos exspectante, donec & Hi omnes suis Of-
ficiis rite expeditis, ad suas Mensas accesserint. Sicuti autem dicta 127
in Electoribus in persona *præsentibus* tantum procedunt, (absentium 128
Legatis in reliquis quidem omnibus Dn. Principalium personas repræ-
sentantibus, ad *Mensam* tamen absenti Domino principali deputatam,
proque ipso apparatam, non sedentibus, testante id, aliis priorum
temporum exemplis consulto omissis, inprimis Coronationis Impe-
ratoris Leopoldi & novissimæ, Josephi historia, ex qua liquet, mis- 129
sos ad illam Panegyrim *Bavaricos & Brandeburgicos* Legatos, Mensis
Dominorum Principalium non assedisse, neque in Coronatione ul-
tima, Regis Bohemiæ, Electoris Saxoniæ, & Brandeburgensis Lega- 130
tos absentium Dn. Principalium Mensas, in quibus nil, nisi duæ, ci-
bis vacuæ Scutellæ coopertæ appositæ fuere, occupasse, sed abiisse
omnes *Conf. Theatr. Europ. Tom. 8 p. 553.* Dn. Rhetz *in J. J. P. L. 1. T. 4.*
§. 58. Ita in *Principibus Non-Electoribus* hæc conspicitur differentia, 131
quod *Uni* omnes *mixtim Mensæ*, in eodem conclavi positæ, assideant,
nec *singuli separatim suis* utantur *Mensis*, docente id itidem Coronatio-
nis Leopoldi & Josephi historia; Itidemque, quod (2) ELECTO- 132

ronam, & equo vectus in populum primos miſſiles nummos ſpargit,
115 aureos, ac argenteos die Crönungs-Müntze in Silber und Gold / in
116 quorum *uno latere* Regis Romani noviter electi Nomen, *in altero* An-
117 nus cum Die coronationis inperpetuam memoriam leguntur. In nummis miſſis in noviſſimo Joſephi Regis Rom. electi Coronationis actu hæc ſtricte non ſunt obſervata, ſed in illorum una parte viſus fuit SOL, darunter ein Schwerdt / mit einem güldenen Lorbeer-Zweig ümwunden / adjecto Symbolo: *Amore* & *Timore*, in altera die Römiſche Königliche Cron cum ſubſcriptione: *Joſephus, Rex Ungariæ, Coronatus*
118 *in Regem Romanorum Auguſtæ: Die 26. 1690.* Hiſce *Octoviris* (9) Ao. 1692. 9. Decembr. ex Illuſtri Guelfica Domo Primus acceſſit Imperii Elector, Imperatoris ac Electoralis Collegii ſuffragiis creatus, ſolenni-
119 que Pompa inveſtitus, & nuperrime denatus, *Novemvir* Dn. ERNESTUS AUGUSTUS HANNOVERANUS, Epiſcopus Osnabrug-
119 genſis, (cui hodie in Epiſcopatum ſucceſſit Carolus Joſephus Dux Lottharingiæ) Brunſvic. & Luneb. Dux, contradicentibus adhuc
120 hodie plurimis Principibus Non-Electoribus, cui quidem Sacratiſſimus Imperator *Archi-Vexilliferatus* Officium, des Reichs-Panier-Amt / oder Reichs-Fendeichs-Amt / und prædicat, cum *Imperii Vexillo*, des Heil. Römiſchen Reichs Haupt-Panier / jure hereditario gratioſiſſime detulit, *Vid. Receſſ. inter Imperatorem & Domum Brunſvicenſem ac Luneb. in punct. Elect. art. 4. ibi:* Weiln ferner bey ieder Chur ein gewiſſes Reichs-Ertz-Amt / und Reichs-Inſigne gewidmet / ſo iſt wegen jenes das Amt des Reichs-Panier-Herrn / und in dieſen die Reichs Fahne von uns allergnädigſt beliebet worden: Dafern iedoch auf den in dem Weſtphäliſchen Friedens-Inſtrument geſetzten / und in GOttes Händen ſtehenden Fall / welchen der Allerhöchſte verhüten wolle / der Achte Electorat aus-ausgehen würde / ſo ſoll an ſtatt des vorgedachten Ertz-Amts / und Reichs-Inſignis, das Ertz-Schatzmeiſter-Amt und das darzu gehörige Inſigne dieſen Neundten Electorat zugeeignet und gewidmet ſeyn. Vid. Crüger. *d. Tr. P. Spec. M. 2. D. 4. §. 23.* interpoſita tamen contradictione & pro-
121 teſtatione inprimis Ducis Würtenbergenſis, *Vid. Auth. Deduct. Wür-*
122 *tenb. De Anno 1693.* factum eſt, ut Hannoveranus de Archi-Vexilliferatus Imperii Officio ab Imperatore nondum ſit inveſtitus. Dn. Crüger. *d. l. ibi:* Und iſt in der Inveſtitur nicht nur von dem Reichs-Panier-Amt inſigni in particulari, ſondern insgeſamt von allen Ertz- und Erb-

Amt abstrahiret worden: Quod tanquam Notabile observavit idem Author, cum alias de *Electoratu* investiendus, statim etiam *Officium*, ceu illius annexum simul in feudum accipiat: Hancque tunc temporis in suspenso relictam rem, hactenus meliorem haud nactam esse exitum, collectu inde haud difficile est, quod campus iste Insigni Imperii destinatus, in insignibus Hannoverani adhuc conspiciatur vacuus. 123 124

Inter PRÆROGATIVAS ELECTORUM refertur (6) quod 125
peractis Coronationis solennibus, præstitisque noviter electo Rom. Regi, Mensæ accumbenti, Officiis suis *singuli singulis in eodem cum Ipso Imperatore cœnaculo accumbant Mensis, separatim stratis*, splendidissimeque instructis, auro & argento maximi valoris præfulgente. *V. d. A. B. c. 28. §. 3 & 4.* Ubi simul additur: Quod quamvis *Ecclesiastici Electores* officio suo ante Mensam Imperatoris benedicendo peracto, statim Mensis sibi stratis assideant, etiamsi *Electores Seculares* nondum sua expleverint ministeria, Hi tamen ad Mensas sibi paratas se locare ante non possint, quam singuli Co-Electorum munia fecerint sua, illo qui prior officium suum præstitit, tamdiu juxta Mensam sibi stratam stando reliquos exspectante, donec & Hi omnes suis Officiis rite expeditis, ad suas Mensas accesserint. Sicuti autem dicta 126 127
in Electoribus in persona *præsentibus* tantum procedunt, (absentium 128
Legatis in reliquis quidem omnibus Dn. Principalium personas repræsentantibus, ad *Mensam* tamen absenti Domino principali deputatam, proque ipso apparatam, non sedentibus, testante id, aliis priorum temporum exemplis consulto omissis, inprimis Coronationis Imperatoris Leopoldi & novissimæ, Josephi historia, ex qua liquet, missos ad illam Panegyrim *Bavaricos* & *Brandeburgicos* Legatos, Mensis 129
Dominorum Principalium non assedisse, neque in Coronatione ultima, Regis Bohemiæ, Electoris Saxoniæ, & Brandeburgensis Legatos absentium Dn. Principalium Mensas, in quibus nil, nisi duæ, cibis vacuæ Scutellæ copertæ appositæ fuere, occupasse, sed abiisse omnes *Conf. Theatr. Europ. Tom. 8 p. 553.* Dn. Rhetz *in J. J. P. L. 1. T. 4. §. 58.* Ita in *Principibus Non-Electoribus* hæc conspicitur differentia, 130 131
quod *Uni* omnes *mixtim Mensæ*, in eodem conclavi positæ, assideant, nec *singuli separatim suis* utantur *Mensis*, docente id itidem Coronationis Leopoldi & Josephi historia; Itidemque, quod (2) ELECTO- 132

RUM Mensæ *omnes* ejusdem sint altitudinis, exque Lege Carolina *sex*, ex Consvetudine vero moderna *tribus pedibus* IMPERATO-
133 RIS & IMPERATRICIS, si adest, ex præscripto Aureæ Bullæ *tribus* ex *observantia* vero, *uno pede* depressiores, Ipsorum contra PRINCIPUM NON-ELECTORUM Mensis *uno* adminimum *pede*, seu *gradu* elatiores deprehendantur ELECTORUM Mensæ. Vid. Dn. Schwed. *in Intr. ad J. P. Part. Spec. Sect. 1. cap. 2. §. 45.* Dn. Crüger. *sæpe*
134 *all. Tr. Part. Spec. M 1. D 8. §. 2.* Quibus (3) Hi tecto *Capite*, nisi &
135 Ipse Imperator Capitis tegumentum deposuerit, (4) sub *Uraniscis* vel *Cœlis Portatilibus*, vulgo untern Himmel oder Baldachinen *Vid. Relationem Coronat. Joseph. Reg. Rom. ibi*: Es waren der abwesenden Chur-Fürsten ihre Taffeln unter besondern schönen Baldachinen / so sehr kostbahr / theils von Golde / theils von Silber gestickt / theils von rothen Sammet mit breiten güldenen Borten und schönen güldenen Frantzen eingefasset waren / prächtig anzusehn / 2c. accumbunt, haben-
136 tibus à tergo suum adjunctum (5) *Repositorium*, sine *Abacum Vasarium* Regium, in quo splendoris & Magnificentiæ caussa singuli sua suppellectilia aurea, & argentea ostentant: ILLIS contra Mensæ suæ (a) *Uranisco* & *Cœlo pensili*, nec non (b) *Credentia* sive *Abaco Vasario* ca-
137 renti, (c) *aperto capite* assidentibus, Vid. Schweder. *d. l.* Sprenger. *in pag. J. P. 181.* Vitriarius *J. J. Lib. III. §. 20. ibique* Addition. Fürstner. *De Jur. Suprem. &c. c. 49.* Bœcler. in Not. *S. R. I. L. 6. c. 2.* ibique Dn. Schurtzfleisch *in Not.* & Dn. Franckenstein *jung.* Dn. Wagenseil. *De Official. Imper. c. 9. §. 25. seq.* & Dn. Crüger. *tit l. § 5. p. 129.* Ubi ex Pastorio *in Laur. Act. Publ. Europæ, P. 2. 57.* idem in ultimis Coronationis Leopoldi & Josephi actibus ita observatum fuisse refert.

138 SEPTIMA ELECTORUM PRÆROGATIVA exserit se potissimum circa COMITIORUM INDICTIONEM, in eo (1) conspicua, quod imperator *Universalia* Reip. Romano-Germanicæ *Comitia* indicere haud possit, nisi *prærequisito omnium Electorum consensu* per Capit. Caroli. V. *art. 12.* Ferdinandi IV. *art. 14.* Leopoldi, *art. 17.* & Josephi. *art. 16.* ibi: Und sonderlich keinen Reichs-Tag vornehmen oder
139 ausschreiben / ehe und bevor darzu um der VII. (Regis enim Bohemiæ in hoc negotio extra Diætas Electionis novi Regis Romanorum, Vid. Limn. *ad A B. cap. 4. §. 1. Observ. 9.* Goldast. in Reichs-Satzung. *P. 2. n. 178.* ibique *adductum Decretum Electoralis Collegii* nulla habetur ratio. Vid.

Vid. Dn. Rhetz. *in I. I. P. Lib. 1. Tit. 10. §. 2.* Conring. *De Comit. n. 17.* Schweder. *d. Tr. P. Spec. Sect. 1. c. 30. §. 5.*) Churfürsten Consens, und Bewilligung durch sonderbahre Schickung angehalten. Conf. R. A. de Anno 1559. §. derowegen wir auf vorgehabten stattlichen Rath. R. A. de Ao. 1570. §. haben wir eine gemeine Reichs-Versammlung. R. A de Ao. 1576. §. Als haben wir mit Recht R. A. de Ao. 1598. §. Als aber darzwischen. R. A. de Ao. 1603. Hierum/ und dieweil & R. A. de Ao. 1654. Mit Rath und Gutbefinden der Sämmtlichen/ Unser und 140
des Heil. Reichs Churfürsten ꝛc. in tantum, ut si neglecto Electorum consensu, comitia indixerit, actus indictionis sit ipso jure nullus. Schvveder. *d. Tr. & loc. §. 3.* Reliquorum Principum consensu 141
hic neutiquam prærequirendo, *Vid. all. Capitul. & R. I.* (2) Quod Ele- 142
ctores necessitate ac utilitate Imperii exigente, Comitia Cæsari suadere possint, eidemque Authores existere ad indicendos publicos Statuum conventus, *Vid.* R. A. de Anno 1641. Capit. Leopold. art. 17. & Joseph. *art.* 11. ibique Oder sie uns NB. von selbsten des Reichs Anliegenheit halber/ darum Unterthänig angelanget/ und erinnert. Ad prævium ipsorum monitum non facile ab Imperatore de- 143
negandos. *Vid. proxime all. loc.* jung. *Noviss. Imp. Rec. De Anno 1654. 192.* (3) Quod Imperator ante indicenda Statibus publica comi- 144
tia, cum *solis Electoribus*, *reliquis Imperii Ordinibus itidem exclusis*, communicata illis publicorum horum conventuum CAUSSA, de LOCO, deque TEMPORE Comitiorum deliberare teneatur. Vid. Capitul. Ferdinandi IV. *art. 14.* Leopoldi. *art. 17.* & Josephi. *art. 16.* ibi: Und sich mit denselben (sc. VII. Electoribus) so wohl der Zeit/ als Wahlstatt halber verglichen. Arum. De *Comit. cap. 5. §. 27. in fin.* Schvveder. *proxime all. loc.* Crüger. *Part. Gen. Disc. 6.* (4) Quod in 145
Comitiis Imperialibus *Electores* non *mixtim*, ut olim, *cum Principibus unum* faciant *Collegium*, sed *separatam* ab hisce in votando & consultando instituant *Curiam*, Einen gesonderten Chur-Fürsten Rath. *Vid. Leopold. Capit. art. 36. & Joseph. art. 35.* ibi: Bey ihrem besondern Rath geruhiglich bleiben/ und ungedrängt lassen. Conf. Dn. Rhetz. *in I. I. P. Lib. 1. Tit. 6. §. 5.* Schvved. *Part. Spec. Sect. 2. cap. 2. §. 5.* Maurit. *De R. J. n. 18.* Lehman. *in Chron. Spir. L. 7. cap. 12. pag. 997.* Vitriar. *d. l. L. 3. T. 8. §. 2. pag. 689.* & Crüger. *d. Tr. p. 68. seqq.* (5) Quod in votando & sedendo indubia hodie *Electoribus* compe- 148

tente

148 tente Prærogativa, Collegii & Curiæ Electoralis vota ex multorum sententiis tantum in Comitiis valeant, quantum dimidiæ partis Ordinum in Universo Imperii Senatu suffragia sunt valitura. *Vid.* Fürstner. *De Suprem. Princip. Germ. cap.* 40. Bœcler. *De N. & S. R. J. Lib.* 3. *cap.* 2. Rhetz. *in I. I. P. Lib.* 1. *Tit,* 6. *n.* 5. Crüger. *d. Tr. M. I. D.* 6. §. 15. Vitriarius. *in J. J. P. Tit.* 8. *Lib.* 3. §. 4.

149 AD PRÆROGATIVAS ELECTORUM pertinet VIII. Quod
150 Ipsi Electores, *quoties*, & *ubi* ipsis visum fuit (Rege Bohemiæ ex-
151 cluso, nisi in tali conventu Electorali *De Electione Regis Romanorum* agatur, Vid. cautio Uladislao Bohemiæ Regi â ceteris Co-Electoribus, Anno 1489. tradita, ap. Goldastum. P. 2. der Reichs-Satzungen *p.* 178. Limn. *ad A, B, C.* 12, §. 2. *Obs.* 4. Schvveder. *d. Tr. Part. Spec. Sect.* 2. *c.* 2. §. 6.) particularia Comitia sine specialis *Imperatoris* veniæ impetratione, vel aliorum *Principum* interventu, agendi, ha-
152 bendique gaudeant jure, ne ipso quidem Imperatore hosce conventus prohibere, aut impedire valente, *Vid.* Capit. Caroli. V. *art.* 5. Ferdinandi. I. *art.* 5. Maximiliani *art.* 3. Rudolphi *art.* 4. Matth. *art.* 4. Ferd. II. *art.* 4. Ferdinandi III. & IV. *art.* 5. Leopoldi & Josephi *art.* 6. ibi: Wir lassen auch zu / daß die sieben Churfürsten ie zu Zeiten vermöge der güldenen Bull und Observantz, nach Gelegenheit und Zustand des Heil. Reichs zu ihrer Nothdurfft / auch so sie beschwerliches Obliegen haben zusammen kommen mögen / dasselbe zu bedencken / und zu rathschlagen / daß wir auch nicht verhindern und irren und derohalben keine Ungnade oder Widerwillen gegen ihnen sämt-
153 lich / oder sonderlich schöpffen / und empfangen wollen. Vid. Schvveder. *Part. Spec. Sect.* 2. *cap.* 2. §. 6. Vitriar. *Inst. J. P. Lib.* 3. *Tit.* 8. §. 3. *inibique* Additionator: ubi simul addit istiusmodi Electorales Conventus celebratos esse (1) Francofurti ad Mœnum 1486. & 1657. (2) Herbipoli 1502. (3) Baccharachii 1598. (4) Fuldæ 1608. (5) Norinbergæ 1611. 1619. & 1640. (6) Mulhusi 1627. (7) Ratisbonæ 1630. & 1639. (8) Moguntiæ 1642. (9) Pragæ 1652. (10) Augustæ Vindelicorum 1689. Conf. Joach. Cluten. & Samuel Rachel. *d. Comit.*
154 *Elect. junct.* Crügero. *in sæp. all. Tr. P. Spec. Memb.* 2. *Disc.* 7. §. 10. Sunt autem hæc Electorum, Comitia, quæ vulgo Chur-Fürsten / item Collegial- und Wahl-Tage appellantur, duplicis generis: Instituuntur enim vel *Cæsaris monitu*, *vel proprio Electorum motu & Consilio*:

Pri-

Priora sunt Conventus Imperatoris, & Electorum *authoritate* Cæsaris 155
per Moguntinum Electorem indicti, in quibus de Imperii, Orbisque salute, & ad hanc pertinentibus negotiis consultatur, & agitur: *Posteriora* sunt Conventus Electorum toties à Moguntino indicti, quoties 156
id vel totius Imperii necessitas, vel *Collegii Electoralis* judicium, ac autoritas postulaverit: Quæ inter hæc notabilis intercedere videtur differentia, quod prioris generis Conventus non, nisi *sciente Imperatore*, 157
instituantur, in illis vel personaliter, vel per Legatos comparere solito: Posterioris generis vero *ipso ignorante* quidem *indici*, vix tamen ipso inscio peragi possint. vid. Schvveder. *d. l.* Limn. *ad A. B. C. 12. n. 2. observ.* 13. *p.* 712. & Addition. *ad Vitr. Lib.* 3. *T.* 8. §. 4. *Lit. A. Aliique passim.* 158

Præcipui Juris Electoralis *præ reliquis Imperii principibus* IX. 157
Nota & Argumentum est certissimum, quod *Imperator* solus absque *Illorum* (excluso tamen & hic Bohemo, Lim. *Ad Capitul. Leopold. art* 22. Schvveder. *P. Spec. S. 1. c. 20.* §. 3. Add. ad Vitriarium *L. 3. Tit. 4. §. 6. Lit. a.* 158
Crüger. *d. Tr. S. Spec. M.* 2. §. 4. *Disc.* 8.) consensu (I.) Hodie *neque ipse nova vectigalia instituere, aut augere, neque aliis facultatem nova instituendi, aut instituta augendi concedere valeat.* per Capitulationem Leopoldinam §. 21. & 24. & Joseph. §. 20. *ibi*: Wir sollen und wollen auch insonderheit nun hinführo keinen Zoll von neuen geben/ noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen/ auch vor uns selbsten keinen aufrichten/ erhöhen oder prorogiren/ es sey denn die Benachbarte und interessirte Stände/ und dero erfodertes/ auch in gebührende consideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen/ und hernacher aller NB. und jeder der sieben Chur-Fürsten Wissen/ Willen/ Zulassen/ und Collegiat-Rath/ einhelliger Schluß also/ und dergestalt in diesem Stücke vorgangen/ daß keines Churfürsten Widerrede/ oder Dissens dagegen/ sondern alle und jede dero Collegial-Stimmen einmüthig seyn/ massen wir dißfals NB. die Majora nicht attendiren/ auch ohne vorhergehende Vnanimia zu keinen Stande bringen/ und den supplicirenden mit seinem Begehren gäntzlich hinweg und abweisen/ wie auch alle diejenige/ so um neue Zoll/ es sey gleich zu Wasser oder Lande/ oder der alten Erhöhung/ prorogation anhalten werden/ einer Collegial-Versamlung zu erwarten/ erinnern/ und neben dem Churfürstlichen Collegio jedesmahl dahin sehen sollen/ und wollen/ damit durch die ertheilte neue Zölle und Concessiones andre Churfürsten/ Fürsten und

Stände/ an ihren vorhinhabenden Zoll-Einkünfften keine Verringerung/ Nachteil und Schaden zu leiden haben. & art. 23. ibi: Demnach dem solche Zoll-Regal, und Privilegia NB. allein von Römischen Kaysern und Königen mit Bewilligung der sieben Churfürsten/ nach Ausweisung des *20. art.* im Reich ertheilet/ und gegeben werden. Vid. Illustr. Dn. Rhetz. *in J. J. P. Lib. 1. Tit. 4. §. 36. & L. 1. T. 6. § 24. seq. Item. L. 2. T. 15. §. 2. seqq.* Schvveder. *P. Spec. S. I. c. 20.* §. 2. Vitriar. *in I. I. P. Lib. 3. Tit. 8. §. 29.* Bœcler. *De N. S. I. R. Lib. 6. c. 2. § 16. pag. 165.* Crüger. *De Fulg. Elect. jur. part. Spec. Membr. 2.*
159 *Disc. 8. per tot.* Stryk. *in Not. ad* Lauterb. *Tit. De Publican. verb. Cum statib. ibique:* Exc. Dn. Præses. Nec obstat dictis, quod ex allegatis verbis *art. 20.* Josephianæ Capitulationis videatur hic & *reliquorum Statuum* consensum esse exigendum, non suffecturis *solius Imperatoris*, & *Ele-*
160 *ctorum* suffragiis: In qua opinione sunt multi Juris publici Ddrum, quibus protestatio Lubecæ nomine Civitatum, confirmationi novi Telonii, Comiti Oldenburgensi in fluvio visurgi Anno 1623. ab Imperatore Ferdinando II. in feudum Imperii consensu Electorum concessi, factæ à Ferdinando III. 1638. & 1643. & in Instrumento Pacis 1647. solenniter opposita die 8. Febr. 1649. his verbis: Weilen bewust/ daß Reichs-Städtische Collegium den prætendirten Oldenburgischen Wasser-Zoll niemalen approbiret/ sondern deßhalben eine Declaration- und Protestation-Schrifft von denen Stadt-Colnischen Gesandten/ als p. t. Reichs-Städtischen Directore eingeliefert/ so wolte man sothane declarationem, und Dissensum in solennissimo hoc actu hiemit nochmalen widerholet/ benebenst feyerlich contestiret haben / daß durch die extradirende Reichs-Städtische Ratificationes man davon keines Weges abgewichen/ noch ermeltes Zolls insertionem darunter begriffen/ wenigers aber zu selbiger Guaranda sich einiger massen verbunden haben wolte/ de eo semel, pro semper protestando. vid. Vitriar. *d. l.* non parum suf-
161 fragari videtur. Aliud enim est *Statuum vicinorum* sententiam per modum *monendorum*/ als ein Gutachten/ requiri, ut audiantur, suum monstraturi interesse, & præjudicium; Aliud vero illorum sententiam per *modum suffragii, consensus & voti* desiderari. Illud fundatur in *all.* §. 20. Hoc vero solis tribuitur Electoribus *d. l. &* §. *23.* ibi: allein:
162 Quem vero supra allegata Civitatum protestatio habuerit effectum, illamque subsecuta Civitatis Bremensis Oppositio, ex Vitriario & Crügero *d. l.* exque famosissima illa in bannum dictæ Civitatis

decla-

declaratione cognitu est facillimum. Vid. Dn. Stryk. *in Not. ad* Lauterb. *d. t.* Illud vero hic notam meretur (a) Quod consensus hic Ele- 163
ctoralis hodie non amplius, ut olim, *Collegialis* sit, vel *secundum Majora* æstimetur, sed *Totalis*, ita ut omnes & *singuli* Electores in casum *novi vectigalis*, vel *augmenti veteris* consentire teneantur, adeo, ut *uno dissentiente* concessio facta, haud sit valitura *per all. art. 20. Joseph. Capit. ibi :* und hernacher aller und jeder sieben Churfürsten/ mit einhelligem Schluß/ daß keine Widerrede und Dissens dagegen/ sondern 164
alle und jede Collegial-Stimmen einmuthig seyn/ massen wir deßfals die majora nicht attendiren / auch ohne vorhergehende Vnanimia zu keinem Stande bringen &c. Vid. Dn. Rhetzius *d. l. L 2. T. 15. § 3.* Crüger. *d. Tr. Memb. 2. part. Spec. Disc: 8 §. 4.* (b) Quod Status Imperii novum vectigal impetraturus, *Electoribus*, illorumque *Ministris*, 165
& *Subditis* immunitatem teneantur promittere, nisi hac non præstita, carere vectigalis jure velint. *Vid. art.* 23. Leopoldinæ, *&* 22. Josephianæ Capitulationis, verbis : Daß Sie mehr gedachte Churfürsten/ dero Gesandten und Räthe/ und dero Wittben und Erben/ bey ihren Ein- und Abzuge / wie auch ihre Unterthanen / Diener/ zugewante / und andere befreyte Personen/ auch derselben Haabe und Güter mit solchen von neuen gegebenen / erhöheten oder prorogirten Zöllen nicht beschweren / sondern an allen und jeden Orten ihrer Fürstenthümer und Länder mit ihren Wahren und Gütern Zollfrey durch passiren/ verfahren / und treiben lassen / sich auch sonsten der Zolls Erhöhunge halber gewisser vorgeschriebener massen verhalten / und darüber vermittelst eines sonderlichen Revers gegen die Churfürsten kräfftiglich verbinden sollen; die aber solche Revers noch nicht von sich gegeben/ auch NB. bey Verlust des concedirten Privilegii dahin erinnern/ und anhalten/ sich hierin der Schuldigkeit zu bequemen / und angeregten Revers ohne längern Verzug heraus zu geben/ und denen Churfürsten einzuhändigen : Denen aber / so ins künfftige obbeschriebenen massen neue Zölle / oder der alten Ersteigerung oder Prorogation erhalten werden/ wollen wir NB. vor Herausgebung solcher Revers unsere Kayserliche Concessiones keines weges ausfertigen noch ertheilen lassen.

(II.) Quod Imperator nemini *sine Electorum* consensu facultatem *Officinam* habendi *Monetariam*, *cudendique Monetam* Imperialem, 166

vulgo die Müntz-Gerechtigkeit / und Müntz-Stätte zu halten / concedere possit, licet reliquorum Statuum consensus plane negligatur. Vid. Capit. Matth. *art.* 37. Ferdinandi II. *art.* 33. Ferdinandi III. *art.* 37. Ferdinandi IV. *art.* 35. Leopoldi, *art.* 34. & Josephi, *art.* 33. ibi: Wir sollen / und wollen durch hinfüro ohne Vorwissen / NB. und absonderliche Einwilligung und Consens der sieben Churfürsten niemands / wes Standes / oder wessen der sey / mit NB. Müntz-Freyheiten und Müntz-Städten begaben und begnadigen. Imo ne legitime amissum monetandi jus, *absque Collegiali Electorum consensu* valeat restituere Capit. Joseph. d. *art.* 33. ibi: auch wo wir beständig befunden / daß die jenigen Stände / denen solches Regal und Privilegium verliehen / dasselbe dem Müntz-Edict, und andern in desselben Verbesserung erfolgten Reichs-Constitutionen zugegen mißgebraucht / oder durch andre mißbrauchen lassen / und sich also ihrer Müntz-Gerechtigkeit ohne fernere Erkäntniß verlustig gemachet / ihnen solches Regal verbieten / sondern auch einen solchen privirten Stand / ohne Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten nicht restituiren. Vid. Schvved. *Part. Spec. S.* 1. *c.* 22. *§.* 1. *seq.* Crüger. *d. Tr. S. Spec. M.* 2. *Disc.* 9. *per tot.* Vitriarius *in J. J. P. L.* 3. *T.* 8. §. 29. Boecler. *de N. S. A. I. L.* 6. *c.* 2. *§.* 16. *&* Rhetz. *in J. J. P. Lib.* 1. *T.* 6.
167 27. *& L.* 2. *Tit.* 16. §. 1. ubi tamen recte monet *§.* 3. *Totalem* hic non desiderari, sed sufficere, *Collegialem* Electorum consensum, non ob-
168 stantibus *art.* 34. Leopold. Capit. *& art.* 33. Joseph *verbis:* absonder-
169 liche Einwilligung der VII. Churfürsten / utpote quæ *pristino juri*, quo *soli* olim *Imperatori* licuit jus monetandi Imperii Statibus indulgere, *Vid.*
170 Kaysers *Ferdinandi* neue Müntz-Ordnung *§.* 178. opponuntur, non vero *singulorum Electorum* consensum requirendi inferunt ne-
170 cessitatem.

171 (III.) Quod solus Imperator *absque Electorum consensu* aperta Imperii Feuda Majora, seu Regalia, aliis in feudum iterum dare, vel Expectantias super ipsis concedere haud valeat. *Vid. Capit.* Ferdinandi *IV.* *&* Leopoldi *art.* 30. *juncta* Josephiana *art.* 29. ibi: Wann auch Lehen den Reich / und uns bey Zeit unser Regierung / durch Todesfall / oder Verwirckung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthümer Graffschafften / Städte / und dergleichen / die sollen und wollen wir NB. ohne Vorwissen der sieben Churfürsten ferner niemand

leyhen /

leyhen / und NB. niemand einige exspectanz oder Anwartung darauf geben 2c. Et mox: So sollen auch die Lehen-Brieffe und Exspectantien über des heiligen Reichs angehörige Lehen / welche bey einer andern / als Unser Reichs-Cantzley ohne Vorwissen der Herren Churfürsten ins künfftige ertheilet / und ausgefertiget werden möchten / gantz ungültig seyn. Vid. Stryck. in *Ex J. F. C. V. 90. q.* 10. 172. Kulpis *in Not. ad Monzamb. cap. 5. T. 15.* Schvveder. *in* J. *ad* J. *P. Part. Special. S.* 1. *c.* 23. §. 10. Rhetz *in* J. J. *P. L.* 1. *T* 1. §. 16. & *L.* 1. *T.* 6. §. 21. Conringius *in Lampad. P.* 3. *c.* 5. §. 26. Reinkingius *de R. S. & E.* 1. *Class.* 2. *c.* 9. *num.* 165. Vitriar. *in* J. J. *P. L.* 2. *T.* 1. §. 16. Bœcler. *de N. S. R. J. L.* 6. *c.* 2. Strauch. *in Diss. Exot.* 3. *th.* Cui restrictioni facultatis Cæsareæ ratione aper- 172
torum feudorum Imperii Regalium, aliis sine prævio Electorali consensu iterum non concedendorum, sicuti primum ansam dedit Capitulatio Caroli V. *art.* 3. ibi: Wann auch Lehen dem Reich / und Uns bey Zeit Unser Regierung eröffnet werden / so sollen und wollen wir ferner niemand verleihen / sondern zu Unterhaltung des Reichs / Unser und Unserer Nachkommen / der Könige und Kayser behalten / einziehen und incorporiren 2c. pro fundamento hanc Status habens ra- 173
tionem, ut hac via auctis pedetentim Imperii reditibus, ceteroquin sat exiguis, si aliquando placuerit Electoribus alium quempiam Principem extra Potentissimam Domum Austriacam ad fastigium Summæ in Imperio Dignitatis evehere, huic non desit, unde Splendorem & Dignitatem suam commode tueri possit; Ita supra dictam rationem Imperatores prævidentes, vix hactenus ullum apertum 174
Imperii feudum regale ad ductum modo adductæ Capit. Carolinæ sibi retinuerunt, sed potius nociva Imperio liberalitate in alios iterum transtulerunt, Vid. Illustr. Dn. Rhetz. *in* J. J. *P. L.* 1. *T.* 6. §. 16. *in fin.* Quod inter alia, ex exemplo Ducatus Mecklenbur- 175
gensis, pulsis ditionibus suis à Ferdinando II. Anno 1628. Ducibus Meckl Adolpho Friderico, & Johanne Alberto, Wallensteinio iterum concessi, & Heroico Gustavi Adolphi, Regis Sueciæ, omnem laudem supergressi facto, Optimis hisce Principibus Anno 1631. feliciter restituti, satis apricatur. Conf. Dn. Cruger. *De Fulgent. Elect. Iur. Part. Spec. M.* 2. *Disc.* 10. §. 3.

Nec obstat hactenus dictis, quod allegata Capitulatio Jose- 176
phiana nullam *consensus*, bene vero *præscitus* Electoralis faciat mentionem.

tionem. Respondendum enim est. Constanti juris publici Docto-
177 rum interpretatione receptum esse, Electores in d. Capit. per vo-
cem vorwissen / non *nudam* Imperatoris *certiorationem*, sed *consensus*
178 *requisitionem* denotare, voluisse, quam interpretationem vel ipsa
ratio plane olim vi Capitulationis Carolinæ Imperatori interdictæ
reinfeudationis apertorum majorum Imperii feudorum non ægre
suadere videntur. Illustr. Dn. Rhetz. *in Comm. Iur. Feud. p. 360. seq.* Dn.
179 Schvvedr. *c. l. & l.* §. 3. *in fin.* An vero in *Electoratibus apertis & vacantibus* idem juris sit, ut & illos ad ductum Aureæ Bullæ *Tit.* 7.
§. *fin.* Imperator aliis iterum in feudum concessurus, Durum. Ele-
180 ctorum prærequirere consensum opus habeat? de illo videri potest
inter alios Dn. Cruger. *proxime citato loco* §. 5. *seqq.* (IV.) Quod
soli Imperatori absque *prævio Electorum consensu* fas sit minime,
Bona Imperialia alienare, vel obligare. Vid. Capit. Caroli *v. art.* 9.
Ferdinandi I. *art.* 8. Maximiliani II. *art.* 6. Rudolphi *II. art.* 8 Matthiæ, *art.* 8. Ferdinandi II. *art.* 8. Ferdinandi III. *art.* 9. Ferdinandi
IV. *art.* 9. Leopoldi. *art.* 12. & Josephi *art.* 12. *ibi*: zu dem / und insonderheit sollen und wollen wir dem heiligen Römischen Reich / und dessen
Zugehörungen nicht allein ohne Wissen / Willen und Zulassen gemelter Churfürsten sämtlich / nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere Wege vereussern / oder beschweren ꝛc.
181 Vid. Schvveder. *d. T. P. Spec. S. I. c.* 23. *per tot.* Ubi *Collegialem* sufficere *consensum* Electorum cum Sprengero, *L.* 1. *c.* 6. *p.* 32. autumat,
eo quod vox sämtlich / non uti Limnæus *ad Capit.* Caroli V. *a.* 9.
putat, *Totalem & Unanimem singulorum Electorum consensum* denotet,
sed idem significet, ac Latinis: *conjunctim, seu Collegialiter.* Vide
182 tamen Crugerum. *d. l.* §. 6. *Disc. XI.* Videtur vero huic Capitulationibus Caroli V. & sequentium Imperatorum insertæ restrictioni,
de non alienandis ab Imperatoribus Imperii bonis sine prævio Electorum consensu, ansam dedisse effusa illa priorum Imperatorum,
183 & inprimis Caroli IV. (ob maximam immoderatis suis largitionibus jacturam, quam alienando varia Imperii bona, interque illa
Regnum Arelatense cum Delphinatu, ab Ottone III. Imperio
adjectum, pro uno prandio Galliæ Regi in villa nova prope Avenionem, teste Lehmanno *in Chron. Spir. L.* 7. *c.* 40. donando
184 fecit Imperio, non incongrue à Maximiliano Imperatore *Dissi-*

patoris

patoris Imperii, ejusque Vitrici, quo post Crassum pestilentior pestis Germaniæ nunquam contigerit, dicti, referente ex Wahrem. ab Ehrenberg/ *De Regn. Subsid. c.* 5. *num.* 42. Dn. Schvvedero *in* J. ad J. P. *Part. Spec. c.* 23. *S. 1* §. 2. & Crugero *d. Tr. Membr.* 2. *Disc.* 185
11. p. 315.) Ejusque Filii Wenceslai, Ducatum Mediolanensem, cum aliis Reip. Germ. Provinciis vili pretio vendentis, & Pontifici Gregorio XII. Urbem Tridentinam donantis, *Vid.* Goldast.
Tom. 1. Constit. Imperial. p. 379. liberalitas, quam cum insigni im- 186
perii commodo Electores ad *publicæ necessitatis* casum, in Instru- 187
mento *Pac. Suec. art. 10. &* 13. & Inst. *Pac. Cæsar. Gallic.* §. 79. & 80. 188
obvium, prudentissimo consilio restringere, eoque existente, non tamen, nisi prærequisito illorum consensu, exercere Imperatoribus concedere voluerunt. Vt ut autem & *alii Imperii Status* con- 189
sensus sui requisitionem in Monitis *ad Capit. Leopold. art.* 9. ursserint, hactenus tamen eosdem nil obtinuisse, ipsa ocularis inspectio 190
allegatæ Leopoldinæ Capitulationis testatur. Vid. Schvved. *d. l.* §. 4. 191
in fin.

Referunt huc (V.) Quod *Solus Imperator* in Procerem & Imperii Membrum neque amplius Banni Imperialis fulmine vibrare, neque Bannitum in pristinum restituere statum possit, sine prærequisito *Electorum* consensu. Vid. Capit. Ferdinandi III. *art.* 30. Ferdinandi IV. *art.* 28. Leopoldi *art.* 28. & Josephi *art.* 27. ibi: Wir sollen / und wollen auch fürkommen / und keines weges gestatten / daß hinfüro jemanden / hohen und niedrigen Standes / Churfürsten / Fürsten-Stand / oder anderer ohne rechtmäßige und genugsame Ursache / auch ungehöret / und ohne Vorwissen / Rath und Bewilligung des heiligen Reichs Churfürsten / welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemachet / in die Acht / und aber Acht gethan / gebracht oder erkläret / sondern in Sachen ordentlicher Procesſ gehalten / und vollenzogen werde / wie es sich nach Ausweisung des heiligen Reichs voraufgesetzter Satzungens / und der im Jahr 1555. reformirten Cammer-Gerichts-Ordnung / und darauf erfolgten Reichs-Abschieden gebühret / und was deshalben bey dem künfftigen Reichs-Tag / wie reserviret worden / von Churfürsten / Fürsten und Ständen de MODO & ORDINE 192
weiter verglichen werden mögte; In tantum, ut in *notoria caussa*

& ubi

& ubi delinquens ipso facto pœnam Banni incurrit, tamen Electorum consensu ad Banni declaratoriam sententiam opus sit, *per expressa verba all. Iosephianæ Capitulationis* §. 27. Wäre es aber Sache/ daß die That an sich selbst gantz notorisch/ und offenbar/ der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharrlich/ und thätlich fortführe/ obwohl es denn nicht eben eines sonderbaren Processus vonnöthen; so wollen wir jedoch auch in diesem Fall mit Zuziehung des heiligen Reichs erst gemelter massen unintressirten Churfürsten/ ehe und bevor wir zu der wircklichen Achts-Erklärung schreiten/ communiciren/ und NB. ohne deren erfolgten Rath/ und ausdrücklicher Einwilligung damit nicht verfahren:
194 Ansam huic restrictioni videtur dedisse partim factum Caroli V. *Anno* 1546. *Iohannem Fridericum*, Electorem Saxoniæ, cum *Philippo* Hassiæ Landgravio in consultis Imperii Statibus, Banni fulmine percutientis, illumque captum, instinctu Consiliariorum Hispanicorum inaudito & novo exemplo capitis damnantis: Partim vero Ferdinandi II: *Anno* 1621. 22. *Ianuar.* absque prævio consilio & suffragio totius Electoralis Collegii facta *Friderici* V. Electoris Palatini, *Iohannis Georgii*, Marchionis Brandeburgensis, *Christiani*, principis Anhaltini, & *Georgii Friderici*, comitis Hohenloici unis literis proscriptio, de qua videri poterit Schvvederus, *d. Tr. part. Spec. 1. Sect. 1. c.* 21. §. 2. Hortleder. von Anfang und Fortgang des teutschen Krieges *L.* 3. *c.* 16. *p.* 273. Londendorp. *in Act. publ. Tom. 1. Lib. 6. c. 2. p.* 865. *&* Crüger. *d. Tr.*
195 *part. Spec. M. 2. Disc.* 14. §. 6. Ubi simul cum Limnæo *ad art.* 30. *Capit. Ferdinandi III.* & Sinoldo Schutzen. *in Coll. publ. De Stat. rei Rom. Disp.* 4. *th.* 17. *Lit. B. p.* 194. Collegialem plurimorum Electorum sufficere ad validam Bannitoriam sententiam statuit consensum, firmatque priorem
196 sententiam præjudicio *cum solo Electorum consensu* in Bannum declaratæ Civitatis Bremensis Ao. 1653. se vectigali, Comiti Oldenburgico ab Im-
197 peratore concesso opponentis. Non desunt tamen, qui ad *Banni declarationem* præter *Electorum*, etiam *reliquorum Imperii statuum consensum* de-
198 siderant, moti sequentibus rationibus: (a) Quod à tempore *Henrici V.* usque ad tempora *Caroli V.* perpetuo omnium imperii Statuum consensus ad sententiam Bannitoriam fuerit requisitus. Vid. Limn. *ad Capit. Ferdin. III. p.* 719. Schvveder. *d. l.* (b) Quod in instrumento pacis *art* 8. §. *Habeantur, &* §. *Gaudeant*, cautum sit, ut in futuris Comitiis
200 de MODO & ORDINE Statum Imperii in Bannum declarandi, agi

excom-

ex communi Statuum consensu debeat. (c) Quod nonnulli Ordinum Imperii, tam Evangelici, quam Catholici circa *art. 28.* Capitul. Ferdinandi. IV. & Leopoldi, strenue urserint, ut utrique expresse inserantur post vocem Churfürsten/ verba: Fürsten und Stände *Teste Friderico* von Herrden in der Grundfeste des Heil. R. Reichs *P. 3. p. 208. & 254. seq.* Cumque hisce monitis non attentis, ab Electoribus in Capitulationibus dicta verba omitterentur, (d) Principes ac reliqui Status *protestando* sua sibi jura integra servaverint. *Vid. Author* der Grundfeste des 201
Heil. R. R. *p. 256.* Ad quas rationes, & in specie *primam* respondent 202
prioris sententiæ Patroni, constantem subsequentium temporum Praxin Imperii magis attendendam esse. Ad *secundam* R. Non sequi: De- 203
bet certa lex de *modo & ordine* declarationis in bannum in proximis *cum consensu Statuum* ferri Comitiis: Ergo Status Imperii, qui ad id votum vi dicti instrumenti Pacis habet, etiam *ad ipsam Banni declarationem* concurrere debet. *Vid. Illustr.* Dn. Rehtz. *in I. I. P. L. 4. Tit. 23. §. 7.* 204
Ad *Tertiam*, R. Monita hæc æque, ac (4) Protestationem jure fuisse re- 205
jectam, ceu juri Electorum quæsito, & tanti temporis non interrupta Praxi confirmato inque Instrumento pacis non fundato, adversam, & adhuc novissime in Josephi Capitulatione idem esse repetitum. Quæ 206
lis, num olim aliquando in futura Perpetua Capitulationis formula, si quam adhuc sperare licet, pro Statibus Imperii reliquis terminabitur, futura tempora docebunt.

DECIMA Electorum PRÆROGATIVA, eaque haud exigua 207
hæc est, quod Electores à quibuscunque Imperii Membris *Bona* etiam *feudalia* emere, & alio quocunque sibi comparare titulo possint, etiam *irrequisito Imperatoris, qua feudi Domini consensu*, licet ceteroquin ex communibus Juris Feudalis Regulis istiusmodi alienatio haud subsistat. *2. F. 24. 52 & 55.* Stryk *in E. J. F. q. 2. seq. cap. 19.* Struv. *S.* 208
J. F. cap. 13. aphor. 1 & c. 12. aph. 9. alienato citra Feudistici Domini consensum bona feudalia, eodem etiam pretio non refuso revocare valente. *d. dext.* Zasius *De Feud. P. 10. n. 72.* Hartm. Pistor. *Lib. 4. q.* 209
35. n. 12. Carol. Molin. *in Consuetud. Parisiens Tit. Parag. 30. n. 37.* & Struv. *d. Tr. c. 15. aph. 11. n. 6.* Et hæc Electorum Præeminentia ipsis singulari gratia tributa est ab Imperatore Carolo IV. in Aurea 210
Bulla, *Tit. 10. in fin. ibi: Præsentem nihilominus Constitutionem & Gratiam* (nempe quod, sicuti §. *1. d. c. 10. A. B.* exposuerat Imperator, Rex Bohe-

 miæ

miæ â quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac Personis aliis quascunque Terras, Castra, Possessiones, Prædia sive Bona possit emere, comparare, in donum accipere sub consueta talium terrarum conditione, propria sc. ut propria, libera velut libera, & ea, quæ pendent in feudum, sub nexu itidem feudali tenendo) *virtute præsentis Legis nostræ Imperialis ad* VNIVERSOS NB. PRINCIPES ELECTORES *tam Ecclesiasticos, quam Seculares, illorumque legitimos Heredes & Successores* EXTENDI VOLVMVS, *sub omnibus modis & conditionibus, ut præfertur.*

211 Huic XI. Proxima est hæc ELECTORVM PRÆROGATIVA,
212 qua, ut ut alii quilibet Imperii Principes Ecclesiastici & Seculares *pro Investituris Feudorum* Imperii Officiariis & Cancellariæ, aut denique Inferioribus Aulæ Ministris, non tam sub *Laudémii*, quam *Taxæ* hodie nomine, certam quandam pecuniæ summam præstare teneantur, quod vulgo dicitur: Den Lehn-Brieff aus der Reichs-Hoff-Cantzeley zu lösen/ und die gewöhnlichen Lehn-Taxt zu erlegen/ auch die gewöhnliche Verehrungen auszurichten. *A.B. cap. 29. §. 2.* Electores tamen omnes hoc gaudeant Privilegio, quod ab ipsis invitis, vel pro Privilegiorum Confirmationibus, vel Feudorum suorum Electoralium investituris nil quicquam *Taxæ* vel *Laudemii* aut *Honorarii* nomine peti possit. Daß sie vor die Empfängnis ihrer Reichs-Lehen und Regalien/ dem Käyserlichen Lehn-Hoffe die sonst gewöhnliche Lehn-Taxt, und Regalien nicht bezahlen dürffen. *Vid. A. B. Tit. 29. ibi:* Decernimus hac Imperiali Edicto *ut Principes Electores, Ecclesiastici, & Seculares* dum *feuda, sive Regalia* ab Imperatore, vel Rege recipiunt, *ad dandum*, vel *sol-*
213 *vendum aliquid*, nulli penitus sint adstricti. *Subjecta Ratione:* Nam pecunia, quæ tali prætextu solvitur, Officiatis debetur: Cum ergo Ipsi Principes præsint Officiis, suos etiam habentes in in hujusmodi Officiis Substitutos, datos ad hoc â Romanis Principibus, & donatos, videretur absurdum quod Officiales â suis Superioribus quocunque
214 quæsito colore, xenia postularent. Unde recte notavit & refutavit Authorem der ietzt regierenden Welt-Schau-Bühne/ *pag. 163.* asserentem: *Hanc Electorum Prærogativam* in desuetudinem *hodie* abiisse, *Electoribus* æque ac reliquis *Principibus taxam* solvere adstrictis, Magni Nominis,
215 ac multijugæ eruditionis Vir, Dn. Wagenseil. *De Offic. Imper. c. 19. §. fin.* Cum illa, quæ Electores aliquando ex *mera liberalitate* obtulerunt,

runt, (quod facere illis non illicet, *vid. A. B. c. 29. §. 1. in fin. ibi:* Nisi forte ipsi Principes Electores *sponte* & *liberaliter* his aliquid largirentur.) in *Legis Necessitatem* invitô jure convertantur. Vid. Limn. *ad A. B. c. 29. §. 1. Obs.* 4. & Dn. Franckenstein. *ad Boëcleri Not. S. J. R. Lib. 6. c. 2. verb. Nihil solvant in Aula.* 216

DUODECIMA Electorum PRÆROGATIVA est, qvod singuli 217
Electorum (Bohemô exceptô, cum ad Cameræ Sustentationem nil contribuat, Vid. Dn. Crüger *sæpè all. Tr. P. Spec. M. 2. D. 15. §. 4.* Dn. Franckenst. *in MS. Not. ad Boëcleri Notit. S. R. J. L. 6. c. 2. verb. Duos As-* 218
sessores.) tot Cameræ Imperialis Assessores, nempe *duos*, quod integri 219
Circuli (excepto *Rhenano Inferiori*, quia in illo 4. sunt Electores, *Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis & Palatinus*, quorum singuli cum jam jus duos præsentandi habeant Assessores, hic Circulus potiori præ reliquis jure polleret, si duos adhuc eidem præsentare liceret Assessores. Vid. Vitriar. *in J. J. P. Lib. 4. Tit. 6. §. 13. ibique* Hiddion. Rhetz. *in J. J. P. Lib. 4. Tit. 1. § 10.* Ubi notat; Hunc Circulum tamen sala- 220
rium solvere teneri. Conf. Blum. *in Proc. Cam. p. 28. §. 11.* & Schweder. *in J. ad J. P. Part. Spec. S. 1. c. 13. §. 6. in fin.*) repræsentare possint, juxta Schema Pacificationi Osnabruggensi *art. 5. n. 57.* & *§. 169. Noviss.* 221
R J. de Ao. 1654. insertum, quod dilucidius exhibet Blumius *ad P. C. Tit. 7. n. 9.* & Addition. *ad Vitriarium d. Tr. L. 4. T. 6. §. 12. Lit. A.* Schweder. *d. l.* Vbi tamen notandum est (a) Quod *mixtæ religionis* 222
Circuli, ut *Franconicus, Suevicus, Rhenanus Superior, & Westphalicus*, gaudeant jure 4. Assessores, duos *Evangelicæ*, & duos *Pontificiæ* Religioni addictos, repræsentandi, & *alternatione* aliquando *quintum*. Vid. *J. P. art. §. fin. &* R. A. *De Anno. 1654. §. 169.* (b) Quod Ele- 223
ctores *Ecclesiastici* præsentent *Graduatos*, *Seculares* vero genere *No-* 224
biles, & *Reliqui Circuli* ex dimidia parte *Graduatos*, ex altera dimidia, Nobiles, observante id Illustri Dn. Rhetio. *in J. J. P. Lib. 4. Tit. 1. §. 9.* & ex illo Dn. Franckenstein. *supr. all. loc.*

DECIMA TERTIA Electorum PRÆROGATIVA consistit 225
in *Majorennitate Pupillorum Electoralium*, quæ incipit in illis *post com-* 226
pletum annum decimum octavum. A. B. Tit. 7. §. 4. ibi: Donec Senior ex eis, legitimam ætatem attigerit, quam NB. *in Principe Electore decem & octo annos completos censeri volumus.* Conf. Dn. Rhetz. *in I. I. P. Lib. 1. Tit. 23. §. 3.* Vitriarius *in I. I. P. L. 3. T. 11. §. 4. ibique Additiona-* 227

tor. Quod in reliquis Imperii Principibus (paucis exceptis, de quibus B.C.D. *Capite fin.* agemus. Vid. Additionator. & Vitriar. & Rhetzig. *d. l. jung.* Myll. ab Erenbach. *De Auth. princip. Tit. 29. §. 7.* Limn. *ad A. B. Tit. 7. §. 2. th. 25.* secus est, ceu qui *ipso jure* ante completum annum 25. non fiunt majorennes, sed manent tam diu sub Curatela, *arg. L. 12. §. 43. vers. Nam qui hæc excipit. ff. De Instr. legat. L. 4. §. fin. D. pen. leg.* Vid. Crüger. *d. l.* Conf. Dn. Stryk. *in E. I. F. c. 7. qu. fin.* Dn. â Puhel. *De Tutel. Elect. & princip. cap. 10. n. 9.* & Dn. Horn. *in Diss. Feud. 6. §. penult.*

229 INSIGNIS PRÆROGATIVA ELECTORUM est XIV. Quod non duntaxat intuitu *Superioritatis Territorialis*, quo respectu,
230 licet *analogice*, *in reliquos Imperii primipes* crimen læsæ Majestatis â *suis subditis* committi, vulgo statuitur, Vid. Carpzov. *pr. Crim. p. 1. q. 41. n. 62.* Hopp. *ad §. 3. J. De publ. jud. ibique* Dn. Stryk. illustr. Lynker *in Analect. ad* Schweder. *S. 2. c. 2. §. 11. seq.* Limn. *ad A. B. c. 24. §. 1. Obs. 5.* sed intuitu etiam *Imperatoris*, *subjective* in Electoribus *singulis* â *subdito*
231 *Imperii* etiam *immediato*, licet *non suo*, crimen *læsæ Majestatis* committatur, per expressum textum & rationem Aureæ Bullæ. *c. 24. pr.* ibi: *Si quis* NB. cum Principibus, *militibus* vel *privatis*, *aut quibuscunque personis plebeis etiam*, *scelestam factionem*, *aut factionis ipsius inierit sacramentum*, *vel dederit de* nece *venerabilium & illustrium* Principum nostrorum & S. R. Imperii *tam Ecclesiasticorum*, *quam secularium* Principum Electorum, *seu* NB. alterius eorum, (nam & ipsi pars Corporis nostri sunt &c.) Ipse *quidem utpote* NB. MAJESTATIS REUS, gladio feriatur, Bonis ejus omnibus Fisco addictis. Conf. Illust. Dn. Lynker. *d. l.* Schweder. *antea cit. Loc.* Vitriarius. *L. 3. T. 8. §. 23.* Rhetz. *L. 1. T. 6. §. 23.* Stryk. *in Not. ad* Lauterb. *Tit. Ad L. Jul. Majest. voce. Electores.* Hopp. *cit. loc.* Carpzov. *pr. Crim. q. 41. n. 88. & in Diss. Feud. 9. q. 3. jung.* Crüger. *d. Tr. Membro 1. Disc. 9. per tot.* cum hoc effectu, ut præter
232 mortis supplicium, bona delinquentis non duntaxat, si *læsi Electoris subditus fuerit* immobilia ipsi cedant Electori, sed & *in Imperio extra læsi territorium sita* confiscentur omnia, *illi adjudicanda Territorii Domino*, in cujus territorio sita sunt, etiamsi delinquens *non fuerit læsi Electoris subditus*, modo *imperiô subjectus* sit, *per art. 27. Capit. Leopold. & art. 26. Josephi. ibi:* Wir gereden und versprechen auch/daß wir die Churfürsten/ Fürsten und Stände des Reichs/ im gleichen gefreite Reichs Ritterschafft mit ihren angehörigen Lehen/sie seynd gelegen wo sie wollen/von deroselben Vasallen oder Unterthanen ex crimine læsæ Majestatis dieselbe verwircket/ nach

nach ihren Willen schalten/ und walten lassen/ keineswegs aber dieselben zum Käyserl. Fisco einziehen die Allodial-Güter auch/ welche ex crimine læsæ Majestatis vorgesetzter massen verwirckt seyn/ denen mit den juribus Fisci belehnten/ oder dieselbe sonsten durch beständiges herbringen habenden Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen/ welcher Obrigkeitlichen Bothmäßigkeit sie gelegen/ nicht entziehen/ sondern die Landes-Obrigkeiten/ und Dominos Territorii mit deren confiscirung gewehren lassen wollen/
Qualis confiscatio bonorum, extra territorium *principis non Electoris læ-* 233
sitorum, crimine *læsæ Majestatis æmulæ* in ipsos à suis Subditis commisso, locum non habet. Farinac. *Oper. Crim. qu. 112. §. 200.* Crüger. *d. l. §. 9. ibique all.* Harprecht. *juncto.* Hoppio & Strykio *d. l.* Nisi & hic princeps *intuitu Imperii* sit læsus, v. g. Si forte armis Imperio, bellis implicito adsi-
stens Princeps, ab altero occidatur, quo insigni ejus in bello opera, au- 234
xilio & consilio Imperium privetur: Vid. Stryk. *& ex illo* Hopp. *d. l.*

Jungi hisce ELECTORUM PRÆROGATIVI potest adhuc (*XV.*) *Unio illa* 235
Electorum, quæ Bohemo excepto, Vid. Vitriarius *L. 3. Tit. 7. §. 30. ibique* Additionator Crüger. *part. Gener. Disc. 2. §. 10.* inter Sex Electores, *Moguntinum, Coloniensem, Trevirensem, Palatinum, Saxonem, & Brandenburgensem*, Ao. 1346. primum Francofurti inita, dein Ao. 1502. Gilhausæ repetita, ac demum 1521. sub Carolo V. in Comitiis Wormatiensibus renovata fuit, *Generalis* dicta, in oppositione ad *Unionem* Electorum *particularem* Rhenensium *IV. Moguntini, Coloniensis, Trevirensis ac Palatini*, Vesaliæ ad Rhenum Ao. 1519 tempore interregni initam, quarum utramq; confirmatam exhibet Capitulatio Leopoldi *art. 6.* & Josephi *art. eod.* verbis: Gestalt wir dann auch der Churfürsten Gemeine/ und sonderbare Reinische Verein/ als welche beyde ohne das mit Genehmhaltung/ und approbation der vorigen Käyser rühmlich aufgerichtet/ so wol in diesen/ als andern begriffenen Puncten/ u. was darüber noch weiters die Herren Churfürsten allerseits gut befinden/ u. vergleichen möchten/ auch unsers Theils approbiren u. confirmiren thun (*XVI.*) *Electoratuum Indivisibilitas*, fundata in diserto
textu *A. B. c. 25. §. 2.* (*XVII.*) *& illimitatum de non appellando, Jus*, quo non 237
duntaxat indistincte omnes gaudent juxta tenorem Aureæ Bullæ, *c. 8. & 11.* sed præprimis hodie vi specialis Privilegii, Renovationis, aut Con-
firmationis Cæsareæ *generalis* (quam videre est in Capitulat. Cæsarea 238
Ferdinandi. *II. art. 14.* Ferd. *III. art. 17.* Ferd. *IV. art. 15.* Leopoldi. *art. 18.* & Josephi, *art. 17.* ibi: Sondern Sie alle und jede/ vornehmlich im
Reich/ laut der güldenen Bull/ wie auch des Heil. Reichs Cammer-Ge- 239

richt/Ordnung/ und andre Gesetze/ vermögen/ bevorab auch einen ieden bey seinen *Privilegiis de non appellando* lassen/ rc.) & Novissimo Imperii Recessu *de Anno* 1654. §. 111. *&* 115. & *Specialis*, excepto *Trevirensi*, de quibus fusius agere jam non vacat: Cui volupe est, consulere plenius singulorum privilegia exponentem potest Blumium *in Proc. Camer. Tit.* 47. *Tab.* 1. Crüger. *Part. Spec. M.* 2. *D.* 16. §. 5. Aliosque passim.

340

341 Nos missis jam illis *Electorum Prærogativis*, quibus Hi olim *vi Aureæ Bullæ*, aliarumque Imperii Constitutionum & Privilegiorum Cæsareorum *gavisi sunt*, & *jamnum hodie inter reliquos eminent* Imperii *Principes*, paucis adhuc de illis acturi sumus, *quibus olim quidem frui ti sunt juxta tenorem Aureæ Bullæ, hodie vero amplius non gaudent, s d cum reliquis Imperii Ordinibus eadem habent communia*, quorsum (1) pertinet JUS AURI, ARGENTI & METALLI FODINARUM, *Vid. A. B. c.* 9. § 1. quo hodie vigore *Juris Superioritatis Territorialis* omnes gaudere Imperii Status, docet Illustr. Rhetz. *in f. I. Lib.* 1. *Tit.* 6. §. 16. *&* L. 2. *T.* 17. §. 2. Additionator ad Vitriar. *L.* 3. *Tit.* 18. §. 28. *Lit. A.* Limn. *ad A. B. c.* 9. §. 1. *& c.* 24. Illustr. Dn. Seckendorff. Im Teutschen Fürsten-Staat *P.* 3. *c.* 3. *n.* 1. & Schweder. *Part. Spec. S.* 2. *c.* 15. §. 12. (2) JUS RECIPIENDI JUDÆOS, per *A. B. c.* 9. §. 2. quo tamen & Hodie omnes Imperii Status gaudere, testantur. Illustr. Rhetz. *L.* 2. *Tit.* 6. *P.* §. 17. Schweder. *in J. ad J. P. Part. Spec. S.* 2. 14. §. 17. Vitriarius *& ad illum Additionator. L.* 3. *Tit.* 17. §. 81. *Lit. A.* Rumelin. *ad A. B. p. I. D.* 8. *th.* 16. Jung. *Ord. Polit. de Ao.* 1548. *Tit.* Von Juden/ und ihren Wucher: ibi: Setzen wollen/ und ordnen/ daß hinführo niemand Juden aufzunehmen/ oder zu halten gestattet werden soll/ dann denjenigen/ die von uns/ und dem Heil. Römischen Reich Regalia haben/ und insonderheit desfalls privilegiret seyn. (3) JUS MONETANDI, Vid. A. B. *c.* 10. §. 1. quod tamen postea & aliis Imperii Statibus tributum est, sed plerumq; certis conditionibus, v. gr. quod in altero Monetæ latere contineri debeat biceps Aquila, cum globo Imperii, vel imagine Ipsius Imperatoris *R. J. De Anno* 1559. §. Wie aber Rhetz. *d. l.* §. 27. Crüger. *D. Tr p.* 297. Ubi cum Rhezio docet: Hodie, paucis exceptis Statibus & Civitatibus, Ordines Imperii præscriptum hunc modum usu non servare, sed suis insignibus ac Effigiebus nomine suo cusos signare nummos.

Tantum de fulgidissimis Electorum Prærogativis quibus inter alios S. R. J. Principes eminent.

CAPUT III.

Exhibens

Prærogativas Electorum S. R. J. inter se ipsos.

SUMMARIA.

INtroitus Fiâ Prærogativis Electoris MOGUNTINI. n. 1

Prima, *qua reliquos* Moguntinus Elector *superat Co Electores*, Prærogativa *est*, *quod* primum *semper inter ipsos obtineat locum*. n. 2

Ne Rege *quidem* Bohemiæ *ipsi hoc nomine litem movente*. n. 3

Moguntinus *ab Imperatore* Maximiliano I. *in Diplomate de Ao. 1498. appellatur* der Oberste Churfürst. n. 4

Rationes hujus Appellationis & prærogativæ exhibentur. n. 5. seq.

Moguntinum *etiam Collegii Electoralis* â Sigismundo *Imperatore* Decanum *dictum fuisse. probatur remissive*. n. 6

Objicitur (1.) *quo in* A. B. Tit. 3. in fin. & Tit. 20. in fin. *Elector* Coloniensis primus *esse & dextrum Imperatoris latus claudere dicatur*. n. 7.

Responsionem videsis. n. 8. seq.

Objicitur (2.) *Quod juxta schema* Limnæi *& aliorum Elector* Trevirensis, *Imperatore cum Insignibus in publicum procedente* primus *praeat*, Moguntino *demum post* Saxonem, Palatinum Bavarum *&* Brandeburgicum *ipsum sequente*. n. 10

Responsionem exhibet. n. 11

Prærogativæ Moguntini *inter reliquos* Co-Electores *ipsi competunt fere omnes vel vi* Archi-Cancellariatus, *vel vi* Decanatus. n. 12

Ad Munus Archi Cancellariatus *pertinet* Prærogativa *cum Imperatore hodie decreta Imperatoria* (1.) *Imperii nomine publica subscribendi*. n. 13

Quod

Quod ut plurimum, imprimis in Cancellaria Aulæ Cæsareæ, der Reichs-Hoff-Cantzeley/ *expedit per* Vice Cancellarium suum, *Illustrem Comitem Leopoldum Ludovicum* in Kônigßek. *n.* 14

Vi dicti Archi-Cancellariatus *Moguntinus* (2.) Custos & Director *est* Archivi Imperialis. *n.* 15. & 22

Tam illius, *quod in* Camera Imperiali *habetur, inque quo asservantur omnia acta judicialia & plerorumq; Principum privilegia.* *n.* 20

In hac Moguntinus per constitutum à se Cancellariæ Præfectum, den Verwalter *officium suum peragit.* *n.* 21

Quam hujus, *quod continet acta publica Imperii Germanici, quæ in Comitis, Deputationibus, visitationibus, & aliis Imperii conventibus peraguntur, una cum Imperii Matricula, vulgo* die Meintzsche Cantzeley/ *n.* 16

Huic nomine Moguntini præest ab ipso constitutus Vice-Cancellarius *Imperii.* *n.* 19

Instrumentum Pacis Westphalicæ, *frustra contradicente Directorio Moguntino,* Electori Saxoniæ, *ut in Chartophylacio suo id custodiat, traditum est.* *n.* 17 *seq.*

Ab Utroque Archivo differt adhuc Archivum Imperatoris, *quod non* Moguntiæ, *aut in* Camera Imperiali, *sed in ipsa* Aula Cæsarea *asservatur.* *n.* 23

Huic præest, quem solus Imperator, *non* Moguntinus, *constituit, Cancellarius.* *n.* 24

Vigore dicti Archi-Cancellariatus *porro* Moguntinus solus *in Aula Cæsarea præ omnibus reliquis Co-Electoribus Ministrum Vicarium s.* Vice-Cancellarium *habet.* *n.* 25

Hic non tantum Imperatori, *sed &* Moguntino *Electori jurisjurandi religione obstrictus est.* *n.* 26

Moguntinus vi ejusdem Archi-Cancellariatus *in* Cancellaria Judicii Aulici *Secretarios, Protonotarium, aliasque personas non ad* Senatum pertinentes, *sed* Cancellariæ *duntaxat operam navantes constituit, illasque* post Cæsarem *& sibi quoque juramento obligat.* 27. *seqq.*

Asses-

Assessores Judicii Aulici *solus constituit* Imperator. *n. 28*
Contrarium sentire videtur illustris Dn. de Rhez, *aliique, quos videsis.* *n. 29*
Itemque Taxas *in* Cancellaria Judicii Aulici solus *regit* Moguntinus *easque temperat. n. 31*
Habet eo nomine in Aula Imperiali hodie Taxatorem, *qui ipsius Residens plerumque esse solet.* *n. 32. seq.*
De hac Taxa *ne ipse quidem* Imperator *in præjudicium* Moguntini, *ceterorumque de illa participantium, quidquam remittere potest.* *n. 34*
Ad jus Archi-Cancellariatus *porro spectat, quod in* Aula Cæsarea *per* Vice-Cancellarium *suum omnia* Memorialia *ac* Supplicationes *pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis, ac Privilegiis accipiat. n. 35*
Hæc sibi in manus tradita, solet Imperator Vice-Cancellario Moguntino transmittere, ut illis perlustratis, dijudicet utrum ad intimi Consilii, des Käyserl. grossen und geheimbten Rahts / *an vero* Aulici, des Reichs Hofraths *deliberationem pertineant.* *n. 36*
An idem Ius Cancellariatus *&* *hoc pertinet, quod* Moguntinus solus *in Cancellaria Aulica Acta, Attestata & alia momentosa pro Imperio expediat.* *n. 37.*
Et Iudicium visitet Aulicum. n. 38
Hodie solus, *olim vero una cum Imperatore.* *n. 39*
Author der Grundfeste *aliquot Principes* Visitationi judicii Aulici *simul adhibendos esse*, sed sine lege, *urget.* *n. 40*
Consilii Aulici Directorium *&* Reformatorium *ad* Moguntinum *pertinet.* *n. 41*
Non minus ac Directorium Cameræ Imperialis, *vi cujus Moguntinus*, Cancellariam Cameræ regit, *Ministros, Præfectos Cancellariæ, Protonotarios, Notarios, Lectores, Ingrossistas, Copistas, Receptores* und andre Cantzeley und Leserey Verwandte *suo eligit arbitrio, electosque sibi jurejurando devincit.* *n. 42. seq.*
Hisce personis omnibus exsolvit Moguntinus salaria ex Cancellariæ taxis von denen Cantzeley-Gefällen / *quarum* excessum

Quod ut plurimum, imprimis in Cancellaria Aulæ Cæsareæ, der Reichs-Hoff-Cantzeley/ *expedit per* Vice Cancellarium suum, *Illustrem Comitem Leopoldum Ludovicum* in Königßek. *n. 14*

Vi dicti Archi-Cancellariatus *Moguntinus* (2.) Custos & Director *est* Archivi Imperialis. *n. 15. & 22*

Tam illius, *quod in* Camera Imperiali *habetur, inque quo asservantur omnia acta judicialia & plerorumq; Principum privilegia. n. 20*

In hac Moguntinus per constitutum à se Cancellariæ Præfectum, den Verwalter *officium suum peragit. n. 21*

Quam hujus, *quod continet acta publica Imperii Germanici, quæ in Comitiis, Deputationibus, visitationibus, & aliis Imperii conventibus peraguntur, una cum Imperii Matricula, vulgo* die Meintzsche Cantzeley/ *n. 16*

Huic nomine Moguntini præest ab ipso constitutus Vice-Cancellarius *Imperii. n. 19*

Instrumentum Pacis Westphalicæ, *frustra contradicente Directorio Moguntino*, Electori Saxoniæ, *ut in Chartophylacio suo id custodiat, traditum est. n. 17 seq.*

Ab Utroque Archivo differt adhuc Archivum Imperatoris, *quod non* Moguntiæ, *aut in* Camera Imperiali, *sed in ipsa* Aula Cæsarea *asservatur. n. 23*

Huic præest, quem solus Imperator, *non* Moguntinus, *constituit, Cancellarius. n. 24*

Vigore dicti Archi-Cancellariatus *porro* Moguntinus solus *in Aula Cæsarea præ omnibus reliquis Co-Electoribus Ministrum Vicarium s.* Vice-Cancellarium *habet. n. 25*

Hic non tantum Imperatori, *sed & Moguntino Electori jurisjurandi religione obstrictus est. n. 26*

Moguntinus vi ejusdem Archi-Cancellariatus *in* Cancellaria Judicii Aulici *Secretarios, Protonotarium, aliasque personas non ad* Senatum pertinentes, *sed* Cancellariæ *duntaxat operam navantes constituit, illasque* post Cæsarem *& sibi quoque juramento obligat. 27. seqq.*

Asses-

Assessores Judicii Aulici *solus constituit* Imperator. *n. 28*
Contrarium sentire videtur illustris Dn. de Rhez, *aliique, quos videsis. n. 29*
Itemque Taxas *in* Cancellaria Judicii Aulici solus *regit* Moguntinus *easque temperat. n. 31*
Habet eo nomine in Aula Imperiali hodie Taxatorem, *qui ipsius Residens plerumque esse solet. n. 32. seq.*
De hac Taxa *ne ipse quidem* Imperator *in præjudicium* Moguntini, *ceterorumque de illa participantium, quidquam remittere potest. n. 34*
Ad jus Archi-Cancellariatus *porro spectat, quod in* Aula Cæsarea *per* Vice-Cancellarium *suum omnia* Memorialia *ac* Supplicationes *pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis, ac Privilegiis accipiat. n. 35*
Hæc sibi in manus tradita, solet Imperator Vice-Cancellario Moguntino transmittere, ut illis perlustratis, dijudicet utrum ad intimi Consilii, des Käyserl. grossen und geheimbten Rahts / *an vero* Aulici, des Reichs Hofrahts *deliberationem pertineant. n. 36*
An idem Ius Cancellariatus *& hoc pertinet, quod* Moguntinus solus *in Cancellaria Aulica Acta, Attestata & alia momentosa pro Imperio expediat. n. 37.*
Et Iudicium visitet Aulicum. n. 38
Hodie solus, *olim vero una cum Imperatore. n. 39*
Author der Grundfeste *aliquot Principes* Visitationi judicii Aulici *simul adhibendos esse*, sed sine lege, *urget. n. 40*
Consilii Aulici Directorium *&* Reformatorium *ad* Moguntinum *pertinet. n. 41*
Non minus ac Directorium Cameræ Imperialis, *vi cujus Moguntinus*, Cancellariam Cameræ regit, *Ministros, Præfectos Cancellariæ, Protonotarios, Notarios, Lectores, Ingrossistas, Copistas, Receptores* und andre Cantzeley und Leserey Verwandte *suo eligit arbitrio, electosque sibi jurejurando devincit. n. 42. seq.*
Hisce personis omnibus exsolvit Moguntinus salaria ex Cancellariæ taxis von denen Cantzeley-Gefällen / *quarum* excessum

sum *sibi lucro habet*, defectum *contra-aliunde supplet.* *n. 44. seq.*
Ut hujus Directorii à *Iure* Archi-Cancellariatus *dependentis corrigit idem* Moguntinus *defectus Cancellariæ, & Personas correctionem meritas, salva tamen Iudicis Cameralis & Assessorum potestate.* *n.46*
Hocque nomine competit ipsi facultas Cameram visitandi, *una cum* Convisitatoribus. *n. 47*
Quorum hi *quidem subinde mutantur*, Moguntinus *vero perpetuus Cameræ Visitator audit.* *n. 48. seq.*
Iuxta Ordinationem Cameralem singulis annis Camera debebat visitari. *n. 50*
Ab anno 1589. non sine maximo Imperii damno hæ Cameræ Visitationes cessarunt. *n. 52*
Quando Camera Visitatur, Elector Moguntinus, ceu Visitationis Director, convocat. *n. 51*
Visitatio illa Cameræ, quæ occasione cujusdam Iudæi, sed dato auro ex voto sententiam in Camera impetraturum gloriantis Moguntino *&* Trevirensi *commissa erat, per interpositam* Saxonici *&* Brandenburgici *Electoris, de se in re tanti momenti à Visitationis negotio non excludendis, illoque solis Pontificiæ Religionis Addictis minime committendo, usque ad Annum 1688. fuit impedita, quo funestissimo bello Gallico Spira occupata, Galli Argentinam acta Cameralia transtulerunt.* *n. 53*
A Directorio Cameræ *dependet etiam* Directorium Judicii Revisorii, *vi* Archi-Cancellariatus *itidem* Moguntino, *competentis.* *n. 54*
Camera interpositam Revisionem *recipiente, Moguntinus tenetur eidem deferre.* *n. 55. seq.*
Revisio peti debet intra 4. Menses *à tempore* latæ sententiæ. *n. 57*
Summa revisibilis debet excedere 2000. thaleros non computatis usuris. *n. 58*
Revisionem petiturus certam in casum succumbentiæ deponere in judicio revisorio summam debet illam, si vincat recepturus, si vero vincatur, amissurus, *n 69. & 67*
Quid si in revisionem petens pauper

per sit & tum succumbat? vid. n. 67

Revisionem petiturus soli Moguntino *supplicat, eique exhibet gravamina contra sententiam Cameralem, & petit, ut futuris hanc Revisionem Dominis Revisoribus indicet, illamque Cameræ notificet Imperiali, ne pendente revisorio processum, latam à se sententiam exequatur.* n. 61

Si caussa ipsum concernat Moguntinum, *aut ipse petat revisionem, hoc casu* præsidet Revisorio judicio *Elector Trevirensis.* n. 62

Extra hos casus vero Moguntinus huic judicio præest, qui revisionem petenti documentum interpositæ revisionis, das *Denunciation*-Schreiben *Cameræ insinuandum, edit, intraque tres menses Cæsari & Statibus Imperii, eo anno ad revisionem deputatis indicat, ut Commissarios ac Consiliarios suos acta revisuros mittant ad Cameram Imperialem.* n. 64

Hisce comparentibus, Assessores Cameræ rationes, quibus moti tulerunt talem sententiam indicare admonentur, quibus ponderatis ac cum actis collatis, instituitur à Revisoribus revisio, remotis dictis Cameræ Assoribus, uno que scripto, cum clausula de novis non intermiscendis, unicuique partium ad deductionem concesso, sententia Cameræ vel reformatur, vel confirmatur. n. 65

Hanc sententiam non Revisores sed Camera exequitur. n. 66.

Dubitans de victoria, potest renunciare interpositæ Revisioni in Cancellaria Moguntina modo hoc casu refundat expensas. n. 69

A Directorio Cameræ *porro dependet, quod* Moguntinus, Judicis Cameræ *impediti vices propter absentiam,* Præsidibus Cameræ *supplere non volentibus, per suum* Assessorem Judicis *munere defungatur.* n. 70

Appellatur hic tunc Vice-Præses. n. 71

Præsides *Cameræ hodie* duo *tantum sunt, quorum alter* Augustanæ Confessioni, *alter vero* Pontificiæ Religioni *est addictus.* n. 71

Insignis Electoris Moguntini Præ-

Prærogativa *& hac esse nosci-tur, quod vigore* Archi-Cancellariatus per Germaniam *in Comitiis imperii* universalibus solus *habeat* Supremum Directorium, das Ober-Reichs *Directorium.* *n.* 73

Vi hujus Directorii (1.) *Status Imperii omnes ad præviam Imperatoris convocationem* etiam ipsi *comparentes, aditu ad Imperatoriam Majestatem impetrato suoque de adventu Imperii Mareschallo certiore facto, præsentiam suam per unum ex Ministris* Directorio Moguntino *teneantur significare n. 74. usque ad n. 84.* *n.* 74

De Literis Convocatoriis ad Comitia Imperii agitur remissive. *n.* 75

Ha Literæ non ut olim, verbis imperativis, *sed hodie* blandiori alloquio temperatis, *concipiuntur.* *n.* 76

Ægre tulisse Principes, Commissarii Cæsareum in Comitiis de Anno 1608. has Literas Citationem ad Comitia *appellasse, probatur ex responso Palatini, quod videre est.* *n.* 77

Non, ut olim, generali aliquo Edicto *hodie amplius ad Comitia vocantur Imperii Status, sed* sigillatim singuli. *n.* 78. *seq.*

Exceptio est in Bohemo Electore, qui ad universalia Imperii comitia plane non vocatur. *n.* 80. *seq.*

Et in Prælatis ac Comitibus, qui non singuli, sed sub compellatione Directoriorum *ad Comitia vocantur.* *n.* 82. *seq.*

Absentium Electorum Legati *tenentur non tantum Credentiales literas, & Mandata sua* per Secretarium *ad ædes Directoria les Moguntino pro legitimandis ad Consultationes publicas Personis suis mittere.* *n.* 84

An & Principum Legati *per* Secretarium *suas insinuare Moguntino possint Legitimationes, an vero* Ipsimet in persona *has mediante Visitatione exhibere teneantur; videsis.* *n.* 58

Exteri Legati Residentes & Agentes Moguntino *in Comitiis, exhibitis Mandatis Principalium, res suas primum exponunt, earumque urgent apud ipsum expeditiones discessuri, ante*

ante finitum Conventum, ab ipso veniam petunt. n. 86

Moguntinus vi Supremi in Comitiis Universalibus Directorii *factæ ab Imperatore vel ejusdem Commissario Propositionis, Omnium Imperii Ordinum nomine petit copiam.* n. 87

Hac accepta dat Moguntinus *Vice-Mareschallo Imperii Schedulam convocatoriam,* den Ansag-Zettel/ *curatq; ad instituendas deliberationes ad certum locum certo tempore Omnes Imperii Status illorumque Legatos convocari;* n. 88

Tenorem hujus schedulæ exhibet. n. 89

Comparentibus Imperii Ordinibus inque tria separata conclavia discedentibus, colligit Moguntinus *vi dicti Directorii vota Co-Electorum; & format inde juxta majora Conclusum Collegii Electoralis.* n. 94

Refutatur remissive Lehmannus *statuens sub Friderico III. demum circa Annum 1489. Imperii Status in tres Classes & Collegia fuisse divisos.* n. 90. seq.

Quo ordine Moguntinus *vota in Electorali colligat Collegio, exponit.* n. 92

Saxo ultimo loco Moguntini *requirit votum.* n. 93

Facto concluso Electorali sententiam Collegii dicti Moguntinus *vi muneris Directorialis, convocatis* auf den *Re-* und *Correlations-*Saal/ *reliquis Imperii Principibus aperit, illorumque vicissim sententiam per* Directorem Collegii Ducalis *requirit.* n. 95

Expedita ita Re- & Correlatione, Collegii Electoralis ac Principum, ultimo loco per Secretarium Moguntinensem *auditur Civitatum Collegium, per Directorii sui* Syndicum *suam exponens sententiam.* n. 96. seq.

De lite inter præfata illa duo & Civitatum Collegia, de Civitatibus vi instrumenti pacis statim ab initio ad Re- & Correlationem *admittendis, agitur Remissive.* n. 98

Hæ Lites ne hodie quidem sopitæ sunt. n. 99

Sunt tamen in hunc usque diem Electores & Principes in quasi possessione hujus prærogativæ. n. 100

Ad Directorium Supremum Moguntini *in Comitiis* Uni-

versalibus *porro pertinet, quod ex conclusis Collegiorum Moguntinus Elector* conclusum Imperii, das Reichs-Gutachten *formet.* *n. 101*

Hocque offerat mundatum Imperatori per Ordinarios Deputatos. *n. 102*

Imperator sententiam suam inscriptis *mittit* Moguntino Directorio. *n. 103*

Moguntinus Vi supremi *in* Comit. Univ. Directorii *ex Imperii concluso concipit* Imperii Recessum. *n. 104.*

Hanc Formulam Recessus *Collegium* Electorum *solum examinat ante, quam illa Deputatis Imperatoris reliquorumque Imperii Ordinum prælegatur.* *n. 105*

Exemplum ejus allegatur. *n. 106*

De Lite hoc nomine Inter Electorale & Reliquorum Statuum Collegia orta, ejusque exitu, videsis. *n. 107. seqq.*

Moguntinus Elector *peracto hoc Examine, petit deputari, quibus ab ipso conceptus prælegatur Recessus.* *n. 109*

In pleno consessu, *& per* Deputatos *probandum esse conceptum Recessus Imperii, urserunt quidem aliqui Statuum, sed hactenus sine effectu.* *n. 110. seq.*

Non tenentur Statuum Deputati *præcise* Formulam Recessus *approbare, sed possunt libere dissentire, imo, si quid insertum, quod sibi præjudicare putant desuper protestari.* *n. 112. seq.*

Exemplum istiusmodi protestationis exhibet. *n. 113*

Prævia istiusmodi approbatione Recessus in Cancellaria Moguntina *in membranis describitur & prælegente* Cancellario Moguntino *publicatur manusq;* Secretarii Moguntini *nomine Statuum Imperii subscribitur & subsignatus infertur Cancellariæ Imperatoris & Imperii.* *n. 116. seqq.*

Modus hodiernus subsignandi *refertur.* *n. 113*

Copia hujus Recessus tantum ad Mandatum Imperatoris Cameræ Imperiali transmittitur, non Originale. *n. 120*

Ante ejus insinuationē Camera observare in judicando non tenetur Novellū Imperii Recessum. *n. 122*

Ad Prærogativam, *quam* Moguntinus *in* universalibus *Imperii*

perii Comitiis habet, *& illud spectat quod solus* Moguntinus Cancellarius & Secretarius *Mensæ Directoriali in comitiis Imperii universalibus assidiant.* n. 123

Quodque curam solo Moguntino *in hisce Comitiis Reservationes, Protestationes, Denunciationes, Requisitiones & id genus alia fiant & ejus* Directorio *Electorum, Principum & Ordinum Imperii Literæ Memoriales, Desideria, Commonitoria, Postulata & omnes Omnium Petitiones & Supplicationes tradantur.* n. 124

Decima Tertia Moguntini Prærogativa *est, quod gaudeat Directorio postarum per totam Germaniam.* n. 125

Ejus Intuitu Ministri Moguntini Secretiores à solutione vectigalis Literarum sunt immunes. n. 126

Decima Quarta Moguntini Prærogativa est, *quod vi Archi-Cancellariatus per Germaniam cum Imperatore accipiat decimam partem ex exactionibus Judæarum.* n. 127

Decima quinta, *quod alium in hoc munere substituere possit.* n. 128

Decima Sexta, *quod omni tempore etiam extra conventus publicos* Solus *placitum Electorum requirat.* n. 129

Decima Septima, *quod tempore interregni cum Vicarius præcipue Reip. invigilet.* n. 130

Decima Octava, *quod gaudeat* Directorio *in Collegio Electorali in Diætis Deputationum & Electionum, ejusq; intuitu qua hujus Collegii* Senior & Decanus *omnes Co-Electores tum ad Comitia Collegialia, tum Electoralia convocet, & certum ipsis conventus diem determinet.* n. 131

Vi hujus Directorii proponit in Collegio Electorali, recipit jusjurandum à Co-Electoribus, colligit vota, enunciat Electionem, conficit Capitulationem, & imponit Comitiis finem. n. 135

Reliquæ, *quæ Moguntino tribuuntur* Prærogativæ, *quædam sunt* certæ, *ut coronandi Regem Romanum, eumq; ungendi & consecrandi, actu Coronationis in Diœcesi Moguntina hodie expediendo.* n. 134

Item quod gaudeat jure stapulæ & jurisdictionis über das Marck-Schiff. n. 139

De privilegiis hujus navis agitur. n. 137

Nec non, quod subditi ipsius sine speciali consensu aliis se in clientelam dare non possint. n. 139

Qua-

Quædam Prærogativæ sunt Dubiæ, *v. gr. quod Moguntinus gaudeat jure primarium precum nec non gaudeat jure Dominii Mœni.* *n. 140. seq.*
Quædam plane Nullæ *sunt, v. g. quod jure luendi* die Reichs-Pfandtschifften *& privilegio contra omnia privilegia gaudeat.* *n. 142. seq.*
De Prærogativis ELECTORIS TREVIRENSI *agitur.* *n. 144. seqq.*
Prima ejus Prærogativa *est, quod gaudeat jure Archi-Cancellariatus per Galliam & Regnum Arelatense.* *n. 144*
Quid per Galliam *intelligatur vid.* *n. 145*
Hinc titulus videtur hodie esse otiosus. *n. 148*
Secunda Prærogativa *est, quod in solenni Curia Imperatoris in suo Archi-Cancellariatum celebrata, omnium Archi-Cancellariorum sigilla baculo appensa gestet.* *n. 149*
Tertia Prærogativa *est, quod in Electione Regis Rom. gaudeat* primo *voto.* *n. 150*
An hoc votum Galliæ *nomine det, videsis.* *n. 151*
Rationem decisionis dat. *n. 152*
At Objectiones traditas. *n. 153*
Et *n. 155*
Respondetur. *n. 154. & 159*
Quarta Prærogativa *est, quod gaudeat* primo loco *ante Coloniensem.* *n. 158*
Ratio ejus subjicitur. *n. 159*
Objectioni motæ. *n. 190. seqq.*
Respondetur. *n. 163. seqq.*
Quinta Prærogativa *est, quod sedeat ex opposito & lineari directione versus Imperatoris faciem, & in directa diametrali linea ante Regem Rom. transeat illis solum modo intermediis, qui Regalia portant insignia.* *n. 166. seq.*
Sexta Prærogativa est, *quod Trevirensis, Moguntino in actis revidendis vel ipsomet, vel ratione suæ Ecclesiæ aliquod interesse habente, munus revisionis peragat.* *n. 168*
Septima Prærogativa *est quod omnia imperii feuda, in suo Archi-Episcopatu vacantia, ad* Trevirensem *devolvantur.* *n. 169*
Octava Prærogativa est; *Quod prætendat Dominium Mosellæ.* *n. 170*

ELE-

ELECTORIS COLONIENSIS *Prærogativa* Prima *est, quod in Electione novi Regis Romanorum ipsi competat* secundum votum. *n.171*

Secunda Prærogativa est, *quod jure coronandi Regem Rom. solus gaudeat, si in* Diœcesi Coloniensi *Imperator coronetur, & si in* tertio loco *ipsi diadema imponatur, alternis vicibus cum Moguntino hoc jus exerceat.* *n. 172*

Ad Objectionem. *n. 173*

Respondetur. *n. 174*

Tertia Prærogativa est, *quod sit* Archi-Cancellarius per Italiam, *licet hodie æq. ut Trevirensis, magis titulo, quam re hoc munere splendeat.* *n.175. seq.*

Quarta Prærogativa est, *quod in Provincia sua & Archi-Cancellariatu, uno etiam in Gallia solenni Curia celebrata, dextrum Imperatoris latus claudat.* *n. 177*

Quinta Prærogativa est, *quod Curia solenni in suo Archi-Cancellariatu celebrata,* solus *omnium Archi-Cancellariorum sigilla baculo appensa gestet, majusque sigillum, durante solenni convivio, collo appensam habeat.* *n.178*

Sexta Prærogativa est, *quod ejus subditi sint privilegiati contra Rotvvilense & alia extranea Consistoria tam in realibus, quam personalibus actionibus.* *n.179*

Septima Prærogativa est, *quod Coloniensis cum Trevirensi, vacante Archi-Cancellariatu Moguntino, maxime in Comitiis sibi id sumant, ut vices Archi-Cancellarii Germanici* alternantes *obeant, reclamante tamen Imperii Archi-Mareschallo.* *n. 180*

Octava Prærogativa est, *quod inter alios Titulos Coloniensis etiam Titulo Ducis VVestphaliæ & Angariæ utatur.* *n.181*

Primus Secularium Electorum est *Rex Bohemiæ.* *n. 182*

Ratio additur. *n. 183*

Rex Bohemiæ est verus Elector Vid. *n. 185*

Rationes dubitandi traduntur. *n. 183. seq.*

Prima *ejus* Prærogativa est, *quod in Electionis negotio primo loco votum suum dicat inter Electores Seculares.* *n. 186*

Rejicitur sententia statuentium, hoc procedere tantum in casu Votorum discordantium. *n.187.seq.*

Secunda Prærogativa est, *quod in Conventibus Imperii publicis omnes exteros Reges, ipsamque Imperatricem præcedat.* *n.188*

Tertia Prærogativa est, *quod sit Archi-Pincerna Imperii, & vi hujus Officii in Celebratione Curiæ Imperialis primum potum Imperatori porrigat.* *n.189*

Quarta Prærogativa est, *quod ob Regalem, qua fulget dignitatem in* Sessionibus à *dextro* Imperatoris latere *immediate post Electorem Ecclesiasticum ad dextrum Imperatoris latus sedentem, inter omnes* Seculares primum *obtineat locum: In* Processionibus *vero solennibus nil quidem præferat Imperatori immediate vero post imperatorem incedat.* *n.192*

Quinta Prærogativa est, *quod Imperii Contributionibus & Oneribus non sit obnoxius.* *n.193*

Sexta Prærogativa est, *quod gaudeat & jure Nobilitandi cum Comite Palatino Rheni, ita ut ab illis Nobilitati, tales censeantur in toto Imperio Romano.* *n.194*

Septima Prærogativa est, *quod Investituram & Regalia* non in Aula Imperatoris *petere teneatur, sed in* Regni *finibus, aut* vicinis locis *possit eadem sufficere.* *n.195*

Aliam prærogativam ratione Investituræ tradit. *n.196*

Octava Prærogativa est, *quod jus monetandi impune aliis locare possit.* *n.197*

Nona Prærogativa est, *quod multi Co-Electorum, Ducum & Comitum certorum bonorum intuitu ejus sint Vasalli.* *n.176*

Prima ELECTORIS BAVARIÆ Prærogativa *est, quod ex instr. Pac. hodie inter* Seculares *Electores* secundum, *alias vero* quartum *habeat votum.* *n.177.*

Secunda ejus Prærogativa est, *quod sedeat ad dextram Imperatoris post Regem Bohemiæ.* *n.178*

Tertia Prærogativa est, *quod in solenni Processione Imperatori præferat Imperii Pomum.* *n.179*

Quarta Prærogativa est, *quod sit S. R. J. Archi-Dapifer, & in solenni Curia IV. scutellas argenteas, cibis repletas, reponat in Mensam Cæsaream.* *n.181*

Num Jus Vicariatus, judicis Imperatoris, *&* Wildfangiatus *jure, & unde prætendat* Bavarus, *videsis.* *n.182.seqq.*

Quinta Prærogativa est, *quod Bavarus hodie sit perpetuus Hispanicarum in Belgio Provinciarum Gubernator.* *n.187*

Et quod Bavarus cum Archi-Episcopo Salisburgensi sint Directores Circuli Bavarici. *n.188*

Prima SAXONICI ELECTORIS *Prærogativa est, quod sit Archi-Marschallus Imperii.* *n.* 189

Elector Sax. prætendit vi Archi-Mareschallatus (1) ut Cæsare expeditionem bellicam suscipiente, ipse ordines instruat (2) Præferat præsenti Imperatori Vexillum Maius (3) Ut in Electoralibus Conventibus prospiciat Statibus de alimentis & Hospitiis (4) Ut in Comitiis Imperii ipsi præsenti mittat Moguntinus Schedulam indicatoriam. (5) Ut durantibus Comitiis exerceat jurisdictionem Criminalem in omnem Electorum & Statuum Familiam (6) Ut sit Judex & Patronus Buccinatorum. (7) Ut in solennibus Processionibus Imperatori immediate præferat gladium evaginatum. (8) Ut per Mareschallum Imperii curam habeat excubiarum, quo legitime ordinentur, & distribuantur à n. 214 usque ad n. 224.

Secunda *Saxonis* Prærogativa est, *quod* quintum *in Comitiis* votum *habeat.* *n.* 225

Tertia Prærogativa est, *quod tempore Coronationis ante portam Curiæ equo in acervum avenæ, suis sumptibus præparatum vehatur.* *n.* 226

Quarta Prærogativa est, *quod ipsi competat* Vicariatus *vacante Imperio in locis Jure Saxonico utentibus.* *n.* 227

Quinta Prærogativa est, *quod non solum* mortuo, *sed etiam* absente *Moguntino sibi vindicet Directorium Collegii Electoralis.* *n.* 228

Sexta Prærogativa est, *quod gaudeat Directorio in Comitiis caussas Religionis* A. C. *concernentibus.* *n.* 229

ELECTORIS BRANDEBURGICI Prærogativa Prima *hæc est, quod sit Imperii Archi-Camerarius.* *n.* 231

Utitur titulo Großmächtigster. *n.* 232

SECUNDA Prærogativa *est, quod in Processionibus Imperialibus gerat sceptrum.* *n.* 234

An sceptrum sit insigne Familiare Domus Brandenburgicæ videsis. *n.* 236

Tertia Prærogativa est, *quod in solenni Curia Cæsari exhibeat pelvim.* *n.* 238

Quarta Prærogativa est, *quod in Circulo Saxonico Superiori cum Electore Sax. & Ducibus Saxo, Gothanis & Weimariensibus gaudeat Directorio, nec non in* Circulo Westphalico *cum Palatino Neoburgico.* *n.* 239

Quinta Prærogativa est, *quod in suo territorio possit* nova *telonia constituere & vetera adaugere.* *n.* 240

Sexta Prærogativa est, *quod Domus Brandenburgica* sex vota *habeat.* *n.* 241

An etiam ratione Episcopatus Caminensis adhuc aliud eidem votum competat, videsis. *n.* 242

Cur de NONI ELECTORIS *hic Prærogativis hic non agatur, vide.* *n.* 243
Prima ELECTORIS PALATINI Prærogativa est, *quod sit Archi-Thesaurarius Imperii.* *n.* 244
Secunda, *quod loco Pomi Imperialis Imperatorii præferat Coronam.* *n.* 245
Tertia, *quod in solenni Coronationis actu missilia spargat in vulgus.* *n.* 246
Quartam *cum reliquis videsis.* *n.* 247. *seqq.*

1 RECensitis proxime præcedaneo Capite fulgidissimis ELECTORUM, quibus HI INTER ALIOS S. R. I. PRINCIPES eminent, PRÆROGATIVIS, electæ Methodi jam postulat ratio, ut hoc Capite, cum opus jam sub manibus, ut fieri assolet, ultra mensuram Disputationis creverit, qua fieri potest, exponam brevitate plerasque PRÆROGATIVAS, quibus IPSI ELECTORES præcipuo INTER SE pollent jure, initium ab ELECTORE MOGUNTINO facturus.

2 Inter hujus PRÆROGATIVAS merito refertur (1.) quod â Cæsare secundus, cunctos inter COELECTORES *primum* semper obtineat *locum*, nemine, ne Rege quidem Bohemiæ, ipsi hoc nomine litem
3 movente. Illustr. Baro Bœneburg. *in MS.* exque illo Bœcler. *in Not. S. R J. Lib. 6. c. 5. &* Vitriar. *in Inst. Jur. P. Lib. 3. Tit. 10 pr.* jung. Rumelin. *ad A. B. Part. 3. Diss. 1. Th. 4 in Add.* Vrban. *de Elect. c. 4. §. 2.* Limn. *de Jur. Publ. Tom. 1. L. 3. c. 4.* Excell. Dn. Wagenseil. *de S. R. J. summ. Offic. C. 3 pag 13.* Vnde etiam ab Imperatore Maximiliano in Diplomate de Ao. 1498. vocatus fuit: Oberster Churfürst. Irenicus ad Burgold.
4 *Disc. 19. p. 173.* Illustr. Dn. Lyncker. *in erud. Disp. De Mun. Direct. circa negot. Imp. c. 5. p. 25. in fin. supr.* laud. Dn. Wagenseil. *d. Tract. c.* 3. *p.* 13. jungatur Bœcler. Schweder. & Vitriarius *d. l.* Tum, quia dignitatem
5 & Officium Archi-Cancellarii *per Germaniam* sustinet; *A. B. Tit. 2. §.*
6 *2. juncto art. 5. §. 20. Inst. Pac. & R. I. A. 1555. §. 65.* Tum, quia Collegii Electoralis *Decanus* est, quo nomine â Sigismundo Imperatore dictum fuisse, legere est ap. Lundor. *Act. Publ Tom. 2. Lib. 1. a. 2. n. 21.* Confer. Schweder. *in Introduct. ad J. P. Part. Spec Sect. 2. c. 4. §. 1.* & Il-
7 lustr. Dn. â Rhetz. *in I. I. P. Lib. 1. Tit. 8. § 3* cum Magnifico Dn. Lynckero *d. disp. pag.* 26. Non obstante, quod (1) COLONIENSIS primus esse, & dextrum Imperatoris latus claudere dicatur in A. B. *Tit. 3. in fin.*
8 *& Tit. 21. in fin.* Resp. enim est, id obtinere *extra Germaniam*, non in *Germania*, in qua Moguntino soli hæc prærogativa competit *d. ll.* jung. illustr.

illustr. Dn. Coccejus *in Prudentia Jur. Publ. c. 10. §. 10.* excepta tamen
Provincia Coloniensi *Rumelin. ad A. B. 3. Disp. 1. th. 4. in add. ibique citati*
DDres. quibus jung. Illustr. Coccej. *Jur. publ prudent. c. 14. §. 16. in fin.* Nec 9
obstat (1) quod juxta Schema Limnæi *Tom. 3. Jure P. c. 4. n. 18.* Wa-
genseilii *de Summis, S. R. J. Official. c. 8. §. 6.* Rumelini. *ad A. B. Part. 3.* 10
Diss. 1. §. 5. in Addit. Arum. ad Tit. 21. & 22. Carpzov. *d. L. Reg.*
Germ. S. 5. c. 13. n. 7. seq. Elector TREVIRENSIS, Imperatore
cum insignibus Imperialibus in publicum procedente, *primus*
præeat, *Moguntino* demum post *Saxonem Palatinum, Bavarum & Brande-*
burgicum illum sequente: Resp. enim est: Inde non magis inferen- 11
dum esse, *Moguntinum* loco & procedendi ordine vinci à *Trevirensi*, ac
Ipsum *Imperatorem*, quem *Trevirensis* cum recensitis Co-Electoribus
æque, ac *Moguntinum*, dextrum Imperatoris latus claudentem, præ-
cedit.

Sicuti autem primum inter Collegas locum jure prætendit meri- 12
to *Moguntinus*, ita reliquas, quibus fulget, *Prærogativas* fere omnes,
vel vi *Archi-Cancellariatus vel Decanatus* Collegii Electoralis exercet:
Ejus enim vigore (2) olim *solus*, hodie una cum *Imperatore* Decreta Im- 13
peratoria, in Comitiis & Conventibus aliis, Imperii nomine publi-
canda, subscribit & subsignat vel *ipse*, vel per suum *Imperii Vice-Can-* 14
cellarium, hodie illustrem Comitem, Leopoldum Ludovicum in Kö-
nigsEck, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarium Intimum, inpri-
mis in Cancellaria Aulæ Cæsareæ, in der Reichs-Hof-Cantzeley. Dn.
Schweder. *d. l. c. 4. §. 2.* Dn. Crüger. *de Fulgentiss. Novemv. jurib. Part.*
Spec. Membr. 2. Disc. 4. §. 3. Rhetz. *d. l. §. 2.* add. Bœcler. & Vitriar. d. I.
I. Sprenger. d. Jur. Publ. p. 250. (3) Est Custos & Director *Archivi Im-* 15
perii, tam *illius* quod continet acta publica Imperii Germanici (exce- 16
pto Unico Pacis Westphalicæ Instrumento, Directorio Moguntino 17
frustra contradicente, Electori Saxoniæ tum temporis, ut in charto-
phylacio suo custodiat, tradito, Vid. Fritsch. *P. 2. Elect. Jur. Publ. c. 14.* 18
§. fin. & ex illo Dn. Crüger. *de Fulgid. Novemv. Jur. Part Spec. Membr. 2.*
Disc. 4. p. 210.) quæ in Comitiis, Deputationibus, Visitationibus, aliis-
que Imperii Conventibus peraguntur, una cum Matricula Imperii,
vulgo die Mäyntzische Cantzeley appellari soliti. Vid. Limn. *ad Capit.*
Caroli V. p. 19. v. 6. & ad Capitul. Ferdinandi III. p. 783. Additionat. in Not.
ad Vitriarii J. J. P. Lib. 3. Tit. 17. p. 845. & Schweder. *d. l. c. 4. p. 772.* cui 19
nomine Electoris Moguntini præest ab ipso constitutus *Vice-Cancel-*

 larius

20 *larius* Imperii, Limn. *ad A. B. C. 27. Obs. 5. 6* Schweder. *d. l.*; Quam *hujus*, quod habetur in *Camera Imperiali*, inque quo asservantur omnia
21 acta judicialia, nec non plerorumque Principum privilegia, ad horum instantiam sub *Cameræ sigillo* edenda: In hoc Moguntinus officium suum peragit per institutum â se *Præfectum Cancellariæ*, vulgo den Verwalter dictum, vid. Addition. ad Vitriar. & Schweder. *d. ll.*
22 ubi recte notant: Cum hoc duplici *Imperii Archivo*, quod utrumque dirigere diximus Moguntinum, qua Imperii per Germaniam *Archi-Cancellarium*, Vid. *præter allegatos* Illustr. Rhetz. *d. Tr. Lib. 1. T. 8. §. 2. & Lib. 1. T. 9. §. 3.* Exc. Dn. Lyncker. *in Diss. de Mun. Direct.* §. 3 Engelbrecht *De Jur. Archiv. §. 5.* Ruland. *De Commissar. L. 5. c. 4.* Vrban. *De Elect. c. 4.*
23 *§. 2.* Crüger. *d. Tr. p. 210. & 211. &* Bœcler. *d. Tr. p.* 134. minime confundendum esse *Archivum ipsius Imperatoris*, quod non *Moguntiæ*, aut in *Camera Imperiali*, sed in *ipsa Aula Cæsarea* asservatur, & cui non Mogun-
24 tinus Elector præest, sed, quem solus Imperator *propria autoritate* præficit, *Cancellarius* (4) Vi hujus *Archi-Cancellariatus* solus inter omnes
25 Co-Electores in Aula Cæsarea Ministrum ac Vicarium seu Vice-Can-
26 cellarium habet, non tantum *Imperatori*, sed *sibi* etiam sacramenti religione obstrictum. *vid. Privilegium Maximiliani 1. de A. 1509.* Confer. *Capit. Leopold. art. 40 Josephi art. 39.* Illustr. Rhetz. *in J. J. P. Lib. 1. Tit. 8.*
27 §. 2. Vitriar. & Bœcler. *d. ll.* (5) Secretarios in Consilii Aulici Cancellaria, Protonotarium, aliasque Personas (exceptis tamen ejusdem *Assessoribus*, quos *solus* constituit *Imperator*, sibique etiam soli jure juran-
28 do obligat, vid. R. H. O. *Tit. 1. §.* und weiln dann allein uns Conf. Dn.
29 Schweder. *d. Tr. Part. Spec. Sect. 1. c. 12. §. 3.* Crüger. *d. Tr. p. 213.* Secus ac opinantur Illustris Rhetz. *d. Tr. Lib. 4. Tit. 4. §. 5.* Wehner. *in Obs. Pract. Voc.* Hoff-Gericht / Thom. Michael. *De Jurisdict. concl.* 28. Burgold. P. 2 *D.* 20. *n. 18.* & Franc. Frider. ab Andler. *Sac. Cæs. Majest. Consil.*
30 *Imper. Aulic. in Jurispr. L. 2. T. 1. P. 1. §. 8.*) Non ad *Senatum* pertinentes, sed *Cancellariæ* operam navantes, constituit, postque Cæsarem sibi quoque juramento obstringit. *vid. supr. alleg. Capit. Leopoldin. §. 40. & Joseph. §. 39. ibi:* Wollen auch in Bestell- und Einsetzung unserer Reichs-Hof-Cantzeley / so wol mit des Reichs-Vice-Cantzlers / als der Secretarien Protocollisten / und aller andern zu der Reichs-Hof-Cantzeley gehöriger Personen / unsern lieben Neven den Churfürsten zu Mäyntz / als Ertz Cantzlern durch Germanien / in der Ihm allein desfalls zustehenden Disposition, unter was Vorwand es sey / keinen Eingriff und Verhinderniß thun /

darin

darin einigen Ziel/ oder Maß geben/ ꝛc. Schweder. Crüger. Vitriar. Bœcler. & Rhetz. *d. ll.* (6) Taxas Cancellariæ *solus* regit ac temperat, *art.* 31
45. Leopoldinæ & 44. Josephianæ Capit. ibi: Als wollen wir zu dessen weiteren Verhütung neben des Hn. Churfürsten zu Mäyntz Liebden/ die allein NB. als Ertz-Cantzler disfalls nachzulassen/ und Moderation zu thun berechtiget seyn/ ꝛc. eo nomine in *Aula Imperiali* hodie *Taxatorem* habens, qui ipsius *Residens* plerumque esse solet, ne ipso quidem Imperatore 32
quidquam de ista Taxa, in qua Moguntinus ac reliqui de illa partici- 33
pantes jus habent quæsitum, remittere valente. *vid. d. Capitulationes* §. 34
45. & 44. Rhetz. d. *Tr. Lib. 1. T. 8.* §. 2. Crüger. *d. l.* (7) Similiter ejus intuitu in Aula Cæsarea omnia Memorialia, ac Supplicationes omnes pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis, privilegiis &c. *Ipsius* 35
Imperii Vice-Cancellario offeruntur, quæque ipsi Imperatori non raro in manus porriguntur, Cæsarea Majestas *Vice-Cancellario* solet transmit- 36
tere, perlustratis iis dijudicaturo, utrum ad Consilii intimi, des Käyserlichen Grossen und geheimbten Raths / an vero Aulici, des Reichs-Hof-Raths deliberationem pertineant *vid. Ferdinandi III.* Verneuerte Reichs-Hof-Rahts-Ordnung art. 3. ibi: Alles andre/ es seynd verschlossene Schreiben/ oder was keine gerichtliche Procefs-Sachen belanget/ soll unsern Reichs-Hof-Vice Cantzlern/ wie von Alter Herkommen/ eingereichet werden. Welcher darauf diejenigen Schreiben so im Reichs-Hof-Rath zu berathschlagen/ signiren/ und in einen verpitschafften fasciculo unserm Præsidenten iederzeit zuschicken soll. Conferatur Dn. Crüger. *d. Tr. p. spec. Membr. 2.* §. *3. p. m. 112.* (8) Solus in Cancellaria Acta, Atte- 37
stata, & alia momentosa pro Imperio expedit Bœcler. *d. Tr. p. 134.* Schweder. *d. l. p. 773.* Aulicumque (9) visitat judicium ad ductum 38
Instrumenti Pac. Osnabr. art. 5. §. *56.* ibi: *Visitatio consilii Aulici fiat ab Electore Moguntino toties qaoties opus & Capit. Leopoldin. art. 42.* juncta Josephiana *art. 41.* ibi: Auch sollen und wollen wir keinesweges dargegen seyn/ daß der Reichs-Hof-Rath/ durch die Churfürsten zu Mäyntz nach besag des Friedens-Schluß visitiret werde/ ꝛc. olim, una cum Imperatore, *vid.* 39
Capit. Ferdinandi, hodie *solus*, ut ut, sed *sine Lege*, aliquot Principes simul 40
Visitationi adhibendos esse, asserat Author der Grundfeste vid. Crüger. *dict. Tr. p. m. 213.* Vbi simul addit, totius (10) Consilii Aulici *Directo-* 41
rium & *Reformationem* ad Electorem Moguntinum pertinere; Illud vero extra omnem dubietatis aleam positum est, vigore dicti *Archi-Cancellariatus per Germaniam* (11) Moguntino præ omnibus aliis Co- 42

Ele-

Electoribus competere *Directorium Cameræ Imperialis*, vi cujus solus
43 (α) *Cancellarium in Camera* regit, ejusque Ministros, Præfectos Cancellariæ, Protonotarios, Notarios, Lectores, Ingrosistas, Copistas, Receptores, und andre Cantzeley und Leserey Verwandte suo eligit arbitrio, electosque sibi jurisjurandi religione devincit. *vid. Litteræ Cardinalis Alberti Moguntini ad Cæsarem Carolum V. scriptæ, juncta confirmatione Maximiliani I. & Caroli V.* des Ertz-Cantzler-Amts-Würde Addatur O. *Cam.* P. *I. Tit. 26. §. 1.* ibi: Ordnen und wollen wir/daß durch unsern Neven/den Ertz-Bischoff zu Mäyntz/ als NB. Ertz Cantzlern/ ein erbar/ fleißig und geübte Person/ꝛc. zu einem Verwalter dergleichen sey redliche/ deren 2. *Protonotarii*, zwey *Notarii* und zwey Lesere des Cammer-Gerichts seyn sollen/ zu iederzeit auf-und angenommen werden/ Confer. §. 5. & Schweder. *d. tr. Part. Spec. S. 2. c. 4. p. 773.* Vitriar. *in J. J. P. Lib. 3. Tit. 10. §. 12.* Bœcler. *in Not. S. R. J. Lib. 4. c. 5. p. 176.* Rhetz. *in J. JP. Lib. 1. Tit. 8. §. 2.* Crüger. *d. Tr. Part. spec. Membr. 2. Disc. 4. pag. 213.* Gastel. *de stat. publ. Eu-*
44 *rop. c. 9. §. 44.* Wagenseil. *de Official. S. R. J. Summis c. 3. p. 14.* (β) His omnibus salaria sua ex Cancellariæ taxis, von denen Cantzeley-Gefällen exsolvit. vid. *Ord. Cameral.* P. *1. Tit.* ibi: Der Verwalter und andere Personen der Cantzeley sollen durch unsern Neven den Ertz-Bischoff zu Mäyntz/ Churfürsten NB. als unsern und des Heil. Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern/ besoldet und unterhalten werden/ꝛc. earundem *excessum* sibi reservando, *defectum* vero aliunde supplendo. Crüger. *d. l.*
45 (γ) Corrigit & punit tum defectus ipsius Cancellariæ, tum Personas
46 correctionem meritas, salva tamen *Judicis* ac *Assessorum* potestate. Wa-
47 genseil. Crüger. Rhetz. & Schweder. *d. l. l.* eoque nomine per Observatorem, den Verwalter admonitus, una cum Comissariis & Visitatoribus. *Visitationes* Cameræ instituit, R. J. d. An. 1654. §. folgends 104. ibi: Die bey unsers Käyserlichen und des Heil. Reichs Cammer-Gerichts Cantzeley und Leserey befindliche Mängel und Unordnungen/ und wie derselben abzuhelffen/ꝛc. Sintemahlen unsers Neven des Churfürsten zu Mäyntz Liebden tragenden Ertz-Cantzelariat-Amts halben/ vermög der Reichs-Constitution und Observantz die Bestellung und Visitirung derselben obliget. So werden sie auch nicht unterlassen dero zu Beförderung der heilsamen Justitz im Reichtragenden sonderbaren Eyffer und Begierde nach/ mit allen Fleiß darob und daran zu seyn/ damit/ ietzt und ins künfftige ermelte Cammer-Gerichts-Cantzeley nicht allein mit qualificirten Personen ersetzet sondern NB. auch alle andre dabey befindliche Mängel

und

und Gebrechen/ sonderlich der Acten-Protocollen / auch deren mehr emsigen Completuren halber/ vermittels ordentlicher Visitation förderlich remediret werde: Allermassen Sie Sich dann hiezu erbietig gemacht. Wagenseil. Schweder. d. l. ita, ut quanquam alii ipsi adjuncti *Convisitatores* subinde *mutentur*, *Moguntinus* tamen *solus* sit *perpetuus* Cameræ Visi-
tator. Bœclerus secutus Bœneburgium *L. 4. c. 5.* & ex eodem Vitria- 48
rius d. l. Wagenseil. *d. Convent. Deput. §. 10.* ubi notandum: Licet jux- 49
ta Ordinationem Cameralem *P. 1. Tit. 50.* singulis annis Visitatorum
Cameræ Conventus ad Kalendas Maji *convocante Electore Moguntino* 50
Vrban. d. Elect. *C. 4. §. 9.* Wagenseil. *d. l. §. 29.* & Rumelin. *ad A. B. Part.*
2. D. 3. th. 26. ceu Directore Visitatorum Cameræ Imperialis *vid. R. J. d.* 51
A. 1654. in fin. Illustr. Lyncker. in *Diss. d. Mun. Direct. Capit. 3.* adornari 52
debeat, has tamen Cameræ Visitationes ab An. 1589. cum maximo Imperii detrimento cessasse, Rumelin. *ad A. B. Part. 2. Diss. 2. th. 26. & in*
Add. in fin. illa etiam, quæ ante ultimum bellum Gallicum occasione 53
cujusdam Judæi, qui per aurum ex voto se sententiam ab Assessoribus Cameræ impetraturum esse gloriatus erat, *Moguntino* & *Trevirensi* commissa erat, ob interpositam *Saxonici* ac *Brandeburgici* Electoris, de se in re tanti momenti â Visitationis negotio non excludendis, illaque solis Pontificiæ Religioni Addictis minime committendo, impedita usque ad Annum 1688. quo Galli occupata Spira Argentinam acta Ca-
meralia transtulerunt. (6) Hucque pertinet *Directorium Judicii Revi-* 54
sorii, contra sententias in Camera latas legitime adornandi: Vt ut
enim quidem penes *Electorem Moguntinum* non stet, utrum petitam re- 55
cipere, an vero rejicere velit *Revisionem*, sed Cameræ ea de re arbitrium sit, vid. Reinking. *de R. S. & E. Lib. 2. C. l. c. 15. n. 30 ibique præjudicium* & Rumelin. *ad A. B. supr. cit. loc. th. 24. in Add. Lit. C.* eaque Revi-
sionem recipiente, teneatur Moguntinus interpositæ deferre Revisio- 56
ni, vid. Rhetz. in Inst. *J. P. Lib. 4. Tit. 21. §. 14.* Revisionem tamen pe- 58
titurus intra IV. Menses â die *latæ sententiæ*, summa revisibili existente, 59
i. e. excedente 2000. thaleros, non computatis usuris, *R. J. De A.* 1654. 60
§. 127. certaque summa in casum succumbentiæ deposita. *d. R. J. § 126.*
soli *Moguntino Electori* (excepta causa ipsum *Moguntinum* Electorem
concernente, qua in tum Revisorio præsidet Judicio Elector *Trevi-* 61
rensis, vid. R. A. *d. Anno* 1549. §. Als auch uns Wagenseil *d. S. R. J. summ. offic. c. 3.* Rumelin. *ad A B. d. l. Th. 21. Lit. B. in add. ibique allegat. DD. Vitr.*
Lib. 4. Tit. 6. §. 38. aut ipso Moguntino Revisionem petente, Rumelin. 62

d.l.) supplicat, eique exponit, qua ratione per sententiam Cameralem sit gravatus, petitque, ut hanc Revisionem futuris Revisoribus indicet, eamque Cameræ Imperiali notificet, ne Hæc â se latam executioni interim mandet sententiam; Quo facto, *Moguntinus*, ceu qui solus *judicio Revisorio* præest, *d. R. J.* §. *125.* documentum interpositæ Revisionis, vulgo das Denunciation-Schreiben / Cameræ insinuan-
63 dum edit, (quod postea â petente dictæ Cameræ ad sistendam executionem insinuatur) intraque tres menses Cæsari & Statibus Impe-
64 rii, eo Anno ad Revisionem deputatis, indicat, ut Commissarios ac Consiliarios suos ad Cameram mittant Imperialem acta revisuros,
65 quibus comparentibus, Assessores, qui de lata retulerunt sententia, illamque conceperunt, rationes ejus edere tenentur Revisoribus,
66 *Ord. Cam. P. 3. Tit. 53* darauf sollen alsobald / qui hisce ponderatis; & cum actis collatis, remotisque dictis Assessoribus, Revisionem instituunt, unoque scripto cum conditione *de novis non intermiscendis* unicuique partium ad deductionem indulto, sententiam Cameræ vel *reformant vel confirmant*, quam utramque Camera executioni dare tenetur, deposita â Revisionem petentibus pecunia, *priori casu* ipsis resti-
67 tuenda, *posteriori* vero *casu* Fisco Cæsareo in usus Cameræ addicenda. Illustr. Rhetz. *d. l.* §. *10.* Schwaneman. in *Processf. C. 6.* Magenhorst. *ad Ord. Cam.* P. *3. T. 53.* Reinck. *d. Tr.* P. *2. Classf. L. 2. 15.* Stryk. *in Int. ad* P. *F.*
68 *C. 23.* §. *31.* & Rumelin. *ad A. B. Part. 2. Disp. 2. th. 24.* Ubi notat, si ob paupertatem ad Juratoriam admissus cautionem, in revisorio succumbat Judicio, hunc tergo subsidiario solvere debere, carceris pœna mit dem weisen Turn coërcendum, Conf. Ruland. *De Commiss.* P. *1. Lib. 2. c. 21. n. 12.* Gail. *2. Obs. fin. 4.* Vitriar. *d. Tr. Lib. 4. Tit. 6.* §. *39.* cautius sibi consulturum, si ante sex septimanas â tempore interpositæ revisionis, eidem in scriptis in Moguntina Cancellaria renunciet,
69 modo hoc casu impensas refundat. *R. J. d. A. 1557.* §. wie wol ferner Schvvanem. *in Prax. Cam. c. 75. n. 11. Ant.* Bullæ *Disc. 10. n. 16.* Rumelin.
70 *d. l. th. 24. in addit. in fin.* Ab eodem *Directorio Cameræ* dependet &
71 hoc, quod *Moguntinus* Præsidum Cameræ, (quorum *hodie* duo tantum sunt, unus *Augustanæ Confessionis*, & unus *Religionis Pontificiæ*,) Judice quoque, ceu Judicii Cameralis Capite absente, vices suppleat,
72 *Electorali Moguntino* Assessore, illo casu, quo judice Camerali absente, neuter quoque *Præsidum* in loco est, tum officio judicis sub titulo Vice-Præsidis defungente. Vid. Crüger. *in supr. d. Tr. Part. Spec. Membr. 2. Disc.*

2. Disc. 4. §. *4. p. 214.* Insignis hæc præterea: noscitur esse Electoris 73
Moguntini præ reliquis Co-Electoribus *Prærogativa* quod hic (12) in
Comitiis Imperii *Universalibus* solus habeat *Directorium supremum*, das
Ober-Reichs Directorium vid. illustr. Dn. Lynck. *Diss. d. Mun. Direct.*
C. 3. P. 12. Rhetz. *in J. J. P. Lib. 1. T. 8.* §. *7.* Coccejus *in J. P. Pru. C. 20.* §.
10. itidem in jure *Archi-Cancellariatus* fundatum, vi cujus (1) ad præ- 74
viam *Imperatoris* per Literas *Convocatorias*. vulgo das Käyserl. Aus-
schreiben zu Reichs-Versammlung (quarum Exemplar videre est apud 75
Authorem der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *Cap. 2. P. 20.*) non ut
olim *verbis imperativis*: Gebieten/ Heissen/ Befehlen/ *vid. Reform. Frider.*
III. d. Anno 1474. conceptas, sed blandiori alloquio hodie temperatas,
v. g. solchen nach so verkündigen wir deine Lieb. ietzt angeregten Tag mit 76
diesem Brieff/ gnädiglich gesinnende rc. (qua propter, cum Anno 1608. 77
Cæsareus Commissarius has literas *Citationem ad Comitia* appellasset,
Palatinus in Senatu Principum dixisse fertur: *Citationem in Judiciis*,
non vero in *Comitiis* locum invenire; *vid Vitr. in d. J. P. L. 4. Tit. 1.* §.
13.) manuquæ exaratas, vel temporis lucrandi causa typis exscriptas,
sigillatim singuli (Secus, ac olim, ubi *generali aliquo Edicto* omnes Im-
perii Status usque ad tempora Friderici III. convocabantur, quibus 78
sæpe tanta paucitate comparentibus, ut Fridericum III. Conventum
Anno 1442. Francofurti, & alterum 1479. Norinbergæ celebrare vo-
lentem, Comitia differre oportuerit, tandem singuli cœperunt Status
specialiter invitari. Goldast. Tom. 3. Const. Imp. fol. 436. Schweder.
in *Intr. ad L. P. Part. Spec. S. 1. C. 30.* §. *3.* & Vitriar. in *II. P. Lib. 4.* Tit. I.
§. II. ibid. Addition.) Excepto Bohemo Electore, (qui ad Comitia 79
Imperii Universalia, plane non vocatur, Schweder. in *I. ad II. P. Part.*
Spec. Sect. 2. c. 5. P. I. ibique alleg. DD. (& Prælatis ac Comitibus (qui,
cum non *viritim*, sed *curiatim* hodie in Comitiis suffragia ferant, etiam 80
non singuli, sed sub compellatione DIRECTORIORUM ad Comi-
tia vocantur Fr. Iren. ad Burgold. *P. 3. p. 18.* Sprenger. *in Lucem mod.* 81
stat. Imper. c. 1. p. 2. & Schwed. *d. Tr. Part. Spec. Sect. 1. c. 30.* §. *3.*) convo- 82
vationem, comparentes in Comitiis Imperii Status, aditu ad Impera-
toriam Majestatem impetrato, deque suo adventu Imperii Mare- 83
schallo certiore facto, præsentiam suam per unum ex Ministris *Dire-
ctorio Moguntino* tenentur significare, eidemque tam *Legati absentium* 84
Electorum, quam *Principum*, pro Personis suis ad publicas Consultationes
legitimandis, non tantum Credentiales Literas, sed & Mandata in

ædes Directoriales *vi Transactionis de Anno 1678.* per *Secretarium* (ante
85 hanc transactionem urgebat *Moguntinus* ut *Principum Legati* ipsimet in *persona*, & non per *Secretarium*, præstita simul Visitatione, sibi mandata exhiberent; At vero lite desuper in Comitiis de Anno 1677. suborta, conventum tandem est, ut missas in ædes Directorales â *Principum Legatis* legitimationes per *suos Secretarios* non immediate ex illorum manibus, sed per suum itidem *Secretarium* accipiat *Moguntinus Elector*, addita protestatione, actum hunc Directorio Imperiali præjudicio esse haud debere: Vid. Illustr. Dn. Lyncker. *in Diss. de Mun. Direct c. 5. p. 25.* Schweder. *Part. Spec. Sect. 1. c. 30. §. 8.* Crüger. *dict. Tr. Part. Spec. Membr. 2. D. 4. §. 3.* & Auth. der Grundfeste des Heil. Röm.
86 Reichs *p. 58.*) insinuare; Pariter, sicuti *Exteri Legati, Residentes & Agentes* ipsi in Comitiis literis commendatitiis ac Mandatis exhibitis, primum res suas exponunt, illarumque expeditionem urgent, & ante finitum conventum discessuri, veniam petunt. Vitriar. *in J. J. P. Lib 3. Tit. 10. §. 13. seq* ibique: Additionator. Schweder. *d. Tr. Part. spec. S. 2. c. 4. §. 2.* Bœcler. *de Not. S. R. J. p. m. 135.* & Urban. *De Elector. c. 4. §. 2.*
87 Juncto *Dn. de Rhetz. in J. J. P. Lib. 1. T. 8. § 3.* (b) Porro *vi supremi in Comitiis universalibus Directorii* Moguntinus Cæsari, facta propositione, ac consultationum expositis vel ab ipso Imperatore aut ejus Commissario Capitibus, pro cura & affectione paterna erga Imperium, gratias agit, omniumque Ordinum Imperii nomine Propositionis copiam ad deliberationes de rebus propositis melius ac rectius instituendas, petit, Schweder. *d. l. S. 1. C. 30. §. 10.* quæ ejus Cancellario dari
88 solet. Bœcler. *d. Tr. p. 135.* Vitriar. *d. Tr. L. 3. T. 10. §. 18.* (c) Accepta propositionis Descriptione, ad Deliberationes Imperii Omnes, illorumque Legatos certo die & hora *Moguntinus*, missa ex Cancellaria Moguntina: ad Vice-Marschallum de Papenheim Schedula: den An-
89 sags-Zettel hujus tenoris: Der Reichs-Marschall soll den anwesenden Churfürsten/ und Ständen/ der abwesenden Räthen/ Bothschafften und Gesandten morgen N. den N. (Mens.) zu N. Uhr Vormittag auf dem Rathhauß zu erscheinen/ ansagen/ curat convocari: Illustr. Coccej. *in Jpr. Publ. c. 20. §. 35.* Vitriar. *L. 4. Tit. 1. §. 51.* Sprenger. *jurispr. Publ. p. 98.* Quibus stato tempore comparentibus, inque tria separata conclavia, pro triplici Collegiorum, (in quæ Anno 1489. Imperante Fri-
90 derico III. Status demum divisos fuisse, communiter quidem, opinantur DDres, secuti Lehmannum *Lib. 7. Chron. c. 120.* sed invita veritate,

ritate, vid. Bœcler. *de Not. S. R. J. L. 21. c. 1.* & Schweder. *d. Tr. p. Spec. S. 1. c. 30.* §. *11.* Coccej. *d. Tr. c. 20.* §. *21.*) discedentibus, *Moguntinus* vi 91
dicti *Supremi Directorii*, nec non *Directorii specialis* in Electorali Collegio, vota Co-Electorum suorum (d) colligit, hoc servato ordine, ut 92
primo omnium à *Trevirensi* incipiat, inde vero ad *Coloniensem*, *Bava-* 93
rum, *Saxonicum*, *Brandeburgensem* & *Palatinum* deveniat, ultimoque à Saxone ipse interpellatus loco, suum reliquis adjiciat, indeque tandem juxta majora Collegii Electoralis formet conclusum. supr. alleg. 94
Dn. Lyncker. *d. l. cap. 8. 3. seq.* Henning. *de S. R. J pot. cap. 2.* §. *44.* Vitriar. *d. l.* §. *56.* Hoc facto concluso, (e) proceditur ac Re- & Corre- 95
lationes, quo fine Electoribus plerumque in Comitiis in certo loco, 96
auf den Re- und Correlations-Saal/ convenientibus, vocatoque Principum Collegio, vi *muneris Directoralis* sententiam Collegii Electorum *Moguntinus* cum rationibus refert, Principibus vicissim per sua quoque Directoria Collegii sui sententiam Electorali Collegio com- 97
municantibus, hisque duobus Collegiis ita vel consentientibus vel etiam in contradictoriis versantibus, per *Secretarium Moguntinum*. Tertium tandem auditur *Civitatum* Collegium (quod inter & reliqua duo Collegia de Civitatibus vi Instrumenti *Pac. art. 8.* §. *4.* etiam ad 98
Electorum Principumque Re- & Correlationes ab initio statim vocandis, quales orsæ sint in proximis post *d. Pac. Instr.* Comitiis de 99
Anno 1653. lites, ne hodie quidem sopitæ, nisi quod Electores ad 100
hunc usque diem manserint in possessione prætensæ hujus præ reliquis Statibus Prærogativæ, videre est ap. Authorem der Grundfeste *p. 119. seq.* Bœcler. *d. Tr. Lib. 2. c. 3.* Vitriar. *L. 4. T. 1.* §. *71.* & Additionat. *ad eund. Lib. 4. Tit. 1.* §. *27.* Schweder. *d. Tr. Sect. 2. c. 9.* §. *3.* Hagemeier. *de Comit. c. 6. Add.* Limn. *L. 7. c. 1. n. 46.* & Burgold. *ad art. 8. Instr. Pac. P. 3. D. 10. n. seq.*) per *Directorii Syndicum* sententiam suam exponens. Author der Grundfeste *p. 2. cap. 6.* Lyncker. *d. Diss. c. 8.* §. *4. p. 48.* Consentientibus ita tribus Collegiis, *Moguntinus* (f) vi supra dicti *Directo-* 101
rii ex Collegiorum approbato Concluso format *Conclusum Imperii*, vulgo das Reichs-Gutachten vid. Rhetz. *d. Tr. Lib. 2. Tit. 24.* §. *14.* sequ. Hagemeier. *de Comit. c. 7. p. 55. sequ.* quod in pleno prælegitur, perque dictaturam communicatur, & ut ajunt, mundatur. Coccej. *d. Tr. c. 20.* §. *35.* Lyncker. *d. l.* ipsique Imperatori ad approbandum per *Deputatos Ordinarios* Rhetz. *d. Tr. Lib. 2. Tit. 24.* §. *15.* Lyncker. *d. Diss. cap. 9. p. 51.* 102
Vid. tamen Dn. Coccej. *d. Tr. c. 20.* §. *35.* offertur; Quo in eandem cum

103 Statibus Imperii condescendente opinionem, quam scriptam *Directorio Moguntino* mittere debet. Coccej. *d. l.* Schweder. *Part. Spec. Sect.*
104 *I. c. 30. §. 17.* pertinet (g) iterum ad *Moguntini Directorium*, hoc Imperatoris & Imperii Conclusum in *formam Recessus* referre ac redigere, Illustr. Mauritius *in Diss. de Recess. Imper. §. 23.* Lyncker. *d. l.* Rhetz. *d. l.* §. Vitriar. *Lib. 4. Tit. 1. §. 82. seq.* ita, ut Moguntini Cancellarius vel Secretarius cum Præfatione & Conclusione inde tale projectum concipere debeat, quod in modum *Recessus Imperii* dein-
105 de publicari possit. Conring. *de Comit. Imp. th. 59.* Hæc Formula vero Recessus, Diß Concept, antequam Deputatis Imperatoris ac Reli-
106 quorum Statuum prælegatur, prius in *Senatu Electorali.* (Hoc ita observantum fuit in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1641. Limn. *Tom. 1. addit. ad Libr. 9. c. 1. n. 195.* Mauritius *d. Diss. §. 23.* frustra monente *Collegio Principum & Civitatum*, Examen informis materiæ Recessus vulgo des Entwurffs oder Concepts des künfftigen Reichs-Abscheids / antequam Deputatis Imperatorum & Statuum prælegatur,
108 etiam ad se pertinere; Cui se acriter opposuëre Electores, id ceu *Prærogativam* quandam præ ceteris Imperii Statibus prætendentes, contradicentibusque Principibus hactenus possessionem hujus juris præcipui retinentes Vid. Mauritius *d. l.* Dn. Lyncker. *d. Diss. in fin.* Henning. *supr. cit. Tr. c. 2.* §. *28.* Vitriar. *L. 4. Tit. 1. §. 84.* & Autor der Grundfeste *P. 2. c. 10.*) examinatur, hocque finito Examine, proponit Cancellarius Moguntinus, ut deputentur ab Imperatore & ex
109 Statibus, quibus prælegatur *Recessus à Moguntino* conscriptus (Vo-
110 luerunt quidem aliqui Statuum Imperii per Deputatos approbationi non satis consultum esse, sed ère Imperii fore, ut vel in *pleno consessu* ad approbandum formula prælegeretur, vel singulis per *dicta-*
111 *turam* communicaretur, sed recte monet Illustr. Dn. de Rhetz. *d. Tr. Lib. 2. c. 24. §. 18.* eosdem hactenus authoritate publica id non potuisse obtinere) vel omnium suffragiis approbandus vel emendandus,
112 Vitr. *d. l.* §. *85. juncto* Mauritio (Neque enim Status tenentur illis semper *formalibus* probare, *Recessum*, quibus prælegitur, sed libere in
113 aliquibus dissentire, imo, uti factum est Anno 1641. protestari pos-
114 sunt super illis, quæ in præjudicium unius vel alterius partis Recessui inserta esse putant. vid. Illustr. Dn. Lyncker. *d. Diss. in fin.* Mau-
115 ritius *De Recess. Imp.* §. *23.* Tum vero (h) Imperii Recessus in *Cancellaria Moguntina* bis in Membrana descriptus, ab Imperii Statibus manu

Secre-

Secretarii Moguntini ſubſcribitur, Lehman. in *Chron. Spirens. c. 124. in fin.* ibi: Damit ſich auch der ſubſcription halber kein Mangel noch Irrthum 116
errege/ wie gemeiniglich geſchicht/ ſo gebühret dem Churfürſtl. Mäyntziſchen *Secretario*, daß Er aus denen Gewalten/ ſo zur Cantzeley gelieffert/ alle der Anweſenden Churfürſten und Ständen/ auch derſelben Geſandten Nahmen ordentlich verzeichne als (1) der Churfürſten (2) der geiſtlichen Fürſten (3) der weltlichen Fürſten (4) der Prælaten und Prælaturen (5) der Grafen/ und Herren (6) der Frey- und Reichs-Stände Geſandten/ und der Verzeichniſſen eine in ieden Rath/ ſo viel denſelben Rath betrifft/ übergebe/ damit Sie ſolche beſichtigen/ und welcher vor/ oder nachſtehen ſoll/ ordiniren. vid. Mauritius *d. Diſſ.* §. 25. & juxta modum â Beckero *in Synopſi Jur. Publ. L. 4. c. 1. p. 408.* delineatum (Eſt autem hic: *Funiculum duplicem infimæ parti pergamenti transfixum in ſuperiore parte Sigillum Cæſaris conjungit poſt quod funiculus in duos diviſus* 117
manet, & in illo, qui â Dextro latere ſigilli Cæſarei eſt, Eccleſiaſtici ſigillum ſuum annectunt, ac primo quidem nomine Eccleſiaſticorum Electorum NB. MOGUNTINUS *vel ejus Conſiliarius, aut alius Elector Eccleſiaſticus, ipſo abſente, qui in Seſſione prior eſt, ſigillum appendit. Secundum in latere dextro Sigillum applicat Eccleſiaſticus Princeps in Seſſione præcedens, in Secunda Statuum Claſſe, vel eo abſente, in Seſſione proximus. Tertio loco unus ex Prælatis ſigillum appoſnit. A Siniſtro Latere ſigillo Cæſarei è regione Moguntini in altero funiculo Elector Bavariæ vel eo abſente, Conſiliarius ejus, aut alius Elector Secularis ejus nomine; Secundo loco ſigillum nomine Secularium Principum appendit Secularis aliquis Princeps, qui in ſeſſione prior eſt. Tertio loco unus ex ordine Comitum VVetteravicorum & Suevicorum alternis vicibus ſigillum ſubjungit. Vltimo ſigillum Civitatis Imperialis, in qua Comitia habentur, funiculos ambos conjungit.* Conf. Lehman. *d. l. juncto* Mauritio *d. Diſſ.* §. 26. hodie ſubſignatur, 118
prævia que ejus publicatione, *Moguntino Cancellario* in conſeſſu Imperatoris, Statuum, atque populi eundem publice prælegente, adjectaque Imperatoris ad Status, ut ſingula Receſſus verba ſarta tecta ſer- 119
vare velint, admonitione, Arum. *De Comit. c. 8. n. 103.* Lehman. & Maurit. *d. ll.* unum exemplar Originale *Cancellariæ Imp.* ſeu Moguntinæ Reichs-Cantzeley/ alterum vero *Cancellariæ Imperatoris* oder Reichs-

Hof-

Hof-Cantzeley infertur. Comitial. P. 3. Diss. 4. n. 118. Myler. Archont. c.
120 15. §. 25. & Author. der Grundfeste P. 2. c. 9. & 10. Moguntino Electore ad
mandatum Cæsaris Copia Cameræ Imperiali transmittente. Aurum.
d. l. n. 105. quæ ante hanc insinuationem ad ejus observationem non
121 adstringitur Dn. Maurit. d. l. Notator. ad Roding. ad Tit. 1. P. 2. Schwe-
der. P. Spec. S. 1. c. 30. §. fin. Blum. Proc. Camer. T. 2. §. 7. Dn. Rhetz. in
Medit. Academ. Disp. 1. Posit. 12. & d. 3. Pos. 12. Cujus exemplum exstat
122 in Novissimo Imperii Recessu. An. 1645. 17. Maj. publicato, & 2.
Octobr. demum Cameræ insinuato. Vid. Exc. Stryk. in Us. Mod. ad Tit.
ff. De LL. & Exc. Dn. Præses in Disp. ff. ad eund. Tit. & in Not. ad Lauter-
123 bach. eod. ad Tit. verb. Obligat. Ad hanc Prærogativam, quam Moguntinus
Elector. ratione Supremi in universalibus Imperii Comitiis Directorii habet
porro (i) spectat, quod solius Moguntini Cancellarius & Secretarius
Mensæ Directoriali in Comitiis Imperii universalibus assideant, daß sie
mitten im Saal bey der Proposition und Abscheid des Reichs-Tages
über Tisch sitzen. Bœcler. in Not. S. J. R. Lib. 6. c. 5. Vitriar. L. 3. Tit. 10. §.
124 18. Schvveder. S. 2. c. 4. §. 2. & Rhetz. L. 1. T. 8. §. in fin. & quod (k) co-
ram solo Moguntino in Comitiis Reservationes, Protestationes, Denun-
ciationes, Requisitiones & id genus alia fiant, ejusque Directorio Ele-
ctorum, Principum & Ordinum Imperii Litteræ Memoriales, Desi-
deria, Commonitoria, Postulata & omnes omnium Petitiones & Sup-
plicationes tradantur. Crüger. supr. alleg. Tr. P. S. Membr. 2. §. 30. p. 211.
125 Schvveder. Vitr. & Bœcler. d. ll.

Pergimus nunc ad DECIMAM TERTIAM PRÆROGATI-
VAM, quæ vi ARCHI-CANCELLARIATVS PER GERMA-
NIAM tribuitur MOGVNTINO scilicet, qua gaudet Directorio Po-
starum per totam Germaniam illarumque Protectione Ludov. Hornigk.
De Regali Postarum iure cap. 6. theor. 2. Lit. D. & c. 19. th. 1. Lit R. Wagen-
seil. De S. R. J. summis Offic. l. cap. 3. §. 3. p. 14. Rhetz d. Tr. Lib. 1. Tit. 8.
§. 2. Bœcler. p. 134. Schvved. p. 774. Vitr. p. 713. Vrban. de Elect. c. 4. §.
126 2. & Crüger. d. Tr. & loc. p. 215. Cujus intuitu Ministri Moguntini Se-
cretiores à solutione vectigalis Literarum sunt immunes. Proxime all.
Ddres jung. Dn. Lynker. sæpius laudata Diss. De Muner. Direct. c. 3. Hanc
127 excipit (14) RRÆROGATIVA, qua itidem vi Archi-Cancellariatus
per Germaniam decimam cum Imperatore partem accipit eorum, quæ
à Judæis intuitu Bonorum & Actionum solvuntur. Vid. Litteræ Adolphi
Reg. Rom. de Ao 1292. Alberti, de An. 1298. & Ludovici, de Ao. 1314.
Vid.

Vid. Illustr. Dn de Rhetz. *in J. J. P. Lib. 1. Tit. 8. 9.* Coccej. *in Jur. publ. prud. c. 10.* §. *11. in fin.* Bœcler. *in Not. Imper. Lib. 6. c. 5.* & Vitriar. *L. 3. T. 10.* §. *20.* (15) Quod alium in munere Archi-Cancellariatus substituere 128
possit, ejusque exemplum conspicuum sit in Electore Trevirensi,
ejus aliquando constituto Vicario, de quo pluribus consuli potest
Bœclerus *d. l.* (16) Quod omni tempore etiam extra Conventus pu- 129
blicos *Solus* ab Imperatore literas accipiat, per quas Electorum placitum vulgo der Churfürsten Gutachten requiritur. Bœcler. *d. Tr. p.* 134.
Vitriar. *p. 712. &* Rhetz. *d. l. L. 1. c. 8.* §. 3. (17) tempore interregni cum 130
Vicariis præcipue Reip. invigilet, Bœcler. *d. Tr. p.* 134. & Vitriar. *p.* 713.
(18) Quod gaudeat Directorio in Collegio Electorali in *Diætis Deputationum & Electionum*, ejusque intuitu, qua Collegii Electorali *Senior* & *Decanus*, omnes Co-Electores tum ad Comitia *Collegialia*, tum *Electoralia* convocet, & certum ipsis diem conventus determinet, Illustr. Lynker. *De Muner. Direct. c. 5. n. 26.* Dn. Kulpis. *De Legat. Stat. Imp. pag.* 522. Strauch. *in Diss. Jur. publ. p.* 273. Rumelin. *ad A. B. 2. 6. 11. A.* 639. hisque vel in *persona* vel per *Legatos* comparentibus, in Electione Regis Romanorum variis utatur. Prærogativis, se potissimum in eo exserentibus, quod (a) in Collegio Electorali *proponat*, jusjurandum (b) 132
â reliquis Co-Electoribus recipiat, (c) Vota colligat (d) Electionem Cæsaream dirigat, (e) factam Electionem enunciet Bœcler. *d. l. pag.* 133. Lynker. *d. Diss. c. 5. n. 26.* Rhetz. *L. 1. c. 8.* §. 3. Coccej. *c. 10.* §. *11. p. 19.* & (f) noviter electo præscribat Capitulationem. Bœcler. *p.* 133. Vitriar. *p. 711.* Urban. *De Elect. c. 4.* §. *2.* Crüger. *De Novemvir. p.* 212. Gastel. *de Stat. Europ. c. 9. 44.* finemque (g) imponat Comitiis Electoralibus, Electores illorumque Legatos dimittendo. Rhetz. *d. l.*

Extra hasce vero *Prærogativas*, quæ *Moguntino* intuitu vel *Archi-Cancellariatus* per Germaniam vel *Decanatus* in Collegio Electorali compe- 133
tunt, tribuuntur ipsi adhuc aliæ, quarum quædam sunt *certæ*, quædam
vero *dubiæ*, quædam plane *nullæ*. CERTA est coronandi Regem Roma- 134
num, eumq; ungendi & consecrandi Prærogativa, quam vi primi Metropolitanatus ipsi tribuunt, Bœcler. *p. mihi* 142. Vitriar. *L. 3. Tit. 10. n. 23. p. 717.* Linde *De Statu Princip. p.* 410. Rhetz. *L. 1. c. 8* §. 3. *& L. 1. c. 4.* §.
45. actu Coronationis scilicet in *Diœcesi Moguntina* hodie expediendo 135
Vid. Transact. inter Elector. Mogunt. & Colon. de 25 Jun. 1657. quam exhibet. Flisbach. *in Jur. Publ. Rom. Sect. 2. c.* 3. §. *8.* & Capitulat. Leopold. 37. §. & Joseph. §. 36. jung. Rhetz. *L. 1. T. 4.* §. 45. Limn. *ad A. B.*

in cap. 4. *§.3.* Oldenburg. *in Not. ad Limn. Enucl. add. 7.* Crüger. *d. Tr. p.* 200. *seq.* & Urban. *de Elect. c. 4. §. 2.* (2) Quod gaudeat jure Stapulæ & Jurisdictionis über das Marck-Schiff. Illustr. Coccej. *d. Tr. c. 10. & 11.*
137 Bœcler. *p.* 143. Rhetz. *Lib. 1. c. 8. §. 3.* & Vitriar. *L.* 3. *Tit. 8.* §. 24. *&* 32. ibique Addition. quæ tam amplo ornata est privilegio, ut, cum ante non multos annos Civitas Francofurtensis visitationem dictæ navis tentaret, ne prohibita forsan moneta in veheretur, Elector quosdam Civium Francofurtensium in carcerem conjecerit, nec illos dimiserit,
138 ut ut Imperator amicabilem tentaverit Ao. 1688. compositionem. Vid. Additionator *ad Vitriar. d. l.* (3) Quod vi privilegii Maximiliani de Ao. 1495. subditi ipsius sine speciali consensu aliis se in clientelam dare non possint. Bœcler. *d. l. p.* 142. Coccej. *d. l. p. 191.* & Vitriar. *L.* 3. *T. 8.*
139 §. 30. (4) Quod solus sit Ausschreibender Churfürst und Director im Chur-Reinischen Creisse. Bœcl. *p.* 134. Coccej. *c. 10. §. 11.* Schweder. *p.* 774. Vitriar. *p.* 713. Urban. *c. 4. §.* 2. Engelbrecht. *De Convoc. Circul. c. 2. §. 4.* & Dn. Lynker. *De Muner. Direct. c. 6. §.* 32.

140 DUBIA est (1) Quod gaudeat jure *primariarum precum*, item (2)
141 Dominii Mœni, Vid. Illustr. Coccej. *d. l. p.* 192. §. 12. Licet hoc eidem tribuant alii, Vid. Crüger. *p.* 55. Hermes, *Fascicul. Jur. publ. c. 17. §. 39.*

142 NULLA plane est, (1) Quod gaudeat jure luendi die Reichs-
143 Pfandtschafften/ & (2) privilegio contra omnium privilegia. Coccej. *d. l. p.* 192. Ut ut utrumque ipsi, sed absque solido fundamento tribuant Bœcler. *p.* 142. *&* Vitriarius *p.* 718.

144 Hæc de Prærogativis *Moguntino* intuitu reliquorum Co-Electorum competentibus dixisse sufficiant, nunc ad ELECTOREM TREVIRENSEM devolvimur, qui intuitu Co-Electorum in eo
145 etiam præcipuo jure utitur quod (1) gaudeat jure *Archi-Cancellaria-*
146 *tus Imperii per Galliam* (per quam quid in Aurea Bulla intelligatur, licet non conveniant JCti, uti videre est apud Limnæum *in Jur. publ. Lib. 3. c. 5. & ad Proœm. Capitul. Caroli V. p. mihi* 121. Verior tamen illo-
147 rum videtur Opinio, qui *Belgicam Galliam* & Regnum Arelatense intelligunt, cum quoad illam potissimum Germania aliquod jus prætendere possit. Vid. Conring *De Finib. Imper. c. 8. fere in fin.* Crüger. *d. Tr. Part. Spec. Membr. 2. Disc. 4. §. 6.* Becker. *Synops. Jur. Publ. L. 3. c. 6. p.* 207. *&* Rhetz. *in J. J. P. Lib. 1. Tit. 9. §. 1.* & Dn. Wagenseil. *De S. R. J. Summis Official. c. 4. §. fin.*) & Regnum Arelatense, *A. B. c. 1. §. 12.* Quanquam Titulus Archi-Cancellariatus *Galliæ & Regni Arelatensis*, omni pote-

potestate destitutus, inanis sit & vanus, cum neque illud Officium 148
hodie exerceat Trevirensis, neque peculiari Galliæ utatur Archivo,
sed quicquid ex Gallia, quod tamen oppido exiguum est, nomine
Imperatoris, vel imperii expediendum est, â solo Moguntino expeditioni datur, & ab eo quoque, quicquid ea ratione Archivi superest,
adservatur. Vid. Ahasver. Fritsch. *Tract. De Jur. Archivi & Cancellariæ.* 149
c. 4. §. 17. (2) Quod in solenni Curia Imperatoris *in suo Archi-Cancellariatu* celebrata, omnium Archi-Cancellariorum sigilla Baculo appensa, gestet, & accumbenti Imperatori sigilla reverenter exhibeat, cœteris tamen Archi-Cancellariis simul manum baculo admoventibus, & eundem in Mensa ad id præparata deponentibus, solo tamen hoc casu Trevirensi durante Convivio solenni, majus sigillum, collo appensum gestante. Rhetz. *d. l. §. 8. Conf. supr. c. 2. dicta.*

(3) In electione Imperatoris gaudeat *primo voto* Vid. *A. B. c. 4. §.* 150
3. Vitriar. *d. l. p. 719. § 34.* Lind. *De Stat. Princip. p. 412.* Strauch. *Dissert.*
Jur. Publ. 57. & Schweder. *p. 574.* Ubi recte subjicit: Hoc votum Tre- 151
virensem non *Galliæ*, cujus audit Cancellarius, nomine dare, uti putat Tholosanus *L. 6. De Rep. c. 13. n. 15.* sed potius nomine S. Romano- 152
Germanici Imperii, cum non intuitu *muneris Cancellariatus*, sed quatenus sunt *Imperii Principes*, omnes tres Ecclesiastici Electores Imperatorem eligant, hincque jurent, se per fidem, qua Deo & *Sacro Romano Imperio* (non autem *Galliæ* obstricti sunt, Regem esse electuros. *A. B. c. 2. §. 2.* Carpzov. *Feud. 3. 9. 5.* Limn. *J. P. Lib. 3. c. 5. n. 10.* Strauch. *Diss. Jur. publ. p. 57. th. 10.* Nec Obstat, quod in Speculo Suevico *P. 1. c. 29.* &
Saxonico *L. 3. art. 37.* primum votum detur Moguntino: Idemque 153
testetur Günther in Libr. 5. De Reb. gest. Friderici I.

Ad Proceres Electo pertinet, in qua
Præcipuam vocem Præsul de jure Vetusto
Moguntinus habet.

Vid. Chron. Belgic. ap. Pistor. *fol. 180.* Coccej. *c. 8. § 9.* Rumelin. *ad A.*
B. Diss. 4. th. 7. p. 107. Buxtorff. *ad A. B. th. 45.* Respondendum enim est, 154
id hodie mutatum esse per A. B. non in *præjudicium Moguntini*, (cui in *Tit. 4. A. B.* non minus, quam antea habebat, sed plus tributum est, ut scilicet qua Præses Collegii Electoralis & Director, auditis ceterorum votis, possit addito suo majora facere & concludere, Vid. Coccej. *d. l.*)
sed in ejus potius favorem. Nec Obstat (2) Quod Moguntinus tem- 155
pore Caroli V. in ejus Electione adhuc jus *primi voti* exercuerit. Vid.

 Slei-

Sleidan. *De Stat. Relig. L. 1.* Georg. Sabin. *in Hist. De Elect. Caroli V.* Ru-
156 melin. *ad A. B. Disp. 1. th. 9. in Addit.* Respondendum est: Id potius *præ-
loquium* & discursum, quam *votum* fuisse Vid. Limn. *De J. P. Lib. 1. c. 3.
n. 64.* Carpz. *De L. Reg. c. 11. Sect. 8.* Reinking. *de R. S. & E. Class. 3. c. 5. n.*
157 *9. &* Coccej. *d. l. Ubi addit:* Moguntinum, si velit, adhuc hodie jure
suo primæ vocis uti posse.

158 (4) Quod *Trevirensi primus* ante Coloniensem *locus* tributus sit in
Aurea Bulla, respectu forsan ad antiquitatem Ecclesiæ habito; Fer-
159 tur enim inter Romano Catholicos Trevirensem Ecclesiam ab ipso Pe-
tro esse fundatam. Vid. Rhetz. *d. Tr. L. 1. T. 9. §. 5* Limn. *ad A. B. c. 3. §.
2. Obs. 5.* Kyriander. *in Annal. Trevir. P. 3. p. 15.* & Wagenseil. *De S. R. J.
Summis offic. Cap. 4.*

160 Neç Obstat, (1) Quod post *Moguntinum*, qui dextrum Imperatoris
161 latus occupat, â sinistris sedeat *Coloniensis:* Et (2) In Capitulatione Ca-
roli V. Ferdinandi I. & alias passim legatur: Durch das Heil. Römische
Reich in (a) *Germania*, (b) *Italien*, auch (c) *Gallien* und das Königreich
Arelat Ertz-Cantzler/ atque sic in hac formula *Germaniæ* statim *Italia*
162 succedat. (3) Inque Aurea Bulla Cap. 1. & alibi *Coloniensis* præponatur
Trevirensi Vid. Hermes *in Fasciculo Jur. publ. c. 20. §. 1. &* Becker. *in Synops.
163 Jur. Publ. L. 2. c. 6.* Respondendum enim est: Male inde inferri: *Tre-
virensem* honoris gradu *Coloniense* posteriorem esse. Nam & in A. B. *Cap.
4. §. 3. c. 11. §. 1. c. 23.* aliisque locis *Trevirensis* debito ponitur loco, & quæ
164 in c. 1. A. B. traduntur, non tam *præcedentiam & Sessionem* Electorum
quam iter, quod Francofurtum versus instituitur, recipere, facili ipse
165 contextus sermonis arguit. Ut taceam tralatitium esse, non semper
ex ordine verborum, de *ordine* inter *personas* obtinente, licere argumen-
tari. Vid. omnino Dn. Wagenseil. *de Differt. cap. 4. §. 2.* Limn. *Tom. 2. J.
Publ. L. 4. c. 6. n. 48. &* Bœcler *de Not. S. R. J. Lib. 6. c. 6.*

166 (5) Quod tributum sit *Trevirensi*, ut sedeat *ex opposito & lineari di-
rectione* versus Imperatores faciem, gerade des Käysers Angesicht über.
167 *Vid. A. B. c. 3. §. 2.* Vtque in *Directa diametrali linea* ante Imperatorem
vel Regem transeat, illis solummodo intermediis, qui Imperialia vel
Regalia portant insignia *Cap. A. B. 21. 22. 26. §. 4. c. 18. §. 3.* Vid. Wagen-
seil. *d. l. §. 3.* Vitriarius. *L. 3. Tit. 8. §. 35. seq.* Rhetz. *L. 1. Tit. 9. §. 6.* Vrban.
De Elect. c. 4. §. 3.

168 (6) Quod *Trevirensis*, Moguntino in Actis revidendis vel ipso-
met, vel ratione suæ Ecclesiæ aliquod interesse habente, *munus revisio-*

nis

nis peragat. Sprenger. *Lucern. Stat. Modern. Imper. pag. mihi 101.* Vrban. *De Elect. c. 4. §. 3. Vid. supr. notata.*

(7) Quod vi privilegii Cæsarei omnia Imperii feuda, in suo Archi-Episcopatu vacantia, ad *Trevirensem* devolvantur. Vid. Besold. *Thes. Pract. Voc.* Reichs-Lehr. Vitriarius. *d. Tr. L* 3. *T.* 9. §. 38. ibique Addition. Sprenger. *d. Tr. p.* 101. Vrban. *d. l.* Limn. *de J. P. Tom. 1. Lib.* 3. *c. 5. n. 19.* Brower. *p. 972.* Kyriander. P. *15. p. 199.* & Dn. Wagenseil. *d. Diss. c.* 4. *§.* 3. dubitat tamen Sprenger. *d. l.* num. illud unquam in usum venerit. Vid. Schweder. *in J. ad J.* P. *p. 776.* §. 4. 169

(8) Quod *Trevirensis* prætendat *Dominium Mosellæ* propter Confluentiam Coblentz ipsi competentem, cui ê regione apparet munitissimum castrum Ehrenbreitstein/ cujus Præfectus juramento obligatur Treverensi & toti Imperio. Vid. Imhoff *L. 2. c. 3. §. 6. p. 28. in Notit. Procer.* Addition. ad Vitriar. *J. P. Lib.* 3. *Tit. 11.* §. 38. *Lit. A.* & Coccej. *d. Tr. L. 1. c. 10.* §. 14. 170

Electorum Ecclesiasticorum quidem ordine *ultimus*, sed tamen etiam reliquis duobus *potentior* est COLONIENSIS, Schweder. *d. l. p. 776.* cujus *Prærogativæ* ratione reliquorum Co-Electorum sunt sequentes:

Quod (1) in Electione Imperatoris ipsi competat *secundum votum. A. B. c.* 4. §. 3. Vitriar. *d. T. Lib.* 3. *Tit. 11. n.* 40. Rumelin. *ad A. B. Disp. 4. th. 7. p. 106.* Schwed. *d. 776. §. 5.* & Wagenseil. *d. Diss. c. 5. §. 1 p. 19.* 171

(2) Quod jure coronandi Regem Romanorum *solus* gaudeat, si in *Diœcesi Coloniensi* Imperator coronetur, & si in *tertio loco* diadema Imperatori imponendum sit, *alternis vicibus* cum Moguntino hoc jus exerceat, vi transactionis de Ao. 1675. & Capitulationis Leopold. §. 37. & Josephi: § 36. *Vid. dicta supra n. h. e.* 172

Nec Obstat, Quod Leopoldus A. 1658. 1. Augusti st. n. Francofurti in *Diœcesi Moguntina* unctus â *Coloniensi*, & â tribus simul Electoribus Ecclesiasticis coronatus sit. Respondendum enim est; Id ob certas caussas, *salvo interim jure Electoris Moguntini*, factum esset. Nam quamvis ab initio in Capitulatione Leopoldina conventum esset, *d. a.* 37. ut Coronatio propter Aquisgranen. se incendium, *Coloniæ* peragere-tur, ibi: Wir wollen für dißmal aber den Krönungs-Actum in der Stadt Cölln/ zumalen die Stadt Achen/ wegen der unlängst erlittenen Feuers-Brunst/ darzu der Zeit unbequem ist/ celebriren und verrichten lassen/ Tamen propter Cæsaris infirmitatem & ad parcendum majoribus sumptibus, placuit postea Francofurti coronationis actum celebrare & 173 174

 un-

unctionem *soli Coloniensi* concedere, salvo tamen manente transactionis jure. Vid. Joh. Theodor. Fließbach: *in J. Publ Rom. Germ. p. 66.* Dn. Wagenseil *d. Diss. p.* 23. Thulden. *in Continuat Hist. L. 9.* Pastorius. *in Auctuariis ad Florum* Germ. *p.* 847. & Pacific. à Lapide *in Not. ad Monzamban. c. 4. n* 5.

175 (3) Quod sit *Archi-Cancellarius Imperii per Italiam. A. B. c.* 1. §. 11. Marquard Freher. *in Not. ad Petr. de Andlo. L. 2. c.* 1. *p.* 151. Wagenseil.
176 *d. Diss. p.* 19. *c.* 5. ad Rhetz. *L.* 1. *Tit.* 9. §. 3. æque ac Trevirensis, magis hodie *Titulo*, quam *Re*, cum acta & res ad *Italiæ* negotia spectantes ad *Moguntinum* hodie pertineant, qui per peculiarem quendam Vicarium, aut suum Vice-cancellarium earum expeditionem administrare dicitur, in Archivo Imperii, quod vi sui Archi-Cancellariatus *per supra dicta* penes se habet, res & acta, Status & Provincias Italiæ concernentia, adservans. Vid. Dn. Crüger. *de Fulgid. Novemv. jurib. P. Spec. Memb.* 2. *Disc.* 4. §. 5. *p.* 217. & Dn. Rhetz. *d. l.*

177 (4) Quod in *Provincia sua & Archi-Cancellariatu*, imo etiam in *Gallia* solenni Curia celebrata, *dextrum* Imperatoris *latus* claudat. *A. B. c.* 3. §. 2. Hermes. *c.* 16. *n.* 8. Schwed. *d. l. p.* 777. & Rhetz. *d. l.* §. 7. Vbi addit: Commodam hujus rei rationem vix dari posse.

178 (5) Quod Curia solenni in suo Archi-Cancellariatu celebrata, *solus* omnium Archi-Cancellariorum sigilla baculo appensa gestet, majusque sigillum durante solenni convivio collo appensum habeat Rhetz. *d. l.* §. 8.

179 (6) Quod ejus Subditi sint privilegiati contra *Rotwilense* & alia *extranea* Consistoria, tam in *realibus*, quam *personalibus* actionibus. Limn. *de J. P. Tom.* 1. *L.* 3. *c.* 6. *n* 5. & Enucleat. *L.* 2. *c.* 5. *n.* 5. Vitriar. *d. Tr. p.* 721. Wagenseil. *p.* 19.

180 (7) Quod *Coloniensis* & *Trevirensis* Elector vacante Archi-Cancellariatu Moguntino, maxime in Comitiis sibi id sumant, ut *vices Archi-Cancellarii Germanici* alternantes obeant, palam licet reclamante Imperii Archi-Mareschallo. Vid. Dn. Wagenseil. *d. l. p.* 33. *seq.*

181 (8) Quod inter alios Titulos *Coloniensis* etiam titulo Ducis Westphaliæ & Angariæ utatur, quas ditiones munificentia Friderici Imperatoris Anno 1180. contulit Ecclesiæ Coloniensi. Lim. *T.* 5. *Addit. ad L.* 3. *c.* 6. Hermes. *c.* 6. §. 9. Vitriar. *p.* 721. & Dn. Schurtzfleisch. *in MS. De Præcep. Ord. Imp.*

Nunc ad *Secularium Electorum* pergimus *Prærogativas*, quorum

Pri-

Primus hodie est REX BOHEMIÆ *A. B. c. 4 §. 3.* Carpz. *de L. Rege c.* 182
5. S. 10. §. 31. & 39. quia primus coronatus est, *A. B. c. 4. §. 1.* ibi: Weiln
er ein gekrönter und gesalbter König ist. Et quanquam sint, qui Regem 183
Bohemiæ negant esse *Electorem,* quia ad quaslibet Conventus Electo-
rales non vocatur, neque (2) ad confectionem Capitulationis Cæsa-
reæ adhibetur. Vid. Limn. *Tom. 1. Addit. ad L. 3. c. 8. n. 12. It. ad A. B. c.*
12. §. 2. th. 3. Rachel. *Diss. De Capitul. c. 3. th. 7.* Coccej. *cap. 14. §. 12.* Carpz.
De L. R. G. c. 5. S. 8 n. 7. Arum. *ad A. B. Disc. 5. th. 22.* & Rumelin. *ad A.*
B. p. 1. Diss. 3. th. 30. Cujus rationem videsis apud Dn. Coccejum. *d. Tr.* 184
c. 12. §. 22. Horum tamen sententiam per Decretum Rudolphi I. de 6.
Kal. Octobr. 1290. quod exhibet Limnæus *L. 3. c. 8. n. 3.* & Goldastus 185
Reichs-Satzung *Ad Annum 1290. fol. 31.* nec non per disertum textum
Aureæ Bullæ *Tit. 7. §. 2. Tit. 1 §. 10. Tit. 4. §. 1. Tit. 6. & 22. & R. J. de Ao.*
1500. *Tit. 14.* dudum explosa est, ut hodie tanti temporis usu accedente,
recte monente Duc. Coccejo *c. 12. §. 17.* insani esset negare; Regem
Bohemiæ verum esse Electorem. Confer. Dn. de Rhetz. *L. 1. Tit. 10. §.*
1. Schweder. *p. 778.* Vitriar. *L. 3. Tit. 12. §. 1. & ejus* Addition. *ad. L. 1. T.*
12. §. ab init. Gewold. *de Septem Vir. c. 9.* Besold. *thes. pract. Voc.* Böhmen:

Prima Hujus, qua intuitu reliquorum Co-Electorum fruitur, *Præ-* 186
rogativa hæc esse noscitur, quod in *Electionis negotio primo* inter Electores
Seculares votum suum *loco* dicat: *A. B. c. 4. §. 3.* Limn. *L. 3. c. 8. n. 2. seq.*
Strauch. *Diss. Exot. Jur. Publ. 2. th. 11.* non duntaxat in casu *discordantium,*
ut quidem probare satagunt ex veteribus rithmis, 187

Ich bin der Churfürsten Obermann/
Wenn man nicht wohl eins werden kan/
Und wann sich etwan in der Wahl/
Zutrüg ein Zwietracht dazumahl:
Welchen ich dann die Stimme mein
Thu geben/ der pflegt Käyser seyn.

Sed etiam *concordantium* votorum; per all. textum A. B. *c. 4. §. 3.* ubi clare traditur: Quod Moguntinus *ante reliquorum Electorum Seculorum vota* Bohemi suffragium requirere teneatur. Vid. Schvveder. *d. l. p.* 779. Vitriarius *p.* 748. Strauch. *Diss. J. P. 2. th. 11.* Crüger. *De Fulg. Novemvir jur. p. 32. th. 10.* Aliique passim.

(2) Quod in conventibus Imperii publicis omnes *exteros Reges,* 188
ipsamque *Imperatricem* præcedat Vid. R. J. de Ao. 1526. Eislingæ habi-
to. *A. B. c. 6. & 22. in fin.* item *c. 26. §. 5.* Vitriar. *L. 3. Tit. 12. §. 7.* Crüger.

d. Tr.

d. Tr. p. 82. th. 4. Rhetz. *L.* 1. *T.* 10. §. 7. Strauch. *I. P. p.* 61. §. 13. *ibique all.*

189 (3) Quod sit *Archi-Pincerna Imperii*, & vi hujus Officii in celebratione Curiæ Imperialis primum potum, vel cum vel sine corona Regali porrigat Imperatori. *A. B. c.* 7. *§. 5.* Vid. Constit. Ruperti *I. De Ao.* 1356. ap. Goldast. *T. 2. Const. Imper. fol. 92.* Wagenseil. *d. l.* Schweder. *p.*
190 *780.* ubi addit: Nil quicquam inde decedere dignitati ipsius Regiæ, quod officio hoc suo ultimo loco post omnes reliquos Electores defungatur, *A. B. c. 7. §. 5.* cum ex naturæ ordine sit, ut potus cibum sequatur.

191 (4) Quod ob Regalem, qua fulget dignitatem, *in sessionibus à dextro* Imperatoris *latere* immediate post Electorem Ecclesiasticum ad dextrum Imperatoris latus sedentem, *Moguntinum* sc. vel *Coloniensem*, inter omnes *Seculares* Electores *primum* obtineat *locum A. B. c.* 4. §. 1. Limn. *L. 3. c. 8. n. 15.* Urban. *De Elect. c. 4. §. 5.* Schwed. *p. 391. seqq. & 780.*
192 Rhetz. *L. 1. T. 8.* §. 7. In *Processionibus* vero *Solennibus* nil quidem præferat Imperatori, *immediate vero post Imperatorem* incedat. *A. B. c. 16. §. 5. & c. 22. in fin.* Limm. *L. 3. c. 8. §. 15.* & Bœcler. *de Not. S. R. J. Lib. 6. c. 8.*

193 (5) Quod Imperii contributionibus & oneribus non sit obnoxius. Vid. Constit. *Friderici II.* de Anno 1212. ap. Goldast. *in Const. Imp. p. 1. fol. 30.* quam confirmavit *Carolus IV. ap. eund. P. 2. fol. 39. R. J. de Anno 1500.* §. Wemit den Königen. Strauch. *in Exot. Diss. J. P. 2. p. 62. §. fin.*

194 (6) Quod gaudeat jure Nobilitandi cum *Comite Palatino Rheni*, ita ut ab illis nobilitati, tales in *toto Imperio Romano* censeantur. Rhetz. *d. Tr. Lib. 1. Tit. 19. §. 2.*

195 (7) Quod investituram & regalia non in *Aula Imperatoris* petere teneatur, sed eadem queat suscipere in *regni finibus* aut *locis finitimis*, plus quam decem milliaribus â Regno suo non distantibus, Limn. *L. 3. c. 8. n. 26.* Strauch. *d. Diss. 2. §. fin.* Schweder. *p. 368. ibique all. & p.* 782. Ur-
196 ban. De Elect. *c. 4. §. 5.* & Crüger. *d. Tr. p.* 56. *&* 327. qui etiam aliam addit *prærogativam*, scilicet, quod ex privilegio Friderici V. Imperatoris ipsi integra & illæsa restituantur vexilla, cum alias ista, quibus Electores & Principes olim â Cæsare investiebantur, peracta investitura, in promiscuam multitudinem adstantem projici soleant. Thulemar. *De Octovirat. c. 14. §. 28.*

197 (8) Quod jus monetandi *impune* aliis possit locare. *Vid. R. J. de Anno* 1570. §. Alsdann auch die Müntz-Gerechtigkeit Addition. *ad §. 10. L. 3. Tit. Lit. A.*

(9) Quod

(9) Quod multi *Co-Electorum* veluti Moguntinus, Saxo, Bran- 198
deburgicus, Palatinus, & præcipuorum *Imperii Principum*, ut Archi-Episcopatus Salisburgensis, Episcopus Bambergensis, Herbipolitanus, Artchistadiensis Augustanus & Constantiensis, Dux Bavariæ, Saxoniæ, Würtenbergici, Comites Hennebergici, Burggravii Norimbergenses, Comites Hannoviæ, Swartzburgici, Wertheimenses, Domini de Limburg, de Reüssen, de Schönburg, de Wolffstein, Equites S. Georgii in Suevia & Civitas Norimbergensis certorum bonorum intuitu ejus sint Vasalli Vid. Addition. *ad Vitria. L. 3. T. 11. §. 10. Lit. A.* Schvveder. *ad J. P. Part. Spec. Sect 2. c. 5. §. 4.* Sprenger. *Inst. Jur. publ. L. 3. c. 4. pr.*

Inter Electores Seculares hodie excipit Bohemum ELECTOR 199
BAVARIÆ cujus jam *Prærogativas* recensebimus. Quas inter (1) me- 200
rito refertur, quod per *Instrumentum Pacis* loco Palatini *Vid. A. B. c. 4. §.* inter Electores seculares *secundum*, respectu omnium vero *quartum* habeat votum. *Vid. instr. art. 4. §. 3. vers. Et primo* Limn. *Tom. V. ad L. 3. c. 9 p. 207. seq.*

(2) Ad *Bavari* Prærogativas pertinet, quod vi translati in se Ele- 201
ctoratus Palatini sedeat ad *dextrum* Imperatoris *latus* post Regem Bohemiæ. Limn. *ad A. B. c. 4. §. 1. Obs. 9.* Rhetz. *L. 1. Tit. 11. §. 3.* Vrban. *de Elect. c. 4. §. 6.* Crüger. *p. 228.*

(3) Quod in solenni Processione Imperatori præferat *Pomum* 202
Imperii, quod vi A. B. antea jure præcipuo ad Palatinum spectabat. *Vid. Ddres proxime allegat.*

(4) Quod sit S. R. J. *Archi-Dapifer*, si non ex Instrumento Pacis, 203
tamen ex spontanea Palatini cessione. Schvveder. *p. 785. & c. 3. n. 6.* & in solenni Curia 4. scutellas, argenteas cibis repletas reponat in Mensam Cæsaream A. B. Tit. 7. Bœcler. *L 56. c. 9.* ibique Dn. Schurtzfleisch *in Not. MS.* Wagenseil. *d. Diss.* Vrban. *de Elect. c. 4. §. 6.* Crüger. *de Tr. p.*
130. Prætendit quidem etiam (a) *Jus Vicariatus*, Vid. hic omnino Chri- 204
stoph. Gevvold. *Lib. De Septemvir.* Freher. *in Origin. Palatin. & Epist. Disp. De Electoratu R. R. J. Comitiræ Palatinæ antiquitus annexo* Borgold. P. 1. *D. 24. n. 1.* Limn. *L. 3. c. 9. n. 1. seqq.* Strauch. *Disp. 3. th. 23.* & Vitriar. *L. 1. Tit. 11. §. 31. juncto* Gastel. *De Stat. publ. Europ. Noviss. c. 8. p. 730.* &
Rhetzio. *L. 1. Tit. 11. § 6.* (b) Jus Judicii in Imperatorem (quod Pala- 205
tino Electori tribuit *A. B. c. 5. §. 3.*) & quidem propter verba: *A. B. d. c. 5. §. 3. ibi: Imperii Dapifer est.* Lynker. *De Pontib. Decis. Illustr. p. 58.* & quod hodie munus Archi-Dapiferatus exerceat Bavarus.

(3) *Jus Wildfangitus*, & quidem, quod in Privilegiis Palatinorum 206

ratione Wildfangiatus, *Electoratus* quoque fiat mentio. Verum sicuti
207 ratione Wildfangiatus *Laudum* pro se obtinuit Palatinus, *Ao.* 1667. Vid.
omnino. Vitriar. *p.* 768. *Addition.* Burgold. *in Notit.* P. 1. *Disc.* 26. *Membr.*
208 2. *n.* 8. Sprenger. *in I. P. p.* 389. Rhetz. *d. tr. p.* 228. & Schwed. *p.* 880. Ita
dubium merito prætensum *jus Vicariatus* & *Judicii in Imperatorem Bavaro*
facit *Palatinus* inde, quod *illud* non fuerit *Electoratus*, sed *Comitatus Pala-*
209 *tini* annexum Vid. textus Latinus A. B. *d. c.* 5. §. 1. *Hoc* vero, quod pro-
nomen QVI, *in c.* 5. §. 3. *A. B.* non sit *reduplicativum*, ut sensus sit: *quâ*
Archi-Dapifer est, sed *specificativum* i. e. *qui simul tunc Dapifer fuit*; Vid.
Rhetz. *d. l. p.* 228. §. 8.

210 Addit hisce Prærogativis (5) Dd. Crüger. *d. Tr. p.* 37. Quod Ele-
ctor Bavariæ hodie sit perpetuus Hispanicarum in Belgio Provincia-
211 rum Gubernator. Et (6) Quod Electores Bavariæ cum Archi-Episco-
po Salisburgensi sint Directores Circuli Bavarici Vid. Crüg. *d. Tr. pr.*
74. *jung.* Engelbrecht. *De Conv. Circ.* 2. §. 4. & Dn. Lyncker. *De Mun. De-*
cent. c. 6. *n.* 33.

212 Tertius *Secularium Electorum* est SAXO, hodiernus Poloniæ Rex,
cujus *prærogativæ*, quibus inter reliquos fulget Electores, in illis con-
sistunt, quod (1) sit *Archi-Mareschallus* Ertz-Marschalck *Imperii. A. B. c.* 4.
§. 4. *& c.* 5. §. 2. habens pro *Sub-Officiario* Erb-Marschalck *Seniorem ex Fa-*
milia Comitum de Papenheim, aut eo absente Mareschallum Curiæ Käyserliche
Ober-Hof-Marschalck: *A. B. c.* 27. §. 6. *Vid.* Vitriar. *L.* 3. *T.* 12. §. 33. *ibi-*
que Addition. *Lit. a.* Limn. *ad A. B. c.* 27. *& in I. P. Lib.* 3. *c.* 10. *n.* 19.
Schvveder. *p.* 786.

214 Vi hujus *Archi-Mareschallatus* prætendit (a) *Saxo* ut Cæsare expe-
ditionem bellicam suscipiente, Ipse omnibus Statibus præsentibus
præferatur, & in Adventu Cæsaris ordines instruat. Vitriar. *d. l.* §. 34.
Strauch. *Diss.* J p. 3. *th.* 11. Zigler. *De Singul. Elect. Sax. Præeminent. c.* 3. §. 3.
215 Thulemar. *De Octoviratu p. m.* 299. & Dn. Rhetz. *in I. P. p.* 233. (b) ut præ-
ferat in prælio præsenti Imperatori *Vexillum Majus* Aquila Imperiali
conspicuum: Vid. Crüger. *de Novemvir. p.* 222. De quo tamen post
Limnæum *Tom.* 1. *Add. Lib.* 3 *c.* 10. *n.* 27. dubitat Dn. Vlric. Obrecht. *in*
216 *Diatrib. De Vexill. Imperial. c.* 4. *p.* 24. Vid. Schvved. *d. l.* (c) Competit
217 *Saxoni* Vi præfati Officii, ut prospiciat in Comitiis Electoralibus, de
218 alimentis, hospitiis (ipsi enim Electores nullum sibi assignare solent
diversorium. Bertram *De Comit. membr.* 5. *n* 56. Rhetz. *d. l.* 1. *T.* 12. §. 6.)
& aliis, ne Dn. Electores, eorumque Legati iis à civibus nimis gra-
ven-

ventur. *Vid. Seren. Dn. Elect.* Policey- und Tax-Ordnung *de Anno* 1658. 8 *Junii Francofurti ad Mœnum*. Ziegler. *d. Tr. c.* 3. *§.* 4. Vitriar. *p.* 777. (d) In Comitiis Imperii vi hujus officii *ipsi præsenti* mittit Moguntinus Schedulam indicatoriam ad congregationem Statuum, quam *ille* vicissim hæreditario Mareschallo Imperii transmittit, copiamque facit, ut curet convocari Electores. Eitel Friedrich von Heerden in der Grundfeste des Heil. Römischen Reichs. *P.* 2, *c.* 3. *p.* 90. Rhetz. *d. l.* § 5. Addition. ad *Vitriar. p.* 777. *Lit. A.*

Vigore hujus juris (e) per Mareschallum Imperii rationem habet excubiarum, quo legitime ordinentur & distribuantur. Bertram. *De Comit. d. l, n.* 59. (f) Et durantibus Comitiis in omnium Electorum & Statuum Imperii familiam exercet jurisdictionem etiam in Criminalibus. Bertram. *d. l. n.* 60. Rhetz *L.* 1. *T.* 12. *§.* 9. Carpzov. *de L. Reg c.* 10. *S.* 6. *n.* 25. (g) Est judex & Patronus Buccinatorum, *Vid. Confirm. Ferdin. II. Ao.* 1623. 27. *Febr.* (h) In solennibus processionibus immediate præfert Imperatori *gladium evaginatum A. B. c.* 22. *&* 26 §. 3. *ibique Commendatores* (qui in eo differt *à gladio Electorali*, dem Chur-Schwerdt, singulis Electoribus in actu solenni electionis præferri solito quod hic non æque ut *Imperialis* gladius, *evaginatus* esse soleat. Vid. Rhetz. *d. l.* §. 3. *&* Limn. *ad A. B. c.* 26. §. 3. *Obs.* 4.) insignum Majestatis & justitiæ, Thulemar. *De Octoviratu. p.* 200. §. 17, Schvved. *d. l. Sect.* 2. *c.* 5. *§.* 9. & Vitriar. *L.* 3. *Tit.* 12. *§.* 36. 220 221 222 223 224

Inter *Prærogativas* Electoris *Saxonici* merito recensetur (2) quod *quintum* in Comitiis *votum* habeat *A. B. c.* 4. *§.* 3. (3) Quod Imperatore solennem Curiam celebrante tempore Coronationis, ante portam Curiæ equo in acervum avenæ, (quem suis inibi sumptibus præparari curavit,) vehatur, inque manu habens mensuram argenteam, cum baculo argenteo, minimum duodecim marcas argenti habente, repleat inibi mensuram, & baculo acervo infixo, statim avenam effundat. Rhetz. *d. l.* §. 4. Vrban. de Elect. *c.* 4. *§.* 7. Zigler. *d. Tr. c.* 3. *§.* 4. Vitriar. *p.* 776. Item quod (4) Imperii Vicariatu defungatur in locis *jure Saxonico* utentibus, vacante sc. Imperio. *A. B. c.* 4. §. 12. ibique Ddres. Limn. *L.* 3. *c* 10. 32. (5) Quod sibi Directorium Collegii Electoralis non duntaxat in Comitiis *mortuo*. Vid. Dn. Lynker. *in Diss. De Munere Director. c.* 5. *n.* 27. Zigler. *d. Diss. c.* 2. *§.* 7. *aliique* sed etiam *absente* vindicet, Vid. Addition. *ad Vitriar. L.* 3. *Tit.* 12. *§.* 42. inque Comitiis causas religionis (6) A. C. concernentibus (An adhuc hodie, ubi ad Papicu- 225 226 227 228 229 230

 larum

larum castra transiit, non sine ratione dubitari potest) itidem Directorio defungatur. Vid. Limn. *L. 3. c. 10. n. 33.* Schweder. P. *Spec. S. 2. c. 5. §. 9. in fin. ibique all.* Sprenger. & Fritsch. jung. Dn. Lynker. *De Muner. Direct. c. 5. n. 27.* & Zigler. *d. l. c. 2. §. 5. in fin.* (7) Quod sit Director Circuli Saxonici Superioris. Lynker. *d. l. c. 6. n. 34.*

231 Sequitur nunc ordine ELECTOR BRANDEBURGICUS, qui *locum* & *votum* hodie habet post Instrumentum pacis *penultimum*. Dn.
232 Rhetz. *Consiliarius Brandeb. in J. J. P. L. 1. T. 13. §. 6.* Gaudet hic potentissimus Elector, (qui notante Excellentissimo Strykio, *in Introd. ad P. E. in Not. ad cap. 11.* propter Souvarenitatem qua in Prussia fruitur, primus omnium Electorum titulo: Großmächtigster usus est) hac (1)
233 *prærogativa*, quod sit *Imperii Archi-Camerarius*, *A. B. c. 27.* Limn. *T. 1. L. 3.*
234 *c. 11.* Urban. *De Elect. c. 4. n. 8.* (2) Gerat in Processionibus Imperialibus
235 *Sceptrum*, *A. B. c. 24. & 26.* Quod etiam inter insignia Electoralia conspicitur, Freher. *De Origin. Palatin. L. 1. c. 15.* Besold. *Thes. Pract. Voc.*
236 Churfürst Schweder. *d. Tr. p. 789.* Ubi §. 11. simul refutat illorum opinionem, qui inter insignia *Sceptrum*, pro *columna* accipientes, existimarunt, illud ex *Columnesiorum* stirpe, (unde familia Brandeburgica originem ducit,) petitum esse; Vid. Hoppingk. *De Jur. Insign. c. 6. §. 5. §.*
236 *3. n. 620.* Cum *solus Elector* hoc utatur insigni, non etiam *de Familia reli-*
238 *qui*. Confer. Limn. *Tom. 2. Addit. ad L. 5. c. 7. n. 107.* (3) In solenni Curia Cæsari exhibeat *pelvim A. B. c. 27 §. 3.* Urban. *De Elect. c. 4. §. 8. &*
239 Ddres passim. (4) Exerceat cum Electore Saxonico & Ducibus Saxo Gothanis & Weimariensibus Directorium in Circulo Saxonico Superiori. Crüger. *d. l. p. 14. §. 18.* & in Circulo *Westphalico*, cum Palatino Neoburgico. Dn. Lynker. *in Diss. De Muner. Direct. c. 6. n. 34.* Engel-
240 brecht *De Conv. Circ. c. 2. § 4. &* Crüger. *p. 15. n. 18.* (5) Gaudeat insigni prærogativa *nova* in suo territorio *Telonia* constituendi; & constituta *augendi*. Vid. Speciale Privilegium Imperatoris Friderici III. de Anno 1456. quod exhibet Limnæus *in Addit. Tom. 4. L. 5. c. 7. n. 136.* Rhetz. *d. l. L. 1. c. 13. n. 4.* Additionator. ad Vitriar. *p. 779. Lit. A.* Thomas. *De injust.*
241 *Oppos. &c. §. 19.* (6) Quod Domus Brandeburgica *Sex* habeat *vota* in Comitiis Imperialibus ob Principatus Culmbach. & Ansbach., ratione Madeburgi, ob Ducatum Pomeraniæ ulterioris, Halberstadiensem, Mindensem Vid. Crüger. *p. 107.* Vbi addit, ratione Episcopatus
242 Caminensis etiam quidem votum prætendisse Domum Brandeburgicam, sed hactenus protestantibus contra Statibus, illud non potuisse impetrare.

Restat

Reſtat ut De ELECTORE PALATINO dicamus de NONI 243
ELECTORIS Prærogativis hac vice ob rationem *cap. 2. num. 119.* allegatam nulli ſoliciti.

Prima vero *Electoris Palatini* Prærogativa hæc eſt, quod ſit hodie 244
Archi-Theſaurarius Imperii, quam diu ſcilicet durabit *Linea Wilhelmiana*, & (2) loco *pomi Imperialis* in ſolenni Proceſſione præferat *Coronam*, inque ſolenni Inaugurationis & Coronationis novi Regis Rom. actu 245
aureos & argenteos ſpargat in populum nummos *Vid. inſtr. Pac. Cæſar. Succ. cap. 4. §. Quod ad Domum Palatinam.* Limn. *add. c. 4. A. B. §. 3.* 246
obſ. 9. Oldenburg *in Addit. ad* Limn. *Enuncl. L. 2. c. 9. n. 12.* Dn. Spener. *Oper. Herald. L. 3. c. 2. §. 12.* Wagenſeil. *De J.R.J. Summ. Officiat. 232. ſeqq.* Crüger. *d. Tr.* p. 233.

(4) Gaudet Jure Hagenſtelziatus, vi cujus diu cœlebs tandem 247
nuptias contracturus, certam Electori pecuniam ſolvere tenetur. Vid. Addition. *ad Vitriar. p. 772. § 31. in fin.* Crüger. *d. Tr. p. 57.* (5) Jure Wildfangiatus, vi cujus extra legitimum matrimonium natos & ad- 248
ventitios qui ſua ſponte ad loca, ubi Sereniſſimo Dn. Electori ex Im- 249
per. privilegio & antiqua conſuetudine hoc jus competit, ſe conferunt, ibique domicilium figunt, ſi intra anni ſpacium â Dominis non fuerint vindicati, in numerum hominum propriorum cooptat, ſpe percipiendi cenſus, ab hominibus propriis præſtari ſoliti, capiendæque hæreditatis, ſi vel extra conjugium, vel ſine parente, prole, fratribus aut indotatis Sororibus & ſine teſtamento deceſſerit. Vid. Schweder. *p. 800.* Rhetz. *p. L. 2. T. 3. §. 8. ſeq.* Crüger. *p. 57.* Imhof. *De Not. Procer. Imp. L. 2. c. 9. §. 29. p. 84.* Vitriar. *L. 3. T. 12. §. 21. ibique* Addition. & (7) Jure protegendi Fabros Cuprarios in partibus Rheni, 250
Alſatiæ & certis Franconiæ locis, quod jus magnam partem in tractatu ſc. *Alſatiæ* Familiæ Nobilium *de Ratſambauſen*, in Diſtrictu vero *Franco-* 251
nio Nobili Familiæ *Zobeliorum* viciſſim in ſub feudum dedit, cum hoc emolumento, ut illi ſupellectilem cupream ad totius rei domeſticæ uſum gratis ſuppeditare teneantur. Beſold. voc. Keſſler: Schutz Spener. *d. Tr. P. Spec. L. 3. c. 27. §. 7.* Schwed. *p. 800.* & Vitriar. *p.* 770. Et ratione hujus juris nullus horum Opificum ad tractum Rheni, Alſa- 252
tiæ & Franconiæ artem ſuam exercere poteſt, niſi â juratis, & quos adhuc Sereniſſimus Elector Palatinus conſtituit, ſi conſtitutus. Sprenger. *Lucern. Modern. Imp. Stat. c. 2. pag. mihi* 97. Aſſignant præterea inter *Prærogativas* Juris publici Ddres Palatino (8) jus Oppida & 253

Dominia Imperii nomine oppignorata redimendi, iisdemque utendi
& fruendi, donec ipsi argentum refundatur. Vid. Zachar. Vietor. *De
Exempt. n.* 35. Addit. ad Vitriar, *L.* 3. *Tit.* 12. *§.* 31. *Lit. b.* Marquard. Fre-
154 her. *P. I. Origin. Palat, c.* 16. *&* Crüger, *p.* 57. *D. Tr.* Item (9) jus Insu-
las certas in Rheno eminentes, exclusis adjacentium terrarum Domi-
nis, sibi tribuendi. Vid. Dn. Meurer. *De Jure Flum. P.* 1. *fol.* 7. *n.* 9. Ad-
155 di hisce potest (10) Quod multos Illustres habeat Vasallos, v. g. Land-
gravios Hassiæ, Marchiones Badenses, aliosque Imperii Principes ac
Comites, de quibus videatur Addition. ad Vitriar. *d. l.* & quod (11)
156 etiam in quibusdam alienis territoriis habeat jus aperturæ. Olden-
burg *in* Limn. *Enucl. L.* 2. *c.* 19. §. 47. De jure *Vicariatus* & *Judicii Impe-*
157 *rialis*, cum supra dictum, hic non diffluamus: quin potius nuncupa-
tis Summo Numini pro clementissimo præstito adjutorio submissis-
simis gratiis, vela hac vice contrahimus, tempori Sumptibusque par-
cituri, ipsasque PRINCIPUM NON-ELECTORUM PRÆROGA-
TIVAS speciali B, C. D, Dissertationi reservaturi.

MONITUM.

TUrgidæ arrogantiæ ac insignis impietatis notam meretur, qui Viro, de Academia, deque Studiosa pube bene merito elogia *bona fide publicâ que authoritate, omni adulationis studio, susque deque habito; ex vero* tributa, canino odio invidere, ejusque bonæ existimationi etiam post fata temere insultare non erubescit, sciturus, quem tot publica probatissimorum Virorum commendant Virtutum encomia, unius invidi calumniam deprimere non posse, tutum saluberrimo Imperatorii Rescipti *in L.* 10. *C. De His, quæ ut indign.* præsidio: SI FIDUCIAM INNOCENTIÆ GERIS, ADVERSUS OMNEM CALUMNIAM HABES SECURITATEM.

FINIS.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO IURIDICA DE LEGE VESTIARIA EIUSQUE NECESSITATE

Vulgo von

Nothwendiger Kleider-Ordnung/

QUAM

DEO PROPITIO

Et suffragante Magnifico JCtorum ordine in celeberrima ad Varnum Academia

PRÆSIDE

DN. IOHANNE Klein/

J. U. D. & Pand. P. P. nec non Consist. Ducalis Meckl. h. t. Directore, Patriæque; Academiæ hodie Rectore,

DN. PRÆCEPTORE, HOSPITE AC FAUTORE

Summo animi cultu æviternum devenerando publicæ, placidæque eruditorum censuræ

Die XXVII. Augusti, A. O. R. M. DC. XCVIII.

Submittit Author.

CONRAD ANTHON Wolff.

GÜSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, ANNO 1705.

DISP. XXII. *I.N.J.C.*

I. N. J. C.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

VEstimentorum usum, primitus ad velandam corporum nuditatem, ex Protoplastorum lapsu contractam, introductum esse, docet. *n. 1. seqq.*

Ante infelicem prohibiti fructus comestionem corpora humana nullius involucri indigebant. *n. 3*

Decedet, vestibus, quæ tristem peccatorum debebant refricare memoriam, qua novis, ad peccandum incentivis uti. *n. 7*

Quam Protoplasti ex lapsu ignominiam contractam, vestimentorum involucris tegere studuerunt, hanc Posteri *Parentibus longe pejores, proh dolor! vestium luxuria temere adaugent, animarum fœditatem, luxurioso vestimentorum habitu sine pudore publice ostentantes.* *n. 8*

Nimia ac inordinata Vestimentorum luxuria accenditur justissimi Numinis ira & inevitabilis acceleratur Rebus publicis interitus. *n. 9*

Ad boni Magistratus curam pertinet, malo huic pestifero mature obicem ponere, bonisque Ordinationibus Vestiariis *omnium in Vestimentis luxum tempestive impedire.* *n. 10*

Ordinis distinctio, certissima est bene constitutæ Resp. tessera. *n. 12*

Ad ejus conservationem pertinet curare, ut Cives pro Ordinum distinctione, diverso vestium utantur habitu. *n. 11*

Occasio hanc De Lege Vestiaria, ejusque Necessitate *conscribendi Dissertationem demonstratur.* *n. 13*

1 QVo tristior est prima Vestimentorum memoria, eo sa-
2 ne damnabilior & exsecrabilior mortalibus esse debeat,
omnis indecens illorum luxuria. In sanctitate & inno-
3 centia creati primi Parentes, hisce Corporum tegumen-
tis indigebant minime, neque enim pulcherrimis illo-
rum corporibus, anima concreata ante lapsum pulchritudine sua
adhuc superbiente, quicquam fœditatis adhærebat, ex cujus adspe-
4 ctu tristarentur miscere; At vero fœdissimo Protoplastorum lapsu
esse-

effectum est, ut turpiter amissa Imaginis divinæ pulchritudine, ipsa hominum corpora sua nuditate visâ ipsis fuerint fœda, ac involucri alicujus indiga, non ostentationi, sed pudori tegendo in- 5
servituri; Ut hinc, cum vestes primitus ad velandam turpitudi- 6
nem, (quam infelici prohibiti fructus commestione sibi in caute conciliarunt Protoplasti,) receptæ, peccatorum sint indicia, non frustra mirari subeat, id, quod perpetuum mali obstaculum esse 7
debebat, ejus proh dolor! corrupti hujus seculi moribus, ad peccandum hodie esse incentivum. Scilicet in successoribus Adami id no- 8
tandum adhuc turpius erat, in quo Parentum malitiam superare conabatur pessimorum liberorum improbitas, quod, quanquam illi ex lapsu ignominiam contractam, vestimentorum involucris velare ac tegere studuerint, eandem hi Parentibus suis longe pejores luxuria vestium temere adaucturi, ad animum ne quidem admittant, sed animarum fœditatem luxurioso vestimentorum habitu, sequestrato plane omni pudoris sensu, ostentent publice. Quo nefando facino- 9
re cum non possint non, Justissimi Numinis accendere iram, ac Rebuspublicis, quarum membra esse cupiunt, inevitabilem accelerare interitum, Boni utique Magistratus est, hanc refrenare civium libidinem, 11
& bonis ordinationibus omnem in vestimentis excessum, & luxum tem- 10
pestive impedire, providaque sua efficere cura, ut intra terminos honestatis se quisque contineat, & optima Ordinum distinctio, 12
quæ bene constitutæ Reipublicæ tessera est certissima, immoderato, ac conditioni utentium parum convenienti Vestimentorum luxu jugiter conservetur. *Vid. Herman. Lather. De Censu l. 1. c. 9. Jacob. Wimp. feling. in Agatranchia. c. 28. Bodin. L. 6. De Rep. c. 2. Lorich. De Hist. Princ. fol. 218.* Quod equidem animo volvens meo, Musis Varniacis propediem valedicturus, occasionem inde sumsi, hanc *De Lege Vestiaria ejusque Necessitate* Dissertationem ante abitum meum adornandi; In qua si Tuæ exspectationi ex asse non quiverim esse explendæ, id condonabis facillime primis hisce in Jure conatibus meis, humanæ fragilitatis conscientia Temetipsum metiri haud nescius. Tu vero Alme DEUS, Spiritu Tuo huic conamini meo adesse dignare clementissime.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia, de Lege Veſtiaria, ejusque neceſsitate.

SUMMARIA.

Conſpectum totius Diſſertationis exhibet. n. 1
Vox Legis, *quot modis in* jure *accipiatur, tradit.* n. 2. *cum ſeqq.*
Quid in Rubro *&* Nigro *hujus Meditationis denotet, docet.* n. 10
Vox Veſtiarii *in jure ſatis nota eſt.* n. 13.
Denotat modo ipſa veſtimenta. n. 14.
Modo Veſtimentorum Reconditoria. n. 15
Quis fuerit Comes Veſtiarius *docet.* n. 16.
Vox Veſtiarii *in Jure Civili Ornamentis opponitur.* n. 17.
In hac Diſſertatione omnia etiam complectitur, quæ vel Ornatus cauſa tantum, *vel* magis ornandi, quam tegendi corporis *cauſa adhibentur.* n. 18.
In ſpecie Utriusque Sexus indumenta, Caligas, Calceos, imprimis multo auro, gemmis & margaritis nitentes, Mitras, magis ornandi, quam tegendi capitis cauſa adhibitas, Collaria, Chirothecas, auro & Margaritis aut Lapillis ornatas, Pelles Zobellinas, Cæſariem factitiam quantivis precii, Gemmas, Margaritas, exque illis factas acus, Inaures, armillas, & quicquid ad aliam rem nullam paratur, quam in corporis ornamentum, mage Superbiæ, quam Uſui inſerviturum. n. 19. *ſeqq.*
Mitræ, quæ magis Venuſtatis, quam velandi capitis cauſſa adhibebantur, iure Civili ſub veſtibus non comprehenduntur. n. 23.
Ratio, cur ſub Lege Veſtiaria *præter utriusque Sexus indumenta, imprimis Ornamenta pretioſiora Mulierum veniant, redditur.* n. 30 *ſeq.*
Nimium ſui ornandi ſtudium ipſo ebrioſitatis vitio pejus eſt. n. 32
Veſanam multarum Mulierum in veſtibus, illarumque ornamentis luxuriandi libidinem Maritos ſæpe omnibus ſpoliare fortunis, monſtratur. n. 33.
Veſtis & Veſtimentum in jure non differunt. n. 34.
Legem Sumptuariam *&* Veſtiariam *differre, docet.* n. 35.
Quid ſit Lex Sumptuaria *& in quonam*

nam latius pateat ipsa Lege Vestiaria, *traditur.* *n.36.seqq.*
De Vestium diversitate, ise potissimum exserente Ratione Sexus, dignitatis & Materiæ ex qua, *agitur.* *n.39.seqq.*
Ratione Sexus. *Vestes aliæ sunt* Viriles, *aliæ* Muliebres. *n.40*
Virilium *appellatione etiam veniunt* Puerites. *n.41*
Muliebrium *appellatione continentur* & Virginales, Puellares, & Infantiles. *n.43*
Quæritur: Utrum in Edictis Vestiariis majorem luxuriandi *licentiam* Mulieribus, quam Maribus indulgere fas sit? *n.44*
Tres rationes pro Affirmativa *recenset.* *n.45. cum seqq.*
Rationes Pro Negativa *enarrat.* *n.48. seqq.*
Quemlibet se vestire oportet pro illa, qua fulget, dignitate. *n.49*
Mulieres non propriis sed Parentum & Maritorum *corruscant radiis.* *n.50*
Major est in Sexu Virili dignitas. *n.51*
Mulieres ad Luxum Vestium sunt proniores. *n.53*
Non concedendum Mulieribus splendidiori uti vestitu, quam quem Parentis ac Mariti commendat dignitas. *n.54*
Universa se male habet Respublica, cujus Legibus Fœminarum in Vestitu luxus non cohibetur. *n.55*
Per extrinsecam Vestis indicentiam, intrinsecam Fœminæ prodant mentis *improbitatem.* *n.56*
Ad Rationes pro Affirmativa sententia, respondetur. *n.57.seqq.*
Non semper Legibus Romanis concessa legitur Fœminis præ Maribus in vestitu Prærogativa. *n.58*
Ornatior quidem Fœminis sed sine splendido ac prettioso luxu conceditur vestitus. *n.60.seqq.*
In quonam verus consistat Fœminarum Ornatus, videsis. *n.61*
In constituendis Edictis Vestiariis Magistratum dispicere oportet, ut vestem Fœminis mundam indulgeat, quam non fœdat luxuria. *n.63*
Sub pœna prohibere licet, ne Mares utantur muliebri vestitu *n.64.seq.*
Turpe & apud Barbaras reputatum est Gentes, Mares in muliebri vestitu conspici. *n.65*
Dat hæc diversa Vestium usurpatio Stupris, adulteriis, cædibus, aliisque innumeris ansam delictis. *n.66*
Magistratus arbitrarie punire potest Mares Muliebribus utentes vestibus. *n.69*
RATIONE DIGNITATIS *Vestes aliæ sunt* Clericales, *aliæ* Non-Clericales. *n.70*
Ad quid Princeps respicere potissimum debeat in determinando habitu Clericali, docet. *n.71*
Clericis convenit omnem Vestitus indecen-

decentiam & *in primis loci moribus non convenientem* novitatem & pretiositatem *fugere. n. 72. seq.*

Privilegium circa Vestitum, Doctoribus in publicis Imperii Constitutionibus concessum, simplici interpretatione Doctoribus Theologiæ applicari non potest. n. 75. seqq.

Nemini in Seculari vita constituto fas est Venerabili Clericorum Ordini semel publica authoritate assignato uti vestitu, ne quidem in ludis theatralibus. n. 79. seqq.

Clericis illicet abjectis Vestibus Sacro Ordini congruentibus, vestes assumere vulgatas, iisque in publicum prodire. n. 81. seq.

Non convenit Clerico, gladio accinctum in publico versari. n. 83

Rurales nonnulli Pastores, qui in conviviis plus justo sæpe poculis indulgent, impio eloquio: Da hängt der Pfaff/ hier sitzt der Mann/ *clericalem habitum suspendentes, ab officio removeri, aliaque extraordinaria juste puniri possunt pœna. n. 84*

Convenit Clericis non minus suæ fidei concreditis honestæ ac inculpatæ vitæ exemplo, quam sanæ prædicationis verbo præire. n. 87

Clericos decet precibus convivia inchoare, ac hymnis finire. n. 85

Ultra tertiam vicem pocula contingere Jure Canonico non licet Clerico. n. 86

Pro diverso dignitatis gradu diversæ sunt in Lege Vestiaria determinandæ vestes. n. 88

Rationem ejus videsis. n. 89

RATIONE MATERIÆ *vestes aliæ sunt* Purpureæ, Aureæ, Argenteæ, Holosericæ, Sericæ, Laneæ, Lineæque. *n. 90*

De Usu hujus divisionis agitur remissive. n. 91

Afferuntur rationes, quibus aliqui asserere non ambigunt, satius esse luxum aliquem vestium indulgere, quam otiose hisce temporibus Edicta Vestiaria *proponere. n. 93 seqq.*

Boni Principis est, latas leges vigilanti executione munire. n. 98

Vigor Legum ab Imperantis dependet arbitrio. n. 97

Negligentia Imperantium vilescunt Leges. n. 96

Rejicitur illorum Opinio, qui Principibus persuadere student, quo Subditis indulgeant vestium luxu diffluere. n. 99

E re Boni est Principis, ut Subditi quam paucissimis urgeantur vitiis. n. 100

Nefas Bono est Principi, Civium suorum vitiis uti ad firmandum suum Statum. n. 101

Recensentur variæ rationes, quibus evincitur, nimium Vestium luxum Reip. esse noxium. n. 104. seqq.

Respondetur illorum Objectioni, qui vestium

vestium luxui speciosa vocabula Splendoris, Dignitatis ac Magnificentiæ circumponunt. n.110 *seqq.*
Alii Objectioni, quæ ex libero rerum nostrarum arbitrio desumitur, satisfit. n.115.*seqq.*
De nimiò Germanorum moderno Vestium luxu agitur. n.121
Rationes necessariæ ferendi Legem Vestiariam *recensentur* n.123.*sq.*
Ratio Prima *est, quod luxus vestium justissimam Dei iram accendat.* n.123.*seqq.*
Ratio Secunda *est, quod Vestium luxus Ordinem Dignitatum in Rep. confundat ac turbet.* n.126.
Ratio Tertia & Quarta est, *quod ex Vestium luxu in privatas Domus & totam Civitatem varia redundent incommoda.* n.131.*seq.*
Ultima *Ratio est, quod luxu Vestium Gallicarum ditetur Gallia, & Germania facultatibus suis exhauriatur.* n.135.*seq.*

NE *De Lege Vestiaria* ejusque *Necessitate* his acturus lineis, neglecti omnis omninò ordinis disponendi arguar, IV. præsentem articulum Capitibus includere animus est, PRIMO exhibiturus *Generalia circa Legem Vestiariam, unà cum Necessitate istiusmodi Legem constituendi.* SECUNDO *Personas, quæ, Leges Vestiarias ferre,* & TERTIO, *quibus istiusmodi Leges ferri possunt. Formâ ac Modo ferendi leges Vestiarias, authoritatemque earum conservandi ad* CAPUT QUARTUM *sc.* VLTIMVM rejectis. 1

Promittit Rubrum Dissertationis *Necessitatem Legis Vestiariæ*: Ne ergo, cum *Legis* acceptio non unis obnoxia sit significationibus, *Benevolus Lector* statim in ipso hæreat limine, simulque, qualiter in *Rubrô* æque, ac *Nigro* hujusce Meditationis vox Vestiarii accipiatur, fluctuare incipiat, binis notamus: Vtut LEX, in Jure (1.) *per excellentiam* denotet Legem XII. Tabul. ut *in Leg.7.§.14.ff. De Pact. vid. C.J.A. ad tit. ff. d. LL.* Harprecht *ad ff. 4. J. De J. N. & C.* & taliter sæpè à Cicerone & JCtis nostris vocem *Legis* accipi, testentur Balduinus, Giphan. Rithersh. aliique (2.) *Strictissimè,* pro illa juris scripti specie accipiatur, quam Populus Romanus olim in statu Reipub. Romanæ mixto, Senatorio Magistratu rogante, constituit, & ita opponatur *Plebiscito* & aliis *juris scripti* speciebus. §. *4. J. De J. N. G.* (3) *Latè* pro omnibus *sex juris scripti* speciebus, ut in *L. 9. ff. De J. & J.* & *in L. 32 ff. De L.* ita, ut quidem ambitu suo Plebiscitum *per L. 1. §. 1. ff. tot. tit. ff* & *ff De L. Aquil.* & *De L. Falcid.* & Principum Constitutiones, &c. *L. 16. ff. De Pign. Act. L. 49.* 2 3 4 5

L.49. ff. De Minorib. complectatur, Juri vero *non scripto* opponatur. *d. ll.*
imo, ut omnia Jura communia scripta sive ea in *corpore Iuris Civilis* sive
in Recessibus Imperii ac aliis *Publicis constitutionibus* consistant, designet.
6 Speidel. *specul. jur. Polit. Philolog Hist. Voce* gesetzt. *Leg fin.* (4.) *Latius* pro
omni jure Civili, tam *non scripto*, quam *scripto. Ut in L.1. C. Ne dot. fide jus-*
7 *dentur* (5.) *Latissimè*, ut non duntaxat jus *Civile*, sed & *Naturale* sub se
8 contineat. per *Leg.24 ff. I.S.H & Vid. C. Quor. Bonor.* (6.) *Impropriè*, & vel
pro crimine, certâ Lege publicorum Iudiciorum notato, *vid. Leg.3. ff De
Bon. damnat. ibique* Gothofred. *lit. N.* Bicc. *in Colleg. I A. enucleato* §. *1. d. LL.*
9 vel pro conventione *& pacto*, contractibus adjecto; *t. t. ff. De L. Com-
miss. L.1.* §. *23. ff. De Aq. & aq. Pluv. L.23. ff. De R.I. L.24. pr. ff. Solut. Matrim.* In
10 nostra tamen Dissertatione Vocem *Legis* sumi in tertia significatione,
*pro omni scilicet scripta Superioris Ordinatione, qua indecens Civium ac Sub-
ditorum investitu, & exteriori Corporis cultu luxus, sub comminatione certa
pœnæ in contravenientes salutariter interdicitur, Ordinumque inter Cives ac
subditos laudabilis distinctio conservatur.*
11 Vocem VESTIARII, quæ alterum *Rubri* membrum constituit,
12 à *Vestimentis*, vel *Vestibus*, (quæ duo inter nullam in Jure agnoscimus
differentiam *per Leg.23 ff. De Aur. & Arg. Leg. & L.33. ff eod.*) dictam, in-
13 que jure nostro satis notam, *vid. L.45. ff. De Oper. libert. L.12. & 21 ff. De Ali-
ment. vel Cibar. Legat. L.3.* §. *4. ff. Si cui plures, quam per leg. Falcid* modo ipsa
14 *vestimenta*, modò *locum* in quo Vestes Principis reconduntur & custo-
15 diuntur, vulgo Kleider Schranck/ cui olim certus Comes præpositus
16 erat, ob curam Vestimentorum ipsi commissam, *Comes Vestiarius* ap-
pellatus, Iacob Gotthofred. *in Comm. Cod. Theod ad L.18. De proxim. Co-
mit. disposit.* denotare, pluribus deduxit Excellentiss. Strykius, *in Dis-
sert. De Iur. Vestiar. cap.1* §. *4. seq.* ad quem brevitatis amore B.L. remit-
17 timus, ejus loco hic notantes: Ut ut *in jure Civili* Vox *Vestiarii* Orna-
mentis opponatur, *L.25 & 31. ff. De Aur. Arg. & Mund. Leg.* & illa dunta-
xat comprehendat, quæ *ad vestiendum* hominem comparata sunt, *ve-
stem* scilicet *& omnia Vestium causa parata.* Vid Dn. Stryk. *d. l. n.3. & 9.
juncta L.23* §. *1 ff. De Aur. Arg. & Mund. Leg.* exclusis omnibus illis, quæ
18 *tantum Ornatus gratia* adhibentur; In hac tamen Dissertatione *latius*
accipi hanc vocem, & ita, ut non tam illa complectatur, quæ *te-
gendi corporis causa*, tantum adhibentur, sed & illa inprimis, quæ
vel ornatus causa tantum vel magis ornatus, quam corporis tegendi causa ad-
hibentur.

Ex di-

Ex dictis inferimus: Sub hac voce hic comprehendi utriusque 19
sexus indumenta, *Leg.127. ff. De V. S.* etiam Caligas, *arg. L.25. §.4. ff. De* 20
Aur. Arg. & Mund. Leg. Menochius *De Præs. 4. Præs. 161. n. 17.* Calceos, in
primis multo auro Margarithis, ac Gemmis ornatos, *Arg. Leg. 25. §.4.* 21
ff. D. t. Petrus Surd. *De Aliment. t. 2. quæst. 2. n. 20.* Menoch. *De A. J. Q. lib. 2.*
Cas. 170. n. 30. Besold. *P. 6. Consil. 263. n. 9.* Pileum, Surd. *d. t. q. 2. n. 9.* Rebuff.
in Leg. verbo. Victus 43. ff. De V. S. Anton. Monach. *De Execut. in Vestib. c. 6. n.*
34. Mitras magis *venustatis*, quàm *tegendi capitis caussa* adhibitas, (ut ut 22
jure Romano hæ ad vestimenta non viderentur commodè referri posse 23
per *L. 25. §. 10. versic. Ornamentorum ff. De Aur. Arg. &c. leg. & L. 26. ff. eod.*)
ut hodie die Fontange-Collaria, Kragen und Halß-Kraussen, Stryk. *De* 24
jure Vest. c. 1. n. 36. Chirothecas, præprimis auro, & Margarithis orna- 25
tas, Gestickte und mit Gold reich bordirte/ Item Handschuh mit Goldem
Fransen; Imo & Capillamentum fictium imprimis majoris pretii, 26
vulgo die Paruques.

Inferimus (2.) appellatione *Vestiarii* hic venire *Pelles Zobellinas,*
Gemmas, Margarithas, exque illas *factas Acus*, quarum mentio fit *in L.* 27
25. §. 10 ff. De Auro Arg. & Mund. legat. vulgo Haar- oder Bever-Nadeln/ 28
omniaque reliqua pretiosiora ornamenta muliebria, quibus præpri-
mis hodiè maximoperè superbiunt Mulieres, Maritos suos invi-
tos illorum emptionibus sæpè omnibus fortunis suis spoliantes, v. 29
gr. Inaures die Ohrgehänge/ armillas, & quicquid ad aliam rem nul- 30
lam paratur, quam corporis ornandi caussa. Cum enim in hisce or-
namentis hodie potissimum conspiciatur vesana plurimarum libido,
ad exemplum Lolliæ Paulinæ, C. Caligulæ Conjugis, vestem Sma- 31
ragdis & margaritis ornatam, ex spoliis Patris partam, decemque
tonnis auri æstimatam, gestantis, Zvvinger. *Vol. 11. in Theatr. vit. hum,*
L. 4 fol. 2623. Lather *de Censu. L. 1. c. 9. n. 36.* luxuriandi & opes dissipandi,
gravissimis malis ipsam Rempublicam involvere idonea, *Vid. Reform.*
Polit. de Anno 1548. Tit. Von unordentlicher Köstlichkeit der Kleidung/ 32
utique nimio sui ornandi studio, ceu malo, teste *Clemente Alexandrino,*
ipsa *Ebriositate* majori, bonis *Ordinationibus Vestiariis* ponendus est
obex, præsertim cum vestium ac ornamentorum muliebrium luxus 33
in tantam hoc nostro seculo excreverit enormitatem, ut ornandis
Fœminis raro Mariti facultates respondeant, sed æs inde sæpius alie-
num contrahendum sit, quod per usuras quotannis intumescens,
demum avitos fundos & prædia absorbet, saltem debitore defuncto, si

forte

34 fortè ipſius vivi authoritas & potentia importunitatem Creditorum tantisper repreſſit. Vid. Illuſtr. Dn. Pufendorff. *in Diſſ. De LL. Sumptuar.* §. 9. Et ita accipi *Veſtiarium* ex Modernis Variorum Principum ac Magiſtratuum *Legibus Veſtiariis* vulgo denen Kleider-Ordnungen apricatur, maximam partem etiam circa præſcribendum modum *in geſtandis Margaritbis* ac *Gemmis* aliisque *ornamentis Mulieribus*, occupatis.

36 Cum *Lege Veſtiaria* maximam quidem convenientiam habere videtur *Lex Sumptuaria*, *à Sumptibus* ita dicta, quibus faciendis circa *victum*, *amictum & cultum externum* modus præſcribitur; Vid. Dn. Adam. Rechenberg. in *Diſſ. De Lege Sumptuaria. aph. 1. §. 3.* At vero, cum *Lex Sumtuaria* non duntaxat circa omnem abundantem *Veſtium* ſplendorem, & quicquid in illis non *Uſui*, ſed *Superbiæ* inſervit, *externique Corporis cultus* luxum occupetur, (de quo ſolo refrenando hac Diſſertatione agere ſedet ſententia) ſed latius ad enormes etiam ac ſuperfluos ſumptus, qui in *victum* ſine modo effunduntur, ſe extendat, & ambitu ſuo ſuperfluas domeſticorum ciborum ſtrues, & ge-
37 mentes ſub patinarum pondere menſas, nimiam domeſtici liquoris ingurgitationem, ambitioſam rariorum epularum affectationem, cibos præterea exoticos, cum condimentis & Vino terris alio calentibus ſole nato, ac ſimilia complectatur, de quibus videri poſſunt illuſtr. Dn. Pufendorff. & Dn. Rechenberg. *d. ll.* Diſputationem *De Lege Veſtiaria* inſcribere malui.

38 Quibus pro faciliori *Rubricæ* intellectu præmiſſis, paucis adhuc, antequam ad impulſivas cauſſas *Leges* ferendi *Veſtiarias* deſcendamus, ad ipſam Veſtium diverſitatem reſpicere oportet, utpote quam hic Legislator curatè advertere tenetur. Exſerit ſe autem I. illa-
39 rum diverſitas RATIONE SEXUS, cujus intuitu aliæ ſunt *Viriles*,
40 quæ *Virorum* (quorum appellatione tamen *pueros* & ita *virilium* Ve-
41 ſtimentorum nomine, etiam *puerilia* venire, nulli dubitamus *arg. L. 81. § ff. De Leg. 3.*) cauſſa comparatæ ſunt, ad que illos veſtiendos ex
42 moribus cujuscunque Regionis, & loci pertinent: Aliæ *Muliebres*,
43 quæ ad *fœminas*, (quarum appellatio etiam *puellas & virgines*, imo *ipſas infantes* complectitur, *L. 29. § 9. ff. De Aur. Arg. & Mund. legat.* junct. L. *81. §. 1. ff. De* Leg. 3 *&* L. *13. pr. ff De V. S.*) veſtiendas ex morte cujusque loci ſunt receptæ. Circa quas haud impertinenter (1) quæritur:
44 Vtrum Leges *Veſtiarias laturum Mulieribus* plus, quam *Maribus* indulgere

gere oporteat? Et quanquam id prima facie videatur eſſe affirmandum, tum, quod in *Legibus Romanis* aliquid præcipui *Sexui Muliebri* in- 45
veniatur conceſſum, *Vid L.1.& 2.C.de Veſtib.Holoberis. ibiq;* Brunneman.
Tum, quod nec Imperii Conſtitutiones Veſtiariæ quandam huic Se- 46
xui videantur denegaſſe *prærogativam*, uti videre eſt ex Reformatione Politica *De Anno 1577. Tit 13.* Ubi veſtis ex auro confecta *Comitibus* & *Baronibus* denegata, ipſorum tamen Vxoribus conceditur. Tum
etiam, quod ornatus & cultus non *Virorum*, ſed *Mulierum* ſit proprius. 47
Brunnem. *ad L.1.& 2.n.22. C De Veſt Holob. in fin.* Hisce tamen omnibus, & id genus aliis non obſtantibus, nullus ambigo Negantium ſententiæ cum Excellentiſſimo Domino Strykio in *Diſſ. De Jur Veſtiar. cap. 2. n.58.* calculum meum addere, motus hac potiſſimum ratione,
quod, cùm pro illa, qua quis fulget, dignitate, quilibet ſe veſtire de- 49
beat, *arg.L.15 §.2.ff. De Uſufr.* Perez. *ad C Tit. De Veſtib. Holoſer. n.10.* ipſæ 50
veræ *Mulieres*, non propriis, ſed *Parentum* & *Maritorum* ſuorum coruſcent radiis, *Nov.105.c 2. L.8.ff. De Senator, L.1.& 13. C.De Dignit.* Joh. de Plat. *in L. Mulier C. De Dign.* Ant.Faber. *in Iprud.Papim.Tit.9.De Nupt.pr. 2.illat.18.Lud.Schrad.de Feud.P.9. c.2, n.3.* imo in Sexu *virili* major ſit di-
gnitas, *L.1 in fin.ff.De Senator,* circa omnem rationem ac neceſſitatem 51
omnino fœminis indulgeretur, Parentis ac mariti conditionem in 52
veſtitu excedere, eorumque dignitati ſe non conformare. Accedit
huic præterea, quod, quo proniores ad luxum noſcuntur eſſe fœmi- 53
næ, quoque ex immodica ornandi licentia majus oritur ſcandalum, & ad peccandum incentivum, Petr. Gregor. Tholoſan. *L 9. Synt. c.19, n.9.* Rebuff *ad Conſt Regn. Gall. Tr. de Pann. Aur. pr, n 19.* eo magis conve-
niat, illarum veſtium conſtringere *Legibus*, non concedentibus, 54
ſplendidiori illas uti veſtitu, quam quem Parentis, ac Mariti conce-
dit dignitas, univerſa Republica malè ſe habitura, cujus Legibus 55
Fœminarum luxus non cohibetur, Ariſt *2. Polit. 7* Klock. *De Ærar. L.2.*
c.94. n.22. fœminis per veſtis extrinſecæ indecentiam, intrinſecam 56
morum improbitatem apertè oſtentantibus. Perez. *proximè all. Tit. C. in fin.* Ad rationem dubitandi *primam* & *ſecundam* reſpondetur (1.) Hic 57
non quæri, quid Legibus conſtitutum ſit, ſed quid conſtitui magis 58
conveniat (2.) Neque Legibus Romanis ſemper conceſſam eſſe fœminis præ maribus in veſtitu prærogativam, uti apricatur *L. 4. C. De Veſtib Holober.* Vbi uſus veſtium ſericarum purpurearum utrique ſexui interdicitur. Ad rationem dubitandi *tertiam* Reſp. Diſtinguendo

Hhh hhh h inter

59 inter Vestem *ornatiorem & splendidiorem* aut *pretiosiorem.* Illa non dene-
60 gatur fœminis, nunquam non tamen in memoriam sibi revocaturis, & ad animum admissuris aureum illud Tertulliani *in Lib. De Cultu Fœ-*
61 *min. prodite Vos instructæ Ornamentis Apostolorum: Sumentes de Simplicitate candorem, de pudicitia Ruborem, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes cervicibus jugum Christi. Vestite Vos serico probitatis, byssino Sanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Sed hæc &
62 quæ Parentis ac Mariti conditionem transcendit, ad quam in *Lege vestiaria ferenda* non minus, quam ad prudentissimum Senecæ *Epist.* 9.
63 monitum, Magistratui convenit respicere; scilicet, ne fulgeat vestis, neque etiam sordeat, sed ut dignitati congruat ejus, qui illâ vestiendus est, munda, quam non fœdat luxuria.

Obiter circa *Vestes Muliebres* & illud quæritur: Vtrum sub pœna
64 prohiberi possit, ne Vir mulliebri utatur vestitu? Quod affirmare non dubitamus. Vt enim sicco jam prætermittamus pede, & apud
65 Barbaras Gentes semper turpissimum esse reputatum, Mares muliebri uti vestitu, Vid. Petr. Fab. *Lib. 1. Semestr. c 15. in Med.* diversa hac ve-
66 stium usurpatione cœdibus, adulteriis, vagis libidinibus, aliisque innumeris delictis fenestram & fores aperiente; Balduin. *De Casib. Consc. L. 4. c. 1. Cas. 1.* Camerar. Horis *subcis. Cons. Lib. 2. cap. 41. & 42.* Sane
67 ex Legibus Romanis, *vid. L. 23. §. 1. vers. Muliebria ff. De Aur. Arg. & Mund. leg.* & inprimis ex Jure Divino, *Deutern. 22. vers. 5.* ibi: Ein Weib soll
68 nicht Mannes Geräthe tragen/ und ein Mann soll nicht Weibes Kleider anthun/ denn wer solches thut/ der ist dem HERRN deinem GOtt ein Gräuel/ facile clarebit, juste id prohiberi, quod DEO abominabile, non sine nota Romani dimiserunt, Magistratu pro *diverso utentium fine* modo graviorem, modo leviorem in contravenientes pœnam determinaturo. Sttyk. *De Jure Vestiar. c. 6. n. 8.*

69 Exserit se II. Vestium diversitas RATIONE DIGNITATIS: Cujus intuitu (1.) vestes aliæ sunt *Clericorum*, aliæ *Non Clericorum.*
70 Circa illas notamus: (a) In *Legibus Vestiariis* quoad determinandum *Clericalem vestitum*, respiciendum esse ad illud *Clem. 2. De Vit. & Honest.*
71 *Cleric.* scilicet, ut tali utantur habitu, *quo intrinsecam morum honestatem* ostendere possunt, omnemque vestitus indecentiam & inprimis *novitatem, locique moribus haut convenientem pretiositatem*, quibus potissi-
72 mum Auditoribus suis pessimo sunt exemplo, piosque offendunt, vilescente hoc pacto dignitate ac authoritate Clericali, angue seu

peste

peste pejus fugiant: Quorsum etiam respexisse videntur Imperator 73
Maximilianus in Ordinatione Imperii de *Anno 1500. Tit. 22. §. 10.* & Rudolphus II. *in Ordin. Pol. de Anno 1577. Tit. 14* §. 5. Item sollen alle Ertz- 74
Bischöffe und Prælaten ihre Geistliche dahin halten/ und weisen/ daß Sie sich mit Kleidung ehrbarlich und geistlich/ wie ihrem Stande wohl anstehet/ kleiden und halten/ und NB. alle unziemliche Köstlichkeit und weltliche Uppigkeit abstellen. Vid. Excell. Dn. Præses *in Dissert. De Præferentia Matrimonii in concursu duorum. Coroll. X.*

Circa *Vestitum Clericalem* notamus: (b.) Privilegium *circa Vestitum* 75
Doctoribus *in R. J. De Anno 1500. Tit. 22. §. 7. & O. P. de Anno 1577. Tit. 12.* tributum, daß Sie zu Wambsern Gülden Stück/ auch güldene Ketten tragen können/ simplici interpretatione *ad Doctores Theologiæ* non pertinere. Enim verò, cum negari nequeat dictum privilegium de il- 76
lis interpretandum esse Doctoribus, qui tempore impertiti privilegii vestitu in illo indulto uti, eoque in publicum sine rubore ac dignitatis prostitutione prodire potuerunt, facile quemlibet credo largitu- 77
rum esse, conditionem ac professionem Theologiæ Doctorum obstare, quo minus de illis dici possit, eosdem thorace aureo indutos, gladio accinctos, ac aurea ornatos catena sine dignitatis Clericalis prostitutione in publico versari posse. Accedit, ipsis in *Ord. Polit de* 78
Anno 1577. specialiter injunctum esse, daß Sie sich in Kleidung Geistlich tragen und halten/ und alle Köstlichkeit abstellen sollen/ qua speciali provisione opus haud fuisset, si Theologiæ Doctores sub allegatis antea §. §. jam fuissent comprehensi. Vid. Dn. Stryk. *d. Diss. cap. 2. n. 52.* 79
seqq. & Excell. Præses *d. Diss. Coroll. X.*

Notandum (3.) Nemini, in *seculari vita constituto*, fas esse *Ordini Clericorum Venerabili* semel publica authoritate adsignato uti vestitu, 80
ne quidem in *ludis theatralibus. Vid. Nov. 123. cap. fin. & L. 4. C. de Episcop. Audient.* Inconveniens enim est, venerabilem hunc Ordinem aliorum ludibrio in theatris exponeri aut Clericorum vilipendio, impio hoc seculo, quo plus justo ob publicam Morum castigationem illis, qui male audiunt, odio sunt Verbi Divini Ministri, ansam suppeditari. Sicuti contra & Clericis illicet, abjectis vestibus, Sacro Ordini 81
congruentibus, vulgatas assumere, vulgo sich cavallirement zu klei- 82
den/ iisque in publicum prodire, ne dum se Seculo conformare studens, mores seculi simul assumpsisse, ac cum veste Clericali intrinsecam morum honestatem deposuisse, ac exuisse omnem videantur,

83 indigni illius Ordinis prærogativa, per *Clem. c. 2. De Vit. Cleric.* & officium misere suum prostituentes. Quorsum & illud pertinet omnino, quod Clerico non conveniat, gladio accinctum in publico versari,
84 sub pœna *in c. 6. Ca. 23. qu. 8.* expressa; Hinc juri utique conformiter concludit Excellentissimus Strykius *in sæpius laudata Diss. de Jur. Vestiar. c. 6. n. 18.* Rurales illos Pastores, qui non nunquam habitu Cleri-
85 cali impio hoc eloquio: Da hängt der Pfaffe/ hier sitzet der Mann, in conclavi suspenso & deposito, in conviviis, (quæ *precibus* inchoare, *gratiarumque actione & hymno* pie finire Clericos oportebat, *c. 8. Dist.* 44. inque quibus ipsis *ultra tertiam vicem* poculum contingere non permit-
86 titur, *c. 9. dist.* 44.) liberius poculis operam navant, censura Ecclesiastica dignos, & ab Officio removendos, aliaque arbitraria pœna esse puniendos, cum illis scandalo esse haud vereantur, quibus non mi-
87 nus *honestæ ac inculpatæ vitæ exemplo*, quam *sanctæ prædicationis verbo* præire debebant. Conf. Carpzov. *in Jpr. Eccl. L. 1. Def. 61. in fin.* & Reinking. *De R. S. & E. L. 3. Class. 1. c. 7. n. 5.*

88 Dignitatem *Secularem* quod attinet, pro *diverso Dignitatis gradu* convenit in bene constituta Rep. diversas *Legibus Vestiariis* determinare vestes, ne sublata vestimentorum diversitate, ipsæ etiam dignitates & Ordinum distinctiones confundantur. Nil enim distinctis in
89 Respublicas hominibus magis in publicum utile ac necessarium est, quàm, cum omnes ejusdem non possint esse conditionis, aliis Imperantibus, aliis parentibus, & in his ipsis, aliis sanctitate officii, dignitate, nataliumque splendore superioribus, aliis inferioribus, certas habere notas, quibus discerneretur à Principe Subditus, à Sacerdote Profanus, ab Optimate Popularis & à Nobili Plebejus, arg. Reform. Politic. *De Anno 1577. Tit. 9.* ibi: daß die Köstlichkeit der Kleider durchaus so unmäßlich gebrauchet/ daß unter den Fürsten und Grafen/ Grafen und Edelmann/ Edelmann und Bürger/ Bürger und Bauersmann kein Unterscheid kan erkant werden. Verum cum de his infra agendi amplior
90 dabitur occasio, hic non diffluamus.

Exserit se III. Vestium diversitas RATIONE MATERIÆ, ex qua, Cujus respectu Vestes aliæ sunt *Purpureæ*, aliæ *Aureæ* vel *Inauratæ*
91 aliæ *Argenteæ*, vulgo Gold- und Silber-Stück aliæ *Holosericæ*, *Sericæ*, *Laneæ Lineæque* quarum omnium usum præter Legem 1. 2. & 4. *C. De Vestib. Holoser. & Ordin. Polit. de Anno* 1548. & 1577. *Tit. 11. seqq. & R. J. de Anno* 1500. *Rubr.* Von Uberflüßigkeit der Kleider infra CAPITE IV. dicenda fusius demonstrabunt.

Nunc

Nunc ad *alteram* hujus Capitis *partem* pedem promovemus, ſiſten- 92
tem *Neceſſitatem Legis Veſtiariæ, ejusque ferendæ cauſas*, quarum plerasque
antequam enarremus crucem figere videtur, quorundam Opinio, 93
ſentientium *Satius eſſe* nullas ferre *Leges Veſtiarias*, *ſeculique genio in-* 94
dulgere, cum experientia teſte abunde doceamur, optime conſtitutas
Leges Veſtiarias nullibi fere ſperatum ac intentatum ſortiri exitum,
quam *otioſe de evitanda Veſtium luxuria* Edicta Veſtiaria proponere;
Cum hoc pacto id ſolum Principes, bonique conſequantur Magiſtra- 95
tus, ut omnibus non ſine contemptu Legislatorum innoteſcat, qui-
bus ipſi flagitiis impares ſint, ſubjectisque Leges Veſtiarias impune
tranſcendentibus, omnis in poſterum metus pudorque penitus exu-
let. Vid. Perez. *ad Tit. De Veſtib. Holoſer. n.9.* Illuſtr. Dn. Puffendorff.
in ſupr. all. Diſſ. De Lege Sumptuaria. Ad vero, cum ſerio exequi volen- 96
tibus *Leges Veſtiarias* Principibus ac Magiſtratibus, quorum negli-
gentia potiſſimum exoleſcunt ac vileſcunt ejuscemodi *Edicta Veſtia-* 97
ria, facile illa intentatum conſequi poſſint exitum, vigore Legum
ab Imperantis arbitrio maximopere dependente, fruſtra omnino
ſunt, qui ſub levi, ac Imperantium authoritati parum conveniente
prætextu, optimam Boni Principis in ferendis *Legibus Veſtiariis* remo- 98
rantur intentionem, quippe cujus non minus eſt leges latas vigilanti
executione munire, quam malis moribus bonis legibus frenum
injicere.

Minorem vero adhuc applauſum merebitur impia quorundam
Opinio, qui ideo Principibus ac Magiſtratibus ultro populo ſuo lu- 99
xuriam immittere perſuadent, quo cum opes ac divitiæ multis ani-
mum addant ad res novas moliendas, illis immodico luxu profuſis ac
attritis, vires quoque ſimul ad turbandum præſentem ſtatum ſubtra-
hantur, ac quietius omnia in civitate agantur. Nam, ut taceam, è re 100
boni cujusque eſſe Magiſtratus, ut cives ſui quam pauciſſimis urge-
antur vitiis, cui neque fas, neque proficuum eſt, corruptelis ac vitiis 101
civium ſuorum uti ſuo ſtatui firmando, ſed convenit potius quic- 102
quid imperio felici ac civium ſaluti obſtare poteſt, mature recidere,
ad exemplum prudentis Medici, in corpore ægro nil, quod nocitu- 103
rum eſt, relinquentis. Dn. Puffendorff. *Lib. 12. De J. N. G. & C. c. 5. §. 3.*
& Dn Rechenberg. *ſupr. all. Diſſ. aphor. 1. §. 2. in fin.* Sane exhauſtis ni- 104
mio civium luxu, horum bonis, nil ſibi Princeps ac Magiſtratus mi-
nus promittere poteſt, quam quietum ſuæ Reip. ſtatum, cum, qui bo-

105 na sua consumserunt, quam maxime soleant Principi vel Civitati esse
106 molesti, aliis ex Principum liberalitate, defectum supplere volenti-
107 bus, aliis ære inprimis alieno pressis, turbas Reip. optantibus ac quæ-
108 rentibus, per quas aut lacunas rei familiaris explere, aut Creditores
saltem tantisper eludere queant, audaciam addente inopia, indeque
109 orta desperatione, qua provocati ex turbidis Reip. malis, suis reme-
dium quærunt & privatum incendium publica ruina restinctum eunt.
Vid. Dn. Puffendorff. *Diss. De Leg. Sumptuar.* §. *11. seqq.* Aristot. *2. Polit.*
6. & Lather *De Censu L. 1. c. 9. n. 3.*

110 Sed & illorum occurrendum est objectioni, qui Vestium luxui
speciosa vocabula *Splendoris, Dignitatis* ac *Magnificentiæ* circumponunt,
quique privatis maximopere crepant, licere, bonis pro lubitu uti suis
111 Legibus rerum suarum arbitrium nemini non concedentibus, *L. 2. C.*
112 *Mandat.* Nam quod primum objectionis membrum concernit, recte
huic reponi potest: Velaniæ proximum esse, *splendoris* affectatione pro-
ximam sibi ad mendicitatem quærere viam, & quod alius alium *digni-*
113 *tate* superet, id argumento non esse, illi, qui majori fulget dignitate,
per inania, plus alio consumere licere, neque necessarium esse, ut pri-
114 vatorum apparatus publicam æmulentur *Magnificentiam*, Puffendorff.
d. l. §. *14.* Ad secundum Objectionis membrum in promptu est respon-
115 sio: Scilicet, Cuilibet *usum*, non *abusum* rerum suarum esse concessum,
116 vel ut eis saltem *modice* abutatur, non vero *immodice, arg L. 25.* §. *Con-*
117 *suluit. 11. ff. De Heredit. petit.* privatorum arbitrio, quod in rebus illis
competit suis, limitationem accipiente ex §. *fin. J De His, qui sui, vel*
118 *alien. jur. sunt;* Neque enim salva Republica, cujus interest, ne quis
re sua male utatur, *d.* §. *fin.* illud semper concedi privatis potest, ut
tantum consument, quantum fortunæ ipsorum, ferunt, privatis non
119 usque adeo rerum suarum Dominis existentibus, ut â civitate ipsis
non possit præscribi, ne in certas res pecunias suas profundant, aut
luxurioso Vestium habitu patrimonium suum exhauriant.

120 Nunc missis illis, quæ ferendæ *Legi Vestiariæ* obicem ponere posse
videbantur, rationes lustrabimus præcipuas, quæ Bonum Principem
ac Magistratum urgere debent, ut hoc potissimum tempore, quo ve-
stium luxus plus quam dici potest, proh dolor! inprimis in Germa-
121 nia, (olim quidem tristi ac aspera, cœlo, soloque inamœna, sylvis ac
paludibus fœda, & teste Tacito immanitate barbara, hodie vero ita ex-
culta, ut veteris luxuriæ fere heres facta videatur, Vid. Dn. Rechen-
berg.

berg. *V. Diss. aphor. 4 §. 1.*) in tantam excrevit enormitatem, ut non solum privatarum personarum, verum etiam Nationum & Provincia- 122
rum facultates inde extenuentur, *Vid. Reform. Polit. De Ao. 1548. Tit. 9. pr. & O. P. de Ao. 1577. Tit. 9.* salutiferis Legibus luxuriandi libidini frenum injiciat. Has inter autem principem facile locum obtinet, quod ipso Sacro Codice teste, Summus Deus omnem *Vestiarium luxum* maxime detestetur, *Vid. cap. 3. Esaiæ vers. 16. 17. seqq.* illisque civitatibus juste minetur interitum, quæ immoderato vestium luxu, ceu certissimo superbiæ argumento, gravissimam ejus accendere iram non reformidant. Quid autem magis congruit Boni Magistratus officio, quam, 124
cum publicæ salutis Minister sit, bonis id omne â civitate Legibus arcere, quod certissimum & inevitabilem ipsi allaturum est interitum. Schönborn. *L. 7. Polit. c. 9.* Annibal. Scotus *L. 2. Comment. in Annal. Tacit. n. 30. p. 135.* Ne, non vetans peccare, cum possit, præprimis delictis 125
in Republica crescentibus, ex prudentissimi Senecæ judicio jussisse videatur.

Comprobat præterea (2) summam *Legum Vestiariarum* in Rep. ne- 126
cessitatem, quod luxus ille vestium omnem in Rep. confundat dignitatem, &, cum distinctis in Rep. hominibus, diversæ in illa viventes 127
sint conditionis, & dignitatis, hocque discrimine confuso, destructo aut permixto, nil ipsa æqualitate noscatur esse inæqualius, Vid. Plin. *Lib. 9. Epist. 5.* Speidel. *in Specul. jur. voc.* Kleider/ eveniat, ut Comite su- 128
perfluo vestium splendore Principem, illum Nobili, hunc iterum Cive & Civem tandem Rustico æmulari & æquare volente, misere turbetur Ordinum distinctio, quorum tamen conservatio curæ cordique esse debet ad clavum Reipublicæ sedentibus. Vid. Reformat. *Polit. de Ao. 1577. Tit. 9.* Luther. *de Censu. L. 1. c. 9. n. 30.* Nolden *De Stat. Nobil. c. 12. n. 101.* Menoch. *Consil. 902. n. 7.* non permissuris, ut, quos infimo loco 129
constituit fortuna, si pecuniæ sibi superesse aliquid sentiant, luxu diffluant, neque vestium splendore cedant illis, quos præeminentior di- 130
gnitatis gradus vulgari sorti subduxit, pernitiosissimo illo errore merito damnando quo opibus instructi sibi temere persuadent, pretiosas vestes cum aliis sibi in Rep. tum communes esse debere, si suo illas ære comparare possint; Daß ein ieder das wohl tragen möge/ was er so wohl/ als andre bezahlen kan.

Tertia Leges Vestiarias ferendi caussa est, quod ex Vestium luxu 131
in *privatas domus* imo & in ipsam *Remp. ac Civitatem* varia redundent incom-

132 commoda. Præterquam enim, quod nimio vestium luxu, quas Ma-
jores per industriam & parsimoniam cumularunt opes, prodigaliter
obsumantur, & in vulgus spargantur, nummisque inutili antea carce-
re detentis jam ex improviso libertate donatis, ipsorum progenies ob
inopiam dignis sese artibus excolere nescia, & ad pudendam rudita-
133 tem redacta, sibi ipsi rubori, & aliis oneri evadat, sæpeque Illustres Fa-
milias obscuro fine claudat, plurimis rei familiaris vulnera per scelera,
pravasq; artes solidare conantibus, sane ex illorum moliminibus non
134 potest non sibi multum metuere mali ipsa Respublica; Cum enim pa-
trimonium luxui sæpe non sufficiat, non duntaxat alter alteri furto au-
ferre cupit, ut luxus inde vestiarii habeat subsidia, sed & publicis ad-
motus muneribus, posthabito jurejurando, expilatione civium, pe-
culatuve manus maculare & justitiam cauponando rem afflictivam
restaurare, omniaque in quæstum vertere suum impio studebit cona-
mine, ut hinc *Legibus vestiariis* omnino opus sit, quo tandem formidine
pœnæ luxum deponere discant, qui virtutis amore eo deduci non po-
tuerunt, inque tuto collocetur civitas, fraudibus luxu depauperato-
rum, malisq; horum machinationibus nunquam non exposita. Vid.
Puffendorff & Stryk. *d. ll. & Ordinat. Vestiaria. Elect. Brandeb. de Ao. 1696.*
28. Maij. Prooem. his verb. daß der luxus und Uppigkeit in der Kleider-Pracht
dermassen hoch gestiegen / daß man nicht allein (1) des höchsten GOttes
Zorn und Straffen/ nach denen in seinem Heil. Wort enthaltenen gerech-
ten Bedrohungen/ zu befürchten/ besondern daß auch (2) die meisten Fami-
lien dadurch verarmen/ und ruiniret werden / und an statt etwas beyzule-
gen/ die Eltern ihren Kindern Schulde und Armuth hinterlassen/ rc. Ut ta-
135 ceam luxu vestium, inprimis Gallicarum, magnam pecuniæ quanti-
tatem, non solum in Galliam quotannis mitti, sed cum vestibus Gal-
licis leves sæpe Gallorum mores indui, vestium mutationem non ra-
136 ro insigni Reip. mutatione sequente. Postquam enim hominibus per-
suasum est, Galliam esse elegantiarum Matrem & non invenire illam,
nisi quod exquisitum & pulcrum est, stupent Germani omnia Gallica
& fastidiunt, quicquid Germanum est, Gallicas Vestes illarumq; Or-
namenta caro pretio redimentes, spreta temere Politicorum observa-
tione, scilicet Vestium mutationem malum Reip. omen esse. Vid. Ber-
neggerus *in quæst. ad Tac. 166.* Dn. Rechenberg. *d. Diss. aphor. 5. §. 1.* Stryk.
De jur. Vestiar. c. 3. n. 28. ibique all. Ddres.

CAP. II.

CAPUT II.

Exhibens

Personas, Legem Vestiariam ferre valentes.

SUMMARIA.

Connexio hujus capitis cum præcedaneo traditur. n. 1
Quicunque in loco merum mixtumq; habent imperium, illi Legem Vestiariam *ferre possunt.* n. 2.
Rationem videsis. n. 3
Imperatori ac Reliquis Imperii Statibus competit facultas Legem Vestiariam condendi vi Majestatis veræ, vel æmulæ. n. 4
Omnis Civitas, quæ non est status Imperii, modo gaudeat mero mixtoque imperio, Legem ferre Vestiariam potest. n. 5
Ratio subnectitur. n. 6. *seq.*
Exempla Civitatum, quæ Vestiarias Leges tulerunt, recensentur remissive. n. 9
Magistratus Academicus inter Cives etiam suos recte condit Edicta Vestiaria. n. 10
Rationem videsis. n. 11
Exemplum. n. 12
Utrum Statuta Vestiaria à Civitatibus Mediatis condita, valeant sine Superioris confirmatione, exponitur. n. 13. *seqq.*
Majorem à Superiori confirmata statuta Vestiariæ habent authoritatem. n. 14
Ratio additur. n. 15
Si Superior in quasi possessione sit, statuta Civitatis confirmandi, tunc de necessitate desiderant Vestiaria statuta ejus confirmationem. n. 16
In dubio non præsumitur Princeps esse in quasi possessione confirmandi. n. 17
Extra hunc casum Confirmatio Superioris non est de Necessitate. n. 18
Rationem videsis. n. 19. *seq.*

Lustrata Capite præcedaneo *Leges Vestiarias* ferendi *Necessitate*, consequens est, ut hoc inquiramus Capite. Quibus has Leges ferendi competat facultas, pro qua cognoscenda in genere sequentem præmittimus Regulam: QVICVNQVE IN LOCO MERVM MIXTVMQVE HABET IMPERIVM, ILLE LEGES VESTIARIAS CONDERE POTEST. Ratio hujus Regulæ est: Quia illi competit contravenientes pœna corporali, vel pe-

1
2
3

cuniaria, aut alia arbitraria coërcendi, vigilantique executione Le-
4 gis vestiariæ vigorem conservandi facultas. Hincque inferimus.
I. Præter Imperatorem, omnesque Imperii Status, *Vid. Ordinat. Polit. de Ao. 1577. Tit. 14.* §. dieweil auch (qui vi Majestatis ac Superioritatis Territorialis nomothetica instructi sunt potestate,) reliquas etiam Civi-
5 tates, mero mixtoque imperio gaudentes, *Statuta Vestiaria* condere
6 posse. Cum enim istiusmodi statuta tantum jurisdictionem, rerumque Civitatis administrationem & Politiam concernant, Excell. Stryk.
7 *in Differt. cap. 3. n. 40.* harum autem administratio Magistratibus Civitatum à Superiori sit commissa, tacite etiam media ad illum finem ten-
8 dentia, hincque desuper statuendi facultas ipsis simul concessa esse debent. *arg. L. 2. ff. De jurisd. & L. fin. ff. De Decret. ab Ord. fac.* Stryk. *d. Diss. c. 3. n. 41. & in Annot. ad Inst. §. 1. D. J. N. G. & C.* ibique Hopp. *jung.* Excell. Dn. Præses *in terminis in Diss. ff. ad Tit. De LL. §. 4.* Struv. *S. J. C. Ex. 2. th. 42.* & Mev. *ad J. Lub. quæst. Prælim. 2. n. 55. ibique all. Ddres.* Et
9 hanc illationem probant innumera exempla Ordinationum Vestiariarum à Civitatibus mero mixtoque imperio gaudentibus, conditarum. De quibus videri potest Excell. Dn. Præses. *in Differt. De Gemmis Cap. 5. n. 24.* & Speidel. *in Spec. Jurid. Voc.* Kleider.

Inferimus II. Magistratum etiam Academicum inter cives Academicos *Leges Vestiarias* ferre posse. Nam cum Academiæ statuendi
12 de rebus ad illam spectantibus denegari non possit facultas, idem etiam in *Statutis vestiariis*, administrationem Academiæ respicientibus, judicium esse debet; Quod inter alia comprobant Edicta Vestiaria, plus
13 simplici vice à Senatu Academico hujus Universitatis promulgata.

An vero *sine confirmatione Superioris* istiusmodi statuta Civitatum
14 valitura sint, non inutilis, nec impertinentis hic est quæstionis? Et li-
15 cet quidem extra omnem dubietatis aleam positum sit, à Principe confirmata, majorem habere efficaciam, cum ita perinde habeantur, atque
16 si ab eodem esse data & perlata; *arg. L. 1. §. Omnia. C. De V. J. E.* Fari-
17 nac. *Consil. Crim. 2. n. 2. Vol.* Mev. *ad Jus Lub. quæst. prælim. 2. n. 63. ibique*
18 *all.* Neque negare fas sit, Principe in quasi possessione confirmandi constituto, quod tamen in dubio non præsumitur, itidem Superioris confirmationem esse de necessitate, Mev. *d. l. n. 61.* Extra hunc
19 tamen casum asserere non dubitamus, valere *Legem Vestiarium* à Civitatibus conditam etiam sine Superioris confirmatione. Cum ex ju-
20 re Civitatem administrandi semel illius Rectori à Principe concesso,

talia

talia procedant statuta, ejus superioritati nil detrahentia. Vasquius *L. 1. Illustr. quæst. 47. n. 10.* Mev. *d. l. n. 61.* Sebastian. Medic. *Tract. De Statut. P. 1. quæst. 21. & 24.* Jason. *in L. De quibus n. 7. & 8. ff. De LL.* Præprimis, cum his Statutis Vestiariis non derogetur Juri Communi, sed præter Jus Commune saltem in utilitatem Civitatis novi quid inducatur. Vid. Stryk. *d. l. 41. ibique all. Brunneman.*

CAPUT III.

Exhibens

Personas, quibus Leges Vestiariæ ferri possunt.

SUMMARIA.

Connexio hujus & præcedanei capitis traditur. n. 1

Leges vestiariæ feruntur illis, qui jurisdictioni istiusmodi leges condere valentis sunt subjecti. n. 2

Rationes ejus exhibet. n. 4. seq.

Rostochii nec Cives Academici obligantur lege vestiaria à Magistratu Urbico lata, nec Urbici contra Cives Magistratus Academici tenentur edictis vestiariis. n. 5. seq.

Ratio hujus subjicitur. n. 7

Leges vestiariæ non stringunt forensem, qui pro lubitu, qua vult, uti veste potest. n. 8

Rationem exhibet. n. 9

Utrum Doctor Juris domicilium in aliqua constituens civitate lege vestiaria à Magistratu illius loci lata obligetur, licet hæc privilegio vestiario, in Recessibus imperii Doctoribus tributo, contrarietur, quæritur. n. 10

Statutum istiusmodi ab Hamburgensibus promulgatum exhibet. n. 11

Kiloni Doctores non Professores domicilium constituentes, nec Academici, nec Urbici Magistratus subsunt iurisdictioni, sed in personalibus conveniuntur coram judicio Aulico. n. 13

Doctorem, qui in civitate domicilium constituit, cujus tamen civis non est, non stringunt ejus loci statuta vestiaria. n. 14. seq.

Ratio subjicitur. n. 15. seq.

In Doctore simul Cive ejus loci, ubi domicilium constituit, quid juris sit, exponitur. n. 16. seq.

Rationes, quæ hoc casu Doctorem subjiciunt istiusmodi legi vestiariæ, enarrantur. n. 17. seq.

Utrum Statibus Imperii, vi superioritatis territorialis liceat leges facere vestiarias, publicis Imperii Constitutionibus derogantes, videsis. n.18 &

Rationes, quæ Doctores eximunt statutis vestiariis publicarum Imperii legum privilegio vestiario contrariis, exhibet. n.22. seq.

Ex communiori Doctorum sententia non possunt Statuta localia derogare privilegiis, in Corpore Recessuum Imperii certo Ordini tributis. n.24

Camera imperialis pro Doctoribus contra Civitatem H. in talismodi casu pronunciavit. n.27

Recensentur variæ Statuum Imperii Ordinationes Vestiariæ, in quibus Doctoribus sua prærogativa sarta tecta est relicta. n.26

Ad Dissentientium rationes respondetur. n.27. seq.

Utrum pœna in lege vestiaria definita obnoxius sit, qui probibito gemmarum ac margaritarum usu, adulterinis & factitiis se aut suos ornat gemmis, quæritur. n.32 seq.

Rationes pro negativa *recensentur.* 34. seq.

Affirmativæ *rationes sistit.* n.38. seq.

Nostra subjicitur sententia distinguens. n. 42. seq.

Rationem ejus videsis. n.45

Ad rationes obstantes respondetur. n.46. seq.

Probibitio Legis Vestiariæ non ad illum pertinet vestitum, quem Superior alicui donavit. n.29. seq.

1 VIsis Personis *Legem Vestiariam* condere valentibus, Ordinis ratio â *Subjecto Activo* nos ducit ad *Subjectum Passivum*, seu illas Personas, quæ ad observantiam *Legis vestiariæ* præscriptæ, vel in illa expressam pœnam obligantur: Has vero itidem Unicæ includimus Regulæ:
2 QVICVNQVE JVRISDICTIONI LEGES VESTIARIAS CONDERE VALENTIS SVBSVNT, ILLIS HÆ LEGES RECTE FER-
3 RI POSSVNT. Ratio hujus est in aprico: (1) Quia tum ex sanioribus Politicorum, tum juris etiam constat principiis, Legem neminem obligare, nisi qui Statuentis jurisdictioni obnoxius est, cum, sicuti ultra territorium jus dicentis se non extendit jurisdictio, *L. fin. ff. De Jurisdict.* ita parili omnino modo non arctet Lex forensem. (2) Quia
4 contravenientes *Legi Vestiariæ* pœnæ, in illa transgressoribus statutæ sunt subjiciendæ *arg. L. fin. ff De Offic. ejus, cui mand. est jurisd. Vid. O. P. de Ao. 1577 Tit. 14. §. 7. in fin.* At vero spernit impune Magistratus coërcitionem, qui ejus jurisdictioni subjectus non est, ex qua interminata coërcitio procedere debet.
5 Ex hisce inferimus: Hic *Rostochii* nec Cives *Academicos* obligari modum

modum in vestitu à *Magistratu Urbico* suis præscriptum civibus obser- 6
vare, nec *hos* teneri Lege Vestiaria à *Magistratu Academico* jurisdictio- 7
ni Academicæ subjectis constituta, cum distinctæ hic sit jurisdictiones Academica & Urbica. Confer. Dn. Stryk. *d. Diss. c. 3. n. 42.* Inferimus 8
(2.) Multo minus *Legem Vestiariam* tangere *Forensem*, sed huic liberum esse uti, quo venit, vestitu. Vid. Tiber. Decian. *Dec. 65. n. 6 Vol. 4.* Ro- 9
land. à Valle *Consil. 159. Lib. 4. n. 21.* Cravetta *Consil.* 195. *n. 1.* Ratio: Quia Statuta vestiaria non sunt *in Rem*, sed *in personam* tantum concepta, qualia *forensem* non obligare juris est expediti & notorii. Bursat. *Con-
sil. 198. n. 24. Vol. 2.* Paris *Consil. 184 n. 42. Vol. 1.* 10

Hac occasione pertinenter hic quæritur: Utrum Doctor Juris, qui in aliqua Civitate Domicilium suum constituit, *Lege Vestiaria* à Magistratu illius loci promulgata, *Privilegio Vestiario* in Recessibus Imperii *de Anno* 1500. §. 7. *Anno* 1530. *Tit.* 15. *Ad de Anno* 1548. *Tit.* 20. *juncto Recessu de Anno* 1577. *Tit.* 12 Litteratorum Ordini gratiosissimè in-
dulto, licet contraria, obligetur? Quale Edictum fuit sequens Ve- 11
stiarium, ab Amplissimo Ordine Senatorio Hamburgensi 25. Martii, Anno 1678. publicis typis excusum:

Nachdem durch Kleider-Pracht über Standes-Gebühr/ nur Göttlicher Zorn/ auch Benachbarten Neid und Unhulde erwecket wird: Und es an itzo so betrübte und nahrlose Zeiten seyn/ daß ein ieder das Seine wohl zu rahte halten mag/ als hat E. E. Rath/ und die erbgesessene Bürgerschafft beliebet/ daß ieder Bürger und Einwohner/ NB. graduirter und nicht graduirter/ der E. E. Rath mit Eyde und Pflichten verwand/ wie auch NB. deren Ehe-Frauen/ Söhne und Töchter der Edelgesteine/ Juelen/ Diamanten/ Perlen/ und Kleynodien/ ohne Unterscheid/ NB. Echt/ oder Unecht/ sich gäntzlich enthalten/ dieselben ablegen/ und an keinem Orte des Leibes tragen sollen rc.

Cujus quæstionis decisio nulla laborare videtur difficultate, si 12
de illis accipiatur Doctoribus, qui tantum in aliqua civitate domicilium constituerunt, *ejus tamen civitatis non simul sunt Cives*, uti in Civi-
tate *Kiloniensi*, in qua Doctores *Non-Professores*, neque *Academicæ*, ne- 13
que *Urbicæ* jurisdictioni *personaliter* subjecti sunt, in causis personali-
bus coram *Judicio Aulico* immediatè conveniendi: Nam cum hoc casu 14
ob *domicilium* quidem Juris Doctor se obnoxium fecerit oneribus Civitatis *ratione ædium* præstandis, *arg. L. 1. C. Ubi in rem actio* Decian. *Vol. 1. Consil. 55. n. 5.* Bursat. *Consil. 198. n. 24. Vol. 2.* salvis tamen *privilegiis Persona-*

15 *libus*, (quibus non præſumitur renunciaſſe,) utique talia *Edicta Veſtia-*
ria eundem ſtringere non poſſunt. Majori tamen innectitur difficul-
16 tati dicta quæſtio, ſi *Doctores ejus loci ſimul ſint Cives*, ubi talia promul-
gata ſunt Edicta Veſtiaria, ut *Hamburgi* & *Lubecæ*: Et quanquam non
17 levis momenti argumenta *contra Doctores* militare videantur, quæ in-
ter primum eſt, quod non duntaxat *Doctores* Statutis obligari ſtatuat.
Sebaſtian Medices *Tract. De LL. & Statut. P.* 4. *qu.* 8. *n.* 1. ſed inprimis,
18 (2.) quod quoad *Perſonam ſuam* Doctores hoc caſu jurisdictioni ſta-
tuentis ſint ſubjecti, indeque ex Regula *hoc Capite n.* 2. tradita, *Legem*
Veſtiariam à Superiore latam teneantur agnoſcere. (3) Quod Statibus
Imperii vi ſuperioritatis territorialis fas & integrum ſit, in ſuo terri-
torio etiam publicis Imperii Receſſibus particularibus ſuis Ordina-
tionibus derogare. Vid. Stryk. in *Uſu Modern. ff. ad Tit. De LL.* §. 8. Rein-
19 king *De R. S. & E. Lit.* 2. *Claſſ.* 2. *c.* 10. *n.* 5. Et (4.) in ſpecie in *Ordinatione*
Veſtiaria Imperii expreſſe permittatur Statibus, illam in ſuis Territo-
riis ac Diſtrictibus diminuere, *Vid. Reform. Polit. De Anno* 1577. *Tit.* 14. §.
Dieweil auch 3. *ibi*: Ob dann einiger Churfürſt / Fürſt / oder Stand / in
ſeinen Gebieten und Obrigkeiten der Kleidung einige Ordnung / NB. die
ſchärffer / und mehr / dann dieſe / eingezogen / ſeiner Landſchafft zu gut auf-
richten wolte / das ſoll demſelben zugelaſſen / und durch dieſe Unſere Ord-
nung unbenommen ſeyn. Accedit (5.) quod ſi parum arrideat Doctori
Civitatis, cujus eſt Civis, *Veſtiaria Ordinatio*, ille ſolum mutare, ac
20 alibi domicilium conſtituere poſſit. Hiſce tamen rationibus non
attentis, nulli dubitamus in Doctorum abire partes, illorumque
21 ſubſcribere ſententiæ, qui Civitatem nova *Lege Veſtiaria* Doctorum
Privilegiis Veſtiariis derogare non valere, ſuſtinent. Movemur au-
tem ſequentibus potiſſimum rationibus: (1) Quod *Privilegium Veſtia-*
22 *rium* Doctoribus Legibus Imperii publicis conceſſum, non ad certum
locum reſtrictum ſit, ſed per integrum Imperium ſuum vigorem ex-
23 ſerat. (2.) Quod hæc Doctoribus, quorum ſcientia totus orbis illu-
ſtratur, conceſſa in Veſtitu inter concives Prærogativa, omnium Sta-
tuum conſenſu ſit tributa, qui illam contra proprium placitum jam
24 imminuere amplius non poſſunt. *arg. L.* 5. *C. De O. & A.* (3.) Quod ex
communiori Ddrum ſententia Statuta localia derogare non poſſint
Privilegiis in Corpore Receſſuum Imperii certo Ordini tributis. *Gloſſ.*
ſingul. in Auth. Qua in Provincia, & ibi etiam Paul. de Caſtro *n.* 5. *C. Ubi de*
Crim. ag. pot. Matth. Coler. *De Proc. Execut. P.* 2. *c.* 3. *n.* 171. Anton. Faber. *in*

C. Lib. 9

*C.Lib.9.Tit.29.Def.*6.Joh.Georg.Becht. *in Tract. De Securit. & Salv. Cond. th.*226.*p.*744. Joh. Jacob.Draco.*Tr.De Origin.& Jur. Patricior.* Lib.3.*c*.4. *n.*52 *p.*277.Dn.ab Andler.*in Iprud.Publ.L.*1.*Tit.*2.*P.*2.*n.*27.*p.*49.(4.)Quod 25
Ipsa Camera Imperialis hanc sententiam judiciali Praxi confirmaverit in casu, quo Civitas H. vi *Statuti Vestiarii* Doctoris Viduam, privilegio Mariti utentem, devestire, mulctareque tentaverat; Ubi pro dicta Doctoris Vidua contra Magistratum fuisse pronunciatum, testantur præter Doctores proximè allegatos, Limnæus *De Jur.Publ.L.*8.*cap.*8.*n.* 170.Stryk.*de Jure Vestiar.Cap.*3.*n.*48. qui huic etiam sententiæ patrocinatur. Schüz. *de Jur. Publ. Vol.*1.*p.*581. & Jos. Nolten. *De Statu Nobil. Civ. cap.*1.§.38. Accedit, quod etiam (a.) in aliis *Statuum Vestiariis Ordinationibus* Doctoribus sua relicta sit Prærogativa, uti videre est in Ordinatione Politica Electoris Saxon. Joh. Georg. *Tit.* Von Hoffart in Kleidern ꝛc. daß zwar *fol.*13. Item (b) Episcopi Bambergensis & Würtzbergensis *de Anno* 1636.*Tit.*2. & (c) Senatus Argentoratensis *De Anno* 1629. Confer. G. Christoph. Walther. *in Tract. De Jurib. & Privil. Ddrum.c.*15. *p.*284. 26

Nec obstat *Prima* dissentientium ratio. Respondendum enim est: Id procedere in Statutis, Privilegiis Doctorum haud derogantibus. *Vid Ddres n.*24.*h.cap.* 27 28

Ad rationem *Secundam* respondetur: Regulam n. 2. h. Cap. traditam, recipere limitationem, Nisi Statuta Vestiaria personam Doctoris per Leges Imperii reliquorum Civium sorti exemptam, specialique Prærogativa ornatam, communi civium sorti iterum subjicere velint. *Tertia* ratio petit principium, per ea, quæ in contrarium doctè 29
pluribus exposuit Illustr. Dn. de Rhetz. *in Instit. Jur. Publ. Lib.*1. *Tit.*1. §.35. *jung.* Myller. *ab* Ehrenbach. *De Princip. & Statib. Imp. C.*39. §.5. Knipschild. 30
*De Civit. Imper. cap.*10 *n.*46. *Quartæ* rationi repono, permitti in *all. Reform. Polit.* luxum Vestiarium in illis particularibus Ordinationibus magis adhuc restringere, quibus ex *indulgentia* tantum in Legibus Imperii certa vestimenta sunt permissa, non verò quibus ex *merito & privilegio* certa *investitu prærogativa* est tributa, ut *Doctoribus, Nobilibus &c.* per verba: Ihrem Stande und Freyheit gemäß: Vid. Stryk. *De Jur. Vestiar Cap* 3. *n.* 50. *Quinta* ratio parum stringit, cum hic non quæratur, 32
quomodo Juris Doctor evitare posset omnem super istiusmodi Statutis disputationem, sed utrum, si locum nolit mutare, tamen salvis suis privilegiis inibi vivere possit, etiamsi non pareat *Legi Vestiariæ* illis contrariæ?

Ex su-

32 Ex supra allegata *Lege Vestiaria* Hamburgensium advertere licuit, in illa etiam *adulterinarum* Gemmarum & Margaritharum usum esse civibus interdictum; Hinc dubium subortum est: Utrum pœnæ in *Lege Vestiaria* definitæ, etiam hic se reum faciat, qui *factitiis* & *Adul-*
33 *terinis* Gemmis vel Margarithis se exornat, illo casu, quo Usus Gem-
34 marum *simpliciter* certis personis est interdictus? Pro NEGATIVA facit (1.) quod in pœnalibus hæc *in dubio* sit capienda interpretatio, quæ *mitior & benignior est. L pen. ff. De pœn. L. 155. §. in Pœnalibus L. 192. §. 1 juncta L. 9. & 56. ff. De R. J. c. 49. X. de R. J. in VI.* At verò benignior hæc est interpretatio quæ pœnale Edictum Vestiarium ad *veras* Gemmas &
35 Margarithas restringit. (2.) Quod statuta sint *strictè* interpretanda, verbis statutorum in sensu *proprio* accipiendis, quo in *factitia* nomen
36 Gemmarum non merentur, cum re priventur (3.) Quod in *adulterinis* cesset *ratio finalis* Edicti Vestiarii, puta damnum rei familiaris &
37 publicæ, cum minori comparari pretio possint: Cessante verò ratione finali Legis prohibitivæ, cesset & ipsa prohibitio. *Everhard. in loc. topic. legal. à fine.* Et ita sentiunt Bartol. *in L. 1. §. Hoc interdictum ff. De Fonte,*
38 Andr. Alciat. *Lib. 2. De V. S. vers. Sed etsi Censoria Lege cautum.* AFFIRMATIVAM contra commendat (1.) Quod *adulterinis* utens *Gemmis* & *Margarithis*, fraudem Legi facere intendat, Gemmarum & Margaritharum ornatum prohibenti, cum *adulterina* quoad *Ornatum* idem ferè
39 præstent, quod *vera*. (2.) Quod *mali exempli* res sit, cum *adulterina* ita æmulentur artificiose veras, ut peritissimum sæpe fallere possint, illarum usu alios ad peccandum provocare, vel sub *prætextu adulterinarum*
40 *Vestiario Edicto* contravenientes, vel etiam sub *spe liciti*, (3.) Quod proterviæ & contemptus speciem habere videatur, per indirectum saltem bonam Legislatoris velle eludere intentionem. (4.) Quod cer-
41 tum sit superbiæ argumentum, *fictitiarum* Gemmarum Ornatu, cum *verarum* splendor sit interdictus, aliis antecellere aut se illis compara velle, qui dignitate tamen longe (eminent: Qui impius conatus
42 reprehensione meritò dignus est. Nos missa utraque sententia, eligimus mediam, scilicet utentem *adulterinis* tum pœnæ, in *Lege Vestiaria* expressæ, reum esse, si Magistratus Ornatum Gemmarum, non ob *pretiositatem* cives *enervantem*, sed *ob conservandam Ordinum & Dignitatum diversitatem* & ob *superbiam* illorum interdixerit, quibus pro *Status conditione* hic ornatus plane non competit. e. g. Si civici ordinis homines Gemmarum Ornatu Nobiles, Doctores, Patricios, aliosque aut

excelso

excelso loco natos, aut splendida dignitate fulgentes æmulari vellent. 43
Hoc enim casu, & *adulterinas* gestantes *Gemmas & Margarithas* credi- 44
mus pœnæ esse obnoxios, ceu *Legi Vestiariæ* fraudem facientes, cum & *Statutis* id contineri dicatur, quod ejus *ratione* continetur, (quæ hic est evitanda Ordinum confusio,) licet *verbis* Statuti non contineatur *arg. L 17. ff. de LL.* Vid. Dn. Stryk. *in Us. Mod. ff. Disc. prælem.* §. 32. & Excell. Dn. Præses *in Dissert. De Gemmis. d. l. nec non in Not. ad Lauterb. ad Præfat. Voc. Suppleatur.* Secus ac *priori casu*, quippe quo adulterinarum Gemmarum usu fortunæ utentium non exhauriuntur.

Non obstat nostræ sententiæ Ratio Negantium *Prima*. Respon- 46
dendum enim est, Regulam inibi traditam procedere *in dubio*, non
vero ubi pœnalis legis *ratio* benigniorem ejus Interpretationem non 47
admittit. Ad *Secundam* Rationem respondetur: Verba in Statutis *stricte*
& proprie esse accipienda, nisi *ratio Statuti generaliorem* & *analogicam* 48
suadeat acceptationem. *Ultima* ratio refellitur per illa, quæ diximus *n. 14. h. capitis*, pleniori horum deductione publico conflictui reservata.

Unicum adhuc quæritur coronidis loco: Utrum prohibitio *Legis Vestiariæ* etiam ad illum pertineat *Vestitum*, quem Superior alicui
donavit, si ille *Lege Restiaria* prohiberetur? Respondetur Negando, 49
modo dolus absit, per disertum textum Ordinationis Politicæ de Anno 1577. Tit. 14. §. 2. ibi: Item ob iemand von seinen Fürsten/ Herren/ oder sonst einem eines Herren Standes etwas von Kleidung oder Kleinodien geschenckt/ dieselbe soll Er seinem Fürsten und Herren zu Ehren zu tragen Macht haben/ und in dem Fall unverbothen seyn/ doch soll kein Gefehrde hierin gebrauchet werden. Vid. Dn. Præses. *in Diss. De Gemmis. c. 5. n. 19.*

CAPUT IV.

Sistens

Modum ferendi Legem Vestiariam ejusque Authoritatem conservandi.

SUMMARIA.

Loco ingressus demonstratur, remediis reprimendi luxuriam vestiariam in republica opus esse, ut illis suapte sponte à bonorum profusione sibi non temperantes, à nocivo Reipublicæ vestium luxu ad commendabilem frugalitatem revocentur. n.1.seq.

Primum huic malo medendi remedium à bono Magistratus petitur exemplo. n.4.

Rationes ejus exhibet. n.5. cum seq.

Exempla ejus recensentur. n.9. seq.

De aliis agitur remissive. n.11

Inter remedia reprimendi luxum vestiarium referunt Politici (2.) vectigalis vel accisæ impositionem quam vestibus usuri vetitis pendere tenentur. n.13

Hoc vectigalis genus æquissimum ac justissimum est. n.14.

De commodo inde in rempublicam redundaturo agitur. n.15

Non sufficere prædictum remedium refrenandæ vestibus luxuriantium insaniæ in illis, qui opibus abundant, probatur. n.16.seq.

Concesso vestium luxu impositum vectigal solvere valentibus, non tolli amplissimam multorum malorum segetem, traditur. n.20.seq.

Primarius luxus vestiarii fons est ambitio, opum ostentatio, ac splendoris & magnificentiæ affectatio. n.22

Ambitiosæ luxuriæ ingenium est contra sumptuum magnitudinem animosè luctari, enormitate pretii non raro luxuriandi insaniam adaugente. n.24

Utrum felicius procedat ab aliis commendatum remedium introducendi perpetuam aliquam vestium formam, & ut constanter illa conservetur ac retineatur, sub pœna præcipiendi, traditur. n.25

De utilitate hujus remedii ejusque possibilitate agitur. n.26. & 27

Quid in illo desideretur additur. n.28 seq.

Optimum reprimendi luxus Vestiarii remedium consistit in Legibus Vestiariis *pœna armatis* n.30

Ad Modum *ferendi legem vestiariam pertinet (1.) ut princeps vel Magistratus benè attendat diversam Civium ac subditorum dignitatem, & conditionem, proque illa splendidiorem aliis, aliis minus talem indulgeat vestitum.* n.32.seq.

Minuitur Magistratus & Judicis authoritas, si vestibus sordeant n.35

Neque decorum, neque æquum est, Consulem in vestitu æmulari Augustum vel Principem, & à simplici Nobili non exteriori quodam vestium nota distingui Regum Principumque Consiliarios, eodemque uti habitu, cum Nobili aut Equite Civem. n.36.seq.

KKkkkk 3 Ad

Ad Modum *ferendi legem vestiariam pertinet (2.) Ut certum pretium exprimatur ratione materiæ vestium, quod sub pœna excedere non liceat.* *n.38 seq.*
Exemplum ejus traditur. *n.41*
Rationem videsis. *n.42*
Utile est Reip. omnem Gemmarum & Margaritarum Ornatum, itemque die weiße kostbare Canten/ als *Points de Venise, de France, d'Espagne* und *d'Angleterre, una cum Vestimentis sericis penitus civici ordinis hominibus, non privilegiatis, inprimis verò Opificibus,* denen Handwerckern *seriò interdicere.* *n.39*
Exemplum ejus exhibet. *n.40*
Legum utilitas non in literis *sed* observantia *consistit.* *n.51*
Satius est non præcipere, quam præcepta non exequi. *n.54*
Cujus ratio subjicitur. *n.55*
Ad objectionem traditam. *n.56*
Respondetur. *n.58 seq.*
Blandum luxuriæ malum est, quam accusare facilius est, quam vitare *n.59*
Ad conservandam *legis vestiariæ* authoritatem *non parum confert (2.) constitutio Censorum & morum Observatorum.* *n.61*
Exempla ejus traduntur remissive. *n.62*
Hisce Denunciatoribus Vestiariis utile est in præmium factæ denunciationis certam pœnæ partem addicere. *n.64*
Exempla ejus videsis. *n.63*
Ad conservandam *legis vestiariæ* authoritatem *non parum conducit (3.) si contra sententias pœnales non facile admittatur appellatio, nec facile, decernatur à Superiore in Causa vestiaria inbibitio.* *n.ult.*

SI suapte quilibet sponte apparatum suum sobriè adornaret, & futuri non incautus, nil temere profunderet, sed patrimonium conservaret, ac pro virili adaugeret suum, sicque rem administraret familiarem, ut, ubi difficilia ingruant tempora, & sibi sufficeret, & publicæ suis fortunis rei succurrere quiret, frustra essent, qui reprimendo immodico vestium luxui modum invenire, & à nimia bonorum profusione cives *Legibus Vestiariis* ad frugalitatem revocare tanto curarent opere. At verò, cum plurimi boni patrisfamilias hic negligant officium, plusque cupidini dediti, in *Vestitum* erogando, quam recipiunt, tristem ac furiosum rerum suarum faciant exitum, qui eos post dispersum exspectat patrimonium, ut loquitur Imperator in *L. 12. §. 2 ff. De Curat. & Tutor. dat. & L. fin. §. 5. C. De Bon. quæ liber.* laudem omninò meretur maximam provida Magistratum cura, qua hi in

1 (margin, first line) · 2 (margin, beside "tanto curarent opere") · 3 (margin, beside "laudem omninò")

hi in principio potius vesanæ civium libidini, immoderato Vestium
luxu deperire properantium, commoda occurrere medela, quam post
vulneratum causam demum remedium adferre allaborant.

4 Inter media verò illa, quibus Princeps ac bonus quisque Ma-
gistratus, cui Subditorum ac Civium mores cordi sunt, pestifero
luxu vestium diffluendi malo commodè mederi potest, haud sanè po-
stremo habetur loco, quod à bono Magistratus exemplo petitur.
5 Uti enim magna vis est exemplorum, in illustri positorum, ad luxum
alliciendi, ita & retrahendi ab illo multum valet Principis vita & Ma-
gistratus exemplum, ipsam ex legibus pœnam & metum non nun-
6 quam efficacia sua superaturum. Hæc siquidem altius insidet subdi-
torum ac Civium mentibus Opinio, vel ex adulandi vel obsequendi
studio profecta, quod credant, licere sibi imitari, quicquid in Prin-
cipe vel Magistratu conspicuum est, sive id vitii, sive virtutis nomine
7 dignum sit: Ubi ergo *Rectores Civitatum* illarumque *Uxores* indecenti
lascivire vestitu advertunt Cives, pravos illorum mores multi impia
imitatione exprimere omni nisu allaborabunt, quos tunc demum
pudor subibit istiusmodi sumptus faciendi, si Magistratus constan-
ter Vestium luxum, & qui illo diffluunt, se contemnere & vilipendere
ostenderit, simulque suo, quid ab illis fieri velit, exemplo expresse-
8 rit. Non possunt quippe cives non plurimum illorum deferre judi-
cio, penes quos in se imperium est, & cùm alicujus judicium adsper-
nari, eidemque contraniti, offensæ materiam præbeat, nemo non ci-
vium & subditorum, qui Principem & Magistratum propitium ha-
bere optat, id aget, ut, quæ isti probatur, sibi quoque placere videan-
tur: Vid. illustr. Dn. Puffendorff. *De Legib. Sumptuar. p. 421. §. 28.* turpe
existimaturus, Principem luxus specimen fugientem cultu superare
9 velle. Meritò igitur Lampridius in vita Alexandri Severi Imperato-
ris, hunc laudat cum Conjuge Cæsarem, quod, ut IPSE suo exemplo,
magnos Viros à luxu, ita Uxor ejus Nobiles similiter Matronas à Ve-
stiaria lascivia abstraxerit: Huc pertinet elegantissimus *Forstneri* ad
10 *Tacitum* locus, *p. mihi 498.* Vespasiani laude dignum exemplum sequen-
tibus commendantis verbis: *Quanquam ea inveterati hujus mali vis est,
ut mediocribus remediis sisti non possit: Attamen Principis exemplum
fortassis validius esset, quam pœna ex Legibus, & metus. En morbum
Tiberii judicio validum & omni medicina fortiorem, Vespasianus sustulit;*

Non

Non pœnis, non Legibus, sed suo exemplo: Antiquo ipse cultu victuque obsequium inde in Principem & æmulandi amor. Vid. Dn. Rechenberg. *in Diss. De Leg. Sumpt. aphor. 9. §. 1.* Plura hujus rei exempla qui scire avet, adeat Her- 11
mannum Latherum *in Tr. De Censu. L. 1. c. 9.* & Speidelium *in Specul. Var. jurid. Polit. Hist. observ. Voce.* Kleider. Cum igitur egregia Princi- 12
pis opera & virtutum exempla longe magis subditos ad eorum imitationem provocent, quam rigidiora sæpe mandata, præcipua Magistratus cura esse debet, ut incentiva luxus investiarii exscindere cupiens, se suosque primus reformet, absurditate non carituro studio, quo vitia in civibus punire intendit, quibus ipse scatere adparet. Vid. Besold. *L. 2. Polit. c. 3. §. 35.* Quod si privato Magistratus exemplo cives 13
â noxio Reip. luxu vestiario se avocari non patiantur, ad alterum confugiunt Politici remedium, scilicet ut Rerum publicarum Rectores vestibus pretiosioribus certum vectigal vel accisam imponant, quam pendere tenentur istiusmodi vestitu usuri. Vid. Bornitius *De Ærar. Lib. 4. c. 2.* Besold. *thes. Pract. Voc.* Gülden Stück. Stryk. *De Jur. Vestiar. c. 3. n. 69.* Lather. *d. Tr. Lib. 2. c. 2. n. 46. seq.* At vero, licet lubentissime lar- 14
giamur, omnium optimo jure rebus ad vestiarium luxum pertinentibus accisam imponi, duorum inde commodorum altero in Rempub- 15
licam redundaturo, ut vel superbia juvet ærarium, vel ut obedientia Civium firmet Rempublicam, veremur tamen, ut vectigalium magni- 16
tudo cives, inprimis opulentiores, â nimio vestium luxu plene semper arcere possit: Ut enim taceamus, hoc quidem pacto tenuioris for- 17
tunæ hominibus obicem poni felicissime, quo minus vitæ sustentandæ necessaria Vestium impendant luxui, tantum tamen aberit, ut 18
ejusdem licet conditionis, sed opibus abundantibus, hoc suffecturum sit remedium, ut potius horum libidinem magis sit accensurum, 19
non obscure intelligentium, hac se via consequi posse, ut vestitu inter hos eminere, quos vivendi conditio in civitate ipsis constituit æquales, sed fortuna inferiores, illos vero possint æmulari, qui dignitate ipsis sunt longe superiores: Certe Ordinem Civium distinctum con- 20
fundet misere, nec exitum sortietur felicem vectigalium impositio in divitibus, larga odii segete inter concives hic nunquam defutura. Cum enim in hoc sumptuum genere primarius fons sit *ambitio, Opum* 21
ostentatio. Splendorisque ac Magnificentiæ affectatio, gaudebit superba mul- 22
torum indoles, non deesse sibi occasionem, opum abundantiam publice jactandi, insignique inter æquales prærogativa affectatam osten-

tandi magnificentiam, concivium indignationem certissime paritu-
23 ram. Imo inter specimina maximæ generositatis habebunt, hoc quic-
quid vectigalis pretiosis Vestibus impositum est, floccifacere, sibi
subinde gratulantes, ejus præstatione sibi solis lascivire in vestitu li-
cere, cum eandem concivibus licentiam denegaverit non *conditionis*,
24 sed *opum* disparitas. Nam, recte monente Illustri Puffendorffio *d. Diss.*
§. *17.* ambitiosæ luxuriæ ingenium est, contra sumptuum magnitudi-
nem animose luctari, animumque habere opibus superiorem, sic ut
illas, lubenter velis, & dextre possis erogare in talia, quibus magnifi-
centiam vulgus metitur, enormitate pretii non raro insaniam luxu-
riandi adaugente.

25 Id aliis dijudicandum relinquimus: Utrum â Dn. Puffendorffio,
aliisque tantopere commendatum remedium, ut scilicet, (cum ple-
rumque vestium elegantiam ad usum Aulæ populus soleat exigere,)
â Principe introducatur perpetua aliqua vestium forma, qua & Ipse
constanter utatur, Ministrisque Aulicis eandem gestandam pro im-
perio injungat, & qui isto habitu non comparuerit, ab Aula exclud-
atur, reprimendæ Vestibus luxuriandi libidini felicius adhiberi possit?
26 Licet enim non inficiemur, cum omnis vestium varietas fere in orbem
iverit, ex tanto facile illarum numero aliquem eligi habitum, aut ex
diversorum habituum partibus particularem componi formam posse,
quæ perpetuo pro eleganti habeatur, Principis, Aulæque usu eidem
27 authoritatem addituro, itidemq; hoc pacto refrenari felicissime, haud
inviti concedamus, inutilem Sartorum industriam, infinitis inven-
28 tionibus luxuriantium; Nisi tamen simul pro diversa subditorum di-
gnitate & Ordine, ille habitus ad certam restringatur materiam, ex
qua juxta semel publice acceptam formam vestibus confectis tantum
uti liceat subditis, vix est, ut, certa licet introducta vestium forma, Or-
29 dinum evitetur confusio, & in inferiori dignitatis gradu collocatis,
præscindatur occasio, cum maximo publicæ privatæque Rei nocu-
30 mento, adhuc luxuriandi, & vestium si non *formam*, tamen *materiam*
variandi, ejusque pretiositate *pares* vincendi, & *Superiores* æmulandi.

Omnium vero optimum reprimendi luxus vestiarii remedium
31 est, ut neque Boni Magistratus exemplo, neque vectigalium magni-
tudine, neque certa vestium forma publice recepta, suffecturis, con-
tra hoc malum, ceu certissimum ægræ Reip. ac Civitatis indicium. *Vid.*
Seneca Epist. 114. *Leges* insurgant *Vestiariæ*, & jura armentur censoriis te-
lis;

lis; Vid. Lipſ. *L. 4. Civ. doctr. c. 11. p. 124.* Lather. *ſæpe all. Tr. Lib. 2. c. 2. n. 43.* Bodin. *L. 6. De Rep. c. 1. p. 990.* Petr. Gregor. *L. 4. De Repub. c. 12. n. 8.* illum ad frugi vitam reducendo, quem nec Timor Dei, neque Superioris laudabile exemplum ejusque indignatio, neque publicæ aut privatæ ſalutis conſideratio, in officio ſuo potuit continere: De cujus Legis Veſtiariæ ferendæ MODO, & AUTHORITATE latam conſervandi, paucis adhuc hoc Capite agendum eſt.

Quod igitur *modum* ferendi *Legem Veſtiariam* & ita primam hujus 32
Capitis partem attinet, ante omnia in ſancienda iſtiusmodi lege Principem & Magiſtratum *ad diverſam Civium ac Subditorum dignitatem & conditionem* reſpicere oportet, ſplendidiorem Veſtitum huic indulgendo, qui ſplendidiori fulget dignitate, illo, quem fortuna tali benigniori afflatu non eſt dignata, quique nulla, vel parum eximia in Remp. merita docere poteſt.

Id quod volunt & diſerte exprimunt Publicæ Imperii Ordina- 33
tiones Veſtiariæ: *Vid. R. A. de Ao. 1500. ibi:* Nachdem ehrlich/ ziemlich und billig/ daß sich ein ieder/ wes Würden oder Herkommen er sey NB. nach seinem Stande/ Ehren/ und Vermögen trage/ NB. damit eines ieglichen Standes unterschiedliche Erkäntnis seyn möge. jung. *Ord. Polit. de Ao. 1577. Tit. 9.* Neque enim fas eſt, illas qui in Principum Miniſterio 34
ſunt, quique Conſulari, vel alia Magiſtratus fulgent dignitate, veſtitu non notanter diſtingui ab illis, qui Aulæ ſplendorem ſuo adaugere habitu non tenentur, quique ex illorum claſſe ſunt, quos veſtis ſplendidior non commendat, ſed in ruborem potius dat publice. Vid. Reinking. *De R. S. & E. L. 1. Claſſ. 4. c. 15. n. 41.* Hinc recte docet Ariſtot. *P. Politic.* Magiſtratibus & Judicibus potiſſimum decentem veſtium 35
convenire ornatum, ad tuendam ſuam dignitatem & auctoritatem conciliandam, hancque minui, ſi in veſtibus ſordeat. Conf. Perez. *in C. ad Tit. De Veſtib. Holob. n. 12. & c. 6. De Privileg. in 6. ibi: & ex majoritate ac decore majori ornatuum, majoritas appareat dignitatum.* Jung. Tiraquell. *ad L. 3. Connubial. n. 52.* Stryk. *d. Diſſ. c. 3. n. 51.* Waremund ab 36
Erenberg. *De Fæder. p. 101.* Ubi docet: Neque decorum, neq; æquum eſſe, ut Vir Conſularis iisdem utatur veſtimentis, quibus ſplendet Auguſtus, nec ſimplex Nobilis, ut Regum Principumque Conſiliarius veſtitus incedat, vel Civis, ut Nobilis vel Eques. Huc etiam re- 37
ſpexiſſe videtur hujus Urbis Senatus Ampliſſimus in Ordinatione Politica de Ao. 1576. non duntaxat *Conſulibus & Senatoribus* Ornatus quan-

quandam prærogativam, sed & reliquis Civibus in prima Classe constitutis, so im ersten Stande/ præ illis, qui in *secunda* & *tertia* sunt Classe, prudenter tribuens. *Vid. d. O. P. Tit.* Von Kleidung der Bürgermeister *&c. seqq.*

38 Non sufficit autem in diverso Vestium habitu pro diversa civium dignitate & conditione in Legibus Vestiariis diversi quid determi-
39 nasse, sed ad MODUM ferendi Legem Vestiariam pertinet, (2.) (ne eidem fraus fiat,) etiam certum expressisse pretium, quod sub pœna excedere non liceat: Hinc non duntaxat utile foret Reipubl. omnem *Gemmarum* & *Margaritharum* Ornatum, itemque die weisse kostbare Canten/ als Points de Venise, de France, d'Espagne und d'Angleterre, una cum Vestimentis sericis penitus civici ordinis hominibus, non
40 privilegiatis, inprimis verò Opificibus denen Gewerckern/ seriò ad exemplum Electoris Brandeburgici Friderici III. in Ord. Vestiar. *de Anno 1696. §. 7. seq.* interdicere, sed etiam cavere, ne panno usuri, pretium
41 assignatum excedant, v. gr. daß die (*uti est in Ord. Polit. Rostochiensi*) so unter den Mittelstand gehören/ von Wand/ NB. Davon die Elle über an-
42 derthalb Gülden nicht wehrt/ Röcke tragen sollen. Alias enim id eventurum est, ut prohibito sericarum, & inprimis auro argentoque intextarum Vestium der Gold und Silber geblühmt Seydene Stoffen/ usu, pannum longe pretiosiorem sint comparaturi, & ita pecuniam suam non minus panno, quam sericò dilapidaturi. Vid. Stryck. *d. Dissert. c. 3 n. 54.*

41 *Tertio* ad MODVM ferendi Legem vestiariam pertinet, ut prohibitiones Vestiariæ convenientibus armentur pœnis, illarumque vigilanti executione arceantur à luxu vestiario, qui sæpe avita prædia & domum, in qua Parentes defecerunt, ipsi Minores creverunt, & Majorum fulserunt imagines, satis lugubri exemplo, indecenti vestitu absorbere non dubitant, non raro omnia bona in vestibus secum portantes.

42 Inter pœnas verò, quibus munire oportet Legem Vestiariam, placet illa, qua Legibus Vestiariis morem non gerentibus, publice vestis vetita exuitur, exuta in columna infami an Pranger oder Halß-Eisen suspenditur, & suspensa omnium risui & lusui exponitur.

43 Qualia Coloniæ & Hamburgi publicata esse Edicta Vestiaria, testantur Johan. Alban. Ritter. *in Dissert. De Rebellib. Class. 12. ad fin.* Struv. *in Diss. De eo, quod justum est, circa Vestium Civ. Sect. 6. th. 50.* Speidel. *in Spec. Jurid. Voc.* Kleider.

Necnon

Necnon illa, qua (2) fisco addicuntur, & in Commissum cadunt, 44
Legibus Vestiariis interdicta Vestimenta, eorumque ornamenta.

Item, qua (3) in transgressores mulcta certa statuitur, hæcque cre- 45
scente contravenientis malitia. duplicatur, in pios usus impendenda, tertia tandem vice inarbitrariam relegationis, vel corporis etiam pœnam ascensura. *Vid. Ord. Elect. Brandeb.* §. *15.* ibi: Diejenige/ so darwi- 46
der handeln/ zum erstenmal nach Stande und Vermögen von 5. bis 20. Reichsthlr. Zum zweytenmal von 20. bis 50. Reichsthlr. NB. nebst dem Verlust desjenigen Stückes/ womit der Excess geschehen/ und zum drittenmal/ als muthwillige Freveler mit harter arbitrar, auch Leibes-Straffe beleget werden sollen: Sothane Gelder wollen wir ad pias causas verwenden lassen.

Ceterum, cum non tantum decenter Leges ferre summo bono sit, 47
sed etiam sancita accurate custodire, & ad effectum deducere, transgressoresq; competentibus pœnis subjicere, docente Imperatore Justiniano *in Præfat. Nov. 161.* non minor Magistratuum cura esse debet *Legum Vestiariarum* vigorem conservandi, quam invalescente luxu, ei- 48
dem *ordinatione Vestiaria* mature occurrendi, de quo jam ultimo loco adhuc paucis agendum est.

Ad conservandam vero *Legis Vestiariæ* authoritatem potissimum 49
facit vigilans ejus executio, quod clare innuunt Imperatores in Ordinationibus Vestiariis Imperii publicis *de Ao. 1530. Tit. 22.* §. *2. de Ao. 1540.* 50
Tit. 14. §. *7.* & *de Ao. 1577. Tit. 14.* §. *7.* Quæ enim Legum est utilitas, *si in* 51
Literis duntaxat consistant, non etiam per *ipsa facta* atque *opera* subditis utilitatem de se præbeant, *d. Præf. Nov. 161. ibique* Gothofred. Unde be- 52
ne monuit Imperator Maximilianus II. *in R. J. de Ao. 1576.* §. *79.* Es nütze wenig gute Satzung machen/ da NB. keine steiffe Handhabung dabey durch die Obrigkeit gebrauchet werde/ & Schneidewinus *in Comm. Instit. Proœm.* 53
§. *1.* Legem sine executione, esse *campanam sine pistillo.* Satius enim est 54
non præcipere, quam præcepta non exequi, cum, si prohibita impune transcenduntur, vilescat Magistratus authoritas, neque metus ultra, neque pudor sit, ut ait *Tiberius ap. Tacitum L. 3. Annal. c. 54.*

Non obstat, quod cum teste Valerio Maximo *Lib. 9. dictor. facto-* 55
rumque memorabil. c. 1. in pr. Blandum luxuria malum sit, quam accusa- 56
re facilius, quam vitare, rigor & nimia severitas, prævalidis ita & adul- 57
tis vitiis, plus nocumenti, quam emolumenti Reip. adferre videatur; Respondendum enim est: Inveteratam luxuriandi licentiam requi-

58 rere severitatem, & si hæc ratio valeret, de vita honestiori inter Chri-
59 stianos penitus actum esse, cum vitia in omni vitæ genere ita proh
dolor! succreverint uberrime, ut virtuti anteponantur, vita pessima
tandem disciplinam Christianam oppressura, nisi vitia per Leges &
60 has insequentes pœnas tollantur; Hinc, quo profundius *Vestiarius luxus* egit radices, eo fortius hoc malum est evellendum, nisi malimus
iram Dei, qui tarditatem gravitate supplicii compensat, in nostra accelerare copita, totamq; ruinæ tradere Rempublicam, uti pie monet Dn.
Rechenberg. *sæpius all. Diss. aph. 7. n. 3.*

61 Conservat (2) *Vestiariæ Legis* authoritatem haud parum, si exemplo
Romanorum constituerentur *Censores*, vitæ integritate & prudentia
conspicui, qui sedula opera dispicerent, quis opum usus & abusus, observarentq; subditorum mores, ne temperantiæ metas sua profundendo aut vestiario luxu diffluendo excedant, denunciarentq; Magistratui, si vel publice vel privatim hic quendam notaverint excessum. Vid.
Rechenberg. *d. Diss. aph. 8.* Lather. *de Censu. L. 2. c. 2 n. 11. & 12.* Speidel. *d. Tr.*
62 *voce* Kleider. Jacob. Borniclius *Lib. 4. de Ærario. c. 6.* Quales Denunciatores alibi constitutos esse, non solum discere est ex illis, quæ habet Speidel. *d. l.* sed etiam ex Ordinatione Politica Electoris Saxoniæ. *Tit. 22.*
§. *26. & 27.* Item ex Ordinatione Vestiaria Electoris Brandeburgici de
de Ao. 1696. clarescit, istiusmodi Vestiariis Denunciatoribus *tertiam*
vel *quartam* partem pœnæ, vel illius vestis, aut Ornamenti, quoquis
63 contra Edicti Vestiarii tenorem temerario usus est molimine, in præ-
64 mium factæ denunciationis addici, ut lucri spe provocati, veniant, &
urgendo Legis Vestiariæ executionem, in viridi eandem vigore conservent. Vid Struv. *d. Dissert. Sect. 6. th. 50. & d. Ord. Brend. § 16. ibi.* Derjenige/ welcher denselben anzeiget/ den vierdten Theil der Straffe zugemessen haben.

65 Addi hisce pro conservanda *Legis Vestiariæ* authoritate (3) & hoc potest, ne, (uti in plerisq; locis constitutum est;) contra tales pœnales
sententias facile admittatur appellatio, aut decernatur in *caussa Vestiaria* à Superiori inhibitio. Daß in Policey-Sachen nicht leicht appellation oder inhibition zu verstatten. *Vid. R. J. de Ao. 1654. §.* wie nun solches
106. Mev. *P. 3. Dec. 154.* Stryk. *De Jur. Vest. c. 3. n. 66.* Brunn. *in Proc. Civ. c. 28. n. 17. &* D. Winckler. *in Diss. Inaugur. De Inhibit. Judic. in causs. Appellat. sub Præsidio* Excell. Dn. Præsidis, *1696. habita c. 3. §. 12.*

Q. D. O.

MEDITATIO ACADEMICA

EXHIBENS

EXAMEN JURIDICUM IUDICIALIS LAMIARUM CONFESSIONIS,

SE EX NEFANDO CUM SATANA COITU PROLEM SUSCEPISSE HUMANAM,

Was von der Hexen Bekäntnis zu halten/ daß sie aus schändlichem Beyschlaff mit dem Teuffel Kinder gezeuget?

QUAM

Deo Propitio, & Suffragante Magnifico JCtorum Ordine in Celeberrima ad Varnum Academia

PRÆSIDE

DN. IOHANNE Klein/

J. U. D. & Pandect. P. P. nec non Consistorii Mecklenb. h. t. Directore. Dn. Præceptore, Hospite, ac Patrono Æternum Deverenando, Placido Eruditorum Examini

19. Novembr. Ao. MDCXCVIII.

IN AUDITORIO MAIORI

submittit,

NICOLAUS PUTTER. STRALS.

Author.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

DISP. XXIII. LIIIII 2 I.N.C.

I. N. C.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Magiæ atrocitas cognoscitur partim ex turpissima illa Summi Numinis abnegatione & exceranda Diabolo facta mancipatione. n. 1

Partim etiam, & maxime quidem, ex detestando illo Lamiarum cum Satana coitu. n. 2

Num talem coitum aliquis sequi effectus possit? n. 4

Narruntur horrendæ Lamiæ cujusdam Confessiones judiciales, excerptæ ex Actis Inquisitionalibus ad Amplissimam FCtorum Juridicam Rostochiensem hoc Anno 1698. missis. n. 5. seqq.

Natam inde esse occasionem hanc conscribendi Disputationem juridicam, exponit. n. 13. seq.

Subjungitur excusatio. n. 14

Et Conspectus totius Meditationis. n. fin.

1 QVanquam atrocissimi MAGIÆ criminis gravitas vel hoc solo se satis quidem prodat nomine, quod cogitatu dictuq; horrendum omnino sit, hominem, ad imaginem Dei creatum, & Christianis satum Parentibus, mediantibusq; uberrimis baptismi fœderalis undis regeneratum, omni pietatis ac humanitatis sensu penitus abjecto, se, suamque animam, pretiosissimo Christi sanguine redemtam, infensissimo humani generis hosti, ac æternæ damnationi nefanda devovere pactione, ex Dei filio turpissimum Satanæ mancipium futurum, auget
2 tamen tanti sceleris atrocitatem quam maxime, fœdissima illa corporum commixtio, quam vesanæ libidinis agitatæ stimulis, oppido delirantes sibi ab immundo Spiritu stipulantur fœminæ, non raro largis Satanæ promissionibus egregie delusæ, momentaneæque titillationis venereæ oblectamentum, nunquam desituris corporis animæque infernalibus cruciatibus misere expiaturæ. Id vero sine
3 horrore in Protocollis judicialium Lamiarum confessionum vix legi potest, turpissima hæc Satanæ Organa, ex execranda cum impurissimo hoc Spiritu consuetudine majori sæpe affici delectationis sensu,

quàm si cum legitimis licita venere corpus misceant maritis suis; imò 4
detestandam hanc libidinem effectu non semper suo caruisse, sæpius
humanæ formæ vivis liberis, ex sodomitica hac corporum commixtione ge-
natis. Sane cum ex discursu Excellentissimi Dn. Præsidis, Præcepto- 5
ris, Hospitis, ac Fautoris mei ad urnam æstumatissimi, ante aliquot Se-
ptimanas observarem, ipsum ex actis inquisitionalibus ad Amplissi-
mam hanc Facultatem Juridicam transmissis, notasse, Mulierem Ve-
neficii suspectam, extra torturam suapte sponte liberrimè fassam esse,
non duntaxat trina vice, & *prima* quidem duodecennem, *secunda* quin-
decennem, & *tertia* sedecennem, artem magicam à diversis Magistris
edoctam, sanctissimo fœdere cum Creatore suo pacto, turpiter vio-
lato, se Diaboli ministerio totam addixisse, sed & cum omnibus tribus, 6
Sponsorum loco sibi ab impiis Doctoribus suis datis Spiritibus, mul-
toties tanto coivisse oblectamento, ut turpissimæ hujusce consuetu-
dinis sine aliquo gaudii sensu recordari vixdum, cum ad judicem
traheretur, & ad formatos respondere juberetur Inquisitionales ar-
ticulos, potuerit, insuperque ad prævia eandem respondisse interro-
gata; Daß aus solchen betriebenen schändlichen Beyschlaff / ihr eins-
mahl ein schwartzer rauher Windwurm abgegangen / den sie auf ihres
Geistes Davids angeben bey einem kleinen gemachten Feuer zu Pulver
verbrand / welches Pulver der David weggenommen / folgendes Tages in ei-
nem grauen Crämerhäusgen ihr wieder zugebracht / und ihr Vieh damit
umzubringen gelehret. Item daß ihr nachgehends wieder eine Frucht in Ge-
stalt eines Mädgens von einem Pott-Krug groß abgangen / welches sie 7
zwey Tage bey sich gehabt / des Tages in ihr Bette verwahret / des Nach-
tes aber zu sich genommen / auch mit ihren Brüsten gestillet / und gemer-
cket / daß es gesogen / ihr Geist David aber hätts ihr nach zwey Tagen 8
weggenommen: Et porro: Zum drittenmahl hätte sie wieder ein Mäd-
gen mit ihrem andern Geiste Hansen / dem sie am liebsten leiden mögen /
und mit welchem sie auch im Beyschlaff die meiste Lust empfunden / eine
Zeitlang darnach gebohren / welches ihr Geist aber gleich weggenommen / 9
und wie sie eine geraume Zeit darnach von eben demselben ein Knäbgen
zur Welt getragen / hätte ihr Geist ihr denselben nicht lassen wollen / son-
dern auch gleich weggenommen: Sonsten / wann sie mit diesem Geiste 10
zu thun haben wollen / hätte sie nur gesaget: Komm Raster und Knaster
mit / so hätte er sich gleich eingefunden / auch wäre er allezeit sehr kalt ge-
wesen: Et tandem: Daß noch in dem Gefängnis ihr Geist Hans und 11

David mit ihr zweymahl gebuhlet / und sie von solcher Vermischung am 21. Septembr. dieses itztlauffenden 1698sten Jahres des Abends im Schlummern / nachdem sie den Tag vorher der Frauen / bey der sie gefangen gesessen / daß ihr so schlim / Angst und bange sey / auch hefftig friere / geklaget / auch die Examinatores ihr wohl anmercken können / daß sie grosses Leibes / Spiritu suo obstetricante, eine Frucht in Gestalt eines Mädgens zur Welt gebracht / welche sie auch in ihren Händen gehabt / und gesehen wie es sich mit Kopff / Händen und Füssen geregt / auch endlich gehöret / wie es geweinet / und da es gantz kalt gewesen / an ihre Brust gehalten / und seugen wollen / aber der Geist David habe es anfänglich nicht haben wollen / endlich es zwar zugegeben / da sie dann eigentlich mercken und empfinden können / daß es von ihr Milch gesogen / welche aber anjetzo verschwunden / doch eine halbe Stunde darauf es ihr genommen / und da-
12 mit sich weggemacht / welches sie gerne behalten hätte. Addit, se in partu maximos uterinos sensisse dolores, sanguinisque uterini, copiose emissi, vestigia in ipsa terra, indusioque suo vidisse, quæ tamen dein omnia disparuissent, ego tota contremui mente, altiusque cepi meditari, fierine possit, ut ex nefando Lamiarum cum Satana coitu
13 verus nascatur partus humanus, incessitque ex illo tempore animum cupido veritatem istiusmodi Confessionis Sagarum judicialis ad examen vocandi juridicum, cumque Varnaicis valedicturus Musis, juberer Genitori meo Honoratissimo transacti, hic triennii publicas reddere rationes, hoc thema dignum judicavi, inquo ingenii vires
14 periclitarer, indubia lactatus spe, Candidum Lectorem juvenilem hunc conatum benevolo suo favore sublevaturum, veniamque haud denegaturum esse, si quidem in ardua hacce, ac variis in utramque partem animi moribus, à magni commatis Theologis, æque ac JCtis & Medicis controversa materia hallucinatus fuero, duobus integram meditationem inclusurus Capitibus, quorum ALTERUM recensitis Affirmantium ac Negantium rationibus, evictum ibit; *Dæmonem re-*
15 *vera rem veneream cum Lamiis exercere posse*; ALTERUM vero evertere conabitur communem statuentium opinionem, *ex tali cum Satana vero coitu verum nasci posse Hominem.* Tu autem Alme Deus dirige calamum, ut non, nisi quæ ad Tui Nominis gloriam & detegendam mitam mille fraudum Artificis vafritiem factura sunt, inde fluant.

CAPUT

CAPUT I.

Defendens

Illorum Sententiam, qui Satanam cum Lamiis actum venereum vere exercere posse, sustinent.

SUMMARIA.

LOco *Ingressus exponitur necessitas quaestioni:* Utrum ex detestando cum Satana coitu verus nasci homo possit? *praemittendi disquisitionem* : An etiam Satanas cum Lamiis vere coire possit. n.1

Ejus subjicitur ratio. n.2

Satanam vere cum Lamiis actum venereum exercere, statuitur n.3

Non negatur tamen impurum hunc Spiritum saepe phantasticis illusionibus suis mancipiis imponere. n.4. seq.

Verus concubitus hic dicitur quoad actum coeundi, *& in oppositione ad* illusorium & imaginarium concubitum, *non vero quoad* effectum generandi veram sobolem humanam. n.7

Talem cum Satana nefandam libidinem alios sortiri sequiores posse effectus, traditur. n.8

Rationes, quibus fulcitur sententia superior, recensentur. n.8 seq.

Satanas in Sacris appellatur Spiritus Fornicationis ac Spurcitiae. n.9

Potest hic Veterator corpus ex aëre & terra condensare, aliisque elementis, vaporibus & exhalationibus facile solubilibus mixtis compactum induere, illud localiter movere, & in hoc adscititio corpore Lamiis incubare, & quoad coeundi actum *Veri Mariti aut proci concumbentis officio actualiter defungi, non sine voluptate illarum, qui execrandae hujus Veneris narrant historiam.* n 9

Hanc communem esse Theologorum, JCtorum & saniorum Philosophorum sententiam, videre est ex allegatis. n.10

Bonos etiam Angelos in assumptis ad tempus corporibus vere *comedisse*

edisse ac bibisse sacra testatur littera n.13
Quotidiana comprobat experientia, Sagas non duntaxat ferè omnes unanimiter fateri, Diabolum in forma modo Juvenis, modo etiam provectioris ætatis Viri, turpissimam suam consuetudinem à nefando detestandæ hujus veneris exercitio ordiri, sed & sæpe compellare Lamias ad reiterandam fœdam hanc commixtionem. n.14
Afferuntur in hanc rem detestandæ confessiones Sagæ cujusdam ex actis nuperis Inquisitionalibus ad FCtem Juridicam Rostoch. missis, excerptæ. n.15.seq.
Huic additur ex Carpzovio alia in multis circumstantiis priori concordans. n.20
De alia agitur remissivè. n.19
Conciliatur fides hisce confessionibus ex accurata Sagarum descriptione circumstantiarum Temporis, Loci & Numerorum coitus Satanici, *item ex circumstantiali narratione* Formæ & Vestitus Amasiorum, *nec non* qualitatis *in* uterum immissi membri seminisque *Judici ordine exposita.* n.21
Quodque hæc talia Sagis non somno depressis, & interna quadam imaginatione deceptis, sed certo vigilantibus, nec nocte semper, sed clara etiam die obvenerint. n.22
Imò, cum oblectamento Lamiarum, & aliis sæpe Diabolicum coitum videntibus. n.23
Pro quo probando duplex affertur exemplum n.24.seq.
Recensentur Doctores, qui dicam scribunt, Verum Diaboli cum Lamiis coitum defendentibus. n.29
Subjiciuntur rationes dissentientium n.30.seqq.
(1) *Enumero impossibilium esse Dæmones corpore, membris genitalibus ac spermate carentes, vere cum Lamiis coire posse, ac ullis venerearum libidinum illecebris trahi.* n.31
(2.) *Satanam nullam ex coitu voluptatem posse percipere.* n.32
(3) *In Sacro Codice nefandæ hujus veneris nullum invenire esse vestigium.* n.33
(4.) *Hunc congressum ex læsa mente proficisci censeri & mere esse phantasticum, illi similem, qui per quietem libidine diffluentibus sæpius objicitur, ipsis fatentibus Lamiis, se nescire, quid secum actum sit.* n.34
Responsionem ad rationem primam & secundam *exhibet.* n.35
Ad Tertiam n.36
Ad QUARTAM & ultimam n.37.seq.

Cum

Cum otiosa extitura videatur omnis futura nostra demonstratio, 1 imo in *Domitianam* quæstionem abitura sit operosior disquisitio: *Utrum ex nefando cum Satana coitu verus nasci possit partus humanus?* Si Cacodæmon cum mancipiis illicita & execranda venere *vere* coire non 2 possit, cessante *vero concubitu*, facile etiam *vero partu humano*, cujus ille *ceteris paribus* caussa existere debet, cessaturo, operæ omnino pretium nos facturos rati sumus, si, antequam ad ulteriora progrederemur, hoc *primo* evictum in antecessum iremus *Capite*, impurum hunc spiri- 3 tum cum suis Organis *revera* concumbere, remque veneream *vere* exercere, & exercere posse.

Hoc vero asserentes, id minime gentium statuimus, ac si Sata- 4 nas cum Lamiis *semper*, quando his videtur corpora se sua cum illo miscere, *ipso actu*, & *vere* congrediatur: Non enim inficiamur, mille fraudum hunc Artificem miro vaframento credulas mulierculas, easque sæpe simpliciores, fallere ex professo edoctum, phantasticis illusionibus præprimis in somniis sæpe egregie imponere Lamiis, ut expergefactæ, vel jurejurando obtinere non sint dubitaturæ, summa cum delectatione se cum Dæmone in forma amabili *vere* concubuisse, & ad satietatem usque illicito ejus amore & veneriis amplexibus fuisse perfruitas: Sed illud duntaxat affirmamus, Satanam non raro, omni 5 phantastica illusione plane exulante, *vere* cum Sagis vigilantibus illicita venere ac Diabolica Sodomia congredi, ita ut ipsæ non duntaxat externa sese mole premi, sed ipsis etiam membris genitalibus cum semine frigidissimo venereum sensibiliter immitti instrumentum intelligant, & impurissimos suos Amasios propriis usurpent oculis, ac palpent manibus. Secundo hic præfamur: *Verum* quando Diabolo 6 tribuimus *coitum*, hoc non accipiendum esse quoad effectum procreandi *sobolem humanam*, sed duntaxat quoad *actum coëundi & effectum copulæ venereæ sequiorem*, ita, ut opponatur talismodi verus coitus *Phantasticæ imaginationi*, aut *imaginario amplexui*, effectum, licet non *prolis hu-* 7 *manæ*, tamen sequiorem *intumescentis uteri* ac *dolorum uterinorum* illis, similium, quos parturientes fœminæ in ipso ordinarie partu persentire solent, sortiturus. Quibus præmissis, Positionem nostram sequen- 8 tibus firmamus rationibus (1) Quod, quanquam Satanas sit Spiritus sensus omnis ac affectionis corporeæ expers, sicque cum corporea substantia, anima sensitiva prædita, ob summam naturarum oppido incompatibilium discrepantiam jungi nullo posse modo vi-

deatur, propitia tamen negari veritate haud possit, Spiritum hunc
9 *Fornicationis ac Spurcitiei*, uti appellatur *Oseæ c. 4* corpus ex aere terraque condensatum, aliisque elementis, vaporibus ac exhalationibus mixtis, facileque solubilibus compactum & formatum, artificiose induere, illud movere localiter, inque hoc assumpto corpore suis mancipiis incubare, atque Viri verè concumbentis officio quoad *actum coeundi*, actualiter defungi posse, non sine voluptate illarum, corpora quæ sua fœdissimæ mali Dæmonis subagitationi nefanda venere subjicere haud verecundantur. Quæ philosophandi ratio sicuti communi Theologorum, JCtorum ac saniori philosophiæ addictorum pro-
10 batur calculo, Vid. Augustin. *in Tract. De Civit. Dei L. 15. c. 23.* Fr. Balduin. *in casibus consc. L. 3. c. 5. Cas. 113. p. 761.* Lambert. Danæus *in Ethica Christiana L. 2. c. 14. ibi. Septimo loco quæsitum est de Dæmonibus; Utrum cum iis conjungi copularique fœminæ prohibeantur: Et dubitant quidem, utrum id fieri possit; Qui si legerint, quæ scribit Augustinus de Civ. Dei de Dæmonibus, & illorum natura, & quod omnes admittant, Dæmonum alios esse* incubos (i.e. sub specie
11 virili supervenientes incubare fœminis, Schottus. *in Phys. Curios. L. 1. c. 21. p. 83.*) *alios* succubos (i.e. sub muliebri specie Viris succubantes, pati
12 muliebria, Melerizius *in Differt. Physic. De infant. Supposit. th. & 4.*) *certè fatebuntur, id esse verum, & sæpe mulieres maleficas cum Dæmonibus coivisse, & ex eo coitu voluptatem sensisse, ex illarum confessione accepimus. Illi enim ad tempus induunt corpora, & aëris impulsu potest excitari titillatio, jucundusque aliquis in coitione sensus, qui reipsa concumbentes cum illis delectet.* Confer. Thom. *2. Sent. Dist. 8.* Toletus. *in Summa L. 4. c. 15.* Alphons. à Castro *De Just. Hæretic. Punit. L. 1. c. 16.* Carpzov. *Pr. Crimin. P. 1. qu. 9. 49. n. 42.* Petr. Theodor. *in colleg. Crimin. Disp. 7. th. 3. Lit. N.* Delrio *Disquis. Magic. L. 2. qu. 15.* Sprenger. *in Malleo. Malefic. P. 1. q. 3 pag. m. 48.* Joh. Hinr. Pott *in Diss. jurid. De Nefando Lamiarum cum Diabolo coitu c. 4.* & Dn. Ernst. Frider. Schröter. *in Diss. De Lamiis. qu. 6. ibique plena manu allegati Ddres.* Ita
13 (2.) haud parum inde roboris sumit, quod bonos etiam Angelos in *assumtis* ad tempus *corporibus*, vere cum hominibus edisse ac bibisse
14 ipsa sacra nos edoceat littera. Accedit hisce (3.) Ipsa quotidiana experientia, ceu qua optima rerum Magistra, erudimur, sagas non duntaxat ferè omnes unanimi confessione asserere, Diabolum in forma modo Juvenis optime ornati, modo etiam provectioris ætatis hominis turpissimum suum sodalitium ac contubernium à nefandissimo detestandæ hujus veneris exercitio auspicari, sed & sæpe ab im-

mundo

mundo hoc Spiritu mancipia sua interdiu & vigilantia compellari ad
continuandam & reiterandam hanc fœdissimam consuetudinem. 15
Sic ex Actis novissime Mense sc. Octobr. hujus Anni 1698. ad Amplissimam
FCtem Juridicam Rostochiensem transmissis, observavit Excellentissimus
Dn. Præses, inquisitam illam judicialiter fassam esse,
daß des folgenden Tages/ wie den Tag vorher die N. N. Ihr das Zaubern
gelehret/ und einen Bräutigam/ Namens Hanß/ zimlichen Alters/ zugefreyet/
NB. um Vormittag/ wie keiner zu Hause gewesen/ gemeldter Hanß
im schwartzen Habith zu ihr vor die Thüre gekommen/ und sich gemeldet/
daß er der von der alten N. N. ihr angewiesener Bräutigam sey/ welchen
sie angenommen/ und mit ihm in die Cammer gangen/ und daselbst auffm
Bette mit ihm Buhlschafft getrieben/ und wäre sie damahl erst 12. Jahr
alt gewesen. Item; Wie sie ohngefehr 15. Jahr alt zum andernmal wie- 16
der von dem N. N. zäubern gelernet/ und Er ihr abermalen einen andern
Bräutigam/ Namens Hanß zugefreyet/ hätte sich dieser Bräutigam so
gleich bey sie auf der Heyde/ woselbst sie die Kühe gehütet/ nachdem ihr
Lehrmeister nur nach Hause gangen/ eingefunden/ auch noch darauf im
Felde mit sie gebuhlet/ auch nach 2. Tagen des Abends in ihrem Hause/
allwo sie gedienet/ in der Küchen wieder zu sie gekommen/ und daselbst den
Beyschlaff unter Versprechung eines schwartzen Tuchs/ (welches er aber
nicht gehalten) wiederholet: Dieser Geist wäre allezeit in einem bunten
Sammitschen Rocke/ von weiß/ roht/ und schwartzen Streiffen/ mit grauen
Strümpffen/ schwartzen an beyden Seiten aufgeschwäntzten Huthe/
mit einem seydenen schwartzen Bande/ zu ihr gekommen/ und dieser
Bräutigam sey ihr angenehmster Geist gewesen. Addit: Mit diesem hätte
sie öffters gebuhlet/ und wenn sie rechte Lust darzu gehabt/ hätte sie nur gesaget/
komm Raster und Knaster mie/ so hätte sich ihr Geist bald eingefunden/
da sie denn von solcher Teuffelischen Vermischung ihre Lust empfunden
(welches Inquisita mit Lachen erzehlet) doch wäre der Geist sehr kalt/
auch was von ihm gangen/ kalt und roht gewesen; *Et porro:* Wie sie zum
drittenmal von der alten N. N. unter dem Versprechen/ daß sie ihr noch 17
mehr Künste/ als sie bereits wüste/ lehren wolte/ zaubern gelernet/ hätte
auch die ihr einen Bräutigam/ Namens David/ zugesellet/ der sich auch
gleich des Nachts drauff eingefunden/ und im Bette mit sie gebuhlet/
mit diesem hätte sie auch im Tage genug/ und noch im Gefängniß diese unmenschliche
Unzucht wiederholet/ dieser wäre in männlicher Statur und

im schwartzen Habith ihr allemahl erschienen / sehe aber sehr heßlich aus/
und hätte solche dolle Hände und Füsse / als Pferde-Füsse / und dieser
wäre ihr sehr hart gewesen / auch von Natur gantz kalt: Et tandem:
18 Sie hätte diese Zauber-Kunst zween wieder gelehret. (1.) einem
Jungen N. N. dem sie eine glatte und schmucke Braut / mit einem
braunen Rock / und schwartzen Kappe zugeführet / Namens Anna
Dorothea / so dieser auch zu sich genommen / und sich zu ihr geleget.
(2.) einer Dirnen N. N. der sie einen Bräutigam / Namens Heinrich/
im schwartzen Kleide zugesellet / der gleich zur Hand gewesen / mit
welchem diese ihre Buhlschafft getrieben / und wäre Inquisita dar-
auf weggangen. Huic infinitæ ab aliis literis jam consignatæ jungi
19 possunt Sagarum confessiones, quas multo numero videre sunt
apud Carpzovium *in pr. Criminal. P. 1. q. 50. in fin.* in specie vero
20 cum priori in multis circumstantiis convenit judicialis Lamiæ ali-
cujus confessio, quam proximè allegatus Carpzovius ex actis
Inquisitionalibus Mense Febr. 1622. d. l. annotavit, quæ circumstan-
tialiter asseruerat, daß der / bey erlernten Zauber-Kunst ihr zugesellter
Bräutigam beym ersten / auf der Erde gehaltenen Beyschlaff in
schwartzer Kleidung / schwartzen Huth mit einem gelben Feder-Busch/
rothen Strümpffen und einem Kuh-Fuß / zum andernmal aber im
grauen Kleide / und auf dem Huth einen braunen Feder-Busch/
auch gelben Strümpffen zu ihr gekommen / der eine rechte Fuß / sey
damalen wie ein Esels-Fuß / sein Glied aber sey hart / und kalt gewesen/
und habe sie gantzer neunzehen Jahren in solcher unmenschlichen Unzucht
gelebet / und so offt mit ihm Gemeinschafft gehabt / daß sie es nicht
zehlen könne / wie er dann in Carcere noch fünffmahl mit ihr gebuh-
let. Confer. Schröterum & Pott. *d. Diss.* Schottum *Phil. Curios. Mi-
rab. L. 1. c. 21. & L. 2. c. 28.* Thyræum *De locis infestis P. 1. c. 19. n. 28.*
aliosque. Quibus Sagarum confessionibus, contra *se ipsas* factis,
21 eo facilius assensum quisque suum impertietur, quo magis cir-
cumstantiæ *Temporum coitionis*, (die scilicet, an nocte) *Locorum*,
(an in lecto, an vero in nuda terra) *Numerorum coituum* (semel,
an sæpius) *Formæ & Vestitus Amasiorum*, & *Qualitatis membri & se-
minis* accurata descriptio, Judici ordine expositæ, quicquid ad-
huc dubii incredulo superesse possit, eidem eximere ac delere po-
tis sunt, prudenti pensaturo meditatione, hæc talia Sagis, non
22 somno depressis, internaque quadam imaginatione delusis, sed

certè,

certè, & *perspicuè vigilantibus*, nec semper nocte, sed *interdiu* etiam, cum *voluptuaria sensatione* contigisse, imò sæpe aliis coitum Dæmoniacum videntibus, sicuti illud inter alia confirmat narratio, Literis consignata ab Hermanno Gæhaus *in Decis. Illustr. quæst. usu freq. q* 3. Veneficæ 23
confitentis, Diabolum, postquam primo nuptiarum die cum marito consuevisset altero die secum fuisse congressum, idque adeo *potenter, ut nullam de hinc cum proprio marito coeundi habuerit voluptatem*, Schröter Conf. & Pott. *d. ll. Hoc* vero corroborat Sprengerus *supr. all. Tr.* ubi refert, persæpe Sagas in agris & Sylvis sese retegere, & clara 24
die coire cum Diabolo, sæpeque retectas in agris visas, interdum etiam ipsis incubantes & inhærentes Diabolos à viris supervenientibus esse deprehensos, hosque gladio illos cœdentes nil effecisse.

Quanquam autem ex hactenus deductis appricari autumemus, malum Dæmonem cum suis mancipiis *quoad actum coëundi* illicitam venerem vere exercere posse, adeo, ut, qui dicente Thoma apud 25
Sprengerum *in Mall. Malef. P.* 1. *q.* 3. *mihi* 48. hanc communem & omnium fere seculorum experientia comprobatam sententiam, Vid. 26
Delrio *in disqq. Mag. L.* 2. *q.* 15. *aliiq;* num. 10. *h. c. allegati Ddres*, negare ausit, imprudentiæ notam incurrere videatur, non desunt tamen, qui eandem ex non contemnendis in dubium vocare sustinent rationibus, statuentes, *Concubitum cum Dæmonibus esse impossibilem & mere phantasticum, ac rei evidentiæ contrarium.* Quorum ponderare argumenta, ante quam ad princeps negotium expediendum nos accingamus, adhuc volupe est. 27

Sicuti autem inter Negativæ hujus sententiæ Patronos, quos longa serie citatos exhibet Carpzovius *in Pr. Crim. P.* 2. *qu.* 29. *n. n.* 31. qui- 28
bus jungi possunt Philippus Broideus, Joh. Baptista Porta, Toreblanca *L.* 2. *c.* 20. Engubinus *L.* 8. *De Perennii Philosoph. cap.* 26. *aliique*, agmen ducit Thummius *in Tract. Theol. De Sagar. Impet. nocendi imbecill. & gravit. pœn. q.* 8. *p.* 35 & Johan. Fich. Consil. 111. ibi: Es ist unglaublich/ ja lauter Gespenst und Träume von der Weiber leiblichen Vermischung mit den bösen Geistern/ unangesehen/ daß die Inquisitores hæreticæ pravitatis ihres eigenen Nutzes halber/ und andere solchen Unglauben/ durch viele erdichte und glaubwürdige Exempel/ wie dieselbe in malleo maleficarum Chilandi, und andern mehr/ so an dem Papstthum hangen/ gefunden werden/ hefftig gestärcket/ und so viel als gläublich gemachet haben/ auch wieder NB. alle Venunfft und natürlichen Ver- 29

31 ſtand. &c. ita eandem firmant ſequentibus rationibus: (1.) Quod Dæmonum concubitus ſit ex numero impoſſibilium, cum corporibus, membris genitalibus, & ſemine deſtituti, nullis venerearum libidinum illecebris trahantur, ſoliſque Deus iſtiuſmodi ſtimulos homini-
32 bus, ad ſobolem procreandam & multiplicandum genus mortalium indiderit, quorum Dæmones, ceu ſtabili & certo creati numero, non ſint indigi. (2.) Quod naturæ Dæmonum plane adverſetur coitus;
33 Quodque (3.) nullam ex hoc coitu Satanas voluptatem percipere
34 poſſit; & tandem (4.) in Sacro Codice ne veſtigium quidem legere ſit de nefanda hac Dæmonis cum Lamiis conſuetudine, qua in tamen omnis hujus Veteratoris malitia ſatis detecta eſt; ut inde hic congreſſus ex mente læſa mere cenſeatur imaginarius, ſimilis illi, qui per quietem libidine diffluentibus objicitur, ipſis Sagis fatentibus, ſe utique neſcire, quid ſecum agatur. At vero hæc, aliaque diſſentientium argumenta ejus non videntur eſſe ponderis, ut in ſua nos caſtra trahere poſſint, qui ad *primam* & *ſecundam* paucis reponimus *rationem*, falſum omnino eſſe è numero impoſſibilium eſſe, ac naturæ Dæmonum adverſari, venereum cum Sagis exercere actum; Licet enim
36 propriis careant corporibus ac ſemine, poſſe tamen illos in adſcititio corpore venereas Viri actiones æmulari, ſemine vel ex nocturnis Virorum pollutionibus, aut aliunde ab aliis Diabolis ſuccubis excepto, deſtinatiſque Sagarum locis applicato, ſupra jam deductum eſt. Neque concludit argumentandi ratio: Diabolorum certus in prima creatione eſt numerus, qui nec per coitum poteſt multiplicari, neque multiplicatione etiam indiget. Ergo Diaboli non poſſunt cum Lamiis venerem exercere: Cum à negata *generatione*, ad negandum *congreſſum*, infeliciter omninò inferatur.

37 Ad *Tertiam* rationem reſpondemus: Utut malus Dæmon ex actu venereo nullam ſentiat voluptatem corporalem, ſufficere, eundem, ceu infenſiſſimum humani generis hoſtem, nefanda hac libidine mancipia ſua à DEO abducere, ac ſecum infernalium cruciatuum participantia facere poſſe; Recte enim docet Sprenger. *ſupra allegato Tractatu. p.45.* Diabolum fœminis abuti, non quidem delectationis cauſſa, niſi qua gaudet homines deceptos eſſe,) quæ in Spiritus, carne ac oſſibus carentes, cadere nequit, ſed, ut opus generationis polluat, & defœdet, homineſque à recto tramite abductos, in fœdiſſimam hanc conjiciat libidinem, ſicq; miſere deluſos, in æternam præcipitet damnationem. Vid. Delrio. *in Diſq. Magic. L.2. q.27. Sect.2. p.188.* & Peucer. *De Divinat. p.11.*

Minq-

Minoris vero adhuc momenti est, quod loco *quartæ* rationis 38
afferebatur, cum apud omnes expeditum sit, â *silentio*, ad *negationem*, non valere consequentiam. Illud vero negatur, quod hic congressus, non dormientibus, sed vigilantibus contingens, sit mere illusorius & Phantasticus, quodque Lamiarum omnium hæc sit con- 39
fessio, se nescivisse, quid secum actum sit: Cum *Circumstantialiter* factæ illarum depositiones, de quibus supra actum est, rem plane aliter probent, & satis eant evictum, turpissimum hunc coitum non fuisse imaginarium & multis parasangis ab illo diversum, qui in somniis libidine diffluentibus, non raro solet objici; Cum Lamiæ vigilantes revera illa fruantur venere, cujus speciem somnia tantum dormientibus videntur suaviter præfigurare.

CAPUT II.

Evincens

Ex vero Satanæ cum Lamiis coitu veram prolem humanam nasci non posse.

SUMMARIA.

Ingressus Capitis II. n. 1.

Ab actu venerii congressus, ad effectum nascituri inde hominis non semper valet consequentia. n. 2

Proponitur summa totius hujus Cap. n. 3

Recensentur Patroni sententiæ communis, ex vero scilicet coitu Satanico cum Lamiis, non posse non verum nasci partum humanum. n. 4

Referuntur rationes pro hac sententia. n. 5. seqq.

Quia, (a) Licet Satanas, quà Spiritus, ipse semine prolifico destituatur, illud tamen multis potest invenire modis, inventumque incubum agens, in Uterum Lamiarum intromittere,

tere, & ita ex semine humano virili veram prolem humanam generare. *n. 6*

Fieri id posse tribus modis (a) per surreptionem seminis in viro, nocturnis polluitionibus maculato, (b) aut excipiendo semen viri, cui se malus Dæmum in forma Succubi supposuit, illudque celerrimo motu iterum in Uterum Lamiæ, cui incubat, intromittendo. Vel (c) Mortuo Cadavere humano, inque eo invento semine, in actu venereo abutendo, demonstratur. *n. 7. 8*

(2) Argumentantur â minore ad majus, ducendo argumentum â possibilitate imprægnationis & nascituræ sobolis humanæ ex spermate probe uterum emisso, membro genitali nequidem in Veneris palæstram intromisso, ad possibilitatem procreandi partum humanum ex actuali Satanæ cum Lamiis congressu, membrique genitalis ac spermatis humani immissione. *n. 10*

Adducuntur historiæ illarum, quæ creduntur imprægnatæ ex semine virili, non in, sed prope uterum *tantum emisso, sicque extravasato, nullo interveniente maritali contactu.* *n. 11. seq.*

(3) Eodem argumentandi modo infertur â possibilitate conceptionis & partus humani ex sola imaginatione concubitus Virilis, sine omni tamen actuali ejus congressu, ad possibilitatem concipiendi & pariendi verum partum humanum, exulante imaginatione, positoque actuali cum Satana concubitu. *n. 18*

Subjicitur notabilis decisio Parlamenti Gratiano politani, A. 1637. pro legitimitate partus pronunciantis, quem ex imaginario mariti per quadriennium absentis, mortuique concubitu Vxor ipsius prætenderat se concepisse. *n. 19*

(4) Provocatur ad judiciales Lamiarum confessiones & exempla. *n. 21*

Proponitur sententia negantium, ex nefando cum Satana coitu verum nasci posse hominem, licet semen humanum, ac virile vere in uterum Lamiarum sit effusum. *n. 22*

Addi-

Additur ratio, cur hac ultima sint adjecta verba. n.23

Apud plerosq; expeditum est, Diabolum semine masculino plane destitui. n.24

Semen virile est principium formationis, sine quo nulla sperari potest Hominis conceptio, aut generatio. n.25

Semen est substantiæ corporeæ pars, cibique optime concocti residuum. n.26

Probatur superius assertum (1) ex consideratione qualitatis ipsius Satanæ. n.27

(2) *Ex consideratione* qualitatis corporis à Diabolo assumpti *ad perficiendum fœdissimæ cum lamiis commixtionis actum, &* ipsius Seminis, in uterum earum effusi. n.34

(3) *Ex defectu exemplorum, confirmantium, ex istiusmodi execrando coitu veros natos esse homines.* n.67

(4) *Ex consideratione circumstantiarum, factas Lamiarum confessiones, se ex Sodomitica hac commixtione veram sobolem humanam concepisse & peperisse, oppido suspectas facientium.* n.76

Deducitur id (a) quod communiter fateantur, remotis se peperisse arbitris. n.77

(b) *Satana obstetricis munera obeunte.* n.78. seqq.

(c) *Partumque iterum subducente.* n.95

(d) *Quodque fateantur, puerperii signa statim disparuisse.* n.86

(e) *Lac in mammis, quo recens natos lactasse credi volunt, subducto à Satana partu statim exaruisse.* n.eod.

(f) *Seque puerperio sine vitæ periculo omnia domestica commode obire, ac expedire statim potuisse negotia.* n.82

(g) *Et diu infra ordinarium partus tempus post aliquot aut septimanas aut menses à copula peperisse.* n.83

Diabolus effectus absolute admirandos edere non potest. n.27

Nec potest ordinem naturæ immutare, sed in activorum cum passivis applicatione, æq; ac ipse homo, naturæ legibus est adstrictus, de quibus dispensare, easque immutare ad Reservata pertinet divinæ Majestatis. n. 18. seq.

Ingenerando ex semine humano

vero homine omnia illa adesse debere requisita, etiam illo casu, quo Diabolus turpissimam cum Lamiis exercet Venerem, quæ ad mysterium conceptionis & generationis pertinent, viro cum fœmina corpus suum carnali copula miscente, probatur pluribus. *n.30. seq.*

Corpus, quo mediante Dæmon Lamiis incubat, est vel aërium vel hominis alicujus, violenta morte extincti, vel tandem cadaveris tabescentis. *n.35*

Ex neutrius tamen applicatione sperari posse effectum veri hominis nascituri, probatur. n.36. seqq.

Semen, quo abutitur in execrando illo congressu Diabolus, invenit vel in cadavere, vel excipit etiam nocturnis polluitionibus ejaculatum, aut à viro in se succubum agentem, effusum. n.37

Constans Medicorum est assertum si semen virile vel minima hora extra testiculos, vel uterum divertatur, illud statim omnem amittere vim genitalem, evanescente è vestigio calore, exstinctoque geniali spiritu. n.41

Probatur hoc assertum alia ampliatione, quam videsis. *n.42*

Rationes, quas propter verus sperari homo non potest ex semine corporis humani, violenta morte extincti, & à Diabolo assumpti, traduntur. *n.43. seqq.*

Semen assumpti cadaveris tabescentis omni genitali vi caret, quia in tali cadavere seminalis substantia penitus est corrupta. *n.50*

Subjiciuntur rationes, cur neque semen nocturnis ejectum polluitionibus, aut quod Diabolus succubus ex fœdo cum viris coitu excepit, ita sit qualificatum, ut verus inde nasci possit partus humanus. *n.51. seq.*

Incomprehensibilis Dæmonis celeritas in fovendo, & transferendo semine, à viro deciso, non adæquat temporis brevitatem, quo seminis calor genialis evanescit. *n. 60. seqq.*

Frigiditatis sensus, quam in semine à Diabolo Lamiis immisso hæ sentiunt, argumento est, semen hoc non esse prolificum. *n. 62*

Ad objectionem formatam. *n.63*

Respondetur. *n. 64. seqq.*

Exemplum nati veri hominis ex coitu Diabolico à Dn. Pott allatum

tum rejicitur ex rationibus, quas videsis. n. 69. seqq.

Testi de proprio auditu ne quidem creditur in re, solo visu perceptibili. n. 71

Sagarum confessionibus cur hic nulla haberi fides possit, demonstratur. n. 72. seq.

Undenam probabiliter originem trahere videantur istiusmodi Sagarum confessiones, deducitur, n. 87. seqq.

Adducuntur Authores pro nostra sententia. n. 93

Ad rationem contrariæ sententiæ primam respondetur. n. 95. seq.

Ad Secundam. n. 98. seqq.

Ad exempla à contrariæ sententiæ Patronis allata. n. 101. seqq.

Cur ex semine inbalneo invento non procedat fœminæ conceptio, videsis, n. 104. seq.

Refutatur Historia de Turcicis fœminis, se invicem impraegnantibus ex semine, ex copula virili alteri adhærente. n. 106. sqq.

Item sequentes aliæ n. 15. seqq. allatæ. n. 108

Refutatur Tertium argumentum inde desumptum, quod ex sola mulieres imaginatione sine contactu virili concipere possint, per rationes, quas vide. n. 100, seqq.

Reformatam esse à Sorbonna Parisiensi sententiam Parlamenti Grationopolitani, & ex quibus rationibus, vide. n. 115. seqq.

Quid de æquabus, flante Favonio sine virili semine impraegnatis sentiendum sit, exponitur. n. 117

Ad Ultimam rationem adversariorum, à confessionibus Lamiarum desumptam; respondetur. n. 119

Usus Disputationis additur. n. 121 seq.

Et confirmatur subjecto FCtis Iuridicæ Rostochiensis Responso. n. fin.

1 PRobato in Capite præcedaneo, malum Dœmonem corpore extrinsecus assumto, & ad humanam effigiem ex condensatis aëris vaporibus sibi formato, illicita cum Lamiis *vere* congredi venere, virique officio etiam in immissione seminis aliunde excepti, defungi posse; ejus videbatur esse consectarium: Ex *vero* hoc *coitu* non posse non *verum* nasci *hominem*; At vero ab *actu congresionis venereæ*, ad 2

effectum nascituræ inde sobolis humanæ non semper licere inferre, sicuti
3 extra omnem dubietatis aleam positum esse remur, ita, ex *vero Diabolico hoc cum Lamiis concubitu* naturaliter *sobolem veram humanam* nasci haud posse, probare allaborabimus, modo in antecessum adversæ sententiæ Patronos adduxerimus, illorumque rationes, accuratius lustratas, recensuerimus.

4 Inter illos vero eminent Jacobus Sprenger. *in malefic. malleo. tota quæst. 3.* Johan. Niederus *De Malefic. Decept. cap. 10.* La Commare del Scipion Mercur. *germanice edit.* à Gottfried. Welich. *P. 2. c. 33. Rubro* ob auch vieler Meynung nach / der böse Feind mit dem Menschen könne Kinder zeugen? Strozzius Zigogna *De Spirit. & Incant. Lib. 3. c. 3. pr.* Schott. *2. Sentent. D. 7. q. 1.* Paul. Chirland. *De Sortil. q. 7. n. 12.* Bodin. *De Mag. Dæmon. L. 2 cap. 7.* Martin. Delrio. *Disp. Magie L. 2. q. 15.* Torrebl. *in Epid. Delict. L. 2. c. 30.* Guaccius. *in compend. Malefic. L. 1. c. 12.* Hucher. *L. 4. De Pterilit. in fin.* & quos allegat Zachias *in quæst. Medico-legat. S. 3. Tr. q. 8. n. 4.* Elich. *in sua Dæmanimagia. q. 9. pag. 126.* & Caranza *de Partu. Miscell. c. 20. q. 10. n. 97.*

5 Rationes, quibus sententia Affirmantium, ex *vero* Satanæ cum Lamiis *concubitu verum* nasci posse *partum humanum*, innititur, quantum quidem eas ex variis solicite colligere licuit Scriptoribus, sunt sequen-
6 tes: Quod (1) negari non possit, Satanam, licet ipse semine prolifico destituatur, illud tamen multis invenire modis inventumque partibus genitalibus Lamiarum in amplexu fœdissimo venereo immittere, & ita ex semine humano virili veram prolem humanam ge-
7 nerare & suscipere posse. Neque enim quicquam impedimento esse, videtur, quo minus impurissimus hic Spiritus (a) semen nocturnis polluitionibus in somniis emissum excipere, exceptumque velocissimo motu, incubum acturus, in ipso Sodomitico coitu in uterum Lamiarum intromittere, & ita ex alieno generare sperma-
8 te possit: Aut si hoc parum arrideat, majori tamen utique gaudebit probabilitate, (b) malum Dæmonem, in forma *succubi* se Veneficis subjicientem, sperma virile ex detestanda hac commixtione excipere, acceptumque celerrimo motu locali, se iterum in formam viri transformantem, per fabricata ad id corpora & instrumenta transferre, corporique fœmineo, & locis naturæ congruis applicare posse, secutura inde conceptione, Patreque partus inde nascituri illo futuro, ex cujus semine talis gignatur homo, Matre

vero illa, quæ semen excepit, positisque ponendis, & collatis ex sua parte, quæ juxta Leges naturæ ponenda sunt, concepit, gestavit, peperit. Vid. Strozzius Zigogna *L. 3. c. 3. d. Tr.* ubi docet, *quod etsi naturaliter per se ipsi coire & generare nequeant Dæmones, quippe corpore, ac proinde etiam semine vasisque spermaticis, & inprimis calore destituti, quæ omnia ad generationem sunt necessaria, nihilominus tamen illos, naturalibus mediis usos, primum se in muliebrem effigiem transformare, & viro substernere, receptoque ab eo in corpus assumptum semine, momento temporis cum fœminis congredientes, illud in matricem transfundere posse, indeque non nunquam partum procreari, inprimis, quando semen eadem qualitate & calore naturali conservatum, in convenientem materiam, tempus, ac locum inciderit.* Confer. Chriland. de Sortileg. q. 7. n. 12. ibi: *Diabolus igitur in coitu ipso generat ex spermate alieno, s. alicujus viri, in somniis polluti, aut etiam vigilia, quotiescunque Dæmon in forma succubi se transformat, & habet coitum cum Viro, tunc recipit sperma Viri, & quanto citius velocissime accedit ad mulierem in forma incubi, inque ejus naturam & matricem illud intromittit, & inde sequitur prægnantia mulieris, & infantis generatio, ac si mulier cum naturali Viro coivisset: Tamen infans ipse si oriatur, non dicitur esse Filius Dæmonis, sed illius, cujus erat sperma.* Et Delrio d. l. q. 15. ibi: *Potest Diabolus semen aliunde acceptum (v. g. in ea, quæ somnianti Viro contigit, illusione) deferre, & qua est agilitate ac naturalium rerum peritia, calorem prolificum in semine, quantumvis ille, subtilis & aëreus sit, facileque dissipabilis, conservare, & illud denique, quo momento mulier ad concipiendum optime disposita est, quod ipsum non latet, tunc ita matrici infundere, & naturali vi ad attrahendum exhibere, & muliebri semini commiscere, ut inde conceptio subsequatur.* Jung. Zachias proxime all. loco n. 10. ibi: *Ad id, quod de incubis & succubis subjicitur, patet, quid respondendum: Nam opera Dæmonis potest eo modo sequi conceptio, quia mira celeritate ipse Dæmon semen quoquo modo libet, à viro decisum, in mulieris uterum, antequam alterari ullo modo possit, impingit.*

Aut (c) Dœmonem mortui Cadaveris humani recens denati cor-

corpus induere, inque illo semen inventum in congressu cum Lamiis in has transfundere, indeque easdem imprægnare cum effectu pariendi sobolem humanam posse. Vid. La Commare des Scipion. Mercur. d. l. ibi: So bleibts wohl dabey/ daß ein böser Geist/ dieweil er dem Wesen nach den Engeln gleich ist/ nicht aus seiner eigenen Krafft/ sondern vermittelst der menschlichen Natur/ zeugen kan/ indem er sich bald zu einem incubo, bald zu einem succubo zu machen pfleget; Denn wenn der böse Geist dergleichen Actum vornehmen will/ so ists von nöthen/ daß er zuvor den Cörper und die Gestalt einer verstorbenen Frauen/ oder ein ander Gespenst an sich nehme/ und bequeme sich nach dem Willen seines Beyschläffers/ nehme den Saamen zu sich/ oder sehe sonst/ wo er ihn bekomme/ und verwahre denselben/ welches ihm denn gar leicht ist: So kan er auch den Leib gar leicht bewegen/ weiln er ein Geist ist/ oder als ein geistl. Wesen absolut und vollständige Gewalt hat über das/ was leiblich ist. Wie auch den Gestanck von todten Cörpern mit Geruch und wohlriechenden Sachen leichtlich temperiren: Und wann er dieses verrichtet/ so kan er auch hingegen einen todten Cörper eines Mannes/ und männliche Gestalt/ oder sonst ein ander Gespenst an sich nehmen/ und den Saamen/ so er in Gestalt einer Vettel von einem Menschen/ den er betrogen/ zu sich genommen/ einem Weibes-Bilde/ die sich von ihm betriegen/ und beschlaffen läst/ wieder beybringen/ und also auf solche Weise Kinder zeugen.

10 *Secundum* argumentum; quo suam tuentur sententiam qui huic opinioni patrocinantur, petunt â possibilitate pariendi sobolem humanam ex semine virili non *in*, sed *prope uterum* effuso, ad possibilitatem concipiendi & generandi *verum* hominem *ex actualiter immisso semine virili in uterum* â Satana compressæ Lamiæ. Ita scilicet concludendo: Ubicunque Mulier *vere* concipere & *partum humanum* parere potest ex semine tantum *prope Uterum* ejaculato, illo etiam casu, quo nil spermatis virilis in veneris palæstram est intromissum, vel *extra congressionis cum Viro actum* ex semine Virili, in lecto vel balneo invento, & â matrice cupidè attracto; sane facilius concipiet, parietque Lamia ex actuali cum Satana coitu, illo casu, quo sperma virile vere in veneris thalamum est effusum.

11 Posse vero fœminam dicta concipere, ac parere ratione, non duntaxat ex valida avidaque uteri attractione probare cupiunt, cum, notante Sachez. *de Matrim. Lib. 7. Disp. 113. n. 2.* & â Zachia. *in quæst. Medic.*

dic. Legal. Consil. 42. n. 4. allegatis Dbus tanta uterus attrahendi facultate noscatur esse dotatus, ut simili modo, quo œsophago ventriculus tanquam manibus utitur ad cibum potumque ingerendum, perque illum cibum, ori admotum, & ad ventriculum nondum transmissum, cupidissime attrahit, etiam effusum prope uterum semen masculeum illico per collum mira ad se uterus trahat aviditate, certissime inde secutura conceptione; Sed variis etiam assertum suum stabilire exemplis 12
satagunt, provocantes ad optimæ fidei, ac probatæ eruditionis Scriptores, & (a) quidem ad Averrhoëm, quem magni ingenii ac judi- 13
cii, magnæque doctrinæ ac eruditionis Virum, Medicinæ ac Philosophiæ peritissimum, appellat Joh. Bapt. de Lamzwerde. *in Histor. natural. molar. uter. c. 21. p. 182.* referentem *2. Coll. cap. 10.* & suo approbantem calculo, mulierem quandam, in ætatis flore constitutam, concepisse in balneo, ex semine virili, ab impio quodam hominum ibi relicto. Vid. Lamzwerde. *d. l.* & Zachias. *in quæst. Medic. legal. L. 3. T. 1. q. 8. n. 2.* (b) Ad Amatum Lusitanum, celebrem hujus seculi Scripto- 14
rem, (quo eundem elogio mactat proxime allegatus Lamzwerde. *l. d.*) non duntaxat Averrhoi consentientem, similesque historias *Centur. Curat. 36.* cum Torreblanca *in Epitom. Delict. c. 30. n. 37.* referentem, sed aliam, adhuc majori admiratione dignam, huic addentem historiam, quam in fœmina Turcica evenisse memorat *Cent. 7. Curat. 18.* his verbis *Mirum, sed verum describo casum Thessalonicæ evenientem. Duæ mulieres Turcicæ multis coitibus succubis & incubis se contaminabant, polluebantur, quarum altera vidua erat, altera vero habebat maritum; Ceterum cum semel vidua ad coitum irritata, alteram conjugatam ad coitum incitaret, & forte ea hora, à marito discedens, cum quo rem habuerat, incuba facta est, quo in amplexu uterus viduæ succubæ ingenti appetentia semen virile, non multum antea in utero ejus relictum, suxit, exque eo se prægnantem factam esse, variis affirmavit juramentis: Cui fidem præstare debemus, cum illi minus ignominiosum erat, fateri, à viro concepisse, quam se à muliere eo modo fuisse habitam. Confer.* Lamzwerd. & Zachias. *d. l.*

(c) Ad Simbaldum *L. 1. c. 14.* qui sibi Romæ ab insigni ejus- 15
dem civitatis obstetrice relatum fuisse, commemorat, conjugem cujusdam Viri à recenti cum ipso copula surgentem, arctissimoque vinculo sororem Virginem, perdite à se adamatam, amplectentem, hanc imprægnasse, matrice viraginis semen fratris, Incubæ adhærens, avide attrahente. Idem d. l. addit: Viduam quandam, se omni posthabito 16

Viri

Viri consortio, ex impie ejaculato ab Affine Juvene semine ex hoc solo gravidam factam fuisse, quod alvum exonerandi gratia in latrina consedisset, effuso dicti uvenis spermate polluta.

17 (d) Ad Delrionem, *L. 2. Disp. Magic. q. 15.* ex Thoma de puella quadam narrantem, hanc cum Patre in eodem jacentem lecto, ex polluitione nocturna Patris concepisse. Vid. Zachias. *d. l. n. 3.*

18 Addunt dictis *Tertium* argumentum, desumptum â *possibilitate* concipiendi partum humanum *ex sola phantasia & ecstatica amoris vehementia in absentem maritum*, sine omni actuali cum Viro coitu, ad *possibilitatem* concipiendi & pariendi veram prolem humanam *ex vero Satanæ cum lamiis concubitu*, ita inde inferentes: Ubicunque conceptio fœtus animati, ac sobolis humanæ per solam imaginationem mulieris fieri potest, cessante viri absentis, imo mortui, vero concubitu, sequitur, Lamias facilius ex actuali, eoque vero cum Satana concubitu
19 impregnari, compressasque veram parere posse sobolem humanam.

Prius vero firmant notabili sententia Ao. 1637. Parlamenti Gratianapolitani, Fœminæ cujusdam Nobilis *Magdalenæ Aiguemerianæ*, constanter asseverantis, se sola imaginatione præsentis mariti, *Hier. Augusti de Montleon*, post quadriennalem cum Cardinali Valetto in Alsatia absentiam ibidem jam vita defuncti, concepisse, ac filium fuisse enixam; Cujus assertionem â veritate non esse alienam, non duntaxat multi Medici, Monspessulani (zu Montpellier in Langedoc) interque illos *Ludov. Saraine, Petrus Merudæ, Elenor de Belleval. & Jacob Grassis* suis testati sunt suffragiis, sed fœminæ etiam aliæ, in fidem hujus rei adhibitæ, jurato deposuerunt, dictam *Magdalenam Aiguemerianam* omnem rei historiam ipsis statim enarrasse, idemque & sibi olim evenisse, juratæ asseruerunt Obstetrices, *Ludewigin de Airant, Perrette Chaussage, Maria Laumond. & Wilbelm. Garnier.* ex sola imaginatione absque omni Viri consortio gravidis factis, quemadmodum hæc pluribus ordine recensuit Dn. Erasmus Francisc. Tractatu, quem inscripsit. Lust-Schaubühn: *P. 2. S. 6. p. 1213.* his verbis; Es hat sich zugetragen / daß ein Frantzösischer von Adel / Nahmens Hieronymus Augustus von Montleon / mit dem Cardinal Valette in Elsas verreiset / und daselbst das Sterbliche verlassen. Ob er nun zwar / vier gantzer Jahre / vor seinem Todte / seine Frau nicht gesehen: Hat sich diese dennoch / nach Absterben ihres Ehherren / grosses Leibes befunden / und einen Sohn zur Welt getragen: Welchem sie nicht allein ihres verstorbenen Mannes Stamm-

Stamm-Nahmen / sondern auch dessen Adeliche Lehen-Güter / zugeeignet. Adrian und Carl von Montleon / ihres Mannes Brüder / widersprechen solches / bringen es gerichtlich bey / und in der ersten Gerichts-Stelle so weit / daß dem vermeynten ehelichen Erben / rechter Zusagen / dem augenscheinlichen Bastard / als einem neben her erzeugten unehlichem Kinde / die erbliche Lehn-Folge / samt der gantzen Erbschafft / abgesprochen wird. Sothanem gerichtlichen Abspruch hat diese sach-fällige Frau sich ensserst / und mit solchem Muth widersetzet / als die ehrlichste / reineste / keuscheste und unschuldigste Matron von der Welt / und dawider appellationem ans Ober-Gericht zu Grenoble ergriffen / auch daselbst ihre Sache so weit gebracht / daß die erste Sentenz des Nieder-Gerichts durchstrichen worden. Sintemahl sie / ohne Scheu sich vernehmen lassen / ihr seliger Herr sey ihr einsmals früh im Traum / erschienen / und habe sich ihr ehelich zu erkennen gegeben. Welches sie nachgehends alsobald etzlichen Nahmkündig gemachten Zeugen erzehlet / und mit höchster Verwunderung hernach verspüren müssen / daß ihr Leib würcklich zugenommen / und eine warhaffte Geburt darauf erfolget: wäre auch in ihrem unbefleckten Gewissen / versichret / daß keine ander Mannes-Person ihrer theilhafftig worden / oder an ihr Polster sich unversehens gestossen (wie mancher Argwöhnischer wohl meynen dörffte) und wolte hierauf leben und sterben. Das Parlament nimmt erstlich die Kühnheit dieser schönen Magdalenen / welche gleichwol einen solchen Fall / wider den gemeinen Lauff der Natur / standhafftig bekräfftigen / und sich wider einen richterlichen Ausspruch desfalls so behertzt setzen dürffen / für ein scheinbahres Zeichen ihrer Unschuld auf. Und weil sie sich auf Zeugen beruffen: als sind hierüber gerichtlich verhört Elisabeth Teilberiche / Ludwigin Nacard / Maria von Salles; welche alle aus einem Munde geredt / die Frau Magdalena hätte zu der Zeit / da sie diese Leibes-Befruchtung gemercket / ihnen solches vertrauet / versicherend / daß sie mit keinem Manne die geringste Gemeinschafft habe: und nichts destoweniger / in ihrem Leibe / alle Anzeigungen einer fräulichen Bürde empfunde / weswegen sie nicht anders gedencken / noch schliessen könne / denn es sey / aus der starcken Traum-Bildung / erwachsen. Weiter sind hierüber vernommen worden die Heb-Ammen / Wilhelmin Garnier / Ludwigin von Airant, Perrette Chauffarge Maria Laumond welche ausgesagt: Solches wäre nicht unmöglich / auch ihnen selbsten begegnet: Als die gleichfalls / in Abseyn ihrer Männer / in dem Schlaffe / durch eine starcke Einbildung befrüchtet worden / und dar-

auf

auf gebohren/ deren etliche noch am Leben wären. Uber das hat man etliche fürnehme Artzeney-Lehrer zu Montpellier, Nahmens Ludwig Sardine/ Peter Meraude, Jacob Graffis und Elenor den Balleval darüber zu rath gestellet/ von ihnen die einhällige Belehrung eingezogen/ daß solche Begebenheit natürlicher Weise wohl geschehen könne/ solches auch bey denen Türckinnen/ so in dem Ottomannischen Frauen-Zimmer versperret sind/ nichts seltsames sey. Diesem nach ist von besagten Parlament/ voriges Urtheil gereformirt/ die Mutter für eine ehrliche Frau/ der Sohn für ein Stamm-Nahmens-Erb- und Lehn-fähig erklärt und solche Urtheil im Jahr 1637. eröffnet worden. Vid. Petr. Mollerus *De Jur. Prægn. c. 7. th. 10.* Joh. Christ. Becmann. *Lin. Morales, Cap. 2. §. 6.* Joh. Bapt. Lamzweerde. *d. Tr. Cap. 20.* Paul. Ammam *in suo Irenico. pag. 88.* & Georg. Philip. Harßdorffer/ in dem Schauplatz der Lust- und Lehrreichen Ge-
20 schichte. *Hist. 152.* Subjungunt hisce (d) authoritatem *Avincennæ*, ineptiæ illos multo strepitu arguentis, qui dictis assensum dare suum dubitaverint: Fœminas vero tales aura excellentiori, puriori & â materiæ fœcibus magis abstracta dotatas esse, asserentis, imo sub felicissimo sydere & Jovis Imperio conceptas, quæ sine ullo maris contactu, sola imaginationis vi, circa fœtum plane admiranda præstare valentis, humanum partum concepêre; equabus in Lusitania circa Olyssioponem urbem & Tagum amnem fere similes, quas flante Favonio sine virtutis masculæ subsidio imprægnari, vetus est traditio. Vid. Virgil *Libr. 3. Georg.* Plinius *L. 8. c. 42.* Solin. *c. 26.* Columella. *De Re Rustic. L. 6 c. 28.* Ludovic. Cario. *Lib. 2. Emendat. c. 4.* Caranza. *De Partu c. 20. Miscellan. qu. 7 n. 83.*

21 *Ultimum* sententiæ tandem præsidium quærunt injudicialibus Lamiarum *circumstantialiter* factis confessionibus, se vivum verumque partum humanum ex turpissimo istiusmodi amplexu fuisse enixas; de quibus fusius actum est in Præfamine hujus Dissertationis; Ex quibus sequens pro *hac*, & contra *nostram* sententiam formari possit conclusio: Ubicunque *veritas concubitus Satanici* cum suis mancipiis non invalido probatur argumento, desumpto â Lamiarum *circumstantialiter* facta Judici narratione, *temporis, loci, actuum, & qualitatis fœdissimæ hujus commixtionis*, ibi æque valide licebit concludere *á circumstantialiter* facta Lamiarum Judici confessione, *temporis, loci & modi pariendi sobolem humanam, ad veritatem concepti & procreati partus humani ex concubitu Dæmoniaco.* Atqui priori philosophandi ratione ipsi usi

sumus

sumus supra in Cap. 1. contra illos, qui Satanam vere cum Lamiis
concumbere posse, negant; ergo eandem etiam jam contra nos, ne-
gantes, ex vero hoc cum Satana coitu, verum nasci hominem pos-
se, admittere tenebimur.

Recensitis ita argumentis pro *affirmativa* sententia facientibus, 22
antequam ad illorum *confutationem* pedem promoveamus, nulli jam
pigrabimur illas subjicere rationes, quibus moti, statuimus, ex *con-
cubitu Lamiæ cum Incubo veram haud posse nasci prolem humanam, semen li-* 23
cet humanum ac virile vere in uterum Lamiarum sit effusum.

Ultima hæc ideo adjecimus verba, quo illorum occurreremus 24
dubio, qui, quæstionis hujus decisionem nulla forte laborare cre-
diderint difficultate, eò, quod apud plerosque Vid. Pictorius in
Libell. De Sublunar. Dæmon. & Wierius. *Lib. 6. cap. 13.* expeditum sit, Dia-
bolum, ceu Spiritum corpore & semine virili (quo sine nulla proce- 25
dit hominis conceptio, aut generatio,) omni principio formationis
à spermate viri procedente, Galen. 14. *De Us. Part. c. 1. & Zachias* in
Consit 39. n. 6. Medic. legat. plane destitutum sine illo ceu substantiæ cor- 26
poreæ viventis parte, cibique optime concocti residuo, Caranza. *de
partu. c. 10. Misul. n. 95. ibique allegati.* verum humanum partum produ-
cere non valere. Cum, hoc licet lubentissime dato, Dæmonem vi
sua, & ex propria substantia more animantium generare haud posse,
nondum tamen evictum sit, eundem etiam prolem producere hu-
manam non valere, *vero semine humano virili, aliis furtim surrepto, vel
in mortuo cadavere humano, alibique invento, in turpissimo cum Lamiis comple-
xu in illarum uterum vere emisso;* At vero, ne hoc quidem modo *verum* 27
ex nefando Satanæ cum Lamiis coitu nasci posse *hominem*, probare
annitemur (1) ex consideratione *qualitatis ipsius Satanæ:* De quo, sic-
uti certum est, eundem effectus *absolute* admirandos edere non pos-
se, juxta illud Prophetæ: *Benedictus Dominus* Israël, *qui facit mirabi-
lia solus:* ita non minus est expeditum,. Dæmonem Ordinem natu- 29
ræ immutare haud posse, & consequenter in activorum cum passivis
applicatione æque naturæ esse adstrictum Legibus, ac ipsum homi- 30
nem, inque illis nullam à Diabolo vel homine dari dispensationem,
multo minus immutationem, soli DEO relictam: Quo posito fun-
damento, facile sua radiat luce, in generando ex semine humano
vero homine, omnia illa adesse debere requisita, etiam illo casu, quo
Diabolus turpissimam cum lamiis exercet venerem, quæ ad myste-

 rium

rium conceptionis & generationis desiderantur, viro cum fœmina
31 corpus suum carnali copula miscente. Cum igitur docente Dn. Joh. Bapt. de Lamzwerde *d. Tr. c. 22. p. mihi 200.* in amoris palæstra, Deus subjecerit imperio voluntatis certantium tales spirituum & sanguinis motus, quales in organis generationis adesse voluit, ut non tantum semen é testibus in uterum ejacularetur, sed, ut etiam in amplexu determinatione amantium in semina spirituum effusio fieret, qui minimis seminum particulis talem imprimunt motum, qui sufficit, ut semen jam impraegnatum, & ab utroque corpore separatum, motum in copula impressum, seorsim in matrice convenienter continuare possit, in ordine ad novam prolem producendam; (Antequam enim mas complectatur fœminam, non solum teste Dn. Lamzweerdo, se ipsum libidinis movet cogitatione, sed & uxorem contactu, suæque voluntatis imperio sanguinem & spiritus determinatos adversus generationis organa, hisque debite repletis & extensis, magna animi corporisque agitatione semen ê testiculis & vesiculis exprimit, spumosamque substantiam per poros urethræ fortiori impetu confertim in uteri transfundit thalamum) has vero na-
33 turæ leges, & ordinem, in actu generationis requisitum, Diabolus in assumpto corpore quocunque æmulari non possit, secundo inde facile fluit amne, ex qualiscunque etiam seminis effusione in uterum Lamiarum ab incubis facta, nullam sequi posse veræ prolis humanæ conceptionem aut generationem.

34 Dictorum vero veritas clarius adhuc apricabitur, si *ipsam corporis*, à Diabolo ad perficiendum fœdissimæ cum Lamiis commixtionis actum assumpti, *ipsiusque seminis*, in uterum earum effusi, *qua-*
35 *litatem* (2) curatius contemplati fuerimus. Sicuti autem assumptum *corpus*, quo mediante Dœmon Lamiis incubat, vel est *aereum*, vel
36 *hominis alicujus violenta morte extincti*, vel tandem *cadaveris tabescentis*, ita *semen*, quo abutitur in execrando illo congressu, vel invenit in ipso
37 *cadavere*, vel *polluitionibus nocturnis ejaculatum*, aut sub specie fœminæ se Venefico substernens *inde exceptum* applicat; Ita omnium horum qualitas non permittit, ut verus inde nasci homo possit. Quemad-
38 modum enim *corpus ex aere aliisque vaporibus condensatum*, per se semen prolificum generare, ac producere nequit, insuperque horum requisitorum, quæ ad mysterium generationis ab appetitu sensitivo
39 procedentis, seminique vim plasticam tribuentis, juxta rectum natu-

turæ

turæ ordinem desiderari, proxime diximus, non est capax, ita aëris 40
vel minima interveniens particula omnem semini adimit efficaciam
& virtutem prolificam; Cum constans Medicorum sit assertum, se-
men virile, materia sanguinea, & multo spiritu constans, vel mi- 41
nima mora extra testiculos & uterum divertens, statim admittere vim
genitalem, evanescente è vestigio calore, extinctoque spiritu. Vid.
Lamzwerde *d. l. p. 149. ibi: Recepta est Medicorum & Philosophorum Sen-* 42
tentia, quod vis seminis masculini plastica in ipso aeris externi contactu effœta
fiat. Usque adeo, ut, si vir post effusum in uterum mulieris semen,
statim â complexu se revellat, sint, qui ob subeuntem inhiantem
adhuc uterum aërem, fœminam gignere haud posse, sustinent, aëre
hoc casu semen corrumpente. Vid. omnino Caranza *De Part. c. 20. Mi-*
scell. n. 98. ibique allegat. jung. Zachias *L. 7. q. 7. d. Tr. n. 7. seq.*

Neque majorem licet sperare effectum ex *assumpto corpore hominis,* 44
violenta morte extincti: Ut ut enim in illo forsan Diabolus sufficientem 45
invenire possit seminis humani copiam, non tamen illud ita qualifi-
catum est, ut proli humanæ generandæ suffecturum sit. Nam, præ-
terquam, quod hic desint spiritus animales, sine quibus Dæmon ex
illo cadavere non potest semen ejaculari, spermatis ejaculatione præ-
viam sanguinis & spirituum agitationem â libidine excitatam requi-
rente, qui imperio mentis determinatur ad organa generationis, ut 46
apta evadant ad seminis expressionem; sane negari non potest, vita- 47
li calore in cadavere per mortem sublato, mox incrassari semen, &
angustari poros, quo minus semini, testibus, vesiculisque incluso,
detur transitus: Accedit, semen hoc, vitali spiritu destitutum, effi-
cax haud esse, ut inde verus nasci homo possit.

Minus vero dubii alit illorum sententia, qui negant Diabolum 48
in *assumpto cadavere jam tabescente* cum effectu generandæ prolis huma- 49
næ cum Lamia viri officio defungi posse, quia in illo jam seminalis
substantia penitus corrupta, omni utique genitali vi caret, quam
Diabolus eidem affundere non potest.

Restat, ut ex ipsa *seminis* qualitate impossibilitatem inde verum 50
hominem procreandi demonstremus; Et quidem, quod *qualitatem* 51
seminis, â Satana in *nocturnis pollutionibus alicui surrepti,* attinet, illud
æque, ac quod malus Dæmon *in succubi forma cum suo mancipio detestan-*
dam venerem exercens, excepit, non esse ita qualificatum, ut utero licet
Lamiarum immissum, verum formare in illo hominem possit, non 52

 dun-

duntaxat inde liquescit, quod juxta unanimem Medicorum pariter, ac Philosophorum sententiam, *geniales in semine virili spiritus*, ac *vitalis caloris motus*, qui in conjunctione maris & fœminæ effluunt, præcipuam essentialem fœcundi seminis partem constituant, *Vid. omnino*
53 Dn. Lamzwerde. *d. Tr. p. 247. cap. 22.* sed &, quod seminalis corporis humani substantia, igne amoris fusa, mox in aëre externo inepta reddatur, quo minus artificiosissima humani corporis fabrica inde oria-
54 tur: Quod, cum ita omnino sit, facile constabit, quid sperandum
55 sit de semine aliunde per Diabolum petito: Nam ille Vir, cujus exituriens surripit Dœmon semen, si non in diversis ædibus, saltem erit in distinctis cubiculis, ac illa Saga, quam comprimere intendit Dia-
56 bolus: Quapropter, procul dubio fœcunda istiusmodi seminis vis prorsus extincta erit, quod tantam aëris sphæram transire debet, an-
57 tequam in uterinos Sagarum pellatur recessus: Seminis enim naturam non esse compatibilem sine virium jactura cum aëre, inprimis quoad prima actionis suæ exordia, cum communi Medicorum scho-
58 la recte docet sæpius allegatus Lamzwerde *d. Tr. p. 249. cap. 22.* cum semen extra Vas statim desinat esse activum; Beckman. *in Lin. Moral.*
59 *c. 11. §. 1.* Et quanquam Dœmoni incomprehensibilis celeritas, ac sum-
60 ma tribuatur cautela in semine à viro deciso, fovendo, & in actum producendo, nunquam tamen illa adæquabit temporis brevitatem,
61 quo seminis calor evanescit; Neque enim in hoc exuperare Dœmonis potentiam, potentiam naturæ, non permittentis, seminis spiritus, ob innarrabilem sui tenuitatem, extra conveniens receptaculum, vel per momentum temporis contineri citra exhalationem & dissipationem posse, Medicorum Princeps, quem *Omniscium* dicere alii non eru-
62 buerunt, Zachias, *in quæst. Medic. Legal. L. 7. T. 1. q. 7. n. 7.* docet. Cujus veritatem demonstrat *frigiditatis* sensus, quam in congressu cum
63 Diabolo Sagæ percipere fatentur. Quibus obstat minime, quod dictis reponunt cum Sprengero. *in mall. malefic. d. q. 1. v. 4.* Ali: *frigido* scilicet Diabolum *semine* non aliter uti, quam si interroganti: *Utrum inprægnari velint?* Succubæ contradicant, hisce vero adsentientibus malum Dæmonem prolificum & aptum, aliunde actu carnali deci-
64 sum, adhibere. Nam sicuti ejus falsitatem probat confessio Lamiæ, sæpius allegatæ, quæ, etsi multoties prætenderat, se ex obscœna & tremenda cum Satana commixtione vere concepisse, ac verum peperisse hominem, simul tamen ingenue fassa est, ipsum *Diabolum*, ejusque *se-*

men

men NB. *semper* in copula fuisse *frigidum*; Ita seminis humani, aliunde 65
petiti, obstare qualitatem, quo minus verus inde nascatur homo, jam
ad nauseam usque demonstratum ivimus. Explosa enim jam dum
est Torreblancæ *all. Tr. c. 30. n. 30.* sententia, existimantis, spiritum ge-
nitalem ipsi semini humano esse implantatum, in ipsa seminis ab hu-
mano corpore decisione, nullo facto discrimine, an ab *ipso homine*, an
vero *Dæmonis ministerio* infundatur, ex vero *Viri* & *Mulieris* semine, ve-
ro homine semper nascituro. Vid. Caranza. *ll. Pr. t. 20. Miscellan.* §. *67.*

Sed & nostram firmat (3) insigniter sententiam, quod nullus 67
produci partus humanus in hunc usque potuerit diem, quem ex de-
testando Satanæ cum Lamiis coitu, ex utero illarum *vere* prodiisse, te-
stimonio personarum fide dignarum probari posset: Quod enim Do- 68
minus Pott. *in supra. all. Ciss. c. 4.* § *12.* ex Anonymo refert de confessio-
ne alicujus Sagæ, in nobili quadam Brabandiæ civitate, se magno
cum oblectamento ex coitu Diabolico *filium* esse enixam *completo vige-
simo sexto ætatis anno castra secutum*, id parum fidei videtur mereri, ne-
dum probare, quod probare debebat. Præterquam enim, quod Refe- 69
rens sit Anonymus, sicque incertum, *cujus* Scriptor sit *fidei*, in super- 70
que non *ocularis*, sed *auritus* tantum testis, cui jura nequidem de *pro-
prio*, multo minus *de alieno auditu* deponenti, fidem ullam tribuunt in
re *solo visu* perceptibili, Vid. Dn. Stryk. *in Tr. De Jur. Sens. Disp. 3. n. 26.* 71
*Conf. L. Testium 18. L. Solam. 4. C. De Testib. L. 2. ff. idem Labeo 8. ff. De Aqua
pluv. arcend.* Innocent. *in c. Præterea &c. Causam qua De Test.* Joseph. Lud.
Decis. Perus. 106. n. 19. Matth. De Afflict. *Decis. Neapol. 248. n. 5.* Zas. *Cons.
4. n. 16. Vol. 2.* Vult. *1. Cons. Marp. 15. n. 314.* Mynsinus *6. Obs. 38.* Besold.
Cons. 46. n. 70. Saga, ceu *impossibilia* deponens, eo minori fide digna
censebitur, quo minori certitudine, siquidem *in matrimonio* vixerit,
asserere potuit, hunc partum se non potius ex amplexu *maritali*, quam
Dæmoniaco suscepisse; aut si *cælebs* adhuc fuerit, vere ex utero suo
hunc filium prodiisse, & annon potius Diabolus aliis surreptum,
huic mancipio suo, quasi ex ipsa parturiente natum, supposuerit,
præsertim cum ex relatione non constet, honestas alias Matronas
puerperio fuisse adhibitas.

Adversam enim (4) Opinionem potissimum dubiam facit 76
quoque *circumstantiarum* consideratio, quas generationi prolis hu-
manæ, ex illicito Lamiarum cum Satana congressu susceptæ, adfuis-
se, referunt Sagæ, & omnem illarum Judicialibus confessionibus plane
fidem

77 fidem adimit, illasque admodum suspectas facit. *Primo* enim ex nulla Lamiarum confessione discere licebit, istiusmodi puerperio Obstetrices, aut alias honestas adhibitas fuisse personas, quibus præsentibus, aut adminiculantibus, illæ peperissent; sed *Secundo* ipsum Dia-
78 bolum Obstetricis subiisse munia: Ne scilicet fraus hujus Veteratoris, aliis adhibitis arbitris, detegeretur, sed ut credulæ eo facilius mulierculæ deciperentur, illisque vel per alieni partus suppositionem, vel corporis alius à Diabolo fabricati subjectionem commodius im-
79 poneretur. Sic in supra allegatis Actis Inquisitionalibus fassa est Venefica, Ihr Geist Hanß und David wären in der Geburt bey sie gewesen/ und Ihr geholffen/ der Hanß hätte die Frucht aufgefangen/ und zu Ihr gesaget/ der Kopff und Hände käme zu erst/ und ihr die aufgefangene
80 Frucht gegeben Præterea *Tertio* notam meretur, plerumque fateri Sagas, se *nocte*, ceu tempore, ad fallendum & decipiendum Principi tenebrarum aptissimo, peperisse, partu nato *admodum frigido* existente;
81 Qualis etiam præfatæ Lamiæ fuit confessio: Sie hätte in der Schummerung um Abends-Zeit diese Frucht bekommen/ und wäre sehr kalt gewesen/ wie der Teuffel das aufgefangene Mägdchen Ihr in die Hände ge-
82 geben. Accedit *quarto*, Lamias post puerperii labores statim surgere, edere, bibere, ac quævis munia domestica obire posse reliquis puerperis per plures septimanas vix amissas in partu vires in lecto & sub
83 multa administrantium cura recolligere valentibus. Ut taceam *quinto*, uterum Lamias nunquam ex Diabolico hoc coitu ad *ordinarium partus tempus gerere*, sed paucis â coitu mensibus, sæpe etiam tribus aut
84 quatuor vix septimanis præterlapsis, parere. Sic ex confessione sæpius allegatæ Lamiæ observavimus, eandem in ipso carcere quarta & ultima vice ab Amasiis suis fuisse compressam, exque hac commixtione ita statim intumuisse uterum, ut non duntaxat graviditatem Examinatores intelligibiliter advertere potuerint, sed ipsa etiam inquisita in ipso adhuc carcere in quo tamen per paucas tantum septimanas
85 fuit detenta, partum, obstetricante Diabolo enixa fuerit. Omnium vero maxime suspectam facit veræ ex coitu Diabolico susceptæ prolis nativitatem, quod Diabolus partum semper iterum Lamiis subducat, quodque eo subducto, lac in mammis cito exarescat, & reliqua quoque omnia puerperii signa simul evanescant. Sic fassa est proxime me-
86 morata Lamia, Es habe ihr Hanß und David die Frucht nimmer lassen wollen/ sondern ihr weggenommen/ und sich damit weggemachet. Item:

daß

das letztemahl im Gefängnis / wie ihr Geist Hanß das in unmenschli-
cher Unzucht mit ihm in carcere gezeugte Kind ihr durch den Geist Da-
vid zum säugen verstattet / hätte sie gefühlet / wie das Mägdchen die Milch
bekommen / nachhin aber hätte sie keine Milch mehr / und wäre anbey wahr /
daß der Geist David / wie die Leute sie zu bewachen angekommen / das
Mägdchen weggenommen / und ob sie ihn gleich / da das Kind im wegneh-
men geweinet / gefraget / wo er denn damit hin wolte / hätte er ihr doch anders
nichts geantwortet / als daß er damit weit weg wolte: His addit: Sie hät-
te bey Abgehung der Frucht / vieles Weh in ihrem Leibe gehabt / und wäre
ihr auch viel Blut mit abgegangen / welches sie selbst auf der Stelle / da sie
im Gefängnis gesessen / gesehen / aber von solcher Stelle wäre das Blut
schon weg / weiln das Blut gleich verschwunden / wie der Geist David das
Mägdchen ihr weggenommen. Quibus omnibus, singulisque curatius 87
perpensis, magis magisque confirmamur in nostra sententia scilicet,
ex qualicunque semine, à Diabolo aliunde petito, etiam humano, in-
que horrenda cum Lamiis copula, harum utero immisso, verum ho-
minem nasci posse minime, sed vel *imponere Lamias aliis*, historiam na-
tæ sibi ex detestanda cum Dæmone copula prolis humanæ, referen- 88
tes, vel *eas ipsas etiam à mille fraudum Artifice illudi*, utero à Dæmone tu- 89
moribus impleto, vere credentes, se ab Incubo esse imprægnatas, ap-
propinquante partus edendi tempore optime edocto, obstetricis 90
subire munus, alienosque fœtus, undecunque surreptos, illis sup- 91
ponere, vel ex propriis sæpe maritis prægnantibus persuadere, ipsas
ex se uterum gerere, & parere, vel tandem assumto ad tempus corpo-
re artificiose in hunc finem à se effabricato, & infantis speciem præ se 92
ferente, parturientibus se ipsum subjicere, non raro vagitum recens
natorum æmulantem. Cui, ceu veriori sententiæ mecum subscri-
bunt, Zachias *d. Tr. L. 7. Tit. 1. q. 7. n. 8.* sibi contrarius *Lib. 3. q. 8. Tit. 1.* 93
n. 5. & 19. Carpzov. *C. 1. q. 46. n. 35. ibique all. Ddres*, quibus jungi pos-
sunt. Caranza. *d. Tr. c. 20. n. 98.* Ambros. Paræus *L. 24. c. 16.* Molitor. *De
Lamiis. c. 10. p. 86.* Schröter. *supr. all. Dissert. q. 6. §. 5 p. 83. ibique plena ma-
nu all. JCti Theologi, æque ac Medic.* Pott. *in supr. all. Diss. c. 4. §. 5.* Lamz-
werde. *sæpius cit. Tr. quæst. 22. per tot.* Merebizius *in Diss. De Infant. Expo-
sit. §. q. 2.* & Dn. Becman. *in Linea Moral. c. 11. §. 1. aliique complures.*

Superest, ut antequam huic Meditationi ultimam adjiciamus li- 94
neam, paucis adhuc, quid ad Adversariorum reponi possit rationes,
numero 6. seqq. allatas, dispiciamus: Et, cum *Primæ* ex fusius *n. 14. seq.* 95

Cap. expositis satisfactum esse arbitremur, ceu ex quibus clarebit, quantamcunque etiam Satanæ tribuamus celeritatem in perferendo semine humano, aliunde accepto, eoque in uterum Lamiarum quantocius transfundendo, illam omnem tamen efficere haud posse, ne seminis, â viro exiturientis vis plastica, ac subtilissimi geniales spiritus, per minimam etiam intervenientis aëris particulam dissipentur, sed vim suam activam contra naturæ ordinem extra aptum receptaculum integram conservent. Becman. Lamzwerde, Carpzov. & Caranza d.ll. Spirituosa enim seminis substantia, eo momento, quo â suo decidens principio, non illico in conveniens vas recepitur, omnino eva-
96 nescit, infœcundo exstituro, quicquid ex semine est reliquum. Zachi-
97 as *in quæst. Med. leg. L. 7. T. 1. q. 7. n. 7.* Quod vero de *vi seminis* inventi *in cadavere vel violento, vel naturali fato extincti* hominis, *n. 9. h. Cap.* pro contraria allatum est sententia, ad illud nil reponimus aliud, quam quod prolixiori stylo exposuimus, *n. ejusd. Capit.* quo nos brevitatis studio referimus.

98 Ad Secundam Rationem, *n. 10. hujus C.* allatam, respondemus negando, Mulierem ex semine in uterum non ejecto concipere, aut parere posse. Rationem negationis hanc subnectimus quod non duntaxat, *per sæpius notata*, istiusmodi semen ob aëris interventum statim desinat esse activum, & fœcundum, spiritibus vero seminis extra uterum emissi tenuissimis evanescentibus, quæ remanet crassior ejus materia, ad conceptionem tam inepta existat, quam si merus humor pituitosus in uterum reciperetur; Sed non magis possibile sit quamcunque etiam vim magneticam matrici tribuant alii, uterum per collum semen masculeum, externo suo ori oblatum, attrahere, ac ventriculum per œsophagum cibos, externo tantum ori admotos, deglu-
101 tire. Unde recte concludit Zachias *in quæst. Med. Leg. Consil. 42. n. fin.* Sicuti ridiculum esset, si quis externo ori tantum cibos offerret, expectans, ut ventriculus per œsophagum illos attraheret, ita multo magis ridiculum esse, persuadere sibi, uterum per collum semen virile, externo suo ori oblatum, attrahere posse, nisi convenienti modo immittatur & approximetur. Alias ut jam taceam rationes, quas exhibet Idem Zachias *d. Cons. 42.*

102 Ad *Averrhois* & *Amati Lusitani* quod attinet authoritatem, non quidem cum Zachia d. l. eosdem *suspectæ fidei & conclamatæ mendicitatis* appellabimus Viros, id tamen facilius largiemur, utrumque optimæ suæ existi-

existimationi multum detraxisse, assensum suum non duntaxat ad velandam libidinem ac probrum suum fictis istiusmodi fabulis â libidinosis mulierculis temere impertiendo, verum & ineptam hanc, ac 103
naturæ ordini in generatione hominis oppido adversam tuendo sententiam. Sane risum meretur, quod de muliere ex semine virili in balneo invento, gravida facta, uterq; refert. Præterquam enim, quod *fæ-* 104
cundum semen fundum petere, *sterile* vero in medio fluitare, communis fit opinio, teste Lamzwerde *d. Tr. c. 14. p. 182.* Caranza *De Part. Miscell. c. 20, n. 99.* Andr Laurentio *Libr. 8. Hist. Anatom. q. 11.* certe contra omnem 105
sobrie philosophandi rationem est, statuere, matricem se extra corpus extendere, & refrigeratum sperma virile vel in aquis natans, vel alias extravasatum adtrahere & illud aquis submersum, contra gravitatis legem sursum in uterum non advertentis mulieris adscendere posse. Addo: Mulierem illam vel agnovisse semen illud in balneo inventum, vel non. Si *hoc*; qua fide asseverare potuit, se ex illo concepisse? Si vero *illud*; certe infamiæ, & impudicitiæ notam non evitabit, quæ expectavit semen illud spurcum suum ingredi uterum in balneo, in quod sordium corporis abluendarum caussa descenderat, ut prudenter cum Joh. Bapti Sylvatico. *in Libr. controvers. 79.* concludit Caranza. d. l.

106 Non majori fide dignam esse fabulam de Turcicis duabus fœminis, quarum altera alteram imprægnasse ex adhærente adhuc sibi ex recenti mariti copula semine virili, legitur apud eandem *Amatum Lusitanum*, in dubium non duntaxat ex hactenus dictis, sed & inde potissimum 107
erit, quod ceteroquin sine omni ratione Medici viderentur statuere, ob nimiam virgæ brevitatem, viros posse esse steriles, quam tamen communem esse illorum sententiam, testatur præter Zachiam & Caranzam *d. l.* Lamzwerde. *d. Tr. c. 21. p. 185.*

Ejusdem farinæ sunt præterea reliquæ, quæ pro firmanda adversa- 108
riorum ratione *n. 15. & 16.* â *Simaldo* & *Delrione*, enarratæ sunt fabulæ; De quibus apposite cum ipso *Simaldo* exclamat Lamzvverde. *d. l.* O commentum futile; O veram Annicularum fabellam! Adeo audaces & astutæ inveniuntur fœminæ, nugacissimos excogitantes prætextus, quibus illicitam celent velentve libidinem; Quæ si maritos aut viros fungos inveniant, quibus tali imponere modo possunt, maximopere gloriantur, quod sibi liberam ad furtivos amores viam straverint.

In ultimo exemplo, *n. 17.* relato, verum statuo adfuisse Patris cum 109
filia incestum.

110 Ad *Tertiam,* quam numerus 18. exhibet, respondemus rationem,
negando, ex mera imaginatione, sine contactu virili, ac seminis ma-
sculei immissione prolem humanam nasci posse: Sicuti enim hac ad-
111 missa sententia, vagis libidinibus, stupris, adulteriis ac incestuosis
112 complexibus fenestræ ac fores ubique aperirentur, ipseque Sapien-
tissimus Creator, ob duplicem multiplicandi generis humani caus-
113 sa creatum sexum, argueretur operæ supervacaneæ, ita magnum illud
miraculosæ nativitatis Christi in dubium ab infidelibus facile vocare-
tur mysterium, non defutura illud negantibus calumniandi occasio-
ne, Servatorem scilicet nostrum ex admiranda imaginationis vi, sine
114 inumbratione Spiritus sancti, â Deipara esse conceptum. Cum igitur
impossibile sit, meram imaginationem viri defectum in generationis
mysterio supplere posse, vi seminali fœcunda in ordine ad prima fœ-
tus rudimenta concipienda in fæmineo semine neutiquam delite-
116 scente, recte sententiam supra memoratam, â Parlamento Gratiano-
politano, sine dubio in honorem & favorem Nobilissimæ Familiæ
Aiguerianæ latam, Sorbonna Parisiensis cancellavit, ac reformavit,
caussata, eandem non tantum palliandis quibusvis impuris amplexi-
bus obtentui fore, sed & in ignominiam sanctissimæ conceptionis
Christi cessuram, Magdalena Aiguerriana procul dubio ab absentis
mariti Vicario se impraegnari passa. Vid. Amman. *in suo Irenico p. 88.*
Erasm. Francisci & Harsdörffer *Cit. supr. loc. jung.* Becman. *in Lin. Mo-
ral. c. 2. th. 6.* Petr. Müller. *Diss. de Jure Prægn. c. 7. th.* & Lamzwerde *d. l.*
117 *c. 20.* Ubi simul addit: Fabulis merito adscribendum esse, circa
amnem Tagum equas solo vento impraegnari, credulisque forte
equarum fœcunditatem occasionem dedisse hæc talia figendi; Cui &
nos cum Caranza *c. 20. Miscell. de Partu. q. 7.* subscribimus, cum hac
ætate, jam ob artis nauticæ peritiam magnum ubique sit commer-
cium, nullæ vero istiusmodi observationes amplius audiantur aut re-
ferantur.

118 Ad ultimum *n. 21. h. Cap.* formatum argumentum, respondemus
119 negando consequentiam; Addentes: Circumstantialiter factis Saga-
rum Judicialibus Confessionibus non aliter fidem habendam esse,
quam quando Lamiæ *possibilia* deponunt, additæque circumstantiæ
120 *rei veritati congruunt & naturæ Ordini.* Quem si, aut vires etiam naturæ
supergressæ videantur Sagarum Confessiones, redolent Patris men-
daciorum doctrinam & artes, â quibus prudens judex sibi omni cave-
bit

bit conamine, Vid. omnino sæpius laudatus Lamzwerde *c. 22. p. 223.* jungantur quæ fusius prosecuti sumus *n. 3. b. cap.*

Quamquam igitur ex hactenus copiosius deductis in aprico es- 121
se, nobis persuadeamus, malum Dœmonem illicita ac detestanda cum mancipiis suis venere *vere coire* quidem, minime vero ex fœdissima illa commixtione *verum* nasci *hominem* posse, illa tamen eo nequi- 122
quam collineare volumus, ut denegata licet Lamiarum judicialibus confessionibus, de nata sibi ex turpissima hac cum Cacodœmone copula *vero prole humana*, omni recte à *Judice* fide, hic ideo ad *extraordinariam* devenire *pœnam* possit, illo casu, quo de corpore delicti, & fœdo 123
complexu ex sufficientibus liquet indiciis, sub futili illo prætextu, quod Saga ex turpi illa cum Satana consuetudine, prolem tamen non susceperit humanam. Sicuti enim *Sodomita* ordinariam Sodomiæ pœ- 124
nam, aut *adulter*, vel *violentus* etiam *Stuprator* propterea nequaquam evitabit, quod ex omni illo Legibus damnato coitu *fœtus conceptio*, aut *generatio* non sit secuta, modo alias de *corpore delicti*, i. e. consummato Sodomitico, Adulterino &c. complexu rite & juxta horum delictorum *facti transeuntis* qualitatem & indolem constiterit; Ita utique & ad or- 125
dinariam *ignis* recte judex devenire pœnam potest, si de *Magia* debito modo, deque *commixtione illa Diabolica* ex Lamiarum constanter factis confessionibus constiterit, licet confessionibus earundem de suscepto ex detestanda hac venere partu humano, fidem dare nullam possit. Vid. Dn. Stryk & Hopp. *ad §. 3. J. De Publ. jud.* Clasen. & *Ddres commu-* 126
niter ad 109. CCC. Hinc recte omnino in istiusmodi sententiis judex quidem *detestandæ hujus cum Satanæ commixtionis*, imprudenter autem *secuti inde partus humani*, facit mentionem v. gr. Da nun die gefangene auf ihren gethanen Bekäntnis für Gericht freywillig verharren/ oder des sonsten/ wie recht/ überwiesen würde/ so möchte sie wegen solcher NB. Mit dem Teuffel gehabten Gemeinschafft/ und betriebenen unmenschlichen Unzucht/ (non vero: Und mit demselben aus solchen schändlichen Beyschlaff erzeugeten Kindern) mit dem Feuer von Leben zum Tode gestraffet werden. Vid. Carpz. *Pr. Crim. P. 1. qu. 30. p. 338. ibique plura præjudicia* Qualiter & in supra sæpius allegata caussa inquisitionali, ad prævíam Amplissimi Senatus Lubecensis requisitionem Mense Octobr. An. cur- 127
rentis, 1698. respondisse Ampliss. FCtem Juridicam Rostochiensem, ex sequenti, mihi ab Excellentissimo Dn. Præside benivole communicato, videre est responso, quo nuncupatis Summo Numini pro clemen-

mentissimo mihi præstito adjutorio gratiis submississimis, præsentem hanc Meditationem hac vice obsigno.

P. P. Als dieselbe uns beygehende unter unserer Facultät Insiegel verschlossen wieder zurückkommende Acta inquisitionalia wider Lucien Bernitschen in puncto Veneficii zu gefertiget / mit den Fr. Begehren unser in Rechten gegründetes Bedencken in dieser Sache in forma sententiæ denenselben zu kommen zu lassen. Solchem nach haben wir Decanus Senior &c. obgedachte Acta im gesamten völligen Collegio fleißig vorlesen / reiflich und wohl erwogen / erachten also denen Rechten nach dafür / daß Inquisita Lucia Bernitsche / wann zufoderst / die in fine des Protocolli sub N. 2. angefügte Personen ihre Summarische Aussage Eydlichen bestärcket haben / und sie hernach von ihrem Beicht-Vater zur Erkäntnis ihrer schweren Sünde / und deren Bereuung gebracht / auch darauf mit dem heil. Abendmahl gestärcket worden / NB. wegen ihrer mit dem Teuffel gehabten Gemeinschafft und Unzucht / auch begangenen und bekandten Zauberey / mit dem Feuer vom Leben zum Todte zu bestraffen sey. V. R. W.

TANTUM!

DISPUTATIO IURIDICA
DE

EXECUTIONE IN CADAVERE DELINQUENTIS,

Von

Bestraffung des Missethäters Nach seinem Todte.

QUAM
DEO PROPITIO
AC
INDULTU AMPLISS. JCtorum ORDINIS
IN PERILLUSTRI ACADEMIA ROSTOCH.
PRÆSIDE
EXCELLENTISSIMO CELEBERRIMOQUE JCto
DN. IOHANNE Klein/
J. U. D. & Pand. in Patria P. P. nec non Consistorii Ducal. Megapolensis Directore Gravissimo,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO
OMNI HONORIS AC OBSERVANTIÆ CULTU
ÆTATEM DEVENERANDO,
Benevolæ Eruditorum Censuræ
IN AUDITORIO MAIORI,
Ad Diem 2. Decembr. Anni 1699.
Submittit Author
BERNH. HENR. Jellinghausen/ Lub. LL. Stud.

Gustraviæ, Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI, Ao. 1705.

I. N. J C.

PRÆFAMEN.

CUm jussu *Honoratissimi Genitoris* ex Celeberrima hac abiturus Academia, de commodo quodam publicæ Disputationis cogitarem Themate, incidi forte fortuna in scriptum, nuperrimis Nundinis Lipsiensibus typis evulgatum, cui Titulus: Historische/ ausführliche und glaubwürdige Erzehlung/ was bey den grossen Inquisitions-Procefs, welcher auf des Durchläuchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Georg Wilhelms, Hertzogs zu Braunschweig und Lüneburg gnädigsten Verordnung/ wider die beruffene Diebe der berühmten güldenen Taffel bey dem Kloster St. Michaelis in Lüneburg 2c. angestellet worden/ von Anfang bis zum Ende vorgegangen/ inque ejus observavi perlectione, *Cadaver* cujusdam sceleratissimi *Judæi*, *Jonas* Meyers dicti, nequissimæ illius tot famosissimorum Furum Conjurationis Socii impiissimi, & facile principis, cum ipse omni salutis æternæ cura, omnique seria nostræ Ecclesiæ Ministrorum adhortatione turpiter abjecta, ac precibus *illorum* insuper habitis, jam morti vicinus, inter horrendas blasphemias, in Servatorem nostrum, unicum veræ salutis fontem, nequiter eructatas, fœdissimam animam efflare suam non sine gravissimo adstantium horrore nullus reformidaret, ex publico supplicii loco proximo die in criminale judicium reductum, præviaque nefandi hujus sceleris cognitione, sequentem publicatam, inque *cadavere* antea in furcam jam elevati Nebulonis *executioni* mandatam fuisse sententiam: Demnach man vernehmen müssen/ auch bey eingezogener Erkündigung erfahren/ welcher Gestalt der gestern mit dem Strang zum Todte gestraffte Jude/ *Jonas* Meyer/ so gottloß und verwegen gewesen/ daß er noch vor seinem Ende/ zum grösten Aergerniß der Umstehenden und anderer Christen/ gantz schändliche/ und gotteslästerliche Reden gegen unsern Heyland/ und Seeligmacher Christum ausgestossen; Und denn von der hohen Obrigkeit resolviret/ desfalls auch an dessen verfluchten Cörper ein Exempel zu statuiren: So wird durch Urtheiler und Besitzer dieses peinlichen Halßgerichts zu recht erkandt/

erkandt/ daß solchen auf gedachter Obrigkeit Befehl von der Gerichts-Städt abgenommenen/ und öffentlich vor das Gericht gebrachten Cörper/die Zunge/mit welcher Er die Gottes lästerliche Reden ausgesprochen/ aus dem Halse gerissen/ und öffentlich verbrandt/ darauf derselbe wieder nach der Gerichts-Städte geschleppet/ und daran/ und zwar nebst einem Hunde/ bey den Füssen von neuen aufgehencket werden solle/ immassen dieses alles ohngesäumet zu exequiren gegenwärtigen Scharff-Richter hiemit anbefohlen wird/ V. R. W. Cujus, nec non illius, qua ante IV Menses Serenissimus ac Celsissimus Princeps FRIDERICUS WILHELMUS, Dux Megapolensis regens, dolosi cujusdam homicidæ, (qui una cum multis sociis, Nobili N. N. ceu proprio Domino suo, ab equo, quo vehebatur, in terram detracto, inauditoque hactenus exemplo miserrime fustibus occiso, promeritæ pœnæ fuga se subducere tentaverat,) globulo à persecutoribus, qui vivum capere non poterant, trajecti, ac justitiæ traditi *cadaver rotæ imponi* jussit, justitiam pressius mihi meditanti, dignus hic articulus visus est, in quo evolvendo ingenii vires periclitarer. Quod cum præsentibus pagellis jam expedire aggrediar, Summum Numen supplici veneror voce, ut fluctuantem propositi mei Cymbam gratiosissima Spiritus sui aura dirigere, eandemque ad exoptatum veritatis portum benignissime velit perducere, à Te, Benevole Lector, veniam mihi pollicitus, si juveniles mei conatus desiderio non ubique tuo responderint. Ne vero ἀμεθόδως hic processisse videar, sed quo certus tractationi nostræ Ordo constet, IV. subsequis eandem innectere lubet Capitibus, quorum PRIMUM exhibebit *Generalia circa Executionem in Cadavere delinquentis, una cum Definitione, ejusdemq; Evolutione.* SECUNDUM *inquiret in Justitiam Executionis in Cadavere delinquentis, subjunctis necessariis ejusdem requisitis.* TERTIUM *enarrabit delicta, in quibus Executio in Cadavere delinquentis locum habet:* QUARTUM *firmabit Justitiam Executionis in Cadavere delinquentis variis Exemplis ac Præjudiciis.* Sit igitur B. C. D.

CAPUT I.

Exhibens

Generalia circa Executionem in Cadavere Delinquentis, una-cum Definitione, ejusdemque Evolutione.

SUMMARIA.

Ingressus n. 1

Vox Executionis *unde descendat vid.* n. 2

Verbum Exequi, *in jure nostro* (1.) *idem, quod* perficere, *& ad* finem *seu* effectum perducere. (2.) *Idem ac* exercere, *& in* judicio prosequi, (3.) *Idem, ac* consequi, (4.) *Idem, ac* tractare, (5.) *Idem, ac* punire, *denotare, docet. n. 4. seqq.*

In hac ultima significatione *hanc vocem in præsenti potissimum Dissertatione accipi, docet* n. 11

Vox Cadaveris *generalius accepta denotat omne corpus exanime.* n. 12

Unde vere, & allusive *derivetur vid.* n. 13. & 14

In specialiori *vero significatu ad* corpora brutorum *restringitur hæc Vox, eiq; in vernacula nostra ex communi loquendi stylo respondet, vox* Aaß. n. 16

De varia ejusdem acceptione vid. n. 17. *seq.*

Appellationes Funeris, Cadaveris & Corporis, *licet* stricte *loquendo differant, in* jure *tamen* non raro *confunduntur, & usurpantur* promiscue. n 18. 20 *seq.*

Ratio, cur Cadaveris Vocem placuerit Rubro *præ reliquis apponere, traditur* n. 26. *seq.*

Vox Delinquentis *unde descendat, & quot modis in jure accipiatur, quoque in sensu hic veniat, vid.* n. 30. *seq.*

Descriptionem Executionis in Cadavere delinquentis *sistit.* n. 39.

Cur generis *loco constituta sit Vox* Vindictæ, *vid.* n. 40. *seq.*

Objectum *hujus* Executionis *regulariter tantum sunt* delicta atrociora. n. 42

De Competentia Judicis *quoad decernen-*

cernendam executionem in cadavere delinquentis, *Vid. n. 43. seq.*
Sententia hic ab incompetente *lata, est ipso jure nulla.* *n. 44*
Inferior Magistratus *sine* indultu Superioris *hic regulariter est incompetens.* *n. 46*
Verba in definitione Executionis posita: Modis ac Mediis Reip. saluti convenientibus, *explicantur.* *n. 47. seq.*
Variat executio in Cadavere delinquentis, *pro diversorum criminum qualitatibus.* *n. 50*
Verba Definitionis: In Cadavere Malefici, *opponi* Executioni, *quæ fit in* Effigie *Facinorosi*, inque demolitione ædium, statuarum &c. *traditur.* *n. 51. & 58*
Exempla Executionis in effigie *duo illustriora edisserit.* *n. 54 seq.*
In quo differat Executio in effigie *Malefici, ab Executione* in ejus Cadavere, *vid.* 56. *seq.*
Convenit utraque in causa finali, quæ utrobique est aliorum correctio & metus. *n. 53*
Licet in omnibus pœnis, finis earundem expiatorius & assecuratorius *obtineri nequeat, sufficit tamen, inprimis in illis delictis, quibus publica incolumitas in discrimen vocatur, non cessare finem* emendatatium, *si non ipsius* delinquentis, *tamen* aliorum, *in paria aut graviora delicta ruentium* *n. 60. seq.*
De Divisionibus *Executionis in Cadavere delinquentis agitur.* *n. 70. seqq.*

Solemnem Disputationem conscribentium morem quo à vocum in Rubro obviarum evolutione telæ suæ exordium capere sueverunt, dum & ego, hisce lineis in *Executionis in cadavere delinquentis* justitiam inquisiturus, migrare nolo, sedet animo sententia, quo in sensu singulæ *Inscriptionis* voces hic veniant, illarumque natales, antequam ad ulteriora descendam, paucis præmittere. 1

Ipsam *Executionis* vocem verbo EXEQVI, (quod est à præpositione EX, vel ut vult Gerhard. Joh. Vossius *in Etymol. LL. Voc. a.* ab EC & SEQVI) proximam debere originem, noto notius esse autumo; 3
Cujus tamen ipsius non est una in jure nostro acceptio. Nam (1.) idem denotat, quod *perficere*, & ad *finem* seu *effectum perducere*: vulgo: Vollenziehen/ ausrichten/ und vollenbringen. Qua in significatione omnium frequentissima occurrit hæc Vox in *L. 15. pr. & 2 ff. de Re jud. L. pen. C. De Execut. rei jud. L. 3. ff. pr. Ne vis fiat ei, qui in possess. L.* 49 *ff. Famil. ercisc.* & passim apud Classicos Authores, ut, exequi incepta. Liv. *L. 30. c. 4.* mandata, Cicer. *9. Philip. c.* 4. Munus, s. officium suum; *Idem de Senect.* 4

5 c.20.pr.& imperium. Terent. in Heaut. Act.4. Sc.1. v.22. Sic & executionem
alicujus Negotii ſuſcipere, legere eſt apud Tacitum L.15. c.25. & eo-
6 dem in ſenſu utitur hac voce Seneca, inquiens: Differam hæc in præſenti;
Deſiderant enim longam & propriam executionem. (2) Idem ſignificat, quod
exercere & in judicio perſequi, vulgò, verafftterfolgen. Sic exequi actionem
7 injuriarum, in L.11.§.7.ff De injur. appellationem & litem, in L 24.§.1.ff.
De Appellat. Cauſam, in L.fin.§.fin.ff.eod. Jus ſuum, in L.7.§.1.ff De Reb.eo-
rum petitionem, in L.4.in fin.C.De Pact.conv. novi operis nunciationem,
in L.7.§.14.ff.De Pact.& accuſationem, in L.2 §.8.ff. ad L.Jul.de Adulter. &
alibi paſſim legitur. Conf. Briſon. de Verb. Sig Voc. Exequi, p.m.634. (3) Idem
hæc vox ſignat, ac Conſequi, & recipere, vulgo; Erhalten und erlangen. Hoc
8 in ſenſu obvia eſt in L.34.pr.ff.de O.& A.L.2.C.Fam erciſc.L.39.§.2.ibi: Ex
vendito me acturum, ut pretium exeqvar. ff. de Leg.1. & in L.5. C. Theod De
Metatis, L.7. T.8. ibi: ſecundam domus partem hoſpes exequatur, i.e. conſequatur,
9 ſ. habeat. (4.) Exequi aliquando idem eſt, ac tractare, vulgo, Wovon han-
deln. Ut in L.1. §.10. ibi: Cæterisq; ſpeciebus, quas ſub titulo, de in integrum reſti-
10 tut. exequemur. ff de Poſtul. (5.) In illo tandem tam apud Scriptores, quàm
in jure legitur ſignificatu, quo idem eſt, quod punire, coërcere, & plectere,
vulgo beſtraffen. Hinc Suetonius de Julio Cæſare in ejus Vita c.67. dicit.
11 Delicta neq; obſervabat omnia usq; pro modo exequebatur. & Tertullianus L.
11. adverſus Marcionem, c.27. recte monet, nil adulantius eſſe, quam delicta non
exequi. Quo eodem quoque ſenſu uſurpatur in fin §. ult. J. de His, qui ſui
vel alieni jur. ibi: Quod ſi mea Conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat me hoc ad-
miſſum adverſus ſe ſeverius executurum, juncta L.2.ff.eod. Item in L.35.ff. De In-
jur. Prætor acriter hanc rem exequi debet, & eos, qui injuriam fecerunt, coercere.
L.9.ff. de Extraord. crim. ibi: Hanc rem Præſides exequi ſolent graviter usq; ad
pœnam mortis. Nec non in L. 6. ff. ad L. Jul. De vi publ. ibi, & ſi comperieris,
hæc ita admiſſa, rem ſevere exequeris. juncta L. 14. pr. C. De Excuſ. Tut. & in
L.131. in fin. ff. D.V.S. Et hæc ultima notatio, non excluſa tamen prima,
potiſſimum præſenti Diſputationi propria eſt.
11 Secunda, quæ in Rubro occurrit vox, eſt CADAVERIS, quam gene-
raliter acceptam denotare omne corpus exanime, apud omnes in aprico
12 eſſe, nullus ambigo. Derivant autem vulgo eandem à cadendo, vel quod
corpus, emiſſa anima, amplius ambulare non valens, cadat, vel quod
13 verbum cadere, idem denotet, ac mori. Vid. pr. J. in fin. de Excuſat. Tut. ibi:
14 Hi enim, qui pro Republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelli-
guntur. Confer. Diſp. Illuſtr. Dn. de Kulpis, De Jure circa Cadavera Punitorum
c.1.§.4.

c.1.§.4. Vbi in fine *d.* §. rectè notat: Non ad veram hujus nominis Ety-
mologiam, sed ad ingeniosam, & non injucundam allusionis subtili-
tatem referendum esse, quod aliqui ex syllabis primordialibus se- 15
quentium verborum: CAro DAta VERmibus, CADAVER compo-
situm dictumque opinentur. ex Capite *X. v. 13.* Ecclesiastici ibi: Und
wenn der Mensch todt ist/ so fressen ihn die Würme. Conf. Dn. Beyer.
De Cadaver Punitor. C.2 n.15. & Dn. Feltmann. *in Tract. De Cadavere Inspi-
ciendo Cap.1.§.2.*

Quod vero variam hujus Nominis acceptionem attinet, inter- 16
dum pro *Corpore nondum sepulto, & quod careat honore sepulturæ*, qui alias
hujus generis Corporibus debetur, accipi, & ita *Funeri* contradistin- 18
gui, constat ex loco Servii *IIX. Æneid.* & Isidori *L. 11. c.3.* ibi: *Omnis mor-
tuus aut* funus *est, aut* cadaver: Funus *est, si sepeliatur, & dictum à funibus
accensis, quos ante feretrum papyris, cera circumdatis, ferebant.* Cadaver *au-
tem* est, si *insepultum jacet.* & ex L.*3.*§.7. *ff. De Sepulchr. violat. juncto Rubr. ff.* 19
De Cadaverib. punit. Specialius autem id nominis restringi ad *Corpora
Brutorum*, eique in vernacula nostra communiori loquendi consuetu-
dine nunc respondere videri Aaß/ curate notavit supra laudatus Dn.
de Kulpis, *d. diss. c.1.§ 5.* Confer Dn. Feltmann. *D. Tr. c.1.*§.*4.* Non diffi- 20
tendum tamen est, singulas has appellationes, sicut & nomen *Corpo-* 21
ris, quod alias *generalius* est, & *indifferenter* se ad utrumque *animatum* sc. 22
& *exanime* habet, vid. Dn. Beyer/ *d. Diss. c.2.n.*15 passim, & in jure quoque
nostro confundi, indeque illam inter *Funus* & *Cadaver*, itemque inter
Cadaver & *Corpus* differentiam, non tam rigide semper observari. Enim- 23
vero, quod in *L.*4.§.*2. Si quis cautionib.* appellatione *funeris* exprimitur,
idem in *L.3. ff. De in jus voc.* appellatur *Cadaver*, alibi tanquam æquipol-
lentia hæc usurpari nomina, liquet ex *L.1.§.4. & 6. ff. de Injur. & L.1.§.5.
C. de Latin. Libert. toll.* Vid. Gothofred. *ad L.* 4. §.2. *ff. si quis caut.* & Barnab. 24
Brisson. *de Verb. Sign. Voc. Cadaver* Sicuti & Vox *Corporis*, occurrens in *L.
1.2. & 3. ff. De Cadaveribus Punit.* æquipollet ipsi nomini *Cadaveris*, in *Ru-
brica* hujus Tituli obvio. Selegi autem inter varias hasce appellatio- 25
nes nomen *Cadaveris* vulgo Leichnams/ hujus Disputationis Rubro, 26
tum, quod illud in jure nostro denotet *corpus humanum exanime*, tum 27
etiam, quod *corporis* appellatio, ceu generalior, non *satis specifice* expri-
mat negotium, quod e hisce agere lineis, animus est, Cum non *de puni-
tione delinquentis in genere*, sed illa *in specie* differere mihi proposuerim, 28
quæ in Cadaver & exanime delinquentis corpus decernitur, & decreta executioni 29

 manda-

mandatur, cadavere respectum relativum ad animam, quam habuit, & amisit, semper habente, alii, quam mortuo corpori, non applicabili.

31 Restat, ut ultimo loco binis adhuc lustrem ultimam Rubricæ vocem, puta *Delinquentis*, dictam à *Derelinquendo*, Decian. *Tract. crimin. L. 1. c. 1. n. 11. P. 2.* quasi quod *delinquendo* linquamus id, quod sequi opor-

32 teat, Donell, *Lib. 15. Comm. 23.* Ludvvel. *Exerc. 15. th. 1. Lit. A.* Quorsum collineat Festus *L. 4.* inquiens: *Delinquere*, significat *derelinquere*, seu prætermittere ea, quæ non oportebat præterire, i. e. quæ Legibus erant

34 proposita. Vnde & Papiniano *delinquere* est, præceptis Legum non obtemperare, *L. 41. ff. De Pæn.* Conf. Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Priv. Delict. n. 3.*

33 Sicuti autem Vox *Delicti* generaliter accepta, tam *publica*, quam *privata* delicta ambitu suo complectitur, Decian. *in Tract. suo Crimin. L. 1.*

34 *c. 7. pr.* Petr. Schulz *in Diss. De Conc. Delict. c. 1. § 11.* ita ut sub *laxiori* hoc sig-

35 nificatu *Crimina* quoque, (quorum appellatione cœteroquin in *strictiori* acceptatione *publica privatis* contradistinguuntur delictis, *L. Quis sit fugitivus, 17. §. Noxas. 18. ibi: Ex delictis, non publicis Criminibus, ff. de Ædilit. Edict.* Theodor. Coll. Crim, *c. 1. aph. 1. n. 8. L. b. p. 9.* Bocer. *De Adult. c. 1. n. 2. p. 11.* & Vultej. *Ipr. Rom. L. 1. c. 45.* hisce nomine *delictorum in specie, Maleficiorum, & Noxarum* venientibus, *pr. J. De Obl. quæ ex Delict. L. 2. §. 8. C. De V. J. E.* Cujacius *ad L. 131. ff. De V. S. ibiq; Ddres. passim*) comprehendantur, sicpue Synonimice non raro in jure nostro accipiatur *Delictum* & *Crimen*, Vid. Notabilis textus *L. 131. ff. De V. S. ibi: Criminis, sive delicti. L. fin. De Priv. Delict. ibi: Nec cogendus erit in Crimen subscribere.* Item Flagitium, *L. 6. C. De Sepulch. Violat. L. 31. C. De Episc. & Cler. L. 123. ff. De V. O. L. 20. ff. De O. & A.* Scelus, Facinus & Peccatum; *Vid. L. 1. C. De Priv. Carcer. inhib. L. 20. ff. De O. & A. L. 52. pr. & §. 8. ff. eod.* Harprecht. *ad pr. J. De Obl. quæ ex Delict. ibiq;* Vinn. *in Comm. Maj.* Eckholt. *§. 1. ff. De Priv. delict.* & Petr. Gregor. Tholosan. *in S. J. II. Tit. 30. c. 1. n. 5.* Ita in *Rubro* etiam nostro Verbum *delinquentis*

38 generalius sumptum, *potissimum atrocioris Delicti reos* denotat, de quo infra fusius;

39 Nunc, hisce prælibatis, ad ipsam *Executionem in Cadavere delinquentis* propero, eandem sequentem in modum describens, quod sit *Vin„ dicta delictorum atrociorum, ab illo, cui in Exemplum exigendi pœnas jus est, „ modis, ac mediis Reip. saluti convenientibus, in cadavere Malefici, ad publicæ di„ sciplinæ emendationem inducta atque exercita.*

40 Generis loco constitui *Vindictam*, quia per *Executionem*, hic potissimum me *punitionem* intelligere *supra n. 11.* jam præoccupavi; Hanc

autem

autem describi per *vindictam* videre est ex *L. 131. ff. De V. S. ibi Pœna est noxæ vindicta.*

Dixi (2.) *Delictorum atrociorum*: Hæc enim verum *regulariter* Ex- 41
ecutionis in *Cadavere delinquentium* constituere objectum, *levioribus* criminibus, (nisi illorum *frequentiæ* exemplum aliquando publicum 42
exegerit,) hic penitus exulantibus, apertius cognoscetur ex fusius toto *capite Tertio* edisserendis, quorsum brevitatis amore B. L. remitto.

Subjeci (3.) *Ab illo, cui in Exemplum pœnas exigendi jus est*: Digitum 43
his intendens verbis ad *Judicis competentiam*, sententia *incompetentis Judicis*, *executionem* in *cadavera delinquentium* decernentis, insanabili nulli- 44
tate laboratura, *arg. t. t. C. Si à non compet.* ibique Dd. Carpz. *P. 3. q.* 107. *n.* 73. Danhauer. *Prax. Crim. c. 8. n 4.* & Brunnem. *in Proc. Crim. c.* 3 *n.* 11. Judiceque hic illo tantum competetente futuro, qui *superioritate* ad minimum 45
gaudens *territoriali*, publico aliquo exemplo, extra ordinem statuendo, à publicæ quietis turbatione, hos arcere potest, quos timor Dei, ac virtutis amor à peccatis non retrahit, *inferioribus regulariter* Magistrati- 46
bus, gladii potestate licet munitis, executionem in cadaver facinorosi absque *Superioris speciali indultu* decernere minime valituris. *arg. §. 6. J. De J. N. G. & C.* Kulpis *supr. all.* 5. *Disp. c. 2. §. 3.*

Addidi (4.) *Modis ac Mediis Reip. saluti convenientibus.* Cum enim 47
omnibus Reip. intersit modis, delictorum impunitate neminem ad peccandum irritari, *L 51. in fin. ff. Ad L. Aquil. L. 9. §. 5. ff. De Public. L. 13. ff. De* 48
Offic. Præs. publicæ disciplinæ vigore congruam eorundem animadversionem & vindictam nonnunquam in *cadaveribus facinorosorum*, cita morte promeritæ pœnæ subtractorum exigente utique officio illorum 49
congruit, quibus salus Reip. curæ est, delicto convenientem *in cadavera delinquentium* statuendo pœnam, publico edocere exemplo, quanto illos odio habeant, qui graviori admisso vivi vulnerare Rempublicam satagunt, quantoq; Justitiæ Zelo contra impiorum insultus mu- 50
nire sibi commissam cupiant Reip. salutem, modo pœnarum præcisè pro delicti modulo statuendo, omnique *exequendi* ratione ex delinquendi causa dependente, majori utiq; vindicta illum mansura, quem major culpa polluit, *c. 16 vers. à capite Dist. 50. c. 5. De Pœn. in 6. L. 31. C. ad L. Corn. De Fals. L. 138 §. 1. ff. De R. J juncta L. 14. & 11. pr. ff De Pœn.*

Dixi porro (5.) *In Cadavere Malefici.* In Oppositione (1) *ad Executionem in* EFFIGIE *Malefici.* Quanquam enim *Executio in Effigie delin-* 51
quentis, (qua enormissimorum criminum rei *aufugientis* vel *mortui*, & 52
causa

causa cognita, condemnati effigies ad eum à Carnifice tractatur modum, quo ipse *præsens*, aut *vivus* tractandus fuisset,) cum nostra *Execu-*
53 *tione in delinquentis cadavere* in *Fine*, (qui utrobique est *correctio* & *terror aliorum*, utque, si qui improbi exemplo maleficii facti sint audaciores, cognito maleficii exitu, terreantur & spe impunitatis etiam *absentibus & mortuis* adempta, imposterum ad injuriam fiant tardiores, *L.28.* §.15.
54 *ff. De Pœn. L.1. C. ad L. Jul. Repet.*) amice conspiret, Ejusdemque illustre exemplum partim in *Caspare Colinio*, Magno illo Regni Galliæ Thalassarcho, etiam *post mortem* hoc *in effigie* supplicio, teste *Thuano L.53. Histor. fol.* 845. damnato, uti ex sequentibus ejusdem verbis clarescit: *Tandem horrenda contra mortuum* COLINIUM *fertur sententia, qua tanquam Majestatis reus, pacis ac tranquillitatis publicæ hostis, & initæ adversus Regem conspirationis Author & Instigator damnatur, bonis omnibus fisco addictis, ejusque memoria infamatur, & nomen in perpetuum aboletur: decerniturq; ut corpus illius, si uspiam inveniri posset, aut sin minus, imago creati imposita, à Carnifice per urbis vias raptetur, & in ripensi foro ad patibulum suspendatur. Atque inde ad Monfalconianas furcas editiori loco transferatur, ut insignia ejus, ad caudas equorum alligata, itidem in sempiternæ ignominiæ testimonium per urbes raptentur; Et ubicunque locorum toto Regno in ejus honorem erecta, & ad decus affixa comperientur, publicè à Carnifice confringantur, & lacerentur: Statuæ item ejusdem, & Imagines ubique concerpantur & aboleantur: Ædes illius primariæ Castellione ad Lupam solo æquentur, nec ibi fas sit, ullum ædificium instaurare: arbores in illius septo ad mediam altitudinem cædantur, solum sale conspergatur, & in media area columna statuatur cum lamina ærea, cui SC. hoc inscribatur: Tum illius liberi ignobiles, ac intestabiles pronuncientur, & indigni, qui publicis muneribus fungantur, aut ullis bonis in Gallia fruantur, iis, si quæ possidere comperiantur, in fiscum redactis. Etiam producta ejus Effigies straminea, inserto ad ludibrium ejus ori lentisci frustulo, quo Colinius vivus ad purgandos dentes uti solitus erat, & ferè semper in ore profundissima cogitatione rotabat, quasi aliud*
55 *agens &c.* partim etiam in Magno Daniæ Præfecto Prætorio *Corvitio, Comite ab Ulfeld* ex capite criminis læsæ Majestatis, quod Optimates, Nobiles, Clerumq; Regni ad rebellionem concitasset, multaque alia contra Regiam Personam, Familiam ac Remp. molitus fuisset, *Anno* 1663. *21. Julii* Hafniæ capitis damnato, sententia in *absentis Effigie* executioni mandata, (cujus hæc fuerunt capita, *ut omnibus exuatur dignitatibus, insigniaq; ipsius ac descendentium, sine præjudicio tamen reliquorum Gentilium, per Carnificem confringantur: Corpore dextra & Capite truncato, hoc*

publice

publicè suspendatur; illo verò in 4. partes discerpto, hæ 4. arcis angulis publicè spe-
ctandæ affigantur, bonisque ipsius ac liberorum, detracto legitimo ære alieno, con-
fiscatis, omnes liberi cunctis Regni ditionibus exulent: Ut una ædium ipsius de-
struatur, nunquam restauranda, columna contra erecta, quæ mentionem ipsius
delicti referat: Sique ipse capi nequeat, ut sententia hæc in effigie ipsius eo, quo
dictum est, modo, executioni mandetur, certa promissa mercede ei, qui aut vivum
eundem sisteret, aut mortuum.) inque compluribus aliis, quos videsis *in*
Dissertatione D.Frommanni. *De Executione in Effigie.th. 43.seq. & in Dissert.*
Dn Struvii *De ead.mater.cap.3.§.6.seqq.* conspicuum fit, in eo tamen po-
tissimum à nostra, quæ *in Cadaveribus Facinorosorum* fit, differt *executione*, 56
quod firmius & efficacius delictorum, pœnarumque atrocitas animis
spectantium insinuetur per *veram* & actualem in ipsis Maleficorum
Cadaveribus faciendam executionem, ac per *repræsentatitiam* ac *Imagina-* 57
riam illam, quæ in *Effigie* tantum fieri solet, quodque *illa* non æque, ac 58
hæc, in *absentibus* locum habere possit: (2.) In Oppositione *ad Executio-*
nem, quæ in *Statuis, Ædibus Nominibus* ac *Insignibus Facinorosorum*, inprimis
in crimine *perduellionis*, fieri solet. De qua hic agere non est animus.

Adjeci (6.) *Ad disciplinæ publicæ emendationem.* Vt hisce verbis exhi- 59
berem *finem* hujus *Executionis*, quæ fit in *delinquentium cadavera*, qui non 60
tam est *Expiatorius*, & *Assecuratorius*, cum *proprie* intuitu *mortui* delin-
quentis hæc *executio* non fit *pœna*, ceu non inferens *cadaveri* facinorosi
malum *passionis* ob malum *actionis*, neque per hanc adimatur metus
aliis, qui *vivi* audacia & improbitate talem sibi conceperant, frustra
à *mortuo* sibi quicquam injuriarum metuentes, contra quas per *execu-*
tionem in cadavere mortui cupiant *securi* præstari; quam *Emendatorius*, 61
non quidem ipsius *mortui*, cujus post fata frustra speratur correctio,
sed *aliorum*, aspectu hujus supplicii, etiam à *mortui delinquentis cadavere*
sumendi, à similibus impiis moliminibus ad frugi vitam retrahendo- 62
rum. Quem præcipuum Pœnarum finem obtinuisse sufficit judici in
illis inprimis excessibus, ubi publica incolumitas in discrimen voca-
tur, ne pereat vindicta publica, sed ut deterreantur exemplo publico,
in quibus ejusdem sceleris vestigia metuuntur. Cum enim in omni
animadversione non tantum ejus, *in quem peccatum* est, atque *ipsius* 63
peccantis, sed etiam indistinctè *omnium* habeatur ratio, *universorum* uti-
que in *nonnullis casibus* potior cura esse debet, ne illi, dum in publicis de-
lictis publica non conspiciunt pœnarum exempla, impunitatis spe
allecti, ad similia, vel etiam deteriora prolabantur. Et hoc est, quod

64 maximopere urgent Imperat. Diocletion. & Maxim. *in L. 7. C. ad L. Fab.*
de Plagiar. ibi: *ut pœnæ genere cæteri deterreri possint, quo minus istiusmodi au-*
dacia quid tale audeant. & Gratian. Valer. & Theod. in *L. 1. C. Ad L. Jul. Re-*
petund. ibi. *ut unius pœna metus possit esse multorum.* Iemque JCti Tryphon.
in L. 31. ff. Depos. ibi: *Male meritus sed publice exemplo aliis ad deterrenda male-*
ficia; & Marcian. *in L. 6. ff. De Custod. reor. ibi: vindicandum in Exemplum*
& L. 28. §. 15. ff. De Pœn. ibi: ut conspectu deterreantur alii ab ejusmodi facino-
65 *ribus.* Cum igitur ulcus, quod ex contagione maleficorum ad populum
redundare potest, æque aspectu *executionis in cadavere mortui* sanari
66 possit, ac si Lictoris acies in *vivum* delinquentis *corpus* sæviat, eadem-
que sinon major, Legislatoris iræ ac vindictæ magnitudo spectanti
vulgo appareat, sive in *viva* delinquentis *persona*, sive in *exanimi* ejus-
67 dem *corpore* pœnæ severitas exhibeatur; Insuperque non *ipse dolor*,
sed *doloris* duntaxat *imago* ad adstantem deveniat populum, inque
ejus animum penetret, etiamsi supplicium in *vivo* malefici exerceatur
68 *corpore*; sufficiet utique spectatores in hac *executione in mortui Cadavere*
æque terreri pœnæ imaginatione, hancque perinde illarum imprimi
mentibus, acsi ipse delinquens *vivus* dolore corporis, sensuque pœnæ
afficiatur.

69 Dixi (7.) *inducta & exercita*: Non enim sola *sententiæ condemnato-*
riæ dictio, sed potissimum *judicati consummatio* omnem *in Executione in Ca-*
davere delinquentis facit paginam, ceu per quam demum illi, quorum
paria metuuntur facinora, pœnæ imaginem conspectu, animoque
suo concipientes, vere terrentur, tristique istiusmodi aspectu *à malo*
molimine non rarò arcentur felicissimè.

70 Sed missa *Definitione*, paucis adhuc ad *Divisionem Executionis in*
Cadavere delinquentis progredior, quam haud incongrue partiri posse
adopinor, in illam, *quæ fit in augmentum & consummationem supplicii, jam*
in vivo facinorosi corpore incohati, v. g. Si corpus illius, qui *vivus* capite
plexus est, deinde vi latæ sententiæ rogo impositum, concrematur,
71 vel rotæ inflectatur, de qua executione hac dissertatione non sum
acturus; & illam, *quæ nova sententia demum in mortui delinquentis cadaver*
statuitur, v. g. Si *ante sententiam* condemnatoriam, vel etiam *post eandem*
facinorosus *in carcere, vel extra illum* fato vel *naturali*, vel *violento* pro-
meritam executionem antevertat, & tum de executione in ejus cada-
vere quæstio sit: *An hæc scilicet iure propitio in mortui cadavere decerni, inque*
eo effectui adhuc dari possit? quæ sola executio nostræ est considerationis:

Quam

Quam ſubdivido in illam, *quæ fit in cadavere jam ſepulti delinquentis* 72
iterum effoſſo, vel *nondum terræ demandato. De utriusque juſtitiâ* ſolicitum erit.

CAPUT II.

Inquirens

In Juſtitiam Executionis in Cadavere Delinquentis, ſubjunctis Neceſſariis ejusdem Requiſitis.

SUMMARIA.

I*Ngreſſus Cap. II.* n.1
Conſpectus ejusdem n.2
Primam *rationem illorum, qui injuſtitiæ & inhumanitatis hanc Executionem arguunt exhibet.* n.4.*ſeq.*
Secundam. n.6.*ſeqq.*
Tertiam. n.8
Quartam. n.9
Quintam. n.10.*ſeqq.*
De Doctoribus huic Opinioni adſtipulantibus agitur. n.15
Recenſentibus argumenta illorum, qui ab injuſtitia nota liberant executionem in Cadavere delinquentis. n.16 *ſeq.*
Primum *ediſſerit.* n.17.*ſeqq.*
Secundum *exhibet.* n.26.*ſeqq.*
Refertur exemplum Executionis in ædes *inſignis alicujus* parricidæ. n.27.
Pœnarum fructus omnium maximus ad exemplum *pertinet.* n.29
Tertium *ſiſtit.* n.30.*ſeq.*
Quartum *videſis.* n.32
Memorabile exemplum veneno à Cognatis ſuis ſuppeditato in carcere occiſi delinquentis enarrat. n.33
Quintum *ſuppeditat* n.34.*ſeq.*
Executiones in Cadavere delinquentium *ſuo inſigniori non ſemper caruiſſe* in vivis *effectu, probatur duplici exemplo, quod videſis.* n.37.*ſeq.*
Hanc ſententiam rationabilem, juri civili non adverſam, practicam, communem & Reip. utilem eſſe probatur variorum JCtorum calculo, de quo videſis n.39
Ad rationem pro adverſa ſententia allatam,

latam primam, *respondetur. n.*42. *seqq.*
Ad rat. dub. Secundam *respondetur. n.*46 *seqq.*
Ad Tertiam *respondetur. n.*56. *seqq.*
Ad Quartam *respondetur. n.*60. *seqq.*
Ad Quintam *respondetur n.* 65. *seqq.*
Ad Sextam & Vltimam *respondetur. n.*71 *seqq.*
Ut hæc Executio *locum habeat in* cadavere *delinquentis, requiritur (1.) ut eandem decernens gaudeat ad minimum superioritate territoriali. n.*74
*Ratio additur. n.*75
(2.). *Ut Constet* de corpore *delicti. n.*87
*Rationem videsis. n.*88
(3) *Ut vel in flagranti crimine sit deprehensus, nulla vel vivo competitura defensione, vel confessus crimen, aut de eo legitimè ante mortem convictus. n.*89
*Ratio additur. n.*92
(4) *Ut delictum sit ex numero atrocissimorum. n.*89 *seqq.*
(5.) *Ut ante mortem delinquentis nondum sit præscriptione exstinctum. n.*93
Intra quodnam temporis spatium post mortem adhuc hæc decerni possit executio, vid. n 95. *seqq.*
*Sententia numeri. n.*97
*Limitatur. n.*100.

1 PRæmissis Capite præcedaneo *Generalibus* circa *Executionem in cadavere delinquentis*, nunc hoc Capite evictum iturus, competere utique *Superiori*, ejusque speciali *indultu*, etiam *inferiori Magistratui* jus animadvertendi in *cadavera Facinorosorum*, ne nulla Ordinis habita ratione, confusè hoc expedire videar negotium, *principe loco* illorum
2 enarrabo argumenta, qui Magistratum omni jure invito sibi jus in *mortuorum delinquentium corpora* exercendi supplicium, *vivis* debitum, sumere, maximo nisu probare satagunt; Subjecturus *secundo loco* illorum rationes, quibus juri & rationabili consuetudini convenientior contraria placet sententia, subnexa *tertio loco* adversorum Confutatione, nec non requisitis, in casu nostræ Executionis omninò necessariis.

Quod igitur illos attinet, qui mortuis ante executionem delin-
3 quentibus, nulli amplius animadversioni in illorum exuviis locum esse sustinent, cadaveraque facinorosorum manibus judicis eripere, ac terra, omnia delicta tegente, obruere allaborant, næ, illi non sper-
4 nendis moti videntur rationibus; Quarum haut ultima est, quod *executionem in cadaveribus Maleficorum* tantopere crepantes, feralem ensem in Miserorum exuvias, quibus nec *sensus*, nec *ratio* est, inhumana stringere effervescentia, & cœco quodam impetu in cadavera mortuorum

tuorum sævire videantur, pœnarum vero fine, qui est *puniendorum coërcitio & emendatio*, facile *in mortuis* cessaturo. *L.20. ff. De Pœn. ibi: Pœna constituitur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem constitui videtur, desinit.* Anton, Peregrin. *de Jur. Fisci T.4. J.5. n.2. seq. ibique allegati Dd.* Bertazz. *Consil. Crim. 33. n.1.* 5

Cui accedit (2.) quod diserte in jure nostro dicatur, *morte reorum* solvi judicium, *L.15. §.3. ff. ad SCtum Turpilian. t.t. C. Si reus l. Accusat. mort. juncta Nov. 22. c.20. pr. ibi mors, quæ omnia solvit*, ipsumque finiri crimen *L.1. & 6. C. Si reus vel accusat. ibique Ddres* & exstingui pœnam, per *L. 6. ff. De Publ. jud.* puniendo *ex judicio hominis ad Dei judicium* translato Sebast. Medices *in Tr. mors omnia solvit. P.2. Concl.2. & 32.* Dn. Kulpis *in Diss. De jure circa Cadavera Punitorum. c.2. §.1.* cujus exuvias post mortem punire, æque videbitur absonum, ac asserere, *malitiam*, quam in delictis pœnales leges vindicare intendunt, hominum non *corporibus*, sed *animis* adhærentem, post *animæ* discessum, adhuc *in cadavere* superesse, perque pœnæ *in ipso* executionem condigne vindicari. 6 7

Vnde est, quod (3.) de Syndicatu teneri velint, qui in *mortuorum cadavera*, eadem vel suspendendo, vel rotæ imponendo, vel comburendo, inhumaniter sævire conentur. Vid. Gail. *P.1. Conf. 65. n 8.* Farinac. *l.1. q.10. n.77.* Gomez. *Var. Resol. L.3. c.1. n.78.* Carpz. *P.3. q.131. n.28.* Peregrin. *de Jur. fisci. L.4. T.5. n.2.* Par. de Puteo, *in Tr. de Syndicat. c.1. n.1. aliiq; complures citati à Farinac. & Carpzov. d.ll.* 8

Quodque (4.) Ipsi *humanitati* vim inferre, ac *humanæ conditionis memoriam* exuere videantur Vid. *L.27 ff. De C.J.* qui abjecto *resurrectionis Symbolo*, cum *maximo Reip. incommodo, & non minori gravidarum mulierculaurm periculo* mortuorum cadavera rotæ, aut furcæ figendo, iis sepulturæ denegant communionem, quibus tamen vivis sacramentorum usus fuit permissus. *arg. Clem.1. De Pœnitent. c.2. De furt. c. Super eo. De Hæret. in VI.* Vid. Carpzov. *d. l. n.29.* Menoch. *De A.J.Q. L.2. Cas.285. n.1. seq.* Theodoric *in Coll. Crim. c.10. n. 8.* Hœnon *Disp. Polit. 11. th. 40.* & Dn. Kulpis *d. Diss. c.2. §.4 ibique all.* 9

Nulla (5.) in contrarium valitura consuetudine, ceu *juri Divino* contraria, *Vid. Deut. 21. vers. 22.* & irrationabili, C. J. A. *ad Tit. ff. De Cadav. Punit.* Brunneman. *ad L. Obnoxios C De Relig. ibique all.* Heig. 10 11
sicque effectu, juris scripti abrogatorio plane indigna, consuetudine irrationabili, *corruptelæ* rectius nomen merente: *c.7. & fin. X. De Consuetud. Nov. 134. c.1. in fin.* Gail. *L.2. O.125. n.113.* Hieron. Franc. *ad L.34* 12 13

14 *verſ. Unde ſi apparet n.5. p.304. d. R. J.* Neque jure civili ſepulturam corporibus delinquentium difficulter concedente. *Vid. L.1. ff. De Cadav. punit. & L.11. c. De Religioſ.*

15 Et hanc ſententiam (6.) calculis ſuis probant, Angel. *Ad L. 2. C. Qui teſt. fac. poſſunt. & in tr. De Malefic. verſ. præſente dicto Cajo n.34. & quos allegat.* Heigius, *P.2. q.37. n.10.* Petr. Roman. & Rochus de Curte, Didac. Didac. Covarruv. & *ab ipſo allegatus* Sylveſter & Abbas *L.1. Reſol. c.1.* Gomez. *L.3. Reſol. 1. n.78. ſeq.* Menoch. *Conſil.99. n. 10.* Vasquius *L.3. Illuſtr. Controv.96. n.9.* Theodoricus *in Colleg. Crimin. c.10. n.4.* Anton. Medices *d. Tr. aliiq; plures.*

16 Quorum argumentis jam luſtratis, nunc accuratiori mentis trutina hæ ponderandæ reſtant rationes, quæ ob illa delicta, quorum atrocitas ſingulare & publicum deſiderat pœnarum exemplum, *executionis in cadaveribus facinoroſorum* tuentur ac propugnant juſtitiam; Quarum hanc primipilari lubet præmittere loco, quod, rectè monen-
17 te Theodorico *in Crim. cap.10. num.5.* in pœnis non tantum *corpora delinquentium*, ut ſc. iisdem *vivis* ob atrociora admiſſa major infligatur cruciatus, ſed potiſſimum *ipſum παράδειγμα* ſpectare oporteat, ſufficiatque una pœnarum cauſa, puto *ſenſu* licet ceſſante, alteram tamen adhuc, nempe *aliorum terrorem & emendationem* feliciter obtineri. Quem finem ſicuti Legislator *in lege pœnali ferenda*, principe in illis delictis,
19 quæ proxime turbant & affligunt Remp. reſpicit intentione, ita congruit etiam boni Magiſtratus officio, *in pœna legalis executione* eundem
20 ante omnia ſpectare, Reip. diſſolutione certiſſimè ſecutura, ubi vindictæ publicæ metus peccandi libidinem non refrenat, ac vitiis adimit illecebram: Herring. *De Fidej. c.* 10. *n.*344. Heig. *P.2. q.37. n.76* Gilken. *ad lit. C. De Summ. Trinit. n. 116.* Id quod non duntaxat infinitis *Ju-*
22 *ris Civilis* probatur locis, quæ videſis *cap.1. n.64.* Sed *jure* etiam *Canonico* confirmatur egregiè: *Vid. c.13. X. De jur. jur. ibi: Ut alius quilibet exemplo ejus deterritus, ſimile aliquid facere pertimeſcat. c.8. X. De ſtatu Monach. ibi: Ut pœna ipſorum ſit aliis in exemplo c.17. X. De Judæis. ibi: Quod in pœna ipſorum aliis interdicatur audacia ſimilia præſumendi. c.1. X. De Maledicis. ibi: Ut pœna unius alii terrorem incutiat. c.1. X De Exceſſ. Prælat. ibi: Quod timore pœnæ veſtræ ceteri à ſimilibus abſtinebunt. c. 1. De Homicidio in VI. ibi: Ut metus pœnæ meta hujusmodi præſumptionis exiſtat. Extrav. Dierum. De Pœn. ibi: Eſt enim compeſcenda malorum audacia, ut ſaltem pœnæ formidine retrahantur à noxiis alii.* Eoque collineat clauſula, ſententiis atro-

ciorum

ciorum delictorum inseri solita: Ihm zu wohlverdienter Straffe/ und 23
andern zum Wahrnehmenden/ oder abscheulichen Exempel. Vid. Hahn. *ad Wesemb. Tit. De Pœn. t. 9. ub. Puniuntur, & ad Tit. De J. & J. n. 13. verb. Atque hæc quidem.* Quibus omnino conveniens est, in illis inprimis delictis, quæ Reip. jugulum perunt, morte vel *naturali* vel accelerata promeritis *vivos* facinorosos suppliciis non nunquam eripiente, non deficere publica vel in *mortuorum cadaveribus* pœnarum exempla, quorum adspectu admoneantur *superstites*, ne id audeant committere, quod ne *mortuos* quidem impunitos dimittit, hocque publicæ disciplinæ rigore non sine maximo Reip. commodo, inque ea viventium securitate, à Reip. noxio delinquendi conatu, ad frugi vitam revocati, discant alieno sapere periculo, indeque, quod sibi usui futurum sit, caute capere, cum stulto, præeunte, docente Zœsio *ad Tit. ff. De Pœn. n. 22.* sapiens fiat astutior. Vid. Duaren. *Tit. de Pœn. c. 1. Confer. omnino dicta. cap 1. n. 59. seqq.*

Huic addo (2.) quod quæ ratio justificat executionem in *mortui* 25
delinquentis Effigie, qua de *supra. cap. 1. n. 51. seqq.* egi, quæque non solum
apud Romanos, Vid. Scip. Gentil. *L. 3. De Jurisd. 4.* Matth. Stephan. 26
L. 1. De Jurisdict. c. 6 n. 171. seqq. sed alias cultiores etiam Gentes, imo ipsas Germanos effecit, minime gentium justitiæ regulis videri adversum, ad declarandam reatus atrocitatem, etiam in *animantia bruta*, neque *delictorum* proprie, nec *pœnarum* capacia, cum quibus, & in ipsas *ædes*, in quibus scelus commissum est, exemplari sævire pœna,
(uti inter alia multa, comprobatur exemplo supplicii, à Rustico quo- 27
dam, in Baronatu Ruthenico in pago Elias Brun/ cognomine Eyssenbeiß dicto, sumpti, cujus, cum, referente Theodorico *in Coll. Crim. c. 10. m. 8.* ipse ob Vxorem partui vicinam, una cum sex ex illa procreatis liberis, suamque ancillam acuta securi horrendo modo miserè trucidatas, acerbissimis affectus justissimè periisset pœnis, domus quoque, qua in septuplum immanissimum hoc parricidium una cum homicidio inaudito commiserat exemplo, funditus eversa, soloque adæquata est, statua insuper in eodem loco ad exemplum erecta;)
eadem ratio etiam ab injustitiæ nota absolvat nostram *in Cadaveribus* 28
Facinorosorum Executionem: Scilicet, ut, cum teste Bodino *7. De Republ. 4. n. 21.* pœnarum fructus omnium maximus *ad exemplum* pertineat, in his delictis, quibus Reip. salus directo impetitur, publicis quibusdam pœnarum monumentis, per externos corporis sensus, eorundem

dem magnitudinem ac odium interiori mentis aciei efficacius imprimentibus, ab impiis ac noxiis Reip. moliminibus retrahantur alii, ſimile quid impunitatis ſpe forſan auſuri.

30 Subjungo hiſce (3.) Quod, ſicuti nemini inconveniens viſum eſt, *mortuis*, de Rep. bene meritis, in *viventium* incentivum coronam interdum adjudicari, eademque in æternaturam eorundem gloriam à Rep. *poſt mortem* erectas ornari ſtatuas; Ita etiam abſonum, & juſtitiæ, aut humanitatis regulis adverſum ſaniori judicio pollenti videri haud debeat, *mortuis* non nunquam in *viventium* terrorem hanc applicari pœnam, cui præveniens mors eosdem præmaturè ſubduxit: Vti optime concludit, cum Petro Heigio *P.2.q.*37. Petrus Theodori-
31 cus *in Coll.Crim.c.10.n 5.in fin.* Prœmiis & pœnis, quibus Reſpublica, teſte *Cicerone ad Atticum*, ceu duobus firmiſſimis ſuſtinetur fulcris, facilè paribus paſſibus ambulantibus.

32 Vt taceam, (4) ni & maleferiatorum *cadavera* condigna delictis pœna afficerentur, ampliſſimam Nobilioribus Familiis hoc pacto ſuppeditari anſam, veneno ſanguine ſibi junctis in carcere dato, eosdem publico ſubducendi exemplo, & ignominioſæ pœnæ eripiendi, id minimè auſuris, ubi & in exuviis mortuorum idem metuendum eſt ſupplicium. Vid. Matth. Stephani. *De jurisd. L.1. c.6. n.160.* & Menoch. *De A. J. Q. Caſ.285.n.6.* Vbi ſequens memorabile hujus rei exemplum, quod pro illuſtratione dictorum non piget exſcripſiſſe, recenſet:
33 *Erat*, inquit, *Venetiis ob grave aliquod crimen quis laqueo ſuſpendendus, quod ægrè admodum ferens ipſius Frater, optabat maleficum Fratrem veneno necare; At verò, cuſtodibus non permittentibus quicquam cibi, ac potus eidem aliunde adferri, aliquamdiu differre conatum coactus eſt, donec tandem impetraret à nil mali ſuſpicantibus, pridie, quam ſuſpenderetur Frater, cum ipſo loqui. Ubi eundem deoſculans, pillulam peſſimi veneni ore obtulit, qua maleficus, facilè, quid rerum ageretur, intelligens, ore excepta dentibusq; fracta, nocte ſequenti vitam finivit.*

34 Neque (5.) effectu carituras ſemper eſſe *executiones in mortuorum cadaveribus*, inde quis obtinebit, quod Maleferiatos, nec rotis, aut furcis, itidem in aliorum terrorem publicè fixis, ab improbo retrahi conatu, advertere liceat, ſed & illa Taciti *Lib 3. Annal.* hac præcipue malitiis repletiſſima ætate, proh dolor! adhuc audiatur querela: *Flagitia eſſe ſine modo.* Præterquam enim, quod hoc argumentandi genere omnes etiam *vivorum* pœnas penitus è Rep. eliminare facile foret,

minime

minime *semper* alios à simili facinore arcentes; sufficere utique debet 36
Magistratui, *publico edito exemplo,* si *non omnes*, *multos* tamen à paribus ausis revocari. Idquod ex duobus manifestum fiet exemplis, quæ ex Plinio *L.36. Natural. Histor. 15.* de Rege *Tarquinio Prisco* & ex Plutarcho. *De Clar. Mulierib. c. 10.* A. Gellio. *in Noct. Attic. L 15. c.20.* de *Milesorum Senatu* refert Menochius *de R. J. Q. Cas.185. n.8. seq.* Cum enim 37
jubente Tarquinio, immensum & valde periculosum opus plenis manibus confici, ejusdem mole perterriti haud pauci, futuras morte molestias antevertere gestirent, horum exuviis in crucem ad publicum omnium spectaculum sublatis, ac in escam volucrum expositis, effecit Tarquinius, ut pudor reliquos à pereundi conatu felicissimè arceret. Cumque similiter, quotquot in Civitate erant, Milesio- 38
rum Virgines, impium pereundi cœpissent consilium, nulla rationabili tam duram sortem imperandi necessitate coactæ, aliisque jam reste improbum molimen ad effectum perducentibus, indies numerus parili ratione mori cupientium adaugeretur, prudentissimo Decreto, Virgines laqueo suspensas, nudas, eodemque quo vitam finiverant, reste præcinctas, efferri jubente, obex grassandi & in propria viscera sæviendi audaciæ, felici positus est successu, nemine pudore inhonesti funeris amplius accelerare mortem cupiente.

Et huic, qua communi, rationabili, juri Civili non adversæ, 39
Vid. L.28. §.15 ff. De Pœn. & generali non duntaxat Germaniæ, sed exterorum Regnorum etiam consuetudine comprobatæ sententiæ, nobiscum patrocinantur, Farinac. *Pr. Crim. L.1. T.1. qu.10. n.77. seqq.* Carpzov. *Pr. Crim. qu. 131. n.34.* Menoch. *De A. I. Q. Casu. 185.* Petr. Theodor. *in Coll. Crim. Disp. 10. th. 10.* Matth. Coler. *P. 1. Dec. 107. n 38.* Petr. Heig. *P. 2. q. 37. n. 33.* Berlich. *P. 4. Concl. 5. n. 99.* Clar. *L 5. sent. §. fin. qu. 51. n. 15.* Fromman. *in Diss. De Execut. in Effig th.34. ibique all. Ddres,* *quibus jung.* Matth. Stephani. *De Jurisd. L. 1. c. 6. n. 162.* Scip. Gentil. *L.3. De Jurisd. c. 4.* Speckhan. *Cent. 1. n. qu. 85.* Guazzin. *De defens. reor. Def 38. c. 7. n. 8.* Damhauder. *Pr. Crim. c. 96. n. 15.* Brunneman. *ad L. 1. C. Si reus vel accus. n. 9.* Stryck. *in not. ad Lauterbach. Tit. De Cadav. punit. verb. Interdum tamen.* Zœs. *eod. in fin.* Kulpis. *supr. all. Diss. c. 2. §. 6. &* Zigler. *ad Grot. p. 421.* qui omnes de communi testantur Praxi, asserentes; Ho- 40
die in religiosi ac prudentis judicis arbitrio esse, consideratis probe cunctis admissi delicti qualitatibus & circumstantiis, eandem & in facinorosorum cadavera statuere pœnam in exemplum, quam

delicti atrocitas vivis applicari in aliorum terrorem postulaverat.

41 Quibus non obstat, quod *supra n. 4.* pro adversa sententia adductum est, Huic enim idem, quod *Homero Æschylo*, *Sophocli*, & *Moschioni*, *mortuos non sentire*, monentibus, *ideoque nec damno nec pudore affici posse*, respondit, *Grotius De J. B & P. L. 2 c. 19 n. 5* repono, scilicet, Satis esse, quod *mortuis* accidit, à *vivis* metui, hoc pacto à simili conatu deterrendis; *Vid. L. 28. § 15. De Pœn.* Theodor. *in Coll. Crim. Disp. 20.*
42 *Lit. B* Zigler. *in Diss. De eo, quod just. est circa mortuos th. 29.* Neque pœnarum *præcipuum* ac *unicum* finem esse. *Puniendorum emendationem*, sed, ut in illis delictis, quibus *directo* & *proxime* saluti Reip. paratur naufragium, *edito exemplo* & *vindictæ atrocitate* alii à simili audacia retrahan-
43 tur, & ita Resp. securitati suæ in posterum minus metuat; Qui, cum etiam per *executionem in cadavere malefici* obtineri possit, ceu cujus memoria & adspectu admonentur alii, ut idem supplicium *vivi* evitaturi, sibi in tempore caveant ab ejusdem generis flagitiis, nil attinet, *sensu pœnæ* cadaver puniendi destitui *Conf. omnino dicta supr. c. 1. num. 50.*
44 *seqq.* Hisce addo: Quod, cum *corpus humanum* in plerisque delictis participet de crimine, (secus ac *brutum*, quod, cum principale funda-
45 mentum, ex quo delicta censentur, in ipso deficiat, de illis ideo participasse non censetur) & hac ratione, *propius* ad subjectum pœnarum accedat, nil obstare videatur, quo minus, cum emissa anima adhuc exstet, in illud animadverti possit, altero præcipue non postremo pœnarum fine, qui in *exemplo* & *terrore* aliorum consistit, hic non cessante Vid. Zigler *in Dissert. De Pœnis* §. 8. *ibique all.*

46 Ad *Secundam* pro stabilienda hanc executionem damnantium Opinione, *supra n. 7. h. c.* allatam rationem respondeo (1.) Distinguendo inter *Regulam* & *Exceptionem*: Vtut enim facile largiar, *regulariter* & in *levioribus delictis* cum *morte* delinquentis *crimen*, ejusque *pœnam* exstingui *per jura inibi adducta*, id tamen in omnibus promiscue
47 delictis *simpliciter*, iisque etiam *atrocioribus* procedere, juri haud convenit, quo potius erudimur, quorundam tantam esse atrocitatem, ut eorum etiam *post fata delinquentis* permittatur vindicatio. *L. 4. §. 4. C. De Hæreticis L. 2. C, De Apostat.* memoria in aliis non nunquam
48 *post mortem* damnanda. *L. 4. C. d. t. & L. 20. ff. De Accusat. juncta L. 4. §. 4. C. De Horret.* Vid. omnino Brunnem. *ad L. 1 C. Si reus vel accus.*
49 In hisce ergo, illisque similibus aliis, in quibus Reip. utilitas publicum

licum desiderat exemplum, ad terrorem aliis incutiendum, utiliter
etiam debitam *vivis* pœnam in *mortuorum cadavera*, executioni dari
posse, conservandæ salutis Reip. ratio, quæ suprema omnium lex
esse debet, *L. Quod semel.* 5. *ff. De Decret. ab Ord. fac.* quamque præci-
puè hæc respicit Executio, dubitare non sinit. (2.) Respondeo: di-
stinguendo inter *jus scriptum* & *consuetudinarium*. De *illo* quicquid tan- 50
dem sit, sufficit *hoc* hodie Magistratus committi arbitrio, in illis de- 51
lictis, quorum atrocitas exemplarem postulat pœnam, *mortuorum Cadavera* publice suspendere, in frusta scindere, rotæ affigere, aut 52
comburere. *Vid.* *Ddres allegati n. h. c.* consuetudine, imprimis ra-
tionabili, legem anteriorem facile vincente. §. 11. *J. De J. N. G. & C.* 53
L. 32. *ff. De LL.* (3.) Respondeo: Non ideo executionem in quibus-
dam exceptis criminibus in *cadavera mortuorum* decerni, quasi hisce
exuviis, ac reliquis adhuc quædam adhærere malitia videatur, sed, 54
quia, ut monui *n.* 44. *h. c.* corpus humanum de crimine aliquid par-
ticipasse censetur; Omnium vero maxime, ut publico hoc spectaculo 55
omnibus criminis magnitudo & vindictæ atrocitas innotescat, alieno
edocendis periculo, ne famam ac vitam suam similia temere audendo
in discrimen vocare præsumant.

Minus vero omnium movet, (3.) quod ob hanc executionem 56
injustitiæ notam inurere Judici, eundemque *Syndicatus* reum facere
conentur adversæ opinionis Patroni, juxta illa, quæ *n.* 8. *h. c.* monita
sunt. Respondendum enim est: Vel hanc opinionem de *levioribus*, 57
& non, nisi *simplicem mortis pœnam* merentibus delictis esse intelligen-
dam, vel eandem oppidò esse falsam, *hodierna consuetudine* in delictis
atrocioribus arbitrium judicis hic nunquam excludente. Dn. Kulpis. 58
d. Diss. c. fin. §. 1. Farinac. *L.* 1. *T.* 1. *q.* 10. *n.* 77. Menoch. *De A. J. Q. Cas.*
285. Jul. Clar. *sent. L.* 5. *q.* 51. *n.* 15. Speckhan. *Cent.* 1. *q.* 85. *n.* 18.

Sed nec illud (4.) majoris momenti est, quod hanc executio- 59
nem *ipsi humanitati* adversam, *supra n.* 9. *h. c.* assertum est, quodque inse-
pulta relinquere mortuorum delinquentium cadavera, rotæ affixa,
vel suspensa, res videatur esse *Reip. noxia*, & *gravidis periculosa mulierculis*. Sicuti enim, quod *primum* attinet, *humaniori juri* locus non est, ubi 60
publicæ disciplinæ rigor exemplum exigit, aliis cauterio futurum; Ita nec
juri civili adversatur, aliquando in terrorem aliorum *humanitatis leges* 61
hic transilire, *Vid. L.* 28. §. 15. *ff. De Pœn. ibi: Famosos Latrones, ubi grassati sunt, furca figendos compluribus placuit, ut & conspectu deterreantur alii alius-*

 dem

dem facinoribus. *Secundum* vero, & *Tertium* plane nullius ponderis esse
62 autumo: Rectè enim, quod de periculo inficiendi aëris ex fœtore cadaverum Reip. metuendo, obmovent alii, nec ad omne tempus anni, quo supplicia exercentur, pertinere, neque etiam tale quid facile ex uno, alterove corpore vel calidissima tempestate contingere
63 posse, notat Illustris Dn. D. Kulpis *d. Diss. c.2. §7. in fin.* Et *per accidens* plane fieret, si ex adspectu cadaveris *gravida mulier* quid incommodi sentiret, quod hic eòminus attenditur, quo ipsa facilius evitare id potuisset, vel domi tempore executionis se detinendo, vel faciem avertendo suam.

64 Id vero omnium maximè (5.) jugulum nostræ sententiæ petere videtur, quod *n. 10. h. e. modernæ consuetudini*, cui potissimum hæc exequendi & in cadavera mortuorum delinquentium animadvertendi ratio innititur, denegatum fit palmarium *rationabilitatis* requisitum, & ita consequenter *Obligatorius* vel *Derogatorius juris effectus*: Eò, quod hæc *juri Divino*, præcipienti, *suspensi cadaver sub vesperam sepeliri*, subjuncta ratione *morali*: ne polluatur terra, quam Deus in possessionem dedit, *Vid. Deut. 21. v. 23.* refragetur, qualem *irrationabilem* esse, constat
65 ex *c. fin. X. De Consuet. & Nov. 134. c. 1. in fin.* At vero res in vado est:
66 Præterquam enim, quod hanc Legem Divinam non *moralem*, sed tantum *forensem* esse, cum Dn. Ziglero *in not. ad Grotium. p. 421 & in Diss. De Pœnis §. 7. Item in Diss. De eo, quod justum est circa mortuos. th 29.* Kulpisio *d. Diss. c. 2. th. 7.* Osiandro *ad Grot. L. 2. c. 19. Obs. 3. p. 110.* ipse largiatur Brunnemannus *in Pr. Inq. c. 10. n. 33.* abolitionem ceteroquin hujus consuetudinis tantopere urgens, sicque respectu nostrum *non obligatoriam*, Reinking, *de R. S. & E. L. 2. Class. 2. c. 2. n. 1. seq.* Zepper. *De LL. Mosaic. L. 1.*
67 *c. 8. seqq.* aliaque subinde sacri Codicis loca haud obscure testentur, pœnæ nomine quandoque insepultas esse relictas mortuorum reliquias, *Vid. c. 10. Josuæ. 1. Reg. 17* Vid. Carpzov. *Pr. Crim. q. 137. n. 71. &* Theo-
68 dor. *in Coll. crim. c. 10. n. 9. ubi plura loca videsis*; Utique nec *moralem*, sed *ceremonialem* duntaxat annexam esse rationem, docet cum supra allegato Osiandro. *d. l. p. 105.* Kulpisius *d. Diss. th. 7. p. 13. his verbis:* Execrationem & maledictionem, quæ Legi Divinæ *Deut. 21. v. 23.* pro fundamento substernitur, non esse illam *moralem*, quam quandoque peccatum meretur, & de qua agitur *Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10* sed *ceremonialem* quandam, consistentem in summo *impuritatis ceremonialis* gradu, qui non permittebat, ut sine contaminatione terræ in eodem aere cum

viven-

viventibus hac maledictione maledicti per noctem relinquerentur, sed poscebat, ut ante noctem terra obruerentur, ne videlicet terra polluerétur. Vt hinc, cum hæc *exequendi* consuetudo, pro ratione ha- 69
beat, *correctionem* & *emendationem viventium*, nec *morali* Dei *voluntati* adversetur, eadem merito, qua *rationabilis*, & bono publico profutu- 70
ra, retinenda sit; Legibus etiam civilibus nullibi necessitatem Principi imponentibus, petentibus mortuorum cadavera concedendi ad sepulturam, sed eorundem concessionem libero illus arbitrio permittentibus. Vid. Dn. Kulpis *d.l.p.14.*

Nec tandem (6.) quicquam moratur n. 15. h. c. allegata Docto- 71
rum, aliorumque authoritas. Sicuti enim (1.) non ad illam, sed *rationem* respicere oportet, de invenienda asserti veritate debita circumspectione sollicitum; Carpz. *P.6. Resp 70. n.5. seqq.* Wesenbec. *Cens.2.n.* 72
5. Harpr. *ad §. 1. J. de Obl. ex del, n.4.* Ita (2,) illi opponimus authorita- 73
tem JCtorum, n. 39. h. c. pro nostra sententia adductorum: Præprimis cum (3.) plerique adversæ sententiæ Patronorum ipsi allegatis concedant locis, in *atrocioribus* criminibus fas utique esse Principi, *in exemplum* executionem promeriti supplicii etiam in *mortuorum cadavera* decernere.

Ne vero, cum *arbitrarium* judici esse *hodie* dixerim, quando hanc 74
in cadavera delinquentium decernere velit *executionem*, quisquam opinetur, *per omnia liberum* esse præfatum *arbitrium*, paucis adhuc, antequam ad enarrandas delictorum species, in quibus judex arbitrium hoc exequi potest, descendam, illos subjiciam cancellos, quos inter se continere debet arbitrandi hæc facultas: Quod facturus, repeto (1.) ex 75
supra c.1.n 43 seq notatis, cum hæc executionis species, cujus rigor post fata extenditur, aliquo modo sit exorbitans, Vid. Kulpis. *sæp. all. Diss.* §. *8.c.2.p.15.* non *quemlibet judicem* hic esse competentem, sed solum *Superiorem*: Quoties enim *in exemplum* aliorum quis *extra ordinem* punien- 76
dus est, vulgo, Wenn einer exemplariter abzustraffen / oder ein Exempel zu statuiren / toties *indultu Principis* opus est, inferiori judice sine infamiæ metu non valente se lege duriorem præbere. *Vid. L.8. C. ad L.* 77
Jul. de vi publ Hopp. *ad §. 6. I. De I. N. G. & C verb. sine exemplo.*

Secundo desideratur ad legitimandum nostræ Executionis Pro- 78
cessum, ut plene constet *de delicti corpore*, Carpz. *P. 3. q. 131. n. 39.* Zigler. 79
Diss. de Pœn. §. 7. propria delinquentis ante mortem in judicio facta, certi criminis admissi confessione, deficiente delicti corpore, non suf-

fectura, etiamſi inculpatus *maria* & *montes* fuerit confeſſus, ut loqui-
80 tur Angel. *in Tr. Malefic. verbo & veſtem. n.26.* Boſſ. *in Pr. Tit.1.n.15.arg. L.1.*
81 *§.5.23.27.ff. De Quæſtion.* Ratio hujus eſt: Quod, donec judici *de corpore*
delicto conſtet, eidem ligatæ ſint manus, Hippolith. de Marſit. *V.1.*
82 *Conſ.8.n.1.* Claſſen. *ad CC. n.45. P. 212.* ut ne quidem ad torturam, per
83 *L.1. §.24. ff. Ad JCt. Syllam.* multo minus vero ad ordinariam mortis
etiam *in vivis* delinquentibus, pœnam devenire poſſit. *L.fin. C De Probat.* Carpczv. *in Pr. Cr. q 81. n.1.* Farinac *L.1.T.1 q.2.n* 1. Boerius *Dec.164.n.*
84 *2.* & Mynſ. *Cent.3. O.81. n.1.* Vnde probatu facile eſt, deficiente delicti
corpore, ejusque omnibus circumſtantiis & qualitatibus nondum plene cognitis, nullas judicis eſſe partes in decernenda hac *Extraordinaria* in *defuncti delinquentis cadaver* executione, illo etiam caſu, quo veriſimiles contra inculpatum militant præſumptiones. Vid. Carpzov. *in Pr. Crim. P.3. q.131.n.39.* Vbi dictis ſequenti reſponſo *de Anno 1629. Menſ. Majo,* clariorem affundit lucem: Ob wohl N. N. in ſcharffer Frage ſich zu dem articulirten Straſſen-Raub bekandt / dieweil aber dennoch deßwegen keine Erkündigung bey den Actis verhanden; Als mag auch / wann Er gleich jetzo verſterben ſolte / mit ſeinem todten Cörper nichts vorgenommen werden / ſondern es würde derſelbe / jedoch ohne gewöhnliche Ceremonien / Geſang / und Klang / durch den Toden-Gräber auf den Kirchhoff geleget / und begraben.

87 *Tertiò* requiritur, ut, ubi conſtat de delicti corpore, inculpatus
regulariter *ante mortem* atrocius delictum vel *legitime* ſit *Confeſſus*, vel de eo *plene convictus*, Farinac. *Pr. Crim. L.I.T.1 q.10.n.79.* Zigler. *d. Diſſ. de Pœn.* §.7. Dn. Kulpis. *d. diſſ. c 6.* §.2. aut ad minimum in *notorio & flagranti crimine* deprehenſus, ita, ut vel *vivo* omnis defeciſſet defenſio. Carpzov. *P.3. q.131. n.35.* Vbi dicta *n.36.* præjudicio confirmat. Ratio hujus eſt: Quod alias inculpatus ne *vivus* quidem ſine injuſtitiæ nota potuiſſet puniri, *L.25 C. De Probat.* Ægid. Boſſ. *Tit. De Exec. ſent. n.33.* Zig-
88 ler. *d.l.* Ergo multo minus *poſt mortem* hac ignominioſa executione afficiendus. *Quæ* enim *executio* & *quo caſu* in *vivo* inculpato locum non invenit, hæc multo minus *poſt fata* inculpati decerni poteſt.

89 *Quarto* ratione *ipſius delicti* requiritur ad hanc executionem, ut
crimen ex illorum ſit numero, quæ *atrociſſima* dicuntur, æſtimanda
90 ex *magnitudine læſionis*, quæ inde obvenit *Reipublicæ pœnaque atrocitate*.
Vid. Schilter. *in Prax Jur. Rom. in For. Germ ad Tit. De Quæſt. §.167.* &
91 Clarus *L.5. ſent. §.1. n.9.* Hinc recte infertur, in *ſimplici* homicidio &
furto

furto *non qualificato* hanc executionem locum regulariter haud invenire. Vid. Dn. Zigler. *in Diss. De eo, quod just. est circ. mort. th. 30. ibi: Illud probè observandum est, ne erga quodvis, etiam leve delictum hæc pœna exerceatur, sed atrocitas perpetrati criminis graviore supplicio digna judicetur.* 92
Conf. Carpzov. & Heig. *supr. all. loc.* Ratio hujus est: Quod hæc executio sit quodammodo exorbitans, ut *supr. n. 75. h. e.* notavi, indeque non aliter obtineat, quam ubi ad injiciendum aliis metum *exemplo* opus est.

Ultimò desideratur ad hanc *Executionem* legitimandam, delictum, 93
quod hac *extraordinaria executione* vindicandum est, neque *vivo inculpato*, neque *illo* vita *functo*, *præscriptione* esse exstinctum. Ratio: Quia
Crimine præscriptione exstincto, ne quidem ulli animadversioni in 94
vivi delinquentis corpus locus est; *L. 12. C. ad L. Cornel. de fals. ibiq. Ddres.* Conf. Stryk. *in Tr. De A. F. I. Sect. 3. M. 11. ax 5. n. 1. seq.* Hopp. *ad pr. J. De perpet. & tempor. act.* Ergo multo minus in *cadaver* inculpati competere potest judici animadvertendi arbitrium: Notandum tamen hic est: 95
Vbi ante mortem inculpati accusatio, vel inquisitio non fuit mota,
quæ tamen moveri potuit, post fata ipsius *ultra quinquennium* hanc 96
executionem in mortui cadavere locum amplius non invenire, licet ceteroquin in hujus generis delictis post mortem adhuc permittatur vindicatio, aut post fata damnari possit memoria *arg. L. 1. ff. Ne De Stat. defunct. post quinquen. & arg. L. 2. C. De Apostat.* Farinac. *L. 1. q. 10. n. 18.* Brunnem. *in Proc. Inquis. c. fin. n. 18. & ad L. 2. C. De Apostat.* ubi ex his infert:
De crimine *hæresios* cessare *post quinquennium* omnem à morte hæretici 97
judicis cognitionem. Jung. Dn. Stryk. *d. Tr. p. 362.* Vbi itidem concludit. Post *lapsum quinquennii* de crimine *læsæ Majestatis* mortuum amplius
accusari non posse: Cui addo. Ergo nec in utroque crimine post *ex-* 98
actum quinquennium executioni in cadaver defuncti locum amplius super- 99
esse.

Dixi *n. 87. h. e.* notanter: Ad *executionem in cadavere delinquentis* faciendam desiderari, ut *regulariter* inculpatus *ante mortem* vel sit *confessus* delictum, vel de eo *legitima convictus*, aut illud sit *notorium* &c.
Nam illud minime ad hæc delicta extendendum est; in quibus 100
etiam *post mortem* accusatio vel inquisitio moveri adhuc potest, condemnarique memoria. Vid omnino Dn. Kulpis *d. Diss. cap. ult. §. 8. per tot.*

Hinc cum in crimine *perduellionis* contra *mortuum*, ipso *vivo* non 101
insti-

instituta, moveri jure possit Inquisito, 24. *A. B. L. fin. ff. Ad L. Jul. Maj.* Limn. *ad A. B. T.* 24. *§.* 7. *Obs.* 8. Rumelin. *ad A. B. Part.* 3. *Diss.* 4. *th.* 21.
102 Carpzov. *P.* 1. *q.* 41. *n.* 105. id quidem ad *executionem in cadavere* inculpati non requiritur, ut *vivus* vel *confessus* sit delictum, vel *convictus*, aut illud etiam sit *notorium*, bene vero, ut *post mortem* legitimis *convincatur* mo-
103 dis. *L. fin. C. Ad L. Jul. Maj. A. B. Tit.* 24. *§.* Wir wollen auch und haben mit diesem Kayserlichen Gebot gesetzet / daß nach dem Tode der Schuldigen dieser Missethat angefangen werden möge / damit / NB. so der Verstorbene dessen überwunden / sein Name verdammet sey mit seinem Gedächtnüß. Limn. *d. l.* & Stryck *in Tr. De J. S. Diss.* 8. *c.* 8. *§* 8. Heredibus, qui
104 imputatum hoc crimen purgare possunt, *L. fin. ff. Ad L. Jul. Maj.* Limn. *ad A. B. Tit.* 24. §. 7. *O.* 8. & Propinquis in hunc finem vocandis, Gomez. L. 3. *Resol. c.* 1. *n.* 81. Brunnem. *Comm. C. Ad L.* 6 *C. d. t.* omnibusque aliis, quorum interest, *mortui cadaver* hac ignominiosa executione
105 non affici, imò & *extraneis* in subsidium ad defensionem mortui admittendis Menoch. *de A. J. Q. Cas.* 80. *L.* 1. *n* 173. *seq.* & Dn. Stryk. *d. l. n.* 9. Sicuti enim ad quamvis condemnationem, tanquam essentiale requi-
106 situm, desideratur, ut ante illam inculpatus imputati criminis cognoscatur reus, & cum ipse post fata se defendere non possit functus, ab
107 ejus saltem defensione non arceantur alii, eandem suscepturi; Ita nec in læsæ Majestatis crimine aliud est receptum, cum alias cujusvis defuncti æstimatio & fortunæ malorum subjacerent calumniis, Hilliger. *ad Donell. L.* 18. *c.* 10. Menoch. Prosper. Farinac. *P.* 3. *q.* 99 *n.* 210. Stryck. *d. l.* nemine post mortem contra hanc executionem securo fu-
108 turo. Idem & reliquis applicandum est criminibus, in quibus Leges permittunt *contra mortuum* in judicio demum processum ordiri.

CAPUT III.

Recensens

Delicta, in quibus Executio in Cadavere delinquentis locum habet.

SUMMA-

SUMMARIA.

Ingressus n.1. seq.
Obtinet Executio in Cadavere delinquentium (1.) *in atrocissimo* Perduellionis *Crimine*, n.4 seq.
Non vero in Crimine læsæ Majestatis in specie. n 5
Ratio additur. n.8
(2.) *Ex mente* Pontificiorum *in crimine* Hæresios. n.9
Non vero apud nos Protestantes. n.17
Hæresis per se & simpliciter *considerata non potest in* vivis capitaliter *puniri*, *ergo neque* post mortem. n.13
Secus si accedat seditio & blasphemia. n.14
Duo adducuntur exempla Hæreticorum, *ultimo* ignis & gladii *supplicio ob annexam* blasphemiam *affectorum*. n.14. seq.
(3.) *In* Blasphemis. n.21
Rationem videsis. n.20
De Pœna Blasphemiæ immediatè in Deum commissa, vid. n.19
(4.) In Veneficis. n.25
Veneficii crimini non raro blasphemia solet esse annexa. n.22
In quonam Magiæ consistat atrocitas, vid. n.23. seq.
(5.) *In* Sodomitis. n.29
Sodomiæ atrocitas delineatur. n.27
De Pœna agitur. n.28
(6.) *In* incendio doloso, *inprimis* famoso. n.32
Rationem videsis. n.32
(7.) *In* Homicidio qualificato. n.34
Et in specie in Parricidio, Assassinio, Famoso Latrocinio & Proprii Domini internecione. n.35
(8.) *In* Propricidio *illorum*, qui sceleris admissi conscientia *sibi mortem consciscunt.* n.37
Ratio additur. n.38
Qui manum violentam sibi intulerunt, non quidem metu promeritæ pœnæ, ex alia *tamen* causa famosa & animo deliberato, *illi.* canina *puniuntur* sepultura. n.39
Qui vero non ex causa aliqua famosa, sed ex furore, nimia melancholia, morbi vehementia, aut alia animi impotentia, & non deliberato animo *fata sua accelerant, illis honesta sepultura non est denegangda, cum aliquo tamen ceremoniarum funebrium temperamento, à Judice Ecclesiast. determinãdo.* n.42.
Ratio subjicitur. n.41
Illustratur hæc Responso Ampliss FCt. Jurid. Rostoch. de Anno 699. n. 43.
Ad quæstionem : Utrum ob delictum publicum semel morte punitus, graviori adhuc alia post mortem pœna affici possit, si tum demum atrocius aliud innotescat crimen? Respondetur. n.45
Clauditur hoc Caput præjudicio, quod videsis. n fin

1 Vice plus simplici in præcedaneis monitum est capitibus, arbitrio quidem Judicis hodie committi, quando ad exemplarem in *cadavera delinquentium executionem* deveniri, rei conducere publicæ judicaverit, neque tamen in *quibuscunque*, sed *atrocioribus* duntaxat *cri-*
2 *minibus* hunc *post fata* se extendere publicæ disciplinæ rigorem, notante Heigio *P.2.q.37.n.17.* Petr. Frid. Mindano *L.5. q.148.n.2.* Kulpisio *De jur. circ. cadav. punit. c.2.§ 7. Conf. c.2.n.* Quo igitur *in specie* con-
3 stet, in quibus hæc executio facinoribus locum inveniat, illis recensendis præsens caput destinavi.

Initium facturus à P*erduellionis* crimine, omnium, teste Roland.
4 à Valle. *V.1.Cons.73.n.3.* Mundio. *V 1. Consil. 20. n 3.* Stryckio *Tr. De I. S. Diss. 8. c.4.n.5.* maximo, enormissimo & atrocissimo, Reique publicæ saluti, qua in subditorum salus maxime consistere noscitur, directo naufragium inferente. Dec. *Consil. 401. num. 29* Carpzov. *Pr. Cr.* P.1.
5 *q.41.n.1.* Et cum jura in hoc (secus ac in crimine *læsæ Majestatis in specie, L. fin. ff. Ad L. Jul. Maj.* D. Brunnem *in Com C. ad L.7. d. t.* Fachin.
6 *L. 9. Controv.33.* Jul. Clar. *L.5. Sent.§. læsæ Majest. num. 16.* Stryck. *d. l. n.7.*) etiam *post mortem inculpati* ad *inquirendum*, deficienteque omni illius per Cognatos, Propinquos aut quoscunque alios, legitima defensione & exculpatione, *ad condemnandum* etiam viam aperiant, *A. B. Tit. 24. §.* Wir wollen ibi: daß nach dem Tode der Schuldigen dieser
7 Missethat/ angefangen werden möge &c. *Conf L.1. C. De Cadav. pun.* facile in eo omnes conveniunt Doctores, inculpato post mortem de hoc crimine legitime convicto, eadem pœnæ severitate, quam *vivus* perduellis merebatur, etiam in ejus *cadaver* sævire licere. Imola. *ad L. Defuncto. num. 1. ff. De Publ. jud.* Jul. Clar. *sent. L.5.§ fin. num.15. ibique all.* Gigas, Bertrach. Angel. Marian Anton. Gomez. jung. Kulpis, *supr. all. §.8. & c. ult. §.2.* Fromman. *in Diss. De Exec. in Effig. Th.33. seq.* Carpzov.
8 P.3. *q.131. n.44. seq. ibique plena manu allegati Dd.* cum hic potissimum exemplo opus sit, cujus tristi adspectu metus incutiatur aliis, parili audacia in necem Principis aliquid molituris, cujusque horror hominum maleferiatorum mentes à cogitatione & impio conatu turbandæ Reip. cohibeat, *arg. L 5. §. 1. ibi: paterno debent priore supplicio, in quibus paterni criminis vestigia metuuntur. C. Ad L. Jul. Majest.* ne quis velit in eo deliquisse, in quo & *cadaver delinquentis* ab omni pœnæ reatu non videtur esse liberum, Carpzov. P.*3. q. 131. n. 32.* Heig. P. *2 q. 37. n. 43.*

Crimini

Crimini *læsæ Majestatis* jungit Lex.4.§.4. *C. De Hæretic.* crimen *Hæresios*, & ab *illo* ad *hoc*, ad effectum *inquisitionis* etiam *post mortem* Hæretici movendæ argumentatur his verbis: *In mortem* (i.e. *post mortem*, notante Gothofredo *ad d. L. Lit. y.*) *quoque inquisitio extendatur: Nam, si in criminibus Majestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet subire tale judicium*, non obscure hoc ipso innuens, utrobique tantam deprehendi fœditatem & atrocitatem admissi, ut hoc morte exspiret minime, sed etiam *post fata* condemnari Hæreticum posse, nulla licet contra *vivum* instituta inquisitione. Cujus hanc Imperator in 9
L.4. §.1. C. d. t. subjicit rationem, quod hoc crimen in religionem 10
Divinam admissum, in omnium feratur injuriam, quodque gravius sit *æternam*, quam *temporalem* offendere Majestatem, *per Auth.* 11
Gazaros C. h. t. Hinc & capitale supplicium in hæresi pertinaciter persistentibus dictitat Lex 8.§.5. *C. h. t.* Imo & *igne* concremata esse mor- 12
tuorum Hæreticorum corpora, non duntaxat ex variis subsequo Capite recensendis clarebit exemplis, sed & licere ita in Hæreticorum cadavera sævire, sustinent plerique Pontificiorum, Molin *de J. & J. Tr.3. Disp. 43. num.2 vers. Secundum est.* Conf. Gomez. *Var. Resol. T.3. De delict. c.1. num. 79.* Clar. *L.5. sent. §. Hæresis. vers. item. de Crim. jung.* Farinac. *in Pr. Crim. L.1. q.10. n.37. ibique all.* At vero, cum *Hæresis per se* & 13
simpliciter considerata (secus si cum *seditione*, aut scelerata & perti- 14
naci contra Deum animo perverso & refractario eructata *Blasphemia* sit conjuncta: Tunc enim atrocissimum hoc crimen *morte* puniri posse, non duntaxat ex proxime dicendis facile apricabitur, sed ex sequenti etiam Lipsiensium Responso *de Anno 1549. Mens. Mart.* à Dn. Dauth. *Tr. De Testam*, & Theodorico *in Coll. Crim supr. all. loc. c.5. p.693.* adducto, accipit illustrationem: S. W. Hat sich einer mit Namen Christoph Althans / welcher hiebevor um Verachtung der zehen Gebote des Ambts Creutzberg verwiesen / wiederum in euer Ambt heimlich eingeschleiffet / allda eine neue und unchristliche Lehre ausgegossen / darüber ihr ihn gefänglich eingezogen / durch geschickte und gelahrte Prædicanten fleissig verhören lassen / und in unsern Christlichen Glauben gantz unrecht befunden / also / daß er nicht glaube / die Menschwerdung und Erlösung unsers HERRN JESU CHRISTI / leuchne die Aufferstehung des Fleisches / glaube das Wort GOTTES nicht / schelte die Kinder-Tauffe Zauberey / und ein Greuel / das Abendmahl des HERREN Abgötterey / den heiligen Ehestand Hü-

rerey / sage / die Obrigkeit sey durch den Teuffel in die Welt gebracht;
Wo er nun ein Christ getaufft/ und auf solcher seiner Teuffels-Lehre hals-
starrig verharren/ und sich durch Gottes Wort / und Prædicanten keines
weges davon abweisen/ Ihm rathen/ und sich würde lehren lassen wollen/
15 so wurde er mit dem Feuer zum Tode billig gestrafft. Similiter & ante
duodecim, ni fallor, annos, memini in Patria Hæreticum quendam,
ob pertinaciter negatam Salvatori nostro & Spiritui S. Deitatem,
atque horribilem in Christum eructatam Blasphemiam *gladii* pœna
fuisse affectum, Carnifice, notabili Divinæ vindictæ exemplo, primo
ictu cum capite impiissimam Blasphemi linguam, qua contra Ser-
vatorem suum turpiter abusus erat, præter omnem intentionem suam
ita exscindente, acsi studio & data opera hocce nequissimo atrocis-
16 simi hujus criminis instrumento eundem privare præsumsisset) *capi-
taliter* puniri in *vivis* haud possit, uti multis, ex sacris litteris quoque
conductis rationibus, testimoniisque Patrum confirmatis ostende-
runt nostrates Theologi ac JCti, Vid. B. Luther. *in explicat. Evangel.
Matth.* 13 *vers.* 28 Gerhard. *De Magistr. Polit. n.* 318. *seq.* Carpzov. *in Pr. Crim.*
P. 1. *qu.* 44 *seqq.* Kulpis. *De Jur. circ. Cadav. c.* 1. §. 8. Theodor. *in Coll. Crim.*
17 *c.* 5. *aph.* 9. *Lit. E.* nullus dubito asserere, multo minus corporali animad-
versioni post *fata Hæreticorum*, in *illorum exuviis* apud nos Protestantes
locum esse: Vid. Brunnem. ad *L.* 4. *C. De Hæret. n.* 13. & in *Proc. Inquis. c.*
9. *n.* 9. Kulpis *super. all. loc.*

18 Cum vero ut plurimum *Hæresi* annexa sit *Blasphemia*, s. atrocissi-
mum *læsæ Majestatis Divinæ* crimen, cui nullum aliud fœditate sua
comparandum esse, asserunt Gilhausen *in Arb. jud. crim. c.* 2. *T.* 1. *num.*
6. Menoch. *de A. J. Q. Cas.* 375. *num.* 23. tam abominabile Deo, ut in-
tegra id propter Regna deleverit, & in alium transtulerit, *Nov.* 77.
c. 1. §. 1. placuit post *Hæreseos* crimen jam dispicere: Vtrum & in hoc
19 delicto locum sortiatur executio in *Blasphemi* cadavere? Et sicuti
ob blasphemiam *immediatè* in Deum commissam, mortis obtinere
pœnam, facilè conveniunt JCti, per *R. J. De Anno* 1577. & *Const.
Crim. Caroli V. art.* 106. Vid. Carpzov. *P.* 1. *q.* 45. *num.* 24. *seqq.* Classen.
20 *ad CC. art.* 106. ita, cum hoc crimine Civitas & Respublica, quæ non
solo *Politico*, sed maxime etiam *Ecclesiastico* nititur statu, turbetur
& lædatur, *d. Nov.* 77. *c.* 1. §. 1. communi calculo in hanc itum est
21 sententiam, illum, qui adversus Sanctissimum Numen commit-
tit, quod dictu asperum, atque impium est, illi *tribuendo*, quod

ejus

ejus naturæ adversatur, vel *denegando*, quod competit &c. etiam ante executionem mortuum, in *cadavere* tamen adhuc, in detestationem hujus facinoris, & aliorum emendationem, puniendum esse. Jul. Clar. *L.5. Sent.p.mihi 261. n. 13. Aliiq;.*

Ob frequentes quoque & turpissimis Satanæ Mancipiis oppido 22 familiares in Sanctissimum Numen blasphemias, crimini *blasphemiæ* jungere lubet *Veneficium*, cujus delicti gravitatem non solum, no- 23 tante Exc. Dn. Præside *in Exam. Jurid. Judicial. Lamiar. Confess. se ex nef. cum Satana coitu prol. succ. human. in Præfa.* inde licet intelligere, quod cogitatu, dictuque horrendum omnino sit, hominem ad imaginem Dei creatum, & Christianis satum Parentibus, mediantibusque uberrimis baptismi fœderalis undis regeneratum, omni pietatis ac humanitatis sensu penitus abjecto, se suamque animam, pretiosissimo Christi sanguine redemptam, infensissimo humani generis hosti, æternum perituram, nefanda pactione de- 24 vovere; sed inde potissimum etiam ejus cognoscitur atrocitas, quod hæc turpissima Diaboli Organa, sibi summo habeant oblectamento, quavis arrepta, vel ab impurissimo spiritu ipsis monstrata & suppeditata occasione omni arte & modo nocere aliis, Deoque non nunquam permittente, plane interimere, aut multis saltem cruciatibus torquere homines ac bruta; Imò & cum Cacodæmone nefando coitu corpora sua miscere. Dubium igitur nullum est in hoc atrocissimo crimine, inprimis, ubi turpissima illa cum Sa- 25 tana accessit commixtio, vel non levia hominibus aut brutis damna data fuerunt, in mortuorum Veneficorum Cadavera eadem pœnæ atrocitate animadverti posse, qua ipsi vivi fuissent afficiendi, sicuti in terminis statuit, Richter, *ad L. 2. C. Qui test. fac. posset.* Gödelman. *de Magia. L. c. 3. u. n. 24.* Engelbrecht. *ad Tit. ff. De Cadav. Punit.*

Ad atrocissimorum criminum classem merito etiam referen- 26 dam esse *Sodomiam*, non diffitebitur, qui eidem tantam inesse intelliget turpitudinem, ut ne quidem illud scire, aut verbis ob deformitatis atrocitatem delineare, proficiat: Nam, cum reliquæ li- 27 bidinum species naturales sint, & à naturæ proficiscantur impulsu, cumque homine diversi sexus exerceantur, nefarium ab abominandum hoc Sodomiticum peccatum, spretis naturæ Legibus, ipsum naturæ ordinem violat turpiter ac turbat, destruitque

omnem socialitatem, *c. Clerici X. De Excess. Prælat. L cum vir nubit. 31.*
28 *C. Ad L. Jul. de Adult Nov. 77. in pr. & Nov. 141.* ut mirum inde non sit, Divinas pariter ac Humanas Leges contra hoc gravissimum delictum summa cum severitate insurgere, juraque armari gladio ultore, & exquisitæ *vivi comburii* pœnæ subjici infames hujus criminis reos, *CCC. art. 116.* concrematis simul bestiis, ne indignam turpis facti refricent memoriam. *c. 4. C. 15. q. n.* Vid. Excellentiss. Dn. Præses
29 *in Diss. De Mitig. Pœn. favor. Matrim. contracti.* Quam pœnam etiam in *mortuorum Sodomitarum cadavera* juste decerni posse, statuunt, Jul. Clar. *supr. all. loc.* Dn. Kulpis *d. Diss. p. 55.* Menoch. *de A. J. Q. casu 286. n. 13. aliique passim.* Engelbrecht *ad ff. Tit. De Cadav. Punit.*
30 Simile judicium etiam de crimine *incendii dolosi* esto: Sicuti enim
31 hoc atrocioribus facilè annumerabit, qui ex discrimine, toti inde universitati sine omni spe emolumenti ad Incendiarium perventuri imminente, depopulatricis illorum malitiæ magnitudinem metiri satagit; Ita facile largietur, In *Incendiariorum*, inprimis *famosorum*, *ca-*
32 *daveribus* exemplo tunc opus esse publico, cum publicum ab *ipsis vivis* sumendum *ignis* supplicium, vel naturalis, vel accelerata mors prævertit: Vti in terminis docet, ac præjudicio confirmat Papon. *de Arrestis Franc. Lib. 24. c. 14.*
33 Neque aliud dicendum autumo in *homicidio qualificato*, concur-
34 rentibus hic circumstantiis, graviorem gladio pœnam in homicidam exigentibus. Hinc infero, in *Parricidarum*, *Assassinorum*, *Famosorum La-*
35 *tronum, propriosque Dominos suos dolosè interficientium Cadaveribus* executionem locum sibi omnino vendicare, pœnis vivis debitis, illorum post mortem exuviis in aliorum terrorem & exemplum justè adhuc applicandis. Vid. omnino Clar. *L. 5. sent.* §. *fin. in Not. Lit. b.* Ludwell. Carer. *in Pr. Crim. §. ult. num. 13.* Carpzov. *q. 13. num. 51.* Struv. *in Diss. De Exec. in Effigie. p. 38.* Beyer. *in Diss. De Cadav. Punit. p. 44. n. 80.* Theodor. *in Coll. Crim. c. X. p. 1299.* Fr. Roman. *in Prælect. ad Rubr. de For. Compet.* Aliique passim jung. Kulpis *supr. all. loc.*
36 An vero hæc exorbitans Executio etiam in simplici *Propricidio*
37 obtineat, non impertinenter hic quæritur? Et licet quidem (1.) lubens concedam; in illorum cadavera, qui animo effugiendi publicum promeritum supplicium, sicque *conscientia perpetrati sceleris* in *propria viscera*, imo & *animam*, quam hac ratione ad orcum ablegant, sæviunt, idem pœnarum recte adhuc exemplum statui posse, quod vivi erant meriti;

meriti; idque ob hanc rationem, quod absurditate non careat, ideo remitti reo pœnam, quod commissum antea delictum novo propricidii delicto cumulaverit. Vid. Carpzov. *Pr. Cri. qu. 131.* Jul. Clar. *d. l.* 38
p. 262. Struv. *d. l. § 2. p.* 37. Farinac. *Pr. Crim. q. 10. L. 1.* Perez. *ad Tit. ff. De Cad. Punit.* Theodoricus *in Coll. Crim. c. 7. Lit. G. p. 1036. n. 66.* Zigler. *in Diss. de pœn. §. 7. in fin.* Coler. P. *1. Dec. 107. num. 38.*

Insuperque (2.) Illorum exuvias, qui non quidem ex conscien- 39
tia perpetrati delicti, ex alia tamen *famosa causa*, puta *tædio vitæ, pudore æris alieni, nimia avaritia,* (qua e. gr. quis ob inopinatam temporis ubertatem in frumento, per nonnullos annos studiosissime recondito, viliori jam pretio distrahendo, rei familiaris metuit dispendium,) *animo fraudulento & deliberato* sibi mortem consciverunt, *canina sepultura* in terrorem aliorum esse dehonestandas, non repugnem, Vid. Theodor. *d. l.* Heig. *L. 2. q. 63 seq.* Clasen *ad CC. art. 135.*

Ita (3.) Illis, qui non ex famosa causa, sed *ex furore, melancholia* 40
nimia, morbi vehementia, vel *alia animi impotentia* sibi manum inferunt violentam, non denegandam esse honestam sepulturam arbitror, præprimis si vitæ piè transactæ publicum habeant testimonium. 41
Heig. *d. l. n. 64.* & Theodoric. *all. loc.* Cum enim in his voluntas, consilium & propositum delinquendi deficiat, *§. Furiosus 8. J. De Inut stipul. L. 2. §. furiosus 5. ff. De Procurat.* quod potius, quam exitus in maleficiis spectatur, *L. 1. §. 3. L. 7. 14. ff. Ad L. Cornel. D. Siccar.* Humanioris juris convenit regulis, illos honesta sepultura, cum aliquo tamen 42
ceremoniarum funebrium moderamine, ex arbitrio Magistratus Ecclesiastici determinando, non esse privandos, uti communioribus placuit Interpretum calculis, Vid. Carpzov. *in Jurispr. Eccl. Def. 377.* Dn. Zigler. *ad H. Grotium de J. B. & P. L. 2. c. 19 §. 5.* Dn. Kulpis *in Diss. De Jur. circ. Cadavera punit. cap. fin. §. 6. Aliique passim.* Qualiter & nuper- 43
rime Mense Dec. Anni currentis 1699. respondisse Amplissimam FCtem Juridicam Rostochiensem, liquet ex sequenti Responso, ab Excellentissimo Domino Præside mihi benivole communicato.

P. P. Als derselbe uns ein Bericht-Schreiben / nebenst einigen unter unser FCtät Insiegel verschlossen hierbey wieder zurückkommenden Attestatis zugefertiget / und unser rechtliche Meinung / wie mit Hans Rosinen / welcher sich selber ersäuffet / zu verfahren / frl. verlanget / solchem nach haben wir Dechand &c. oberwehntes Schreiben / neben angeregten Attestatis gebührenden Fleisses verlesen / und alle dabey vorkommende

Umstände

Umstände reifflich erwogen / erachten also denen Rechten nach davor / daß weilen aus obigem erhellet / daß H. R. vielmehr aus Melancholie, als præsumirter Verhelung des von seiner Tochter verübten Diebstalls sich ersäuffet / selbiger fordersamst aus dem Wasser hervor zu ziehen / und NB. ehrlich zu begraben / dennoch aber NB. an statt des sonst gewöhnlichen Todten-Gesanges / für dem Hauß / woraus dessen Leichnam getragen werden wird / ein Buß-Lied zu singen sey. V. R. W.

44 Illud Coronidis loco adhuc discutiendum proponere lubet: *Utrum in illius cadaver, qui capitali supplicio jam ob unum delictum affectus*
45 *est, nova alia statui pœna possit, si majoris adhuc criminis reus deprehendatur?* Equidem, salvis aliter sentientium opinionibus, reor, si crimen *posterius* atrocitate sua multum vincat *prius*, sitque *notorium*, publica ita exigente utilitate, etiam novam adhuc decerni jure pœnam posse in
46 *Cadaver* jam ante puniti, Vid. Dn. Kulpis *in sæpius all. Diss. c. 2. in fin.* Et huc pertinet exemplum judæi illius nequissimi in præfamine allatum, quod telæ huic contexendæ ansam dedit, qui ob famosissimum furtum jam ante suspensus, ob notorium Blasphemiæ in ipso mortis articulo nequiter eructatæ crimen, linguæ excisione novaque à pedibus cum Cane suspensione justissimè fuit punitus.

CAPUT IV. §. Ultimum

Firmans

Justitiam Executionis in Cadavera delinquentis variis Exemplis ac Præjudiciis.

SUMMARIA.

Ingressus. *n. 1*

Referuntur duo exempla comprobantia justitiam Executionis in cadavere delinquentis, in crimine Perduellionis *alterum scilicet in* Cromwelio, *Regis sui* Parri*cida, alterum vero in* Nicolao Hostio. *n. 2. seqq.*

Hanc executionem locum invenisse *etiam in* crimine Hæreseos *probatur* (1.) *Exemplo* Pontificiis Hermanni. *n.6*
(2) *Archi-Episcopi Spalatensis* Marci Antonii de Dominis. *n.8*
Cujus sententiam condemnatoriam recenset. *n.9*
(3.) Almarici Carnotensis. *n.10*
(4.) Davidis Georgi. *n.11*
(5.) Buceri & Fagii. *n.12*
(6.) Ledenbergii. *n.13*
(7.) Petri Opponnensis. n.14
Exempla executionis in cadavere Blasphemantium *exhibet n.15.seq.*
Item in Crimine Magiæ *duo afferuntur præjudicia.* *n.17.seq.*
Nec non duo alia in Crimine Sodomiæ. *n.20.seq.*
Sodomia cum Homine *commissa*, *punitur Hodie* gladio *n.23.*
Cum Bruto *vero perpetrata, si* plenè *consummata sit.* igne. *n.24*
Si semiplenè, *aut* primo gradu consummationis, *gladio* *n.25*
Conatus *vero, in præparatoriis adhuc subsistens*, fustigatione & perpetuo *exilio.* *n.26*
De Dissentiente Carpzovio agitur remissive. *n.27*
Quando Sodomita *tantum* gladio *punitur, tum nec* brutum *comburitur*, *sed* occisum *tantum* inhumatur. *n.28*
Dolosi Incendiarii *etiam* post mortem *combusti exemplum videsis.* *n.30*
Paricidarum *vero* *n.31*
Executionis in Cadavere Latronum famosorum & Assassinorum *præjudicia videsis.* *n.32.seqq.*
Proprium Herum suum interficientis. *n.37.seq.*
Exempla Propricidarum *post fata punitorum recenset.* *n.39.seqq.*
De Sacrilego & aliis *videatur.n.43.seq.*
Epilogus. *n.45.seq.*

CUm optimum, docente Matth. de Afflictis *in Prælud. Constit. Neapolit. qu.12.n.12.* dicendi genus sit, quod exemplis rem declarat, nunc, propositæ methodi ratione ita exigente, doctrinam de *justitia Executionis in Cadavere delinquentis*, variis variorum judiciorum præjudiciis & exemplis firmaturus, eodem utar in illis recensendis ordine, qui placuit in præcedaneo capite delicta indicanti, in quibus locum sibi vindicat dicta executio. 1 2

Et cum inibi initum fecerim ab atrocissimo *perduellionis* crimine, nunc quidem lubens supersedeo repetitione sententiæ illius, qua in Magni Galliæ Thalassiarchi COLINII reliquiis, ex capite prætensi hujus criminis, decretum fuisse, ut cadaver illius à Carnifice per- 3

omnes urbis vias raptetur, & in ripensi foro ad Patibulum suspendatur, jam supra notavi *c. 1. n. 54.* Confer. Hopp. ad §. 3. *ff. De Publ. jud. verb. Memoria rei.* Harprecht. *adeundi* §. 2. 19. *&* Stryck. *in Tr. De J. Sens.*
4 *Disp. 8. c. 4. n. 17.* Sed hisce duo alia hac vice jungam exempla, (1.) execrandi illius Regis sui CAROLI STVARTI Parricidæ *Cromvelii*, qui, quamvis raro Tyrannorum exitu sicca morte ad orcum descenderit, justissimas tamen nefandi hujus parricidii, ac effusi Regii sanguinis luit post fata pœnas. Cadavere ipsius jussu CAROLI II. Patrio Regno redditi, è terra eruto, deque Patibulo primum suspenso, mox inde ad solis occasum iterum detracto, ac capite truncato, quod cum aliorum multis, qui tanto subscripserant facinori, capitibus in summa ædium Parlamenti parte impositum est, reliquis ejusdem ossibus ad pedem patibuli inhumatis relictis, Vid. *Theatr. Europæi*
5 *Vo. IX. p. 386.* Philip. Zesius *in Tr.* die verschmähete doch wieder erhöhete *Majestat. p. 422. seq.* (2.) *Nicolai Hostii*, cujus cadaver ob prodita Hispano Regis sui Caroli IV. secretiora consilia, in quatuor partes quadriga equorum disruptum, in terrorem aliorum publice suspensum fuit *15.* Maji *A. C. 1604.* Vid. Papon. *De Arrest. Franc. L. 24. Tit. 14.*

6 Quod illorum attinet exempla, in quorum *cadaveribus* ob crimen *Hæresios* etiam *post fata* durior animadversio executioni fuit
7 mandata, ex variis sufficiet hac vice *sex* tantum recensuisse; Quæ inter principem locum occupabit exemplum *Hermanni Pontificis*, cujus corpus apud *Ferrarienses* jam 20. annis pro *sancto* cultum, *exhumatum* & *combustum* est, eo, quod diligenti habita Inquisitione, ipse repertus fuerit Hæreticus. Vid. Platina *in vita Bonifacii VIII.*
8 Huic jungo (2.) *Marcum Antonium de Dominis*, Celeberrimum Archi Episcopum Spalatensem, qui eandem fati duritiem jam terræ traditus in *cadavere* suo expertus est; uti ex conceptis condemnatoriæ sententiæ verbis apparebit, quæ sequentia legere sunt apud Dominum Struvium *in Diss. De Execut. in Effig. c. 26. §. 5. c. 4.*
9 Erstlich soll des Marci Antonii de Dominis, Ertz-Bischoffs von Spalato Bildnis auff einen hohen und weit aussehenden Platz gestellet/ und öffentlich zum Anschauen gesetzet/ daß Er von einem jedweden angesehen und erkennet werden möge / und darnach soll seine Rechtfertigung und Urtheil öffentlich abgelesen / und wenn solches geschehen/ sein Bildniß/

Bildniß/ Bücher und Schrifften/ und NB. der todte Leichnam des Ver-
urtheilten/ also gleich/ wie er im Grabe ist/ der weltlichen Obrigkeit über-
geben/ und auf ihrem Befehl im Blumen-Felde verbrandt/ und die Asche
durch den Scharff-Richter in den Wind gestreuet werden. Neque (3.) 10
suaviora sensere rata *Almarici Carnotensis* ossa, jam terræ concredita:
Hæc enim jussu *Philippi Augusti, Regis Franciæ* iterum effossa, publice
fuisse combusta, eo, quod *Hæresi Albingensium* adhæserit vivus, tradit
Illustris Dn. Joh. Strauchius *in Amœnit. jur. Can. Eccleg* 1. *c. ult. circa
fin. conf.* Platina *in Innocentio* II. Matthæus Paris *in Henrico* II. Johan.
Wolffius *Lect. Memorab. Elect. XII* Pariter (4.) & de Hæretico Belgico 11
Davide Georgii, aliâs *Johanne* von Brügge dicto, constat ex scripto ab
Academia Basileensi, jussu Senatus ibidem per *Hieronymum Curionem*
Anno 1559. typis evulgato, hunc, quod malitiosæ *David Georgitarum*
Sectæ nomen & initium, Belgio vero plurimas dederit turbas, pub-
lice Hæreseos accusatum, condemnatum, effossum, unaque cum
impiis scriptis ac effigie picta ante portam lapideam, vulgo Stein-
Thor dictam, combustum fuisse. Confer. Thuan. *Hist. L.* 22. & Beyer.
in Tract. De Cadav. Punit. c. 3 *p.* 44. *num.* 78. qui *n.* 39. (5.) simile in An- 12
glia in scenam producit exemplum in *Bucero & Fagio*, quorum uter-
que, procurante Cardinali Polo, integro jam quadriennio à morte
ipsorum elapso, iterum effossus, & tabulatis inclusus, paloque
magni temporis in terram defixo, alligatus, in foro *Contabrigæ* com-
portata magni ligni strue in cineres redactus est. confer. Thuan.
L. 17.

Eodem modo (6.) *Ledenbergii* cadaver, ob *hæresin Arminianorum*, 13
cum voluntaria morte vivus executionem, ac meritos cruciatus ante-
vertisset, loculo inclusum, furcæ affixum fuisse, memoriæ prodidit
Brach. *Histor. N. T. Lib.* 1. *p.* 27. *seq.* Laur. Austr. *L.* 2. *fol.* 114. Myræ *de
Bello Bohem. p.* 30.

Cui si (7.) jungere volupe videatur sententiam, condemnato- 14
riam *Petri Aponensis*, Medici & Mathematici ceteroquin insignis, qua
post mortem *Hæreseos* accusati exuviæ jussæ sunt publice concremari,
equidem non refragabor: Videri vero interim hac de re plenius pos-
sunt Zvvingerus *in method. Apoth.* Bernhardin. Scardeonius. *De Clar.
Vir. Patavin. L.* 2. *class.* 9. Beyer. *d. Diss p.* 26 §. 4. & Dn. Fromman. *d.
Diss. p.* 66. Vbi addit *Mariettam*, dicti Petri Aponensis concubinam,

 hanc

hanc ſententiam feciſſe eluſoriam, cadaver ipſius noctu clam ex æde D. Antonini, ubi ſepultum fuerat in D. Petri templum translatum, in fracto ibidem monumento quodam abſcondendo.

Executionem præterea & in *Blasphemantium Cadaveribus* fieri poſſe, 15 non duntaxat comprobat ſententia, in Præfamine hujusce Diſſertationis conceptis verbis adſcripta, qua Judæus ob *notoriam blasphemiam* poſt mortem, exciſſa ipſi lingua, pedibus fuit ſuſpenſus, ſed ex 16 alia etiam confirmatur ſententia, qua quidem *Bartelotus*, Avenione, jam vita functus, ex eadem condemnatus cauſa eſt, ut cunctis confiſcatis bonis, in patibulum tolloretur. Vid. Pierre Matthieu *aux Hiſtoire des derniers troubles arrives en France Liv. 3. p. 1088.* Fromm. *in Diſſ. De Exec. in Effig. §. 46. p. 65.*

17 Neque deficiunt exempla illorum, qui ob atrox *Magiæ* crimen, etiam *poſt mortem* ordinaria hujus delicti pœna ſunt affecti: Præter-18 quam enim, quod Gödelman. *De Magia. L. 3. c. 11. num. 24.* ſequens afferat præjudicium: Hat N. der Zauberer bekant/ und ausgeſaget/ daß er mit ſeiner Zauberey ſeines Nachbaren Haußfrau und Kind ums Leben gebracht/ und er ſolches genugſam iſt überzeuget/ und hernacher mit dem umgedreheten Hals im Gefängniß todt gefunden worden; demnach erkennen wir vor Recht/ daß der NB. todte Cörper / nachdem er für das öffentliche peinliche Hals-Gerichte geſtellet / zur Wahlſtatt geführet/ 19 und daſelbſt andern zum Abſcheu verbrandt werde: Aliud adhuc ſimile invenire eſt apud Dn. Richterum *ad L. 2. C. Qui teſt. fac. poſſ.* teſtantem, pari modo pronunciatum fuiſſe contra *cadaver Veneficæ Annæ* Bierbrauchs: daß deren todte Leichnam andern zum Abſcheu mit Feuer öffentlich zu verbrennen ſey. *Conf. ſupr. all. Diſſ. De Cadav. puniend. cap. pen.* § 8. & Dn. Kulpiſius *in Diſſ. De Jur. circ. cadav. punitor. c. ult. §. 2. p. m. 51.*

20 Pro comprobanda juſta *executione* in *cadaveribus Sodomitarum* ſufficiet duo hac vice in ſcenam produxiſſe exempla, & quidem duntaxat *Sodomiæ* cum *Homine* commiſſæ, ut inde judicare ſit facilius, quanto 21 ſit juſtius in nefanda cum *Brutis* Sodomia Cadavera delinquentium publicæ animadverſioni ſubjici. *Primum* vero horum refert Julius Clarus *L. 5. ſent. p. mihi 262. n. 15.* & Gomez. *c. 1. Delictorum n. 79.* quod exhibuit civitas *Salmaticenſis* in quodam *Forenſi*, cujus ſemetipſum ſuſpendentis cadaver per publicas Civitatis vias raptum, igni deinde 21 traditum eſt. *Alterum* præjudicium legere eſt apud Dn. Kulpiſium.

d. Diſſ.

d. Diss. c. fin. §. 7. dum Vir quidam nomine *Franciscus*, ditionis *Novocomensis*, cum nulla lanuginis signa & fœminæ faciem haberet, ementito sexu, in matrimonium alios sibi Viros duos successive assumsit, cumque hæc ficta fœmina tandem morbo gallico correpta, & in Xenodochium urbis Mediolanensis delata, decessisset, dum sepultura paratur, compertum fuit, habuisse membrum virile, & nulla mulieris signa, ita, ut nec dici potuerit *Hermaphroditus:* Idcirco Cadaver ipsius jussu Majorum non sine publica animadversione fuit relictum. Hic autem obiter noto: (1.) Sodomiam *cum Homine* commissam hodie *in Imperio*, non *igne*, sed *gladio* duntaxat puniri. Carpz. *in Pr. Crim. q.76 n.15.* Brunnem. *in Proc. Inquis. c.9.n.48.* Dn. de Rherz. *in Medit. Acade. ad Inst. Ex. 3. th.26.* & Dn. Stryk. *ad §. 4. De Publ judic.* (2.) Aliter Sodomiam *cum Bruto* perpetratam puniri, si *plenè consummatum* sit nefandum hoc facinus per *actualem seminis immissionem*, nempe *vivi comburio. CC. art. 116.* Aliter vero, si *semi plene* sit *consummatum*, per *membri genitalis* scilicet *immissionem, sine seminis tamen in brutum ejaculatione*, nempe *pœna gladii.* Vid. Dn. Brunnem. *ad L. 1 ff. De Extraord. Crim ubi præjudicium.* Theodoric. *in Coll. Crim. c. 16. n. 32. Ubi aliud præjudic.* Clasen. *ad Const. Crim. ad art. 116.* (Dissentit Carpzov. *in Pr. Crim. P. 2. q.76. num.58.* ad cujus argumenta in publico conflictu facilis erit responsio.) Aliter tandem, nempe *pœna fustigationis cum perpetuo exilio*, si ad neutrum consummationis gradum descenderit inculpatus, *sed in actibus præparatoriis & solo conatu consummandi hoc facinus substiterit ipsius malitia. Vid. Ddres proxime allegati.* Notandum (3.) *Primo* casu *simul comburi Brutum*; *Secundo occidi quidem*, sed *non comburi, occisum* vero *inhumari*; *Tertio* in *Brutum* plane *non animadverti.* Vid. Carp. *d. l. q.76. num. 63.* Ubi præjudicium.

23 24 25 26 27 28

Exemplum porro *Executionis in exuviis dolosi Incendiarii* refert Papon. *De Arrest. Franciæ L. 24. Tit. 14.* cum duorum, qui, igne in domum alicujus injecto, sex hominns, una cum ipsorum liberis, in lecto cubantes, misere occiderant, alter, nomine *Rolandus*, in ignem injectus, sed manibus Carnificis elapsus, & in carcerem ex templo Carmelitarum, ad quod confugerat, reductus, noctu mortuus, postridie in publico supplicii loco combustus est. 29

Ad exempla *Homicidii Qualificati* jam prolabor, primo loco quædam præjudicia, *executionem in* exuviis *Parricidarum* comprobantia, 30

allaturus: Horum autem primum sistit Dn. Francisci in der viertzigsten Trauer-Geschicht *n. 18. & seq.* in pessimæ notæ juvene quodam, quem Parricidam, novacula à propria Vxore justo iterum Dei judicio occisum, pedibus patibulo affixum, & post crematum fuisse, *d. l.* com-
31 memorat. Alia vide præjudicia ap. Clar. *supr. all. loc.* & Carer. in *Pr: Crim.* §. *ult.*

32 *Assassinorum* & *Famosorum Latronum* cadavera promeritis post fata pœnis fuisse subjecta, non duntaxat in aprico est ex præjudicio, quod affert Carpzovius *in Pr. Crim. qu. 131. n. 51.* Vbi Schabinos Lipsienses ad consultationem Quæstoris Torgensis, adversus Latronem, qui rota contundendus, sibi ipsi vulnera aliquot lethalia inflixerat, quo mortem accelerando pœnam rotæ effugeret, sequentem in modum Mense. April. Anno 1613. respondisse, edisserit: Und wenn Er gleich von dieser Beschädigung / ehe und bevor dieser Rechts-Spruch ankommet / versterben mögte / würde nichts weniger sein todter Cörper / weilen er sonsten das Leben / so Ihm durch Urthel und Recht aberkant / verwürcket / ins Gericht geführet / und daselbst auf ein Radt / andern zum Exempel und
33 Abscheu billig geleget / und gepflochten. Sed & comprobatur alio præjudicio, quod videre est apud Dn. Richterum *supr. all. loc.* Vbi Anno 1623. Dicasterium Jenense ita respondisse testatur. Als ihr uns berichtet / daß NN. in seiner gefänglichen Hafft / und wie der Augenschein ausweiset / an der schweren Noth gestorben / daß also das Urthel / darum ihm die Tortur zuerkant / nicht exequiret werden können: demnach sprechen wir vor Recht: Hat gemeldter N. in der Güthe / Raub / Angriff auf der Strassen und Diebstal bekandt / so wird dessen Leichnam bey diesen itzo sehr unsichern Läufften / dessen ungeachtet / daß er in seiner custodie biß an sein Ende fleissig gebetet / an der Strassen auffs Radt / andern zum Abscheu / NB. jedoch auf vorhergehenden Fürstlichen Gnädigsten / oder der
34 Regierung zu Altenburg Befehl billig geleget. Aliud adhuc præjudicium idem habet Richterus d. l. ibi. daß des abgelebten Räubers Leichnam wegen des begangenen und gestandenen Strassen-Raubs / gestalten Sachen nach / andern zum Abscheu auf der Strassen auffs Radt zu legen. Confer. Farinac. *T. 10. q. 10. n. 78.* ubi testatur, se vidisse plura capita
35 *Assassinorum* & *Latronum*, à satellitibus, vel aliis occisorum, ad urbem convecta, inque publico justitiæ loco fuisse affixa. Plura qui desiderat, adeat Jul. Clarum & Gomesium *supr. all. loc.*

Exem-

Exemplum executionis in cadavera *proprium Dominum suum oc-* 36
cidentis, non duntaxat *in Præfatione supr.* recensui, sed & aliud sistit 37
Dn. Struvius *in supr. all. Diss. De Execut. in effigie p. 38.* illius, qui proprio 38
Hero interfecto, facinus ad mortem usque occultatum, Confessiona-
rio suo sub hac confessus est conditione, ne ante anni lapsum id cui-
piam manifestaret: Quo exacto, Pastoreque productis in eam rem
testibus, id Magistratui aperiente, Cadaver è terra erutum, Lipsiæ
Anno 1555. rotæ impositum fuit. Conf. Theodor. *in Coll. Crim Disp. 10.*
th 3. Lit. B. p. 1299. n. 8. Harsdörffer Schau-Platz. *P. 5. Hist. 108. §. 5 p. 380.*
Beyer. *in Tr. De Cadav. Punit. p. 44.* Franc. Roman. *in Prælect. ad Rubr. De*
For.

Jungo his omnibus adhuc binis, ne modum migret Disputatio, 39
duo ex multis præjudicia, ex quibus confirmabitur doctrina, *supra*
c. 3. n. 36. tradita, scilicet, *Propricidium* ex conscientia perpetrati sceleris
commissum, etiam in *cadavere Propricidæ* puniri: Quorum unum ex-
hibet *supr. all. Diss. De Cadaverib. pun* §. 14. *c. 6.* in Judæo, Herbipoli pe-
dibus suspenso, ideo, quod furti effugiturus pœnam, in Carcere se
ipsum suspendisset: Alterum vero notavit Dn. Carpz. *in Pr Crim. q. 131.* 40
n 50. ubi ad requisitionem Illustr. Elect. Sax. Schabinos Lipsiensis con- 41
tra Quæstorem infidelem, qui metuens publicam laquei pœnam, se-
metipsum itidem privatim in carcere suspenderat, sequentem in mo-
dum *Mens. April. 1613.* pronunciasse refert: So hat Er durch solche Ver-
untreuung die Straffe des Stranges verwürcket: Und wann er sich selb-
sten erhencket / so wird nunmehro nichts destoweniger dieser Untreu und
Betrugs halber / wie auch / daß Er wegen seines bösen Gewissens sein ei-
gener Hencker geworden / und sich umgebracht / auch andern dergleichen /
welche aus leichtfertiger Kühnheit die zeitliche Schmach und Straffe / so
sie wegen ihrer verübten Verbrechung verdienet / höher / als ihre Seele ach-
ten / zum Abscheu und Exempel / dadurch ihnen ihr Leben wegen der schmäh-
lichen Straffe / so nach ihrem Tode an ihnen vollenstrecket wird / eigen-
mächtiger Weise selbsten zu nehmen / sein todter Cörper am Galgen öffent-
lich gehencket. Alia duo præjudicia videsis apud Jul. Clar. *supr. all. loc. p.* 42
mihi 262. n. 15 in fine & apud Dn. Kulpis *à. Diss. Jungatur.* Dn. Beyer. *d. Tr. p.* 43
mihi 44. Ubi nostram *Executionem* etiam in Crimine *Sacrilegii* locum ha-
bere, probat præjudicio Sacrilegi cujusdam jam sepulti, & *Anno 1624.*
Mens. Jn. ex terra eruti, rotæque impositi, his verbis: Daß des allbe-
reits un-

reits unter den Galgen liegenden Lorens Zeußing Cörper/ in Erwegung allerhand Umstände wieder heraus zu langen/ und neben den Schvelling/
44 andern zum Abscheu aufs Radt zu legen. Jung. Dn. Richter, ad *L. 2. C. Qui test. fac. poss. n. 15. p. 26.* His Coronidis loco jungi adhuc potest exemplum aliquem ex Satellitibus Elect. Sax. Mauritii occidentis, cujus post mortem Cadaver exhumatum, ignibusque ustulatum fuisse, referunt d. Dn. Beyer. *d. l.* Theodoric. *all. Tr. c. 10. p. 1299.* Struv. *De Exec. in Effig. p. 23. Roman. in Præl. ad Rubr. De Foro.*

45 Hæc sunt, *Humanissime Lector*, quæ pro temporis, expensarum, stu-
46 diorumque ratione, de *justitia Executionis in Cadavere delinquentis* edisserere lubuit: In quibus properante Typographo erronee expressa, Tuo inprimis Candori corrigenda committo, securus Responso JCti Scævolæ in *L. 45. ff. De Manumiss. Testam.* scilicet *Nil obesse, quod* in Syllaba, *(addo ex Jure Canonico,) aut* Littera, *c. 11. x. De Fid. Instr.* erratum sit, Typographorum erroribus *Authori* minime imputandis *L. Si Librarius 92. ff. De R. J. ibiq; Gothofred. Lit. A.*

S. D. G.

PRO-

PROGRAMMA

Quo

SVO AC INCLYTI JVRIDICI ORDINIS NOMINE

AD

DISSERTATIONEM SOLENNEM JVRIDICAM

GENEROSI atque DOCTISSIMI DOMINI

DOMINI

Herman Hinrich von Horne.

CONSVETIS AMPL. FCtis JVRIDICÆ EXAMINIBVS

LAVDABILITER EXANTLATIS

DE

INOBEDIENTIA IMPUNI

Vom

Unstraffbarem Ungehorsam.

Die VII. Octobr. Anno MDCC.

Bono cum Deo

Horis ante - & pomeridianis habendam

Magnificum Academiæ Dn. Rectorem, utriusque Reip. Nobiliss. & Amplissimum Senatum, omnesque omnium ordinum Cives Academicos, ac Literatorum Fautores, observanter ac officiose invitat

IOHANNES Klein/

J.U.D. & Pandect. in Alma Patria Ducalis P. P. Consist. Provinc. Director, nunc etiam à Sereniss. Duce Meckl. Regente Clement. Vocatus Consiliarius Aulicus & Cancellariæ Justitiæ Vice-Director, atque h. a. FCt. Jurid. Pro-Decanus.

GUSTRAVIÆ,

Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

SI quid inter homines reperitur, quod lubricas sæpe hodie ac vacillantes eorum res suis quasi repagulis coërcet, socialitatemque qua simul tamen Vita ac omnium Salus vertitur, ab interitu conservat, certe hoc communis ille *Obedientiæ* nexus est, quo legibus assentiri, voluntatibusq; eorum, qui nobis juste imperant, obtemperare, non inglorium ducimus. Ex quo enim depravata propria sua commoda procurandi cupidine, bellum exitiale omnium contra omnes exarsit, & metu instantis â Potentioribus mali perciti Majores, â naturali libertate in Civitates aliasque Societates minores coiverunt, in præcipitia universi rueremus, ni contra vitiorum, quotidie nos circumvallantium vim, vinculo hoc, quasi annulis quibusdam Magneticis, necteremur. Scilicet hæc est tutelaris ille genius, quo Familiæ, & Urbes & Exercitus custodiuntur, cui, cum quidam aliquando Spartæ felicitatem Regibus adscriberent suis, meliori jure eam in acceptis ferebat Theopompus, Plutarch. *Lacon. Apophtegm. p. m. 221.* Sanguis denique, qui vitalem Rerumpublicarum Spiritum juxta Senec. *Lib. 1. de Clement. c. 4.* imperium, motu suo quotidie refocillat, corroboratque. Sed ut hujus quidem in naturali corpore meatus ambitu ordinario turbantur, partim si unius membri arteriis læsio extrinsecus contingat: partim si liquor ipse internus citato nimis ac vehementiori cursu provehatur: ita non minus *obedientiæ* impeditur Circulus, non solum quoties effrena gens Rectoribus debitam denegat parentiam, vel, uti est in *l. 53. §. ult. ff. De Re jud. ii, qui obedire deberent, non obsequuntur:* Verum etiam, quando intellectus atque judicii nostri turbine abrepti actiones Legum præscriptis placitisque Imperantium conformari arbitramur, cum eas vel omisisse penitus, vel proprio direxisse arbitrio satius fuisset. Appellari alias istiusmodi *obedientia* communiter â Ddribus *cæca* consuevit, ideo, quod quemadmodum luminibus orbatus, ad gressus constituendos soli alterius fidere auxilio cogitur, ita hæc absque propriæ rationis ductu adhibito, ad mandata quævis Superioris se simpliciter prosternat. Becman. *dissert. d. Exsuper. obseq. c. 1. §. 8.* Quæ ut prior laudem ac præmia, ita vituperia ac pœnas procul dubio meretur: Quo pertinent insanæ Arragonensium Consuetudines, sententia semel lata, etiamsi judex male judicaverit, reos quoque innocentes ad supplicia rapientium, de quibus est in *Relat. d' un Voyag. d' Espagn. lett. 4. p. m. 149.* & obsequia plus quam servilia, quibus

non

non ſolum plerique Regionum Orientalium populi, Regibus ſuis adſtringuntur, vid. Tavernier. *Voyag. Tom. 2. p. m. 287.* Sed & alii, Pontificem Romanum, ceu *ſolem*, præ omnibus Regibus ipſoque adeo Imperatore, *Lunæ* ſaltem aſſimilando, *C duo ſunt 10. diſt. 96. & c. ſolitæ 6. X. de major. & obed.* ſubmiſſiſſime adorant. Enimvero, ut intellectus noſter, naturali ſua quandoque imbecillitate non deſtituitur, erroresque innumeri captioſa veri ſpecie ſe commendant: Ita *utriusque* hujus *obedientiæ* limites, præſertim ſi plurium obligationum intervenerit concurſus, non ſemper inter ſe diſtincti ac in aprico poſiti videntur. Non loquar hic de *extraordinariis* motibus, quibus nonnulli ad regna firmanda, imperia amplificanda, ac mala avertenda peculiariter impulſi, alios iterum in ſui ſequelam, ac *faſcinatam* quaſi *obedientiam*, inducunt: quandoquidem forte idem, qui illos animat Spiritus, hos, ut dicto illorum audientes ſint, impellit: Quo inſolitos caſus cum *Johanna d' Arc, Puella Aurelianenſi, Tamerlane, Attila*, flagellum Dei ſe vocante, (conf. tamen de hoc titulo Nadan. *Flor. Hungar. p. m. 32.* & Excell. Schurtzfleiſch. *diſſert. d. Reb. Hungar. th. 5.*) repellenteque hunc verbo iterum ab Auguſtana Civitate muliercula, obventos, reduxeris vid. Gisbert. Voet. *diſſert. Theol. Volum. I. diſput. d. ſign. & Miracul.* & Valent. Albert. *ſpecial. d. ſag. diſſert.* Certe in rebus quotidie nobis ante oculos verſantibus id intuemur, quando in una ſæpe eademque ſpecie, hic caſum occurrentem ad *obedientiæ ſimplicis* ac *impunis*, ille ad *obedientiæ cœcæ puniendæque* regulas attemperat. Unde profecto *Generoſus* noſter atque *eruditiſſimus Dominus* HERMANNVS HENRICVS â DORNE, rem omnino fecit & ſe & ingenio ſuo dignam, quando ante ſuum ex hac Academia diſceſſum rigoroſo examine Ampliſſimæ Facultatis juridicæ rite ſuperato, *diſſertationem* aliquam *ſolennem* inſtituturus, plerasque quæ circa *hanc utramque obedientiam* evenire poterant, controverſias, exactiori judicio diſcuſſit, jamque aliis quoque ſub elegantis paradoxi *inobedientiæ impuni* titulo, diſcutiendas proponit. Ex quo, licet jam, tanquam ex ungue Leonem, præſtantiſſimas animi ipſius dotes liceat cognoſcere: Ne tamen injurii ſimus in ejusdem ſtudia navata indefeſſa, aliisque Nobiliſſimis in hac Alma commilitonibus exempla in illuſtri poſita tanto minus deſint, vitam ipſius egregiaque in res literarias conamina, more hactenus recepto, hic recenſemus. Nimirum, natus eſt is *Ao. O. R. 1681. die 11. Auguſt.* ipſo

Hermanni die, Gentis Paternæ inde à multis annis jam nominali, in Libera & Imperiali Urbe *Lubeca*, & *Patre* genitus Viro Magnifico ac Generoſo, Dn. HIERONYMO à DORNE / Hereditario Domino in Gallin & Wesloh, Patriæ ſuæ, in qua Conſulem agit, illuſtri ac vero quodam Statore, omniumque Virtutum atque Civilium elegantiarum Promo condo; *Matre* vero itidem Generoſa GESA DOROTHEA WEDEMHOVIA (quæ unico huic & medullitus dilecto filio, quem difficillimo partu ediderat, immaturo fato prærepta, ingens ſui deſiderium, fœminæque Virtuoſiſſimæ ac ultra ſexum ſapientis encomium reliquit) perantiquis & nobiliſſimis familiis DORNIORVM & WEDEMHOVIORVM originem debet. Harum illa vetuſtæ Nobilitatis decus per multa retro ſecula â Progenitoribus ſuis, Ducatus olim Bremenſis indigenis transmiſſum, Summæque Majeſtati probatum inſignibus in Illuſtrem Lubecam meritis, & eximiis ſummisque per duo ſecula ibidem geſtis honoribus feliciſſime conſervavit: Iſta vero ex Weſtphalia, fœcundiſſima familiarum Lubecæ illuſtrium matrice oriunda, jam tum ſeculo XII. nobiliſſimis Stirpibus innexa, complures deinde Viros tam in Principum Aulis & Dicaſteriis, quam in Capitulis & Rebuspublicis inclytis, maximis functos dignitatibus, & præſertim de libera Lubeca optime meritos produxit, donec ante quatuor luſtra obitu poſtremi in maſculis exareſcens, tres ſequioris ſexus heredes relinqueret, quæ connubii vinculo generoſis aliis inſertæ gentibus, maſculum nullum præter hunc noſtrum Dominum â DORNE progerminarunt Ex quibus, jam ulteriores progenitores eidem proximi fuerunt, in paterna quidem Linea *Avus*, Vir Magnificus & Generoſus, Dn. HERMANNVS â DORNE, Reipubl. Lubecenſis Conſul Primarius, & optime meritus, Patrem nactus Generoſum Dn. HERMANNVM â DORNE, ejusdem Reipubl. Senatorem ampliſſimum, & variis Legationibus ad Imperatorem, Regesque exteros, nec non ad Comitia Imperii de An. 1603. teſte Rec. J. d. anni celebrem, HERMANNI, Conſulis Primarii, & Chytreo noſtro, omnis ſapientiæ exemplar, cujus prudentiæ, doctrinæ excellentis, & heroicarum virtutum prædicatio totum orbem Arctoum pervagaverit, dicti, filium; Matrem Generoſam Matronam, CATHARINAM DE LVNEBVRG: Et *Avia*, MARGARETHA DE WETKEN, ex Generoſo Conjugum pari, HERMANNO DE WET-

WETKEN, Domino Hereditario in Trenthorst & Wulffenau, & ANNA von Wickeden / prognata. In materna vero Linea *Avus Maternus*, Vir Generosus atque Amplissimus, Dn. HENRICUS Wedemhoven / Senator de Republ. Lubecensi egregie meritus, BERNHARDVS Wedemhoven / ejusdem Reipubl. Senatoris inclyti, & ELISABETHÆ von Wibbekingen filius, cui matrimonii vinculo juncta fuit, Nostri *Avia*, Generosa Matrona, GESA AB ELVERN, HARTWICO AB ELVERN, & GERTRVDI DE LVNEBVRG, natales adscribens. Et possent adeo fulgidissimi Gentium harum Majores per plura retro secula, inque iis plurimi alii præter hic enumeratos, Viri tam Toga, quam Sago meritissimi, honoribusque vel in libera Civitate Consularibus aut Senatoriis, vel Equestribus eminentes exhiberi, si solo Generosi Sanguinis splendore hic lux fœneranda esset: Verum cum imagines titulosq; Avorum incitamento quidem esse debere nepotibus, actionibus autem ipsorum non nisi radios adoptivos conferre, recte arbitretur, hic, ubi doctrina ipsius Lauream potissimum affectat, ulterius ea commemorari ne quidem per modestiam efflagitavit. Et certe â me impetravit facilius, quo minus proprii ipsius honestissimi Conatus felicissimo unquam destituti sunt effectu; Posteaquam sacro baptismatis fonte abstersus, cum nondum ad ætatem, quæ literis addiscendis apta habetur, pervenisset, ingentem inhasce propensionem jam eatenus comprobavit, ut & absque Præceptoris ope prima Syllabarum elementa, quæ tot cruces figere alias puerulis solent, vel per lusum addisceret. Enim vero rapiuntur quandoque magis quam feruntur nonnullorum in prima ætate animi, præsertim eorum, qui ex generoso sanguine ortum trahunt, ad summa quævis statim in omni negotio consectanda: Quibus si fulminea illa ingenii Virtus, qua in specula positi uno velut intuitu omnia comprehendunt (quod τὸ θεῖον intellectus humani Morhofius appellat) feliciter accedat, næ illi sui æquales longissime antevertunt, &, quod alii per ambages demum, hi velocissime consequuntur! Horum utrumque cum maximo accumulatus gaudio, & tenerrimam Ascanii sui curam gerens Magnificus Dominus Parens, in Nostro deprehenderet, non destitit omnem movere lapidem, quo exoptatam indolem indies magis magisque confirmaret, lectis eum in finem Commilitonibus, quorum sedulitate æmulatio provocaretur, ac Pœdagogis Præceptoribusque

industriis, qui una cum pietate prima doctrinæ atque eruditionis fundamenta ponerent. Ætate paululum provectioris facti, primo omnium singularis cura commissa est JOHANNI GOTHOFREDO SCHÆVIO, LL. Artium & S.S. Theol. tunc Studioso, nunc vero J. U. & Politici Studii Cultori perquam industrio, qui per integrum triennium ejus studiis fidelissime vacans, in humanioribus literis ac Rhetoricæ potissimum rudimentis instillandis laudabilem operam insumsit. Quo deinde ad Academias iterum abeunte, partes ipsius non minori quidem industria, sed tamen ob functionem scholasticam oblatam, breviori cum successu in se iterum suscepit ZACHARIAS STAMPEL, Scholæ Cathedralis Slesvicensis Conrector hodienum meritissimus, & post semestre spatium ægerrime â nostro dimissus. Accitus igitur & Hamburgo est tertius, qui ipsius studia moderaretur, HENRICVS MAKENS, J. U. Candidatus, quo duce & Comite uti juxta cum humanioribus artium, *Philosophiam* ac imprimis *practicam*, quemadmodum communiter decurri solet, *Oratoriam*, *Geographiam*, *Historiam tam Politicam & Genealogicam*, quam *Philosophica Compendium*, ac ipsas *Imperatorias Institutiones* bis, feliciter absolvit: Ita eodem hodienum jam ultra septennium non sine insigni morum animorumque concentu utitur. Sed & Viri Plurimum Rev. atque omnis doctrinæ elegantioris ac Antiquitatum Sectatoris maxime industrii, Dn. M. JACOBI â MELLEN, Ecclesiastis Lubecensium Mariani, Polyhistoris celeberrimi in se collatum insignem laborem, dum in *Historia Universali, ex Numismatibus illustranda*, in *Notitia Rei Nummariæ*, in Celeberrimi *Morhofii Polyhistore exponendo* diligentissimus autor præivit, egregie Noster hic commendat. Quibus adeo & instructoribus & adjutoribus (ne de exemplo Magnifici Domini Parentis, monitis præsertim ipsum ac exhortationibus plus omnibus Præceptorum institutis ad recte vivendi genium efformantis, aliquid adjiciam) præcipue vero propria ac incredibili industria est effectum, ut quod animo & spe conceperant plures, ignea mentis ac ingenii vis dudum portenderat, exiguo temporis intervallo idem Magnificus Dominus Parens ex voto obtineret. Nimirum acrior intellectus cuncta sibi objecta uno quasi volatu transmittebat, Memoria rerum ipsi commissarum tenax promtissime reddebat, sive ad oratorium numerum componenda oratio, sive versus in vernacula, quibus & puer adeo jam adsueverat, essent fundendi. Ora omnium ætatum regnorumque succincte enarrabant

bant historias, & ut loquela nondum exacte satisfaceret, scriptio saltem, ceu mihi retulerunt, Gallici oris elegantiam in Germaniæ inferioris accola semel iterumque ostendebat. Hisce sane omnibus præmunitus, Anno Ær. Rep. 1697. ætatis suæ vix *decimum sextum egressus*, cum supra memorato suo Ephoro, HENRICO MAKENS, statim post Michaelis festum in hanc Academiam pervenit, ubi meæ institutioni hospitioque peculiariter commendati, ex ore linearumque ductibus ac aliquali habita Conversatione mox, quod res erat, conjeci; Scilicet eum, qui genas, ora, gestusque adeo Magnifici sui Parentis referebat, nec â vestigiis ejusdem, quibus ad immortalem nominis meritorumque famam est grassatus, defluxurum. Id quod postea subselliis Ordinariorum Opponentium publice aliquoties occupatis, suavi illa vocis gestuumque moderatione, qua tamen simul argumentorum sæpe fulmina vibrabat, ipse comprobavit. Neque etiam â tela elegantiorum studiorum ulterius pertexenda hic cessasse dixeris, qui prioribus illis, quæ domi hauserat, magis magisque excultis, & *Collegio Physico Experimentali* â Viro Experientiss. atq; Excell. Dn. JOH. ERNEST. SCHAPERO, Med. D. & Profess. Celeberr. ac Collega nostro conjunctissimo instituto nomen dedit, *linguam* novam *Italicam* totam addidicit, & quicquid subsecare â Severioribus Musis poterat, hisce omnes deliciis ac exercitiis Generoso Juvene dignis impendit. Imprimis vero *in Studio Juris universo*, tam *Canonico* quam *Civili*, *Publico* quam *privato*, *Feudali quam Allodiali*, *Collegiis Lectorio-Examinatoriis*, ut & *Disputatorio* ac *Practico* decurrendo diligentissimus mihi auditor adhæsit, adeo ut vix imitabilem industriam, qua totus ab ore docentis pependit, admiratus, cum Magno illo Hugone Grotio, quem Lauream Doctoralem anno ætatis XVI. reportasse novimus, vid. Müller *dissert. d. just. ætat. c. 2. §. 26.* identidem conferrem, votisque omnibus contendendum, ut legitimo opere finito, Examini publico sisteretur, tacitus arbitrarer. Annuit hisce desideriis præter exspectationem meam, Magnificus Dominus Parens, filium oculissimum â Castris nostris haud moturum, priusquam & Professoribus nobis tentamine rigoroso, & publico Auditorum Cœtui Dissertatione solenni habita, acquisitos in jure laudabiliter profectus comprobasset, humanissime scribens. Ad prius igitur admissus, quanta animi præsentia, quanta mentis alacritate, judiciique promtitudine ad singula ipsi quæsita docte responderit, omniumque adeo superaverit exspectationes, loquentur

uni-

universi, quotquot ex Amplissimæ Facultatis nostræ Collegio Honoratissimorum Collegarum adfuerunt. Certe quod de annulo ex auro, quod Christo Magi obtulerant, fabrefacto, quem inter antiqua domus Austriacæ clinodia fuisse perhibent, memoriæ tradidit Lambec. *Commentar. d. Bibliothec. Vindob. Tom. 1. part. 1. lib. 1. p. 25.* eum tempore Belli præsertim si fauste à parte Austriacorum res foret gerenda, insolito fulgore coruscasse: Idem accidit in imaginaria hac dimicatione Nostro, non alias magis fervidissimi ingenii sui jubar exserenti, eoque ipso se, quos tamen forte petiturus nunquam sit, Summos in utroque jure honores, in tantilla ætate jam abunde commereri, testificanti. Ego adeo inveni, quod Deo in acceptis referam, dum in umbratili hactenus Academiarum luce non sine gloria constituti, ubi jam Serenissimi Ducis ac Domini mei Clementissimi jussu eadem deserenda est, laboribus in commodum Juventutis susceptis, tam insolito applaudere dignatus sit complemento. Interim, cum jam & alteri illi, scilicet *dissertationi solenni*, quam proprio Marte (ut ne lineam in ea deprehenderim immutandam) de *Inobedientia impuni* doctissime conscripsit, propediem habendæ se accinxerit, eidemque in publica Panegyri ventilandæ Dies VII. Mensis insequentis Octobr. sit præstitutus, ad eam præsentia sua splendidiorem illustrioremque efficiendam, ut velint confluere, *Magnificus Dominus Rector, utriusque Reipublicæ Prænobilissimi Amplissimique Domini Proceres, omnium Facultatum Ordinumque Cives, Literarumque fautores universi*, ea qua par est, observantia & humanitate per has ipsas nunciatorias literas rogantur atque invitantur.

Publicatum Rostochii Sub Sigillo Facultatis Juridicæ XXVI. Octobr. Anno M. DCC.

B. C. D.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI
Vom Unstraffbarem Ungehorsam.

QUAM
DIVINIS AUSPICIIS
Consensu atque Decreto Magnifici JCtorum ordinis in Illustri Academia Rostochiensi
SUB PRAESIDIO
DN. IOHANNIS Klein/
JCti, Pandect. Profess. Publ. & Consistorii Provincialis Directoris, Amplis. F Ctis Juridicæ Pro-Decani,
Nunc etiam
A Sereniss. Duce Meckl. Regente Clement. Vocati Consiliarii Aulici, & Cancellariæ Justitiæ Vice-Directoris,
Fautoris, Præceptoris ac Hospitis, omni observantiæ ac Honoris Cultu Prosequendi,
CONSUETO EXAMINE PERACTO,
SOLENNIS STUDIORUM SPECIMINIS Loco
Ad diem VII. Octobr. Anni MDCC.
IN AUDITORIO MAIORI
Horis ante & pomeridianis
Placidæ eruditorum disquisitioni submittit
Herman Hinrich von Horne.

GUSTRAVIÆ,
Impensis JOH. MICHAEL. RUDIGERI. ANNO 1705.

PRÆFATIO.

SUMMARIA.

§. 1. Quæstio de optima Republica. §. 2. ejus determinandæ difficultas ac Rerumpubl. diversitas. §. 3. Monarchiæ absolutæ vitia & Germanicæ Reipubl. præstantia. §. 4. occasio hujus Dissertationis. §. 5. Dispositio Capitum.

§. I.

QVod naturale hominibus esse asserit JCtus, in *L. 17. §. 6. ff. De Recept. qui arbitr.* dissentiendi studium, quanquam in omnibus negotiis manifesta relinquat vestigia, nullibi tamen magis se prodit, quam in scientiis, quibus excolendis hactenus homines operam dederunt. Etenim, ut innumeras cum in cœteris studiis, tum præsertim in jure nostro ab antiquis jam temporibus vid. *L. 2. §. 47. ff. de O. J.* circa principaliora quandoque fundamenta dissensiones taceam; Certe literarum regna percurrentibus sæpe numero deprehendere licet Problemata & Quæstiones, quæ non solum Disputantibus ab utraque parte satis solida & fere demonstrativa sententiæ suæ argumenta subministrant, sed, & quarum decidendi difficultas humano ingenio prorsus inaccessa videtur. Sane in politica Doctrina non immerito huc refertur, & pro cruce ac martyre Politicorum habetur, sat vulgata illa quidem, sed & sat difficilis *de optima ac absoluta Reipubl. forma* quæstio, quæ optima quæque ingenia haud simplici vice exercuit. Neque enim politicorum tantum compendiorum concinnatores, inter quos Aristotelici integrum sæpe huic disquisitioni librum tribuunt, eundemque *de optima Reip. forma* insigniunt, vid. Clasen. *Polit. Lib. 5.* huic quæstioni operam dederunt, sed & inter illos ipsos, quos *Politicos* vulgo *Practicos* appellamus, quippe Reipublicæ administrandæ præsident, inveniuntur, qui huic labori manus admovere haud inglorium duxerunt. Eminent inter illos *Thomas Morus & Franciscus Baco de Verulamio*, uterque illustri Cancellarii munere in Britanniarum Regno, & insignibus in Rempublicam literariam meritis celebrior, quorum ille in *Utopiensium moribus*, hic in *Nova Atlan-*

lantide bene conſtitutæ Reipublicæ ideam ſatis eleganter delineavit: Quæ methodus ſub fictis Rerumpublicarum nominibus ſuam de optime conſtituto regimine ſententiam proponendi, ſicut jam olim Platoni in libris ſuis *de Civitate* placuit, ita proximis adhuc abhinc annis aliquos nacta eſt imitatores, qui effictæ à ſeſe Reipubl. ſedem in terris Auſtralibus, quas vulgo incognitas appellamus, collocarunt. Pertinet huc libellus Gallicus inſcriptus, *Voyage de la Terre Auſtrale par Jacques Sadeur*, quippe qui ingenioſis ſuis commentis, quæ fidem vix apud ullum invenire poſſunt, Rempublicam, cujus conſtitutionem deſcripſit, non niſi in cerebro ſuo extitiſſe ſatis prodit. Nec minori jure huc referendus eſt, ſecundum Celeberrimi Morhofii judicium *in Polyhiſt. Lib. 1. c. 8.* Autor *Hiſtoriæ Sevarambum*, quæ primum Anglico idiomate concinnata, brevi tempore in Gallicam, Belgicam, & ipſam quoq; Germanicam linguam translata fuit; quamvis ille præſertim in præfatione ſe ſupra dictorum Autorum conſortio eximere, & fictam ſuam hiſtoriam pro vera orbi obtrudere literato omni ſtudio allaboret. Ex qua quoad maximam partem ſuas quoq; Regulas deſumſiſſe videtur quisquis demum ille ſit, qui ſuperiori anno *Politiam Beatiſſimam* Latina juxtim ac Germanica lingua edidit, & Imperium noſtrum ad efficti â ſe regiminis formam redigere voluit.

§. 2.

Equidem quod ad utilitatem iſtius modi laboris attinet, ea primo intuitu haud ſpernenda eſſe videtur. Quandoquidem, cum eum plerumque in finem apud omnes eos, quibus meliori ex Luto effinxit corda Jehova, Gentes innuo moratiores, crebræ in exteros & longe diſſitos populos ſoleant inſtitui peregrinationes, ut ipſorum moribus & regiminis forma bene perſpecta, inde optima quæque hauriri & in propriæ Reipubl. uſum applicari queant; laudabilis profecto illorum videtur induſtria, qui illa, quæ tantis ſumtibus ac itineribus quærimus, brevi chartæ compendio exhibent, & adeo abſolutam Reipubl. formam proponunt, ut in ea (ſi hoc ingenioſiſſimi Vetturii termino *vid. Lettres de Voiture T. 1. Lett. 198.* uti licet) fere nihil præter nævum deſideres. Verum ſi penitius paululum rem inſpiciamus, facile apparebit, laudatas has ideas aut defectibus ſui non deſtitui aut ultra humanum captum, eique vix explicabiles eſſe, ut adeo iis, qui ſaxum hoc ſyſipheum volvunt, non immerito Terentia-

num illud acclamare liceat: *incerta hæc, si tu postules ca. certa facere, nihilo plus agas, quam ut cum ratione insanias.* Scilicet adeo diversa sunt hominum ac populorum ingenia, ut nec Reipublicæ forma omnibus arrideat eadem, nec, quænam regiminis species huic aut illi genti potissimum conveniat, facile quam ex diuturna experientia definiri possit; unde prærogativas singularum formarum Reipubl. ex ingeniorum, quibus applicantur, varietate æstimandas esse, singulas vero nihilominus sua manere incommoda non sine ratione asserit Dn. Becman. *in Medit. Polit. c. 24.* §. 4. Hinc vix adeo singularis, imo absurda Reipubl. forma unquam excogitari potuit, quæ non aliquando in usu alicubi obtinuerit, cujus illa præsertim ratio esse videtur, quod quisque in eo etiam Reipublicæ beatitudinem sitam credat, in quo propriam felicitatem ponit, indeque pro diversitate opinionum de summa Rerumpublicarum felicitate etiam diversissimas existere oportere Respublicas necesse sit. vid. Frisen. *in diss. de licent. Civ. c. 2. §. 26.* Sic, cum Plato non nisi Philosophos Reipublicæ suæ præficere, aut imperantes ad minimum Philosophiæ mancipare voluerit, in ipsa tamen hodie Italia, literarum non minus ac deliciarum matre invenitur civitas, quæ non solum supremos Magistratus nomine illiteratorum, *li quat tro illet terati,* insignit, sed etiam omnes illos, qui literas tantum legere aut scribere callent, ab officiis & dignitatibus protinus excludit. *Le supplement aux Lettres du Dr. Burnet Lett. 3. dans l' addition.* Nec minus Carinthios olim contra communes Politicorum Regulas Duces suos ex rusticis, quam ex optimatibus eligere maluisse, testatur Speidel. *in speculo jurid. Pol. voce* Bauren: & Lacedæmoniorum Constitutiones omnibus reliquæ Græciæ legibus quasi è diametro contrarias fuisse jam olim Xenophon observavit. vid. Ablancourt *Apophtegmes des Anciens p. m. 206. seqq.*

§. 3.

Hisce difficultatibus perterriti alii de absoluta aliqua Reipublicæ forma invenienda desperarunt, in id tantum intenti ut, quænam ex cognitis communiter hodie in orbe Terrarum Rerumpublicarum formis cœteris præstaret, determinarent. Sed, sicut eorum studium iisdem, quas in §. præced. adduximus, difficultatibus involvitur, ita singulas singulorum opiniones excutere nostri non est propositi. Id tantum

tantum oſtendendum eſſe videtur, falli illos, qui Monarchiam abſolutam, vel Deſpoticum, ut vocant, imperium omnibus aliis anteponunt, & Reipublicæ felicitatem in cœca quodammodo ſubditorum obedientia ponunt, ſicque omnem fere à ſocietate Civili *impunem inobedientiam* excludunt. Sane vix ſine putore dici poterit, inveniri inter Chriſtianos aliquem, Hobbeſium ſcilicet, qui, ante imperia juſtum aut injuſtum non extitiſſe, ſed quod aliquod juſtum vel injuſtum ſit, à jure imperantis provenire, & inde ſimpliciter, quod ille præceperit, pro bono, quod vetuerit, pro malo habendum eſſe, aſſeverare non dubitet: vid. ejus, *Tr. de Cive c. 12.* §. *1.* qui ideo ſummo jure à Dn. Rechenberg. *in Diſſ. de miniſterio, quod crim. eſt. c. 1.* §. *10.* notatur, quanquam illuſtris Puffendorf. ejusdem ſententiam certa ratione ſalvari poſſe autumet *in diſſ. de oblig. erga patr.* §. *15.* Verum, ſicut hujus Paradoxi Hobbeſiani injuſtitia cuilibet ſtatim in oculos incurrit, ita illorum ſententia fundamentis non caret, qui mandata quidem Principum factum aliquod injuſtum injungentia non obligare facile largiuntur, imperantem tamen ad obtinendam veram Reipubl. felicitatem nullis Legibus coarctari, ſed abſoluta ac indefinita poteſtate uti debere credunt. Ad quorum quidem ſententiam refutandam nihil mihi magis facere videtur, quam Reſpublica Judaica ab ipſa ſumma ſapientia inſtituta, quam non à Rege, ſed ſeptuaginta ſenioribus rectam fuiſſe S. Scriptura oſtendit, & nunquam ante Reges monarchice adminiſtratam eſſe contra Houtynum & alios eleganter defendit laudatus Dn. Rechenberg. *in ſpec. Diſſ. de ficta Hebræorum Monarchia.* Accedit his, libertatis ſpeciem ſemper gentibus moratioribus præ abſoluto imperio placuiſſe, & ejus conſervandæ ſtudium, quaſi cum literis à Græcis ad Romanos transmigraſſe: cujus quidem ratio in aprico eſt, cum literæ aliorum nobis locorum ac temporum notitiam aperiant, & illorum in libertate felicitatem oſtendentes ejus amorem in nobis quoque accendant. Deſpoticum contra, ut communiter vocant, imperium, apud ſolos Barbaros & incultos populos applauſum meruit. Sic inter Chriſtiani nominis gentes Europeas, non niſi ſoli deprehenduntur Moſcovitæ, ab omnibus non minus hactenus literis, quam libertate alieni, in quos illud exerceatur. vid. Olear. *Itinerar. Perſ. L. 3. c. 1. Voyages hiſtoriques p. 2.* cum in cœteris Europæ Regnis paterno magis quam Domini-

co imperio Proceres regantur. Et apud Asiæ incolas, adeo hæc imperandi forma ob effœminatum & servile ipsorum ingenium invaluit, ut & jam olim Orientem Regibus suetum agnoverit Tacitus *Histor. Lib. 4. c. 17.* & hodie illi in nostris Rebuspubl. Aristocraticum vel Democraticum Regimen capere nequeant, ac inde Hollandi communiter cum ipsis nomine Principis Arausionensis negotia sua peragant; Dn. Becmann. *in Med. Polit. c. 24. §. 3.* nec minus apud Turcas obedientiam cœcam pro parte quasi essentiali religionis haberi testatur, idem *in Histor. orbis Terr. p. 2. c. 10. §. 15.* Quin & inter ipsos Gentiles ac Idololatras cœca hæc obedientia maxime frequentatur, inter quos præsertim Incolæ insularum Lucájos in mari inter Floridam & Cubam sitarum recenseri merentur, utpote, qui mandata Regum & infimorum dominorum æque sancte observant, adeo, ut nullus servorum imposito sibi oneri se subtrahat, licet ejusmole obruatur, cum mori malint, quam unquam Dominis aut Magistratui inobedientes esse. O. Dapper. *in Descript. Americæ p. m. 173.* Unde eo majorem certe admirationem meretur, & post Divinam providentiam non nisi generoso & erecto gentis animo adscribendum, quod Germani in summa illa ignorantia & Barbarie adhuc constituti, nunquam tamen Regum aut Principum absoluto subfuerint imperio, sed iisdem in majoribus rebus suadendi potius & consultandi, quam jubendi autoritatem tribuerint, ita tamen, ut de minoribus Principes consultarent, & ea quoque, quorum penes plebem arbitrium erat, apud Principem pertractarentur. vid. Tacitus *in German. c. 7. & 11.* Quæ, si cum hodierna forma Imperii conferas, maximam certe deprehendes affinitatem, indeq; illam Germanorum ingeniis jam ab antiquo quam optime convenire haud temere judicabis. Unde ego quidem persuasus sum ex omnibus illis, quæ hodie in Europa florent, Rebuspublicis, Germanicam pro optime & felicissime constituta haberi debere, utpote in qua potestas, quæ Statibus vi Superioritatis, ut vocant Territorialis competit, latissime quidem & in tantum, in quantum ad Reipubl. utilitatem requiritur, non tamen in infinitum patet, sed Legibus imperii, ejusdem summis judiciis, ac Imperatoris autoritate, quam comi obsequio venerantur Principes, (ita tamen ut & hæc ad Leges Reipublicæ fundamentales restricta sit) feliciter temperata est. Nec movet, quod adversarii plerumque *irregularitatem* &

mon-

monstrosam Republicæ nostræ mixturam objiciant: Sicut enim illam irregularem esse eo in sensu facile fatemur, quo talem communiter vocant, quæ regulis Aristotelicis ad nostram Rempubl. non nisi temere applicatis, haud convenit, ita felicem illam mixturam, quam ipsi monstrositatis arguunt, ut ingeniis nostris convenientem, pro maxima beatitudinis parte reputamus; Cum contra subditi in statu mere Monarchico aut Aristocratico maximis infortuniis & miseriis communiter subjecti sint. vid. *l' histoire de Cronwel de Greg. Leti P. 1. p. m. 68.* Sane cum salus communis Reipubl. maxime in defensione contra externam vim, in conservatione pacis internæ, in civium, quantum fieri potest, locupletatione, & libertatis innoxiæ fruitione consistat Rachel. *in diss. de capitulat. c. 7. §. 1.* neutrum horum in Imperio nostro deficere, & evenientia sæpe contraria, non Reipubl. aut ejus constitutioni, sed hominum vitio adscribenda esse, quilibet videt. Et quamvis absolutum imperium ad bellum externum magis aptum esse facile largiar, Imperii tamen nostri potentiam bene unitam etiam eo in genere omnibus vicinis præstare, probat Dn. Rechenberg. *in diss. de potentia Imp. Rom. Germ.*

§. 4.

Videretur quidem supervacaneum sub tam felici regimine DE IMPUNI INOBEDIENTIA scribere, præsertim, cum non minus periculosum sit, subditis, qui natura sua ad libertatem satis proclives sunt, adhuc stimulos addere, quam Principum jura excutere, qui *cæcam* plerumque, quam *limitatam* subditorum *obedientiam* malunt. (unde Franciscum I. R. Galliæ Bigotum Philosophum solum ideo, quod Aristotelis dogmata sequeretur, & inde Respublicas statui Monarchico præferret, aversatum fuisse, lepide narrant Menagiana *p. 1. p. m. 173.*) Sed hoc potius eo magis ad hanc materiam excutiendam movit, cum nullam adeo bene constitutam dari posse Rempubl. viderem, in qua ob hominum malitiam ac imperantium libidinem, subditorum *inobedientia* aliquando non solum *honesta* & *utilis*, sed etiam *gloriosa* ac *necessaria* censeri deberet. Et bonos quidem Principes hanc tractationem eo minus improbaturos esse persuasus sum, quo magis hæc dissertatio, non summa ipsorum jura lædere, sed potius exorbitantem sæpius subditorum libertatem ad veros & justos limites restringere ac revocare intendit. Quibus rationibus permotus, præsertim,

tim, cum imperium *privatum* ac *domesticum*, non minus, quam *publicum* sæpe *inobedientiam impunem* admittere animadverterem, hanc præ cœteris mihi selegi materiam, in qua ingenii vires periclitarer, cum ad exemplum eorum, qui SVMMOS in jure HONORES capessere amant, mori Academico satisfacturus, post peractum examen rigorosius ad *dissertationem* aliquam *solenniorem* conscribendam animum adjicerem. Non equidem diffiteor, arduam & difficilem quam maxime esse hanc materiam, præsertim cum non solum in omnium jurium campos quam latissime se diffundat, sed etiam ex Historicis, Politicis, ac aliis elegantioribus studiis sibi quodammodo lucem fœneretur. Sed hac difficultate â proposito me avelli non sum passus, quin potius in eo confirmatus, cum quidem de satis bene excutiendo hoc Themate desperarem, in ejus Tractatione tamen multa me addiscere posse viderem. Non ergo plenam ac sufficientem tractationem, sed brevem tantum nobiliorum casuum delibationem polliceor, cum mihi non nisi flores spargere & Geographos imitari animus sit, qui maxima Regna brevi Charta exhibent, & immensæ latitudinis fluvios tenuissimis lineis includunt. Si vero casus forsan notabiles omissi, vel non satis accurate decisi sint, id mihi Benevolum Lectorem eo facilius condonaturum spero, quo magis mihi illud Plinianum convenire credo: *Me ea in ætate scribere, in qua erroribus, si non laus, venia tamen parata est.*

§. 5.

Quod ad Ordinem Dissertationis attinet, CAPVT I. consueta methodo *inobedientiam impunem in genere* exhibebit: & cum illa vel *in Legem* vel *in Hominem* committatur, *inobedientiæ impuni erga Legem* CAPVT II. dicatum est. Reliqua capita de inobedientia impuni *erga Hominem* potissimum juxta *Divisionem societatum* â Celeberr. Dn. Thomasio suppeditatam *in instit. Jprud. Div. L. 1. c. 1. n. 95. seqq.* (quam, qui ordinis nostri rationes scire cupit, evolvat,) agent, ita ut CAPVT III. eandem in *societatibus naturalibus simplicibus* consideret, CAPVT IV. quibus casibus *in societate composita erga Magistratum summum* inobedientia impunis sit, exponat, & CAPVT V. de *inobedientia impuni erga Magistratum subalternum* agat. Excipiet hoc CAPVT VI. *inobedientiam impunem* in *statu sagato* sistens, & CAPVT VII. *inobedientiam impunem respectu personarum Eccle-*

siasti-

stasticarum exhibens, CAPITE VIII. circa eandem *in societate Gentium*, & *societatibus arbitrariis* evolvendam, & denique CAPITE IX. ac ultimo circa *inobedientiam impunem*, *respectu plurimum in jure obedientiam exigendi concurrentium*, occupatis. Quem Laborem ut Deus Ter Optimus Maximus ad finem feliciter perduci benigne concedat, à Divina ipsius Majestate supplex expeto.

CAPUT I.

DE

Inobedientia impuni in genere.

SUMMARIA.

§.1. INobedientiæ derivatio & Homonymia. §. 2. quomodo hic sumatur, & ejus Synonima. §. 3. verbi impunis Ethymologia & acceptiones sine respectu ad pœnam. §. 4. ejusdem acceptiones respectu ad pœnam habito, & synonima. §. 5. inobedientia impunis definitur, & aquivocatio removetur. §. 6. divisio inobed. impunis prima, secunda & tertia. §. 7. divisio ejusdem quarta. §. 8. Divisio quinta & sexta §. 9. an felix eventus inobed. impunem reddat?

§. I.

QVod solenne disputantibus esse solet, ut sub dissertationis auspicium, antequam ad ipsius Thematis propositi accedant tractationem, amplam Rubricæ Ethymologiam & explicationem præmittant; hoc quidem labore nos eo facilius supersedere poteramus, quo notiora communiora in vulgus illa sunt vocabula, quæ nostræ dissertationis inscriptionem absolvunt; Ne tamen & hic in ordinarias methodi regulas peccemus, paucis de illis agendum erit. Primum Tituli nostri vocabulum est *inobedientia*, compositum ex verbo *obedientia* & præpositione *in*, quæ inter varias alias denotationes, quas recenset Faber *in Thes. Scholast. p. m. 1270. hoc verbo.* hunc quoque habet effectum, ut significationem verbi, cui

 appo-

apponitur, minuat & contrarium inferat. Exempla hujus in lingua Latina occurrunt innumera, licet negandum non sit, dictam præpositionem *in* sæpe etiam significationem augere, & inde æquivocationi ansam dare, quod Faber. *p. 2718.* in verbo *invalidus* (quod & valde validum & non validum denotat,) specialiter observat. Sicut vero *obedientia* ab *obaudire* derivatur, Festus *de verb. signif. hoc verbo* (quod & aliquibus pro obedire & *obauditio* pro obedientia usurpatur *vid. Becman. orig. Lat. Lingv. p. m. 68.* & du Fresne *in Glossario mediæ & infimæ latin. hoc verb.*) & inde in propria significatione â verbo *audio* non differt, sed tantum per adjectam particulam *ob*, causam finalem demonstrat; *Becm. d. l.* ita similiter *inobedientiæ* verbum in propria & genuina significatione hujus privationem involvere, & actum, quo quis alterum audire desinit, denotare deberet. Sed cum illud una cum adjectivo suo *inobediens* sequioris ævi tantum sit vocabulum & præsertim ab Ecclesiasticis originem ducat. Faber. *pag. 1733.* indeque apud puræ latinitatis Autores non deprehendatur, communiter tantum obedientiæ eo in sensu opponitur, quo illa pro obsequio sumitur, & vulgo per Verbum gehorsam explicatur, sicque nihil aliud, quam *obsequii denegationem* denotat. Nec tamen hic ab omni Amphibolia liberatur, cujus iterum origo contrario ipsi obedientiæ verbo adscribenda. Late scilicet hoc patet vocabulum, ita ut non solum actum, quo alterius mandatis obsequium præstatur, denotet, sed etiam generaliter significet voluntatem alterius explere, seu id facere, quod alter dictitat, licet id non per modum mandati fiat: quo in sensu apud Cornelium Nepotem *in Datam c. 5.* dicitur: quibus Rex *obedit*, i. e. quorum consilio utitur vid. *Faber. d. l.* illis est inimicissimus, & *Cicero* in Epistolis ad Atticum *Lib. 8. Epist. 12.* conqueritur, quod *Consiliis* amici non *paruerit:* Nec minus idem *de Claris Oratoribus* expedire asserit, *obedire tempori.* Quin & in jure nostro verbum *parere*, quod eandem cum obedientia significationem habet, eo in sensu occurrit: sic in *L. 60. §. 1. ff. de Condit. & Demonstr. L. 63. §. 7. ad SCtum Trebell.* & aliis Legibus habetur *parere conditioni, & L. 5. ff. de Rer. perm.* dicit *placitis parere*, imo in *L. 13. ff. de leg. præst.* & *L. 7. C. de fidejuss. conditioni non parere*, aliquoties legitur. Unde, quin eodem in sensu vel consiliis & tempori, vel conditionibus nos inobedientes esse, dici possit, nullus ambigo.

§. 2.

Sed hæc acceptio nimium generalis, indeque nostræ considerationis

tionis haud est, qui *inobedientiam* quidem pro *denegatione obsequii* sumimus, ita tamen, ut in *subjecto passivo*, seu illo, in quem *inobedientia* committitur, *jus obedientiam exigendi* præsupponamus. Quæ significatio, sicut & probatur Dn. Linckio *ad Decretal. l. b. 1. Tit. 33. §. 5.* ubi ex eo, *quod quis major sit alio, oriri obedientiam* scribit, ita & sanæ rationi & vernaculæ nostræ magis conveniens est, in qua verba gehorsam & ungehorsam obedientiam ac inobedientiam in nostro sensu eleganter exprimunt. Utrumque tamen tam obedientiæ quam inobedientiæ vocabulum in *juris Civilis Corpore mihi non fuit obvium*, cum contra in *Jure Canonico*, quod eandem cum inobedientiæ vocabulo originem ab Ecclesiasticis habet, *vid. Faber. in Thes. scholast. all. l.* quam frequentissimum sit. Ut enim integros Titulos, qui in omnibus fere Juris Canonici voluminibus habentur, *de Majoritate & obedientia*, nec non obedientiæ juramenta & vota, de quibus vid. *c. 10. X. de maj. & obed. & c. 6. X. de statu Monach.* conf. Linck. *ad Decret. Lib. 3. tit. 31. §. 8.* taceam, in *c. 12. X. all. t. de maj. & obed.* legimus, propter *inobedientias* ipsorum & *c. 5. eod. inobedientiæ* notam incurrere: Qui Textus, præsertim cum hæc inobedientiæ vox hodie communiter usu recepta sit, & verba ut nummi valeant, ad legitimandum nostræ dissertationis Titulum sufficere possunt. Ad synonima *inobedientiæ* pertinet *imparentia* notum magis antiquitati, quam hodierno ævo ac usui vocabulum, nisi quod Joh. Frid. Behaim. *in milit. delinqu. imparentiam* appellet *militum inobedientiam. obs. 49. pag. 139.* Sic A. Gellius in *Noct. Att. Lib. 1. c. 13.* habet: culpam *imparentiæ* subeundam esse, & Festus *in libris de V. S. imparentem* explicat per *non parentem*, i. e. inobedientem: conf. *L. 2. C. ubi pro sua jurisdict.* ubi *patientiam* accommodare. Similiter huc referri possunt, *Resistentia, Renitentia, Repugnantia, Reluctantia,* de quibus vid. Dn. Lyncker. *in diss. de resist. quæ sit pot. §. 2.* licet hæc vocabula accurate loquendo potius *certam inobedientiæ speciem* constituant. vid. §. *8. hujus cap.* Nec in jure deficiunt loquendi formulæ inobedientiam exprimentes; quo pertinent: Non obtemperare, t. t. *ff. si quis jus dic. non obtemp.* conf. Brisson. *de V. S. Lib. 13. p. 1396.* non parere, *L. ult. ff. de jurisdict.* non obsequi, *l. 3. §. 3. ff. de re jud.* negare obsequium, *d. l.* ab obedientia discedere, *c. 2. VII. de elect. pot.* inobedientiæ notam incurrere, & apostolicis jussionibus contraire, *c. 5. X. de maj. & obed.* à debita reverentia subtrahi *c. 7. eod.* & alia, quæ brevitatis studio prætermitto.

 §. 3. Quod

§. 3.

Quod alteram *inscriptionis nostræ* vocem *impunis* attinet, ei non minus, quam inobedientiæ vocabulo, ab aliquibus status controversia movetur. Quamvis enim, *impune*, *impunius*, *impunitas* & *impunitus* (affinia nostro adjectivo vocabula) cum in Classicis Autoribus, tum in J. Civ. Corpore sæpius inveniantur: vid. Tacitus *Annal. Lib. 3. c. 70. & Lib. 15. c. 50. Histor. Lib. 4. c. 56.* Terent. *in Hecyra Act. 3. sc. 5. & in Eunuch. Act. 5. sc. 2.* Livius *lib. 26. c. 2.* Brisson. *de V. S. Lib. 9. p. 840.* & Schultz. *in diss. de impunit. c. 1. §. 2.* ipsa tamen vox *impunis*, nescio quo fato, ubique exulat, nec â me ullibi, nisi in Solini *Polyhistore c. 27. de Affric. & Cyren.* deprehensa est, ubi legitur: *impunis* rediit. Quin tamen nec hic absque omni controversia est, cum alii ejus vice substituant *immunis*, quod tamen hujus loci sensui non convenire, indeque *impunis* legendum esse, asserit, ac hoc nostrum verbum approbat Salmasius *in Solinum p. 230.* cujus Viri, utpote in hoc studiorum genere summi, autoritas me movit, quo minus hoc vocabulo uti vererer. Poterat quidem facile pro eo substitui *impunitus*, quod & apud Autores Latinos, & in juris Civ. voluminibus eandem significationem habet, vid. Valer. Max. *L. 9. c. 1.* Persius *Satyra V. v. 130. L. 50. §. ult. ff. ad L. Aquil. L. 9. ad L. pompej. de parricid. &c.* Sed hoc ideo non arridebat, quod æquivocationi ansam præberet, & Dissertationem potius Historicam, quæ de facti impunitate ageret, quam juridicam saperet: Cui accedit, quod nostrum tamen vocabulum in jure Canonico occurrat, vid. *c. 2. extr. comm. de maj. & obed. ibi:* dum providum creditur, quod incautum, licitum, quod *impune*. Derivatur vero hoc vocabulum à verbo *punio*. (quod iterum à Græco πενάω originem ducit. Becm. *orig. Lat. Lingv. p. 875.*) & particula privativa *in*, mutata in *im* evphoniæ gratia, ac varias cum affinibus sibi vocabulis & in communi sermone & in jure recipit significationes. Sic (1) generalissima significatione idem denotat, ac *licite*, nullo plane ad pœnam habito respectu, unde omne, quod non probatur diserte prohibitum, est permissum, & consequenter *impune* Schultz. *in all. diss. c. 1. §. 9.* Sic in *L. ult. ff. de incend. ruin. naufr.* habetur: licet unicuique naufragium suum *impune* colligere & in *L. 1. §. 18. ff. de aqua cottid.* posse universum pecus *impune* prohiberi (2) sumitur in hoc sensu, ut denotet *absque læsione & periculo*, licet illa

læsio

læsio non ut pœna inferatur; Quo pertinet illud, quod habet Solinus *cap. 17.* flammas *impune* involare i. e. *absque læsione*, vid. Reyher. *Theatr. Rom. Teuton. p.* 1233. & Terentius *in Hecyra Act. 3. Sc. 5. impune* optare id liceti. e. sine damno & periculo juxta explicat. Kockerti *in indice Terent. hoc verbo* (3.) in jure accipitur pro illo, quod fit *absque metu actionis* alteri ideo competituræ: quo in sensu *L. 60. ff. d. R. V.* asserit: quod infans vel furiosus possessor perdidit, vel corrupit, *impunitum* esse, & in *L. 17. §. 3. ff. de pign. Act.* habetur, eum qui alterius absentis negotia gerenda suscepit, non *impune* peritura deserere. conf. *L. 16. ff. de damno inf. L. 2. ff. de novi. op. nun. L. ult. ff. de peric. & admin. Tut.* & præsertim *L. 96. ff. de V. O.*

§. 4.

In omnibus vero his significationibus *impune* quid dicitur sine respectu ad *pœnam* habito: Quatenus vero *pœnam* respicit, iterum *varie* accipitur. Sic cum pœna sit vel Conventionalis, vel Legalis, vel Testamentaria; Dn. Engelbr. *in Compend. Jprud. Lib. ff. 48. Th. 91.* De hac ultima quidem *impunitatis* vocabulum in jure non inveni; de *Conventionali* vero sæpe usurpatur, quod probat *L. 10. & 11. de recept. qui arbitr.* ubi id, quod triplici vice dicitur, arbitro scilicet *impune* non pareri, de pœna compromissa intelligendum. Nec minus, quatenus ad Legalem pœnam refertur, æquivocatione laborat. Sicut enim hoc in sensu etiam illam in communi sermone denotat impunitatem, quæ contra jus de facto (ut dicere solent) conceditur: vid. *l. 1. §. 1. ff. si quis Test. lib. esse juss. & c. 2. Extr. Comm. de maj. & obed.* ita in *L. 5. pr. ff. de pœn.* de singulari impunitatis specie usurpatur, quæ scilicet mere ex incertitudine delinquentis quoad scientiam judicis vel Magistratus, contingit. vid. Brunn. *ad d. L.* & Schultz. *in all. diss. c. 1. § 3.* qui adhuc aliam significationem addit, qua *impunitas* pro remissione *non omnis*, sed *ordinaria* tantum *pœnæ* sumitur. conf. *L. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.* Hæc tamen omnia nostro proposito non conveniunt, quo *impune* hac in dissertatione illud tantum dicitur, quod *pœnam non meretur*, cui iterum satis bene convenit vox Germanica unstraffbahr ex verbo straffen & præpositione un (quæ â particula ohne derivatur, & eandem cum Latino *in* significationem habet. *Besold. in Thes. pr. voce* ohne) composita, utpote quæ in propria & genuina significatione illud denotare videtur, *quod puniri jure propitio non potest.* Sumi-

tur vox *impunitatis* hoc ultimo in sensu in *L. 8. ult. ff. de in ius voc. L. 9. ff. ad l. pompej. de parricid. L. 38. §. 6. ff. de pœnis &c.* & multis aliis phrasibus in jure effertur, quas recenset Schultz. *all. diss. c. 1. §. 4.* quibus addi potest, quod habetur in *L. 29. C. ad L. Jul. de adult.* immunem esse â judiciaria severitate, & in *L. 14. §. 14. ff. d. relig.* pœna in eum statuta non est.

§. 5.

Hisce præsuppositis, facilis jam erit *inobedientiæ impunis* definitio, scilicet illam esse *jus, seu facultatem non parendi jure licitam*. Illud tamen ante omnia hic notandum, quod jam supra §. 2. monuimus, nobis hic tantum *inobedientiam* dici, quæ committitur in illum, *qui jus exigendi obedientiam habet*, seu unico verbo *in superiorem*, cum alias nimium hoc vocabulum extendi posset. Excludimus ergo (1) casus *inobedientiæ impunis* erga pacta, quibus se par pari ad paritionem obligavit. Cum enim in omnibus obligationibus præsertim unilateralibus, & iis, quibus quis se ad aliquid in suo patiendum obstringit, pars quodammodo videatur obligata ad obediendum alteri, illud, quod pacto continetur, præcipienti, unde & conditiones contractuum sæpe in jure *Leges* dicuntur. Brisson. *de V. S. Lib. 10. p. m. 1047.* quamvis re ipsa â veris Legibus multum differant; vid. Hobbes *de Cive c. 14. §. 2.* conf. Puffendorf. *de J. N. & G. L. 1. c. 6. §. 2.* Hahn. *ad Wes. tit. de LL. n. 2.* & Ziegler. *de jur. Majest. c. 15. §. 2. seqq.* inde ad *inobedientiam impunem* referri quodammodo possent illi casus, quibus â contractu impune resilire licet, præsertim, si forsan pœna conventionalis eidem sit adjecta: vid. Schultz. *de impunit. c. 2.* Sed hoc non nisi *improprie*, cum par in parem non habeat imperium, vid. Klock. *vol. 1. consf. 35. n. 345.* indeque potius tali casu pactum licite violetur, quam contrahenti impune inobediatur. Si tamen vel inter fœderatos vel in systemate civitatum &c. uni aliqua superioritatis species detur, ac de inobedientia impuni erga illum se offerant quæstiones, illas *Capiti 8. de societatibus arbitrariis* inserere licebit. Excludimus quoque (2) inobedientiam erga illum, qui ex Legis speciali concessione, in una aut altera Re jus mihi aliquod prohibendi, aut injungendi habet, ita tamen, ut extra hunc casum ipsi nulla in me superioritas, nullum imperium competat. Ejus exempla in jure occurrunt varia: Sic Literati fabros ac alios, artem cum strepitu & Musis inimicam exercentes, ne do-

domum *in vicinia* conducant, prohibere possunt. Carpzov. *in Jprud. for. p. 2. C. 37. Def. 23.* & novum opus privata tantum autoritate nuncians, alterum ad intermittendam inchoatam ædificationem obstringit: Dn. Schilter. *ad ff. Exerc. 4. Th. 2.* Quin & ille, qui publicum diversorium exercet, hospitem id jubentem invitus recipere tenetur. *L. un. §. ult. ff. furti adv. naut. caup.* Non tamen deficiunt dictarum Regularum exceptiones, qualis in primo casu est, si fabri literatos in conducendo prævenerint, Dn. Stryck. *de J. sens. Diss. 3. c. 2. n. 16.* & in secundo casu, si nunciatio manifeste sit frivola, vid. Hahn. *ad Wes. tit. de novi operis nunciat n. 3. inf.* nec minus caupo hospitem novum ob morbum contagiosum vel nimiam jam hospitum frequentiam recipere licite detrectat, Harpr. *ad §. ult. J. de oblig. quæ quasi ex del. n. 10.* qui tamen omnes casus ad inobedientiam impunem non nisi improprie referuntur.

§. 6.

Dum inobedientiam impunem diximus esse facultatem non parendi *jure* licitam, per jus ibi nihil aliud intelligimus, quam jus illud permissivum seu permissionem Legis, de qua vid. Grot. *de J. B. & P. Lib. 1. c. 1. §. 17.* & Puffendorf. *de J. N. & G. L. 1. c. 6. §. 15.* Cum enim inobedientia nostra *impunis* esse debeat, ante omnia requiritur, ut â Lege, cujus proprium non minus est *permittere* quam *punire*, L. 2. *ff. de LL.* pro licita habeatur. Non tamen ideo illam inobedientiam, quæ ex Lege præceptiva originem ducit, excludimus, quin potius eam pro nobiliori impunis inobedientiæ specie reputamus, indeque hanc â causa efficiente dividimus in *inobedientiam impunem* ex *jure præceptivo* & ex *jure permissivo* orientem; hanc dicentes, quæ â Lege tantum permittitur, & â pœna eximitur, *illam*, quæ â Lege nobis injungitur e. g. ne Patri contra Patriam aliquid jubenti obediamus: Cujus divisionis effectus præsertim in eo se exserit, quod inobedientia, quæ ex *jure permissivo impunis* est, pœnam quidem nullo modo mereatur, melius tamen aliquando & securius sit, illa ex *exsuperantia obsequii* non uti, & obedientem se præstare, cum contra *inobedientiæ impunis ex jure præceptivo* tanta sit necessitas, ut sine peccato intermitti haud possit. Cum vero permissio illa, de qua jam diximus, duplex sit, *plena* scilicet, & *minus plena*, vid. Grot. *all. l.* & Ziegl. *ad eund.* quarum

rum illa impunitatem in *fore utroque*, (quam ideo *impeccantiam* appellat Hieronymus *procem. 4. Comment. in Jeremiam*) hæc *in externo* & apud homines tantum tribuit, *secunda* inde divisio *inobedientiæ impunis* ab effectu fluit, qua vel *plene* vel *minus plene* tantum *impunis* dicitur. Sane posterioris exempla sæpius in jure occurrunt, cum non possint Leges omnia *punire*, quæ *non probant*. vid. Tabor. *de altero tanto p. 3. art. 4. §. 12. in f.* quam ob rationem Concubinatus, quæstus meretricius, cædes uxoris adulteræ, & ejusmodi alia jure Civili impunia habentur, Ziegl. *ad Grot. d. l.* & heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem Testator elegit, *non recte quidem facere, pœnam tamen in eum statutam non esse*, asseritur in *L. 14. §. 14. de Relig.* conf. Ring. *in diss. de pœna sine culpa c. 1. §. 10.* Sicut autem â juris Cultoribus præsertim *de Foro externo* tantum solet, cum conscientiæ forum Theologorum Ordini præcipue relinquatur: mihi quoque in præsenti Dissertatione illa inobedientia impunis erit, *quæ in foro externo pœnam non incurrit*, ita tamen, *ne internum conscientiæ forum* plane negligam. *Tertia* divisio *inobedientiæ impunis* se offert, æque â causa efficiente, licet remotiori, desumta, si in rationes, ob quas jura inobedientiam, qua tamen majus malum non esse jam olim Sophocles in Antigone asseruit, aliquando permissam, aliquando etiam necessario committendam esse velint, inquiramus, quæ quidem ad duo potissimum capita reduci possunt, ab Uffelman. *in Diss. de Homagio §. 10.* ex Thoma Aquinate exhibita, quorum primum est, si Superior egrediatur terminos sui imperii, secundum vero, si contrarium majoris potestatis præceptum concurrat, de quo vid. *infr. cap. IX.* unde *inobedientiam impunem* in illam, quæ ex *abusu imperii*, & quæ ex *concursu majoris potestatis* oritur, dispertire licebit.

§. 7.

Ad *objectum inobedientiæ impunis* pergimus, quod nobis *jussum seu mandatum Superioris* esse, satis apparet. Non ergo huc referendum est *consilium*, de quo vid. Puffendorf. *all. l. §. 1.* nec *preces*, quamquam hæ, si â Principibus profectæ, plerumque hodie mandato æquipolleant, & ejus instar haberi debeant. Cum vero jussus Superioris vel *Universalis* sit, quem communiter *Legem* appellant, vel *particularis* ad *certas* tantum *personas* directus, hinc nova divisio *inobedientiæ impunis* exsurgit, qua inobedientiam impunem *erga Legem* & *er-*

& *erga hominem* dispescitur. Nec paradoxi aliquid in se continet hæc Divisio; quamvis enim Leges exigente ita necessitate humana ab hominibus latæ sint, indeque inobedientia erga Legem, etiam hominem, scilicet Legislatorem, simul tangat, hoc tamen non nisi *per indirectum* contingit, cum *Lex* jam *per se* vim habeat ad obedientiam obstringendi, specialis vero mandati efficacia omnis à persona mandantis dependeat. Et hanc præsertim divisionem in capitum ordine ac Dispositione secuti sumus: unde cum potestas, cui obedientia debetur, sit vel *Privata*, eaque *Dominica*, *Patria* & *Maritalis*, vel *Publica*, quæ iterum in *Ecclesiasticam* & *Politicam* dispescitur, ex quibus hæc vel circa *statum pacis*, vel circa *statum belli* occupata est, vid. Richter. *part. I. dec. I. n. 90.* tot *inobedientiæ impunis* species ab ejus *objecto* desumtæ constitui possunt, quod & nos in hac dissertatione, attentâ præprimis simul divisione societatum, quam habet Dn. Thomasius *in Inst. l. prud. div: Lib. 1. c. 1. n. 95.* observavimus.

§. 8.

Restant duæ divisiones impunis inobedientiæ, ab ejus *Forma* desumtæ: Scilicet ex *forma interna* dispescitur in *inobedientiam* impunem *commissionis & omissionis*, quæ iterum divisio ex diversitate *Legis & mandatorum* sibi lucem fœneratur. Cum enim principaliores Legis virtutes sint *imperare & vetare*, Modestinus JCtus *in L. 7. ff. de* LL. Hahn. *ad Wes. Tit. de LL. n. 5. verb. illud commune*, hinc divisio Legum oritur in *Præceptivas & Prohibitivas*, seu ut alii loqui amant, *affirmantes & negantes*, vid. *Hahn. d. l.* & Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. c. 16.* §. *29.* quæ quoque omnibus Superiorum jussibus applicari poterit, ita, ut adversus *affirmantes* seu *præceptivas* inobedientia in *omittendo*, adversus *Negantes* vero seu *prohibitivas* in *committendo* consistat. *In effectu* videtur illa esse differentia, quod *inobedientia*; quæ *omittendo* committitur, facilius *impunis* censeatur, quam illa, quæ in *commissione* consistit, cum *prohibitiva* Lex juxta Scholasticorum loqvendi modum *semper & adsemper*, præceptiva vero *semper quidem*, sed *non adsemper* obliget. Ziegl. *ad Grot. d. l. & Hahn. all. l.* conf. Tabor. & Stryck. *ad Barbos. L. 10. c. 13.* §. *8.* *A forma externa* altera maximè notabilis *inobedientiæ impunis* Divisio oritur, qua in inobedientiam *Simplicem*, & illam, quæ *cum resistentia est conjuncta*, dividitur: Illa *regulariter* à nobis *inobedientiæ impunis* vocabulo, *simpliciter posito*, intelligitur, & tribuit tantum facultatem *jussa non exequendi*; *hæc* vero insuper producit *jus jubenti*, si *refra-*

ctarios forsan vi aut minis ad mandatorum executionem adigere tentet, licite repugnandi, de qua elegans *dissert.* Illustris Dn. Lyncker. *de resistentia quæ fit potestate* consuli potest. Sicut autem *Resistentiæ varii* dantur *modi & gradus*, ita ut vel *verbis*, vel *factis*, vel *cum*, vel *sine armis*, iisque vel *offensivis*, vel *defensivis* perficiatur, ita *variæ* inde *inobedientiæ impunis, quæ cum resistentia conjuncta est*, oriuntur *subdivisiones* ac species, quarum exempla & casus in sequentibus capitibus sæpius occurrent.

§. 9.

Coronidis loco liceat adjicere quæstionem: An *eventus felicior, & ex quo magna Reipubl. utilitas resultat, inobedientiam impunem reddat?* Quæ statim neganda videtur juxta Rescriptum Imperatoris Hadriani in *L. 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.* ubi in delictis cogitationem & voluntatem, *non exitum* esse spectandum dicit: Sed sicuti hoc recte ab Excell. Dn. Strykio *in Tr. de j. sens. diss. 10. n. 42. ad involuntaria delicta* restringitur, & in *voluntariis* contra *eventum feliciorem* ad *mitigandam pœnam* proficere asseritur, Id. ibid. *n. 42. & 43. & ibi all.* Dd., unde Wissenbach. *ad L. 225. ff. de V. S.* in foro *seculari* delicta non *mente*, sed *manu* metienda esse dicit: ita de eo quidem casu nos hic proprie non quærimus, sed talem casum formamus, quo ipsum delictum, aut ipsa potius *inobedientia* revera *consummata* est, ejus occasione tamen *ob eventum* præter spem *felicem* insigne in Rempubl. commodum redundavit. Equidem antequam ad hujus quæstionis Decisionem accedam, duos imprimis discernendos esse casus credo: An scilicet inobedientiam committens *scopum inhonestum* habeat, *an non? Prioris* exemplum esse potest, si quis furti faciendi causa parietem alienum perforet, & inibi forte fortuito ex literis inventis structas Reipublicæ insidias detegat: ubi furem ob hoc ultimum, præmium forsan & munus aliquod mereri facile concedo, quin tamen pro delicto etiam *ordinaria* furti *pœna* plecti possit, nullus dubito. Non tamen injustitiæ notam incurret imperans, si ipsi præsertim in *delicto leviori* pœnæ veniam largiatur. Conf. omnino Mattheus *de criminibus ad Lib. 48. ff. Tit. 18. c. 5. n. 21.* Quod si vero *scopus inobedientis per se honestus* sit, & ad *Reipubl. emolumentum* tendat, ac per hanc inobedientiam obtineatur, majori difficultate res involvitur. Equidem distinguendum crediderim, an in *statu sagato*, an in *statu togato* hæc *inobedientia* commissa sit; inibi *stricto jure* delinquens *ordinariam pœnam* non evitabit, ob *maximum disciplinæ militaris rigorem*, qui Superiorum jussa examinari, aut ob præ-

fixam

fixam majorem sibi utilitatem sperni haud patitur: *si enim ubi jubeantur, quærere singulis liceat, pereunte obsequio imperium intercidit*, ait Otto apud Tacitum *Histor. Lib. 1. c. 83.* cum milites ex nimia adversus ipsum caritate nocturnum in urbe tumultum movissent, cum quo & Leges Romanæ conspirant, quæ capite puniri asserunt eum, qui in bello rem prohibitam à Duce fecit, vel mandata non servavit, licet rem *bene* gesserit. *L. 3. §. 15. ff. de re milit.* Melius tamen facere credo Principem, si bonam voluntatem & *felicem exitum* considerans, non nimis severe agat, sed *pœnam remittat*, ita tamen, ut *externa* ad minimum *specie* rigor disciplinæ militaris illæsus permaneat. Hinc non immerito crudelitatis vulgo arguuntur Manliana & Posthumiana imperia, de quibus vid. Livius *lib. 8. cap. 7.* & illis L. Papyrii moderatio præfertur, qui Q. Fabium Magistrum equitum ipsius injussu, sed feliciter pugnantem, noxiæ quidem damnavit, sed precibus populi Rom. condonavit, idem *Lib 8. c. 15.* Cui ex recentiori Historia addi potest exemplum Admiralis Blackii, qui, cum injussu Reipubl. Anglicanæ & Protectoris Cromwelli Hispanis magnam cladem intulisset, in Turrim quidem Londinensem exempli causa captivus deductus, mox tamen inde liberatus & amplissimo donario remuneratus fuit. *vid.* Dn. Stryck. *in diss. de oblig. princ. ex facto Min. c. 5. n. 15.* In statu togato mitiorem credo amplectendam esse sententiam, ita ut distinguendum iterum putem, an illud, quod prohibitum, in se non nisi laudabile sit, nec ex ejus infelici exitu magnum Reipubl. detrimentum inferri possit, an vero sit indifferens, vel ex eventu adverso in magnum Respublica discrimen inducatur; & sicuti priori casu omnem plane pœnam exulare debere autumo, nisi quod interdũ & exempli publici causa decorum externum servandum sit: (quo pertinet exemplum Theodati de Gozon. quem alias Extinctorem draconis appellant, Equitis & postea Magistri Ordinis Johannitici, de quo vid. Moreri *Dictionaire Histor. T. 2. p. m. 69. & ibi all.*) ita posteriori casu rem imperantis arbitrio committo, qui & absque crudelitatis nota pœnam ad minimum extraordinariam dictitabit, & absque injustitiæ crimine illam in Reip: favorem plane remittet, quo illa forsan videntur referri posse exempla, quæ Dn. Strykius *in diss. de Eventu c. 5. n. 4. & 5.* recenset.

CAP. II.
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI
ERGA LEGEM.

SUMMARIA.

§. 1. Legum Definitio & utilitas: an Rescripta & sententiæ quoque vim Legis habeant? §. 2. inobedientiæ impunis ab initio quatuor species, de privatis LL. ferentibus, de LL. Principis injusti, & Legum vi extra Territorium. §. 3. de subditis extra Territorium degentibus. §. 4. de LL. universalibus ac provincialibus in Imperio, ac de statutis Civitatum municipalium. §. 5. de Principum, eorum conjugis & liberorum inobed. impuni erga LL. & an controversiæ super successione Principum ex jure privato determinanda. §. 6. de inobed. impuni Imperatoris & Principum Imperii erga jus Civile & LL. publicas. §. 7. de advenis & forensibus. §. 8. de exulibus, illis qui jus civitatis amiserunt, & ex ea emigrarunt. §. 9. de locis & personis exemtis. §. 10. de infantibus, dormientibus, furiosis, mutis, surdis, cæcis, & innoxie ebriis. §. 11. de mulieribus, Rusticis, Milite, Minore, Mercatoribus & Judæis. §. 12. de Lege nondum promulgata, & quo tempore post promulgationem obliget, nec non de LL. positivarum obligatione alternativa. §. 13. de Lege permissiva, suadente, & imperfecta. §. 14. de Lege injusta, dura, ac de præteritis casibus loquente. §. 15. de Lege nunquam in usum deducta, & ejus abrogatione expressa, vel tacita. §. 16. de inobedientia imperfecta, cogitatione, conatu, & Legum ignorantia. §. 17. de inobedientia erga LL. in casu necessitatis. §. 18. de inobed. impuni ex postfacto ob dispensationem, Amnestiam, & Præscriptionem. §. 19. de eadem ob furorem supervenientem, pœnitentiam, & transactionem cum adversario. An concurrentia plurium delictorum unius impunitatem tribuat?

§. 1.

L*Egum* imperia potentiora, quam *hominum*, dum vocat Celebris Historiæ Romanæ scriptor Livius *Lib. 2. c. 1.* nihil aliud quidem innuit, quam tantam Legum esse sanctitatem, ut eadem nullis humanis unquam mandatis infringi aut convelli possit: quocum ex asse convenit sapiens illud dictum invictissimi Imperatoris Friderici

rici I. *cum Leges institutæ sunt, non esse liberum judicare de iis ipsi quoque Magistratui.* Lehman. *Chron. spir. Lib. 5. c. 60. & 61.* Quæ licet prima fronte satis paradoxa videantur, unde & Puffendorff. *Lib. 1. de J. N. & G. c. 6. §. 14.* Livianum illud ad statum Democraticum non sine ratione restringit, & ipse Fridericus Leges antiquas præsenti Reipubl. statui accommodandas esse, concessit, Lehm. *d. l. c. 62.* satis tamen inde apricatur, maximam Legibus deberi autoritatem ac reverentiam, indeque eo majorem notam mereri illos casus, in quibus ipsis contravenire ac obedientiam denegare impunitum habetur: Quod, cum nobis in hoc capite prosequi animus sit, ante omnia definiendum erit, quidnam hic per *Legem* intelligamus. Remotis ergo variis Legum significationibus, de quibus vid. Biccius *in Colleg. Jurid. Argentor. enucl. Tit. d. LL. §. 2.* Halm. *ad W. d. t. n. 2.* Tabor. *in Collat. j. Rom. & Hungar. Part. 2. S. 1. §. 4. in f. & inibi all.* Legem hic definimus, quod sit *præceptum Superioris, potestate Legislatoria præditi, universale, vi coactiva omnes subditos ad obedientiam obligans.* Conf. Lauterb. *in Coll. Theor: pr: ad Tit. de LL.* Th. 11. E. hinc removemus *speciale præceptum, Decretum & sententiam*, ab iis, qui jus ferendi Legem habent, emanantem, utpote, quibus vis *Legum generalis* extra animum Legem faciendi non competere videtur: *L. 3. C. de LL.* Quem animum licet generaliter expresserit Justinianus *in L. 12. C. eod.* ubi sententiam Imperatoriam *omnibus* etiam *similibus causis* Legem esse debere statuitur, cum Princeps erubescat sine Lege loqui, & instar judicis de causis singulorum decernere, *Nov. 18. c. 5.* indeque sententias suas ita concipiat & informet, ut pro Lege valere & omnibus prodesse queant: Tabor *in collat. j. Rom. & Efurt. Tit. 2. §. 10.* Hodie tamen *Decreta specialia*, nisi de animo principis Legem ferendi certo constet, jus inter alios non faciunt, Ziegl. *ad Lancell. Lib. 3. Tit. 15. §. 6. verb. in similibus causis*, & sic nec aliorum judiciorum, nec Cameræ Spirensis sententiæ extra illas *quæ ordinem Processus spectant*, Legis vim habent, vid. Dn. Stryk, *in U. M. ff. ad t. de constit. pr. §. 1. seqq.* quamvis tamen pronunciata *Collegii Juridici Lipsiensis* in *Electorali*, & *Jenensis* in *reliqua Saxonia* pro *consuetudine* observandas esse, asserat Richter. *p. 1. à 18. n. 34.* quod & de sententiis *Cameralibus* testatur Dn. Stryk. *d. l. §. 2.* Cœterum, quod de Legum inutilitate & nimio numero queruntur multi, illis ideo obedientiam denegantes, & naturalem æquitatem præferentes, illud quidem attendi non meretur, cum sanæ rationi conveniens sit, uti-

utilius esse, omnes, certe plurimos casus, in quantum id illorum innumera varietas permittit, à Lege definiri & paucissima judicis arbitrio relinqui. Legislator enim ad futura respiciens, omni animi morbo caret, cum judex contra de præsentibus negotiis sententiam ferens, affectibus sæpe nimis obnoxius sit: vid. omnino Dn. Becman. *in Paral. Polit. c. 13. §. 4.* & Hahn. *ad W. tit. de LL. n. 3. p. m. 63.* Cui accedit, quod æquitatis naturalis ratio non semper ad definiendos casus videatur sufficere, Dn. Becman. *d. l.* adeo, ut ob defectum Legum positivarum olim in Imperio Monomachia ad Decisionem controversiarum mere Legalium adhibita sit. vid. exempla ad Lehman. *in Chron. spir. Lib. 5. cap. 4. & cap. 59.*

§. 2.

Quamvis autem Legibus obedientiam deberi sano cuique indubium sit, vid. Tabor. *ad Barbos lib. 10. cap. 13. §. 1.* quod eleganter exprimit Hobbes *de cive cap. 14. §. 2.* dum Legibus nos *obligatos teneri* scribit, cum conventionibus tantum *obligemur*; habet tamen obedientia legi debita suos limites, extra quos *inobedientia* erga illam *impunita* censetur, quod, cum vel *ab initio*, vel ex *post facto* demum contingat, de *inobedientia erga Legem* quæ *ab initio impunis* est, & quæ demum *ex post facto* talis evadit, separatim agendum erit. Quod autem *ab initio impunis* sit aliquando *inobedientia*, id ex quadruplici potissimum fonte oritur, ita ut vel *persona statuentis* seu Legislatoris, vel *persona inobedientiam committentis*, vel *qualitas Legis*, vel denique *qualitas ipsius inobedientiæ* in causa sit, quo minus pœnam mereatur. Quod ad *personam Legislatoris* attinet, privato quidem jus Leges ferendi non competere statim patet, cujus nomine non tantum *mere subditos*, sed etiam *judices* ac *Magistratus* comprehendimus, utpote quibus, nisi in Republica τὸ κύριον aut Majestatem habeant, cujus certissimus character potestas Legislatoria merito dicitur Ziegler. *de jur. Majest. L. 1. c. 5. §. 1.* Legum ferendarum arbitrium nullo modo competit, adeo, ut ne quidem super controversia, de Legis validitare orta, ipsis sententiam ferre concedatur: vid. eleg. Decisio Mevii *p. 2. D. 73.* Unde certissima formari potest Regula: Si illi, qui Majestatem & potestatem Legislatoriam in Republica non habent, Leges condere velint, eorum sanctionibus impune non obediri. Qua occasione non inepte quæritur: Quid in Legibus à Principe injusto latis obtineat? Quod à Dn. Stryk. *in Diss. de for. consc. c. 2. n. 13. seqq.* ita deciditur,

tur, ut illis omnino obedientia debeatur, nisi *certo* constet, alii de jure summum competere imperium, licet tamen & eo casu non quidem ex obligatione Legis, quæ nulla est, sed illa, qua quis patriæ & sibi obstrictus est, melius sit Legi parere, modo ea ad exuendam omnem erga legitimum Principem obedientiam non dirigatur. Cum vero Majestas, cui potestatem Legislatoriam annexam esse diximus, unaquæque suis limitibus contineatur, & terminetur, quos egredi nulla earum potest, Ziegler. *de jure Majest. L. 1. c. 3. §. 26.* hinc impune illi obedientia denegatur, si in alieno Territorio Leges ferre velit: vid. Dn. Stryk, *de jure princ. extra Terr. c. 3. §. 7. & ibi all.* Quod jus Romanum quoque communi dicterio approbat: *Extra territoriam jus dicenti impune non pareri. L. ult. ff. de jurisdict.* Id tamen de potestate sibi non subjectos invitos ad Legum suarum observantiam obstringendi intelligendum est, cum alias Leges fere omnes certa ratione etiam in alienum Territorium extendantur, & vim suam exserant. Dn. Stryk. *d. l.* Omnis enim Lex vel *personæ*, vel *actui*, vel *rebus* imponitur, ex quibus prima, e. g. de *personæ habilitate* disponens, eandem omni loco afficit, altera de *actus solennitate* loquens efficit, ut in loco gesti negotii solenniter peractus, ubique pro tali habeatur, tertia denique de *re* disponens, & v. g. ejus alienationem prohibens, eandem, ubicunque locorum facta sit, infirmam reddit. Grotius *in eleg: Responso, quod insertum* Maurit. *Consil. Chilon. consil. 4.* Quod tamen non potestati Legislatoris primi, sed Domini Territorii adscribendum, qui ad communionem Rerumpubl. commodius servandam peregrinas Leges hanc vim in suo territorio habere patitur; vid. Dn. Stryk. *d. l. §. 9. & 10.* Cui itidem adscribendum, quod sæpius Leges ab aliis latæ e. g. jus Civile & Lubecense, in locis, primis Legislatoribus plane non subjectis, observentur. vid. Magnif. Dn. Præses *in not. ad Lauterb. proœm. verb. jus. civ. est magna autorit.*

§. 3.

Alia vero circa potestatem Legem ferendi se adhuc offert difficultas: An scilicet illa etiam ad subditos extra territorium degentes possit extendi? & sicuti Leges de *personarum habilitate* in loco domicilii simpliciter disponentes, eos etiam in *alio loco* morantes stringere, & vel habiles vel inhabiles efficere nullum dubium est, Grotius *all. l.* conf. omnino Tiraquell. *de LL. connub. & Marit. gl. 8. n. 219.* ita illud de omnibus domicilii Legibus *personam respicientibus* asserere non ambigo,

vid.

vid. Dn. Schweder. *introd. in jus publ. p. spec. s. 2. c. 13. §. 4.* (modo tamen illæ Legibus illius loci, ubi tunc morantur, non sint è diametro *contrariæ*; quo casu cum his ex *temporaria subjectione* fortius obligentur, illæ utique præferendæ, ita ut patriæ Legibus impune non pareatur. Dn. Coccej. *in diss. de fundata Territor. pot. T. 2. §. 2.*) Nec in *pœnalibus* hic exceptionem agnosco, si pœna tantum ad *emendandos mores* Civium tendat, ita, ut Princeps subdito alibi aliquid, quod Legibus patriæ prohibitum est, committenti, quamvis in loco delicti non sit prohibitum, pœnam imponere possit promeritam: Si autem pœna pro *securitate Civili* primario constituta sit, tum, cum hæc in sua Republica non sit læsa, pœna merito exulabit; Dn. Coccej. *in d. d. Diss. T. 6. §. 9.* Nisi forsan delinquens in loco delicti nondum sit punitus, aut ab ejus loci Magistratu aggratiatus; Dn. Stryk. *in all. diss. c. 2. n. 38. & 39.* quo casu judex domicilii ob concurrentem suam in delictis jurisdictionem, pœnam quidem, sed eam infliget, quæ in loco delicti obtinet. Richter *in Tr. de foro compet. c. 13. n. 15. & p. 3. d. c. 105. 18.*

§. 4.

Traditam in §. 2. Regulam ut ad nostrum jam Imperium applicemus, Leges *universales* condendi potestas Imperatori una cum omnibus Statibus competit. Dn. de Rhetz. *in Inst. j. publ. L. 2. c. 24. §. 16.* Dn. Stryk. *in U. M. ff. ad Tit. de LL. §. 1. & 2.* sicque, si ille solus hoc jus usurpare velit, sanctionibus ipsius impune non obediri eo minus dubii est, quo cautiores Leges publicæ similibus in casibus sunt, dum actuum, ab Imperatore contra Imperii Constitutiones gestorum, nullitatem expresse sanciunt. vid. Titius *in specim J. publ. Lib. 4. c. 5. §. 19. & ibi all. art. Cap. Jo.* Nec majorem erga *Leges* suas reverentiam à Statibus exigere potest Imperator, licet consensum *Electorum* adhibeat, utpote qui ad hanc rem non sufficit, ut adeò *Principes*, si forsan Capitulationibus Imperatoriis aliquid inseratur, quod ejus modi Legem universalem saperet, iis quoad hunc passum obedientiam jure denegent. Rachel. *in diss. de Capitul. c. 5. §. 9.* Quin, etsi *major pars Statuum Imperii*, licet non æque ex legitima causa emaneat, *Leges à minori parte* & Imperatore ratas omni plane obligandi efficacia destitui eleganter probat Dn. Stryk. *de j. præs. circ. negot. imp. c. 4. n. 58.* *Leges Provinciales* contra in suis territoriis singuli Status Imperii vel soli, vel cum statibus provincialibus condunt: Conring. *de orig. jur.*

jur. german. c. 28. Eckholt. *in comp. ff. tit. de LL.* §. 8. & Svend. *ad eund.* Dn. Schweder *in introd. j. publ. P. spec. S. 2. c. 13. §. 3.* & quamvis *Civitatibus* quoque *municipalibus* poteſtatem legislatoriam aſſerat Weſenbec. *ad ff. d. t. n. 3.* rectius tamen id ab aliis negatur, ita ut ex hodierna ad minimum praxi omnia ſtatuta de neceſſitate Superiorum confirmationem requirere velint. Hahn. *ad W. d. l. verb. Decreta* Klock. *vol. 1. conſil. 35. n. 385.* Communiter tamen diſtinguunt Dd. inter ſtatuta *adminiſtrationem bonorum Civitatis & jurisdictionem illi competentem* concernentia, quæ etiam ſine confirmatione aſſerunt valere; vid. Dn. Hopp. *ad J. Lib. 1. Tit. 2.* §. *1. verb. quisque populus*, ac inter illa, *quæ contra jus commune* diſponunt, aut *ſuperioritati Principis territoriali* derogant, e. g. ne ad illum appelletur, Klock. *vol. 1. conſil. 14. n. 14. & Conſil. 50. n. 91. & 98.* quibus, cum inferior contra Leges Superioris ſtatuere nequeat, *Idem conſ. 20. n. 145. ſeqq.* antequam Superioris ſpecialis accedat confirmatio, impune non parebitur. vid. Mev. *ad jus Lub. Qu. præl. 2. n. 57. &* Brunn. *Cent. 2. Dec. 26.* Except. tamen vid. apud eund. *ad L. 9. ff. de j. et j. n. 2.* & Mev. *d. l. n. 44. ſqq.*

§. 5.

Secundo loco *inobedientiæ impunitatem ex perſona illam committentis* oriri dixi, cujus nunc afferenda ſunt exempla. Optimo quidem jure hic omnium primo referuntur *Principes*, quos Legibus eſſe ſolutos, tralatitium eſt, *L. 31. ff. de LL.* vid. Dd. plena manu all. à Ziegl. *de jur. Majeſt. L. 1. c. 1.* §. *16.* quod eleganter exprimit Juſtinianus Imp. *Nov. 105. c. 2. §. 4.* dum omnibus à ſe dictis Imperatoris excipit fortunam, *cui & ipſe Deus Leges ſubmiſit, Legem animatam eum mittens hominibus.* Et hoc quidem ex veriori ſententia, tam quoad vim *directivam*, quam *coactivam* procedit. Vinnius *ad* §. *8. I. q. m. Teſt. infirm.* Eckholt. *in Compend ff. Tit. de LL.* §. *31.* Dn. Stryk. & Hopp. *ad* §. *6. I. de j. N. g. & Civ.* cum ſibi ipſi nemo obligari queat, quod tamen contingeret in Principe, ſi Legibus, à ſe latis, etiam tantum in conſcientia teneretur. vid. Puffendorf. *de J. N. & g. L. 1. c. 6. §. 2.* (unde Magiſtratum inferiorem, utpote qui non ex propria, ſed tantum ex conceſſa ipſi adminiſtratoria poteſtate, & ratione officii Leges condit, illis, à ſe ipſo licet promulgatis, teneri, nullum dubium eſt. Carpz. *p. 3. C. 12. D. 17.*) Neque tamen hæc exemtio Principibus à Legibus competens obſtat, quo minus ſe ſenſui Legum materali per conventionem obſtringere poſſint. vid. Dn. Lyncker. *in Diſſ. de*

plenitud. summæ pot. §. 29. Quin & Principes Legibus vivere amant, *L. 4. C. de Constit. Princ. &* §. *fin. J. quib. m. test. inf.* & præsertim in Contractibus jure privatorum utuntur, vid. Tabor. *in Collat. j. Rom. & Hungar. p. 2.* §. *1.* §. *28.* Schrad. *de feudis p. 10. S. 20. n. 238. & ibi all.* quod tamen nulli necessitate aut vi obligandi ex Lege orienti, sed voluntariæ Principum submissioni adscribendum. *d.* §. *fin. J. d. t. ibique Hopp.* Pertinet huc Controversia inter Gallos & Hispanos JCtos hoc seculo Anno 1667. & 1668. occasione prætensi à Rege Galliæ *juris Devolutionis* acriter agitata: *An scilicet in successionibus Principum statuta Regionis, de hæreditatibus privatorum disponentia,* attendenda sint? Ubi quidem illis maxime patrocinari videtur Grotius *de J. B. & P. Lib. 2. c. 7.* §. *11.* & Dn. Schilter. *in Diss. de orig. & nat. j. publ.* §. *20.* Quorum sententiam, qnamvis in *privatis Principum hæreditatibus* ex præsumta ipsorum voluntate (expresse enim Principes aliud declarare posse indubium est, cum statuta nunquam Superiorem, etiam cujus consensu & confirmatione comprobata sunt, stringant. Tabor. *in Armam. Justin. de legit. armor. us. c. 3. & 5.*) admitto, ita in *successione in Regnis* ac *Ditionibus* non procedere cum Dn. Werlhof. *in diss. de usu. J. Rom. in controv. lib. gent.* §. *25.* autumo, cum Principes *de successione in Regnis* controvertentes, nequidem Antecessoris, aut integri populi judicio subjaceant, Dn. Becm. *in diss. de j. subd. circ. S. c. 2. n. 4. & c. 3. n. 26.* unde multo minus positivis privatorum Legibus se submittere opus habent, sed tales controversiæ inter ipsos determinandæ jure & modo inter eos recepto, qui in libertate naturali nullius jurisdictioni subjecti degunt, vid. *Puffendorf. de I. N. & G. L 7. c. 7.* §. *15. conf. Autores de jure Devolutionis,* & imprimis pro nostra sententia Tractatus Baronis d'Jsola, inscriptus *Bouclier d'Etat. art. 5.* Quod vero de *Regina* ac *liberis Regalibus* quæritur: *An illi ad Legum civilium obedientiam obstricti sint?* id ex Mariti ac Patris voluntate nude dependere puto, qui tamen ob arctissimam cum his Personis cognationem eadem in hoc passu ipsis indubio privilegia concessisse creditur. vid. *L. 31. ff. de LL.* conf. Mollenbec. *in diss de Augusta* §. *21.* Sed hæc, quæ hactenus diximus, in Legibus tantum *Civilibus positivis* procedunt: Legibus vero *Divinis* ac *Naturalibus*, nec non *Fundamentalibus* Principes æque ut privati obligantur. Tabor. *de oblig. success. in offic. c. 5.* §. *12.* Et quamvis, si contra eas delinquant, nemini jus ipsos ad obedientiam constringendi, aut pœnam ipsis dictitandi competat, Huberus *d. j. Civit.*

Lib.

Lib.1.c.19. §.4.&5. Schultz. *in Diss. de impunit. c.3.§.2.* atque ita etiam *inobedientia* ipsorum contra has Leges *impunis* videatur; hoc tamen tantum in *foro externo*, non etiam in *conscientia* procedit, sicque hæc *inobedientia impunis* quidem; sed *impunitate minus plena* habetur, Schultz. *d.l.* ita ut non sine ratione de his Legibus dici possit, quod Dn. Becman. *in Paral.polit.c.12. §.5.* de Legibus generaliter asserit, Principem quidem iis, quoad *necessitatem civilis obedientiæ* scilicet, non esse subjectum, conf. Huber. *d.l.* neque tamen iisdem solutum.

§. 6.

In nostro Imperio inter Principes primo occurrit IMPERATOR, de quo, an Legibus sit solutus, an vero non? varie disputatur, vid. Limnæus *in j. publ. Lib. 2. c. 8. n.30.seqq.* Schutz *in j.publ. Lib.1. Tit.1.posit.19.* Hahn *ad Wes. tit. de LL. n.7.in f.* Quam tamen controversiam in præsentiarum excutere non vacat, cum nobis sufficiat, ad minimum Imperatorem Legibus *Comitialibus* plerumque per conventionem se obstringere. Dn. Stryk. *in U.M.ff. ad tit. de LL. §. 9.* De STATIBUS IMPERII vero non minus dubii est, circa quos duæ potissimum quæstiones decidendæ veniunt: *(1.) An & quatenus jure Civili & cæteris Leigbus privatis*, (2) *quatenus Legibus publicis* obligentur, & iis derogare possint? Quoad *primum*, *Principes imperii j. Civili* ex receptione ejus universali utique quam firmissime obligantur, in omnibus illis causis, in quibus *judiciariam Superioris autoritatem* agnoscere tenentur. Dn. Werlhoff. *all. diss. §.9.* Unde, quoties in talibus causis Principibus nostris vel *cum aliis imperii subditis* mediatis ac immediatis, vel cum *Exteris etiam Regibus* controversia intercedit, e.g. de successione alicujus Principis imperii, ea post Leges imperii publicas ex jure Civ. decidenda venit. idem *d.l.* & Dn. Lyncker, *de libert.stat. S.2.§.2.* adeo, ut illud jus nullibi magis in Imperio nostro, quam inter Principes vim suam exserat. Dn. Stryck. *de via f.princ. perm.c.1. §.16.* Quoties vero ipsis, consideratis, ut *Summis Imperantibus*, cum *exteris* res est, tunc, cum eadem judiciis Imperii non subjaceat, nec Principes *jus Civile* aut aliud positivum, sed solum *jus gentium* pro judice agnoscunt. Dn. Werlhof. *in all. diss. §.18.* Nec minus *ratione subditorum* suorum & in cœteris causis, in quibus judiciariam Imperatoris aut Imperii autoritatem non agnoscunt, ipsos nec jure Civili nec cœteris Legibus privatis obstringi autumo; ita, ut juris Civilis autoritatem in suis territoriis & plane abrogare, conf. tamen

Dn. Rhet. *in inst. 1. publ. L. 2. Tit. 3. §. 1.* & circa illud ac cœteras Leges positivas, modo alteri nondum inde jus quæsitum, vid. Dn. Lyncker. *de his quæ lib. st. perp. acc.* §. 2. dispensare possint, Dn. Stryck *in U. M. ff. Lib. 1. Tit. 3.* §. 7. & Schutz. *in j. publ. L. 2. tit. 8. pos. 7.* ipsi vero iis contraventuri *dispensatione* non opus habeant, quod ex matrimoniis Principum Protestantium, in gradibus jure humano prohibitis sæpius contractis, manifeste apparet. Carpzov. *in Jprud. Cons. Lib. 2. D. 110.* Et ex hoc fundamento etiam quæstio *de testamentis principum absque solennitate* conditis facile decidi potest, quæ, quamvis non valere communiter asseratur, Maurit. *Consil. Tubing. Cons. 1. n. 45.* Rosental. *de feud. c. 12. concl. 10. n. 15. seqq.* Klock. *vol. 3. Cons. 102. n. 97.* temperamentum tamen allatum à Dn. Stryck. *in Exam. j. F. c. 14. q. 19.* hic utique attendendum puto. Quod ad Leges *imperii publicas* attinet, iis quidem Principes ex conventione sua & libero consensu adstricti sunt, vid. Tabor. *de jure obstag. c. 4. §. 2.* & quamvis Dn. Stryck. *in U. M. ff. d. l. §. 8.* hanc tantum ad ipsos Status, quod scilicet in controversiis *inter se* ortis his Legibus uti velint, restringat, magis tamen placet illorum sententia, qui Status imperii Legibus publicis etiam *quoad subditos suos* obligari, & illis per speciales Constitutiones haud derogare posse credunt, Mevius *p. 4. D. 77.* quod sicut illo casu, quo Leges publicæ clausulam, omnibus contrariis statutis derogantem, annexam habent, omni dubitatione caret, *Titius in spec. j. publ. Lib. 3. c. §. 13.* ita in dubio Legem pro universali esse habendam, ut ei non nisi in Comitiis communi consensu derogari possit, autumo. vid. Dn. Schwed. *part. spec. S. 2. c. 13. §. 2.* & Dn. Engelbr. *in Diss. de Princ. in dispens. pot. §. 6.* conf. illustris Dn. de Rhetz. *in inst. j. publ. L. 1. t. 1. §. 35.* & Tabor. *de altero tanto p. 4. art. 7. §. 8.* Judicem tamen inferiorem securius facere credo, si in sententia ferenda non *Rec. Imper.* sed *superioris immediati Constitutiones* attendat, (quamvis forsan de jure aliud dicendum sit. Dn. Stryck. *in U. M. all. l. in f.*) præsertim cum litigantibus nulla inde læsio contingat, sed ipsis per *appellationem ad Cameram* consulatur, Dn. Lyncker. *de gravam. extrajud. c. 3. p. 2. m. 1. §. 51. n. 15.* quæ tali casu *Constitutiones Imperii Legibus particularibus* præfert. Klock. *in votis Cameral. Relat. c. 50. n. 146.* Bluhm. *in pr. Camer. Tit. 2 §. 17.* Quatuor tamen potissimum videntur casus dari posse, in quibus *Imperii* Ordines ejusdem *Recessibus* ac cœteris *Legibus impune* contraveniunt, quorum (1.) indubie est, si

ipsis

ipsis Lex publica expresse *facultatem* contrarium statuendi *permittat*, cujus exemplum vid. apud. Dom: de Rhetz. *d.* . conf. Rodingi *Pand. Camer. Lib. 1. Tit. 12. p. m. 238.* (2.) Hæc libertas ipsis competit, si eam *speciali* sibi *protestatione* reservaverint, quod ipsis, cum Legibus publicis ex libera conventione obligentur, omnino licet. vid: Dn. Stryck. *in Ll. M. all. l. §. 6.* ubi & exemplum; cui jungi potest *protestatio Statuum* contra *aliquos passus Capitulat. Leopold.* facta, de qua vid: E. F. von Heerden Grund F. des H. Röm. R. *p. 3. c. 3. p. m. 229.* (3) Hæc facultas non denegatur, si Lex imperii tantum *permissiva* sit, cujus permissionem Status imp. quoad suos subditos licite restringunt, & plane tollunt. Horn. *in diss. de lib. Germ. exter. mil. Th. 20.* qui ibi in permissione militandi apud exteros exemplum exhibet. Sic cum R. J. *de A. 1575. tit.* von wucherl. *Contract*en quincunces usuras permittat, quin usurarum legitima quantitas nihilominus à Statibus in suis Territoriis ad *trientales* possit restringi, non dubitandum est: Limitanda tamen hæc de *Lege permissiva* est assertio, nisi illa permissio *privilegium ob bene merita* contineat, unde privilegia *vestiaria Doctoribus* Legibus Imperii publicis concessa *specialibus constitutionibus* non possunt auferri. Dn. Præses *in diss. de Lege vestiar. c. 3. n. 10. seqq.* conf. Tabor. *in armam. justin. de legit. arm. usu. c. 3. §. 3.* (4) huc referri potest *jus Retorsionis*, quo interdum contra Constatus Leges imperii publicas violantes, solent uti status imperii. vid. de eo Dn. Rhetz. *L. 2. c. 1, §. 32. & c. 10. §. 3.* Dn. Stryk. *in Ll. M. tit. 2. Lib. 2. &* Dd. all. à Brunnem. *ad L. 3. ff. d. t. inf.*

§. 7.

Ad Classem illorum, qui Legibus *impune inobediunt*, Secundo communiter referuntur *advenæ & forenses*, quod tamen non adeo crude accipiendum est. Cum enim illi ex commoratione Magistratui loci, ubi degunt, etiam *ad tempus* subjecti sint, Grot. *de I. B. & P. L. 2. c. 11. §. 5. n. 21* & Henniges *ad eund. h. l.* nec ab ejus Legibus & statutis ratione rerum, quæ ibi habent, & negotiorum, quæ ibi gerunt, se eximere possunt, unde eleganter forenses omnibus ex causis, ex quibus *forum* in aliquo loco *sortiuntur*, etiam ejusdem statutis obligari scribit, Mev. *ad jus Lub. quæst. præl. 4. §. 9.* & Dd. eosdem statutis *litis ordinativis*, vid. Ziegl. *de j. Majest. Lib. 1. c. 34. n. 10.*) secus si tantum ex causa judicati petatur executio. *Mev: p. 5. D. 241.*) *de solennitate & validitate actus* vel *inter vivos* vel *mortis causa* disponentibus, vid.

Carpz. *p. 3. C. 6. D. 12. & n. 3. & in rem* conceptis, Tiraqu. *de j. primogen. Qu. 46.* obstringi asserunt, nisi tamen hoc ultimo casu contra voluntatem domini e. g. à fure res ad locum statuti apportatæ sint. Mev. *ad jus L. all. l. n. 28.* A Legibus vero & statutis, *personas* concernentibus, regulariter liberantur, nisi talia sint, quæ ipsis nullum damnum aut præjudicium afferant, Civibus vero bonum exemplum præbent, unde *festis* & indictis *jejuniis* etiam forenses obligari recte tradit Zoes. *ad ff. t. de LL. n. 20. inf.* Sed quid de *Legibus prohibitivis* ac *pœnalibus* dicendum? distingv: mihi videtur, an prohibitio & pœna illa tantum primario *ad emendationem morum in subditis* tendat, quo casu *forenses* illa non videntur obligari, unde Lege quoque vestiaria non tenentur. Dn. Præses *in diss. de L. vestiaria c. 3. n. 8. & 10.* Si vero pœna & prohibitio *pro civili securitate* sit constituta, tunc utique pœnali statuto forenses etiam obligantur, Carpzov. *in pr. Crim. Qu. 54. n. 51.* ita, ut ignorantia pœnæ statutæ ipsos non liberet, modo prohibitionem sciverint. Zoes. *ad ff. t. de j. & f. ignor. n. 5.* Quæ tamen omnia de tali prohibitione sunt intelligenda, quæ *j. communi* cognita est; si enim *jure* tantum *statutario* quid prohibitum, *forenses* vel pœna statuti plane non comprehenduntur, Klock. *vol. I. consil. 48. n. 23.* vel tamen ex ignorantia illius excusantur, Carpz. *p. 4. c. 9. D. 19. n. 5. & 6.* quo pertinet illud, quod habet Tabor. *in armam. Justin. de Hoplophoria c. 2. §. 16.* studiosos primis adventus diebus prohibitione armorum in Academiis non obligari. Denique, cum forenses non, nisi per tempus commorationis saltem Magistratui ac Legislatori illius loci sint subjecti, nec illos Legibus ultra teneri, ac inde illis, quæ perpetua ipsis onera ac præcepta imponunt, impune non parere manifestum est. Dn. Coccej. *in Diss. de fundata Territor. pot. T. 2. §. 6.*

§. 8.

Quid vero de iis dicendum, qui quidem in loco aliquo domicilium habuerunt, & ejusdem Legibus subjecti fuerunt, sed propter delictum *patria ejecti*, aut ipsi sine veniæ impetratione *discedentes* in alio jam loco degunt? An & illi tamen *patriæ Legibus* obstricti manent, an illis impune imposterum non parebunt? Quoad *delinquentes* equidem distinguendum videtur, an, cum civitate ejicerentur, *illius jus amiserint*, vel *mediam capitis deminutionem* passi sint, an vero non? & sicuti *illo* casu ipsos nec Legibus pristini domicilii amplius teneri inde apricatur, quod omnibus earum favoribus & beneficiis priven-

ventur, & obligationem ſpecialem erga Rempubl. illam plane exuant; ita *hoc* contra caſu Patriæ ſtatutis utique obligati manent, cum rationi non ſit conſentaneum, delictum ipſis à Legibus immunitatem præbere debere, quæ tamen ſubditis extra delicti cauſam in alieno Territorio degentibus denegatur. *vid. ſupr. §.3.* Unde, quod Grotius *L. 2. c. 5. §. 25.* de *exulibus* aſſerit, nullum Civitati amplius in eos jus eſſe, merito ad *deportatos*, qui jus Civitatis amittebant, (quibus hodie *banniti & fuſtigati* cum perpetua Relegatione æquiparantur Dn. Hopp. *in Ll. Hod. ad §. 2. J. de cap. dem.*) reſtringit Zigl. *ad eund. d. l.* Unica tantum videtur hic eſſe limitatio, ſi ſcilicet quis *absque omni cauſa* ex patria in exilium ejiciatur, ubi, cum ob ingratitudinem & ſummam injuriam à patria illatam, obligatione erga illam plane ſolvatur, Puffendorf. *de oblig. erga patr. 40. & 43.* Legibus etiam illius impune in poſterum non parebit, quanquam tamen melioris & generoſioris animi indicium videatur, illis ſe nihilominus ex libero arbitrio conformem præbere. Illi vero, qui ex patria animo nunquam redeundi ſine veniæ impetratione diſcedunt, Legibus ipſius non ſolvuntur, ſi in illo loco libera cæteroquin *emigrandi facultas reſtricta* ſit, aut tales Leges obtineant, quales olim Romanæ fuerunt, domicilium ſcilicet quidem transferre licere, ſed non eo minus eum, qui transtulerat, municipii ſui muneribus obligari vid. Grot. *d. l. §. 24. n. 1.* Alias vero, niſi *intempeſtiva* ſit emigratio, cujus exempla vid. *ibid. n. 2.* (modo *diſceſſus indicetur*, quod tamen etiam aliquando licite intermittitur) libera emigrandi facultas, ſicque emigrantes Legibus priſtini domicilii in poſterum ſoluti eſſe debent.

§. 9.

Pertinent ad impune inobedientes porro illi, qui quidem in civitate degunt, & domicilium habent, ſed vel ob *perſonæ privilegium*, vel *locum habitationis* ejus jurisdictioni eximuntur. Et quidem quoad *locos exemtos*, ad illorum poſſeſſores ſtatuta & Leges loci non porrigi manifeſtum eſt, Carpz. *§. 3. C. 12. D. 19.* Mev. *p. 2. Dec. 30.* cum idem ſit extra territorium eſſe, vel in territorio, ſed exemtum, *idem ad jus L. quæſt. præl. 5 n. 45.* niſi tamen poſſeſſor domus privilegiatæ ſimul ſit *Incola* vel *Civis* in illa ipſa civitate, in qua domum privilegiatam poſſidet. Carpz. *d. l. def. 20.* Quod in illis, qui *perſonaliter privilegiati* ſunt, ſecus ſe habet, utpote, qui æque exemti ac privilegiati manent, licet domum civicam poſſideant ac inhabitent. Brunn.

Cent.

Cent.3. D.60. Personali privilegio vero exemti esse communiter asseruntur *1. Clerici*, quos Legibus Civilibus *uti* quidem, sed *non obedire* vult. Lancell. *in just. J. Canon. Lib. 1. Tit. 2. §. 4.* vid. tamen Ziegl. *ad eund. h-t.* & Canones non minus ab omnibus *Laicorum Legibus*, quam eorum jurisdictione eximunt, ac controversias ipsorum non secundum statuta & Consvetudines locorum, sed juxta proprium ipsis jus Canonicum determinari jubent: vid. Richter. *de foro compet. c. 9. n. 2.* Quorum exemplo & hodie *Professores* ac *Studiosos* in Academiis ab *urbana* jurisdictione & *Legibus* exemtos esse videmus. Mev. *d. Tr. quæst. præl. 3. n. 14. & 15.* Cætera vero quæ de Clericis statuta, hodie apud *Principes protestantes* eorum arbitrio nude subjacent, quorum *Legibus* cum competentem ipsis in Clericos potestatem quasi postliminii jure receperint, hi utique obligantur, Mev. *d. l. n. 18.* nec minus etiam in *Civitatibus provincialibus* statutis earum obstringuntur, nisi à Magistratus jurisdictione se esse exemtos, specialiter doceant. id *ibid. n. 19.* (2.) *Legati & Ministri Principum*, qui ex amore inter gentes recepto à *Legibus* urbis, in qua degunt, eximuntur, Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 18. §. 4. n. 5.* & *in Responso*, quod habetur in Maurit. *Consil. Chilon. 4.* una cum comitibus & familia sua, quod in omnibus personaliter privilegiatis generale est. Wesenbec. *Consil. 50. n. 22.* Hoc tamen ad illos tantum restringendum, qui ad *peragenda Principis* sui negotia in illo loco versantur, ita ut si *extra illum respectum* ibi degant, diverso ab aliis advenis jure conferri non debeant. Mev. *d. l. n. 17.* (3) *Summorum Dicasteriorum* tam Imperii quam Provincialium *Assessores* in locis, ubi illa habentur: quod de Assessoribus Cameræ, omnibus cæteris personis ad Cameram pertinentibus, imo de ipsis praxeos Cameralis studiosis, modo matriculæ inserti sint, testatur Bluhm. *in Proc. Camer. Tit. 26. §. 8. seqq.* conf. Mev. *d. l.* Et ad horum Exemplum omnes illos, qui specialem exemtionem docere possunt, vel privilegiati sunt (quo in Imperio *Rex Bohemiæ* referri potest, qui nullis ejus *Legibus* tenetur, tantum Constitutioni feudali & pacis publicæ innixus. Dn. Lyncker. *de iis quæ lib. stat. perp. acc. S. 2. §. 1.*) *Legibus* loci, ubi degunt, non teneri certum est.

§. 10.

Recensendi jam veniunt illi, *qui legem non capiunt*, ut eleganter Dn. Becman. *in Paml. polit. c. 13. §. 5.* dicit, *dormientes* scilicet, *infantes*,

tes & furiosi, qui ob defectum intellectus ac voluntatis moralis à Legis pœna eximuntur. Et quidem quoad *dormientes*, eos pro mortuis censeri debere, pluribus demonstrat Tiraqu. *de pœn. temp. caſ.5.* & furiosis eos semper adjungit. *c.3. §. item quæritur X. de Baptismo*, quibus etiam æquiparantur in *L. 1. §. 3. de A. O. P.* Hinc delinquentes ab omni punitione liberi sunt, vid. *c. un. Clem. de homicid.* nisi tamen aliquam culpam commiserint; Matthæus *de Crim. in proleg. c. 2. n. 13.* unde *Noctambuli*, qui hoc vitium sibi adesse sciunt, nec tamen includi se curant, extra ordinem puniendi sunt. Harpr. *ad §. 11. J. de injur.* Struv. *in S. I. C. Ex. 48. th. 10.* Nec magis *infantes* Legis coërcitioni subjacent, utpote quos in delictis innocentia consilii excusat, *L. 12. ff. ad L. Cornel. de sicar.* unde ex communiori sententia nulla plane, ne quidem arbitraria in eos pœna cadit, Clasen. *ad Constit: Crimin: artic. 164.* Richter: *p. 1. d. 1. n. 43. & 44.* Stryck. *in diss. de pœn. impub. c. 2. n. 34.* nisi, quod à parentibus, & interdum in gravissimis delictis pro re nata etiam à Carnifice in carcere virgis castigari debeant. Carpz. *in pr. Crim. Q. 143. n. 18. sqq. Furiosorum* autem inobedientiam, illam tautum impunem esse debere, quæ in *omittendo*, non etiam quæ in *committendo* consistit, vult Dn: Becman: *all. l. inf.* sed in praxi tamen contrarium observari, & furiosos, quibus etiam *Dementes & Melancholici* in tertio gradu accensendi, Dn. Stryk: *de j. Dem. c. 3. §. 5. & c. 5. §. 5. sqq.* ab omni plerumque pœna immunes esse, certum est, Carpz. *qu. 145. n. 10. sqq*: Matth: *de Criminibus all. l. n. 5.* ita tamen, ut arbitrium judicis non plane excludatur, Clasen. *ad Constit. Crimin. art. 179.* qui pro re nata & gradu furoris *pœnam* aliquando *extraordinariam* imponet; Quo pertinet illud, quod habet Carpz. *d. l. n. 46. sqq.* furiosum, qui *culpa sua* in furorem incidit, *arbitrarie* puniri posse, conf. Dn. Schöpfer *in Synopsi j. Rom. ad t. de priv. de l. n. 26.* nec non, quod habet Dn. Becman. *in paral. Polit. c. 15. §. 5.* si ex furiosorum facto *mors*, vel aliquod *magnum malum* sequatur, eos in exemplum cohibendi delicta, & *propter suspicionem*, quam talis eventus generare potest, quod aliquid mentis & culpæ habeant, castigari arbitrarie posse. conf. Carpzov. *d. l.* An vero illis, qui Legem non capiunt, accensendi quoque sunt *multi surdi, & cæci?* Quod utique affirmandum videtur, in illis inobedientiæ casibus, quibus *vitium* ipsorum *ansam dedit*. Dn: Stryck: *de J. sens. diss. 2. c. 5. n. 10. seqq. & diss. 4. n. 11. seqq*: præsertim in *delictis omissionis*, id quod in *surdis* eo magis fa-

næ rationi convenit, quo certius ipsa verbi *obedientiæ* derivatio demonstrat, illam non nisi ab *audientibus* exigi posse. Nec minus *summe ebrii*, si *ebrietas* ipsorum sit *plane innoxia* & inculpata, ab omni etiam pœna liberantur, vid. Schultz. *de impun. c.3. §.9. in f.* quamquam alias una cum *summe iratis* sæpe quidem ab ordinaria, nunquam tamen ab *extraordinaria* pœna excusentur. Carpz. *p. 4. C. 6. D. 5. n. 3.* Richter. *p. 1. D. 4. n. 162. & 168.* Wissenbach. *ad tit. de R. I. L. 48. n. 3.* Tabor. *in Racemat: Crim: def. art: 146. p. m. 262. & in Tr: de indic: delict. ad art. 32. §. 12.*

§. II.

Denique ad impune inobedientes referri posse videntur illi, quibus jus ignorare permittitur, *Milites*, scilicet, *Minores*, *Fœminæ* ac *Rustici*, de quibus vid. Dd. passim *ad tit. de j. & f. ignor*: Notandum tamen circa hos, impunem hanc Legum ignorantiam ad solum *jus positivum*, non etiam ad *naturale* se extendere, unde licet Milites ac Minores *in delictis civilibus* ignorantia excusentur: *L. 9. pr. ff. de j. & f. ignor. & L. 1. C. eod. conf.* Schultz. *de impun. c. 3. §. 11.* & sic e. g. telonium defraudantes à pœna *commissi* sint immunes, *L. 3. C. de vectig. & comm. L. 16. §. 9. ff. eod. vid.* Br: *ad d. L. 3.* & Perez. *ad C. d. t. n. 12.* non tamen à pœna *L. 7. C. unde vi*, liberantur, cum invasio Rei alienæ etiam naturali jure improba sit. Mev. *p. 4. D. 18.* *Fœminarum* vero & *Rusticorum* ignorantia præter allatam jam restrictionem (nam & Fœminæ & Rustici utique etiam pænæ *L. 7. C. unde vi*, subjacent, Brunn. *Exerc. just. ad Lib. 4. T. 2. §. 1.* quamvis Richter. sub certis limitationibus contrarium asserat *p. 1. D. 1. n. 32.*) duas adhuc limitationes admittit, ita ut (1) non concedatur, quam in *casibus* à Lege *expressis*, *L. 9. pr. ff. de j. & f. ignor.* Eckholt. *ad h. t. §. 4.* (de quibus vid. possunt Dn. Præses *in diss. de innox. mulier. j. ignor.* & Dn. Stryck. *in diss. de jure Rusticorum.* conf. Tabor. *in Racemat. Crim. de f. ad L. 15. C. de furt.* & Richter. *p. 1. D. 1. n. 30. & n. 190. & p. 2. D. 84. n. 5. c. 16.* Schultz. *in all. diss. de impun. c. 3. §. 12. & 13.*) & (2) requiratur, ut *peritiorum copiam habere non* potuerint *L. 9. §. 3. de j. & f. ignor.* Unde Rustici, qui prope civitatem habitant, juris Civilis ignorantia non excusantur. Tabor. *in Relat. Argentor. Rel 148. n. 2.* Referri huc etiam possunt in aliquibus casibus *Mercatores*, quibus ignorantia juris positivi non *semper* præjudicat, Carpz. *p. 1. C. 2. D. 10.* Martini *ad proc. Saxon. Tit. 5. §. 1. n. 96.* cum in eorum foro *de apicibus juris* non disputetur, Berlich. *p. 2. Concl.*

24. n. 47. & inde in eorum processu multa contra communes juris Regulas admittantur. vid. Carpz. *d. l. & c. 16. D. 18. n. 2.* Quod tamen de *jure mere positivo* intelligendum, nec ad illas Leges, quæ aliquid *æquitatis naturalis* in se habent, facile extendendum, unde nec Mercatores majores usuras illis, quæ communiter permittuntur, exigere aut stipulari possunt Richter. *p. 2. D. 74. n. 10.* Hahn. *ad W. Tit. de usuris n. 11.* conf. Dn. Fritsch. *in Tr. de Menopol. c. 10. n. fin.* Male ergo huc referuntur *Judæi*, quorum controversiæ quamvis aliquando deficiente jure communi ex *Legibus Mosaicis* determinentur, vid. Richter. *in Tr. de Testibus c. 21. n. 43.* non tamen ideo Legum civilium nexui eximendi, nec *usuraria* ipsis *pravitas* concedenda, Klock. *vol. 1. consil. 37. n. 219.* quamvis id faciat Berlich. *dec. 268. n. 26.* & de facto pluribus in locis contrarium observetur, Klock. *all. l.* Nec minus statutum, quo Judæis *retentio rerum furtivarum* conceditur, usquedum ipsis de pretio satisfiat, recte improbant, & non valere asserunt Mev. *ad jus Lub. L. 1. T. 8. art. 1. n. 25.* & Richter. *p. 2. D. 96. n. 104. & 105.*

§. 12.

Progredimur nunc ad *tertium* inobedientiæ impunis *fontem*, qui ipsius *Legis qualitati* adscribitur, qualis primo esse videtur *nondum facta* illius *promulgatio.* Quandoquidem, cum ipsa *Legis forma* in sanctione & promulgatione consistat, Hahn. *ad Wes. tit. de LL. n. 1. verb. omnes obligent,* adeo ut hæc *Legis substantia* vocetur Menochio *in A. I. Q. ad c. 3. Dist. 4. n. 5.* & ejus essentiam suo concursu complere dicatur Thomæ Aquinati, vid. Ziegler. *ad Lancell. Lib. 1. Tit. 3. §. 6. in f.* hinc nulla Legis ante promulgationem vis aut efficacia est, *L. 65. ff. de Decur.* cum propositum in mente retentum nihil operetur, & inde subditi Lege, non nisi in Legislatoris animo existente, constringi nequeant. vid. Mev. *p. 2. D. 74. n. 8.* Dubium vero inde oritur: *An scilicet subditi, si Legis, quæ nondum publicata est, notitiam habeant, eandemque latum iri pro certo sciant, illi impune non pareant?* Id quod non minus affirmandum videtur, Dn. Lyncker. *de gravam: extra jud. c. 3. p. 2. m. 1. §. 52. n. 3.* cum non solum legis vis omnis à promulgatione dependeat, & ante de seria ac constanti Legislatoris voluntate constare non possit, sed & secundum communem JCtorum Regulam, *denunciatio*, quoties illa ad *actum* aliquem, (ut hic ad obedientiam præstandam,) facienda, *etiam scienti* fieri debeat. Brunn: *ad L. 7. C. de Evict. n. 2.* vid. Lauterb. in *Concl. for. ad t. de LL. n. 3.* Zœsius. *ad*

ff. eod. t. n. 11. Nec tamen statim à promulgationis tempore inobedientia erga Legem pœnæ subjacet, sed, quamvis *in arbitrio* ipsius *Legis* sit, tempus, quo elapso obedientiam sibi præstari vult, definire, Lauterbach. in *Coll. Thor. pr. ad t. de LL. §. 20.* eo tamen omisso Leges de j. Civ. non nisi *post II. menses* ad obedientiam obligant; *Nov. 66. c. 1.* conf. Martini *ad proc. Saxon. in præfat. n. 70.* quod & hodie in publicis Imperii Legibus in dubio adhuc obtinere vult. Dn. Stryk. in *U. N. ad t. de LL. §. fin.* cum contra in ejus locum VI. *mensium spatium* substitutum esse, asserat Tabor. *in Collat. j. Rom. & Hung. p. 2. S. 1. §. 29.* Exceptio tamen occurrit in Imperio nostro in *Cameræ* judicio, quod legibus in Comitiis latis non ex promulgationis momento, aut aliquot mensibus post, sed demum ex tempore factæ sibi illarum à Moguntino *insinuationis*, obligatur: Bluhm. *in Proc. Camer. T. 2. §. 9.* Conf. Rodingi *Pand. Camer. Tit. 1. §. 8. seqq.* Cum contra *Magistratuum inferiorium* particulares *ordinationes* ex tempore *promulgationis* statim obligare velint: Peretz. *ad Cod. t. de LL. n. 20.* Quibus accenseri possunt omnes illæ Leges, quas obedientiam statim exigere ex earum argumento tacite patet. vid. Carpzov. *dec. 101. n. 3.* An vero *Leges Civiles positivæ* tantum in foro interno, an etiam in conscientia obligent, seu, ut quæstionem magis ad nostrum scopum applicemus: an *inobedientia* adversus ejusmodi Leges in *foro interno impunis* sit? acriter à Dd. disputari solet: Ad quam contentionem decidendam, mihi optime facere videtur Distinctio allata à Struvio *in S. I. C. Exerc. 2. th. 14. sq.* & à Dn. Stryck. *in diss. de foro consc. c. 2. n. 16.* inter Leges, quæ *moralitatem actus determinant*, & inter illas, *quæ actui formam præscribunt*, vel ejusdem *libertatem* arbitrio hominum *relinquunt*, *statuta* tantum ejus *nullitate*, vel addita certa *pœna*. conf. Schwendend. *ad* Eckholt. *Tit. de LL. §. 16.* ita, ut *illæ* utique *in conscientia* obligent, non quidem *ex propria & directa* vi, sed *indirecta ex mandato Divino*, quod jussui superiorum Reverentiam præstari vult, Huber. *in prælect. ad tit. de LL. § 7.* *His* vero in *foro interno* impune non pareatur. Ex qua distinctione etiam facile apparet, quid de illa quæstione: An lex *alternative* tantum vel ad obedientiam, vel ad pœnam obliget, sentiamus; Quam licet aliqui simpliciter affirment, de prioris generis Legibus tamen id negandum videtur, ad quas cum pleræque *Legum Academicarum* pertineant, non satis secura videtur illa Consvetudo, qua studiosi in Academiis Legum observantiam *juramento* promittere

tenen-

tenentur, utpote quæ ob ſimplicem ipſorum ad obedientiam obligationem ſæpius perjurio anſam dat, cum juveniles calores raro exactam Legum obſervantiam permittere, quotidiana experientia doceat.

§. 13.

Antequam autem vis obligandi *ex Lege* oriens certo determinari poſſit, bene reſpicienda eſt ipſius Legislatoris intentio, an ſcilicet ille in Legis ſanctione *jubere*, an tantum *permittere*, vel *ſuadere* voluerit. Quamvis enim J Cti inter Legis ſpecies etiam *permiſſivas* referre non dubitent, cum inter Legis virtutes expreſſe referatur *permittere in L. 7. ff. de LL.* hoc tamen non niſi *improprie* fit, cum permiſſio non tam ſit Legis actio, quam *actionis negatio*, Puffendorff. *de I. N. & G. Lib. 1. c. 6. §. 15.* & non tam Lex, quam conventio ſeu promiſſio Superioris vocari debeat, qua ſe ad aliquem actum impune permittendum obſtringit. vid. Lauterbach. *in Coll. Theor. pr. Lib. 1. Tit. 3. §. 19.* Hinc cum Lex illius, quod permittit ac in arbitrio alicujus relinquit, faciendi *nullam neceſſitatem* imponat, ei contravenire ac ejus permiſſione non uti non ſolum impune eſt, *Carpz. P. 1. C. 25. D. 2. n. 3.* Hahn. *ad Weſ. tit. de LL. n. 5.* ſed etiam aliquando tutius, cum non omnis permiſſio plena ſit, aut etiam conſcientiæ ſecuritatem tribuat, ſed ſæpius Lex pœnam quidem tollat, non etiam jus det. Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 1. §. 14.* Tabor. *in armam. juſt. de admenat. c. 6. § 6.* quo pertinet illa diſtinctio, quam habet Huber. *in prælect. all. l. §. 9.* inter *permiſſionem & tolerantiam*, quæ cum communi illa diſtinctione inter *permiſſionem plenam & minus plenam* convenire videtur. conf. Ziegl. *de jur. Majeſt. L. 1. c. 5. §. 68.* Ubi triplicem facit permiſſionem. Volunt tamen permiſſionem Legis non quidem *ipſum*, cui quid permiſſum, ſed tamen *cæteros* obligare, ne ipſi hac permiſſione utenti reſiſtant, & impedimento ſint. Grotius *Lib. 1. c. 1. §. 17. n. 3.* Quod quidem quoad *ipſum patientem* admitto, vid. Lauterbach. *d. l.* Ziegl. *ad Grot. all. l. §. 9.* non vero *quoad tertium*, niſi permiſſio plena & perfecta ſit. Ziegl. *all. l. §. 17.* Puffendorf. *all. l.* (qui tamen hunc non reſiſtendi effectum non ex permiſſione Legis, ſed naturali cujusvis libertate derivat) Unicus forſan adhuc videtur dari poſſe caſus, quo Lex permiſſiva licet non ex permiſſione, ſed *ex implicita prohibitione* obligandi vim habet, ſi ſcilicet vel *certæ* tantum *perſonæ*, vel *ad* definitum *tempus* aliquid permittatur, quo caſu illa quæ permiſſa, vel quoad *re-*

liquos subditos, vel *post illud tempus* tacite prohibita censentur. vid. Tabor. *d. l.* §. 7. Carpz. *P. 3. C. 13. D. 9. n. 8.* Et hæc, quæ de Lege permissiva dixi, simul de Lege *suadente* intelligi volo, cujus exempla ex jure Civ. exhibet Wissenbach. *ad ff. diss. 4. §. 10. inf.* ita ut & hæc *nullam* juxta consilium subministratum agendi *necessitatem* imponat, Huber. *all. l.* & Cujac. *ad L. 1. ff. de LL.* quamvis tamen Leges suadentes actum juxta illas gestum *impunem* quoque reddant, cum & in privatis negotiis speciale & instructiorum consilium promadato habeatur, hoc effectu, ut suadens actum improbare non possit, sed mandati inde actine teneatur. Struv. *in S. I. C. Exerc. 22. §. 9.* An vero etiam huc illas Leges referre liceat. quæ *aliquid prohibent*, non tamen *addita pœna*, aut *clausula irritante*, (quas Leges communiter *imperfectas* vocant, Puffendorf. *de j. N. & G. L. 1. c. 6. §. 14:* Grot: *L. 2. c. 5. §. 16.*) controverti poterit? Et quamvis primo intuitu videatur inobedientia erga tales Leges in foro externo impunis esse; contraria tamen sententia verior est, cum *pœna non addita* aut arbitrio judicis committi videatur, aut infamiæ ad minimum nota, quam tales Leges irrogant, quæ nihil addunt, quam quod factum pro turpi haberi debeat, pœnæ locum subeat. Puffendorff. *d. l.* Quod etiam de *clausula annullatoria* dicendum, quippe quæ vel tacite subintelligitur *L. 5. C. de LL.* vid. Lauterbach. *in Coll. Theor. pr. Lib. 1. Tit. 3. §. 23.* ita ut judex actum rescindere debeat: Tabor. & Stryk. *ad Barbos. L. 10. c. 13. §. 2.* & Schwend. *ad Eckb. tit. de LL. §. 18.* vel in ejus locum pœna substituitur, quæ si solvatur, actus regulariter rescindi non solet. Lauterbach. *in Concl. for. Exerc. 2. Th. 6.* Huber. *in prælect. ad Tit. de LL. §. 11.* Except. vid. tamen apud Mev. *ad jus Lub. Quæst. prælim. 9. n. 19. seqq.* conf. Feltm. *Decad. 1. Dec. 8. n. 46. & 47.*

§. 14.

De Lege *injusta* jam dispiciendum, an inobedientia adversus illam impunis sit? Quod equidem simpliciter affirmare non dubito, modo tamen *in vero & genuino* sensu vox *injustitiæ* sumatur: Non enim illam statim *injustam* vocamus, quæ *positive justa* non est, i. e. cujus præceptum actum virtutis aut justitiæ non continet, cum sufficiat illam *negative justam* esse, i. e. nihil injusti aut turpis præcipere; Ziegl. *de jur. Maj. L. 1. c. 5. 84.* nec injustam dicimus, quæ aliquid jubet prohibetve *injuste*, Dn. Stryk. *in diss. de foro consc. c. 2. n. 10.* qualis Lex non tam *injusta*, quam *dura* vocari debet, & inde, si *de certa Voluntate*

Legis-

Legislatoris constet, utique servanda est, Brunn. *ad L. 1. C. de LL.* & Peretz. *ad C. d. t. n. 19.* cum sufficiat. Legem *scriptam* esse, quamvis *perquam durum* sit. *L. 12. §. 1. qui & à quib. manuum.* Quibus etiam accensendæ illæ Leges, quæ *injustum* quidem statuunt, sed tale, quod *perpessu* tantum est *iniquum*, non etiam simul *facto illicitum*: Dn. Stryk. *d. l.* cum illæ sæpius in oppositione ad *justitiam* Legalem, i. e. ad salutem Reipubl. relatam *injustæ* non sint, quamvis in relatione ad *justitiam moralem* & absolutam tales esse videantur. Hornei. *in lib. 4. philos. Mor. c. 3. n. 9.* Et hinc *injustam* tantum Legem vocamus, quæ vel *injustum præcipit*, vel *injustum permittit*, tale scilicet, quod sine peccato morali fieri non potest, qvales Leges, tanquam *peccati nutritivæ*, utique obedientiam non merentur. vid. Tabor. & Stryk. *ad Barbos. L. 10. c. 13. §. 7.* Unde inter illas quidem Leges, quas Grot. *de I. B. & P. Lib. 1. c. 10. §. 10. n. 4. & Lib. 2. c. 7. §. 1.* nec non Bœcler. *ad eund. h. l.* injustitiæ arguit, quam plurimas nostro in sensu non tam *injustas*, quam duras & iniquas esse apparet. vid. Ziegl. *ad Grot. Lib. 1. c. 10. §. 10.* Id vero, quod de Lege injustum permittente dixi, ita intellectum volo, ut eidem & ab illo, *cui* aliquid *permittitur*, & *à patiente* ac *tertio* impune non pareatur, ita, ut hic illi, qui permissione injusta Legis uti vult, licite resistat: Sic e. g. cum Ewenus Rex Scotiæ publica Lege Nobilibus primum cum sponsis Rusticis concubitum permitteret, vid. Hubner. Histor Fr. *p. 2. Lib. 3. p. 1021.* quin Rustici Nobilibus hac permissione uti volentibus, impune resistere potuerint, non dubitandum est. Alia exempla ejusmodi Legum vid. apud Tiraqu. *ad L. 7. Connub. n. 20. 59. 61. & 62.* Quod autem injustis Legibus obedientia licite denegetur, id duplici potissimum causæ adscribendum. (1.) Concursui mandati Divini, cui magis, quam hominibus parendum, (2.) quod Legislator de eo Legem tulerit, quod *in ipsius potestate non est.* cum Legibus naturalibus ac Divinis contravenire haud queat. vid. Puffendorf. *de J. N. & G. Lib. 1. c. 7. §. 7. & 8.* & omnino Ziegler. *de j. Majest. Lib. 1. c. 5. §. 35.* & illicitum neque Prætoris imperio, neque Legis potestate confirmari possit. Wissenbach. *ad L. 27. de R. J. n. 5.* Non tamen ad illa, quæ extra potestatem Legislatoris sunt, referenda simpliciter illa, circa quæ *speciali* se forsan *pacto* obligavit, aut ex quibus *tertio* jam *jus quæsitum* est. Quamvis enim in *illis, qui Superiorem agnoscunt*, facile concedam, ipsorum statutis & Constitutionibus in *præjudicium* juris tertio

quæsi-

quæsiti tendentibus, subditos haud teneri, Klock. *Vol. 1. consil. 51. n. 312.* (quod de omnibus *Legibus* ipsorum *duris & iniquis* quoque dicendum est) sed apud Superiorem desuper conqueri, & usque dum hujus sententia lis definiatur, Legi novæ impune non parere posse: (vid. *de statuto ambitioso* in specie Dn. Lyncker, *de Gravam: Extrajud: c. 3. p. 2. m. 1. §. 51. n. 11. & sqq. conf. idem §. 54.*) Ita contra *Absoluti ac Supremi Legislatoris* Legibus, licet de tali materia, quæ de jure ipsius potestati non subjacet, conceptæ, aut admodum iniquæ sint, modo non ad aliquid contra Divina mandata faciendum obligent, obedientia utique præstanda, & nihil aliud circa illas licebit subditis, quam ut *supplicationem* super Lege lata apud Superiorem interponant, ita tamen, ut *interim* Legi obedire teneantur. vid. Zigl. *de J. Majest. L. 1. c. 5. §. 11.* nisi forsan ejus *mens* aut *sententia* admodum *dubia* sit, quo casu usquedum Superioris declaratio accedat, illi impune non parebitur. vid. Brunn. & Peretz. *all. l.* Nec *negotia præterita* ad ea, quæ Legislatoris potestati exemta, simpliciter pertinent, circa quæ licet regulariter *Legi posteriori* impune inobediatur, cum Leges *in futurum*, non in *præteritum* ferri dicantur, in *l. 7. C. de LL.* vid. Br. *ad hanc L.* Martini *ad Proc. Saxon. in præfat. n. 71.* adeo, ut etiam præterita negotia quoad *effectum*, *quem in futurum habent*, Legi posteriori non subjaceant: Br. *all. l.* & Tabor. *Relat. Argentor. Rel. 19. n. 4. p. m. 294.* hæc tamen Regula non solum exceptionem patitur, si per Legem novam *ius antiquum* tantum *declaretur*, Tabor. *de altero tanto P. 5. art. 9. th. 7.* aut non de ipso negotio præterito ac ejus substantia, sed tantum *de Processu ac exactionis modo* disponatur; Mev. *P. 3. Dec. 56.* Sed & Legislatori *ob salutem Reipublicæ* in Lege de præteritis quoque negotiis statuere licere, communiter statuunt Dd. *ad L. 1. C. de LL.* & elegans exemplum, quod habetur *in Art. V. Instr. P. Osnabr.* §. 33. in Imperio nostro comprobat. Illud denique notandum, inobedientiam impunem erga Leges injustas, *injustitiam manifestam* ac notoriam præsupponere, ut adeo, si de ejus justitia tantum *dubitet* subditus, ab obedientia illi debita non eximatur, Dn. Becman. *in Med. Polit. c. 13. §. 5.* conf. Ziegl. *all. l. §. 11. & 12.*

§. 15.

Ultimo loco ex *Legum Qualitate* inobedientia impunis censetur, si illa vel *nunquam in usum deducta*, vel iterum *abrogata* sit. Quoad primum tamen bene discernendum, an ideo tantum nullus ha-

ctenus

ctenus Legis fuerit uſus, quod *caſus* & exempla, quibus illa applicari potuit, *defecerint*, an vero, etſi tales caſus ſæpe exſtiterint, tamen *Lex* ad earum deciſionem *nunquam uſurpata* ac in obſervantiam deducta ſit. Et, ſicuti priori caſu nihil Legis validitati detractum eſt, cum ſolus *non uſus* Legem nunquam tollat, vid. Dn. Stryk. *de non uſu j. quas. c. 2. n. 3.* ſed Leges ſemper loqui præſumantur, *L. 27. de Teſtam.* & erronea ſit illorum ſententia, qui *obſervantiam ac conſenſum populi* ad Legis eſſentiam requirunt: Puffendorf. *de I. N. & G. lib. 1. c. 6. §. 13.* Ziegl. *de jur. Majeſt. L. 1. c. 5. §. 77.* Ita poſteriori caſu cum Mevio. *p. 2. Dec. 14.* aſſerendum eſt, Legem uſu non receptam pro Lege habendam non eſſe, conf. Tabor. *de altero tanto, p. 2. art. 1. §. 6.* ubi varia Legum in uſum nunquam deductarum exhibet exempla, quibus jungi poteſt Conſtitutio Friderici III. Imperator. de ejiciendis è Germania juris Civilis Doctoribus, de qua vid. Limnæ. *in j. publ. L. 4. c. 8. n. 18.* ſi modo illa unquam lata fuit, & non potius privati Autoris commentum eſt: Dn. Stryk. *in U. M. ff. diſſ. prælim. §. 23.* *Abrogatio* vero Legis contingit vel *expreſſe* vel *tacite*. Expreſſe ſit *per Legem poſteriorem*, modo illa priori Legi ſit *contraria*, *L. ult. ff. de Conſtit. princ.* cum alias *in dubio* Lex poſterior *limitativa* credatur, Dn. Stryk. *jure de primi c. 1. n. 8.* & Leges poſteriores ad priores ſint trahendæ, Wiſſenbach. ad *ff. Diſſ. 34. §. 23.* imo interdum ipſæ Leges novæ ex antiquis interpretandæ. Dn. Stryk. *all. l. n. 22.* Ut ergo Lex pro abrogata habeatur, & inobedientia adverſus illam impunis cenſeatur, duo requiruntur, ut ſcilicet (1.) *abrogans hanc poteſtatem* habeat, quæ nemini, niſi illi *qui Leges tulit*, competit; *L. 1. pen. & ult. C. de LL.* Ziegler. *all. l. §. 89.* (unde nec Status publicas Imperii Leges ſine Imperatoris, nec alios inferiores Leges univerſales ſine Superioris conſenſu abrogare poſſe aſſerit Tabor *de altero tanto p. 4 art. 7. §. 8. & in diſſ. de jure obſtag. c. 4. §. 5.* & Statuta à Superiore confirmata absque novo confirmantis conſenſu non poſſe tolli, docet Maurit. *in Conſil. Chilon. conſil. 14, n. 13.*) & (2.) ut *de mente legislatoris*, quod ſcilicet priorem Legem abrogatam eſſe velit, *certo conſtet*. Hinc, ſicuti abrogatio à *derogatione*, *ſubrogatione* & *obrogatione*, de quibus vid. Wiſſenbach. *ad L. 202. de V. S.* bene diſcernenda, nec *derogatio* ultra partem derogatam extendenda eſt: Tabor *de altero tanto p. 4. art. 1. §. 14.* Ita nec *Lex generalis* per *Reſcriptum*, quod tantum ſub & obreptitium eſſe cenſetur, Idem *all. l. §. 10.* nec per *Legem poſteriorem generalem*, diſpoſitio

prior specialis abrogata esse creditur, sed ab his, qui speciali Lege privilegati sunt, posteriori generali impune non paretur. Brunn. *ad L. 26. ff. de LL. & ad L. un. C. de lit. cont.* Carpzov. *p. 2. C. 4. n. 2. & C. 11. D. 3. n. 7.* Klock. *vol. 1. Consil. 51. n. 298.* Cujus exemplum elegans in Legibus Imperii publicis ex Mevio exhibet Dn. de Rhetz. *in diss. de j. stat. circ. sacr. c. 3. n. 22.* An vero Legi abrogatæ impune non pareatur, si illi, cum conderetur, *clausula derogans* omni Legi futuræ contrariæ addita sit, hac occasione quæri potest? Quod affirmandum utique censeo, nisi forsan prior Lex *interposita conventione* obtinuerit, quo casu vel cum exceptione extremæ necessitatis intelligenda, vel necessitatem requirendi consensus popularis inferre videtur. Dn. Stryk. *de jure hom. in se ipsum c. 1. n. 50.* Neque enim clausulæ huic derogatoriæ ille tribui effectus potest, ut omnem plane Principis contrariam voluntatem excludat, licet id operetur, ut contrariæ Leges & Rescripta vel *seria non esse*, vel Principi *per imprudentiam* excidisse credantur. Puffendorf. *de I. N. & G. L. 1. c. 6. §. 6.* Unde, si in posteriori contraria Lege *non expresse* additum, quod illa *non obstante clausula derogatoria* priori annexa valere debeat, declaratio seriæ voluntatis à Principe peti & *interim* Legi novæ impune obedientia denegari potest. Dn. Jo. Sam. Stryk. *in diss. de derogat. disposit. fut. c. 1. §. 17. sqq.* Ad *tacitam Abrogationem* tres potissimum casus referri possunt: I *Consuetudo contraria*, quæ, quatenus Lege posterior est, & tacito Legislatoris consensu nititur, Legem expressam priorem vincit. Eckholt. *ad tit. ff. de LL. §. 25.* licet in ejus determinatione non minus caute sit procedendum, quam in statuenda expressa Legis abrogatione. Videri possunt de ejus requisitis & effectu Hahn. *ad W. tit. de LL. n. 9.* Tabor. *de altero tanto p. 2. art. 3. §. 6.* & Mev. *p. 5. D. 282.* (ubi quid *ad præjudicia*, ut consvetudinem faciant, requiratur, eleganter exponit) quibus addi potest Dn. Stryk. *all. diss. de derog. fut. disposit. c. 1. n. 47. sqq.* ubi *contra clausulam derogatoriam*, *Legi* annexam, Consvetudinem non posse introduci, asserit; conf. Richter. *p. 1. D. 4. n. 36.* & Brunnem. *ad L. 18. C. de furt. n. 8.* Cujusmodi clausulæ derogatoriæ exemplum exhibet in J. Civ. *Authent. Navigia C. de furt.* vid. Peretz. *ad Cod. Lib. 11. Tit. 3. n. 28.* & in J. Canon. *c. 56. X. de elect.* ubi omni consvetudini, qua Laicis jus eligendi Episcopum acquiri posset, expresse derogatur. Rationem diversitatis, cur circa clausulam derogatoriam aliud in Lege, aliud in consvetudine contraria obtineat, vid.

vid. apud Dn. Stryk. *d. l. n. 48.* & except. *ibid. n. 51.* si scilicet *plane nova* in consvetudine *ratio* subsit II. si *ratio Legis finalis* adæquata in totum & universaliter *cesset*, quo casu ipsa non minus Lex & ejus prohibitio cessabit Huber. *in prælect. ad t. de LL. §. 8.* Carpz. *p. 2. C. 12. D. 3. n. 5. & p. 3. C. 28. D. 12. n. 5.* III. si *Lex* paulatim incipiat esse *nociva*, cum tamdiu Legislator tantum voluisse videatur Legem valere, quamdiu ejus utilitas duratura est. vid. Klock. *vol. 1. Consil. 51. n. 122.*

§. 16.

Quam quartam inobedientiæ impunis erga Legem causam esse diximus, *inobedientiæ* scilicet ipsius *qualitatem*, hæc præsertim attendenda, si inobedientia *nondum perfecta & consummata* sit. Equidem *cogitationis* pœnam neminem pati, tralatitium est: *L. 18. ff. de pœn.* conf. *L. 1. §. 1. ff. de furt.* Ex quibus Legibus, licet aliqui inferant Leges plane *obedientiam internam* non requirere, vid: Wesenbec. *ad ff. Lib. 1. Tit. 1. n. 4.* rectius tamen se habet, quod asserit Hahn. *ad eund. d. l.* Leges & in conscientia obligare, & *actus internos* à Legislatore non quidem *actu Physico*, sed *actu morali* cogi posse, quamvis potissimum tantum circa actus externos occupatus esse soleat: Ex quo sequitur *cogitationes* nec in foro interno impunes esse, nec in foro externo ab omni pœna liberari, nisi *præterita* forsan cogitationes *cum detestatione* in lucem proferantur, Tabor *de conatu. c. 2. §. 7. & 8.* cum contra, si *præsentes* sint cogitationes, aut *cum approbatione* proferantur, pœnæ utique subjaceant; Dn. Stryk. *de jure sens. diss. 10. c. 4. n. 23.* Quo pertinet exemplum Torberni Oxii, qui à Christierno II. R. Daniæ ob prolatum votum, ut cum Regis concubina sibi concumbere liceret, capite plexus fuit: Hubners Histor. Fr. *p. 3. Lib. 2. p. 846.* Quod licet factum ob pœnæ exorbitantiam non immerito crudelitatis nota aspergatur, aliqua tamen pœna ob inconsideranter prolatas has cogitationes Torbernum affici potuisse nullum dubium est; quamvis tamen nec cogitationes etiam cum approbatione prolatas extra *læsæ Majestatis crimen* facile puniri, testatur Tabor. *d. l. §. 11.* *Conatus* vero licet etiam species inobedientiæ adhuc imperfectæ sit, raro ab omni pœna liberatur, nisi delictum *ex pœnitentia* non sit consummatum, nec ille conatus, qui ad illius consummationem factus est, *in speciale delictum* incidat, quo casu ex æquitatis Regulis, cum pœnitentia in delictis *ante actum perfectum* locum habeat, Tabor. *in Racemat. Crimi-*

nal. Racem. 1. Th. 27. inobedientia hæc pro impuni habetur. Dn. Stryk. *all. l. n. 30.* Sed, cum in delictis præcipue animus sit spectandus, *L. 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.* An & illorum inobedientia impunis erit, *qui Legem latam esse ignorant*, sicque nullum propositum ei non parendi habent? Quam quæstionem ego quidem *simpliciter affirmandam* credo, cum secundum communem Dd. regulam de eo, quod quis permissum putat, pœna pendenda non sit. vid. Tabor. *in armam just. de admenat: c. 6. §. 3.* Nec hoc tantum ad *probabilem ignorantiam* restringendum credo, quam quidem in foro etiam interno impunem esse quilibet facile concedit, cum Lex actu ipso illos tantum sub pœna vel peccato obliget, qui ejus notitiam acceperunt vel accipere culpa sua neglexerunt; Ziegler. *ad Lancell. lib. 1. Tit. 3. §. 6. T.* Sed etiam *de supina & vincibili ignorantia* asserere non dubito, quam licet Dd. non excusare asserant, Martini *in proc. Saxon. ad præf. n. 77.* Tabor. *all. l. §. 15.* in rei veritate tamen, inobedientia etiam, quæ ex supina ignorantia oritur, in se impunis est, & tantum *ignorantis negligentia* punitur, quod in *Criminalibus* præsertim observari poterit, ubi fœmina, quæ ignorans Conjugato nupsit, nunquam tamen, licet ignorantia valde crassa sit, ordinaria pœna plectetur, quam illa meretur, quæ sciens bigamo matrimonio jungitur. vid. *L. 18. ff. ad L. Jul. de adult.* & Peretz. *ad C. h. t. n. 31.*

§. 17.

De *Necessitate* similiter solet affirmari, eandem nullam habere Legem, sed supra omnes esse Leges, *c. 5. X. inf. de consuetud.* & licitum reddere, quod alias non est licitum, *c. 4. X. de R. J.* unde & inobedientia erga Legem, si necessitas ipsi ansam det, ob hanc qualitatem impunis esse videtur. Hoc tamen non adeo generaliter accipiendum, sed præsertim inter *Leges Naturales & Civiles*, nec non *ipsos actus*, qui in necessitate peraguntur, probe distinguendum est. Cum enim quædam *in se* sint & maneant *mala*, ut adulterari, occidere innocentem, pejerare &c. illa nec in casu necessitatis impune perpetrantur. vid. Tabor & Stryk. *ad Brunn. Lib. 12. c. 6. §. 5.* Quo respectu *juri Divino ac Naturali* necessitatem utique subjectam esse, recte asserit Dn. Fritsch. *in Tr. de præsid. necess. con r. L. sect. 7.* & in summo necessitatis casu adulterium impune committi non posse, docet Dn. Stryk. *de foro consc. c. 6. n. 135.* Nec obstat, quod communiter asserunt Doctores, in casu necessitatis innocentem, qui meæ defensioni im-

ni impedimento est, impune occidi posse. Grot. *Lib. 2. c. 1. §. 4.* & Dn. Becman. *in Lin. Doct. Mor. c. 9. S. 11.* Sicut enim hoc Grot. *d. l. ex lege dilectionis Evangelicæ* tamen non licere ipse asserit (quamvis contrarius sit Dn. Becman: *all. l.*) & Dn. Stryck. *all. diss. c. 6. n. 98. seqq.* ita restringit, ut si *per consequentiam & indirecte* ex nostra defensione innocentis mors sequatur, læsio nulla inde conscientiæ contingat. Ita, quin illud *directo* intendere sine peccato non liceat, nullus dubito. vid. Ziegler. *ad Grot. d. l.* Idem etiam erit dicendum de *mactatione innocentis*, in summa fame; quam, licet admittendam esse sub certa limitatione statuat Dn. Becman. *all. l.* illam tamen in *foro* interno *conscientiæ Christianæ* (de quo omnia in hoc §. dicta intellecta volo) impunem non esse, cum Dn. Fritsch. *all. l. concl. 2. ex. 5.* & Ziegl. *ad Grot. all. l.* pro certissimo persvasus sum, quamvis tamen *sortitionem ad ejiciendum* aliquem in mare, de qua Ziegler. *ibid.* cum inde *non immediate mors* sequatur, præsertim si ipse ejiciendus consentiat, facilius admittendam putem. Illa vero quæ *in se mala non sunt*, & quorum prohibitio non tam ex jure Naturæ, quam *ex jure Gentium* videtur oriri (quamvis forsan jure Divino confirmata sit) in summo necessitatis casu utique licere arbitror, cujus exemplum vid. apud Dn. Stryck. *all. l. c. 6. n. 14.* Grot. *L. 2. c. 2. §. 6.* & Tabor *in racem Crim.: ad art. 166. & ad tit. de furt. Th. 36.* Quod cæteras Leges attinet, contra illas inobedientia ob necessitatem (modo tamen illam *nulla* præcesserit *culpa*. Dn. Fritsch. *all. Tr. s. 4. §. §.* cum nulla necessitas excuset, quæ potest esse non necessitas, Tabor. & Stryk. *ad Barbos L. 12. c. 6. §. 14.* unde *Testamenta in navi aut itinere* condita nullam merentur à solitis solennitatibus exemptionem, vid. Rhodius *de periculo in mora c. 3. n. 37.* Dn. Stryk. *de Test. Rust. c. 2. n. 34. sqq.* & Magn. Dn. Præses *in not. ad Laut. L. 29. T. 1. Verb. à rusticis*) multo magis optimo jure impunis censetur: Unde necessitatem *nullam Legem humanam* nec prohibitivam, nec præceptivam, nec pœnalem nec permissivam, nec forensem aut Ceremonialem habere tradit Dn. Fritsch. *all. Tr. §. 6.* & singulas assertiones elegantibus probat exemplis, quibus jungi potest, quod habet Feltmann. *Respons. 3. §. 42. & 43.* Præfecto militari in casu necessitatis jura Majestatica, ut monetandi, & jus vitæ & necis usurpare licere; & Klock. *Vol. 1. Cons. 30. n. 10.* subditos licet prohibita venatione feras, si alias frumentum conservare non possint, licite occidere. Cum vero totum hoc necessitatis privilegium

ex *præsumta* Legislatoris *voluntate* oriatur, hinc ipsum etiam quoad Leges civiles *contrarium declarare*, & ut necessitas Legibus subjaceat, statuere posse, indubium est Dn. Fritsch. *all. Tr. sect. 4. §. 7.*

§. 18.

Ad alteram hujus capitis partem, licet multo breviorem prolabimur, illam scilicet inobedientiæ impunis speciem, cui impunitas non ab initio, sed *ex post facto* demum tribuitur: Quo sine dubio pertinet illa, quam Legislator per *dispensationem* aut *remissionem pœnæ* impunitam esse vult. Qui, sicuti non facile absque prægnantibus causis, de quibus videantur Autores, qui de *mitigandis, & remittendis pœnis* scripsêre, vel urgente ita necessitate publica, vid: Dn. Fritsch. *all. l. §. 6. concl. 5. ex. 7.* maleficia impunita abire permittet, ita nec ejus in dispensando potestas indefinite patet, sed ad illas Leges tantum porrigitur, quas *plane tollere* potest. Dn. Engelbr. *in diss. de pot. dispens. §. 3.* (Cum qua eleganti Regula tamen quomodo consistere possit, non video, quod idem tradit *in diss. de usu. j. Rom. in j. publ. S. 1. §. 19.* Principibus etiam in gradibus jure divino prohibitis extra parentes & liberos indulgeri posse matrimonia.) Hinc nec ad Leges Divinas, nec Naturales hæc dispensandi potestas pertinet; Imo interdum etiam circa Leges positivas restricta est, qua ratione Regem Galliæ, licet cœteroquin absolute Regnum gubernet, abolitionem criminum in Ipsum aut Delphinum commissorum concedere non posse, testatur *l' Etat MSCt. de France par Mr. Nicolai p. 23.* Alter modus, quo inobedientia *ex post facto* impunis redditur, est *Amnestia*, qua præsertim Principes pacem ineuntes se invicem obstringere, & in ea subditis, quicquid adversus se in inimici commodum deliqverunt, remittere solent. vid. Dn. Coccej. *in diss. de Amnestia sect. 5. n. 6. sqq.* qui tamen & hic Amnestiam in illis criminibus, quæ à Principe *remitti non possunt*, cessare asserit. *sect. 7. n. 1. seqq.* Tertio huc referri potest *Præscriptio delictorum*, quæ licet in *aliquibus criminibus* plane cesset, vid. Carpzov. *in pr. Crim. Qu. 142. n. 52.* & Brunn. *in Proc. inquis. c. 11. n. 3.* In plerisque tamen locum habet, & vel *quinquennali* (quo pertinent delicta *L.* Julia notata Lauterb. *in compend. ff. ad t. de div. temp. præscript.*) vel *vicenario* annorum spatio, (quod in cœteris criminalibus persecutionibus fere generale est, *Idem ibid.*) completur, quo tempore elapso delinquens *in foro externo ab* omni *pœna seculari*, (pœnam enim spiritualem & pœnitentiam Ecclesiasticam hæc præscriptio non tollit

Schultz:

Schultz: *in diss. de impun. c. 3. §. 15.* Muller. *de pœnitent. Eccles. c. 4. n. fin.*) liberatur, modo tamen illa præscriptio per inquisitionem Magistratus *non* sit *interrupta.* vid. Farinac. *in pr. Crim. Lib. 1. T. 1. Q. 10. n. 28.*

§. 19.

Quin & inter causas, quæ inobedientiam *erga Leges ex post facto* impunem faciunt, enumerari debet *furor superveniens*, utpote qui ex communiori sententia delinquentem, quamdiu in furore manet, à pœna immunem facit. Brunn. *ad L. 14. ff. de offic. præs. n. 2.* Carpz. *Qu. 145. n. 22.* Cujus rationem quoad *pœnam capitalem* in periculo æternæ salutis, *Lauterbach. in Comp. ff. ad tit. de priv. del.* quoad pœnam *corporis afflictivam* in eo ponunt, quod furiosus *absenti* æquiparetur, indeque non magis quam ille corporaliter puniri possit. Mattheus *de crimin. in Prolegom. c. 3. n. 7.* Quæ ratio cum in *pœna pecuniaria* cesset, hinc verius videtur, illam non minus in furiosum, quam absentem locum habere, Carpz. *all. l. n. 26.* quamvis contrarius sit Matthæus *d. l.* Nec minus huc pertinet *pœnitentia & transactio* cum *adversario*, per quam inobedientia erga *Legem* quoad *interesse privatum* regulariter impunita fit, si per eam res *ad pristinum statum* reducatur. Tabor. *in Relat. Argentor. Relat. 160. n. 3.* Quoad *interesse* vero *publicum*, cum obligatio ex delicto facto contrario non tollatur, Wissenbach. *ad L. 153. ff. de R. J. n. 2.* nec pœnitentia, (quamvis sæpe *ad mitigationem pœnæ* proficiat. vid. eleg. *L. 23. C. de nupt.* Mantz. *Dec. Pal. qu. 85. n. 29.* Carpz. *Qu. 37. n. 17.*) quoad totalem pœnæ remissionem aliquid operatur, Carpz. *in J. prud. for. P. 4. c. 20. D. 10. n. 7.* exceptis iis criminibus, in quibus *Lex* pœnitentiam omnem pœnam tollere debere *expresse statui*; Cujus exemplum occurrit in Publicanis, qui ablatum restituendo à pœna liberantur, *L. 1. §. 4. ff. de Publ.* & in personas, quibus reverentia debetur, sine venia in jus vocantibus, qui si eos ante *L. C.* pœniteat, æque non puniuntur: *L. 11. ff. de in jus voc.* Quibus jungi possunt exempla, quæ habent Matthæus *de crimin. ad Lib. ff. 47. Tit. 13. c. 2. §. 9.* & Brunn. *ad L. 4. C. de hæret. n. 15.* An vero aliquando *concurrens delictum* posterius efficiat, ut *prius impune* sit, hic quæri potest? Pro cujus *affirmativa* licet stare videatur, quod sæpius *delicti levioris* e. g. furti pœna per *gravius supplicium* e. g. quod parricidio dictitatur, plane tollatur, &, si *idem delictum* sæpius *in eadem objecto reiteretur*, tamen non nisi una pœna coerceatur. Mantz.

Dec.

Dec. Pal. Qu.78. Verior tamen videtur sententia, quæ *pro negativa* concludit, cum nunquam plura delicta concurrentia faciant, ut ullius impunitas detur, nec delictum ob aliud delictum minuat pœnam. *L. 2. ff. de priv. del.* vid. Wissenbach. *ad ff. p. 2. disp. 29. Th. 1.* Tabor. *in armane: just. de ex armat. civ. c. 6. §. 7. inf.* Nec obstant adductæ objectiones, quarum prima per *all. l.* satis refutatur, quanquam diffitendum non sit, delictum majus aliquando *ad se trabere* minus, Wesenbec. *in Parat. ad ff. tit. de priv. del. n. 4.* in secundo vero casu revera non nisi *unum delictum* adest, Tabor. *in Racem Crimin. Racem. 1. Th. 74. & 76.* cum reiteratum *in eodem subjecto* non possit dici, nisi jam *semel* punitum sit. Mantz. *all. l. n. 10. & Qu. 76. n. 11. sqq.*

CAP. III.
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI REGA HOMINEM IN SOCIETATIBUS NATURALIBUS SIMPLICIBUS.

SUMMARIA.

§. 1. *Societas Conjugalis, & quando uxor marito licite debitum Conjugale deneget. §. 2. inobedientia impunis uxoris circa operas marito præstandas, & mandata ipsius exequenda, & de fœmina Rege. §. 3. quando uxor maritum sequi non teneatur. §. 4. de inobed. ac resistentia uxoris impuni, si maritus in castigando excedat. §. 5. de inobed. impuni mulieris erga maritum, quoad bona. §. 6. Societas paterna, modi constituentes & finientes Patr. potest: & occurrentes circa illos casus inobed. impunis. §. 7. Inobedientia impunis liberorum circa jus vitæ & necis, & jus vendendi. §. 8. circa mandata paterna, & præsertim circa matrimonium, nec non de filio munus publicum habente. §. 9. de excessu patris in castigatione liberorum. §. 10. inobed. impunis liberorum circa bona. §. 11. quando ultimæ patris voluntati liberi impune non obediant. §. 12. de inobed. impuni servorum. §. 13. famulorum. §. 14. & hominum propriorum, quoad obligationem non recedendi, jus monopolii à Dominis prætensum &c. §. 15. de eorum inobedientia impuni circa operas. §. 16. de remediis contra sævitiam domini.*

§. I.

§. 1.

EVoluta jam inobedientia impuni *erga Legem* ad inobedientiam impunem *erga hominem* progredimur, eandem in *societatibus naturalibus simplicibus* hoc capite consideraturi. Inter quas, cum omnium prima optimo jure habeatur *Societas Conjugalis* ab ipso Deo in Paradiso jam instituta, (quæ inde non immerito *maxime naturalis* dicitur Grotio *L. 2. c. 5. §. 8.*) de hac quoque primo loco agendum erit. Sane merito imperium in Uxorem competere, omnium fere Gentium moratiorum moribus comprobatum, & cuique sano indubium est, aliis originem ejus *voluntariæ* Uxorum *subjectioni*, aliis *naturali* sexus masculini *præstantiæ*, aliis tandem maledictioni Divinæ adscribentibus. vid. Grot. *all. l.* & Osiand. *ad eund.* Puffend. *de J. N. & G. L. 6. c. 1. §. 11. & 12.* Cum vero omne hoc jus, quod Marito circa Uxorem competit, potissimum vel *in* ejus *corpus*, vel *in* ejus *personam*, vel denique *in* ejus *bona* dirigatur, hinc melioris ordinis causa circa singula horum jurium casus inobedientiæ impunis evolvere placet. Et quidem, quod primo *jus Mariti* in *corpus Uxoris* attinet, illud non ex *imperio*, sed ex ipso *pacto conjugii* deducendum, indeque *mutuum est*, ita ut non minus Uxori in corpus Mariti, quam huic in corpus Uxoris competat. *1. Corinth. VII. v. 4.* Hinc neuter eorum, licet *continentiam voverit*, debitum conjugale alteri denegare potest *c. 16. Q. 5. Ca. 33.* Cujus ratio in aprico est, cum nemo de eo, quod in sua potestate non est, vovere, aut suo voto alterius juri præjudicare queat. vid. Brunn. ad *L. 2. ff. de Politicit. & inj. Eccles. L. 2. c. 7. §. 7.* Reperiuntur tamen nihilominus casus, in quibus Uxor Marito corporis usuram licite denegat; Quo sine dubio pertinet, si Maritus *furiosus* sit, vel tali morbo laboret, ut ipsi Uxor *sine periculo vitæ* aut *sanitatis* cohabitare non possit: vid. Carpz. *in Jprud. Consistor. L. 2. Def. 182. n. 8.* & Dn. Becman. *in Diss. de ex super: obsequii c. 2. §. 5.* Nec minus, si Uxore absente & pro mortua habita, Maritus *bigamus* sit factus, quo casu Uxor prima ad ipsum, licet secundam dimittentem, reverti & ipsi cohabitare non tenetur. Maurit. *Consil. Chilon. Cons. 30. n. 4.* Quod tamen ad eum casum restringendum videtur, si Maritus *sciens* Uxorem primam vivere, tamen à concubitu cum secunda non abstinuerit. Dn. Stryk. *ad Br. jus Eccles. L. 2. c. 17. §. 20.* conf. omn: idem *Tr. de dissensu sponsalit: sect. 5. § 34.* & ibi all. Dn. Præses. *in diss. de præferent. matrim. n. 122. seqq.* Porro, cum omnes actus alias liciti ex circum-

ſtantiis maculam contrahere poſſint, Uxor debitum Conjugale Marito licite denegabit, ſi hic illud *non debito loco, modo & tempore* poſtulet: Quod ſicuti præſertim *in templo* vel aliis locis publicis procedit, Tiraqu. *ad L. connub. 15. n. 106.* Cum & ipſi Turcæ, quorum libido nullos fere cœteroquin limites patitur, templa tamen carnali conjunctione inquinare prohibeantur; Id. *ibid. n. 109.* Ita etiam jure Canonico *in prima* poſt nuptias *nocte* ob reverentiam Benedictionis ſacerdotalis ad ultimam cum Marito amoris lineam accedere conjux licite detrectat, *c. ſponſus 5. Qu. 5. Ca. 30.* Quod de cœteris quoque diebus affirmandum, quibus Canones *abſtinentiam* à propriis Uxoribus injungunt. *vid. Ca. 3. Qu. 4. c. 1. ſqq.* Nec minus, ſi uxor vel oblectationem liberorum, vel ob recentem conceptionem, vid. Tiraqv. *all. l. n. 133. & 741.* aut *aliud injuſtum impedimentum* Mariti libidinem explere non poſſit, quin illius mandatis impune non pareat, indubium eſt, præſertim ſi forſan crimina, quæ ſcire non proficit, contra Naturam exercere ac perpetrare velit, quo caſu non ſolum *inobedientia*, ſed etiam *reſiſtentia* Uxoris impunis habebitur. Dn. Lyncker. *de reſiſt. quæ ſit pot. §. 35.*

§. 2.

Quod in *Perſonam* Uxoris competit *imperium* Marito, in *tribus* potiſſimum principalioribus *effectibus* ſe exſerit; Quorum primus eſt, quod mandatis Mariti, quem ipſe Deus *Dominum Uxoris* vocat, obſequi, & operas ipſi præſtare teneatur. Lauterbach. *in comp. ff. ad tit. de Rit. Nupt. in eff.* Circa quem tamen notandum, *operas* tantum *obſequiales* & *familiares* nos intelligere, non etiam *artificiales*, ad quas Marito præſtandas Uxor non tenetur, ſed quicquid ex iis acquirit, non Mariti patrimonio infert, ſed ſibi ipſi retinet. Mev. *ad jus Lubec. L. 1. T. 5. a. 4. n. 55.* Dn. Stryk. *de S. ab I. diſſ. 4. c. 3. §. 45.* Nec id, quod de familiaribus operis dixi, nimis crude accipiendum eſt, ſed *conditio ac ſtatus* matris familias bene diſcernendus, quæ, quamvis ad rem familiarem Mariti tuendam & parſimonia augendam utique obligetur, Mev. *d. l.* & inde in conſortium regiminis domeſtici admitti debeat, rejecto Italorum more, qui omnia inſciis Uxoribus peragunt, nec minimam ipſis in Regimine familiæ partem relinquunt: *vid. La Vita de Donna Olimpia del Abbate Gvaldi p. m. 23.* *Ad ſerviles* tamen *operas* in domo faciendas, præſertim ſi eminentioris ſit ſanguinis vel dignitatis, conſtringi haud poterit; Ob quam rationem

apud

apud Romanos nec molere nec rem coquinariam facere debuiſſe Uxores, cum utrumque ancillaris cenſeretur labor) teſtatur Tiraqu. *ad L. 8. Connub. n. 8.* Quin nec mandata Mariti indiſtincte cœcam poſcunt obedientiam, quod, ſicuti præſertim indubium eſt, ſi mandatum contra *Matrimonii eſſentiam* tendat, e. g. ſi Uxorem ad conſenſum in divortium adigere, vel eandem licet in ſumma neceſſitate & vitæ ſervandæ gratia alii ſubſternere velit, Dn. Becman. *all. l. §. 10. & 11.* & Dn. Lyncker. c. I. ita id de omni mandato, *Legis prohibitioni* aut *innoxiæ* mulieris *libertati* contrario, aſſerendum eſt, quamvis interdum ad concordiam conjugalem ſervandam prudenter faciant mulieres, ſi Maritis morem gerant, ſeque eorum Zelotypiæ accommodent. Non ergo *mortem* pro marito id jubente Uxores *oppetere*, ne quidem ex exſuperantia obſequii tenentur: Dn. Becm. *all. l.* §. 7. Nec juſſu Mariti morientis *de viduitate* ſervanda obligantur, licet id ſpecialiter promiſerint. Carpz. *in juris prud. Conſiſt. L. 2. def. 172.* niſi forſan emolumentis ſub hac conditione à Marito relictis frui velint Dn. Fritſch. *in Tr. de Auguſta c. 9. n. 16.* Quin *& ob liberorum commodum*, quamvis alias circa eos paterna voluntas maternæ prævaleat, Muller. *de annulo pronubo Th. 16. n. 7.* aliquando Uxor Mariti mandatis impune inobedit, & liberorum educationem ac exhibitionem ipſi denegat, ſi ſcilicet *ob deperditos Mariti mores* eorum quoque corruptelam juſte metuat. *L. 3. §. 5. ff. de lib. exhib.* Alias vero, ſi mandata Mariti nihil injuſtitiæ aut turpitudinis contineant, illis obſequentem ſe præbere conjux utique tenetur, nec *pacto* inito, quod Mariti imperio ſubjecta eſſe non velit, à debito obſequio eximitur, cum hoc pactum *contra bonos mores* conceptum eſſe videatur: Niſi forſan *hæreditaria Regali* aut alia Mulier *Dignitate* fulgeat, quo caſu Mariti poteſtas certis conditionibus reſtringi ſolet; vid. exemplum apud Thuanum *Hiſtor. Lib. 20. ad annum 1558. & Lib. 13. ad annum 1553. & 1554.* licet etiam illis non adjectis Marito quoad *adminiſtrationem Regni* ab Uxore impune non pareatur; Dn. Becman. *in Med. pol. c. 6. §. 3.* Unde ejusmodi hæreditariæ Regionum Dominæ non *Reginæ* (cum hoc tantum verbum participationem maritalis dignitatis inferre videatur) ſed *Reges* à virili officio appellari ſolent. vid. Fr. Bacon. de Verul. *Hiſtor. Henr. VII. p. m. 177. & 179.*

§. 3.

Alter principalis effectus poteſtatis maritalis in perſonam Uxoris

ris in eo consistit, quod Uxor *Maritum*, quocunque transmigrare voluerit, *sequi* ac comitari teneatur. Grot. *L. 2. c. 5.* §. *8.* Quod sicuti etiam in *Marito exule*, *relegato* ac *confinato* procedit, ob indissolubile fidei conjugalis vinculum: Carpz. §. *4. c. 47. D. 7.* Dn. Stryk. *ins. diss. de confinat. c. 5. n. 46.* Ita tamen quoad *vagabundum* exceptionem patitur, quem Uxor, nisi ipsum talem esse jam *ante* nuptias *sciverit*, *sequi* non obligatur. Carpz. *d. l.* Perez. *ad C. tit. de nupt. n. 21.* Richter. *D. 9. n. 7.* Et generaliter quidem hæc Uxoris ad Maritum ob delictum exulem vel captivum sequendum obligatio, non tam stricto juri, quam *exsuperantiæ obsequii conjugalis* adscribenda. Dn. Becman. *all. l.* §. *3. & 4.* (ubi elegans utriusque casus in Elisabetha R. Daniæ & Principe Condæ exhibet exemplum) Ut adeo Mariti ab Uxoribus invitis talis pœnæ consortium postulantes, inique cum ipsis agere videantur. Unde & ipsi JCti Mulieri concedunt, Maritum *relegatum non sequi*, & ei impune non parere, si educatio liberorum, ratio domestica vel *status familiæ* illud *commode non* permittat; Mev. *ad jus Lub. L. 1. T. 5. a. 10. n. 63.* Carpz. *pr. Crim. Qu. 130. n. 46.* Et jus Lubeccense similiter Uxori Viri *ob æs alienum* fugitivi licentiam dat, ut antea ad eum commigrare non debeat, quam ipsi & agnatis de dote sufficienter *caverit*, vid. *Stat. Lubec. d. l.* adeo ut ne juratoria quidem cautio sufficiat. Mev. *ibid. n. 52. sqq.* Multo minus vero Uxor ad Maritum relegatum sequendum obligabitur, si hæc relegationis pœna ipsi ob *sævitiam* vel aliud *delictum in Uxorem* commissum imposita sit, ob quod illa Marito cohabitare non tenetur, cum eadem ratio, quæ in Marito *præsente* adest, multo magis in eodem *absente* procedat. Richter. *all. l. n. fin.* Unicum adhuc hac occasione moveri potest dubium: An Uxor etiam Maritum domicilium mutantem sequi teneatur, si ille *pacto* se obligaverit, quod ex loco præsentis domicilii alio transmigrare haud velit? Quod licet communiter affirment Dd. & tale pactum, ut Potestati maritali contrarium rejiciant; Heig. *p. 2. Qu. 14. n. 8.* Dn. Stryk. *de J. ex alt. pers. perm. c. 4. n. 18.* Mev. *adj. Lubec. c. l. & ibi all.* Mihi tamen distinguendum videtur, an Uxor in Pacti hujus implemento *speciale interesse* habeat, an *non*; & sicuti *posteriori* causa dictam sententiam facile admitto, ita, priori Maritum sine Uxoris consensu domicilium mutare haud posse, firmiter persuasus sum, nisi forsan *nova* & prægnans *causa* ejus translocationem urgens superveniat. Lauterbach. *in comp. ff. all. l.* & Richter. *all. l. n. 5.*

§. 4.

§. 4.

Tertius juris hujus *Marito* in personam *Uxoris* competentis *effectus* se exserit in *castigatione moderata*, quæ ipsi in Uxorem in morigeram competit, adeo, ut ne *pactum* quidem *de non castiganda* Uxore valeat. Mev. *ad jus Lub. Lib. 2. art. 12. n. 440.* In qua tamen si *excedat*, Uxoris *inobedientia* & aliquando etiam *resistentia* merito *impunis* habetur. Hinc, cum nulla castigatio *sine causa* esse debeat, conjugem Marito, si *absque omni causa*, temporis forsan fallendi gratia ipsam castigare velit, impune inobedire, facile patet. vid. *Nov. 117. c. 14.* Arnisæ. *de jure connub. sect. 4. §. 3. & 4.* Quomodo autem & quibus mediis Uxor castigari debeat, hic quæri potest? Et quamvis Uxorem *verberare* ultima Viro ignominia non immerito dicatur, Tiraqv. *ad L. connub. 8. n. 10.* ac prudentis Viri videatur, quod idem habet *ibid. n. 16. sqq.* Uxori non *verberibus* sed *obsequiis* reluctari, in necessitatis tamen casu, si omnis alia conjugis emendandæ spes decollaverit, *verbera* quoque in illam Marito permissa esse, utique asserendum est. vid. Dn. Stryk. *de foro consc. c. 2. n. 79. & 80.* Quod & ipsi Canonistæ agnoscunt, dum Clerico, cui alias jus Canonicum omnem percussionem prohibet, vid. Lynck. *ad Decret. Lib. 5. Tit. 25.* facultatem Uxorem severius castigandi concedunt. Tiraqv. *ad L. connub. 1. n. 23.* Sicut autem Maritus nec verba nec etiam objurgationes *temere*, præsertim in *præsentia aliroum*, vid. *Id. ad L. connub. 9. n. 223.* usurpare debet; Ita ei, ab Uxore, si eandem, licet id promeritam *inhoneste*, e. g. in partibus verecundis, vel coercitionibus *ab ingenuis personis alienis* castigare velit, impune non parebitur. Dn. Lyncker. *in all. diss. §. 35. in f.* Quo enim pertinet, si ad ejus emendationem remedia *ad injuriam* potius, quam *pœnam* inventa, usurpare non vereatur; cujus exemplum vid. in Langenbeck. *differt. de castig.: moder. memb. 1. §. 2. §. 13.* Multo magis autem Uxor Martio impune obedientiam denegabit, si ille hoc sibi competens castigandi jus ad ea extendat, quæ non nisi *publico imperio* & illi, qui *Jurisdictionem* habet, competunt: v. g. Si ipsam *carceri perpetuo* mancipare, vel *ob delictum occidere* velit, quod ipse ne quidem in *adultera* conjuge licet. *L. 22. §. ult ff. ad L. Jul. de adult.* Dn. Becman. *in Med. Pol. c. 7. §. 15.* Sed, quousque *licita Uxoris inobedientia* adversus *Maritum in castigatione excedentem*, porrigatur, ad huc definiendum est? Et sicuti uxor *unum* vel *alterum excessum*, *non adeo magnum*, merito patienti animo feret: vid. Zachias *in Quæst. Med. Legal. p. 3.*

Dec: Rot. Rom. 56. n. 9. Ita, nisi Mariti castigatio plane in intolerabilem degeneret sævitiam, aliud *facti* remedium, quam *fugam* contra ipsum illi competere non arbitror. Si tamen *vitæ* vel *sanitatis* inde metuendum sit *periculum*, Uxori utique concedendum; ut vim vi repellere, Marito verberandi resistere, & si alia evadendi, ac certissimæ mortis declinandæ via non appareat, ipsum propriæ vitæ servandæ causa quoque *occidere* possit: Dn. Lyncker. *all. l.* Alias vero *juris remedia* adhibenda, ac judicis officium implorandum, qui Uxori per *cautionem de non offendendo* à marito exactam prospiciet, Carpzov. *in Jprud Consistor. L. 2. Def. 18.* vel omni alio deficiente remedio, *separationem* quoad *thorum & mensam* tandem indulgebit: Brunn. *in j. Eccles. L. 2. c. 7. §. 31.*

§. 5.

In *bona Uxoris tertiam potestatis maritalis partem* vim suam exserere dixi, quæ tamen arctissimis limitibus restricta est, & *Uxoribus*, cum Maritus etiam male administrando potestate sua abutatur, Dn. Stryck. *in diss. de abusu j. quæs. c. 3. n. 70.* sæpius hic *Maritorum voluntati non parere* permittitur. Equidem, cum bona *Receptitia* pleno jure ad Uxorem pertineant, Brunn. *ad L. 9. C. de jure Dot. n. 12. sqq.* Marito nullum circa illa jus competere, omnemque ideo respectu illorum Uxoris erga Maritum inobedientiam impunem esse debere, facile patet: Nisi tamen forsan *Statuta* adsint, quæ Uxorem ne de his quidem bonis sine consensu Mariti contrahere posse disponunt; Quo casu licet omnis ejusdem contractus *inscio Marito* gestus nullitate laboret, *liberis* tamen invito quoque Marito *donare* non prohibetur. Tabor. *Relat. Argentor. Relat. 125. n. 2.* Pariter nec circa *paraphernalia* (exceptis rebus *fungibilibus*, *vid.* Mev. *p. 2. d. 229.* Marito extra administrationem quicquam conceditur, *L. ult. C. de pact. conn:* Uxore Marito, hæc sine consensu suo *alienari* volenti, impune non paritura. Quoad bona *dotalia* satis communis & nota est differentia inter *mobilia & immobilia*, & hæc vel *æstimato* vel *inæstimato* in dotem data: Qua neglecta, si Maritus bona, quorum alienatio ipsi interdicitur, *absque necessitate* alienare velit, alienatio utique nulla erit, ac Uxori facultas voluntati Mariti contraveniendi, & alienationem revocandi non denegabitur. *L. 42. ff. de Usucap.* adeo ut uxorem hoc casu judicis officium implorare posse, quo marito bonis interdicatur, asserat Dn. Stryck, *all. l. n. 29.* Quin & aliquando *constante* adhuc *matrimonio* Uxor

circa

circa bona *dotalia* Marito impune non paret, eidemque invito illa eripit, si scilicet Marito *ad inopiam* vergente, mulier sibi prospicere velit; *L. 29. C. de jure dot.* Br. *ad* h. L. vel illis ad *alendum patrem*, Lauterbach. *in Comp. ff. tit. sol. matr. quemadm: dos repet*; aut alias *justas* ac legitimas *causas* opus habeat; vid. Peretz. *ad t. C. si dos const. matr. n. fin.* Quo etiam referendus est casus Mariti, bona dotalia notabiliter *deteriorantis* vid. Dn. Stryck. *all. diss. c. 1. n. 40. sqq. & c. 3. n. 88.* Et hæc de *Uxoris impuni* erga *Maritum inobedientia* sufficiant.

§. 6.

Ex Societate Conjugali immediate derivatur ac fluit *Societas Paterna*, in qua Liberos Parentibus subjectos esse & *naturæ respectus*, cum Parentes generando quodammodo Deum referant, vid. Böcler. *ad Grot. L. 2. c. 5. §. 1.* & *Societatis humanæ utilitas* exigit. Non tamen uniformes sunt hujus imperii effectus, sed alii ex solo *jure naturæ* deducuntur, ac inde *utrique Parenti* communes sunt (rejecta Hobbesii sententia eosdem tantum *Matri* adscribentis *in Tr. de cive c. 9. §. 3. & 6.*) alii *juri Civili* originem debent, *§. 2. I. de Patr. pot.* & ad *solum Patrem*, tanquam Caput familiæ, spectant. Ex quo certissima formari potest Regula: *Liberos Matri, effectus PP. civiles* sibi arroganti, impune non obedire. *Triplicem* vero Potestatis Patriæ *causam* jus Rom. constituit, *justas Nuptias, Legitimationem*, atque *Adoptionem. vid. pr. I. de PP. §. 13. I. de Nupt. & pr. I. de adopt.* Unde pariter colligimus, Liberos *Naturales* ac extra justum matrimonium natos, *Patri* quoad *effectus PP. ex jure Rom.* orientes, impune obedientiam denegare, Tabor. *de patr. Pot. p. 2. c. 4. §. 1.* & illorum Dd. præferendam esse autumamus sententiam, qui facultatem *minus solenniter testandi* Patri *inter Liberos naturales* non competere, censent. vid. Dn. Stryk. *de j. test. int. lib. c. 1. n. 14. sqq.* *De jure* tamen *Naturæ* hoc secus esse videtur, ita ut à Liberis extra matrimonium conceptis, non solum *Matri*, vid. Puffendorff. *de offic. hom. & civ. L. 2. c. 3 §. 3.* sed etiam Patri, modo de eo constet, omnis reverentia ac obedientia filialis debeatur. *Legitimatio* de jure Civ. præsertim requirit, ut non minus consentiente Patre, quam Liberis fiat: Sicut ergo liberi, qui *Patre inscio* se legitimari curant nullum in hæreditate paterna jus consequuntur. Dn. Præses *in disput. ff. 1. Lib. 1. Tit. 6. §. 12.* Ita nec legitimatio, *contradicentibus Liberis* facta, Patri, illam procuranti, jus Patr: Pot: tribuere potest: Br. *ad L. fin. ff. de his qui sui vel. al. n. 1.* Nec per *Adoptionem* in-

distin.

distincte Pater adoptivus effectus PP. consequitur, sed hoc tantum ad *Plenam* adoptionem & *Arrogationem* restringendum, qua facta, omnes P. P. effectus Civiles ad patrem *adoptivum* privative transferuntur, ita, ut quoad illos Patri *naturali* impune non pareatur. vid. *L. pen. pr. C. de adopt.* Cum contra in adoptione *minus plena* omnia jura apud Parentem *naturalem* permaneant, nullo P. P. effectu in adoptivum transeunte. §. *2. J. de adopt.* Ex qua ratione *Judæis* hodie potestas *arrogandi* vel *plene adoptandi Christianum* denegatur, relinquitur vero libertas *minus plenæ* adoptionis, ita tamen, ut Liberi adoptivi ipsorum educationi ob metum seductionis licite se subtrahant, Dn. Lyncker. *in diss. de eo q. justum circ. pers. div. Relig. part. spec. s. 2. c. 1.* §. *18.* Sicut autem jus Civ: & *causas & effectus* plures P. P. jure Naturæ non cognitos, introduxit, ita etiam varios *modos* constituit, quibus etiam iterum *finiretur.* Qui cum jure Naturæ similiter ignoti sint, hinc per eos effectus Patriæ pot: *Naturales* neutiquam tolluntur. Dn. Stryck. in diss. *de jure primi c. 2. m. 4. n. 72.* Hi vero effectus, qui *Juri* tantum *civ:* adscribendi, sublata P. P. utique cessant, & quoad illos Parentibus imposterum impune non paretur; Ex quo per *Emancipationem* filii *adoptivi*, omnia Jura patris in ipsum, utpote quæ non, nisi *civilia* erant, extingui, manifestum est. Ipsi autem modi tollendæ P. P. sunt vel *expressi*, & hi vel *volente* vel *invito* patre tales, de quibus vid. Brunn. *Ex Just. ad T. 52. Lib. 1. §. ult.* vel *taciti*, quos inter jure *Civ.* notabilis est casus, si Pater filium *per decennium* ut hominem sui juris se gerere patiatur. *L. 1. C. de patr. pot.* vid. Brunn. *ad d. L.* & Carpzov. *p. 2. C. 10. D. 1. & j. Canonico* transitus *Judæi* ad *religionem Christianam*, per quam patria potestate quoad *onera* liberatur Dn. Lyncker. *in anal. ad jus. Canon. L. 5. T. 6. qu. 2. in f.* vid. *Dd. passim. ad. tit. I. q. m. P. P. solv.* & Tabor. *de patr. pot. P. 1. c. ult. & p. 2. c. 3.*

§. 7.

Ad specialiores effectus imperii illius, quod *parentibus in liberos* competit, transituri, præsertim notamus, in Parentibus hoc singulare esse, ut, cum alias omne humanum imperium *morte* finiatur, illorum mandatis tamen Liberi etiam *post mortem* obsequium debeant. Unde in consideratione *inobed. impunis* de potestate Parentum in liberos in *actibus inter vivos* & in actibus *mortis causa* separatim agendum. Quod actus *inter vivos*, jura parentum iterum vel circa *personam*, vel

circa

circa *bona* liberorum occupantur, quæ pariter ſeparatim proſequi placet. Inter jura vero *quoad perſonam* omnium celeberrimum eſt jus *vitæ ac necis*, quod licet *antiquitus* Parentibus Romanis competierit, *L. ult. C. de P. P. hodie* tamen *plane* ceſſat, adeo, ut pater nec filium, id *promeritum* impune occidere poſſit; Quorſum pertinet elegans *L. 5. ff. ad L. pompej. de parricid.* quæ patrem filium ſuum, qui novercam adulteraverat, occidentem, in Inſulam deportatum eſſe commemorat, ſubjuncta ratione, quod patria poteſtas in *pietate*, non in *atrocitate* debeat conſiſtere: Et huc collineat Mev. ad J. Lubecc. *Lib. 1. t. 3. n. 9.* patrem filium *id promeritum privatim* mactantem, non, niſi *extraordinarie & vix ultra relegationem* puniendum eſſe, aſſerens. Confer. Dn. Præſes *in Diſſ. de Foro Filii Illuſtris delinq. c. 3. n. 18. ibique all.* Competit tamen adhuc hodie patri poteſtas liberos occidendi, ſi (1) vel *Magiſtratus* vices ſuſtineat, (unde etiam Nobiles, Jurisdictionem habentes, recte in cauſis liberorum ſuorum Criminalibus judicant. Carpz. *p. 4. C. 43. d. 11.*) vel (2) filiam, *poſitis ponendis in adulterio* deprehendat. vid. *L. 20. ff. ad L. Jul. de adulter.* & Lauterbach. *in comp. ff. d. t.* vel (3) ex *ſpeciali indultu* hanc poteſtatem habeat: Puffendorf. *de offic. hom. & civ. L. 2. c. 3. §. 7.* Quo pertinet *terribile* illud privilegium (ut vocatur à Limnæo *in jure publ. L. 7. c. 35. §. 3.*) Norimbergenſibus à Ludovico IV. Imperatore conceſſum, ut liberos immorigeros carcere turris coercere, & vivos in profluentem demergere poſſint. vid. Dn. Wagenſeil. *de civit: Norimberg. c. 27.* Extra hos ergo caſus, ſi pater amoris paterni oblitus, liberis violentas manus inferre nullus dubitet, & alia mortis evitandæ nulla plane via ſuperſit, parentem quoque *occidi* poſſe autumo. Matthæus *de crimin. ad Lib. 48. ff. Tit. 6. c. 2. n. 12.* Dn. Bodinus *de reſerv. div. Majeſt. c. 3. §. 5.* & Dn. Stryk. *de j. hom. in ſe ipſ. c. 3. n. 18.* (cum quo tamen, an hæc defenſio à filio *ſalva conſcientia intermitti* non poſſit? determinare, non audeo.) Quod etiam dicendum, ſi pater, licet ultima famis preſſus neceſſitate, filium comedere velit, cujus exemplum habet Lanſius *in Conſultat. orat. pro Hiſpan. p. m. 201.* Alter effectus P. P. circa *Perſonam filii* jure Romano *antiquo* conſpicuus erat, in jure filium *vendendi*, quod tamen poſtea ad filium *ſangvinolentium* reſtrictum eſt Br. ad *L. 2. C. de Patr. Pot.* Et quamvis hodie, tali caſu non facile obveniente, hoc jus fere penitus ceſſare autument Peretz. *ad C. de patr. qui fil. diſtr. n. 4.* & Dn. Stryk. *in U. M. ff. ad Tit. 6. Lib. 1. §. 6.* Ego tamen ad minimum ex *na-*

turali æquitate tam *matrem*, quam patrem, Dn. Stryk. *de foro consc. c. 2. n. 64.* (quamvis de *jure Civ.* forsan aliud dicendum sit Tabor. *disput. Wesenbec. 1. Qu. 32.*) e. g. inter Christiani nominis hostes constitutos, liberos *non tantum sanguinolentos*, sed etiam *adultos*, ob summam famem *non Parentum*, sed *ipsorum Liberorum*, Tabor: *de patr. pot. 1. c. 3. §. 1.* vendere posse, credo. vid. Grot. *de I. B. & P. Lib. 2. C. 5. §. 5.* & Puffendorf: *de I. N. & G. L. 6. c. 2. §. 9.* extra hunc vero necessitatis casum liberos parentibus ipsos vendere volentibus impune non parere, utique asserendum est.

§. 8.

Porro ad potestatem Parentis *utriusque* de *jure Civ*: non minus quam *Naturali* pertinet, quod liberi eorum mandata sancte observare, illisque debitum præstare obsequium teneantur. Quod tamen æque non indefinite procedit, sed primo limitandum, nisi mandatum aliquid *turpis* vel *injusti* contineat: Prioris exemplum esse potest, si pater filium *circumcidere* vel *castrare* velit; aut *lenocinium* exerceat, ac filiam *ad prostituendum pudorem* cogat: quibus casibus etiam *resistentia* erga patrem merito pro impuni habebitur: Dn. Lyncker. *in diss. de resist. quæ fit. pot.* §. 33. Et *generaliter*, quoties Parentes Liberis aliquid, quod Legibus *Divinis* aut *Naturalibus*, (quo pertinet si pater jubeat, ut filius moriatur, Dn. Becmann. *de exsuper. obseq. c. 3. §. 8.*) prohibitum, injungunt, toties hos impune non parere, utique asserendum est; quamvis tamen, si metu reverentiali adducti, parentum dicto morem gesserint, à delicti pœna, nisi id *atrocitatem* facinoris contineat, merito excusentur. Tabor *de P. P. p. 2. c. 1. §. 3.* Quid vero, si e. g. pater in loco captivus habeatur, quem filius (de *Principe* vero hic, non de *Ministro* loquimur, quem Rempubl. amori paterno præferre debere certum est) obsidione cingit, ac hostes minitentur, se parentem, nisi filius ab obsidione desistat, occisuros, an filius jussui parentis, hisce minis non attentis filium in proposito permanere jubentis, licite non parebit? Et hoc utique *affirmandum* censeo, cum tale mandatum in *Patre* quidem *insignis generositatis* indicium sit, *à filio* tamen aliquid, quod debitæ parentibus pietati contrarium est, exigat. vid. Dn. Becman. *all. l.* §. 5. Ad *injusta* mandata pertinet, si pater liberos in tali re sibi obsequium præstare velit, in qua *Leges* ipsis *arbitrium* libere agendi permittunt. Quo referri potest, si filium ad *fide jubendum* pro se *non incarcerato*; vel filiam ad se licet *incarceratum*, fide-

fidejuſſione liberandum, ſub fulmine exheredationis adigere veſit. Dn. Hopp. *ad §. 5. I. de exhered. lib.* Nec minus huc pertinet caſus, ſi parentes à liberis *operas ſerviles* ac *artificiales* exigant, quas liberi non de neceſſitate, vid. *L. pen. ff. de obſeq. parent. præſt.* ſed ex libera tantum voluntate præſtant, & ſi præſtiterint, aliquando à parentibus *ſalarium* ac mercedem poſcunt. vid. Carpz. *p. 1. C. 28. Def. 31.* & Dn. Harprecht. *in diſſ. de ſalario pro op. liber. præſt. c. 3.* Præſertim vero *injuſta* parentum mandata ſæpius circa *matrimonia Liberorum* occurrunt, ubi, ſicut liberi parentibus, ipſos ad *cœlibatum* invitos cogere volentibus, impune non parent, vid. Engel. *ad jus Canon. L. 3. Tit. 31. n. 18.* & vel ex D. Ambroſ. in *Lib. 1. de virg.* quem celeberrimus Parlamenti Pariſienſis Advocatus le Maitre *playd. 2.* pro defenſione filiæ, relicto cœnobio, invitoque patre, nuptæ adducit, reſpondent: Non imperari poteſt virginitas, ſed optari; Nam quæ ſupra nos ſunt, in Voto magis, quam in Magiſterio ſunt: (*Peuvent être ſouhaitées, mais non commandées*) Vel cum Olympia regerunt, non ſecum, ſed cum illo, qui donum continentiæ concedit, expoſtulandum eſſe: *Vita di Donna Olympia p. m. 7.* Ita quoque inviti à parentibus *ad matrimonium* cogi nequeunt. *c. 14. & 17. X. de ſponſal.* Carpz. *Jprud. Conſ. L. 2. def. 3.* quin potius jure Canonico *eis invitis* religionem ingredi ac vitam monaſticam eligere licet. Engel. *d. l. n. 16.* Et quamvis ad *contrahendum matrimonium* hodie *utriusque Parentis & ulteriorum* quoque *Aſcendentium* conſenſum *de neceſſitate* adhiberi velint, Carpzov. *all. libr. D. 39. ſqq.* quod & ad *emancipatos*, Struv. *in S. J. C. Exerc. 29. Th. 23. in f.* & ad *ſecundas* liberorum *Nuptias*, Dn. Stryk. *in diſſ. de jure primi c. 2. m. 4. n. 69. ſqq.* extenditur; De *jure Romano* tamen illorum, in quorum *poteſtate* liberi *non ſunt*, conſenſus impune negligitur. vid. *pr. J. de nupt.* Dn Schöpfer *de neceſſ. conſ. pat. ad nupt. c. 1. n. 38. ſqq.* Cum contra absque vitio nullitatis conſenſus illorum, in quorum poteſtate liberi conſtituti erant, prætermitti haud poſſet. Fuchſ. *de j. matris div: à jure Patris c. 2. Th. 5.* Quanquam nec hic ab utraque parte Exceptiones deficiant. vid. Dn. Schöpf. *all. l. n. 30. & 31.* & Dn Stryk. *de abuſu j. quæſ. c. 3. n. 61.* Quin adhuc hodie licet ſuppoſita hac conſenſus parentum adhibendi neceſſitate, dantur caſus, in quibus liberis matrimonium *irrequiſito* vel *neglecto Parentum conſenſu*, contrahere licet; Quo ſicuti indubie referenda, quæ Dn. Schöpfer. *all. l. n. 34.* de Patre *furioſo*, *ab hoſte capto*, & *abſente*, & Dn. Stryk. *all. l. de* filia

25. annis majore ſuggerit: Ita non minus huc pertinet ille caſus, ſi pater *absque legitima cauſa* (qualem non eſſe arbitror, quod ſponſalia absque illius conſenſu ſint contracta, contra Carpz. *p. 4. C. 20. D. 14.* & Richter. *p. 1. d. 8. n. 82.*) in matrimonium liberorum conſentire nolit, ubi Magiſtratus legitime imploratus paterni diſſenſus cauſas ſibi exponi curat, & ſi illæ ſufficientes non videantur, *paternum conſenſum ſupplet.* Hahn. *ad W. tit. de ſponſal. n. 4.* Brunn. *in j. Eccleſ. L. 2. c. 16. §. 5. inibique* Stryk. *Altera* illorum, quæ de obedientia *mandatis paternis* debita diximus, *limitatio* eſt, ſi filius *officium* aliquod *publicum* habeat, ad quod ſe patria poteſtas non extendit, cum filius ratione illius pro patrefamilias habeatur, *L. 9. ff. de his qui ſui vel al.* & jus publicum non ſequatur jus poteſtatis: *L. 14. pr. ff. ad ſctum Trebell.* Cujus ratio illa eſt, quod obedientia, tanquam correlatum imperii non longius extendenda ſit, quam ſocietatis, in qua vivitur, ratio poſtulat; Dn. Becman. *all. diſſ. c. 2. §. 2.* quæ in ſocietate paterna cum Reipubl. adminiſtratione nihil commune habet. Ex quo patet filium *Regem* quoad *poteſtatem domeſticam* quidem Parentibus ſubjacere, quamvis & hujus effectus ob obſtantem ſæpe rationem publicam difficulter illi applicari poſſint; quoad *poteſtatem publicam* vero Parentibus impune non parere, vid. exempl. *I. Reg. II. v. 22.* & Grot. *L. 2. c. 5. §. 6.* & hos potius ipſi eſſe ſubjectos, Dn. Coccej. *in diſſ. de juſtit. B. & P. in R. Portug. S. 1. art. 1. Qu. 3.* adeo, ut filius *Rex* proprios parentes id promeritos ob perſonam, quam ſuſtinet, publicam, ultimo aliquando afficere ſupplicio poſſit. Dn. Becman. *all. l. §. 9.*

§. 9.

Ad jura parentum *circa perſonam liberorum* adhuc pertinet, quod filium immorigerum *moderate caſtigare* poſſint. *L. un. C. de emend. propinqv.* quod tamen benigne & ita faciendum eſt, ut ſimul prudentiæ, ſimulque caſtigationis nomine laudandi ſint *Nov. Leon. 105.* Si ergo paterno affectu abjecto, non ut patrem decet, ſed *atrocem in modum* filio pœnam infligant, non paterno more caſtigant, indeque nec Leges eorum atrocitatem comprobant, ſed potius liberorum inobedientiam impunem eſſe cenſent. Hoc tamen tantum de caſtigatione *Reali* intelligendum, & de *verbali* tenendum, illam, licet Pater in ea quam maxime excedat, & citra omnem cauſam liberos convitiis proſcindat, *patienti ſemper animo* tolerandam eſſe, nec ideo vel injuriarum actionem, vel retorſionis remedium competere. vid. Dn.

Stryk.

Stryk. *de abusu j. quaes. c. 3. n. 15. sqq.* Qui tamen de jure Civ. filio emancipato, qui *dignitate* patrem *antecellit*, ob *atrocem* ejus *injuriam verbalem* actionem injuriarum denegari non posse, sed in factum temperandam esse, asserit *in diss. de j. Rever. c. 3. m. 4. n. 40.* Si vero in castigatione *Reali* nimium excedat Pater, & Filium male contra pietatem afficiat, *l. fin. ff. si quis à par. manum:* tunc à Liberis nobile officium judicis implorari, & Pater ob sævitiam ad *Liberos emancipandos* invitus cogi potest *d. L.* Brunn. *ad L. 4. C. de emanc. lib. n. t. 2. 3.* Hahn. *ad W. tit. si quis a par. man. n. 2.* Sed an etiam *de facto* Parentibus resistere licebit? Hoc negandum videtur, nisi *irreparabile* damnum immineat, extra quem casum Liberis tantum paternam severitatem submisse deprecari, vel fuga sibi consulere licebit. Dn. Lyncker. *all. diss. §. 32. in f.* Illud denique determinandum: An hæc castigandi potestas etiam in *Liberos emancipatos* extendatur? quod de *jure civ.* quidem *negandum* esse videri poterat, cum hoc Emancipationem ut remedium contra Patris sævitiam suggerat; cum tamen castigandi potestas non tam juri Civili, quam Reverentiæ parentibus *jure Naturæ* debitæ adscribenda sit, ex veriori sententia nec in Liberos emancipatos denegari potest, nisi *Filia per nuptias* sit *emancipata*, ubi cum parentes potestatem suam regendi & coercendi *privative* in Maritum transtulerint, eo invito Filiam adhuc castigare posse, non videntur: Langenbeck. *in diss. de castig. moder: m. 1. S. 3. §. 9.* Quod & de *Filio Clerico* dicendum est, quem in sacris existentem Pater sub excommunicationis pœna amplius castigare non potest. vid. Ziegler. ad Lancell. *L. 4. tit. 13. §. 10.*

§. 10.

Parentum potestatem *in bona Filiorum* quod concernit, eadem partim in eorum *administratione*, partim in competente *Patri Usufructu* consistit: Ex quibus *primum* quoad Liberos in prima ætate constitutos juri naturæ adscribendum, vid. Puffendorf. *de offic. hom. & civ. all. l. §. 5.* & sic *nec Matri* denegandum videtur, *Alterum* vero pro effectu patr: pot. mere civili habendum, ac inde *Patri vi patr. pot.* tantum competere, asserendum est. Carpz. *P. 2. C. 10. D. 7. in f.* Lauterbach. *in Coll. Theor. pr. ad t. de usufr. §. 11.* Non tamen ultra bona Filii *adventitia* extenditur, & quidem quoad hæc etiam *ad ordinaria* tantum restricta est, adeo, ut quoad *extraordinaria* (quo quæ referri debeant vid. apud Lauterbach. *in comp. ff. ad t. de peculio p. m. 258. & 259.* & Eckholt.

holt. *eod. Tit. §. 5.)* Patri vel administrationem (modo tamen filius jam *perfectæ ætatis* sit. vid. Carpz. *all. C. def. 11.*) vel usumfructum sibi arroganti Liberi impune non pareant, & de illis absque Parentum consensu *inter vivos* libere disponant. *Nov. 17. c. 1.* *Testari* autem de hoc peculio nec *Patre consentiente* possunt, bene tamen *mortis causa donare*, ad quod tamen *Patris consensus* utique necessarius erit: Tabor. *de patr. pot. p. 2. S. 2. c. 2. §. 9.* Eckholt. *ad t. ff. de m. c. don. §. 3.* Brunn. *ad L. 25. ff. d. t.* quamvis contrarii sint Lauterb. *in Coll. Th. pr. ad Tit. de peculio §. 27. & inibi all.* Engelbr. *ad Lib. ff. 15. §. 3. inf.* Hahn. *ad W. tit. de m. Don. n. 4.* Wissenbach. *ad ff. Disput. 16. §. 7. & ibi all.* In peculio *castrensi & quasi castrensi* latius adhuc libera Filiifamil. disponendi facultas porrigitur, ita, ut etiam ad *ultimam voluntatem* extendatur, & Filius eorum nomine (quod tamen etiam in *adventitio extraordinario* procedit) *contra* ipsum *Patrem* agere possit. Brunn. ad *L. 4. ff. de judic.* Nec circa bona adventitia *ordinaria* illimitata plane Patris est potestas, aut omnis Filii inobedientia impunis excluditur, sed Filius, si Pater hoc jure abutatur, *ob abusum* hunc, actionem contra Patrem licite instituit, Brunn. *ad d.* & sibi, vel Curatori horum bonorum administrationem relinqui petit; Dn. Stryk. *de Conscient. part. c. 1. n. 38.* nec minus eorum *alienationem & oppignorationem* à Patre factam propitio jure revocat. vid. Dn. Eckholt. *ad Tit. de pecul. §. 4. inf.*

§. II.

Considerandum jam est imperium, quod Parentes in Liberos in *actibus mortis causa* exercent, cujus principalis præsertim effectus est, quod Liberi Parentum voluntatem, etiam *minus solenniter* declaratam, agnoscere, & servare teneantur: Quod tamen exceptionem patitur in *Patre hæretico*, utpote cui inter *Liberos orthodoxos* testanti, illi impune obedientiam denegant. Richter. *p. 1. d. 57. n. 9.* Nec minus, cum hoc Testamentum inter *solos Liberos*, & in *eorum favorem* condatur, nec Legatum *extraneo* relictum, *idem D. 29. n. 87.* neque ex communiori sententia, Struv. *Exerc. 32. Th. 19.* (quamvis forsan de jure aliud dicendum sit Dn. Stryk. *de j. test. int. lib. c. 4. n. 59.*) *exhæredatio liberorum* subsistit. Sunt vero adhuc alia, circa quæ Liberi Parentibus, *licet solenniter* testantibus, impune non obediunt, quo sicuti *in Matre* pertinet, si *Tutorem* dare velit, cum hoc tantum *Patri vi P. P.* competat; vid. Fuchs. *de j. matr. div. à jure patr. c. 2. Th. 9. & 10.* Ita in *utroque Parente* hic referri potest, si *Novercæ* vel *Vitrico plus, quam* uni

uni Liberorum prioris matrimonii relinquere, *L. 6. C. de sec. nupt.* Carpz. *p. 3. C. 23. d. 17. n. 1. sqq.* vel Liberos ad *perpetuam communionem* damnare velint. Brunn. *ad L. 14. ff. comm. divid.* Præsertim vero impunis est Liberorum erga Parentum ultimam voluntatem inobedientia, si per illam *Legitima*, (cui ne quidem Parentes Studiorum favorem præjudicare possunt. Dn. Stryk. *de success. ab J. diss. 11. c. 3. §. 22.*) vel in *Liberis orthodoxis Patris Hæretici*, integra portio ab intestato, vid. Dn. Lyncker. *de eo q. just. est circ. pers. div. Relig. Sect. 2. c. 2. §. 4. & 10.* non sit salva; Adeo, ut nec Liberi *gravamen legitimæ adjectum* agnoscere teneantur, licet in Testamentum paternum consenserint; Richter. *p. 1. d. 41. n. 8.* Nec Patris *prohibitione* de non petendo supplemento legitimæ, aut *taxatione bonorum* ab eo in præjudicium legitimæ facta obligentur; Carpz. *p. 3. c. 12. d. 8. & 9.* Cujus ratio in aprico est, quod factum scilicet *Patris* non possit filio obstare in eo, quod *beneficio Legis* aut *Majorum* consequitur. Richter. *p. 2. D. 79. n. 15.*

§. 12.

Ad *tertiam Societatis simplicis naturalis speciem* progredimur, quam *Herilem* communiter vocant, & ex necessitate humana, spontaneaque Servorum subjectione, ac jure gentium deducunt. Puffendorf. *de off. hom: & civ. L. 2. c. 4. §. 1.* Quamvis autem Servi Dominis ad *operas præstandas & mandata* ipsorum *obeunda* utique obligentur; Grot. *Lib. 3. c. 14. §. 2. n. 2.* Nec hic tamen omnis inobedientia impunis exulat, sed Servis aliquando *in libertatem se recipere* permittitur; Quo spectat, si *Christianus Judæo*, & alii hæretico vendatur, *t. t. C. ne Christ. manc. jud.* & Peretz. *ad h. t.* vel *mancipium Judæi* Christianis per *Baptismum* societur. *L. 56. §. fin. C. de Episc. & Cler. &* Peretz. *d. l.* Vel Servus *noxa deditus* se ipsum luere possit: *§. 3. J. de nox. Act.* Nec minus huc referri debet Statutum Galliæ, quo omnia mancipia eo momento, quo Gallicam terram attingunt, ipso jure *libera* evadunt, teste Lansio *in Consult. orat. pro Gall. p. m. 161. & 162.* Quæ Statuta, si aliis in locis quoque vigeant, servos ibidem Dominorum potestati licite se eximere indubium est. Nec etiam deficiunt casus, in quibus Servi, licet in servitute permaneant, Domino impune non parent. Quo præsertim referendum, si mandata aliquid vel *naturaliter* (quo pertinent operæ sine valetudinis & vitæ periculo inexsuperabiles. Grot. *L. 3. c. 14. §. 5.*) vel *moraliter impossibile* contineant, cum servi non *per omnia* Domino parere, nec ejus dicto in *delicto* audientes esse debeant.

L. 17.

L. 17. §. 7. ff. de injur. L. 21. §. 1. ff. de act. rer. amot. Exemplum esse potest, in Domino, ab ancilla exigente, ut pudorem prostituat, aut à Servo postulante, ut se castrari patiatur, adeo, ut tali casu & *resistentia* impunis habeatur, Dn. Lyncker. *de resist. quæ sit pot. §. 34.* & Dominus à judice ob hunc potestatis suæ *abusum* illa privari debeat. *Dn. Stryk. de ab: j. quæs. c. 2. n. 13.* An vero plane à Domino tali casu *aufugere* licitum sit? quæritur; Quod utique *affirmandum* videtur, ita tamen, ut aufugientes libertatem non nisi *interventu Superioris* acquirant, & cessante fugæ causa, ad Dominum *reverti* teneantur. Dn. Becman. *de exsuper. obseq. c. 4. §. 2.* conf. Dn. Stryk. *all. l. n. 19. sqq.* ubi plures exhibet casus, in quibus servi interveniente judicis autoritate à Dominici imperii nexu liberantur. Quin & illa, quæ Dominis *circa servorum coercitionem* competit, potestas, suos habet limites, ita ut Servus ob nimiam Domini *sævitiam* vel ad Præfectum Urbi recurrere vel ad statuam Principis confugere, & Dominum ad se bonis conditionibus vendendum, implorato judicis officio adigere possit. *§. 2. l. his, qui sui vel al. jur.* & Brunn. *ad L. 1. ff. de offic. præf. urb. n. 16.* Si vero fugæ licentia non detur, non tamen ob quamcunque Domini sævitiam Servi impune resistent, vid. Huber. *de J. Civ. L. 3. c. 16. n. 34.* sed ob eam tantum, ex qua vel *vitæ periculum*, vel *aliud irreparabile damnum* imminet, cum Domino *jus vitæ & necis* in servos nec jure gentium, vid. Dn. Becman. *all. l. §. 1. inf.* & Dn. Coccej. *in eleg. diss. de j. victor. div. a j. belli §. 11.* (nisi forsan minus recte receptam apud Gentes *impunitatem* ita vocare velis. Grot. *all. l. §. 2. n. 3. Conf.* Hopp. *ad §. 1. J. De His qui sui vel alien. jur.*) nec *proprie* jure Civili *§. 2. J. d. t.* asseri possit. Unde hanc resistentiam *pro vitæ Defensione*, etiam ad Domini occisionem se porrigere, utique affirmandum credimus. vid. omnino Dn. Lyncker: *all. l.*

§. 13.

Sed cum hæc ob cessantem hodie apud Christianos *extra captos infideles* servitutem, vid. Feltman. *Respons. mil. 9.* parum utilitatis habere videantur, ob materiæ connexitatem ad inobedientiam impunem *Famulorum & Hominum propriorum* erga Dominos pedem promovemus, quos Dd. servis plerumque comparare & adjungere solent. Nam tamen quoad Famulos hæc comparatio ulterius procedit, quam quoad *operas*, quas Domino, æque ut servi, *præstare*, & *mandata* ipsius *exequi* tenentur: Unde hoc eandem exceptionem, quam *in §. praeced.*

ced. de mandatis Dominorum *naturaliter* vel *moraliter impossibilibus* adduximus, admittere, manifestum est. Differentia quoad has operas inter utrosque adhuc in eo consistit, quod servorum obligatio ad operas *perpetua* sit; Grotius *all. l. n. 2.* Famulorum vero *ad tempus* saltem *locationis* restricta, quo finito, licite illas in posterum denegant, & Domino non parent. Mev. *p. 4. D. 385. n. 1.* Constante vero locationis contractu, Domino, ipsos *sine legitima causa expellere volenti*, similiter impune non obediunt, nec antea ex Domini ædibus recedere necesse habent, quam illis *de integra mercede* sit satisfactum. Brunn. *ad L. 15. ff. loc. Cond. n. 43.* Carpz. *P. 2. C. 25. D. 22.* Nec minus, quamvis ipsi quoque *durante locationis tempore* regulariter *recedere* non possint, licet alium pro se substituere velint, Mev. *ad jus Lub. Lib. 3. Tit. 8. art. 5. n. 30.* *ex justa* tamen & *legitima causa* (quo pertinet eveniens matrimonii conditio, *id d. l. n. 34.* Domini sævitia, Brunn. *ad l. n. 42.* denegatio victus necessarii, &c. Mev. *d. l n. 37.*) id ipsis utique permittitur. Porro impune quoque Famuli de Jure communi scripto Domino inobediunt, ipsos licet *modice* tantum *castigare* volenti, cum non nisi *ex contractu locationis* obligentur, & mercenariorum loco habeantur, in quos *nullum jus coercendi* competiisse, testatur Tabor. *in Racemat. Crimin. ad L. 89. ff. de furt. in f.* Quod tamen limitandum videtur, nisi simul *educatio* Domino quodammodo sit *commissa, arg. L. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil.* Quo casu, quamvis & hodie *multo liberior* competat in Famulos castigandi potestas, Dn. Stryk. *in diss. de agris des. c. 7. n. 48.* Generaliter tamen hodie & *moribus & statutis* expressis multorum locorum *modica famulorum castigatio* permittitur. vid. *Jus Lubec. L. 3. Tit. 8. artic. 10.* Bonacossa *de serv. & fam. qu. 94. & 197.* Hanc autem si Domini, licet *verbis tantum* excedant, nec injuriam actio, nec Retorsio, nec resistentia Famulo denegabitur: Mev. *all. art. j. Lub. n. 15. & 16.* Dn. Lyncker. *all. l.* (valituro etiam hoc casu à Domino cautionem de non offendendo exigere. Stryk. *in U. M. ff. de S. H. §. 12. ibique all.* Mev.) Quam quoque resistentiam ad occisionem Domini extendi posse manifestum est, quamvis cœteroquin Famuli maximam Domino fidem ac reverentiam debeant, adeo ut illum extra legitimam defensionis causam occidentibus, in Anglia pœna *alta* (ut vocant) *proditionis* dictitetur, vid. Leti. *Histoire de Cromwel. p. 1. p. 66.* & apud nos ordinarium homicidis supplicium exasperari soleat. Clasen. *ad Constit. Crim. art. 137. §. 5.* Denique

cum nulli privatorum in alterum jurisdictio competat, Famulos nostros Domino talia, quæ *jurisdictionem* sapiunt, e. g. carcerem privatum sibi arroganti, impune non obedire, facile patet: Mev. *d. l. n. 10.* Nisi forsan in *Legatorum* famulitio degant, quorum jurisdictionem extra causas & negotia *ante legationem* gesta (nam quoad hæc Legatis impune non parent, & domum revocant) utique agnoscere tenentur. vid. Dn. Stryk. *in diss. de j. ex alt. pers. perm. c. 2. n. 11.*

§. 14.

Homines proprios, quod attinet, jus Dominorum circa illos *in tribus* potissimum consistit, quod scilicet *absque eorum consensu recedere nequeant*, sed *operas* ipsis *præstare*, *& castigationem* eorum *pati* teneantur. Ex quo patet, Nobilibus, *ultra hæc capita* quædam Subditis (qui *extra glebam* pro liberis habentur, Dn. Stryk. *in ll. M. ff. Tit. de St. Hom. §. 5. & 6.*) imperantibus, impune non pareri. Huc pertinet, si vel in rebus subditorum venalibus *jus protimiseos* sibi arrogare velint, Carpz. *p. 2. C. 51. D. 10.* Richter. *D. 98. n. 28. & D. 76. n. 80.* Mev. *p. 2. D. 279.* Wissenbach. *ad ff. disput. 36. §. 10.* vel etiam in prædiis in suo districtu ab ipsis venditis, *jus retractus* prætendant, Mantz. *Dec. pal. qu. 11.* aut si *jure* quodam *monopolii illos* ad suam tantum cerevisiam emendam, Tabor. *de j. Cerevis. p. 1. c. 3. §. 5.* Vel ad suum tantum molendinum ac diversorium frequentandum, Mantz. *Dec. pal. Qu. 17.* Klock. *vol. 1. Consil. 29. n. 985. sqq.* adigant, ubi subditi obedientiam jure propitio denegant, ac ad alia molendina transeunt, licet hactenus semper Domini molendinum frequentaverint. Mev. *p. 1. Dec. 60.* Nec minus circa *potestatem recedendi* (quæ alias adeo restricta, ut subditis *in praxi* sine consensu Domini ne quidem *matrimonium* contrahere liceat, Mev. *ad jus Lub. L. 1. T. 4. art. 5. n. 9. sqq. & p. 5. D. 129.*) occurrunt casus, quibus eadem *impune* permittitur; Quo sicuti indubie pertinet, si id *Statuto* concedatur, quale in Marchia certo respectu obtinere testatur Dn. Stryk. *in diss. de agris des. c. 7. n. 50*: Ita similis exceptio *favore literarum* occurrit in Homine proprio *literis* operam dante, quem ad pristinam conditionem Dominus revocare non potest. Idem *de abj. quæst. c. 2. n. 30.* Mev. *ad jus Lub. L. 1. T. 3. a. 3. n. 41.* Quin & Dominus Hominem proprium in summis constitutum angustiis *deserens* jure suo in illum privatur, vid. Mev. vom Zustand der Bauren *c. 3. n. 103. sqq.* Nec minus subditis, tam ob Domini *Tyrannidem*, quam ob ejus declarationem in *Bannum*, vel ob terræ *sterilitatem*, si eam propter

in loco habitationis *necessaria alimenta* habere non possint, alio migrandi facultas libera esse debet. Mantz. *Dec. palat. Qu. 18. n. 41.* Qui è contrario *Qu. seq.* Homines proprios Dominis, ipsos *invitos & absque legitima causa* ex Hofinarchia sua expellere volentibus, impune non obedire, pluribus deducit.

§. 15.

Porro *operæ*, quas Dominis subditi debent, *regulariter* ad *Dominum Proprietatis* spectant, & cum *jurisdictione* nihil commune habent; Richter. *D. 98. n. 25.* Unde utroque concurrente, *Dominum proprietatis* præferri, & *Domino Jurisdictionis* impune non obediri, testatur Klock. *Vol. 1. consil. 10. n. 732.* Nec tamen regulariter debentur, nisi *indictæ*, Maurit. *Consil. p. 2. Cons. 6. n. 31.* Ex quo colligimus, Subditos quidem regulariter operas contra Dominum *præscribere* non posse, Brunn. *cent. 5. D. 80.* Dn. Stryk. *de non usu j. quæs. c. 2. n. 35.* (licet per 30. annos *earum loco pecuniam* præstiterint; Mantz. *Dec. pal. Qu. 29. n. 3.*) Sed è contrario impune eos quoque Domino non parere, si nomine servitiorum, quæ exigere prætermisit, postea aliquid petere velit. Dn. Stryk. *d. l.* Maurit. *all. l. n. 33.* Cœterum, ad quas operas subditi Dominis obligentur, *generaliter* definiri haud potest, sed hic *statuta, mores & pacta* in singulis locis ante omnia respicienda sunt. Dn. Fritsch. *in Tr. de J. ac statu pagorum c. 6. §. 5.* Illud tantum notandum, in genere has operas vel *determinatas* vel *indeterminatas* esse. Id. *c. 8. §. 6.* Quoad *priores*, Dominus ultra illas aliquid injungere haud potest, sed Subditi, si illas tantum *extendere* aut *mutare* velit, non tantum impune obedientiam denegabunt, & Actione Negatoria utili experientur: Klock. *Vol. 1. cons. 28. n. 342.* Sed etiam Domino, vim intentanti, jure resistent. Pertinet huc, si Dominus operas *ab uno loco in alium* transferat, Richter *D. 98. n. 18.* vel *earum loco* à subditis invitis *pecuniam*, aut cum in eorum electione sit, utrum velint præstare, Carpz. *L. 1. Resp. 52. n. 10. unum simpliciter* exigat: *ib. n. 31. & 39.* Vel, postquam de pecunia cum subditis convenit, *operas* nihilominus *in natura* poscat. *ib. n. 31.* Nec minus, si operas *ad habitationis ædificationem* debitas, ad horrea & stabula, vel nova plane ædificia, ac veteris terræ avectionem, Carpzov. *p. 2. C. 52. D. 3. 4. sqq.* Richter *all. l. n. 20. sqq.* vel excubias subditorum ad aream castrorum, Carpz. *P. 2. C. 51. D. 8.* aut custodiam maleficorum, *ib. D. 15.* extendere velit: conf. Richter. *d. Dec. n. 24.* Ubi *n. 29. & 30.* subjungit, subditos etiam *ob*

paupertatem à præstandis operis excusari. Et quamvis circa operas *indeterminatas* majus sit Domini arbitrium, nec ibi tamen indefinite patet, sed ad operas tantum *solitas & consuetas*, Dn. Fritsch. *all. l. §. 5.* & Richter. *d. l. n. 9.* quæque *commode* à subditis præstari possunt, restringendum est: Unde, si Dominus, cui *indeterminatæ* debentur operæ, vel operas *insolitas* aut *impossibiles*, Mev. *p. 4. D. 133.* vel tales, *quæ sine turpitudine* aut *vitæ periculo* præstari non possunt, Maurit. *all. l. n. 38. & 39.* imponat, subditi impune non parent; & Superioris auxilium, (qui etiam pendente lite ipsis aliquando per mandata S. C. succurrit Mev. *p. 2. D. 80.*) implorant. Peretz. *ad t. C. de emend. serv. n. 3.*

§. 16.

Quod *Castigationem* denique *subditorum* attinet, eam sæpius in *sævitiam* degenerare, quotidiana experientia teste comprobatur; Unde nec omnis hominibus propriis *resistentia* deneganda, modo tamen *irreparabile vitæ aut sanitatis periculum* immineat, extra quem casum ipsos æque, ut servos, Dominis in se injuriis *de facto* resistere non posse, affirmare securius credo. *Inobedientiam* vero subditorum contra Dominorum in castigando sævitiam (quæ quibus modis contingat vid. Dn. Stryk. *de abj. quæst. c. 2. n. 36. seqq.*) impunem esse, facile largior, & duplex ipsis concedo remedium, ut vel *fuga* sibi consulant, ac se Domino sævienti subtrahant, quo casu Dominos, ipsos iterum vindicare volentes, *exceptione* intolerabilis *sævitiæ* repellent: Mev. Vom Zustand der Bauren / *c. 3. n. 28. sqq.* Vel apud Superiorem *Querelam* interponat, qui per Mandata S. C. Dominum de *melius* ac liberalius tractandis subditis *admonebit*, & si illis non attentis, tamen eos inhumaniter habere pergat, vel Dominum invitum ad homines proprios *vendendos* coget, vel ob abusum *jurisdictione*, in illos competente, plane *privabit*. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 20. n. 10.* Brunn. *ad L. 2. ff. de his qui sui vel al.* Dn. Stryk. *all. Diss. c. 7. n. 7.*

CAP. IV.

DE INOBEDIENTIA IMPUNI IN SOCIETATE COMPOSITA ADVERSUS MAGISTRATUM SUMMUM.

SUM-

SUMMARIA.

§. 1. *Summi Imperii sanctitas, & diversa Subditorum consideratio.* §. 2. *inob: impunis singulorum Subditorum privatorum.* §. 3. *an illa ad resistentiam se extendat?* §. 4. *inobed. impunis Uxoris & Liberorum Regalium, ac Principum sanguinis.* §. 5. *Magistratus ac judicis inferioris.* §. 6. *Ministri & Legati.* §. 7. *de inobed. impuni universorum subditorum, & differentia inter Principem absolutum & limitatum.* §. 8. *quousque hac inobed. impun. se extendat, ac de depositione & abdicatione Regis.* §. 8. *de Invasore ac Tyranno, nec non de Tutoribus Principum.* §. 10. *singulorum Imp. Statuum, inobedientia ac resistentia impunis adversus Imperatorem.* §. 11. *de inobed. impuni universorum Imp. Statuum, & de depositione ac abdicatione Imperatoris.* §. 12. *inobed. impun. adversus R. Romanorum, Vicarios Imperii, & Summa ejus Judicia.* §. 13. *inobed. impun. singulorum Subditorum adversus Principes Imperii.* §. 14. *de universorum subditorum inobedientia ac resistentia adversus eosdem.*

§. 1.

Dum inobedientiam impunem adversus *Magistratum summum* ac Majestate pollentem considerare jam animus est, quam lubentissime quidem optaremus, ut omnes illi, quibus Deus supremum in orbe Imperium concessit, ex magno illo Galliarum Rege Henrico IV. exemplum caperent, qui Duci Niverensi, maxime limitatam ipsi apud Rupellenses potestatem objicienti, prompte non minus, quam generose respondit: *Se omnia Rupellæ efficere posse, quæ vellet, quoniam nihil vellet, nisi quod juri consentaneum esset.* Perefixe *Histoire de Henry le Grand ad ann. 1586. p. m. 87.* Scilicet, exularet ita omnis subditorum impunis inobedientia, & suus Majestati constaret honos, quæ cum *Dei* in terris vices gerat, vid. Ziegler. *de j. Majest. L. 1. c. 1. §. 46.* huic quoque sanctitate ac justitia quam proximam ac *similem* se reddere, enixe studeret. Sed cum insatiabilis regnandi libido, ac perversa hominum indoles justos non semper observare limites permittat, evolvendi jam erunt hoc capite casus, quibus *Summis Imperantibus* aut *obsequium denegare*, aut etiam simul *resistere* impune habetur; Ita tamen, ut nunquam obliviscamur *Divini* illius *Characteris*, qui Principibus tanquam *Dei Vicariis* impressus, eosdem supra humana judicia extollit, & causas ipsorum ad *Reservata Divinæ Majestatis* referri efficit. vid. Dn. Bodin. *de Reserv. Div. Maj. c. 3. §. 1.* Ex quo

patet, si Principibus etiam *ut privatis*, e. g. ex contractu *cum subdito* intercedat lis, nullum tamen nisi *ipsum Principem judicem* esse, nec illum, quamvis alias nemo *in propria causa* judex esse possit, *L. un. C. ne quis in sua caus. jud.* ut suspectum recusari posse; Dn. Stryk. *de jure Suspic. c. 6. n. 25. sqq.* Licet tamen boni Principes regulariter acta transmittere, vel se *judicio* alicui *arbitrario* submittere soleant. vid. exempla in diss. Comitis de Wurmbr. *de foro S. R. J. Princ. c. 1. §. 1.* Ut autem eo felicius propositum finem assequamur, præmonendum, Subditos, vel *ut singulos & privatos*, vel ut *universos* aut *præcipuos* ex *universis*, (quo pertinent Status Regni) considerari; Uffelmann. *in diss. de homagio* §. 73. Et inde nobis *de inobedientia impuni subditorum singulorum, & universorum* separatim agendum esse. Cum vero subditi singuli sint vel *mere privati*, vel *eminentiores*, (quo *Uxorem ac Liberos Regales, Principes Sanguinis, Magistratus ac judices inferiores, Ministros* denique, ac *Legatos* referimus) de utrisque etiam specialiter dispiciemus.

§. 2.

Quod jam ad *Subditos singulos privatos* attinet, primo quidem sine dubio impunis habetur illorum inobedientia, si tale aliquid Princeps injungat, quod *illæsa conscientia* exequi *non* possunt. vid. Dn. Becman. *de j. subd. circ. S. c. 4. §. 4. & 5.* Quod sicuti etiam referendum censeo, si Princeps alicui, licet *juste* ad mortem *condemnato*, imponat, ut se *ipsum occidat*, contra Uffelm. *in all. diss. §. 90. sqq.* Ita præsertim hæc Regula effectum suum exserit, si Princeps *circa Religionis negotium* subditorum conscientias constringere velit, ubi tamen debita cautione utendum. Quamvis enim Principis potestas ad *actus internos & intellectuales* non extendatur, Hahn. *ad W. L. 1. T. 1. n. 4.* Dn. Becman. *all. diss. c. 2. §. 2.* (Unde *infamiam facti* ultra effectus externos à Principe aboleri non posse recte asserit Maurit. *Consil. Tubing. 8. n. 26.*) & à Poloniæ R. Srephano Bathori inter tria reservata Divina non immerito relatum sit, conscientiis dominari, Hartknoch. *de Republ. Polon. vol. 1. p. 102.* non tamen nimis scrupulosi hic debent esse subditi, sed in *omnibus* illis, quæ Divinis literis *non manifesto* repugnant, (quo etiam *προσκύνησιν* ut *actum mere civilem* referendum credo, vid. Dn. Becman. *in Syntagm. dignit. Diss. 8. c. 1. §. 2. & 3.*) sive internos sive externos Religionis actus spectent, Principi obsequium præstare; Dn. Rechenberg. *de offic. civ. Christ. §. 32.* Brunn. *in j. Eccles. L. 1. c. 2. §. 31.* Grot. *de j. Summ. Pot. circ. S. c. 3. §. 5.* Unde conciones alterius Religionis

gionis Principe ita jubente subditos audire, non vero ejus Ritus simul celebrare debere, recte concludit Dn. Becman. *in Pol. Parel. c. 13. §. 12.* Secus, si talia imperentur, quæ *mandatis Divinis contraria* sunt, aut subditi ad Religionem, *quam in conscientia pro vera habent*, deserendam, adigantur; Ubi non solum impune non parebunt, sed etiam, si Princeps vim usurpet, *eo invito*, ac prohibente, *fuga remedium* eligent, Dn. Rechenberg. *c. l. §. 36.* Dn. Becman. *in diss. de j. recip. exul. fid. soc. c. 2.* nec *ante reverti* necesse habebunt, quam Princeps de conscientiæ libertate *securitatem præstiterit.* Schultz. *in Decad. cas. mod. illustr. §. 10.* Porro licite quoque obedientiam denegabunt Subditi, si Princeps tale quid injungat, quod non quidem facto illicitum, sed *perpessu iniquum* est, præsertim si inde *irreparabile* vitæ, sanitatis aut honoris ac famæ immineat *periculum.* Bene tamen hic inter *ordinariam* Principis potestatem, & illam, quæ *tempore publicæ necessitatis* exercetur, distinguendum est: Ita, ut adversus hanc ultimam omnis inobedientia impunis exulet, unde & Principem *Civem innocentem* in summo Reipubl. periculo non solum *deserere*, Grot. *L. 2. c. 25. §. 3.* Puffendorf. *Lib. 8. c. 2. §. 5.* Ring. *de pœna sine culpa c. 2. §. 21.* Sed etiam hosti exposcenti *tradere*, D. Becman. *de piet, subdit. erg. Princ. c. 3. §. 5.* & Civem Principi id facienti se non subducere posse, firmiter persvasus sum, modo illa adsint junctim omnia, quæ hoc requirit casu Exc. Dn. Strykius *de foro conscient. c. 9. n. 102. sqq. & ibi all.* (quamvis dissentiat Dn. Becman. *in Med. pol. c. 21. §. 10.* Mollenbec. *de jure impers. civis §. 29. & ibi all.*) Quod etiam dicendum, si Virgo ad matrimonium, aut stuprum exposcatur, ita ut & hæc in simili necessitate Principi id injungenti, parere debeat, Mollenbec. *d. diss. §. 32. & 33.* quamvis iterum dissentiat Dn. Becman. *all. l.* Extra talem vero necessitatis casum, si Princeps à Subditis aliquid *manifesto iniquum* exigat, quin ipsi impune non pareatur, dubitandum non est. Unde, si vel injuste aliquem ad mortem condemnet, vel sine omni legitima ac justa causa præsertim tempore pestis alicui subditorum emigrationem prohibeat; Dn. Becman. *in lin. Doctr. Mor. c. 11. §. 5.* Puffendorf. *de J. N. & G. L. 8. c. 11. §. 2.* Aut etiam, si concubinam suam cuidam in matrimonium obtrudere, Rhod. *in diss. de peric. in mor. c. 2. n. 61.* Vel subditum ad suspiciendam in se Principis infamiam cogere, Puffendorf. *in diss. de existimat. §. 16.* vel bona subditis adimere Ziegl. *de j. Maj. L. 1. c. 4. §. 14.* velit, hi utique licite obedientiam denegabunt.

Quin

Quin & idem generaliter affirmandum, si Princeps alicui *jus quæsitum adimere*, Carpzov. *p. 3. C. 4. D. 41. n. 7.* & e. g. facultatem testandi auferre, Brunn. *Exerc. just. ad T. 2. L. 10. n. 4.* vel possessorem ad edendum Titulum possessionis cogere velit. Idem *Cent. 1. D. 71.*

§. 3.

Sed quousque *singulorum subditorum impunis inobedientia* se extendat, determinandum, & pro certa ac stabili Regula tenendum, *Nunquam Principi vim inferenti nequidem in ultimo necessitatis casu* vid. Dn. Becman. *de j. subd. circ. s. c. 4. §. 11. à singulis subditis licite resisti.* Quod etiam *in Religionis* causa obtinet, ita, ut hic tantum *fugæ* aut *patientiæ* gloria sit relicta Dn. Rechenberg. *in diss. de relig. armis def. §. 15. & sqq.* Et, sicuti hoc tam praxi Judaicæ, quam primitivæ Christianæ Ecclesiæ comprobatur; Grot. *de imp. summ. pot. circ. S. c. 3. §. 14.* Ita proximis annis memorabile ejus rei exemplum præbuerunt Convallenses Pedemontani, & Hugonottæ Galli, qui in atrocissimis persecutionibus unicum in *fuga* præsidium quæsiverunt. Nec aliud præter *fugam* (quæ ideo *unica contra Reges defensio, seu odio seu amore caleant*, non immerito dicitur Gramondo *Histor. Lib. 2.*) dabitur contra Summum Principem remedium, si extra Religionis causam *ad illicita* sollicitet; Dn. Becman. *de piet. subd. erg. Princ. c. 2. §. 6.* Quò etiam feliciter contra Henricum IV. Galliæ Regem usa est Charlotta Margaretha Mommorantia, Henrici, Principis Condæi Uxor, cum ab *illo* ad adulterinos polliceretur amores. vid. Gramond. *c. l.* *Multo* minus autem resistentia subditis contra Principem indulgebitur, si mandatum illius non *facto illicita*, sed *perpessu tantum iniqua* contineat, ut adeo subditi Regi, mandata iniqua, non obstante eorum supplicatione, serio *iteranti*, nec præfracte inobedientes esse, nec etiam *vim inferenti* licite resistere, aut arma contra eum movere possint; Ziegler. *de jur. Maj. L. 1. c. 4. §. 14.* Licet Principis mandatum expresse aliquid *Capitulationi* ejus juratæ *contrarii* contineat; Dn. Bodinus *de reserv. Div. Maj. c. 3. §. 2.* Imo licet ipse subditis singulis *facultatem* sibi, iniqua mandanti, *resistendi* concesserit; (quod fecisse videtur R. Ungariæ Andreas II. in speciali Lege, quam habet Tabor. *in collat. j. Rom. & Hung. p. 2. S. 1. §. 28.*) Cum talis libertas cum quiete Reipubl. & natura summæ potestatis stare haud possit. Dn. Stryk. *de j. hom. in se ips. c. 1. n. 52.* & ibi all. Ziegl. *ad Lancell. L. 4. T. 13. §. 28.* Ex quo patet, nec Virginem, si Princeps vim ipsi inferat, ejus occisione pudorem servare

ſervare, vid. omni. Dn. Zentgrav. *in Summa juris Divini art. 3. §. 18. p. 728.* nec Principem invadentem in præſentiſſimo licet vitæ periculo occidi poſſe, Dn. Becman. *in lin. Doctr. Mor. c. 9. §. 11.* omni adverſus Principem *Moderamine inculpatæ Tutelæ* hic exulante. Dn. Stryck. *all. l. c. 3. n. 13.* Et hoc non tantum de ipſo Principe, ſed de *illis etiam, quos ejus autoritate ac juſſu vim inferre certum eſt*, aſſerunt ita ut nec his defenſionis cauſa reſiſtere licere, ſtatuat Dn. Becman. *de j. ſubd. circ. S. c. 2. n. 9.* Sed ad exemplum ſingularis moderationis *Stiliconis*, qui militibus ab Honorio Imp: ad ſe occidendum miſſis, quamvis poſſet, reſiſtere noluit. Mezeray *Hiſtoire de Fr. avant. Clouis L. 3. ad ann. 408.* Non tamen exinde concludendum, *bona quoque conſcientia illa* à Principe fieri poſſe, in quibus ſubditis reſiſtendi licentia denegatur: Nec deterrimæ voci, *quod libet, licet, & qua juvat, Reges eant*, locus dandus eſt. Joach. Paſtor. *in Theod. M. c. 21. p. 162.* Quin potius Henrici IV. Regula obſervanda, *qu' il faut pour bien regner, qu' un Roy ne faſſe pas tout ce qu' il peut faire*: Perefixe *Hiſtoire de Henry le Grand p. m. 542.* & pro certo tenendum, juſtas querelas ſubditorum de crudelitate ac inſolentia Principum, Deum ad mutandum Reipubl. Statum excitare, & certiſſimum fatalis Regnorum periodi indicium eſſe, Alberti *de fatal. imp. period. c. 3. n. 7.*

§. 4.

Inter *ſubditos eminentiores* omnium primo ſe offerunt *Uxores ac Liberi Regales*, & cœteri, qui ad *Familiam regnantem* pertinent, & nomine *Principum Sanguinis* communiter inſigniuntur; Quos quidem publicæ Regum poteſtati non magis quam cœteros ſubditos exemtos eſſe, utique aſſerendum eſt, & pro impia habenda Alexandri M. vox, *ſe Philippi Patris Paternæ quidem poteſtati, non vero ejusdem Regio imperio ſubjacere*, gloriantis. Ea enim eſt Regni ſanctitas, ut nemo præter Regem, in Regno eſſe poſſit aut debeat, qui non agnoſcat Regem, aut cui Rex non ſit Rex, Böcler. *ad Tac. Ann. L. 1. c. 14.* Quin etiam ob arctiorem illam, quæ his perſonis cum Imperante intercedit, conjunctionem, & *magnas*, quas excitare poſſunt autoritate ſua in Republ. *turbas, arctioribus* interdum *Legibus*, quam cœteri ſubditi, circumſcribuntur, ita ut illorum facultas circa illa etiam, quæ *libertatis* cœteroquin *Naturalis* ſunt, coarctetur; Quo reſpectu *Principes ſanguinis Regii* in Gallia Rege inſcio nec Regni limites egredi, nec matrimonium contrahere poſſe, teſtatur *l' Etat Mſct. de France de Mr. Nicolai*

lai p. m. 22. Quod ultimum præsenti seculo notabili exemplo comprobatum fuit, in matrimonio *Joannis Gastonis*, Ducis Aurelianensis, & *Margarethæ Lotharingicæ*, à Rege & Summa ejus Curia manifestæ nullitatis accusato. *vid. la Vie du Card. de Richel. p. 2. ad ann. 1634. p. m. 144.* Alias vero in illis casibus, ubi cœterorum subditorum inobedientia impunis censetur, & ipsis Summo Imperanti non parere, licitum erit, præsertim si ille *juri succedendi in Regnum*, ipsis competenti, quod non à Principe, sed *Legibus Imperii fundamentalibus* dependet, præjudicare velit. Pertinet huc, si Rex in Regno, in quo *linearis* obtinet *successio*, vel *remotiorem* agnatum *proximiori*, vel *adoptivum successorem suæ Familiæ Principibus* præferat: vid. Dn. Becman. *de j. subd. circ. S. c. 2. §. 5.* Vel *partus suppositio* illos a Regni hæreditate excludat, quale exemplum in Anglia præterito seculo in Philippo II. & Maria Regina contigit, & in eodem Regno proximo adhuc vicennio ætas nostra vidit: Quo etiam refero, si Rex in Regno, ubi *Principibus sangvinis libertas Regio partui* ad evitandam suspicionem *assistendi* conceditur, prout id in Gallia observatur, *l' Etat de France: all. l.* illis hoc jus adimere aut denegare non vereatur. Non tamen his casibus ipsis contra Regem talia consilia agitantem *resistentiam* statim concedendam arbitror, sed tantum illi, qui in ipsorum præjudicium in successorem assumitur, & *per consequens quandoque etiam Regi huic assistenti,* resisti posse credo. vid. Ziegl. *ad Grot. L. 1. c. 4. §. 10.* Porro inobedientia impunis est, si Rex *ultra vitam* suam disponere, & post mortem *Successoribus* suis aliquid *injungere* velit, quod tamen non de *actibus Imperio comprehensis* e. g. pactis & fœderibus Antecessorum, quibus Successores utique obligantur, sed de *ipso Imperio* intelligendum, quo Antecessor post mortem, sibi succedentem constringere non potest. Dn. Becman. *all. l. §. 4.* Unde & dispositio Regis *de tutela Filii aut successoris Minoris*, ab eo non ex necessitate servari debet, sed potius hic ad *Leges fundamentales* respiciendum, & illis nihil definientibus, in dubio *proximo Agnato* ac præsumto Hæredi Coronæ invito sine legitima causa Tutela Regis adimi haud potest. Dn. Coccej. *de justit. B. & P. in R. Portug. Sect. 1. a. 2. Q. 3.* Licite ergo tali casu Regis voluntas præsertim illis, quorum interest, consentientibus, negligitur; Unde in Gallia contra Ludovici XIII. voluntatem, qui Consilium aliquod Tutelare constituerat, sola Regina Vidua ad tutelam hodierni Monarchæ, & administrationem Regni admissa fuit, vid. *La Vie du Prince de*

ce de Condè L. 1. ad ann. 1643. p. m. 23. & in Sveciæ Regno præscriptos à defuncto Rege Filio Successori Minorennitatis annos contractos esse in recenti adhuc memoria est. Ex quo nec Regem morientem, Viduam suam *ad cælibatum* constringere, sed ipsam hoc non attento, ad secunda vota transire posse, firmiter concludo, nisi forsan id *Legibus Regni* simul sit prohibitum, quales in Hispania obtinere testatur *Le voyage d' Espagne par la Comt. d' Aunoy. p. 220.*

§. 5.

Secundo loco inter *Subditos Eminentiores* referimus *Magistratus* ac *Judices inferiores:* Circa quos primo tenendum, omni fundamento carere illorum sententiam, qui Magistratibus inferioribus in proprio ac genuino sensu acceptis, *præ cæteris subditis*, jus superiori resistendi competere, asserunt, Grot. *L. 1. c. 4. §. 6.* & Ziegler. *ad eund. h. l.* cum illi ratione *inferiorum* quidem pro *imperantibus*, ratione *Superiorum* vero pro *subditis ac privatis* habeantur. Inobedientia tamen illorum erga superiorem potissimum *duplici ex causa* impunis censetur, quarum *prima* est, *si de seria ac vera voluntate Principis juste dubitent.* Hinc, si Rescriptum Principis *contra Legem*, *clausula derogatoria munitam*, tendat, nec *expresse additum* sit, illam clausulam obstare non debere, eidem à Magistratu inferiori licite non parebitur, Brunn. *Cent. 4. D. ult.* Frantzk. *3. Res. 1. n. 164.* quod etiam affirmandum, si super *Exceptione sub & obreptionis* Rescripto opposita adhuc lis pendeat, *Mev. p. 2. D. 183.* vel Rescriptum *à solito stylo Curiæ* deviet, adeo, ut hoc casu, ne quidem per clausulam *proprio motu*, aus eigner Bewegniß / confirmetur. Richter *p. 1. D. 15 n. 35.* Item dicendum, si Rescriptum *publicæ utilitati contrarium* sit, *L. ult. C. si contra jus vel util. publ.* aut Princeps *severius* vindicari delictum in aliquo *contra* suam *consuetudinem* jusserit, ubi per XXX. dies sententia suspensa manet: *L. 20. C. de pœn.* Et mandata quoque Principis *cum clausula justificatoria*, licet aliquid sub pœna injungant, si tamen inferior justam causam non parendi habeat, non obligare facile patet. vid. Dn. Lyncker. *de caus. jud. Camer. fund. c. 3. §. 5.* Altera inobedientiæ impunis *quoad Magistratus ac judices inferiores* causa est, si Superioris mandatum *sine manifesta iniquitate* executioni mandari haud possit, ubi quidem *reverenter* accipiendum, non tamen in executionem deducendum: sed *Princeps consulendus*, *c. 5. X. de Rescript.* & ei causæ circumstantiæ humillime referendæ sunt. vid. omnino *Mev. p. 1. D. 143.* Caute tamen hic agendum, cum Principum

Decreta ob resultantem inde illorum despectum non facile infringi debeant, Tabor *Relat. Arg. Rel. 95. n. 3.* & regulariter judex inferior Superioris mandata & judicata sine ulteriori causæ cognitione exequi teneatur. Mev. *p. 1. D. 235.* indeque hæc facultas Inferioribus non nisi *in manifesto injustis aut duris* concedenda. Referri huc potest quoad Magistratum inferiorem, si Princeps aliquid jubeat, quod *juribus ac privilegiis* Civitatis, cui præest, contrariatur, quo pertinet juramentum Majoris Divionensis, *se Regi fidelem futurum, & Civitati sua jura libertates & privilegia contra omnes, etiam ipsum Regem, si necessitas efflagitet, defensurum esse*: vid. Lansius *in Consult. orat. contra Gall. p. m. 335.* Aut Magistratui Civitatis inferioris, quæ tamen se aliter servare & ab ipso Domino protegi non potest, injungat, ne inter Principem & hostem *neutralitatem* eligat, neve alteri se *in protectionem det.* vid. Magir. *de advoc. arm. c. 6. n. 340.* & Dn. Franckenstein *in diss. de neutral. Th. 7.* Quoad *judicem inferiorem* huc referendum, si Princeps *indefensum torqueri* jubeat, Brunn. *in proc. Civ. c. 8. m. 3. n. 2.* cum defensio ne quidem *à Summo Principe* possit auferri: Mev. *ad jus Lubec. L. 4. T. 8. art. 4. n. 3. & ibi all. Aut violentum possessorem* in possessione confirmet, Klock. *V. 1. Cons. 7. n. 298. sqq.* vel *causam finitam* denuo tractari jubeat. Mev. *p. 2. D. 195.*

§. 6.

Retuli ultimo loco inter *Eminentiores Subditos* Principum *Ministros* atque *Legatos*, de quorum inobedientia impuni *hoc §.* agendum. Admittit scilicet debitum ab ipsis Majestati obsequium *easdem* quas *in §. praced.* adduximus *exceptiones*, ita ut Minister de seria ac libera Principis voluntate *dubitans*, illius mandatis obedire merito detrectet: Unde & mandatis Principum, quæ *non in scriptis* exhibentur, nemo obtemperare tenetur, licet *per testes maximæ autoritatis* ac *dignitatis* probentur: *L. 1. C. de mand. Princ.* Nec illis, quæ à *Principe captivo*, aut *alibi degente* veniunt, facile parendum, ob præsumtionem, quod ejus voluntas *non seria* aut *libera*, sed *coacta* ac necessitate tantum extorta sit. Hinc Regem *captivum ac exulem* imperii quidem jus retinere, ejus vero exercitium propter externum impedimentum suspendi, asserunt Grot. *L. 3. c. 20. §. 3.* & Henniges *ad eund.* Quo etiam in hoc Ducatu Meclenburgico referendum exemplum Præfecti Domitiensis, qui hoc fortalitium ad jussum Ducis Christiani Ludovici, tunc apud Gallos commorantis, Daniæ Regi tradere licite detrectavit.

vit. vid. Puffendorf. *Histor. Brandenburg. L. 18. §. 127.* Contrarium exemplum vid. apud eund. *Lib. 13. §. 142.* Porro quoque impunis erit *Ministri* inobedientia, si mandatum superioris *manfeisto injustum* sit, cui licet Puffendorf. *de J. N. & G. L. 8. c. 1. §. 6.* obedientiam illæsa conscientia præstari posse velit, si *nuda* tantum ejus *executio* sub *comminatione* mortis aut alius gravissimi mali injungatur, mihi tamen *securior* videtur illorum sententia, qui *mandatum manifesto injustum nunquam exequendum, nec defendendum*, sed *potius mortem* perferendam esse asserunt; *c. 93. Q. 3. Ca. 11.* Grot. *L. 2. c. 26. §. 2. & 3.* Dn. Becman. *in lin. doctr. Mor. c. 6. §. 11.* Dn. Zentgrav. *all. 1. l. §. 16. p. 725. & 726.* Uffelman. *de Homagio §. 25.* Mollenbec. *de jure Princ. in perf. Civis §. 17.* Quo pertinet exemplum Guilielmi Principis Arausionensis, qui jussum Philipi II. R. Hispaniæ de occidendis Belgiæ Proceribus impune neglexit, Auberi *Memoires de Hollande p. m. 130.* & gloriosa inobedientia Lanacrii, in summa Curia Parisiensi Præsidis, qui mortem à Rege Ludovico XI. precatus est, ne Legi injustæ subscribere deberet. vid. Bodinus *de Republ. L. 3. c. 4.* Nec obstat, quod Subditis de mandato superioris *judicare non liceat.* Puffend. *all. l. §. 5.* Sicut enim hæc facultas in *intellectualibus*, *moralibus*, *Divinis*, & iis, *quæ* stante vita Civili *extra Regis potestatem* posita sunt, denegari haud potest, Dn. Becman. *de j. subd. circ. S. c. 3. §. 52.* ita hic inter *simplicem & cæcam* obedientiam bene distinguendum, ex quibus illa quidem Superiori utique debetur, hæc vero à subjectis nullo modo exigi potest; Idem *de exsuper. obseq. c. 1. §. 8.* adeo, ut tale mandatum non solum exequi Minister non teneatur, sed etiam *in commodum* suum vel alienum, modo illud sine læsione cujusdam sit, *vertere* possit. Idem *de piet. subd. erg. Princ. c. 3. §. 6.* Ex quo patet, si è contrario de mandati injustitia *dubitet* tantum Minister, ipsum obsequium detrectare haud posse. Tabor. *in armam. Justin. de àbus. arm. c. 4.* Henniges. *ad Grot. L. 2. c. 26. §. 4.* quamvis contrarium teneat ipse Grot. *d. l.* Nisi forsan *theoretice & practice simul* dubitet, ubi conscientiæ securitatem mandato Superioris anteponere tutius erit. Dn. Rechenberg. *de minister. quod est crim. c. 2. §. 8 & 9.* Præter has vero Exceptiones *impunis* quoque videtur censeri debere *Ministrorum ac Legatorum inobedientia*, *si mandatum* rebus Domini *haud proficuum* esse credant, quo pertinet exemplum Mercurii, Cancellarii apud Imperatorem, Carolum V. qui conditiones captivo Regi Galliæ præpositas, non signare, sed lu-

bentius officium suum deponere voluit. Gvicciard. *Histor. sui temporis Lib. 16.* Debita tamen hic cautione utendum, & bene observandum judicium Forstneri *ad Tacitum Annal. L. 11. c. 20.* qui, *licet exigua Dominorum laus sit, qui severæ antiquitatis æmulatione obsequium Ministrorum cum damno, quam felicem eorum inobedientiam malunt, bene tamen audire Ministros* asserit, *qui jussa Principis magis, quam incerta eventuum metuentes, exequi, quam interpretari mandata tutius ducunt.* Sicut ergo Minister ac Legatus *instructionem Secretam* semper bene attendet, ita præsertim considerabit, an ipsi aliquod negotium expediendum sit præscriptum sub *speciali forma*, an sub *consideratione generaliori.* Et sicuti *hoc* casu modum suppeditatum negligere licitum erit, ita *illo* contra forma præscripta facile insuper habenda non est. Grot. *L. 2. c. 16. §. 21.* vid. Wicquefort *l'Ambassadeur. L. 2. c. 5.* Qui si autem *inopinatus* superveniat *eventus*, ob quem Legatus mandatum amplius proficuum esse non credat? Ubi distinguendum, an res *moram patiatur*, quo casu ad Principem rescribere, & novum ejus mandatum exspectare debet, *an vero non*, & tunc *ipse* pro re nata *consilium* capiet, ac prius mandatum impune negliget, Brunn. *L. 46. ff. mand. n. 13.* Rhodius *de peric. in mora c. 3. n. 31.* ita tamen, ut *ad naturam & ingenium* illius, qui præcepit, præsertim respiciat; A. Gell. *Noct. Att. L. 1. c. 13.* Nec nomen aut *fidem* Principis temere obstringat, sed vel ad *ratificationem* Domini contrahat, Dn. Stryk. *de oblig. ex f. Min. c. 2. n. 25.* vel *privato* quasi *nomine* agat, quod Chanutum Galliæ Legatum in Sveciæ Regno feliciter aliquoties fecisse testantur *les Memoires de ce qui s'est passé en Svede par Linage de Vauciennes p. 1. p. m. 56. & 75.*

§. 7.

Ad arduam & difficilem jam descendimus quæstionem, Quando Principi obsequium denegare, *universis subditis* liceat? circa quam bene dispiciendum erit, ne debita summis Principibus reverentia temere lædatur. Non ergo huc referendus est casus, quo Princeps *ad aliam* forte transit *religionem*, Dn. Lyncker. *de resist. quæ fit pot. §. 7.* licet subditis *promiserit*, se eam mutaturum haud esse, Dn. Becman. *in Polit. par. c. 17. §. 12.* nisi talem præsupponamus *Regni Constitutionem*, ut Princeps Religionem deserens *ipso jure* regno excidat, qualem in Anglia hodierno gloriosissimo Regi Wilhelmo præscriptam esse docent *Voyages Histor. P. 1. p. 612. & 690.* Nec huc pertinet, si Rex subditos *extra regnum* trahere, & de causis Regni ibi disponere velit, quod

Regi

Regi utique licet, nisi tale adsit *pactum*, quo se Philippus II. Portugallis obligavit, quod extra Lusitaniæ Regnum nihil illud concernens determinare velit. Birago Avogaro *nella Historia della disun: di Portogallo L. 1. p. m. 83. & 102.* quo casu utique procedet, quod habet Klock. *vol. 1. conf. 11. n. 303. & 304.* subditos Regem extra Regnum quærere non teneri. Nec porro huc referendum indistincte est, si Rex *Leges* imperii *fundamentales* ac *juramentum* à se præstitum *infringat*, sed duplici hic distinctione utendum, ita ut primo bene attendatur, an Rex *absolutus* sit (cujus nomine illum comprehendimus, apud quem *solum Majestas & imperium* residet, licet potestas ipsius per pacta sit *limitata*, aut ille quædam circa *administrationem imperii*, non vero circa ipsum imperium *promiserit*, e. g. quod privilegia subditorum infringere nolit. vid. Grot. *L. 1. c. 3. §. 16.* Puffendorf. *L. 7. c. 6. §. 10.* Falck. *in diss. quid subd. lic. pro Leg. fund. §. 8.* & Rachel. *de Capitul. c. 6. §. 5.*) an *limitatus*, per quem intelligimus Principem, qui *potiora Majestatis* jura sine consensu Ordinum exercere non potest, ac *Majestatem ratione exercitii integram* non habet. Falck. & Rachel. *all. l.* Illi contra promissionem venienti parendum, cum id *ob necessitatem publicam* facere credatur, Puffendorf. *all. l.* nisi *actus contrarii nullitas* expresse sit sancita, aut ejus vis quasi *à conditione* suspensa; Rachel. *all. diss. c. 5. §. 4.* nec resisti poterit, licet e. g. religionem aliam introducere, aut privilegia subditorum infringere velit, nisi vel *pactum*, quod ipsi *resistere* liceat, vel *Lex Commissoria* sit adjecta, quæ in Regno Poloniæ R. Stephano Bathori, Chytrei *Chron. Lib. 13. p. 628.* in Lusitania Regi Philippo II. *Historia della disun. di Portog. all. l. p. 88.* in Hungaria Regi Uladislao II. Bonfinius *in Rebus Hungar. dec. 4 L. 9.* præscripta, & ab Andrea Rege speciali constitutione approbata fuit: Tabor. *in Collat. j. Rom. & Hung. p. 2. S. §. 28.* quæ tamen in novissimis Posanienfibus Comitiis & Seren. Regis Josephi juramento omissa est. Dn Zentgrav. *all. l. p. 717.* quo casu stricto jure facultas resistendi *subditis universis* denegari haud videtur. Grot. *L. 1. c. 4. §. 12. & 14.* Quamvis illa, nisi *certum Consilium* sit constitutum, de rebus Regni disponens, difficulter facto ipso exerceri queat. Puffendorf. *all. l.* Regi vero *limitato* in nostra acceptione, contra Leges fundamentales peccanti, *licite* ab *universis* subditis jurium suorum defendendorum causa impune *non paretur*, & si vi propositum suum exequi velit, *resistitur.* Grot. *all. l. §. 13.* Uffelmann. *de homag. §. 80.* Falcke *all. l. §. 17.* Deinde probe quoque attenden-

tendendum, an per factum Principis, *juramentum* ac promissio ejus tantum *infringatur*, an vero *plane destruatur*, & *illo* quidem casu resistentia subditis deneganda, *hoc* vero utique concedenda est. Dn. Becman. *de j. subd. circ. S. c. 4. §. 16.* Meliori autem jure subditi Principibus resistent, si illi ex Principe *in hostem* degenerent, ac *totum populum evertere* velint. Grot. *all. l. §. 11.* Dn. Bodin. *de reserv. div. Maj. c. 3. §. 3.* licet *id ex causa pœnali*, aut *sub specie obtrudendæ religionis* fiat, Dn. Lynker. *de resist. quæ fit pot. §. 7.* & Dn. Becman. *all. l. §. 14.* cum, si totus populus uno ore & animo rebellis evadat, non tamen Regis sit, se juramento solutum credere, hostilem in subditos animum gerere, & nihil non in eorum perniciem moliri. Jacobus R. Angl. *de j. lib. monarch. circ. f.* Nec minus inobedientia etiam cum resistentia conjuncta impunis erit, contra Principem, qui regnum vel ejus partem *alienare* vult, Grot *all. l. §. 10.* nisi regnum *patrimoniale* sit. Ziegler. *de j. Majest. L. 1. c. 4. §. 25:* vel *titulo privato* e. g. Emtionis aut donationis quæsitum. Dn. Coccej. *de justit. B. & p. in R. portug. S. 1. a. 1. Q. 3.* Quo referenda videntur illa exempla Regum, per Testamentum de ditionibus suis disponentium, quæ habet Cassan. *Recher c ke des Droits du Roy de Fr. L. 1. p. m. 6.* De Regno ergo *non-patrimoniali*, si Rex vel Testamento disponere, Dn. Becman. *all. diss. c. 2. §. 7.* vel successorem adoptivum assumere, Dn. Werlhof. *de elect. & success. in R. §. 24.* vel majestatem in alium transferre, Idem *de alienat. Regal. §. 16.* vel Regnum *alteri tributarium* facere, (quo pertinet Lex fundamentalis Regni Portugalliæ, quod Rex regnum alienans vel tributarium faciens ipso jure regno cadere debeat. *Histor. della disun: di Portog. all. l. p. m. 50.*) aut *tanquam Feudum* sub onere commissi ex felonia vel revolutionis subjicere Grot. *L. 2. c. 6. §. 6.* velit, & impune subditi non parebunt, & Regi, *si cessionario assistat*, ad traditionem impediendam licite resistent: Dn. Becman. *all. diss. c. 4. §. 10.* Gror. *L. 1. c. 4. §. 10.* conf. omnino Tractat. Barthol. de las Casas, Episcopi Chiapensis *de quæst. an. Reg. subd. alien. poss.* Adeo, ut licet Princeps cum consensu populi, ob salutem & necessitatem publicam, unam vel alteram Civitatem alienet, hæc tamen *invita* ad subeundum alterius regimen *non cogi*, sed se in libertate jure propitio defendere possit. Puffendorf. *de oblig. erg. patr. §. 41.* Cujus rei in Statibus Ducatus Burgundiæ, à Francisco I. Carolo V. in Tractatu Madritensi cessi, elegans exhibet exemplum *l'histoire de Prade ad A. 1526. p. 241.* conf. *Les affair. entre La Franc. & l'Autriche p. 117.*

§. 8.

§. 8.

Bene tamen notandum, impunem ſubditorum adverſus Regem reſiſtentiam, *defenſivam* tantum eſſe debere, & inde minime gentium ad *depoſitionem*, aut *exauctoratione* Regis, ne dum ad ejus *cædem*, aut *ſupplicium* extendi poſſe. Dn. Becman. *in Polit. Par. c. 12. §. 6.* Grot. *L. 1. c. 3. §. 9.* Cum Principi Supremo Curia præter conſcientiam nulla ſit, Rachel. *de Capitul. c. 5. §. 2.* & ſecundum Jacobi R. Angl. dictum, ſuprema & *abſoluta ſceptri prærogativa* examini Juriſconſultorum non ſubjaceat, ſed extra dubitationis aleam poſita ſit. vid. Beſold. *in Theſ. jurid. Pol. voce* Auffruhr / Quod ſicuti & Parlamentum Pariſienſe, dum in turbis anni 1649. Heraldum, à Rege ſuo tanquam ad hoſtes miſſum, accipere noluit, Du Buiſſon *dans la Vie de Turen. L. 4. p. m. 245.* & ipſi Moſcovitæ agnoverunt, Cromwelli Legatos, finibus ſuis expellentes: Leti *Hiſtoir. de Cromvel. p. 2. p. 360. & 426.* Et Divina juſtitia innumeris Rebellium ac Monarchomachorum exemplis comprobavit, quorum vix unus tranqvilla morte periit: (vid. exempla apud Autorem der *Nouvell.* aus der gel. und *curieuſ.* Welt *Ao. 1694. p. 5870.* Inter quæ præſertim eſt notabilis caſus, exercitus à Mauritio Imp: ad Phocam tranſeuntis, ex quo poſt paucos annos duo tantum ſuperfuerunt) Ita merito reprehenditur dicterium incerti Autoris, *Gladii ſemel contra Principem evaginati vaginam protinus abjiciendam eſſe.* Auberi *Memoires de Hollande p. m. 171.* cum quo egregie conſpirat illud Cromwelli, *qu' il ne faut toucher les Princes, qu' à la tête.*, de quo vid. Leti. *all. Tr. P. 1. p. 187.* Procedit tamen ac impunis eſt Principum *exauctoratio Quatuor* potiſſimum *caſibus:* (1.) Si ſe *pro hoſte* gerant, ubi ipſo facto regnum abdicare videntur. Grot. *L. 1. c. 4. §. 11.* vel (2) *Lex commiſſoria* ipſis expreſſe addita ſit, aut (3.) Regnum ac ſubditos *deſerant*, ubi non minus ac maritus uxorem malitioſe deſerens, cum quoddam inter Regem & Regnum adſit matrimonium, jure ſuo in Regnum utique cadunt. Dn. Becman. *de j. ſubd. circ. S. c. 4. §. 15.* Grot. *all. l. §. 9.* (Ubi tamen illum, *qui negligentius tractat*, pro deſerente habendum non eſſe, bene monet) & (4.) Si *manifeſte ac perpetuo* ad Regni adminiſtrationem ſint *incapaces*, Dn. Coccej. *de juſtit. B. & P. in R. Portug. S. 1. A. 2. Q. 2.* unde hoc in *Rege furioſo* non ſtatim procedere, patet. *id ibid.* Omnibus tamen his caſibus *caute* procedendum, nec facile ad violentam commotionem veniendum, cum *ſeditio* etiam juſta non immerito medicina ipſo

morbo periculosior dicatur Besoldo *all. l.* Sed *Rex*, licet ei clausula commissoria addita sit, sæpius *admonendus*, Schultz. de *sacrific. Stat. c. 2. §. 7.* (ubi *P*oloniæ Regem *triplici vice* à Senatoribus, Nunciis Nobilitatis, ac omnibus Ordinibus prius admonendum esse, ex Autore *P*olonico Zawatki tradit) & lenitate ejus animus flectendus est, Rachel. *de Capitul. c. 7. §. 9.* Quæri poterit hac occasione, *de abdicatione* Regis; Quam sicut obligationem subditorum erga Regem tollere indubium est, Grot. *all. l.* ita illa in *Regno limitato*, aut ubi per modum contractus Rex subditis se obligavit, iis ex justa causa dissentientibus, non facile procedit, in Regno vero *absoluto* Principibus deneganda non videtur. vid. Rachel. *all. l.* §. 8. Werlhof. *de elect. & succ. in R. §. 8.* DN. Fritsch. *in Tr. de Resignat. Reg. c. 1.*

§. 9.

Verum hæc, quæ hactenus diximus, de *Principe* tantum *vero & legitimo* intelligenda sunt, unde, quid in *Invasore ac Tyranno* quoad *Titulum*, non *regimen* tali, juris sit, adhuc determinandum: Et distinguendum videtur, an *alius legitimus P*rinceps adsit, *an vero non*; Ut priori quidem casu inobedientia adversus Invasorem *ex jure praeceptivo* impunis sit, cum ille nullam legitimam potestatem habeat, *P*uffendorf. *de J.N. & Grot. L. 7. c. 8. §. 9.* sed potius *Rex* regno *ejectus* Majestatem retineat; Dn. Coccej *de just. B. & p. in R. Port. S. 3. a. 1. qu. 3.* Cui inde invasorem occidi jubenti, à Civibus obsequium utique præstandum. Grot. *L. 1. c. 4. §. 18.* Quod si tamen *reditus* legitimi *Principis sperari haud* queat, & alias ultima quæque à Tyranno metuenda, Cives Regem pristinum in exilium sequi non tenentur, sed *ex præsumta* ejus *voluntate*, vid. Grot. *all. l.* §. 15. invasori obsequium præstare poterunt, Dn. Rechenberg. *de offic. civis Christ. §. 20.* (quo pertinet illud *P*auli Apostoli *Rom. XIII. v. 1.* ταῖς ὕσαις ἐξουσίαις, i. e. potestatibus pro *præsenti tempore* existentibus, seu quæ in *possessione* sunt, obediendum esse, & dictum Marcelli apud Tacitum *Histor. L. 4. c. 8. bonos Imperatores voto expetendos, qualescunque tolerandos*) Ita tamen, ut si postea *Rex legitimus* aliunde vires nactus, regnum iterum ingrediatur, & illud recuperare velit, præstitum invasori obsequium, cum non nisi *temporarium* sit, illico cesset, *P*uffendorf. *all. l.* §. 10. & incipiat iterum obligatio erga priorem Dominum, cui nec homagium invasori forsan præstitum obstabit, cum omne juramentum *posterius* ex *priori* interpretandum sit, *c. 33. X. de jurej.* Hæc tamen tantum *de*

Tyran-

Tyranno privato intelligenda ſunt; ſecus vero, ſi *duo* forſan *Principes* de Regno contendant, ac in *bellum Civile* Reſpubl. ſcindatur, ubi ſubditi optime facient, ut *in dubio* illi, qui *in poſſeſſione* eſt, obſequantur, (quo pertinet elegans Conſtitutio Henrici VII. R. Angl. ut nemo qui Regis partes tunc *de facto* regnantis ſecutus eſſet, propter ejusmodi crimen unquam impeteretur, aut condemnaretur. Bacon. de Verul. *Hiſtor. Henr. VII. p. m. 244.*) ſi neuter poſſideat, inter utrumque *neutralitatem* teneant. Dn. Franckenſtein. *in diſſ. de neutral. Th. 8.* Quod ſi autem *alius* legitimus Princeps *non* adſit, tunc invaſor & Tyrannus, modo legitimi Principis regimen imitetur, tantiſper *pro legitimo Principe* eſt habendus, quando nullus adeſt, qui meliori jure ſibi imperium vindicare poſſit, cum omnium interſit, quemvis potius Reipubl. proſpicere, quam eandem incerto rectore inter perpetuas turbas volvi. Puffend *all. l. §. 9.* Denique notandum, ſub Regum minorennitate eorundem *Tutores* & Regni adminiſtratores *nullam Majeſtatem* habere, Dn. Becman. *in Med. Pol. c. 12. §. 10.* Ziegler. *de j. Majeſt: L. 1. c. 1. §. 42.* & inde ipſis, *ſi ut privati* injuriam inferant, e. g. aliquem occidere velint, defenſionis cauſa licite reſiſti poſſe; in illis vero, quæ *publico nomine* peragunt, Principibus æquiparandos eſſe, quamvis tamen & hic facilius adverſus illos, quam ipſos Summos Imperantes reſiſtentia permitti debeat.

§. 10.

Quæ hactenus de inobedientia ſubditorum impuni in genere adduximus, jam *ad noſtrum Imperium*, IMPERATOREM ac STATUS applicanda ſunt. Quoad illum primo notamus, ceſſare id, quod *§. 1. buj. Cap.* dixi, Principem ipſum in ſua cauſa Judicem eſſe, cum & *Imperator* mediatos coram Principibus ſuis, immediatos in Camera convenire debeat. Illuſtris Comes de *Wurmbr. de foro S. R. J. Princ. c. 1. §. 14.* & ipſe, ſi ut *Princeps imperii* conveniatur, Auſtregas, ac ſumma imperii judicia agnoſcere teneatur, Idem *ib. §. 8. inf.* ubi elegans exemplum de Imperatore Car. V. ſe ipſum citante. Nec ſi conveniendus ſit, *ut Imperator*, ipſe ſibi judex eſt, ſed in cauſis *civilibus* ac pecuniariis, Limn. *L. 3. c. 9. n. 81.* Klock. *Vol. 1. conſ. 7. n. 222.* nec non illis, quæ imperium concernunt, ſi actus veſtigia poſt ſe relinquant, Dn. Stryk. *de j. pupis extr. Terr. c. 1. n. 48. Palatinum*, (qui tamen Imperatorem ſequi, & hoc judicium in propria perſona in Curia Imperiali peragere debet, Tabor. *in Epit. A. B. method. §. 24.* Dn.

Schweder. *in introd. ad jus publ. p. spec. S. 2. c. 5. §. 22.*) in actibus, quæ statum totius imperii disturbant, *Comitia*, Dn. Stryk. *all. l.* in causis feudalibus *Pares Curiæ*, Schultz. *in j. princ. L. 3. T. 1. pos. 3.* ex communiori sententia pro judicibus habet. Illud tamen ipsi cum cœteris imperantibus Summis commune est, quod in *Uxorem*, *Liberos*, imo ipsum *R. Romanorum* (qui omnes Palatini judicio non subjacent) ac omnes *Status Imperii* judiciariam potestatem exerceat: Dn. Fritsch. *in Tr. de Augusta c. 8. n. 22.* Dn. Schweder. *all. l. §. 19.* Ita tamen, ut hi Imperatori vel in ipso judicio, vel in sententiæ executione *de facto* ac contra Leges Imperii *procedenti*, impune *resistant*. Dn. Stryk. *de via facti Princ. Imp. perm. c. 1. §. 34. & 35.* Ad distinctius autem exponendam *singulorum Imperii Statuum impunem adversus Imperatorem Inobedientiam*, notandum, Imperatorem vel *ut privatum* Principibus injuriam inferre, vel *ut Imperatorem*. *Prioris* exemplum est, si Statum Imperii ob *privatam rixam* bello petat, quo casu hunc vim vi opponere, ac Imperatori *resistere* posse facile patet, vid. Dn. Stryk. *all. l. §. 23.* cum ibi ambo *ut Summi imperantes*, & Imperator *ut hostis* considerari debeat. Quod etiam affirmat id. Dn. Stryk. *d. l. §. 7.* si Imperator sine justa causa Principem invadat, ac occidere velit, ita, ut hoc casu *moderamen inculpatæ Tutelæ* contra Imperatorem locum habere arbitretur. Si vero, *ut Imperator* consideretur, singulorum Imperii Statuum *inobedientia* adversus ipsum potissimum *triplici ex causa* impunis censetur, si scilicet ipsis in *Superioritatis Territorialis exercitio præjudicare*, vel *libertatem ac privilegia* ipsis competentia *adimere*, aut denique talia *solus* facere velit, quæ sine *consensu* vel *omnium* Ordinum vel *Electorum* gerere non potest. Ad *primum* pertinet, si in Statuum Territoriis jurisdictionem exercere; Klock. *vol. 1. cons. 22. n. 23.* vel remissionem maleficorum ab iis exigere, idem *cons. 20. n. 122.* vel aliquem subditorum à superioritate Status Territoriali *eximere*, *Cap. Leop. part. 3.* castra in Statuum Territoriis sita præsidiis firmare, Dn. Fritsch. *in Tr. de jure præsid. c. 2. n. 13.* aut aliam *partem Super. Territ.* in Statuum territoriis exercere velit; Quo casu & *ipsi* Status, & eorum *subditi*, si forsan ad eos mandata Imperatoria dirigantur, impune non parebunt; Quod etiam ad *cives Civitatum Imperialium* extendendum, qui quidem, quatenus *unum* cum Magistratu *corpus* faciunt, Imperatori *immediate* subjacent, singuli vero ac soli Imperatori, non nisi *mediate*, immediate autem *Senatui* suo, qui proprio nomine ac jure in illos imperium

perium

perium exercet, subjiciuntur. Dn. Lyncker. *de commiss. Imp. ad neg. St.* §. *10.* *Privative* enim (non cumulative) Statibus *jus superior. territor.* competit, extra illos casus, quos recenset idem *de superior. territ. p. 44.* Adeo, ut nec Imperator *Reservata* sua, quæ Status Imp; *bodie ex Superior: Terr.* derivant, & recensentur ab Echold. *de j. Maj. Imp.* §. *30,* in *Statuum præjudicium*, quoad subditos ipsorum exercere possit. vid. Dn. Lyncker *all. l.* & conf. omnino Titius *in specim: j. publ. L. 4. c. 3.* §. *36. seqq.* Nec *per indirectum* sua dispositione illis præjudicare, unde facta ab ipso, subdito mediato, culpæ in ipsum aut Imperium, commissæ remissio, aut restitutio in famam & bona, ad bona in Statuum Territoriis sita non extenditur. Dn. Stryk. *de culpa vas. renc. c. 2. n. 11. sqq.* Cum contra Principes, illi, qui ab Imperat. feloniæ condemnatus est, confiscationem in suo Territorio licite remittant. *idem de pot. princ. extra Terr. c. 2. n. 47.* Quoad *secundam* causam inobed. impun; Imperator nec illa *quæ ex libertate*, nec *quæ ex speciali privilegio Statibus competunt*, auferre potest. Ad prima pertinent (1.) omnia *jura*, quæ Statibus ut Summis Imperantibus *quoad exteros* competunt, seu *partes* Superior. Territor: *transeuntis*, ut non inconcinne vocantur a Titio *Lib. 3. c. 4.* ubi hæc jura recensita invenies. (2) Illa libertas, quam Status *cum cæteris Imperii civibus communem* habent, quo libertas matrimoniorum etiam cum exteris, Dn. Lyncker. *de libert. stat. Imp. sect. 2.* §. *4.* nec non Facultas exteris militandi, Horn. *de lib. Germ. exter. mil. Th. 18.* referenda esse videtur. (3) Illa, quæ Statibus Imperii vel *respectu Imperii*, vel *inter se Legibus* Imperii *publicis* aut ejus *observantia* conceduntur, e. g. quod Electores invito Imperatore R. Roman. eligere, *Cap. Imp. Matth.* §. *35.* quod status Imperii extra Imperium ad judicium non evocari, Klock. *vol. 1. cons. 11. n. 189.* & conventus suos Collegiales & Circulares inconsulto Imperatore habere possint. *Cap. Leop. art. 6.* Conf. Limn. *addit. T. 2. ad L. 9. c. 1. p. 388.* In quibus, si Imperator ipsis præjudicare velit, licite obedientiam denegabunt, adeo, ut ne quidem inviti *Commissarium Imperialem* ad conventus suos admittere teneantur. Dn. Lyncker. *all. diss. de Commissar. Imp.* §. *16.* Idem etiam *de Privilegiis Statuum* dicendum, quæ, cum Imperatores in Capitulationibus confirmare teneantur, vid. Muldener. *Capit. Harmon. art. 3.* ea infringere haud possunt: quo respectu S. C. Maj. hodie regnanti, cum à Civibus Civitatum Imperialium per Commissarios *Juramentum fidelitatis* exigeret, Respu-

blica *Argentoratensis & Lubeccensis* (quæ ex *speciali* Imperat. Frid. *II. privilegio* hanc insignem habet prærogativam, quod non singuli ejus Cives Imperatori jurare teneantur, prout in cœteris Civitatibus Imperial. obtinet, vid. Dn. Fritsch. in *elect. j. publ. c. 6.* sed æque ut Principes, *per Legatos* suos in Aula Imperiali hoc officium peragat) illud præstare reverenter detrectarunt. vid. Dn. Fritsch. *all. l.* *Tertio* impune singulos Imperii Status Imperatori non parere, si illa, ad quæ expedienda *omnium Statuum* vel *Electorum consensum* adhibere tenetur, *solus peragat*, ex eo patet, quod actus ab Imperatore contra Capitulationem & Leges Imperii publicas gesti, *nullitate* manifesta laborent, vid. *Cap. Leop. art. 38.* & sic obligationem ad obediendum producere non possint: Quæ autem negotia huc pertineant, vid. breviter recensita in diss. Eckholt. *de j. Maj. imp. R. J. §. 28. sqq.* Denique pro certo tenendum, omnibus recensitis casibus Status Imperii non solum impune Imperatori *obsequium denegare*, sed etiam, si ille remonstrationibus ipsorum neglectis vim usurpet, & de facto procedat, *resistere* non prohiberi Dn. Stryk. *de in via J. Princ. perm. c. 1. §. 32.*

§. II.

Universorum Statuum Imperii inobed. adversus Imperatorem *iisdem casibus* impunis erit, quos in §. præced. recensuimus e. g. si Comitia Imperii extra Germaniam instituere, Dn. Fritsch. *in Tr. de Convent. Princ. c. 5. n. 11.* vel, quæ cum consensu omnium Ordinum peragi debent, solus sibi arrogare velit: Quo tamen non credimus referendum esse *judicium super Feudis & Regalibus*, utpote quod hodie (nisi ipsi Imperatori, cum Vasallo lis sit, Dn. Stryk. *de culpa Vas. rem. c. 2. n. 9. sqq.*) ab Imperatore solo sine Paribus Curiæ exercetur. *Ord. Cam. p. 2. T. 7.* Comes de Wurmbr. *all. diss. c. d. 5.* §. 4. Dn. Struv. *in S. J. F. c. 16. aph. 5. n. 2.* Et hæc universorum Statuum inobedientia *ad resistentiam* quoque *armatam* sine dubio extendi poterit, Dn. Stryk. *de via f. Princ. imp. perm. c. 1. §. 33.* cum Imperator, licet ipsi cum omnibus Imperii Statibus controversia intercedat, tamen ad arma convolare haud possit. *Cap. Leop. §. 15.* An vero *ad depositionem* ac *exauctorationem* Imperatoris porrigatur, dubitari poterit, quod ego, sed maxima cum cautione, in aliquibus forsan casibus concedendum, vid. supr. §. *8.* & omn. Titius *L. 4. c. 6. §. 10. sqq.* regulariter vero *negandum* autumo, nec tali casu depositionem à Palatino, aut Electoribus, sed *omnibus Statibus* fieri debere, arbitror. Titius *all. l.* Rachel *de capitul.*

capitul. c. 7. n. 10. Quid de *abdicatione* Imperatoris statuendum sit, ex iisdem quæ d. §. dixi, elucescit, scilicet illam Statibus indicandam, & nisi *intempestive* fiat, utique admittendam esse. Dn. Stryk. *de agris des. c. 3. n. 73.* conf. Titius *all. l. §. 6. & 7.* & Dn. Fritsch, *de resignat. Reg. c. 2.*

§. 12.

Post Imperatorem, Status in imperio nostro *Regi Romanorum Vicariis Imperii, & summis ejus Tribunalibus* Cameræ scilicet, & Judicio Aulico obedientiam præstare debent. Quod tamen quoad *Regem Roman.* tantum *absente Imperatore* procedit, cujus ille semper *necessarius* est *Vicarius*, ita tamen, ut hic ipsi *Commissarios* adjungere possit, vid. Dn. Lyncker. *de R. Rom. lit. f.* ut adeo *præsente* ac non *impedito Imperatore*, omnis Statuum adversus Regem Roman. inobedientia pro impuni haberi debeat. Quod ex ipsa *Capitul. Joseph. art. 41.* elucescit, in quo R. Roman. vivente Imperatore, regimen affectare non debere, expresse statuitur. Nec erga *Vicarios Imperii* (Saxonem scilicet & Palatinum, cui tamen hodie Bavarus desuper litem movet, vid. utriusque partis argumenta apud Dn. Schilter. *de Vicariis Imp. §. 23. sqq.*) omnis inobedientia impunis exulat, quamvis regulariter *eandem* cum Imperatore *potestatem* habeant, Dn. de Rhetz. *in Inst. J. Publ. L. 1. T. 5. §. 9.* Schutz. *in J. Publ. L. 1. T. 4.* Pos. 1. & illam ex veriori sententia tam in casum *mortui*, quam *absentis* Imperatoris exerceant. Dn. de Rhetz. *all. l. §. 4.* Tabor. *in epit. A. B. method. §. 23.* conf. Limneus *L. 3. c. 12. n. 35. sqq.* Pertinet huc, si de *feudis regalibus majoribus investire*; A. B. *c. 5. §. 1.* vel de illis *cognoscere*, Struv. *in S. I. F. c. 16. aph. 5. n. 4. & inibi all.* vel *Reges creare*, Bechman. *de j. dign. confer. in imper. c. 1. §. 8.* velint, quibus casibus Imperii Ordines ipsorum mandatis obsequi non tenentur, nisi forsan Vicarii *absentis Imperatoris* vicem sustineant, quo casu illos omnia jura Imperatori competentia *ex potestate delegata*, & inde hæc quoque exercere posse, asserendum est. vid. Titius *in spec. j. publ. L. 4. c. 8. §. 16. & 17.* Quoad *Summa Imperii judicia*, illis impune non paretur, si quomodocunque non competentem sibi potestatem arrogare, vel in illos, qui ipsorum jurisdictioni *exemti* sunt, decernere velint. vid. A. B. *c. 11. §. 2.* Pertinent huc quoad *Cameram*, *Principes Italiæ*, Comes de Wurmbr. *all. diss. c. 3. §. 12. & Dux Burgundiæ*, extra causam contributionum Imperii & Constitut. Pacis publicæ, circa quæ si delinquat, in Camera per

Fisca-

Fiscalem contra ipsum agitur. Strauch. *de R. Arelat. c. 3. §. 5.* Nec minus huc referendi *Duces Luneburgenses*, & *Corona Sveciæ*; qui, quamvis utrique Imperii judiciis subjaceant, illo tamen gaudent privilegio, ut coram quonam ex illis respondere malint, *eligere* ac declarare possint. *I. P. O. art. 10. §. 12.* & Burgold. *in not. Imp. p. 2. disc. 20. §. 18.* Item dicendum de illis, qui *privilegio* vel limitato vel absoluto *de non appellando* gaudent, qui, si Camera illo non attento causas subditorum ad se trahere & revocare velit, impune non parebunt, nisi forsan ob *querelam nullitatis vel denegatæ*, ac *protractæ justitiæ* id fiat: Rodingi *Pand. Camer. L. 1. T. 19. §. 48. seqq.* A. B. *all. l.* Gail. *1. O. 28. n. 2.* Quamvis tamen & hæ querelæ in privilegio *nominatim excipi* possint, Roding. *T. 33. §. fin.* quod de privilegio Tribunalis Wismariensis, Ducum Saxoniæ, ac Landgraviorum Hassiæ, testatur Mollenbec. *in diss. de privil. de non appell. Aph. 10. 13. & 14.* Porro quoque Imperii judiciis licite obedientia denegatur, si jurisdictionem suam *etiam quoad personas ipsi subjectas in causas, quæ ipsorum judicium nec fundant nec agnoscunt*, de quibus vid. Dn. Lyncker. *in diss. de caus. jud. Camer. fund. c. 4.* extendant, vel *contra Ordinationes* ab Imperio sibi præscriptas agant. Quo pertinet, si Camera mandata *S. C. illegitime* decernat, Gail. *1. O. 13. n. 2.* vel *actum, qui* antea validus non est, *confirmare* velit. Maurit. *Consil. Tubing. 1. n. 49.*

§. 13.

Ad *Principes ac Status Imperii* nostri jam prolabimur, impunem subditorum adversus eos inobedientiam consideraturi, cum & ipsi in suo territorio *pro Summis Imperantibus*, & à Baldo *ad L. fin. C. de Testam. mil.* pro *Regibus* non immerito habeantur, cum quo bene convenit illud, quod legitur apud du Buisson *dans la vie de Turenne L. 5. p. 348.* Germaniæ Duces *DEI gratia*, reliquorum vero Regnorum Proceres, *Regum* tantum *gratia Principes* censeri. Sicut autem hæc summa ipsorum Potestas seu *Superioritas*, ut vocant, *Territorialis*, ex veriori sententia etiam in *Uxores* ac *liberos* extenditur, Dn. de Rhetz. *in Inst. j. publ. L. 1. T. 22. §. 14.* Dn. Præses *in diss. de foro fil. illustr. del. c. 3.* ac inde Dn. Stryk. etiam in *matrimonialibus* causis, si de matrimonii *dissolutione* quæstio sit, ubi cœteroquin quam maxime dissentiunt Dd., Principem Imperii sibi *ipsi judicem* esse posse concludit *in diss. de via f. Prim. Imp. perm. c. 3. §. 7.* Ita id quoque de *Principibus Imperii* sub alieno Principe *domicilium constituentibus*, præsertim si *delinquant*, asserendum videtur, quam

quamvis tamen *in praxi* communiter à Landſaſſiatu eximi, & tantum *ratione bonorum* Domino territorii ſubjici ſoleant. Dn. Lyncker. *de lib. ſtat. S. 2. §. 3.* Nec cæteri quoque ſubditi ex praxi plerorumque locorum, ſi *à Principe* conveniantur, illius proprium judicium ſubterfugere poſſunt. *Struv. in S. I. C. Ex. 4. Th. 56.* Alias vero ad explicandam *ſubditorum ſingulorum erga Principes imperii impunem inobedientiam* diſtinguendum erit, an ab eodem *ut privato*, an *ut ſuperiore* graventur; Ita ut *priori caſu*, (quo etiam referendum, quoties Princeps non publico nomine, ſed *pro ſuo intereſſe*, aut tuitione ſuperior: territor: ac Regalium *controverſorum*, aliquid facit. vid. omnino Dn. Lyncker. *de Gravam. extrajud. c. 5. S. 1. §. 19. n. 3.* e. g. Si conceſſiones ſubditis titulo oneroſo vel ob bene merita factas revocet, Klock. *Vol. 1. Conſ. 37. n. 72.* Brunn. *Cent. 2. D. 95.* ſubditos ad vendendas ſibi res ſuas cogat, Dn. Lyncker. *de his quæ lib. ſtat. perp. acc. S. 2. §. 25.* &c.) ſubditi impune obedientiam denegent, & ad *Auſtregarum judicium* confugientes, coram eo Principem conveniant. Dn. Lyncker. *de Grav. extraj. all. l.* Non tamen hanc impunem inobedientiam ad *reſiſtentiam* violentam extendendam eſſe, indeque nec Principem Imp. vim inferentem, aut mortem injuſte intentantem à ſubdito *pro vitæ Tutela* occidi poſſe autumo. Quod ſi ſubditus à Principe, conſiderato ut *Superiore* ac *judice* gravetur e. g. ſi illum ad edendum Titulum poſſeſſionis cogat, Dn. Lyncker. *de his quæ lib. ſtat.* &c. *all. l. §. 30.* vel uni immunitatem à tributis in aliorum præjudicium concedat, Mev. *ad jus Lub. all. l. art. 2. n. 18.* ſubditis intolerabilia imponat onera, Dn. Lyncker. *de cataſtr. c. 6. §. 1.* eos innocentes in carcerem detrudat, ac non niſi præſtita Urpheda relaxet, Bluhm. *in Proc. Cam. T. 35.* &c. tunc illis ad *Cameram* vel *judicium Aulicum* ſe conferre, ac ibi vel emendationem iniquæ ſententiæ petere, vel *mandata cum aut S. C.* extrahere licitum erit, vid. Dn. Lyncker. *de Grav. extra jud. all. l. §. 10.* quæ tamen temere & ſine ſufficienti cauſæ cognitione ac probatione decerni non debent. *Cap. Leop. art. 3.* Et ſi his non attentis Principes via facti contra Subditos procedant, eis hoc patienter tolerandum, *non* vero violenter *reſiſtendum* eſſe, ex illis, quæ §. 3. adduximus, eluceſcit.

§. 14.

Quod ad *univerſorum* ſubditorum inobedientiam adverſus Principis Imperii attinet, illa quidem *omnibus* illis *caſibus*, quibus ſub-

 ditis

ditis *Principis absoluti* facultatem obsequium denegandi concessimus, multo magis impunis censenda est: Quod præsertim in Principe Imp. subditos *alienare* volente, eo minus dubii habet, quo restrictior hæc potestas per *nexum feudalem* erga Imperatorem & Imperium redditur; vid. Dn. Lyncker *de iis quæ lib. St. perp. acc. S. 2. §. 16. sqq.* Cæterum impunis hæc subditorum universorum inobedientia potissimum *duobus* in *casibus* locum habet, quorum primus est, si illa quæ ad *totum Imperium* pertinent, Princeps *sibi* arroget, & e. g. Leges Imperii universales in territorio suo derogare, vel valorem monetæ in Imperio receptum mutare, Maurit. Consil. *p. 2. Cons. 4. n. 33.* aut subditos ultra nominatam taxam subcollectare Klock. *vol. 1. Cons. 147. & Cons. 28. n. 274.* velit. *Alter* autem, si contra *Reversales* suos peccet, vel subditorum *libertati* noceat, ubi æque ac priori casu *ad Imperatorem* recursus patebit. Certe, cum *Reversales* plerorumque Principum Germaniæ civili potestati limites ponant, Dn. Fritsch. *in Tr. de reversal. c. 2. n. 4.* & extra Electorem Palatinum, qui liberrime ditiones suas administrat, in omnibus fere Provinciis, *Status Provinciales* deprehendantur: Dn. Stryk. *dest. Provinc. c. 1. n. 19.* Hinc Principi, si *solus* talia concludere velit, ad quæ ex Constitutione & more Provinciæ *statuum consensus* necessario requiritur, Dn. Fritsch. *de convent. Princ. c. 8. n. 9. sqq.* quo collectarum extraordinariarum impositionem communiter referre solent, vid. Klock. *V. 1. Cons. 28. n. 15.* Dn. Lyncker. *de catastris c. 2. §. 7.* impune non pareri facile patet. Idem etiam dicendum, si Statuum *juribus* ac *libertati* præjudicare & e. g. comitia Provincialia extra Provinciam habere, Dn. Fritsch. *all. Tr. c. 5. n. 11.* vel præstationem Homagii aut introitum in Civitatem ante privilegiorum confirmationem, contra antiquam observantiam exigere velit. Hertius *de subject. territ. §. 18.* Dn. Fritsch. *de j. introdæ c. 4. n. 9.* Quod tamen non nimis extendendum, nec statibus Provincialibus indulgendum, ut ante gravaminum suorum discussionem, deliberationem, super punctis à Principe propositis detrectent Dn. Stryk. *all. diss. c. 3. n. 32.* An vero etiam universis subditis, si Princeps Imperatoris autoritate insuper habita in proposito pergat, resistendi facultas concedi debeat, dubitari potest, ubi ante omnia Leges Principatus fundamentales seu Reversales, cum universalibus Imperii Constitutionibus excutiendæ, & quid, quantumve illæ ejusmodi casu concedunt, attendendum, quo & illa convenienti modo applicanda erunt

da erunt, quæ supra §. 7. de Princip e absoluto & limitato exposuimus.

CAP. V.
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI
ERGA MAGISTRATUM
SUBALTERNUM.

SUMMARIA.

§. 1. Magistratus definitio remotis Ministris publicis & judice delegato, inobed: impunis forensium, & distinctio inter judicem & Magistratum in specie. §. 2. inobed: impunis adversus Magistratum jura Principis usurpantem, ac libertatem naturalem restringentem: §. 3. inobed: impunis contra Magistratum gravantem, præsertim in materia collectarum, & quænam remedia tali casu competant. §. 4. inobed. impunis adversus judicem extrajudicialiter gravantem. §. 5. inobed. impunis adversus eundem in judicio circa initium processus Civilis. §. 6. circa progressum ejusdem. §. 7. circa sententiam & ejus Executionem. §. 8. de inobed. impuni adversus judicem secundæ instantiæ. §. 9. de eadem adv. judicem in Processu Criminali, §. 10. de eadem adversus sententiam & executionem Criminalem.

§. 1.

INter varias significationes vocis *Magistratus*, quas recenset Tabor *de repetund. crim. Th. 23.* nobis in hoc capite per illam nihil aliud intelligitur, quam persona publica quæ *imperio* vel *jurisdictione* proprie ita dicta instructa est, ita tamen, ut *superiori* iterum *potestati* subjaceat. Qua definitione removemus *officiales* ac *ministros publicos*, e. g. Apparitores, Publicanos, nec non Schultetos ac eorum Scabinos in pagis, vid. de his Carpz. *p. 2. C. 7. D. 2. n. 4. & 5.* Richter. *D. 28. n. 4.* & Dn. Fritsch. *de St. acj. pag. c. 12. n. 8.*) qui, cum proprie nullam nec jurisdictionem, nec imperium, sed *nudam executionem* demandatam habeant, hinc ipsis, si vel plane *sine mandato* superioris aliquid faciant, vel *limites* mandati excedant, aut nullam plane remonstrationem admittere velint, impune non obediri ac resisti facile patet. Dn. Lyncker. *de resist. quæ fit. pot. §. 24.* vid. exemplum apud Tabor. *in Arm. Just. de leg. arm. usu c. 3. §. 2.* Nec minus *judicem delegatum* hic ex-

clusum volumus, qui licet potestate cognoscendi & decidendi instructus sit, illam tamen solum *nomine Principis* exercet, sicque, si ejus mandatum ac delegationem *ostendere* nolit, aut *fines* delegatæ sibi potestatis excedat, impunem inobedientiam admittere utique tenetur. Dn. Lyncker. *all. diss. §. 12.* Porro, cum imperium regulariter non nisi in *subditos* exerceatur, hinc nobis de subditorum tantum, non etiam de *forensium* & advenarum impuni inobedientia hoc capite agere placet, qui, licet per tempus commorationis Magistratui utique subjaceant, vid. supr. *c. 2. §. 7.* non tamen adeo arcte ipsi obstricti sunt, indeque impune non parent, si vel *iniquum* in ipsos *vectigal* constituere, Mev. *ad jus L. L. 2. T. 3. art. 5. n. 1. & inibi all.* vel *discessum* illorum injuste *morari*, ac *onera* ipsis *perpetua* imponere, Dn. Coccej. *de fundata Terr. pot. T. 2. §. 6.* aut, cum sibi tamen jus stapulæ, de quo vid. Dn. Fritsch. *de nundin. j. ac privil. c. 10.* & Ziegler. *de j. Maj. L. 1. c. 42.* non competat, illos ad vendendas merces cogere, Mev. *ad jus L. L. 3. T. 6. a 7. n. 7.* nec non à nundinis solennioribus arcere, id *p. 9. D. 8.* aut alio modo ipsis injuriam aut præjudicium inferre non vereatur. Cæterum, dum *jurisdictionem* ab *Imperio* inter se distinximus, per *illam* facultatem cognoscendi & decidendi *controversias*, quæ *judici* competit, per *hoc* vero potestatem *jubendi* in causis non controversis, quæ *Magistratui in specie* ita dicto adscribenda, intelligimus, *de inobedientia impuni adversus Magistratum in specie sic dictum, & adversus judicem* separatim acturi.

§. 2.

Quod *Magistratum in specie sic dictum* attinet, primo quidem impunis subjectorum adversus ipsum censetur inobedientia, si illa, quæ ad *Magistratum Summum* seu *Majestatem* pertinent, sibi arrogare & usurpare audeat: Quo communiter referunt, si Magistratus inferior extra causam necessariam, Ziegler. de j. Majest: *L. 2. c. 1. §. 19.* Dn. Lyncker. *de Grav. extra jud. c. 3. p. 4. §. 3. n. 8. 9.* (quo etiam referendum, si cæteroquin bona civitatis alienanda sint Dn. *Stryk. de alien. bon. civ. c. 5. n. 22. sqq.*) aut consensum omnium civium, Ziegl. *all. l. §. 20. & 21.* vel *Accisam* seu datiam à civibus exigat, Mev. *p. 7. D. 158. n. 1.* vel *collectas* imponat, Carpz. *p. 2. C. 6. D. 24. n. 7.* quod ipsi non licet, cum jurisdictio in jure dicendo, & defendendo, non in oneribus imponendis consistat, Maurit. Consil. *p. 2. consil. 6. n. 7. & ibi all.* & hoc jus ad *Regalia* Principis pertineat, Ziegler. *all. l. §. 16. & 17.* quamvis tamen

men *collectæ* à Principe impositæ *distributio*, nec magistratui inferiori, nec cuivis alii universitati deneganda sit. Klock. *Vol. 1, Consf. 28. n. 275.* Pariter huc pertinet, si Magistratus inferior, vel jus *armorum*, ac belli exercere, Idem *Vol. 1. Consf. 20. n. 61.* vel executionem *in cadaver* mortui decernere, Dn. Præses *in diss. de execut. in cad. c 1. n. 46.* vel *ferias* indicere velit, Hahn. *ad W. tit. de feriis n. 4.* quibus & similibus casibus obsequium à civibus licite denegari facile patet. Deinde impunis quoque erga Magistratum subalternum erit inobedientia, si ille *libertatem naturalem* civibus competentem sine causa restringere aut adimere velit: Ob *interesse* enim *Reipubl.* utique licebit hoc facere, & e. g. alicui imponere, ne inimici domum prætereat, Tabor. *de offic. Jud. P. spec. S. 1. c. 1. §. 1.* vel ut aut ipse domum exustam reædificet, aut eam reædificare volenti vendat. Mev. *p. 8. D. 239.* Secus vero, si *absque causa* fiat, cum *actus voluntarii* & liberi prohibitionibus constringi nequeant, *C. 2. p. 2. C. 4. D. 12. n. 2.* quo pertinet, si Magistratus virginem sua autoritate invitam ad nuptias velit cogere, adeo ut hæc ea propter cum familia ejus jurisdictioni eximatur; *L. un. C. si quac. præd. pot.* aut advocato prohibere, ne in justa causa contra ipsum postulet, *C. 2. p. 1. c. 1. D. 21. n. 4.* vel etiam Tutori invito injungere, ut pupillo autoritatem præstet, quod nullo modo licet, quamvis tamen Tutoris repugnantis autoritatem supplere, & eum indirecte per actionem Tutelæ punire non prohibeatur. *in diss. de peric. in mora c. 2. n. 103.* Præsertim vero ex hoc fundamento impunis erit civium erga Magistratum subalternum inobedientia, si hic egressum ac *migrationem* civium *non intempestivam* prohibeat, Mant. *2. Decis. Pal. Qu. 18.* Dn. Stryk. *de agr. desert. c. 7. n. 61.* adeo ut extra specialem constitutionem aut consvetudinem *ne census* quidem *emigrationis* hoc casu exigi possit; Carpz. *p. 3. c. 38. D. 19.* Quem licet generaliter introductum tamen & illi, qui vel ex *urbana* Jurisdictione *in Academicam* transeunt, vel ex *contractu* cum civitate ejus oneribus obnoxii non sunt, Mev. *p. 7. D. 365. & 366.* & *Doctores*, ac illi, qui ad literis alibi operam dandam, vel Professionis munus exercendum discedunt, solvere non tenentur; Tabor in Collat. j. Rom. *& Hung. Tit. 5. pr. in collat. n. 2. & 3.* quod generaliter asserendum, si Magistratus *intra quinquennium* hunc censum exigere neglexerit. Mev. *p. 2. D. 163.*

§. 3.

Tertio loco impunis habetur commissa adversus Magistratum

inobedientia, si illius mandata contra verbum Dei & *religionem*, vel contra *pacta*, conventionem ac consvetudinem fiant, aut inde alicui *gravamen* ac præjudicium inferatur: Maurit. *in consil. all. l. n. 4. & 5.* Quo pertinet, si alicui duo munera, quæ ambo administrare non potest, deferat, vid. Feltm. *Resp. mil. 5. §. 34.* vel pœnam insvetam & nimis gravem edicto adjungat, Mev. *ad jus L L. 1. t. 1. art. 2. n. 98.* aut singulos cives ac eorum bona pro suo debito obligare ac oppignorare velit. Richter. *p. 2. d. 71. n. 12.* & Brunn. *Cent. 1. D. 53.* Nullibi autem magis hujus Regulæ usus fere se exserit, quam in *collectis* ac contributionibus, si forsan Magistratus inferior has indicendi jus ex speciali privilegio habeat; Ubi primo notandum, & Magistratum loci, ubi quis tantum *bona*, *non* etiam *domicilium* habet, onera *personalia* vel *mixta*, Dn. Coccej. *de fund. Territ. pot. T. 9. §. 6.* ac *realia* quoque, nisi ex iis ad forenses *par* cum cæteris Civibus *commodum* redundet, vid. Ziegler. *de j. Maj. L. 2. c. 2. §. 67. & ibi all.* conf. Dn. Stryk. de *civ. obær. c. 3. n. 33.* imponere haud posse, & contra Magistratum loci *domicilii*, de *bonis alibi sitis* collectas inique exigere, Dn. Coccej. *all. l. §. 3.* nisi illæ forsan *primario personis*, per indirectum tantum ad quantitatem bonorum habito respectu imponantur. Dn. Lyncker. *de catastr. c. 2. §. 25. & ibi all.* Porro, cum tam *personæ*, quo pertinent Clerici, forenses, pauperes, &c. de quibus vid. Ziegl. *all. cap. 2.* & Richter. *p. 2. D. 70. n. 50. 51. 67.* quam *bona aliqua*, quo referunt fundos steriles, Richter. *all. l. n. 61. sqq.* Dn. Lyncker. *all. l. §. 22.* bona servitiis equestribus obnoxia, Dn. Stryk. *in ex: J. F. c. 18. Q. 39.* Mev. *p. 4. D. 33.* aut vel plane non, vel injusto modo catastrata, Idem *ib. D. 34.* &c. à collectis *immunia* censeantur, hinc, si tamen his de facto illæ imponantur, & impune non parebitur, & injuste solutum repeti poterit. Klock. *V. 1. cons. 26. n. 1.* Observandum tamen hic est, immunitatis concessionem semper *stricte interpretandam* esse, & inde nec immunitatem generalem ad onera Realia, Mev. *p. 9. D. 23.* nec ad casum *necessitatis*, Tabor. *de met. & epid. p. 3. S. 2. c. 1. §. 15.* Dn. Fritsch. *de præsid. necess. cont. L. S. 6. concl. 6.* Klock. *Vol. 1. cons. 28. n. 316.* (modo tamen illa evidenter probetur, Tabor. *all. l.* Mev. *p. 7. D. 144.*) nec ad supervenientia *nova & insolita onera*, Klock. *Vol. 1. cons. 10. n. 704. sqq.* (quorum scilicet causa ipsa nova quoque & insolita est, Brunn. *ad L. 1. n. 9. ff. de J. immun:*) extendendam esse. Denique notandum, remedium contra injustum Magistratus gravamen

esse

esse *appellationem ad Superiorem*. Maurit. *all. l.* Dn. Lyncker. *de Grav. extrajud. c. 6. §. 17. sqq.* (qua tamen in mandato *manifeste injusto* ne quidem opus est, cum illud per mandatum contrarium à Superiori impetratum infringi possit. Mev. *p. 5. D. 321.*) aut, si Magistratus hanc attendere nolit, *resistentiam* etiam violentam, Dn. Lyncker. *de resist. quæ fit. pot. §. 11.* quæ, cum Magistratus prætextu officii vel contra officium vim inferens *pro privato* habeatur, Richter. *D. 2. n. 4.* denegari haud potest. vid. Tabor. *de met. & epid. p. 1. c. 3. art. 1. §. 3.* (ubi immunitatem ruralem vi privata defendi posse asserit,) quamvis tamen aliquando melius & consultius videatur, hanc resistentiam, quæ adversus Magistratum iniqua præcipientem competit, intermittere Mev. *ad jus Lub. L. 1. c. 1. art. 2. n. 61. seq.*

§. 4.

Judicem, antequam eum in judicio sistamus, prius *extra judicium* considerabimus, pro certo statuentes, illi *tanquam privato* aliquid mandanti, vel vim inferenti, nullam plane deberi reverentiam, sed licite resisti. vid. Dn. Lyncker. *de resist. q. fit. pot. all. l.* Et in illis negotiis, in quibus *judicis autoritas* requiritur, illum, nisi *pro tribunali* sedeat, pro *privato* haberi, & nil operari. *Cz. 2. p. 2. C. 16. D. 18. n. 7.* Et quamquam, si *ut judex extra judicium* aliquid decernat, major omnino sit ejus autoritas, nec hic tamen inobedientiæ impunis casus deficiunt, sed illa utique locum habet, si judex illa, ad quæ *ordinarius processus* ac *sententia* requiritur, *extrajudicialiter & de facto* peragere velit; Quo referendum, si aliquem sine *pravio processu & sententia possessione* dejiciat, Tabor. *Relat. Arg. Rel. 117. n. 10.* vel mandatum *executoriale* det, adeo, ut contra hoc ne quidem *appellationem* interponi necesse sit. Mev. *p. 5. D. 4.* Porro inobedientia adversus *judicis autoritatem extrajudicialem* impunis erit, si ille aut hæc, quæ alias extra judicium ipsi gerere permittitur, *illegitime* ac non servato juris ordine peragat, aut pars *justam* ac ipsis LL. approbatam *non parendi causam* habeat. Ad prius pertinent casus, si e. g. *arrestum* ante probationem crediti, *Cz. p. 1. C. 29. D. 6.* vel personis, quæ arrestari non possunt, Idem *d. l. C. 30.* vel neglectis cæteris necessariis requisitis, quæ brevibus recenset Mev. *de Arrestis c. 4. §. 10.* imponat: ubi, si arrestum *notorie* sit *injustum*, illud licite spernitur. Mev. *all. Tr. c. 24. n. 27. sqq.* Quod etiam dicendum, si omnem plane idoneam cautionem respuat, Dn. Lyncker. *de Gravam. extrajud. c. 8. §. 28. inf.* vel arrestans arrestum

non

non prosequatur. Besold. *in Thes. pr. p. m. 1049.* Ad posterius spectat, si judex in hæreditatis divisione uni hæredum *sortem* obtrudere velit, Mev. *p. 2. D. 21.* vel rem, in qua LL. *jus retentionis* concedunt, auferat, aut *nunciationem novi operis* notorie frivolam fieri curet, Lauterbach. *in comp. ff. ad t. de nov. op. nunc.* vel eandem in negotio, cujus *mora* damnosa est, ac contra *Reipubl.* utilitatem interponat, Idem *d. l.* aut nunciatus sine maximo incommodo ab opere desistere non possit. Mev. *ad jus Lub. L. 3. t. 12. a. 15. n. 20.* Porro huc referri potest, si judex *in possessionem mittat*, missum vero non admittens, rem suam putet, aut sibi nexam, vel certe non esse debitoris. *L. 1. §. 4. ff. ne vis fiat ei qui* &c. Quibus & similibus casibus vel statim à *gravamine*, vel ut alii malunt, ab *Exceptionis* oppositæ, (quæ, quamdiu in judicio versatur, inhibitioni aut mandato non parens in contumaciam condemnari haud potest, Mev. *p. 8. D. 84.*) *rejectione*, vid. Hopp. *ad §. 16. J. de excus. Tut. appellari*, & judici quoque contra illam attentanti *resisti* potest.

§. 5.

Impunis inobedientia adversus *judicem in judicio* in *processu* tam *Civili*, quam *Criminali* occurrit, & quoad illum se tam in *initio*, quam in *progressu & fine judicii* exserit. Ad *initium* pertinent omnes illi casus, quibus *citationi* absque pœna contumaciæ non paretur: Quo referendum, si illa vel à judice notorie *incompetente*, vel alio, *nullam* plane *jurisdictionem* habente, proficiscatur; Dn. Stryk. *in pr. for. c. 5. §. 17.* Si enim *dubie* tantum *incompetens* judex sit, utique comparendum, & Exceptio fori declinatoria opponenda, Schwendend. *ad prot. Fibig. c. 2. p. 180.* Klock. *v. 1. C. 7. n. 1083.* super qua *ipse* judex cognoscit, Brunn. *in pr. Civ. c. 7. n. 8.* & ante hanc litem finitam nihil plane decernere potest. Mev. *p. 2. D. 7* Quod etiam dicendum de citatione judicis *suspecti*, ad quam citatus pariter comparere, & causam *suspicionis* (quæ si prægnans sit, etiam judici, cum clausula, *recusatione remota* à Principe dato, opponi potest, Dn. Stryk. *de conscient. part. c. 2. n. 82. & 83.* Vid. Dn. Præses *in Diss. de Suspecto Judice c. 2. n. 41. seq. ibique all. Dd. n. 49.*) allegare tenetur, *L. fin. C. de judic.* Swend. ad *proc. Fibig. all. l.* ita tamen, ut hic non judex recusatus, sed *arbitri* judicent, & omni actui, qui à judice *post recusationem* peragitur, præsertim vero ejus sententiæ, *super exceptione suspicionis* latæ, impune non pareatur. Klock. *vol. 1. consil. 39. n. 39.* Mev. *p. 2. D. 31.* Porro judici citan-

ci citanti obsequium licite denegatur, si citatio vel *illegitime* peragatur & *concipiatur*, vel *illegitime insinuetur*. Zanger. *de Except. p. 2. c. 3. n. 15.* Bluhm. *in pr. Cam. Tit. 66. §. 33.* Prioris exempla sunt, si vel ad diem *feriatum*, licet ille tantum ratione *unius partis* feriatus sit, Dn. Lynck. *de jure circ. pers. div. relig. p. spec. S. 2. c. 3. §. 7.* vel ad locum *non tutum* aut *incertum*, Stryk. *de conscient. part. c. 2. n. 49. sqq.* fiat, aut etiam unus tantum dies de *termino juridico* deficiat, Carpz. *p. 1. C. 2. D. 23.* aut aliud quid negligatur, quod ad *formam citationis* requiritur, e. g. si in Camera libellus actionis citationi non inseratur. *R. I de Anno 1654. §. 14.* Nec minus, cum *Citatio* sit vel *Realis*, vel *verbalis*, & hæc vel *publica* vel *privata*, quæ iterum vel *in faciem*, vel *ad domum* fit, Lauterbach. *in comp. ff. ad t. de in jus voc.* impune judici non parebitur, si extra illos casus, in quibus *Realis* aut *Edictalis* citatio locum habet, de quibus vid. Tabor. *de offic. jud. p. spec. S. 2. c. 1. §. 2.* Dn Stryk. *in U. M. ff. d. t. §. 9.* & Brunn. *in proc. civ. c. 3. n. 19. 20. & 39*: reum *realiter* apprehendere, aut *edictaliter* citare, vel etiam *cum ipsius copia alias satis haberi possit*, statim *ad domum* citare non vereatur. Mev. *p. 7. D. 275.* Quod etiam dicendum, si citatum ad *personalem comparitionem* extra illos casus, quibus eadem necessaria est, vid. Mev. *p. 6. D. 19.* cogere velit. Id. *ib. D. 19.* Non tamen omnibus his casibus citatio licet *injusta*, penitus spernenda, Tabor. *in armam. just. de leg. arm. usu c. 3. §. 2.* sed, nisi *manifesto nulla* sit, e. g. si *expresse* in *diem feriatum* fiat, Dn. Stryk. in U. M. *all. l.* vel *exceptio* opponenda, si per illam citationis præjudicium averti possit, Mev. *p. 5. D. 121.* vel ab iniquo citationis gravamine, *appellandum* erit. Idem *p. 4. D. 89.* Ad *illegitimam insinuationem* pertinet, si illa vel *extra territorium*, Brunn. *in proc. Civ. c. 3. n. 15.* (nisi forsan *citatio* tantum *monitoria* sit, Brunn. *de conc. Cred. c. 2. §. 1.* aut subdito extra Territorium fiat, Mev. *p. 2. §. 325. & 390.* Dn. Stryk. *de j. princ. extr. territ. c. 4. n. 59. seqq.* quamvis dissentiat Brunn. *in pr. Civ. all. l.*) vel *extra locum domicilii*, forsan in itinere aut diversorio fiat, Dn. Lyncker. *de resist. quæ sit pot. §. 13.* ubi tamen notandum, post *primam* citationem *cæteras* citationes, *Decreta & mandata*, etiam ad *possessiones*, quas pars in provincia habet, insinuari posse. Mev. *p. 5. D. 320.* Denique citatum ob *legitima impedimenta*, de quibus vid. Dd. *ad tit. ff. si quis caut. in jud. sist. non obtemp.* conf. Carpz. *P. 1. C. 9. D. 7.* Mev. *ad jus L. 5. T. 4. a. 1. n. 23. sqq.* nec non ob intermissam ab adversario *contumaciæ accusationem*, Carpz. *all. l. def. 15.* à pœna quoque contumaciæ liberari, tralatitium est.

§. 6.

In *progressu judicii* tot se offerunt inobedientiæ Impunis adversus judicem casus, quod *gravamina* ab illo parti alterutri inferuntur. Quo præsertim pertinet, si *formalia processus* negligat, adeo, ut ea propter etiam *causa cæteroquin non appellabili*, appellationi locus sit. Dn. Stryk. *de consc. part. c. 1. n. 101.* Ex quo patet, judicem invitis partibus nec *Processum* executorium aut *Summarium* in *Ordinarium*, nec contra *Ordinarium* in *Summarium* convertere posse. Mev. *P. 1. D. 188. & P. 4. D. 371.* Brunn. *in Proc. Civ. c. 1. n. 17.* Quod etiam dicendum de *termino legali*, quem judex nec coarctare, nec in partis præjudicium *prorogare*, Mantz. *Dec. Pal. Qu. 19. n. 16. sqq.* nec intra eum quid innovare potest: Mev. *P. 4. D. 197. n. 1. & 2.* Sed omnibus his casibus appellationi locus erit, & si coarctatio sine causæ cognitione fiat, Lex ipsa dilationem supplebit. Mantz. *all. l. n. 20.* Porro huc spectat, si judex citatum super causa, ad quam *non citatus*, interroget, Tabor. *Disput. Wesenb. 4. Q. 8.* (quo respectu etiam *præsentem* citari debere Dd. asserunt, Dn. Stryk. *de j. præs. c. 6. n. 43.*) vel parti, ne advocato utatur, prohibeat, licet hoc sub pœna faciat, cum *mandatum pœnale injustum* neminem in contumacia constituat, Brunn. *cent. 3. D. 65.* unde Idem *Cent. 4. D. 14.* à judice alicui, ut monetam mox devalvandam à debitore in solutionem accipiat, injungi haud posse recte concludit. Multi alii casus in progressu judicii, tam *circa probationis materiam* quam *Testium examen* afferri possent, quibus partium inobedientia pro impuni habetur: Sed brevitatis causâ illos intermittimus, & tantum notamus, *Jure Canon.* in progressu judicii partium inobedientiam impunem esse, adversus omnem *Sententiam interlocutoriam* à judice latam, qua pars se gravatam esse credit, quod etiam in plerisque locis *in praxi* observatur, Lynck. *ad Decret. L. 2. T. 28. §. 4.* cum contra *jure Civ.* quod *Camera* hoc in passu sequitur, vid. Roding. *Pand. Camer. L. 1. T. 19. §. 16. seqq.* appellatio ab *Interlocutoria* sententia non admittatur; Nisi illa vel *vim definitivæ* habeat, Textor. *in pr. judic. P. 1. c. 11. n. 12.* (quo pertinet sententia sub conditione, si pars adversa juraverit, condemnans: Brunn. *ad L. 11. C. de sent. & interloc.*) Vel *gravamen*, quod in definitiva *reparari non potest*, inferat, Klock. *1. Cons. 14. n. 142.* e. g. si causa immature à judice pro conclusa acceptetur, Mev. *P. 5. D. 239.* vel contumacem post lapsum termini adhuc audiri debere pronuncietur. Idem *P. 6. D. 270.* alia exempla vid. apud Roding. *all. l.* & apud Br. in *Proc. Civ. c. 28. n. 2.*

§. 7.

In *fine judicii* judicis officium circa sententiam ferendam & exequendam occupatur, & *Pronunciatio* quidem ab *ipso judice* facienda est, indeque illi, licet consentiente una parte, causam ad alium judicem remittere volenti, ab altera obsequium licite denegatur. Mev. *P. 2. D. 267.* Si autem semel utriusque partis consensu *Acta* ad extraneum judicem *transmissa* sint, judici priori jus sententiæ ferendæ amplius non competit, sed pronunciatio ipsius *ipso jure* irrita habetur. Dn. Stryk. *ad Br. jus Eccles. L. 3. c. 9. §. 2.* Nec minus judici, cujus officium post pronunciationem exspirat, Richter. *D. 74. n. 67.* *sententiam* definitivam semel latam licet eodem adhuc die *mutare* aut *tollere* volenti, impune non paretur, *t. t. C. sentent. resc. non poss.* Wissenbach. *ad L. 46. ff. de V. S. n. 15.* Richter. *D. 136. n. 6.* quamvis tamen facultas eandem *declarandi* ipsi deneganda haud sit, Textor. *in pr. jud. p. 1. c. 11. n. 17.* Ipsa quoque sententia à parte gravata licite impugnatur, & si contra *jus constitutionis* lata, Richter. *all. l. n. 8. seqq.* contra illam *Querela Nullitatis* intra 30. annos, (quod tamen hodie, ad nullitatem *insanabilem* restringendum *R. J. d. A. 1654. §. 21.* Textor. *all. Tr. p. 1. c. 12. n. 96.*) si vero tantum contra *jus partis* lata, *appellationis* remedium intra *fatale decendii* intentatur, quæ adeo privilegiata est, ut etiam contra sententiam ex Rescripto Principis latam, Br. ad *L. 1. n. 7. ff. de appell.* & pronunciationem judicis delegati, qui cum clausula *appellatione remota*, vel, *ut sententia ejus statim executioni mandetur*, datus est, *aliquando* locum habeat. Mev. *P. 2. D. 193. & 194.* Quoad *executionem* illa non nisi *post* elapsum hoc *decendium* sub pœna attentati, vid. Excell. Dn. Præses. in Diss. de *inhib. jud. in causa appellat. c. 1. §. 1. in f.* locum habet, & hinc nec *post appellationem*, aut aliud remedium suspensivum interpositum, Biccius *in Colleg. Arg. enucl. Lib. 42. T. 1. §. 41.* (cum per illud sententia, quoad executionem exstinguatur, Klock. *Vol. 1. Cons. 28. n. 460.*) licet judex *apostolos refutatorios* dederit, Dn. Lyncker. *in anal. ad Struv. L. 49. t. 6.* nec *intra decendium*, quod integrum condemnari arbitrio relinquendum, fieri potest: (nisi forsan condemnatus vel expresse vel tacite appellationi *renunciaverit*, vid. Lauterbach: *Comp. ff. ad Tit. de appell. in Contr.* Wesenbec. *ad L. ff. 49. T. 2. n. 4.*) Sed judici iis non attentis sententiam tamen exequi volenti licite *resistitur.* Dn. Lyncker. *de resist. quæ fit pot. §. 15.* Porro cum executionis vis omnis ex sententia dependeat, *nova* post senten-

 tiam

tiam superveniens *causa*, ob quam jam aliter pronunciandum est, executionem quoque sisti, & impune non admitti efficit. Mev. *p. 5. D. 238.* Ex qua ratione etiam *tertius* rei adjudicatæ possessor, de quo in sententia nil actum, judici exequenti impune non paret, cum res *inter alios* acta *tertio* præjudicare non possit. *t. t. C. res int. al. acta* &c. conf. *l. 7. C. de R. C.* & Maurit. *in Diss. de intervent. §. 7.* Denique nec judex in executione *modum* aut Statutis, aut sententia præscriptum *excedere* potest, quo respectu non quidem ab ipsa executione, bene tamen *ab ejus excessu* appellari posse Dd. asserunt, vid. Klock. *all. l. n. 31.* Brunn. *in proc. Civ. c. 28. n. 15.* & tali casu *resistentiam* concedit Dn. Lyncker. *all. diss. §. 16.* quam quoque contra judicem *die feriato* exequi volentem admittendam esse asserit Idem *ibid.*

§. 8.

In *secunda instantia* eadem quæ de *prima instantia* adduximus, repetenda & applicanda sunt, observato tantum illo discrimine, quod in *prima & secunda* instantia semper appellationi locus sit, in tertia vero, à sententia priorum confirmatoria, aut, ut Dd. loquuntur *à tribus conformibus sententiis* appellare non liceat; *t. t. C. ne lic. in una ead. caus.* Quod tamen ita intelligendum, si a duobus prioribus sententiis, & quidem super *eodem articulo* appellatum sit. Mev. *P. 1. D. 65.* Hahn. *ad W. Lib. 49. Tit. 5. n. 3.* Deinde quoque notandum, quamvis alias appellatio ad judicem *immediate proximum* fieri debeat, *L. 1. §. 3. ff. de appell.* hoc tamen impune negligi ac judici proximo impune non pareri posse, si ille vel *suspectus* vel *inhabilis* sit, *Ord. Cam. p. 2. t. 19.* aut causa ad ejus cognitionem non pertineat. vid. Engelbr. *in Compend. ff. Lib. 49. Th. 5.* Denique quoad judicem secundæ instantiæ tenendum, illum non nisi de eo, de quo cognovit prior judex, & quod per *appellationem* ad ipsum *devolutum*, cognoscere posse, & inde ipsi, ulterius potestatem suam extendere volenti, impune non pareri: Tabor. *Relat. Arg. 8. n. 1.* Carpz. *P. 1. C. 21. D. 3 n. 4.* Richter. *in Tr. de Testib. c. 17. n. 43.* Nisi aliquid *incidenter* accedat causæ principali, Mev. *p. 5. D. 109.* vel *status* causæ plane fit *mutatus*, Idem *P. 6. D. 137,* Brunn. *ad L. C. de judic.* quibus casibus etiam aliquando super illis, quæ in prima instantia ventilata non fuerunt, pronunciari potest.

§. 9.

Ad *processum Criminalem* jam delabimur, in quo cum non de pecunia

cunia ac bonis tantum, ſed de *vita* ac *fama* agatur, eo majori cautione à judice utendum, & eo facilius inobedientiæ impunitas indulgenda erit. Sane cum judex ſine ſufficientibus indiciis ad *ſpecialem inquiſitionem* progredi non poſſit, Carpz. *in pr. Crim. p. 3. Q. 108. n. 43. ſqq.* hinc ſi *abſque* illis præſertim contra honeſtam perſonam proceſſum inquiſitorium formet, & e. g. domum ejus *perſcrutetur*, & *injuriarum* à parte læſa conveniri, vid. Blumblacher. *ad Conſtit. Crim. art. 6. §. 2.* & licite *repelli* ac ipſi reſiſti poteſt, Dn. Lyncker. *de reſiſt. quæ ſit pot. §. 19.* Ubi elegans de puella infanticidii inſimulata affert exemplum. Nec minus cum ad *incarcerationem* quoque legitima ac prægnantia requirantur indicia, Carpz. *Qu. 111. n. 14. ſqq.* hinc ſi judex illam vel *abſque* ſufficientibus indiciis, vel in *perſonam* incarcerari *prohibitam*, de quibus vid. Biccius *in coll. Arg. enucl. L. 48. T. 3. §. 3.* vel in *crimine*, cujus pœna non eſt corporis afflictiva, Br. *ad L. 1. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* decernat, quin & *injuriarum* ea propter conveniri, Blumblach. *all. l.* & ipſi etiam convocatis amicis *reſiſti* poſſit, Dn. Lyncker. *all. l.* §. *20.* dubitandum non eſt. Ex quo patet, injuſte *incarceratum* etiam carcere effracto *aufugere* non prohiberi, ita tamen, ut *cuſtodes*, niſi forſan irreparabile immineat periculum, & illi injuſtitiæ conſcii, aut ab incarcerato de innocentia ſua certiorati tamen *fugam impediant*, Dn. Stryk. *de conſcient. part. c. 5. n. 42.* occidere haud poſſit. Dn. Becman. *in Lin. Doctr. Mor. c. 5. §. 3.* Tabor. *de Tortur: & indic. delict. ad §. ult. art. 25. & 13.* Multo magis autem inquiſiti inobedientia ac reſiſtentia impunis erit, ſi ad *Torturam* illegitime & non ſervato juris ordine rapiatur, quæ cum ſæpius cum maximo vitæ ac ſanitatis periculo conjuncta ſit, & à ſententia illam dictitante *appellatio* non deneganda, Brunn. *in proc. Crim. c. 8. m. 5. n. 38.* & contra judicem ea non attenta ad torturam progredientem *reſiſtentia* concedenda eſt, adeo ut, ſi hoc caſu inquiſitus judicem *occidat*, eum pœna mortis non teneri tradat Dn. Lyncker. *all. l. §. 25.*

§. 10.

Sententiam Criminalem quod attinet, quamvis in Germania ab illa ad *Cameram* appellari haud poſſit, Rodingi *Pand. Camer. Lib. 1. T. 3. §. 1.* ad *ſummum* tamen *provinciæ judicium* etiam in proceſſu inquiſitorio appellationem admittendam eſſe, plerique concedunt. vid. Brunn. *in proc. Cr. c. 11. n. 19.* Lynck. ad *decret. L. 2. T. 28. §. 6.* Wiſſenbach. *ad ff. pr. Diſp. 38. Th. 5. inf.* In *executione* ſententiæ Criminalis

nocenti justam pœnam etiam per fugam tantum detrectare non licet, Dn. Becman. *in Lin. Doctr. Mor. c. 15. §. 3.* cum pœnæ humanis Legibus juste irrogatæ, quasi ab ipso Deo infligi censeantur. Besold. *in Thes. pr. voce* straffen. *In levioribus* tamen *pœnis*, e. g. relegatione & confinatione etiam nocentes aliquando judici impune non parent; Quo sicuti de stricto jure referendum, si *relegatio ultra* relegantis *territorium* extendatur, quamvis *in praxi* communiter contrarium obtineat; Mantz. *Dec. Pal. Qu. 100.* Maurit. *Consil. Chilon. 2. n. 40.* Ita præsertim huc pertinent *casus necessitatis*, ex qua ratione relegatis, ob periculum belli vel paupertatem ante tempus revertentibus, Pœnam abscissionis digitorum remitti testatur Richter. *D. 39. n. 32.* & confinatum ob mortis aut aliud grave periculum commorationem suam licite egredi concludit Dn. Stryk. *in diss. de confinat. c. 6. n. 16. sqq.* Quod si autem *innocens* puniri debeat, distinguendum videtur, an secundum acta & probata juste condemnetur, ac pœna *servato juris ordine* inferatur, quo casu *fugam* quidem, non autem *resistentiam* adversus judicem licitam esse arbitror. Dn. Lyncker. *sæp. all. diss.* §. 21. conf. omnino Dn. Stryk. *de conscient. part. c. 5. n. 61. sqq.* An vero in *foro* quoque *externo* pœna *injuste* imponatur, ubi tam *inobedientia* impunis quam *resistentia* defensiva adversus judicem & Executores utique concedenda est. Dn. Lyncker. *all. l.* qui hoc etiam in *dubia injustitia* admittit, & ibidem, quid pro advertenda *abscissione membri* ac *fustigationis* pœna facere liceat, exponit. Ultimo loco huc referri meretur elegans *casus*, quem exhibet Dn. Becm. *in lin. Doct. Mor. all. l.* An fœmina ad mortem condemnata jussum magistratus de carnifice in matrimonium ducendo sub vitæ promissione factum, in foro interno impune negligere possit, quam quidem secundum suppeditatam à laudato Dn. Becman. distinctionem, an ex *conscientiæ stimulo*, an vero *ex ignominiæ metu*, vitæ conservationem aspernetur, decidendum esse autumo.

CAP. VI.
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI
IN STATU SAGATO.

SUM.

SUMMARIA.

§. 1. Maximus obedientiæ, disciplinæ, ac juris militaris rigor, ac inobed. impunis militum Germanorum adversus exteros. §. 2. subditorum in statu Sagato impunis inobed: adversus Majestatem. §. 3. ipsorum impunis inobed. adv. Magistratum subalternum, ubi de immunitate ab excubiis. §. 4. Ducum ac Præfectorum militarium impunis inobed. extra obsidionem. §. 5. eorundem impunis inobed. in obsidione. §. 6. militum singulorum impunis inobed. adversus ipsum belligerantem. §. 7. adversus Duces suos ac Præfectos. §. 8. militum universorum impunis inobed. extra obsidionem. §. 9. eorum impunis inobedientia in obsidione.

§. I.

A Divæ Themidos tribunali ad Bellonæ castra transitum facimus, *inobedientiam impunem in Statu Sagato* hoc capite expositurі; Cujus quidem casus & exempla eo rariora ac pauciora occurrent, quo exactiorem obedientiam rigor disciplinæ militaris (in qua danda & conservanda officium regentis exercitum consistere dicitur in *L. 12. pr. ff. de re milit:*) postulat, cum alias impossibile videatur, tot hominum myriades, quot sæpe unus continet exercitus, unius hominis imperio regi, & ad ejus nutum in medio pugnæ fervore se componere. Nec ab hoc obsequio, quod Ducum militarium jussibus debetur, milites *voluntarii* se eximere, aut impune non parere possunt, sed illud violantes non minus, ac cœteri puniuntur, ita tamen ut in levioribus delictis *mitius* tractari, & tantum à castris relegari soleant. Zentgrav. *de mil. volunt. §. 17. & 19.* Quin & ipsi *Duces secundarii* ad exactam hanc mandatorum observantiam illi, qui exercitui regendo summi Capitis loco (*en chef*) præest, tenentur, ac ejus potestati, nisi forsan illa ad conclusa *Consilii Bellici* sit restricta, ut cœteri milites subjiciuntur, quo pertinet elegans responsum à Principe Condæo, Equiti de Fourilles, incœpti difficilem executionem demonstranti, datum, *se non consilium ab ipso, sed obedientiam poscere*, & aliud ejusdem Principis, tunc Ducis Anguiani, dictum ad Mareschallum Gassionium: *je vous ferey obeir aussi bien, que le dernier homme de l'armee*, se non minorem sibi ab ipso, quam ab infimo totius exercitus milite, obedientiam præstari velle. vid. *La Vie du Prince de Conde p. m. 139. & 547.* Hinc quoque ab omnibus Principibus armipotentibus specialia *jura militaria* constituta videmus, secundum quorum rigo-

rigorem, & *curiæ Bellicæ* Stylum, non autem secundum Constitutiones Imperiales, causas militares decidi debere, non sine ratione Franciscus Mendoza, Arragoniæ Admiralis asseruit. Jean de Serres *dans la vie de Henris. VI. p. 678.* Ubi tamen notabile est, *milites Germanos* ab *Exteris* in Germania lectos, quoad imperium & disciplinam militarem non Exterorum, sed *Germanico jure* militari uti, indeque exteris belli Ducibus ipsos secundum suum jus coercere volentibus, impune obsequium denegare. vid. *Artic. III. & IV. annexi* der Reuter und Fußknechts Bestallung.

§. 2.

Antequam autem ad ipsorum militum impunem inobedientiam progrediamur, de *civium* ac *subditorum* inobedientia (quam prioribus Capit. tantum in *statu togato* consideravimus) *in statu sagato* agere animus est, ita, ut hoc §. ejusdem impunitatem, si adversus *Magistratum Summum*, sequenti vero, si adversus *Magistratum subalternum* committatur, exponamus: Ubi primo tenendum, subditos in *bello justo* Superiorem sub gravissimis pœnis, de quibus vid. Puffendorf. *in diss. de oblig. erg. patr. §. 21. & ibi all. L L. ex C. Theodos. & Justin.* sequi, ac ipsi assistere teneri, licet *extra territorium* bellum gerere & illos secum ducere velit. Dn. Becman. *de piet. subd. erg. Princ. c. 3. §. 12.* Dn. Fritsch. *de j. Lustrat. & sequ. c. 8. §. 8.* In bello contra *manifeste injusto*, ad evitandam conscientiæ læsionem Principi impune non pareri, facile patet. Grot. *L. 2. c. 26. §. 5.* Buddeus *de j. imper. circ. conscrib. mil. §. 9.* An autem id de bello etiam *dubie injusto* affirmandum sit, acriter inter D d. controvertitur? Jnter quos, licet affirmativæ adstipuletur, Grot. *c. l. §. 4.* ego tamen cum Ziegl. *de jur. Maj. L. 1. c. 33. §. 67.* Dn. Becman. *in lin. doctr. Mor. c. 6. §. 11.* & Hennig. *ad* Grot. *d. l.* securiorem arbitror esse sententiam, quæ subditis dubitantibus necessitatem imponit, Principem in bellum sequendi, nisi forsan *theoretice & practice* simul dubitent. Dn. Rechenberg. *de minister. q. crim. est c. 2. §. 9.* Nec etiam *in bello justo* omnis subditorum impunis inobedientia exulat, sed præsertim in *casu necessitatis* interdum Principem non sequi, aut jussibus ipsius non parere licebit. Unde civitatem, si aliter se servare non possit, *neutralitatem* licet Principe invito, eligere posse, recte tradit Dn. Franckenstein. *in diss. de neutral. Th. 7.* & in casu necessitatis, salva fide erga Principem, eo licet invito, hosti *se dedere* posse, asserit Dn. Becman. *in Lin. Doctr. Mor. c. 13. §. 6.* Nisi hostium

ftium poteftati ulteriori fua refiftentia obicem poni, aut *Rempubl. fervatum iri* fciat: quo cafu extrema quæque fufferre, & perpeti tenebitur. Idem *de piet. fubdit. erg. Princ. c. 3. §. 11.* An vero fubditus ab hofte captus, illi falva fide erga Principem *promittere* poffit, quod *non* amplius adverfus ipfum *militare* velit, & ob hanc promiffionem Principi ad militiam evocanti impune non pareat, dubitari poteft? Ubi quidem *quoad primum* nullus dubito, talem promiffionem licite fieri, nec contra officium Principi debitum effe, cum libertas hic paretur id promittendo, quod jam eft *in hoftis manu*. Grot. *L. 3. c. 23. §. 7.* *Quoad fecundum* autem, fi Princeps, deprecatione fubditi non attenta, illi, ut fe in bellum fequatur, jubeat, hunc fub prætextu promiffionis hofti factæ obfequium denegare non poffe, arbitror, vid. Henniges *ad* Grot. *d. l.* præfertim, fi *magna* adfit Reipubl. *neceffitas*, vel *bellum* tantum *defenfivum* geratur. Mollenbec. *de jure Princ. in perf. Civ. §. 22.* & Puffendorf. *de oblig. erg. patr. §. 20.*

§. 3.

Magiftratui Subalterno *jus belli* indicendi & gerendi non competere, manifeftum eft; Klock. *Vol. 1. Confil. 20. n. 61.* Ziegler. *de Jur. Majeft. L. 1. c. 33. §. 28.* Et inde cives, fi Magiftratus vicinos bello laceffere, ac ipfos *extra civitatis diftrictum* ad arma fubeunda cogere velit, licite non obedire, utique afferendum eft. Mev. *ad jus Lub. L. 1. T. 2. art. 1. n. 33.* Secus vero in *defenfione Civitatis*, quam cives juffu Magiftratus fufcipere utique debent, & inde arma fibi comparare, ac ftationem affignatam defendere tenentur, nec fe communi defenfioni, aut *excubiarum oneri* fubtrahere poffunt. *Jus Lubec. all. l.* Dn. Fritfch. *in Tr. de excub. c. 4. n. 1.* Sunt tamen aliqui, qui ab hoc onere excufantur, & *immunitatem* habent, quos Dn. Fritfch. *all. Tr. c. 5.* recenfet, & eo Clericos, Confules ac Senatores, Nobiles, Doctores & omnes Literatos refert, quibus etiam *in c. 4. n. 8. & 9.* advenas & incolas addit. Hos ergo fi Magiftratus excubiis quoque gravare velit, impune eos non parere, facile elucefcit, modo tamen *cafus neceffitatis* non adfit, ubi omnes cœteroquin privilegiati ad communem Reipubl. defenfionem obligantur: Vocant enim extrema pericula cunctos, & præftat, ut exemtorum privilegia tantifper quiefcant, quam ut propter eorundem intempeftivam religionem Respubl. pereat. Puffendorf. *in diff. de oblig. erg. patr. §. 20.* Quod etiam dicendum, licet privilegium *expreffe* in hunc neceffitatis cafum tributum

 fit,

ſit, modo illud in *maximum* poſtea Reipubl. *detrimentum* vergat, Dn. Stryk. *de interpret. priv. c. 6. n. 41.* & ad illa quoque onera extendendum, quæ non in ipſa neceſſitate aut obſidione, ſed *ad illam avertendam & repellendum* imponuntur. Mev. *P. 6. D. 283.*

§. 4.

Ad ipſos jam milites pergimus, hoc §. de *Ducum Militarium* impuni inobedientia acturi. Sane exactam ab his Superiorum mandatis deberi obedientiam, nec illa etiam ob præfiguratam ſibi inſignem utilitatem ac oblatam Rei bene gerendæ occaſionem infringi poſſe, ex illis, quæ *cap. huj. diſſ. 1. § 9.* diximus, eluceſcit. Quod tamen limitandum, niſi *plane inopinata* ac nova cauſa ſuperveniat; quæ ipſum Superiorem tempore commiſſionis latebat, præſertim ſi poteſtas aliquantulum *generalior & liberior* Duci militari conceſſa ſit. vid. omnino C. J. A. *ad tit. de re mil. §. 15. & ibi all.* Alias vero adeo ſtrictam juſſus obſervantiam obligantur, ut nec ſtationem à Duce ſibi aſſignatam licet *probabiliter* prævideant, vitam ſibi in illa amittendam eſſe, *detrectare*, Puffend. *de oblig. erg. Patr. §. 22.* nec ob certiſſimum mortis periculum eandem *deſerere* poſſint; (vid. exempla ex S. Scriptura apud Dn. Zentgr. *in ſumma J. Div. p. 722. §. 15.*) Feltman. *Reſp. mil. 3. n. 6. 11. & 22.* qui ideo *d. l. §. 31.* Præfectum militarem tali caſu non immerito *depoſitario Rei mobilis* comparat. Exceptiones tamen hujus Regulæ duas ſuggerit. Idem *all. Reſp. §. 37. & 38.* quarum *prima*, ſi ſcilicet à Superiore facultas recedendi detur, ad inobedientiam impunem proprie non pertinet; *altera* vero bene notari meretur, & illum continet caſum, ſi quis non ab *hoſte*, ſed *ab alio naturali malo*, e. g. ignis, aut aquarum vi, vel aeris malignitate ad recedendum cogatur, cum ſecundum dictum Philippi II. R. Hiſpan. milites non jubeantur cum ventis, Procellis, ac *ipſa natura* pugnare. Puffendorf. *introd. ad Hiſtor. P. 1. c. 2. §. 11.* Celebris eſt quæſtio hac occaſione inter moralium Dd. agi ſolita: *An Præfectus navis bellicæ juſſum Superioris de pulvere nitrato navi in caſu neceſſitatis ſubjiciendo bona conſcientia exequi poſſit?* Quam, licet affirment Uffelm: *de homag. §. 88.* & Ameſ. *de conſcient. L. 5. c. 31. §. 14.* ego tamen tale mandatum exequentes ab *autocheiriæ* crimine vix excuſari poſſe, & inde illud *in Foro interno* impune negligere licere, arbitror. vid. Mollenbec. *de jure Princ. perſ. civ. §. 28.* Dn. Stryk. *de foro conſc. c. 6. n. 120. & de j. hom. in ſe ipſ. c. 3. §. 17.* Itterus *in Synopſ. Phil. Mor. L. 3. c. 2. ax. 3.* Denique Duces Bellicos Secundarios,

rios, Primario, si aut *proditorie* agat, aut ex timore in prælio *fugam* capessat, licite non parere, facile patet: Quorsum pertinet exemplum Comitis de Manchester, Summi Ducis Exercitus Parlamentarii à Cromwello in fuga quasi vi ad prælium retracti, de quo vid. Leti *histoire de Cromwel. P. 1. p. 334.*

§. 5.

Verum hæc, quæ præced. §. diximus, tantum ad Præfectum militarem *in acie* constitutum, aut certam *stationem defendere* jussum, pertinent, non vero ad *Præfectum urbis*, aut *fortalitii* extendenda sunt, cui ex natura demandatæ ipsi potestatis *liberior* civitati suæ consulendi, & ad bene placitum agendi facultas competit, unde à Feltman. *all. Resp. §. 32.* non inconcinne *mandatario Rei immobilis* similis esse asseritur. Quamvis ergo pro virili urbem sibi concreditam tueri, & præsertim *nullis privatis affectibus* ab officio abstrahi debeat, (vid. elegans exemplum de Barone Capello Præfecto urbis Colchester instantem filii mortem generose contemnente, apud Greg. Leti *all. l. p. 374.*) non tamen *extrema* quæque perpeti tenetur, sed si ex resistentia *majus damnum* & periculum, quam ex deditione Superiori imminere videat, licite urbem statim dedit. Feltman. *Resp. mil. 1. §. 48. & 99.* Si tamen *sufficienti* milite, ac aliis requisitis necessariis non destituatur, *tres impetus* prius sustinere debet, Idem *Resp. mil. 3. §. 20.* aut alterutro horum *non sufficienter* instructus, *primum* impetum aut ejus *præparatoria* proxima expectare: *ibid.* Omnibus autem his casibus præsupponendum, *nullum auxilium* sperari posse, Id ibid. §. 19. indeque pro cautela Præfectis suppeditandum, ut deditionem *conditionaliter* tantum, ni intra certum tempus auxilium, aut ejus spes affulgeat, faciant; Quod olim Cælenenses ab Alexandro M. obsessos fecisse, legitur apud Curtium *Lib. 3. c. 1.* & anno hujus seculi *46. & 76.* à Præfectis urbis Dunkerkæ, & fortalitii Philipsburgensis, si illo Hispano, hoc Gallo, observatum esse, testatur. *La vie du Pr. de Conde p. m. 138. & Theatr. Europ. Tom. XI. p. 993.* Sed quid faciendum erit, si Superior Præfecto, ut *potius mortem*, quam deditionis legem subeat, injunxerit? Mihi tali casu *difficilior* potius *reddita*, quam penitus *præclusa* deditionis facultas esse, vid. Mollenbec. *de J. princ. in pers. civ. §. 27.* & inde in *ultimo necessitatis casu*, præsertim ob *famem* urgentissimam, Feltman. *Resp. mil. 1. §. 10.* modo *nullum auxilium* sperari possit, Idem ib. §. 101. tale mandatum impune sperni videtur.

§. 6.

Milites in specie sic dictos quod attinet, melioris ordinis causa de *singulorum*, & *universorum* militum, seu integri exercitus impuni inobedientia separatim agere placet: Et quoad *singulos* illam, quæ *adversus Principem belligerantem*, & adversus *Duces ac Præfectos* committitur, specialiter considerare. Ubi pro certo tenendum, omnibus illis casibus, quibus *subditis* facultas Superiori belligeranti obsequium denegandi *datur*, multo magis eam *militibus extraneis* concedendam, & magis adhuc *extendendam* esse. Sic, cum subditi Dominum bellum manifeste injustum gerentem sequi licite detrectent, militibus extraneis id etiam in *dubia* belli *injustitia* concedendum erit; Ziegler. *de jur. Majest. L. 1. c. 33. §. 67.* Et, si ab hoste capti *se non amplius contra illum* militaturos promiserint, priori Domino militiam iterum imponenti impune non parebunt, cum huic non nisi *ex contractu* obligentur, unde, si ad *certum* forsan *tempus* servitia sua locaverint, *interesse* tamen ab ipsis Domino præstandum esse videtur. Porro, si Dominus à sua parte contractum non impleat, (quo pertinet, si nullum plane *stipendium* solvat, adeo ut miles fere *fame* perire necesse habeat, vid. Feltman. *Resp. mil. 4. §. 9. & 10.* vel locum ac *provinciam*, militi, cum legeretur, *promissam*, non concedat, Becman. *in diss. de belli commerc. c. 3. §. 2.* militem omnibus remediis aliis frustra tentatis, licite à militia recedere, & Principi belligeranti non parere, asserendum videtur: Quo etiam referri potest, si ab hoste captus per IV. *septimanarum* spatium non redimatur, aut vitæ subsidia ipsi subministrentur, quo casu, cum à belligerante *pro deserto* haberi videatur, ejus partes deserere, ac hostibus se jungere licite poterit. vid. Autor *addit. ad corp. milit. Pappi in not. ad art. 70.* Des Churbrand. Kriegs R. Denique cum quilibet Patriæ & Principi suo multo fortius, quam extraneo obligetur, hinc, si miles in extranei servitiis degens *per mandata avocatoria* à Principe suo revocetur, ipsum licite abire utique concedendum est. Becman. *all. l. §. 3.*

§. 7.

Adversus *Præfectos ac Duces* Bellicos militum singulorum inobedientia *iisdem* quoque *casibus*, quos in §. præced. adduximus, impunis erit, si scilicet ab iis vel stipendia consequi non possint, Dn. Schöpfer. *in diss. de mil. desert. c. 3. n. 37. seqq.* (quo tamen casu prius *apud Superiores conqueri* debent, & si hic quoque nihil obtineant, licite abeunt,

beunt, Feltman. *Resp. mil. 4. n. 46. sqq.*) vel provinciam sibi promissam non consequantur, Feltm. *Resp. mil. V.* modo tamen & hic Superiori injuriam sibi factam prius indicaverint. Dn. Schöpfer. *all. l. n. 35.* Quibus addi poterit casus; si ad militiam *vi ac metu coacti* fuerint, ubi licite iterum eandem deserere, ac Præfectis, qui ipsos *violento* modo legerunt, non parere possunt. vid. Dn. Schöpfer. *all. l. n. 31. seqq.* Porro, si Præfectus, aut Dux militaris *in castigatione* modum *excedat*, & militi absque causa mortis periculum inferat, illum vi resistere & Præfectum defensionis causa quoque occidere posse, nullus dubito: Quo pertinet illud quod habet Perez. *ad t. C. de re mil. n. 36.* si Tribunus fuste militem invadat, & *non castigandi animo* ob crimen severius cædat, militi defensionem esse licitam. Moveri potest hic dubium, *An potestas coercendi militem Præfecto competens tantum ad causas & delicta militaria, an etiam ad vita privata extendatur?* Sane si ex regulis *contractus locati conducti*, qui revera inter Ducem belli & militem intercedit, res determinari deberet, *Negativa* sine dubio prævaleret: In *praxi* tamen, cum ex ejusmodi vitiis privatis etiam maximum sæpe Reipubl. detrimentum inferri possit, *Affirmativa* fere obtinet, unde & militibus à Præfectis lusum sæpius prohiberi, & eos post signum datum, nach dem Zapfenschlag / in cauponis commorantes, misere excipi videmus, quo respectu Vice Comes Turennius milites ac officiales suos vino Bacharacensi nimis se injurgitantes, ab ebrietatis vitio eleganti stratagemate cohibuit. vid. Dn. Buisson *Vie de Turenne p. 183.*

§. 8.

Universorum militum inobedientia, quamvis iisdem casibus quibus *singulis* militibus non parere conceditur, multo magis impunis videri debeat, *arctioribus* tamen merito *limitibus restringenda*, cum non tantum Reipubl. ex unius aut alterius discessu præjudicium contingat, quantum ex integri exercitus commotione ipsi fieri potest. Quamvis ergo in *bello* plane *injusto* nec integro exercitui facultas impune non parendi deneganda sit, non tamen eam ob *stipendia* forsan *non exsoluta* statim competere, sed melius ac generosius esse credo, si milites nihilominus in officio persistant, modo tamen ipsi *fame* aut *summa necessitate* non urgeantur, nec Belli Dux *absque causa & necessitate* stipendiorum solutionem forsan deneget: ubi universorum quoque militum inobedientiæ impunitas non immerito largienda videtur

 tur

tur. Improbandæ ergo frequentes Exercituum Polonicorum confœderationes, huic Reipublicæ plerumque satis funestæ. nec non Equitum Germanorum factum à Ludovico Comite Nassovio conductorum, qui ob non soluta stipendia, cum ad prælium eundum esset, seditionem cientes, arma deponebant. Auberi *Mem. de Holl. p. m. 35. & 66.* Cum secundum Henrici IV. Galliæ R. exprobrationem Schombergio factum indignum homine honesto facinus sit, pecuniam exigere, quando mandata ad prælium accipienda sunt: Perefix. *Hist. de Henri le grand. ann. 1590.* Quod si vero Præfectus exercitus *proditorio animo* in periculosa loca deducere exercitum, aut ipse *ad hostem transire* velit, tunc inobedientiam ac resistentiam quoque universorum militum impunem esse, facile patet, præsertim si ab ipso Principe belligerante injungatur, quod ab Imperat. Ferdinando III. Exercitui suo contra Wallensteinium factum esse, testatur *Theatr. Europ. Tom. III. p. 18.* Cui etiam accenseri potest casus, si Dux exercitum *per alienum territorium* ducat, ubi stricto jure ipsi actus *jurisdictionis*, utpote, qui in alieno territorio fieri non possunt, exercere volenti, impune non parebitur, quamvis tamen *in praxi* communiter Duci militari per alienum territorium transeunti, jurisdictio in milites relinqui soleat. Dn. Coccej. *de fundata Territor. pot. T. 1. §. fin.* & Dn. Stryk. *de j. princ. extr. Territ. c. 1. n. 126.*

§. 9.

In obsidione duo adhuc maxime notabiles se offerunt casus, quibus *universi milites* obsessi *Præfecto* suo *impune non parent*, si scilicet ille urbem concreditam hosti vel *intempestive*, vel *plane non* dedere velit. Nec priori casu distinguendum, an *ex dolo*, an ex *timore* id faciat, sed *inobedientia* cum *resistentia* conjuncta militibus, & quidem ex *jure præceptivo* competit, adeo, ut illam committentes ad altiora evehi debeant, intermittentes vero cum Duce suo puniendi sint. Dn. Lyncker. *de resist. quæ fit. pot. §. 28.* & Feltman. *Resp. milit. 1. §. 62.* Posteriori casu maxima cautione agendum, nec temere Præfectus ad dedendam arcem cogendus, sed potius milites hoc facientes ab ipso hoste puniri possunt. Dn. Coccej. *de j. victor. div. à j. belli §. 13.* Quo pertinet exemplum, quod Idem *d. l.* de præsidiariis Germanis invito & in vincula conjecto Præfecto se dedentibus, sed à Solymanno Turca ad unum omnes trucidatis, ex Paulo Jovio affert. Si autem *in ultimo necessitatis casu*, cum mors certissima omnibus immineat, *nec ulla* amplius se

us se defendendi, aut exilium expectandi spes supersit, Præfectus tamen *omnes honestæ deditionis conditiones* respuat, milites *ipso invito & renitente deditionem* facere posse nullum dubium est, cum ipse quoque Præfectus *puniendus sit, qui non dedit arcem, quam tueri nequit.* Feltman. *all. l.* §.56.

CAP. VII.

DE INOBEDIENTIA IMPUNI RESPECTU PERSONARUM ECCLESIASTICARUM.

SUMMARIA.

§. 1. *Diversa inobed. impunis quoad Ecclesiasticos consideratio ex jure Canon. & statu hodierno, & de inobed. impuni Clericorum adversus Seculares ex hypothesi juris Canonici.* §. 2. *inobed. impunis Secularium erga Papam & Clericos secundum eandem.* §. 3. *inobed. impunis Clericorum adv. Papam & ejus Legatum ex eodem jure.* §. 4. *adversus Archi Episcopos, Episcopos, Abbates & Abbatissas.* §. 5. *de inobed. impuni Clericorum erga Principes ex vera ac sana hypothesi.* §. 6. *de inobed. impuni Clericorum erga Imperatorem, & Principes Imperii, præsertim Protestantes.* §. 7. *De immunitate Clericorum hodierna locali, personali, & reali.* §. 8. *De Inobed. impuni eorundem adversus Advocatos & Patronos.* §. 9. *inobedientia impunis hodierna secularium adversus Clericos, præsertim Parochianorum adversus Parochum.* §. 10. *Clericorum hodierna inobed. impunis inter se.*

§. 1.

TRia hoc capite nobis prosequi animus est, *inobedientiam* scilicet *impunem Ecclesiasticorum* erga *Seculares*, *Secularium* erga *Ecclesiasticos*, & ipsorum *Ecclesiasticorum inter Se* explicare. Sed hæc feliciter expediri vix poterunt, ni singula hæc capita prius ex *hypothesi J. Canon.* consideremus, & postea ad *statum Imperii ac Ecclesiæ* nostræ, præsertim *Protestantis* applicemus. Quoad *inobedientiam* ergo *impunem Clericorum erga Seculares secundum Jus Canon.* Pontifices *Totatum* supra integram Rempubl. Christianam affectantes, hoc insigni usi sunt strategemate, ut Clericorum turbam à seculari potestate penitus *eximerent*,

merent, *&* *duo* quaſi in Republ. *corpora* ac *regimina*, Eccleſiaſticum ac Seculare, conſtituerent, de quibus inter cæteros vid. Petr. de Marca *de Concord. Sacerd.* & *Imp. L.2. c.1. n.2. ſqq.* & Steph. Baluz. *in addit. ibid.* Celebre inde nomen *Immunitatis Eccleſiaſticæ*, de qua agit *Tit. XLIX. Lib. III. Decretal.* ex qua omnis Clericorum impunis inobedientia fluit, quamque præeunte Deſſelio *in Erotemat. j. Canon. d. t. Qu. 1.* in immunitatem *perſonarum*, *locorum*, *&* *bonorum* Eccleſiaſticorum diſpertire licebit. Ex *Perſonarum* immunitate fluit Clericorum à *jurisdictione & mandatis ſecularium exemtio*, ad famulos quoque eorum extenſa, Klock. *Vol. 1. conſ. 39. n. 44.* & adeo firmiter ſtabilita, ut nec *renunciatione* ac *prorogatione* fori à Clerico facta, licet *jurata*, nec Conſenſu Epiſcopi, *c. 12. X. de foro compet.* nec ipſius quidem Papæ, Cardin. & Abb. *in c. perpendimus 23. X. de ſentent. excommun.* infringi poſſit. Unde nec Summus Princeps ad ſacros ordines *legitimare*, Lynck. *ad Decret. L. 4. T. 17. §. 5.* (quod tamen actus tantum *voluntariæ jurisdictionis* eſt) nec clericos ad arma etiam contra infideles capienda cogere, *c. 24. X. de homicid.* nec ad teſtimonium dicendum citare, Dn. Lyncker. *in anal. ad Deſſel. L. 3. c. 49. Qu. 3.* multo minus autem Clerico violentas manus inferre poterit, ſed hoc faciens anathematis fulmini ſubjacebit, nulli Epiſcoporum facultate ipſum ſolvendi competente. *c. 29. Ca. 17. Q. 4.* Hinc *c. 1. Extr. comm. de maj. & obed.* notanter aſſeritur, poteſtatem ſpiritualem *ſupremam* à ſolo *Deo*, *minorem* à ſuo tantum *ſuperiori* judicari, omni adeo ſeculari jurisdictione excluſa, extra *cauſam feudalem*, Richter. *de foro c. comp. 7. n. 12.*, & *actionem R. V. contra Laicum* intentatam *c. 5. X. de foro comp.* ubi Clerici ex ipſorum Canonum conſtitutione judici ſeculari obſequium denegare haud poſſunt. Ad *Immunitatem localem* ſpectat *jus aſyli* locis ſacris conceſſum, vi cujus Rectores Eccleſiarum non ſolum pro confugis apud Magiſtratum ſecularem intercedere, ſed etiam illi de pœna remittenda cavere nolenti, *extraditionem* licite *denegare* poſſunt. Dn. Lyncker. *in anal. ad Deſſel. all. l. Qu. 7.* Immunitas denique *realis* conſiſtit in *exemtione à tributis* ac oneribus, quæ apud antiquos Germanos & Gallos Druidis jam concedebatur, vid. Mezerai *Hiſtoire de Fr. avant. Clouis L. 4. p. 405.* & à Canoniſtis ad bona quoque eccleſiæ privatis locata, Carpz. *Jprud. Eccleſ. L. 2. T. 19. D. 310.* imo ad ipſa Clericorum *bona patrimonialia* porrigitur: vid. Dn. Lyncker. *d. l. Q. 3.* In caſu tamen *neceſſitatis*, (cum quoque jam olim Carolus M. ob belli neceſſitatem

Cleri-

Clericis collectas imposuerit, Klock. *Vol. 1. conf. 31. n. 3.*) non attenditur, *c. 4. X. de immun. Eccles.* observatis illis requisitis, quæ recenset Lynck. *ad Decret. h. t. §. 2.*

§. 2.

Secularium contra *inobedientia adversus Ecclesiasticos* jure Canon: vix ac ne vix quidem unquam impunis haberi debet, cum Laicos quoad Clericos & eorum causas *obsequendi* & *exequendi* maneat necessitas, *non* autoritas *imperandi c. 6. de malef. & incant. in 7.* Scilicet non contenti Pontifices Romani, quod se cum Clero suo seculari potestati exemissent, hanc quoque sibi subjicere tentarunt, judicis spiritualis potestatem ad causas quoque temporales *subsidiarie* extendentes, *c. 11. X. de foro comp.* & *terrenam* potestatem deviantem à *spirituali* judicari debere statuentes. *c. 1. Extr. comm. de Maj. & obed.* Quo respectu ab omnibus Principibus Christianis *Legatos obedientiæ*, ut vocant, ad se mitti postularunt, vid. Gviciardin. *Histor. sui Temp. Lib. 1.* & temerario conatu Summos Principes excommunicandi non tantum, sed etiam *exauctorandi*, & subditos à juramento fidelitatis absolvendi potestatem sibi tribuerunt. *c. 9. X. de hæret.* vid. Exempl. *in c. 2. de sent. & re jud. in 6.* Hæc autem potestas, quamvis satis clare fundata sit in *c. 1. extr. comm. de maj. & obed.* non tamen ab omnibus Catholicæ fidei Doctoribus Pontifici in *temporalibus* tribuitur, sed *tres* diversæ desuper exstant *sententiæ*, quas recenset Engel. *ad Jus Can. L. 1. T. 33. §. 1. n. 5.* Ex quibus sanior & Majestati Principum convenientior est illa, quam Galli plerumque tuentur, & Gassan. *Recherche des. Droits du Roi de Fr. L. 1. c. 3. p. m. 157.* ex ipsis autoribus Catholicis eleganter defendit, Pontifici in *temporalibus extra territorium* nullam competere potestatem, sed impune non pareri. Ziegl. ad *Lancell. L. 2. T. 20. §. 15.* Ex quo fundamento facile quoque decidi potest controversia, priori seculo occasione Antonii spurii, ex Ludovico Portugalliæ Infante prognati, (qui à Papa ad dignitates Ecclesiasticas legitimatus, inde se quoque ad Coronæ successionem habilitatum esse prætendebat, vid. Birago Avogaro *Histor. della disurdi Portog: L. 1. p. m. 61.*) acriter agitata: *An Papa in temporalibus legitimare queat?* Quod ipsi autoritatis Pontificiæ antesignani vix nisi *indirecte*, & ob summam Reipubl. utilitatem, vel si Reges spontanea subjectione jus id Pontifici tribuant, concedunt, vid. rubr. *c. 13. X. qui fil. sunt leg.* & Dessel. *erotem. j. Can. h. t. Qu. 1.* (Conf. Linck. *ad Decret. d. t. §. 5.* & Petr. de Marca *all. Tr. L.*

2. c. 3. Innocenti III. exemplum explicantem, qui Philippi Francorum Regis liberos natalibus restituerat) Multi vero plane denegant; Wagenseil. *in diss. de Leg. a latere* §. 25. Cassan. *all. l. Duplici* tamen *casu* explerorumque sententia *inobedientia secularium adversus Pontificem & Clericos* impunis esse videtur, si scilicet vel ut *privati* aliquem *injuste* adoriantur, ubi pro *vitæ defensione* ipsum quoque Papam occidi posse testatur Cardin. Tuschus *Conclus. Tom. II. concl. 131.* cum quo consentiunt Placa & Julius Clarus *all.* à Dn. Lyncker. *de resist. quæ sit. pot.* §. 11. Vel tale aliquid faciant, cujus faciendi potestatem ipsi *Canones denegant* & præscindunt: Quo pertinet, si Papa circa *Legem divinam* aut *naturalem*, Ziegl. ad Lancell. *L. 1. T. 2. §. 1.* vel super juramento à Testibus præstando, dissentientibus litigatoribus, dispensare, vid. Carpz. *P. 1. C. 2. D. 17. n. 11.* vel pro pecunia ad redimendum Christianum à Saracenis, usuras admittere velit; *c. 4. X. de usur.* Aut Episcopus in causa propriæ Ecclesiæ judicare intendat, ubi tanquam suspectus recusatur. Klock. *vol. 1. cons. 39. n. 38. & ibi all.* Vel quid *præcipiat*, quod *à Domino prohibitum* est fieri, aut *prohibeat*, quod a Domino *præceptum* est. *c. 101. Q. 3. Ca. 11.*

§. 3.

In definienda *Clericorum impuni inobed. adversus se invicem*, *Gradus* & subordinationes *Hierarchiæ Ecclesiasticæ*, de quibus videri potest Engel. *ad jus Can. tit. de maj. & ob.* bene attendenti, & pro certo tenendum est, *Papam* in Ecclesiasticis semper *competentem* & *ordinarium* judicem esse, & coram ipso quemlibet conveniri posse Richter. *de foro compet. c. 20. n. 77. & ibi all.* Cui cum accedat prætensa ab eo *infallibilitas*, quam aliqui ipsi in quæstionibus tam *juris* quam *facti*, alii vero *ex Cathedra* tantum quid definienti, concedunt, facile apparet, inobedientiam adversus ipsum admodum difficulter pro impuni haberi. Qua occasione ingens oritur disputatio: *An à Pontifice ad Concilium appellari possit, & hoc ita ipso sit superius?* Circa quam Catholicæ fidei asseclæ mire dissentiunt. Quamvis enim in *c. 4. X. De elect. & elect. pot.* expresse asseratur, à Pontifice ad Concilium recurri non posse, & *c. 1. De concil. in 7.* Pontificem supra Concilium esse, multis autoritatibus & præjudiciis statuminetur, nihilominus non tantum in Gallia Anno hujus seculi 1628. inter celebres illas quatuor propositiones relatum, Concilium esse supra Papam, Hubner. Histor. *st. p. 3. p. 219.* Et hanc quæstionem in foro Gallico plane inutilem esse judicat Petr. de

Marca

Marca *all. Tr. L. 3. c. 7. n. 1.* Sed etiam à Francisco à Victoria, quem allegat Ziegler. *ad Lancell. L. 1. T. 3. §. 2.* contra Papam *generale Concilium* convocari posse, asseritur, & multis exemplis comprobatur. vid. omnino Lynck. *ad Decret. L. 2. T. 28. §. 5.* Quibus addi possunt Adriani VI. & Pauli IV. Pontificum contra prætensam Paparum infallibilitatem testimonia, quæ ex Maimburgi *Tractatu Histor. De l' Etablissement & des prærogatives des Eglise de Rome & de ses Eveques* exhibent *les Nouvelles de la Republ. des Lettres. Anni 1688. m. Mart. p. 239. & 240.* & examinatio Papæ Innocentii XI. ab Inquisitoribus Romanis occasione Quietismi facta, de qua vid: *le supplem. aux Lettr. du Dr. Burnec. p. 54.* Nec abludit penitus ipsum jus Canonicum, cum Papam à *fide devium* ab Ecclesia judicari posse, concedat; *c. 6. Dist. 40.* Quod quam ridicule Pontificii cum Papæ infallibilitate concilient, vid. *le supplement. &c. p. 35. & 56.* Præsupponendum tamen, si obedientia Pontificiis jussibus præstanda, (1) Ipsum *legitimum* esse, non vero *simoniace* electum, adversus quem omnis inobedientia impunis censetur *c. 2. de elect. & elect. pot. in 7.* (2.) De ejus voluntate *certo* constare: unde Rescripto Papæ *manifestum* contra Latinitatem *vitium* continenti impune non paretur, *c. 11. X. de Rescript.* & Lynck. *ad Decret. h. t. §. 5.* quod, cum multi Pontifices rudes admodum & illiterati fuerint, Ziegl. ad *Lancell. L. 1. T. 3. §. 8.* adeo, ut Innoc. XI. ne quidem latinam calluerit linguam, referente all. Autore *du suppl. aux. L. du Dr. B. p. 10.* & Secretario, Bullas suas Latinas Italice sibi explicanti, præ admiratione acclamaverit: *che cosa diranno di noi, nella posterita, quando vederanno cosi bella latinita nostra*, Menagiana *p. 1. p. 70.* forsan usum aliquando haberi poterit. (3.) Denique, *justam* non *parendi non subesse causam*: Hæc enim si adsit, mandatum spernere & Papæ rationes exponere licebit. *c. 5. X. de Rescript.* Quo pertinet, si per Rescripta Pontificis *vis inferatur Canonibus*, Petr. de Marca *De concord. Sacerd. & Imp. L. 4. c. 5. n. 4. 5. seq.* vel si contra manifestam juris formam pronuncietur, *Id. c. 6. n. 4. 6.* Nec enim *puram obedientiam*, sed *secundum sacros canones* se Pontifici debere, Episcopi quondam agnoverunt, id. *d. c. 5. n. 5.* qui & de remediis, quibus in Gallia usus est, si jurisdictio Ecclesiastica secularem invadat, nimirum de appellatione ad Concilium, instauratione judicii Papalis, & de *appellatione ab abusu*, qui dicitur potestatis perversus usus, prolixe agit. *all. L. 4. c. XI. seq. usque ad cap. XX.* Sicut vero Pontificis summa est in Ecclesia

Romana autoritas, ita quoque *Legati* ipſius, præſertim illi, qui *à Latere* vocantur, non minori fere pollent poteſtate, & in Provinciis, ad quas commigrant, *Jurisdictionem ſpiritualem* quam liberrime exercent; Engel. *ad Jus Can. L. 1. T. 30. §. 4.* & Greg. Leti *nel Ceremoniale Historico Politico p. 1. L. 1. p. 207.* Ita tamen, ut *ordinariis judicibus* præjudicare non poſſint. Notandum tamen, & *Nunciis*, niſi *mandatum Papale* exhibeant, impune non pareri: quod ſecus eſt in *Legatis à Latere*, Engel. *all. 6. n. 8.* & adverſus omnes Pontificis Legatos impunem cenſeri inobedientiam, ſi vel hæc, *quæ ſolus Pontifex facere poteſt*, (quo ſpectat translatio Epiſcopatuum *c. 3. X. de offic. Leg.* conceſſio Coadjutoriarum perpetuarum, Barboſa *in J. Eccleſ. L. 3. c. 10. n. 32.* compulſio Delegati à Pontifice, ad officium faciendum, Wagenſeil. *in Diſſ. inaug. De Leg. à Lat. §. 16. &c.*) vel illa, *circa quæ Jus Canon: Legati poteſtatem expreſſe reſtringit*, peragere velit, cujus exempla plura videri poſſ. apud Wagenſeil. *in all. Diſſ. §. 15. ſeqq.*

§. 4.

Poſt Papam veniunt *Patriarchæ*, *Primates*, & *Archiepiſcopi* quibus quidem à Clericis ſubjectis utique obedientia debetur (adeo ut *inobedientes* inter *Apoſtatas* referantur, Deſſel. *in erotem: J. Canon. L. 5. T. 9. Q. 2. in f.*) ita tamen, ut ob gravamen ab ipſis illatum ſemper *liber ad Pontificem recurſus* pateat. Linck. *ad Decret. L. 2. T. 28. §. 8.* Quod præſertim procedit, ſi Archiepiſcopi in *ſubditos Suffraganeorum* ſuorum poteſtatem extendere velint; Ziegl. *ad Lancell. L. 3. T. 1. §. 10.* quod ipſis, niſi ob denegatam ab Epiſcopo juſtitiam, vel ejus negligentiam, non licet. Richter. *de foro comp. c. 1 n. 25.* Succedunt jam *Epiſcopi*, qui in *Clericos ſuæ Diœceſeos* ordinariam habent jurisdictionem, à *Clericis* vero *alienæ Diœceſeos* inobedientiam impunem admittere tenentur, niſi forſan illi vel *ex domicilio*, (quod iterum quadruplex eſt) vel ex *contractu*, *delicto* aut *re ſita* apud ipſos *forum* ſortiantur. Vid. omn. Cludius de *J. Maj.* circ. *Relig. §. 89. ſeqq.* Nec in ſua Diœceſi ab omnibus peræque obedientiam exigere poſſunt ſed excipere tenentur *Clericos ac Monaſteria exemta*, (qualia hodie fere omnia *Regularium* monaſteria ſunt, Lynck. *ad Decret. L. 3. T. 37. §. 2.*) quæ immediate Pontifici ſubjacent, & nulla plane in illa Epiſcopis Jurisdictio competit; Engel. *ad Jus Can. L. 5. T. 33. §. 29.* Quamvis tamen Epiſcopo nihilominus *reverentiam* debeant, Dn. Stryk. *De J. Rever. c. 3. m. 1. n. 32.* Et *ferias* ab ipſo conſtitutas ſimul ſervare teneantur. Engel. *ad Jus Can: tit. de feriis n. 8.* Pariter, quamvis *Capitula* ſede vacante Epiſcopum

pum repræſentent, & ejus vicem gerant, hoc tamen tantum *in actibus Juſtitiæ* procedit, *in actibus* vero *gratiæ* illis impune obedientia denegatur; Klock. *Vol. 1. Conſ. 35. n. 80.* Quod multo magis de *Decano* affirmandum, qui extra ſpecialem conſvetudinem nullam in Capitulum jurisdictionem exercere poteſt. Dn. Wildvogel. *in diſſ. de Decanis c. 2. Aph. 12.* Denique, quod *Abbatiſſas* & *Abbates* attinet, tenendum, *illis* in *Moniales* tantum *domeſticum*, quale Materfamilias habet, competere imperium, & inde illi aut ex communicare, *c. 12. X. de maj. & obed.* aut aliam *cenſuram Eccleſiaſticam* imponere volenti, Engel. *ad Jus Canon. Lib. 5. T. 39. n. 15.* vel præceptum ſpirituale imperanti, Moniales obſequium licite denegare. vid. omnin. Dn. Wagenſeil. *in Diſſ. de abbatiſſis §. 11.* Et, quamvis *Abbati* major poteſtas in ſuos Religioſos competat, ac inde *cenſuræ* quoque *Eccleſiaſticæ* permittantur; Engel. *all. l. n. 13.* Non ſolum tamen ab ipſis ad Epiſcopum & Papam *appellare*, ſed etiam *Abbati ſævienti* de facto *reſiſtere* licebit. Dn. Lyncker. *de reſiſt. quæ fit. pot. § 30.* Præſertim vero Abbati impune obedientia denegabitur, ſi talia jubeat, quæ directe aut indirecte ad *obſervationem Regulæ non pertinent.* vid. exempla apud Engel. *ad Jus Canon. Lib. 3. T. 35. n. 8.* Vel Monachi tranſitum ad *ſtrictiorem religionem* impedire velit. Lynck. ad decret. *L. 3. T. 31. §. 9.*

§. 5.

Sed hæc, quæ hactenus diximus, ex *hypotheſi* tantum *Juris Canonici* procedunt: Secundum *ſaniorem* vero *Philoſophiam*, non impunis erit *erga Seculares Clericorum inobedientia*, cum illi Domino territorii æque, ut cæteri ſubditi, ſubjacere debeant, vid. omn. Dn. Coccej. *de fundata Territor. pot. T. 2.* & Uffelman. *in diſſ. de Homag. §. 30. ſqq.* & argumenta, quæ Pontificii pro eorum exemtione adducunt, facili negotio refutari queant. vid. Tabor. *Diſp. Weſenbec. Q. 9.* Hinc mandatis Superiorum utique obedientiam debent, quod non tantum *in temporalibus*, ſed etiam *in Eccleſiaſticis* procedit, cum *Jus circa ſacra* Summi Imperantis officio indubie adhæreat. Ziegler. *de Jur. Maj. L. 1. c. 13. §. 22. ſqq.* Unde Principem non ſolum *circa adiaphora* licite diſponere, ſed etiam *Leges Eccleſiaſticas* ſine conſenſu aut convocatione Theologorum (qui illas nihilominus ſervare tenentur Dn. de Rhetz. *in diſſ. de J. ſtat. imp. circ. ſ. c. 3. §. 15.*) ferre, ac ſolum *Concilia* convocare poſſe, Dn. Becman. *in Med. Pol. c. 17. §. 10.* (in quibus Theologi tantum *conſultativum*, non *deciſivum votum* habent, Carpz. *in Jprud. Eccl. L. 1. D.*

 5. n.

5. n. 10.) asserunt. Quin & illi certam *formulam fidei* subditis præscribere, Rechenberg. *in Dissert. Hist. Pol. Vol. 2. diss. 21. n. 45.* Religionem suam quoad *actus externos* stabilire, Dn. Becman. *all. l. §. 7. & 8.* ac *hæreticos*, (quales in sensu juridico omnes illi sunt, qui prohibitam à Domino Territorii fovent religionem, Dn. Bodin. *de illic. provoc. à Princ. Imp. in Eccles. §. 29.*) expellere licebit. Nec hoc jus circa sacra Principibus tantum *Orthodoxis* asserendum, sed *Heterodoxis*, imo *Barbaris* & *Gentilibus* non denegandum. Unde Pastores Christianos in Regnis Barbaris, eorum Regibus prohibentibus, evangelium prædicare non posse, eleganter demonstrat Rosenhand. *de J. transf. per terri. §. 29. inf.* Non ergo unquam impunis erit Clericorum erga Majestatem inobedientia, nisi vel talia injungat, quæ *mandatis Divinis* expresse *contrariantur*, e. g. si ad falsam religionem cogat, vel ut indignum ad S. cœnam admittant, jubeat, Dn. Lyncker. *De J. circ. S. cœn. c. 2. §. 12.* aut illius, quod sub *sigillo confessionis* concreditum, revelationem exigat; vid. omnino Lynck. *de J. Templ. c. 8. n. 141. & ibi all. Dedekenn.* Aut *potestate* circa sacra *Architectonica* non contentus, *Dogmaticam* quoque sibi arrogare, & illa, quæ *ordinis* ac *ministerii Ecclesiastici* sunt e. g. sacramentorum administrationem peragere velit, Ludeke *de pot. Princ. circ. Rel. §. 11.* Grot. *De J. summ. pot. circ. S. c. 2.* ubi exemplo Pontificum judæorum, qui Regi Usiæ thutificare volenti obstiterunt, *II. Chron. 27. v. 16. sqq.* imperanti obedientia impune denegabitur.

§. 6.

Imperium nostrum quod attinet, *Imperatori* quidem in *Episcopos* ac Clericos, qua tales nulla fere competit potestas, nisi quod in *Capitulis* tam Catholicæ quam Protestantis Religionis, *Jus primarium precum* exerceat, circa quod tamen nec omnis inobedientia impunis exulat. Etenim, si imperator vel hoc jus in fundationibus, ubi illud Ao. 1624. non exercuit, exercere, Dn. de Rhetz. *all. Diss. c. 3. §. 22. inf.* vel Canonicum *alienæ Religionis* obtrudere velit, *J. P. O. art. 5. §. 18.* aut præsentatus sit *inidoneus*, Dn. Fritsch. *De J. Prim. prec. c. 5. n. 1.* Capitulares præsentationem Imperatoriam impune negligunt. Cæteri *Status Imperii* pro *diversitate religionis* diversam quoque in Clericos exercent potestatem. Sicut enim apud *Pontificios* tradita juris Canon. in viridi sunt observantia, ita contra *Aug. Confessioni addicti* post receptam postliminii jure *superioritatem sacram*, vid. *art. V. J. P. O. §. 48.* illam liber-

liberrime & independenter in omnibus illis causis, in quibus olim *Episcopis Germaniæ* ac *Pontifici Rom.* jurisdictio aut jus aliquod competiit, exercent, Dn. de Rhetz. *all. Diss. c. 5. §. 19.* Dn. Bodin. *De illic. provoc. à Princ. A. C. in Eccl. §. 18.* (non tamen ut *Episcopi*, sed ut *Principes*, ac *vi superior. Territor.* Dn. de Rhetz. *d. Diss. c. 2. n. 10.* Et quoque in subditos & *capitula alienæ religionis* extendunt, unde subditorum Catholicorum causas matrimoniales ad *Principes Protestantes* pertinere asserit. Dn. Bodin. *all. Diss. §. 36.* Ita tamen, ut contra *fundamentalia* capitulorum *statuta* dispensare, aut *præbendas*, quibus, ut in eodem statu permaneant, Lege publica cautum est, *extinguere* haud possint, Ludeke *De pot. princ. circ. Relig. Th. 7.* Sicut autem hæc Principum Protestantium potestas tam in *personas*, quam *bona Ecclesiastica* exercetur, ita circa *religionis* novæ *introductionem* & *reformationem* Legibus Imperii publicis restricta & temperata est, adeo ut quoad illam præter *tres receptas* communiter in Imperio *religiones* aliam introducere non liceat; *J. P. O. art. 7. § 2. inf.* & interdum si scilicet *pacta* cum Statibus Provincialibus obstent, nec hæ quidem omnes recipi aut tolerari queant. Dn. Lyncker. *De J. circ. pers. div. relig. p. spec. S. 1. §. 15.* Quoad *reformationem* autem (quæ tamen *in adiaphoris* Principi non deneganda est, vid. omn. eleg. discursus Joach. II. Elect. Brandenb. apud Dn. Becman. *in Polit. paral. c. 17. §. 5.*) distinguendum erit, inter Status Imperii *Protestantes* & *Pontificios*, ac *solos Protestantes inter se* consideratos, ex quibus *Hi*, nisi in terris, quas *post J. pacis* acceperunt, *libera* reformandi *potestate* gaudent; *J. P. O. art. 7.* *Illi* vero subditis, qui *anno 1624.* liberum religionis *exercitium* habuerunt, illud eripere non possunt; *ib. art. V. §. 31.* Quod secus in his, qui dicto anno religionis exercitium non habuerunt, ita tamen, ut hi quoque à Principe inviti nec ad permanendum, nec ad emigrandum cogi possint. ib. *§. 34. 35. & 36.* & inde utroque hoc respectu *beneficium emigrandi liberæ voluntatis* esse, dici possit. vid. omn. Dn. Rhetz. *sæp. all. Diss. c. 4. n. 12. & 13.* Dn. Fritsch. *in Elect. J. publ. c. 4.* & Dd. all. à Dn. Lyncker. *in Diss. De super. sacra §. 12.*

§. 7.

Ex triplici ergo jam *immunitate* illa, quæ de jure Can. Ecclesiasticis tribuitur, *immunitas localis* apud nos amplius non attenditur, cum nemo hodie, licet in flagrantissimo delicto deprehensus, sine causæ cognitione & defensione ad supplicium rapiatur. Linck. *ad Decret.*

Decret. L. 3. T. 49. §. ult. *Immunitas* quoque *personalis in temporalibus* cessat, unde Clerici & civitati jurare ac onera communis defensionis ferre tenentur, Mev. *ad Jus Lucec. L. 1. T. 2. art. 2. n. 20. & 31.* & tam Legibus, quam executionibus politicis obnoxii sunt. *id. p. 6. D. 260.* Illud tamen quoad illos singulare est, quo in *personalibus* non nisi coram *Consistoriis* comparere teneantur, Richter *de foro comp. c. 2 n. 13.* quæ à Statibus etiam ex *solis Politicis* licite constituuntur, Mev. *p. 3. D. 1. n. 4.* & per appellationem ab illis iterum causa ad Principem devolvitur. *ib. n. 5.* Nec eorum potestas ad *criminales* causas, quarum pœna corporis afflictiva est, extenditur. Richter. *all. Tr. c. 8. n. 6.* In *spiritualibus Magistratui inferiori* Clerici quidem impune non obediunt, nisi ille vel ex privilegio, vel ex præscriptione jurisdictione sacra aut aliqua ejus parte polleat, *Principis* vero jurisdictioni utique subjacent, qui tamen *in Consistoriis* tales causas tractare solet. Brunn. *in J. Eccles. L. 3. T. 1. §. 25.* Hinc Princeps & à Consistoriis causas avocare, & ad illum etiam in *causis mere spiritualibus* appellari potest. Mev. *p. 4. D. 100.* Ac *ordinationes Ecclesiasticæ* non à Consistoriis, sed ab ipso Principe in Aula condi consvetum est. Dn. Stryk. *ad Br. J. Eccles. L. 1. c. 6. m. 12. §. 6.* Nec quoque Principi circa illa, quæ *Ordinis* ac *Ministerii Ecclesiastici* sunt, omnis plane potestas deneganda, sed illud relinquendum, ut *certum modum*, ad quem illa exerceri debeant, Clericis præscribat, & excedentes puniat, quo respectu Principes nostri verbi Divini Ministris *abusum Elenchi & injurias* contra alienæ religionis socios, ad ductum *J. P. O. art. 5. §. 50.* juste prohibent, & non immerito à Grotio derisus fuit Pastor Lutheranus, qui cum ipsi injuriarum intermissionem ex suggestu contra Reformatos serio injungeret, regerebat, Spiritui Sancto os obturari non debere, Auberi *Mem. De Hollande p. m. 458.* *Immunitas* denique *realis* nostris Clericis adhuc hodie tribuitur, ita tamen, ut nec Clericorum *bona patrimonialia* simul comprehendat, Carpz. *in Jprud. Eccles. L. 2. Def. 311.* nec in *casu necessitatis* attendatur, quod ultimum etiam in Clero Germaniæ Pontificio procedit, adeo, ut ne quidem *consensu Pontificii* ad imponendas ipsis collectas opus sit Klock. *vol. 1. cons. 28. n. 294. sqq.*

§. 8.

Quamvis autem jus Canon. Clericos omni seculari jurisdictioni exemerit, ob speratum tamen ab his commodum *certa* aliquando in

do in Ecclesias ac Monasteria concessit *jura*, *Patronatus* scilicet & *Advocatiæ*; Ziegler. *ad Lancell. L. 1. T. 7. §. 8.* Ubi quoad *hoc* notandum, si Advocatus sub prætextu juris Advocatiæ *monasterium affligat*, ad hujus *juris privationem* agi posse; Klock. *vol. 1. conf. 12. n. 40.* Et quamvis *Status Imperii* omnium bonorum Ecclesiasticorum in suo territorio Advocati sint, *Cistertienses* tamen & *Bernhardinos* solum *Imperatorem* pro Advocato agnoscere, indeque Principibus hoc jus sibi arrogantibus impune non parere. Dn. Rhet. *de J. St. Jmp. circ. f. c. 3. §. 26.* Quoad jus *Patronatus* illud adhuc hodie in nostra Ecclesia admodum frequens est: Et sicuti Parochianis, si *rite* exerceatur, vix aliquid circa illud, quam assensum suum præbere licebit; Schultz. *de Parochian. c. 4. §. 3.* Ita contra tam ipsi Pastores quam Parochiani Patrono impune obedientiam denegabunt, si vel jus Patronatus *minus legitime* exerceat, *vel ad alia sibi non competentia Jura* extendat. *Prioris* exemplum esse potest, si præsentet aliquem *diversæ ab Episcopo religionis*, licet Patronus illi religioni sit addictus, Linck. *De J. Templ. c. 5. n. fin.* cum Patronus hæreticus tamen orthodoxum præsentare debeat; Ziegler. ad *Lancell. all. l. §. 5.* Vel *intra debitum tempus* præsentationem non peragat, Carpz. *Jprud. Consist. L. 1. D. 15.* aut denique Parochiani *Justam* contra personam præsentatam *exceptionem* habeant, Patronus vero illam attendere nolit. Schultz. *all. l. §. 11.* Ad *posterius* pertinet, si Pastorem, extra Marchiam & Pomeraniam, (ubi hoc jus Patrono competit, Dn. de Rhetz, *all. l. §. 18.*) ac extra casum necessitatis, vid. Richter. *D. 102. n. 38. suspendere*, Dn. Stryk. *De suspens. ab off. c. 2. n. 24.* vel *removere*, Klock. *Vol. 1. c. 51. n. 384.* Maurit. *Consil. Chil. 14. n. 52. & 53.* aut ei *substitutum adjungere*, vid. Carpz. *L. 1. D. 23.* vel rationes Ecclesiæ solus examinare, Idem *Lib. 2. D. 316. n. 103.* aut à Pastore Reversales exigere, Dn. Fritsch. *De Reversal. c. 5. §. 1.* vel pœnitentiam Ecclesiasticam imponere, Muller. *De pœnit. Eccl. c. 2. n. 34.* aut aliud *quid in Ecclesiasticis statuere* velit: Dn. Lyncker. *De super. sacra f. 26.* Quibus & similibus casibus ipsi tam à Pastore quam Parochianis *impune non pareri* manifestum est.

§. 9.

Hodierna secularium adversus *Clericos* inobedientia, apud Pontificios, præsertim Gallos, in *temporalibus* quidem multo est liberior, cum ipsi Pontifices ex politicis rationibus non amplius pelle *Leonina* sed *Vulpina* potius utantur, & Principibus per reformationem in me-

moriam reducta sint notabilia illa verba Bernhardi, Abbatis Clarevallensis *Lib. 2. de Consider. Stetisse judicandos* Apostolos lego, *sedisse judicandos* nunquam lego. In *spiritualibus* tamen Germaniæ Principes *Catholici*, Pontificis adhuc imperium agnoscunt; Comes de Wurmbr. *de foro S. R. J. Princ. c. 2. cl. 1. §. 1.* Quod tamen illos propitio jure excutere, & *competens sibi jus circa sacra recipere* posse, dubitandum non est. Brunn. *in J. Eccl. L. 1. c. 2. §. 27.* Apud *Protestantes* contra suspensa est, *translativa suspensione* integra Papæ & Cleri jurisdictio per *§. 48. art. V. J. P. O.* omnisque ideo adversus eos inobedientia impunis habetur, causis *subsidiariis* plane sublatis, Linck. *ad Decret. L. 2. T. 1. §. 3.* & Statibus Protestantibus à Concordatis Nationis Germanicæ speciatim exceptis. Idem de *J. Templ. c. 4. n. 100.* Et quamvis *Pastoribus* nostris potestas *Dogmatica* seu *Ministerialis* in *Seculares* adhuc hodie competat, tamen quoque adversus illam inobedientia impunis locum habet, si Ministri Ecclesiæ vel *in modo excedant*, vel illa, quæ non, nisi *cum Consistorii consensu* facere possunt, *soli* peragant. Hinc & adversus Pastorem ob injurias *ex suggestu* illatas actio ad Palinodiam locum habet, Carpz. *P. 2. Q. 96. n. 19.* & adversus *injuste excommunicantem* injuriarum actio non deneganda est: Richter. *p. 1. D. 1. n. 145.* Ac excommunicationem, Linck. *De J. Templ. 9. n. 41.* aut suspensionem ac exclusionem à S. Cœna, Dn. Stryk. *de suspens. ab off. c. 2. n. 52.* Dn. Lyncker. *De S. cœna c. 2. §. 8.* propria autoritate facienti, obedientia impune denegatur. Idem dicendum, si deprecationem vel pœnitentiam publicam imponant, quod pariter *sine Consistorii consensu* facere nullo modo licebit. Muller. *De pœnit. Eccles. c. 2. n. 33.* Porro, licet Pastoribus ad ordinem in ecclesia eo melius servandum *certa in Parochianos jura* concessa sint, quæ recenset Lynck. *ad Decret. L. 3. T. 29. §. 4.* inter quæ præsertim refertur, quod hi *extra Parochiam confessionarium* assumere, aut *sacra peragere* non possint, ne hic tamen exceptiones deficiunt, sed & ob *periculum mora* omnes actus in *alia parochia* expediri possunt, Struv. *ad ff. Exerc. 9. th. 9.* Dn. Lyncker. *all. l. §. 7.* *Et ex justa causa* Confessionarii mutatio utique permittitur: Carpz. *in J. Eccles. L. 2. Def. 291.* Quin etiam inobedientia adversus verbi Divini Ministros respectu *jurium parochialium* impunis erit, si vel illa *ultra debitum extendant*, e. g. si puerperam invitam ad se post partum in templo sistendam, Idem *Lib. 2. D. 273.* vel Parochianos simplices ad operas sine mercede præstandas cogere velint, Schultz. *De J.*

circ.

circ. Paroch. c. 5. §. *14.* Vel *nullum plane in facto Parochianorum interesse habeant*, unde Parochianis, modo ordinariis Concionibus se non subtrahant, Lynck. *ad Decret. all. l.* nec sui Pastoris contemtus concurrat, Schultz. *all. l.* §. *2.* licentia alias conciones visitandi, non deneganda, nec facultas mortuum suum alibi sepeliendi, adimenda est, modo suo Parocho *consveta jura* persolvant. *Id. ib.* §. *7.*

§. 10.

Quoad *hodiernam Clericorum inobedientiam inter se*, illa, quæ ex jure Canon. supra adduximus, in provinciis Germaniæ *Pontificiæ Religioni* addictis in *viridi* adhuc sunt *observantia*, quamvis tamen *Papæ & Episcoporum* autoritas in quibusdam per *pacta & observantiam* sit restricta. Sic Capitula *præsentationem Papalem*, si illa intra tres menses à die notitiæ non fiat, impune spernunt, Dn. de Rhetz. *in Inst. J. publ. L. 1. T. 6.* §. *7.* Et *Episcopi Germaniæ* res Ecclesiæ suæ inconsulto Papa alienare poterunt. Dn. Lyncker. *de his, quæ lib. St. perp. ac. c. S. 2.* §. *10. in f.* Nec minus *Capitula Episcopo* obsequium licite denegabunt, si vel *immediata* ac *libera* sint, Lynck. *De J. Templ. c. 2. n. 81.* vel *Episcopus* ad Lutheranam aut Reformatam *transeat* religionem, *J. P. O. art. V.* §. *1.* aut *matrimonium* denique contrahat, cum per illud beneficium Ecclesiasticum ipso jure vacet. Klock. *Vol. 1. consl. 4. n. 51. & 52.* Apud Protestantes potestas Ecclesiastica post Principem apud *Consistoria*, & *Superintendentes* residet, ex quibus *illa* tamen tantum facultatem habent *secundum Leges latas judicandi*, unde ipsis *Leges Ecclesiasticas* condere, & e. g. pœnitentiam Ecclesiasticam de novo introducere volentibus, Muller. *De pœnit. Eccles. c. 2. n. 36.* impune non pareri, facile patet. Quoad *Superintendentes & Inspectores* notandum, in plerisque locis *Superintendentes Speciales* non *Generalibus*, sed immediate ipsi *Consistorio* subjacere, & inde illis impune non obedire: Schultz. de *potest. Superintend.* §. *4.* Ipsos vero Superintendentes tantum *notionem, non jurisdictionem* habere. Lyncker. *ad Decret. L. 2. T. 1.* §. *2.* Unde Ministrorum Ecclesiæ inobedientia erga illos *duobus* potissimum *casibus* impunis haberi debet, si scilicet vel ea, *quæ jurisdictionis sunt*, e. g. Ministrorum depositionem ac suspensionem vel multæ pecuniariæ impositionem Carpz. *L. 2. def. 87. n. 16. & 17.* sibi arrogent, vel *mandatum* eorum aliquid *manifeste iniqui* contineat, quo referri poterit, si Pastores, vicinæ Ecclesiæ morbo contagioso infectæ, inservire ab ipsis jubeantur. Schultz. *all. diss.* §. *16.*

CAP. VIII.
DE
INOBEDIENTIA IMPUNI IN SOCIETATE GENTIUM, ET SOCIETATIBUS ARBITRARIIS.

SUMMARIA.

§. 1. *In societate Gentium omnes Gentes natura sunt liberæ.* §. 2. *Captus tamen capienti subjicitur: quando captus aufugere ac Victori resistere possit?* §. 3. *quibus casibus hodie capti lytrum solvere non teneantur, & an promissionibus in captivitate factis obligentur?* §. 4. *an & quomodo supremus Princeps in alieno territorio ejus territorii Domino subjiciatur?* §. 5. *de inobed. impuni Legati adversus Territorii Dominum.* §. 6. *de societatibus arbitrariis publicis, fœdere liberarum gentium, Unione Regnorum, ac occurrentibus circa has societates casibus inobed. impunis.* §. 7. *de inobed. impuni in collegiis Imperii Electorali, Principum, Civitatum, & in Circulis adversus eorum Directores ac Duces.* §. 8. *de inobed. impuni in Societate appanagiali & societate inter Con-Dominos.* §. 9. *de eadem in societate Clientelari.* §. 10. *& Feudali.* §. 11. *de Societatibus arbitrariis inter privatos & inobedientia impuni Collegiatorum adversus Statuta & Seniores Collegii.* §. 12. *de inobed. impuni compromittentium adversus Arbitrum.*

§. 1.

Quod *Rei Nummariæ* amatoribus sæpius evenire solet, ut præ nimio Scrinia sua implendi, ac Imperatorum aut Familiarum Series non interruptas possidendi, desiderio, efficta Numismatum exempla pro archetypis, & infucatæ antiquitatis Nummis accipiant; vid. Jobert. *Notit. Rei Numm. Præc. 10.* Idem & mihi quoque forsan objici posse videbitur, quod ad explendum societatum numerum *Societatem Gentium* quoque adhibuerim, ad quam tamen, cum omnes Gentes *natura liberæ* sint, & neutra illarum alteri obsequium debeat, *inobedientia impunis* non nisi *improprie* refertur. Verum, sicuti & hic tamen aliquot inobedientiæ impunis *proprie ita dictæ* casus occurrere, ex subsequentibus elucescet: Ita ego quidem cœteroquin illorum utique amplector Sententiam, qui *omnes Gentes* peræque *liberas*

ras esse, nec *præstantioribus* in *rudiores* competere imperium, Puffendorf. *de J. N. & G. Lib.3. c.2.* §. *8.* ac inde *Servos* Aristotelicorum *Naturales* non nisi nomine tales esse asserunt: Dn. Becman. *in pol. paral. c.6.* §. *1.* Nisi per eos *aptos ad servitutem* intelligere velis. Grot. *L. 1. c.3.* §. *8. n.4.* Hinc nec populum *locum incultum* in alterius territorio situm *coloniæ gratia* occupare posse, sed potius ejus territorii Dominum Genti illum exposcenti licite non obsequi defenduntStrauch. *De R. Arelat. c.1.* §. *12.* & ibi all. Ziegler. *ad* Grot. *L.2. c.2.* §. *17.* nec non Dn. Stryk. *De J. Princ. extr. Territ. c.1. n.150. sqq.* contra dissent. Grot. *d. l.* Nec civitatem *ad eò commodius virtutum exercitium* in Populos Vicinos ac Barbaros *imperium extendere*, aut eos jugo suo subdere posse, recte tradit Frisen. *in diss. De Lic. Civ. c.2.* §. *31.* Et quamvis sint, qui ex ampliori quadam libertate generi humano per pœnas consulendi, *Tyrannos à vicinis Regibus puniri* posse statuant, vid. Dn. Becman. *de non abut. nom. Princ. c.1.* §. *6. ibi all.* Grot. Verior tamen est sententia, in *Summum Imperantem* peccantem, *ne quidem ab alio æque Summo Principe* pœnam statui posse; Schultz. *de impunit. c.3.* §. *2.* Et inde prætextum Hispanorum, quod Americani *jus Naturæ violaverint*, & carnes humanas manducaverint, ad justificanda ipsorum arma non sufficere; Dn. Becman. *in Med. pol. c.23.* §. *7.* Qmod etiam de *Christianismi prætextu* dicendum, ad quem se Barbaros bello adigere velle Principes plerumque Catholici prætendunt, cum nulli gentem liberam invitam ad religionem cogendi jus competat Ziegler. *de jur. Maj. L.1. c.33. & 57.* Conf. Werlhof. *de genuin. font. Des controv. publ.* §. *34.* & Dn. Lincker. *De J. circ. pers. Div. relig. P. spec. S.1.* §. *3.*

§. 2.

Celebris tamen modus in *societate Gentium*, quo homo natura liber alterius potestati subjicitur, est *Captivitas*, per quam capiens jus *obedientiam* à capto *exigendi*, & eum *detinendi* consequitur. Puffendorf, *L.6. c.3.* §. *6.* Unde ejus occasione ad inobedientiam impunem videntur referri posse illi casus, quibus vel capienti *obsequium denegare* ac *resistere*, vel ab eo *aufugere* captus poterit. Sane sicut hoc ultimum ob *intolerabilem capientis Sævitiam* licere, facile concedo: vid. Grot *L.3. c.14.* §. *7.* ita distinctionem illam, quam approbare videtur Idem *d. l. & L.3. & c.7.* §. *6.* inter *bellum justum & injustum*, hic nihil ad rem facere arbitror, sed potius cum Thanner. *in Diss. inaugur. De captiv. in bello c. 3.* §. *4.* distinguendum arbitror, *an captus capi-*

enti de non recedendo fidem dederit, ubi illum quoque *in bello injustissimo* aufugere non posse, asserendum est; *An vero non*, quo casu *in justo* etiam *bello* fugam licite fieri dicendum, cum victor videatur jus suum *pro derelicto* habuisse, non custodiendo, aut fidem sibi non stipulando; Nisi forsan hoc casu cum Dn. Becman. *in Lin. Doctr. Mor. c. 13. §. 6.* dicere velis, fugam non quidem ob *rationem internam*, sed tamen ob *rationem externam*, ne scilicet pericula bellica nimium excrescant, impediri. Quoad *inobedientiam* ac *resistentiam* captivi, *sævitiam capientis* justam ejus causam præbere censeo, nec illorum approbo sententiam, qui captivos, quia ut hostes considerantur, *occidi posse* asserunt. vid. Dn. Becman *in Med. pol. c. 23. §. 10.* Quamvis enim hoc in ipso prælio, & *eo momento*, *quo capiuntur*, licere lubens concedam, postquam tamen jam in potestatem redacti sunt, nec in *periculo moræ*, si forsan in tutum locum deduci non possint, quamvis dissentiat Rhod. *de peric. in mor. c. 2. n. 71.* occidi poterunt, licet se *sine conditione* dediderint, Bechman. *De belli commerc. c. 5. §. 3.* Sed occidere volenti licite resistent, nisi forsan *aliquid supplicio dignum* commiserint, Dn. Coccej. *De J. Victor. div. à j. belli §. 12.* cujus exempla exhibet Becman. *d. l.* Cum victis hostibus, non jam hostis, sed judicis personam Victor gerat. Livius *Histor. Lib. 30. c. 4.*

§. 3.

Hodie sublata licet apud Christianos servitute, in quam olim apud Romanos capti redigebantur, illud tamen remansit, quod capti, nisi forsan sint *personæ maximæ dignitatis*, in quos non capienti, sed *Belli Duci*, vel *ipsi* tantum *Principi* jus est, capientium fiant, & ab illis *detineri possint, donec lytrum* solvatur. Brunn. *in Exerc. Justin. L. 1. T. 3. §. 3.* Ita tamen, ut *Pastores Ecclesiarum*, nec non *Impuberes* & *fœminæ sine* lytro dimitti soleant; Feltman. *Resp. mil. 9. n. 66. & 71.* Et captivi, quamvis cœteroquin, *illa quæ secum habent*, ad capientes pertineant, *modo* ab illo *apprehendantur*, *nummos* tamen suos capienti licet illos exposcenti, *celare*, seque *illis* postea *luere* possint. Grot. *L. 3. c. 21. §. 28.* Bechman. *de belli commerc. c. 2. §. 15.* Et quamvis *lytrum* à capiente sibi præscriptum *promissione* sua *approbaverint*, *impune* capienti *non parent*, nec lytrum promissum solvunt captivi, si vel *cum capiente* iterum *ab alio capiantur*, ubi ambo illius captivi esse incipiunt; vid. Puffend. *De J. N. & G. L. 6. c. 3. §. 11.* Vel *vi bellica* ante lytri exsolutionem à suis *recipiantur*. Becman. *all. Diss. c. 5.* Thanner. *De captiv.*

ptiv. in bello c.3. §.4. Nec minus, si capiens à captivo lytrum plane non accipere, *nec illi redemtionem aut permutationem permittere* velit, hunc, *licet* se invito capiente non recessurum *promiserit*, tamen *licite fugam* capessere, ac postea lytrum offerre credo, vid. Grot. *L.3.c.14. §. 9.* Nisi tamen ille, qui cepit, *ex Ratione Bellica justam* redemtionem adhuc denegandi *causam* habeat: Quo pertinet, si quis *ex obsessis* captus, *nec obsessio finita*, Feltman. *all. l. n.72.* aut à capto, si iterum hostibus inserviat, *magnum damnum metuatur*, ubi usque *ad finem belli* jure detinetur, ibid. *n. 73.* cujus exemplum vid. apud Auberi *Mem. De Holl. p. m.102.* Acris autem hic oritur disputatio: *An captivus Leges, sub quibus libertatem consecutus est, observare, an illas, quasi vi ac metu extortas impune spernere possit?* Et sicuti hoc, si *in bello justo* captus sit, plerumque *negant*, nec inde captivo dimisso auff parole facultatem non revertendi concedunt, licet *lytrum offerat*, Bechman. *de belli commerc. c.2. §.16.* (quamvis tamen illum, qui *sub conditione*, *ut alterum quoque dimitti curaret*, dimissus, *eo mortuo*, lytri oblatione liberari statuant. Grot. *L.3. c. 21. § ult.* & Thanner. *all. Diss. c.3. §.6.*) Ita idem quoque de illo, qui *in bello injusto*, imo à *Latronibus* captus est, asserendum credo, scilicet hunc ad promissionem Latroni factam servandam *de Jure* Naturali utique *obligari*, ita tamen, ut *Latronem* ob metum sibi illatum *iterum obligatum* habeat, & persequi possit. Dn. Coccej. *in Diss. de Amnest. S.1. §.10.* Quas duas obligationes, alteram ex promissione, alteram ex scelere, confundendo jus Civile *Except. quod met. causa* metum injustum inferenti opponendam introduxit. Dn. Coccej. *d. l. §.12.* Ex quo satis liquet, *Principem* ab altero *captum*, cum *nullum superiorem* aut judicium agnoscat, coram quo Except. quod met. causâ opponi possit, vid. Schelle. in diss. *de pact. Franc. I. cum Car. V. §. 20.* Legibus sibi præscriptis & à se acceptatis quam firmissime *obligari*; Modo tamen *in ipsius potestate* sint positæ, cum promissa vi ac metu extorta semper quidem *ipsum promittentem*, *non vero Rempubl.* obligent. Dn. Coccej. *de justit. B. & P. in R. Portug. S. 1. A. 2. Qu. 5.*

§. 4.

Alter modus, quo *Summus Imperans* ac nemini subjectus *alterius Gentis* vel Principis *potestati* subjicitur, est, *si illius territorium ingrediatur*, ubi tamen ad conciliandas diversissimas Dd. sententias *inter stricti juris Regula, & morem communiter ab Imperantibus receptum*, bene distin-

distinguendum est. Sunt equidem multi, qui Regem *extra territorium* degentem, Majestatem secum ferre, nec alterius subditum fieri, aut ab illo puniri posse, nisi forsan hostilia machinans *ut hostis* occidatur, asserunt, vid. Ziegler. *ad Grot. L. 2. c. 18. §. 4. inf.* Dn. Lyncker. *de lib. Stat. Imp. S. 2. §. 5.* Quæ tamen *ex stricti juris Regulis* non procedere pro certo persvasus sum, ex quibus Principes *diverso ab aliis advenis jure* non utuntur, Dn. Coccej. *de fund. Terr. pot. T. 2. §. 12.* sed Domino Territorii subjiciuntur, cum minimus Magistratus sit major omni alio Magistratu non ejus loci. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 54. n. 10.* Unde illo invito nec *jurisdictionem* in proprios famulos ac domesticos exercere, Dn. Coccej. *all. l.* (quo pertinet exemplum Marchionis Monaldeschi à Christiana R. in Aula Gallica morte affecti) nec *actus* etiam *voluntariæ jurisdictionis* peragere possunt; Quo respectu Procurator & Advocatus Regis Galliæ in Urbe Lugdunensi Sigismundo Imper. Amadeum ex Comite in Ducem Sabaudiæ in hac urbe evehere volenti, se non injuria opposuerunt l' *Etat MSCt. de Fr. par. Mr. Nicol. p. 14.* Conf. *R. Z. jud. & jur. Fec. part. 2. Sect. 2. quæst. 9. p. 130.* Ex *more* contra hodie fere inter Imperantes communiter *recepto*, res secus se habet, & *distinctio* adhibenda videtur, quam proponit Dn. Stryk. *in eleg. diss. de J. Princ. extr. territ. c. 1. n. 15. sqq.* An Princeps *Domino Territorii concedente*, an *inscio*, an *invito* ejus terras ingrediatur: Ita ut *priori casu* illi non solum *impunis inobedientia* adversus Dominum Territorii, sed etiam *exercitium omnium illorum jurium*, *quæ cum jure Domini Territorii unquam compatibilia* sunt, concedatur, Idem *ib. n. 16.* Imo ipse Dominus Territorii in advenæ honorem, actibus jurisdictionis & Imperii in ejus præsentia abstinere soleat: vid. omn. Leti *nel Ceremon. Historie Polit. p. 6. p. 324. sqq.* In *Secundo* vero *casu* Domino Territorii utique *subjiciatur*, adeo ut aliqui captivum detineri posse velint: Dn. Stryk. *d. l. §. 17.* In *tertio* denique, *ut hostis* considerari, & quævis in eum permissa esse debeant. *ib. §. 18.*

§. 5.

Ex iis, quæ de Principe alterius territorium ingrediente diximus, quid *De Legatis Principum personam repræsentantibus*, dicendum sit, satis liquet. Scilicet, nec illos diverso ab aliis advenis jure censeri, sed *Domino Territorii subjici*, Dn. Coccej. *De fundat. Territ. pot. all. l. §. 10.* nec ipsis aliam, quam *ab vi injusta securitatem deberi*. *Mores* autem plerarumque Gentium Europearum hic iterum deviant, & *Legatorum*

gatorum immunitatem eousque extendunt, ut non solum *Ipsorum* ac *Domesticorum* inobedientiam adversus Dominum Territorii impunem reddant, ita ut Ipsi tantum coram suo Principe, Domestici vero coram Legatis conveniantur: vid. Engelbr. *in Diss. de Usu J. Rom. in J. publ. P. 2. Th. 7.* Sed etiam *Domibus* ipsorum *Jus Asyli*, & Ipsis facultatem *confugorum extraditionem* licite denegandi concedant. Hæc tamen singula suas admittunt limitationes, ita ut & immunitas illa Legatis non nisi *ab illo*, *ad quem missi*, aut *cujus Territorium venia petita transeunt*, debeatur; vid. Thomas. *in Diss. De Legato inviolab.* §. 59. & 112. & *Domestici* Legatorum *extra domum* illorum delicta perpetrantes, & *apprehensi*, Magistratus Ordinarii jurisdictioni subjaceant: vid. Perefixe *Histoire de Henry le Gr. p. 338.* Et ipsi *Legati delinquentes* non semper à pœna immunes sint, sed *distinguendum* videatur inter *delicta leviora*, quæ dissimulari solent, & *atrociora*, in quibus, si *in privatum* præsertim committantur, Legatos ad *Principem* suum *remitti*, & illi causæ circumstantias referri receptum est: (quod etiam S. C. Majestas in Legato Lusitano de cæde Comitis Hallweilensis suspecto observavit.) Quod si autem *in ipsum Principem* committantur, Legati, cum Ipsi prius jus gentium violaverint, & ex *Legato in hostem* degeneraverint, sine dubio etiam hodie *puniri vel occidi* poterunt. Ziegler. ad Grot. *L. 2. c. 18. p. 416.* conf. omnino elegans discursus Henrici IV. R. Galliæ, quem habet Perefixe *all. Tr. p. 406.* Ubi tamen notandum, omnes has *Legatorum immunitates* non nisi *ex nuda gratia Principis*, ad quem mittuntur, dependere, & inde hunc illas licite *tollere*, nisi *speciali pacto* aut *præscriptione* Legatis jam jus aliquod quæsitum sit. vid. Leti *rel. Ceremon. p. 1. L. 1. pag. 125. & 135.*

§. 6.

Ad *Societates Arbitrarias* jam progredimur, hunc ordinem adhibituri, ut & *Societatum publicarum* & *privatarum* exempla aliqua adducamus, cum omnes aut plurimas tantum enumerare impossibile esset futurum. Pertinet ergo huc *I. Societas*, quæ *inter plures Respublicas mutuo fœdere junctas* intercedit, in qua quidem neutra alteri subjicitur, singulæ autem illi, quod *omnibus fœderis Sociis* aut *majori* ejus *parti* placuit, se conformare & obsequium præstare tenentur. Ita tamen, ut inobedientia ipsarum impunis sit, si *absentes* & *plane* ad Conventus fœderis *non vocatæ* fuerint, arg. *L. 2. C. De Decur.* Vid. Dn. Fritsch. in *Tr. De Convent. Provinc. c. 8. n. 4.* & Brunn. *ad L. 19. ff. ad Municip.*

 Porro

Porro, cum communiter *certus Dux fœderis* constitui soleat, notandum, illi quidem *in iis causis, in quibus* ipsi *à toto fœdere potestas concessa*, obedientiam utique deberi; Dn. Coccej. *in Diss. de Imper. in pares* §. 46. Cœteroquin vero nec illum Fœderatis superiorem, nec hoc ipsius subditos fieri: Id. *ibid.* §. 16. Indeque ipsi *potestate sua abutenti* licite obedientiam denegari ac resisti, imo ipsum à toto fœdere deponi posse. II. Huc referri potest *Societas inter plura Regna aut provincias sub eodem Capite unitas*, ubi tamen *modus & forma unionis* bene distinguendus. Quod si enim Unio *per Legem subjectionis accessorie ac irrevocabiliter* fiat, (quæ tamen potius *Incorporatio*, quam *Unio* dicenda) tunc Provincia incorporata, nisi specialibus sibi pactis prospexerit, *Provinciæ, cui unitur, Legibus & voluntati* sine dubio quoque subjicietur. Dn. Fritsch. *in Tr. de Unione bonor. M. 5.* §. 2. conf. omn. eleg. discursus Oliv. Patru, Advocati & Academici Parisiensis celeberrimi, *Playdoyer. 4. p. m. 56. seqq.* Quod secus, si Principatus sibi constans alteri *communis tantum Gubernationis causa* sub eodem Imperante jungatur; Ubi quilibet *jura sua & privilegia integra* habet, nec alterius Provinciæ unitæ Legibus obligatur, Grot. *L. 2. c. 9.* §. 9. Klock. *Vol. 1. cons. 10. n. 543.* imo nec constante Unione illi suis viribus assistere tenetur. Elegantia hac de re sunt verba Doct. Birag. Avogar. *nella Historia della disun. di Portog. p. 138. Un Regno unico all' altro non è obligato ad assistergli con le sue Facoltae Forze; ancorche li sopravanzino. Perche quasi voglia Regno ha da esser incaminato al suo bene proprio e de' suoi naturali; e pero ha da conservare le sue forze per se stesso, non sapendo cio, che possa avenire.* Ex quo patet, multo magis tali casu Provinciam unitam *cessante communi gubernationis causa*, & exstincta e. g. Familia Regnatrice, alterius Provinciæ Decreto impune non obedire, & sibi Regem seorsum quærere; Puffendorff. *in Diss. de System. Civit.* §. 9. Ac inde irrisione dignum esse Cassanum, qui *dans la Recherche des Droits du R. de Fr. p. 41. seq.* Regna & Provincias ab uno vel altero Galliæ Rege possessas, nunquam iterum à Gallia avelli, aut ad alios Principes per successionem fœmineam devolvi posse, asserit, ob Legem Galliæ Fundamentalem, quod Regis bona ac ditiones sub ejus adventum ad Coronam, statim eidem irrevocabiliter incorporentur, nec Fœminæ in iis succedant. Quamvis enim hanc Legem in illis ditionibus, *quæ pleno ac patrimoniali Jure*, vel *privato titulo* ad Regem spectant, locum habere, facile largiar, satis absurdum tamen videtur, *aliud Regnum per successi-*

onem forsan ad idem caput devolutum, Regno unito irrevocabiliter annexum esse. Unde & ipsi Galli *Regnum Navarræ* post Ludovici X mortem à suo iterum Regno separari concesserunt, vid Mezerai *Histoire de France*. p. 1. pag. 833. quamvis postea *Ducatum Britanniæ* sub hoc satis infirmo irrevocabilis incorporationis titulo Sereniss. Domini Austriacæ eripuerint, & adhuc possideant. vid. *les affaires entre les Maisons de Fr. & d'Autr. Chap. 2. poinct. 1. par. 6.*

§. 7.

Porro, ut ad *Imperium nostrum* accedamus, ad *Societates arbitrarias* referri possunt III, speciales istæ *Uniones ac Societates, quibus singula Statuum Collegia*, Electorum scilicet, Principum, Comitum ac Civitatum, *inter se alligantur*, & ob quas sæpius *Conventus ac Deliberationes suas Collegiales* habere solent. In quibus, sicuti certi quidam ex Collegio *Jus convocandi & præsidendi* habent, ad quorum convocationem cæteri sub pœna admittendi hac vice sui voti comparere tenentur; vid. Tabor. *in Epit. A. B. method. Th. 14.* Dn. Stryk. *De Stat. Provinc. c. 1. §. 19.* Ita si vel *hi potestatem* suam *ad alia* extendant, & e. g. jurisdictionem sibi arrogent, vid. Dn. Wildvog. *in Diss. De Decan. c. 2. Aph. 4.* vel *alii*, quibus convocandi jus non competit, e. g. Capitulum Moguntinum sede vacante, A. B. *c. 4. §. 3.* conf. omn. Rahel. *De Comit. Elector. Th. 7. convocationem peragant*, impune non obediri manifestum est. Nec minus, quamvis *majora* regulariter *Vota* in his Conventibus etiam dissentientes obligent, non solum tamen illi, *qui non vocati fuerunt*, ad eorum approbationem non tenentur: vid. Mev. *P. 4. D. 201.* Sed etiam maxime notabilis in omnibus Germaniæ Conventibus ac Comitiis adest exceptio, in qua illi, quod majori parti placuit, obsequium licite denegatur, *si scilicet in materia Religionis aliquid statuatur*. J. P. O. *art. 5. § 52.* Cui etiam aliqui *punctum Collectarum* addunt, quamvis hic multæ debitationi ac dissentioni adhuc sit subjectus. vid. Grundf. des H. Röm. R. *L. 3. c. 7. §. 2.* Dn. Fritsch. von Grafen-Tagen *c. 5. in f.* Dn. Stryk. *de stat. Provinc. c. 3. n. 57. sqq.* & Funck. *in Diss. de imp. circ. Th. 24. & 25.* Præsertim vero in Imperio nostro ad societates arbitrarias publicas pertinet IV. illa *Societas*, quæ *in Circulis inter ejus Membra & Status* intercedit, in qua certi *Directoris ac Duces Circulorum* constituti sunt. Qui, sicuti tam in statu togato, quam sagato *certam potestatem* in Circuli Membra exercent, adeo ut Dux una cum adjunctis in eadem ob moram pœnam statuere possit, *R. J. De Ann. 1566.*

§. 23. sqq. Ita impunis censetur Statuum adversus ipsos inobedientia. (1) Si *potestatem suam*, (quam non inconcinne *Imperium in pares* vocat Dn. Coccej. *all. Diss.* §. 24.) *nimis extendant*, Schwed. in *Introd. ad jus publ. p. gen. c. 5. §. 17.* superioritatem in cœteros sibi arrogent, & e. g. circa Sacra in circulo disponere, Dn. Lyncker. *De super. sacra §. 5.* aut controversiam super Proedria Statuum in Conventibus Circularibus decidere velint. vid. Funck. *all. Diss. Th. 23.* (2) *Si circa illa, quæ ad ipsos pertinent, illegitime versentur*, quo pertinet, si Directores sententiam Cæsaream, contra quam Principes beneficio Revisionis usi sunt, exequi, Dn. Stryk. *De via facti Princ. Imp. perm. c. 1. §. 35.* aut Duces Status quosdam ultra eorum portionem gravare, R. J. *De Anno 1577. §. 79.* aut sine vicinorum Ducum ad auxilium evocatorum consilio & auctoritate in conflictu quid statuere velint. d. Rec. *§. 77.* Quibus & similibus casibus non solum *obedientia* licite *denegabitur*, sed etiam *resisti*, imo *Duces Circulorum* (in Directore enim secus, cum ejus officium non electitium sit, sed certæ Domui aut ditioni adhæreat) *exauctorari*, & removeri poterunt. vid. Funck. *a §. Diss.* §. 34.

§. 8.

Spectat ad *Societates arbitrarias* in Imperio, V. *Societas inter Primogenitum & Fratres Appanagiatos*, à quibus tamen bene discernendi sunt illi, quos vocant abgetheilete Herren / vid. Springinsf. *De Appan. c. 13. n. 15.* qui cessante jure primogenituræ partem Territorii *pleno jure* possident, & tantum Seniori Fratri exercitium voti ac sessionis cum juribus annexis *commissione perpetua* concedunt. Quorum inobedientia adversus Seniorem, cum ipsi quoque *Status Imperii* sint & *Superioritate Territor.* gaudeant, in denen Landsachen / semper impunis est. Dn. Lyncker. de *Super. Terr. p. 61. & 62.* Quoad ipsos autem *Appanagiatos*, illorum impunis inobedientia *erga primogenitum*, nisi pactis & Conventionibus Illustris familiæ inspectis, vix determinari potest. Secundum communem tamen distinctionem inter *Appanagium proprium & Improprium* asserendum, in *illo* Appanagiatum Primogenito utique subjectum esse, & *nulla superioritate Territor:* gaudere. Tabor. *De J. Cerevis. in append. ad c. 6. §. 8. fere in f.* Generos. Dn. à Seckendorf. Teutsch-Fürsten St. *p 2. c. 3. n. 2.* nec inde *Jus circa sacra* exercere, quamvis tamen primogenitus ipsis Religionis, quam fovent, exercitium in Aula ipsorum concedere teneatur. Dn. Lyncker. *De Super. sacr.*

sacr. §. 4. *In Appanagio* contra *improprie Superioritas Territorialis* Appanagitato non minus, quam Primogenito in suis terris competit, & inde *huic* in illius exercitio concurrere, aut illam sibi adscribere volenti, impune non parebitur. Modo tamen Appanagium Improprium *eo in sensu* capiamus, quo illud accipitur Dn. de Rhetz. *in eleg. diss. De J. alim. port. c. 1. n. 26. & c. 4. n. 21. sqq.* cum alias quoque *multis modis*, sine concessione omnium Regalium aut Superioritatis Territorialis, *à stricta Appanagii natura* recedi possit. Itterus *De Feud. imper. c. 13. n. 4.* Affinis huic Societati VI. est *illa, quæ intercedit inter plures Con-Dominos ejusdem Territorii*, ubi si *divisa non sint* territoria, neutri Con-Dominorum *sine altero* aliquid statuere licebit. Vid. Dn. Ulric. Thomas Lauterbach. *Tr. de Con-Dom. territ. c. 9. th. 8.* Dn. Lyncker. *de Super. Territ.* §. 35. Nec etiam hoc casu uni *Con-Domino in alterum*, licet delinquentem, jurisdictionem aut Imperium competere, sed illos sibi invicem impune non parere, communis & practica est sententia. Idem *De lib. St. Imp. s. 2.* §. 6. Klock. *Vol. 1. cons. 29. n. 716. & ibi all.* Quod quoque cum Dn. Lyncker. *De super. Terr. p. 39.* eo casu asserendum credo, quo Seniori Con-Dominorum *jurisdictionis administratio concessa*, quamvis dissent. Merckelbach. apud Klock. *Vol. 1. cons. 13. n. 61. & inibi all.*

§ 9.

Annumerari quoque potest in Germania societatibus arbitrariis publicis VII. *Societas Clientelaris*, quæ *inter Protectorem* & *Clientes* intercedit, & in Imperio admodum frequens est. vid. exempla apud Dn. Becman. *in pol. parc. c. 11.* §. 4. Sicut autem hic Protectori in Clientes *omnia illa jura* concedenda sunt, *sine quibus commode eos tueri* & auxilio adjuvare *non potest*, quo etiam *jus militem ducendi* & aliquando *jus aperturæ* pertinet; Dn. Stryk. *de jure Princ. extr. terr. c. 1. n. 125. seqq.* Dn. Fritsch. *in Tr. de jure Apert. c. 3. n. 17. seqq.* Ita impunis est Clientum erga Protectorem inobedientia, *si vel etiam quoad hæc jura pacto sibi prospexerint*, quo pertinent *Reversales* inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. id. *in Tr. de liter. Revers. c. 7. vel justam non parendi causam* habeant, e.g si Protectorem in se imperium quærere metuant, aut illius milites ex loco contagioso veniant, ubi jus aperturæ licite denegabunt. vid. Schultz *de vas. adjut. c. 2.* §. 18. Multo magis autem impune inobedientes erunt, si Protector *sub protectionis prætextu* Superioritatem sibi aliquam in Clientes tribuere, & e.g.

actus jurisdictionis exercere, Tabor. *Disp. Wesenb. 10. Qu. 2.* vel Clientes, (ubi tamen casum summæ necessitatis excipit Dn. Wildvog. *in Diss. De protect. censu c. fin. n. 10.* collectare velit: Klock. *vol. 1. consf. 12. n. 31.* Dn. Lincker. *De catastris c. 3. §. 2.* Cum confœderati & adhærentes non fiant subditi, Klock. *consf. 37. n. 107. & ibi all.* nec fœdus Protectorium jus superioritatis inferat, vid. Autor von den Reichs Vogteyen *p. 417. & 489. & ibi all.* Mag. *de Advoc. arm. c. 10. n. 439, & c. 3. n. 402.* Böcler. *in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3.* & Clientes *in commodis* quidem *plenariis subditis* æquiparentur, *in oneribus* vero *ultra determinationem* non teneantur. Dn. Stryk. *all. l. n. 134. seqq.* Sed, *anne Clientibus invito Protectore Jus Protectionis excutere licebit?* Quod *negandum* videtur, si pro Protectione *certus census ac merces* præstetur, cum jus Protectori semel ex contractu quæsitum illi iterum auferri nequeat: *Secus* vero, si *gratuita* sit *protectio*, ubi clientes suo favori renunciare utique poterunt, cum Protectoris hoc casu nihil intersit, vid. omn. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.*

§. 10.

Pertinet denique ad *societates Arbitrarias* VIII. *Societas Feudalis*, in qua *Vassalli* inobedientia *duplici* potissimum *casu* impunis censetur. *Primus* illorum est, *si Dominus Vassallum ut subditum habere*, vel alia ab ipso jura, quæ sibi non competunt, exigere velit. Spectat huc, si Vassallo extra specialem consvetudinem, vel casum extremæ necessitatis, vid. Klock. *Vol. 1. consf. 28. n. 304.* collectas imponat, Dn. Lyncker *De catastr. c. 2. §. 12.* vel ab eo extra tres casus, quos exhibet Schultz. *De Vas. adjud. c. 2. §. 16. æris sui alieni exsolutionem* urgeat; Tabor. *in Ichnogr. Doctr. Feud. p. 1. §. 59. in f.* Aut eum perpetuo vinculo obligatum habere, nec *ejus refutationem* non dolosam nec intempestivam, admittere velit. Dn. Stryk. *in Ex. J. F. c. 19. Qu. 20.* Tabor. *De refut. feud. c. 3. §. 3. seqq. & c. 4. §. 1.* Multo magis autem hoc procedet, si Vassallo *vitæ periculum* inferat, ubi huic se defendere ac Domino resistere, utique licebit. vid. Anton. *Disp. 11. Th. 3. lit. a. & b.* Quod etiam *de injuria atroci verbali* asserunt Dd. & adversus hanc retorsionem erga Dominum licitam esse concedunt. Schrader. *De feud. p. 9. c. 4. n. 14.* *Secundus* casus est, si Dominus *circa illa* quoque *jura, quæ ipsi* à Vassallo *debentur*, ipsum *nimium gravare* intendat, aut hic *justam non parendi causam* habeat. Sic, cum Vassallus Domino *ad servitia præstanda* obligetur, impune tamen non parebit,

bit, si illa vel *in bello injusto*, nisi sit *defensivum*, *2. F. 28.* conf. Schultz. *De Vas. adjut c.2. §.7.* exigantur, vel *ultra determinata servitia* aliquid ab eo postuletur; Carpz. *p. 2. C. 4. D. 35.* Quo respectu Vassallum post præstita determinata servitia inter Dominum & hostem *neutralem se gerere* posse, recte asserit Dn. Franckenstein. *De Neutral. Th. 10.*) Vel Dominus obligationem Vasalli ad servitia, *ad custodiam itinerum*, ac viarum publicarum, Struv. *in S. J. P. c. 11. Th. 5. n. 13.* vel in tantum extendat, ut Vassallum *sua vita propriam* præferre velit. Dn. Stryk. *in Ex. J. F. c. 23. §. 39.* Imo, licet Vasallum statim post primam interpellationem servitia præstare debere, aut cœteroquin Domino ad interesse obligari asserant, Kohl. *de serv. feudal. p. ult. n. 67.* Struv. *all. l. Th. ult.* Inobedientia tamen ipsius *quoad privationem feudi, ante trinam interpellationem* adhuc pro impuni habetur, *2. F. 12.* Pariter, licet regulariter Vasallus *Feudum nec inter vivos nec mortis causa* sine consensu Domini possit *alienare*, *1. F. 8. in f. Princ. 2. F. 52.* In feudo tamen *mere hæreditario*, Maurit. *p. 2. Consil. 7. n. 89. & ibi all.* Vasallum Domini consensum impune spernere, manifestum est: Quod etiam de *Feudis salinis* asserit Richter, *p. 1. D. 25. n. fin.* Denique, sicut Vassallus in causa feudali *Dominum pro* ordinario *judice* agnoscere tenetur; *2. F. 52. §. ult.* Ita tamen hic quoque exceptiones adsunt, & impunis est Vasalli inobedientia, si vel ipsi *cum extraneo*, vel *cum Convasallo*, sed *de re non feudali*, vel *cum pluribus*, qui prætendunt *diversos Dominos*, lis intercedat, aut *Dominus* ex justa causa *suspectus* sit. Richter. *D. 103. n. 29. seqq.* Ex quo patet, præsertim Domino, si vel *absque omni causa* (quod ne quidem Summo Principi licet, Dn. Stryk. *De culpa Vas. rem c. 1. n. 2. & ibi all.*) vel *sub prætextu feloniæ absque ordinario Processu*, propria autoritate Vasallum de feudo dejicere velit, impune non pareri, adeo ut his casibus Vasallo *resistentiam* etiam *armatam* concedat Dn. Lyncker. *De resist. quæ fit pot. §. 31.* Plures casus, ubi Vasallus Dominum pro judice agnoscere non tenetur, vid. apud Richer. *d. l.* Struv. *c. 16. Th. 17.*

§. II.

Societatem Arbitrariarum inter privatos exemplum præbent *Collegia licita*; Quorum facultatem concedere, sicuti Principis est, nec regulariter inferiori Magistratui permittitur: Mev. p. 4. D. 301. Ita quoque ipsis, postquam approbata sunt, *facultas in rebus sui Collegii per Majora statuendi; & in Collegiatos, per Seniores jurisdictionem*

exer-

exercendi, competit. *L. fin. ff. De colleg. & corp. & L. ult. C. De Jurisd.* conf. *L. 4. C. De Fabricens.* Nec tamen hic Exceptiones, ac casus impunis inobedientiæ deficiunt, *quo circa Statuta* referendum, si illa vel *de rebus, quæ non ad Collegium pertinent*, Stephani de jurisd. *L. 2. p. 2. c. 8. n. 16.* Dn. Fritsch. in Tr. *De colleg. opif. p. 2. c. 6. §. fin.* vel *contra jus commune* ac Leges Imperii, *d. L. fin. ff. De colleg. & corpor.* Dn. Fritsch. *all. l. c. 2. n. 8.* concipiantur: Aut *monopolium sapiant*, Klock. *vol. 1. cons. 29. n. 984.* (quo pertinet statutum, ne quod unus incepit, alter perficiat, *L. un. C. de monop.* Carpz. *p. 2. C. 6. D. 17.*) vel ob aliam causam *irriatonabilia* sint, ac juste improbentur. vid. Mev. *ad Jus. Lub. L. 5. T. 13. a. 3. n. 38.* Richter. *D. 3. n. 4.* Dn. Fritsch. *all. l. c. 4.* Maurit. *Consil. Tubing. 8. n. 37. & ibi all.* Quod etiam erit dicendum *De statuto singulis qua singulis præjudicium inferente*, quod dissentientes, licet illud majori parti placuerit, observare non tenentur. *L. 5. C. de autor. præst.* Klock. *vol. 1. consf. 35. n. 329. & 330.* Pariter *quoad Jurisdictionem Collegii* tenendum, illam *nec ultro causas Collegii* ad alias lites & delicta extendi. Carpz. *all. l. D. 10.* (quamvis adhuc hodie in Anglia omnia Collegia, exceptis ob præsumtam ipsorum crudelitatem solis Laniis & Carnificibus, de causis Collegiatorum, etiam criminalibus cognoscant, Menagiana *p. 2. §. 31.*) Nec *respectu ordinarii Magistratus* privative, sed *cumulative* tantum & *subordinate* competere. *L. fin. C. De Jurisd.* Unde Collegiati, si Magistratus Collegium prævenerit, huic impune non parent. Dn. Fritsch. *all. Tr. p. 1. c. 3. §. 2.* Et à Seniorum suorum injusta sententia, e. g. si ob non probabiles causas à *Collegio excludantur*, Richter: *D. 80. n. 32. & 33.* Mev. *p. 7. d. 266.* ad Magistratum *appellant.* vid. Dn. Lyncker. *De Grav. extrajud. c. 3. p. 1. §. 5. n. 2.* Denique notandum, quamvis Collegiis *Jurisdictio* competat, *exequendi* tamen *facultatem* non indulgeri, & inde illis nec sine Ministro publico, *inquisitionem* der Bohnhasen/ Mev. *ad Jus Lub. c. all. l. n. 33.* nec sine speciali Magistratus indultu *pignorum captionem* concedi: Br. ad *L. 3. ff. De Jurisd.* Sed utroque casu licite resisti.

§. 12.

Alterum exemplum *Societatis Arbitrariæ inter privatos* nobis subministrabit *Societas inter Arbitrum & Compromittentes*, ubi quidem in rei veritate omnis inobedientia adversus Arbitrum, & ejus sententiam impunis est. Quamvis enim Compromittentes *laudo* Judicis Compromissarii stare utique teneantur, id tamen *non ex Arbitri*

tri sententia ac potestate, vid. *L. 3. C. de jurisd.* sed *compromisso ac conventione partium* venit: Carpz. *p. 1. C. 1. D. 13.* Ultrà quam Arbiter nihil facere, & inde nec mulctam imponere, nisi illam ex conventione parti adversæ adjudicet, *L. 39. pr. ff. de recept. inibique* Brunn. nec ultra diem compromissum sententiam ferre, *L. 1. C. eod.* nec aliam caussam per reconventionem ad se trahere potest, *c. 6. X. de Arbitr.* Ziegler. *ad Lancell. L. 3. t. 9. §. 4.* Quo etiam pertinet id, quod habet Grot. *L. 3. c. 20. §. 48. Arbitris inter liberas Gentes* super possessorio judicare non licere. Deinde, quamvis judex à parte imploratus sententiam Arbitri exequi teneatur, ac inde *per indirectum* Arbitro obedientia deberi videatur; *L. 5. pr. C. d. t.* Hoc tamen non solum exceptionem patitur, *si sententia* ex aliquo fundamento *nulla* dici possit: vid. *L. 27. §. 7. & 8. ff. d. t.* & Mev. *p. 1. d. 98. & 100.* (quo etiam referendum, si plures Arbitri diverse pronunciaverint, Wissenbach. *ad ff. p. 1. D. 15. Th. 19.*) Sed etiam hodie, si *sententia* Arbitri *iniqua* sit, reductioni ad arbitrium boni Viri locum esse, testatur Maurit. *Consil. Tubing. 1. n. 80. & ibi. all.*

CAP. IX.

DE

INOBEDIENTIA IMPUNI RESPECTU PLURIUM IN JURE EXIGENDI OBEDIENTIAM CONCURRENTIUM.

SUMMARIA.

§. 1. *De concursu plurium Legum & Rescriptorum.* §. 2. *De concursu Imperii Privati inter se.* §. 3. *De concursu Imperii Privati cum Publico.* §. 4. *De concurrentibus diversis Summis Imperantibus.* §. 5. *De concursu Summi Imperantis cum Magistratu inferiori.* §. 6. *De concursu Magistratus Superioris cum Judice ac Magistratu inferiori, ac de avocatione causæ.* §. 7. *De concurrentibus inter se pluribus Judicibus inferioribus in Civilibus.* §. 8. *De eorum concursu in Criminalibus* §. 9. *De concursu Potestatis secularis & Ecclesiasticæ in Prælatos Germaniæ, de*

concurrentibus plurium collegiorum statutis. ac de concursu Domini Feudi cum Patre vel Patria Vasalli. §. 10. *De concurrentibus inter se Dominis Feudi, Conclusio.*

§. 1.

DUm ultimas hujus Dissertationis lineas ducturus, *inobedientiam impunem respectu plurium, in jure exigendi obedientiam concurrentium* exponere mihi proposui, de *concursu* quidem *diversarum Legum* hic agere supervacaneum duco, cum illa, quæ ad hanc materiam pertinent, ex cap. II. satis hauriri queant. Quibus tantum addi potest, quod habet Mev. *P. 2. D. 71. Lege speciali derogatoria*, adhuc *dubia*, insistendum juri communi, & in eo, quod dilationem non patitur, secundum illud pronunciandum esse: Quod Idem quoque *ib. D. 75.* de illo casu asserit, ubi *de veritate & vi statuti* disputatur. Non incongruum tamen erit hac occasione *de concursu plurium Rescriptorum* quærere, quodnam ex iis præferendum sit? Ubi quidem tralatitium est, *prius Rescriptum posteriori pravalere*, nisi in hoc *prioris mentio* fiat, *c. 3. X. de Rescript.* cum hoc sub & obreptitium esse censeatur. Sicut autem hic exceptio est, *si primus impetrans per annum dolo vel negligentia suo Rescripto non utatur; c. 9. & 23. X. d. t.* Engel. *ad Jus Canon. h. t. n. 22.* & Tabor. *in Collat. J. Rom. & Hung. p. 2. S. 2. §. 22.* Ita similiter quoque contrarium asserendum, si *prius Rescriptum generale, posterius* vero *speciale* sit, quo casu hoc, licet in eo prioris mentio non facta, prius vincet: Tabor. *all. l. S. 1. §. 34. inf.* Lynck. *ad Decr. L. 1. T. 3. §. 8.* Nec non, *si per clausulas Rescripto posteriori additas*, sub & obreptionis exceptio removeatur. vid. late Dn. Stryk. *de interpret. privil. c. 4.* Qui quoque *in Diss. De Jure primi c. 2. m. 1. n. 38. seqq.* alias adhuc exceptiones adducit. Neque tamen *posterius* Rescriptum, *prioris* mentionem faciens statim indistincte valebit, sed, si illi tamen *exceptio sub & obreptionis* opponatur, *neutrum* interim vires habebit, & *Jus commune* attendendum erit. Mev. *D. 182. n. 9. 10. & 11.* conf. omn. Dn. Lyncker. *De Gravam. extrajud. c. 5. S. 2. §. 7.* ubi *inf.* quodnam Rescriptum *in dubio pro priori* sit habendum, exponit.

§. 2.

Accedimus (eundem ordinem, quem in integra Dissertatione secuti sumus, hoc quoque capite observaturi) ad *Imperium privatum*, quod vel *inter se*, vel *cum publico* concurrit. Ad *Concursum Impe-*

perii Privati inter se, pertinet primo *concursus Potestatis Maritalis & Paternæ*, in quo *illam huic* præferendam esse indubium, & ab ipsa S. Scriptura non obscure probatum est. *Gen. II. 24.* Unde Patre & Conjuge simul periclitante, ita, ut unus tantum servari possit, hunc præ illo eripiendum esse, concludit Dn. Becman. *in Lin. Doctr. Mor. c. 16. §. 3.* de quo etiam videndus Dn. Zentgrav. *in Summ. Jur. Div. Sect. 3. art. 3. §. 19.* Secus vero est in *Imperio Dominico*, cui *mandata Paterna*, nisi operis Domino debitis præjudicent, aut alio modo injusta sint, præferenda esse videntur. Circa concursum *imperii illius, quod Genitoribus in Liberos competit, inter se*, tam moralium, quam Juris Dd. in eo fere omnes conspirant, *paternam potestatem maternæ* prævalere. Quod tamen non nimis crude accipiendum, nec Liberis electionis libertas penitus deneganda, sed potius prudentis aliquando Abigaelis consilium stolidi Nabalis voluntati præferendum est. Gerhard. *in tr. De Conjug. th. 87.* Unde liberos Patris educationi ob deperditos ipsius mores se subtrahere, & apud Matrem commorari posse, concedit. *L. 3. §. 5. ff. De lib. exhib.* Imo aliquando Liberi necessario obligati erunt, ad *mandata materna paternis præferenda*, si scilicet pater *aliquid injusti* injungat? Quo referendum, si Parentes *diversæ Religionis* sint, ac pater liberos ad suam Fidem non orthodoxam amplectendam adigere velit, Dn. Lyncker. *De J. circ pers. div. relig. p. spec. S. 2. c. 1. §. 10.* aut si Pater filio imponat, ut matrem, licet id promeritam, verberet, vel occidat. Dn. Becman. *De ex super. obseq. c. 3. §. 9.* Qua occasione etiam quæri potest, an filius pro defensione Matris innocentis, quam Pater perimere vult, illum occidere possit? Cujus tamen quæstionis decisionem aliis relinquo.

§. 3.

Quoties vero *Imperium privatum cum publico concurrit*, toties *hoc* sine dubio præferendum erit, cum omne imperium privatum à publico fluat, & illi includatur. Dn. Becman. *in Med. Pol. c. 9. §. 14.* Ex quo fundamento Magistratui, *Collegiorum Statuta*, quamvis iis invitis, ob justam causam mutare licere, testatur Mev, *P. 5. D. 229. & Uxorem*, Maritum, qui juste à Magistratu detinetur, clandestinis consiliis è carcere liberare non posse concludit, Dn. Becman. *de ex super. obseq. c. 2. §. 4.* Qui etiam simile quid *de Servo*, scilicet, illum Magistratui de delictis Domini interroganti, ad illa detegenda obligatum es-

ſ ;, aſſerit *d. Diſſ. c. 4. §. 4.* Nec aliud *in Filio* obtinebit, qui licet Parenti arctiſſimo obſequii filialis vinculo obſtrictus ſit, *Patriam* tamen illi *præferre*, & inde, ſi Patria ad depellendum à manibus hoſtem filium vocet, Pater autem ſenio debilis in locum tutum ſe aſportari velit, Patriæ prius ſuccurrere tenebitur. Puffendorff. *De oblig. erg. Patr. §. 33.* Ex quo fundamento quoque filium bona conſcientia Principe ita jubente, contra Patrem in cauſa etiam capitali poſtulare, defendit Dn. Stryk. *De conſc. advoc. c. 2. n. 11.* Imo illum aliquando *ad Parentis crimina neceſſario revelanda* obligari, teſtatur Dn. Becman. *all. Diſſ. c. 3. §. 9.* Quo ſicuti præſertim referenda *illa delicta, quæ in Reipubl. perniciem tendunt*, ita hoc caſu aliquando etiam *parentem occidens* non tantum impunis, ſed præmio quoque afficiendus erit. *L. 35. ff. de relig. & ſumt. funer.* Quod tamen non immerito ad illum caſum reſtringit Wiſſenbach. *ad ff. d. t. Th. 25.* quo Pater *contracto agmine hoſtili Patriam oppugnaturus* venit, ita ut ingens ab ea periculum niſi ejus morte averti non poſſit, nec inde ad *Patrem proſcriptum aut bannitum* extendendum eſſe monet. conf. Dn. Lyncker. *De reſiſt. quæ ſit pot. §. 33.* Cujus ſententiam quoque approbat Mattheus *De crimin. ad L. 48. t. 6. §. 15.* & Brunn. *add. L. 35.* qui inde, juncto *arg. L. 19. §. 7. ff. De iv. & L. 1. §. 15. De ventre in poſſ. mitt.* generaliter infert, *Patriæ ac Principi magis parendum, quam Patri diverſa imperantibus*, cum quo concidit Cicero *1. De offic. c. 17. & 3. De off. c. 23.* & noviſſime Dn. Zentgrav. *all. l. ſect. 8. §. 18.* cum ibi all. Covarruvia, Dorſcheo, & aliis. Si tamen filius *abſque omni Patriæ nocendi propoſito*, Patri, qui hoſtis patriæ eſt, *ex filiali pietate* quodammodo aſſiſtat, non immerito excuſandus videtur, quo collineat elegans exemplum Athanaſii ab Ayala, nobilis in Aula Caroli V. Imperat. pueri, quem, Patri ſuo, Comiti Salvatierrenſi Rebelli, & in bannum declarato ex equi ſui divenditi pretio alimenta ſubminiſtrantem, dictus Glorioſiſſimus Imperator publice quidem acerbe corripuit, privatim vero magno in pretio habuit, & ob inſignem hanc in parentem pietatem ad altiora evexit. Varillas *dans la pratique de l'education des Princes Lib. 6. p. 359. ſqq.*

§. 4.

Ad *Magiſtratus* jam pergimus, hoc §. viſuri, cui *ex diverſis Summis Imperantibus inter ſe concurrentibus* obedientia præſtanda ſit? Sane, ſi quis *ex alio loco ortus*, *in altero* autem *domicilium conſtituerit*, obligati-

onem

onem quidem erga Patriam ex lege Gratitudinis adhuc durare, sed tamen *illam*, qua quis *præsenti domicilio* obstrictus est, tanquam fortiorem præponderare debere facile patet. Puffendorff. *de oblig. erg. patr.* *§. 42.* Unde quis apud Rempubl. ex qua excessit, à parte *alterius Principis Legati* munere fungi potest, & omnibus Legatorum immunitatibus frui debet. Beyer. *in Diss. de J. avoc. civ. §. 35.* Imo in tantum à priori nexu solvitur, ut etiam *contra priorem Dominum*, si res & negotia ita ferant, agere possit. Wicquefort *dans l'Ambassadeur. L. 1. S. 11. p. 122.* Quod etiam de illis affirmandum, qui *nunquam ex Republica* in qua degunt, *excesserunt*, ita ut hi ex more communiter recepto *extranei Principis Legati & Residentes apud proprium Dominum* sæpius fiant, & ab illo recepti eo ipso ipsius jurisdictioni eximantur. Wicquefort *all. sect. per tot.* Acris autem est disputatio, quid de illis dicendum sit, *qui revera suæ Reipubl. cives permanent*, *sed alius Principis Agentes simul fiunt*, quos quidem à sua Republica, ne ejusmodi munus ab extraneo accipiant, prohiberi, hoc vero non facto, beneficiis Civium amplius frui non posse, indeque in delictis in extraneum Principem commissis non à Republica judicari, sed ad extraneum remittendos esse, asserit Greg. Leti *nel. Ceremon. Histor. Pol. p. 1. L. 1. p. 280.* Porro ad *concursum diversorum summorum Magistratuum* pertinet quæstio, *Cui inter concurrentem Victorem*, qui Civitatem armis occupavit, & *priorem legitimum Principem obedientia præstanda sit*, ubi quidem *hujus* mandata præferenda esse utique arbitror, cum Civitas hoc casu fide prioris Domini non soluta sit, nec Victorem pro Domino simpliciter agnoscere possit, nisi quatenus non resistendo mavult minus malum, ut majus evitet. Dn. Becman. *De piet. subdit. c. 3. §. 8.* Alios casus *ad concursum diversorum Con-Dominorum spectantes*, qui forsan huc quoque non incommode referri possent, remissive recenset. Dn. Lyncker. *De Super Territor. p. 36.* qui apud all. ab ipso Dd. latius evolvi poterunt.

§. 5.

Progredimur jam ad *Superiorem Magistratum cum Inferiori concurrentem*, ita ut tam *De summi Imperantis*, quam *alius judicis ac Magistratus superioris concursu cum inferiori* separatim acturi simus. Quoad *Summum Imperantem* pro certo tenendum, *illius* mandatum in concursu cum inferiori Magistratu regulariter præferendum esse, cum, quemadmodum *in Naturalibus* causæ inferiores in agendo à superioribus de-

pendentes, contra superiorem efficacem vim agendi non habent, ita etiam *in moralibus* idem sit Grot. *De Imp. Summ. pot. circ. S. c. 3. §. 5.* Unde *jussum & prohibitionem inferioris* non excusare à contumacia, sed eo non obstante Superioris imperio obtemperandum esse tradit Mev. *p. 6. D. 298. & p. 7. D. 1.* Ex quo fundamento quoque derivatur, quod habet Bechman. in *diss. de Commissar. Imp. ad caus. justit. §. 22.* si quis ad eundem Diem coram Commissario Imperiali, & alio judice citatus sit, coram illo comparere debere. Cœterum hæc, quæ de concursu Summi Imperantis cum Magistratu inferiori diximus, proprie tantum *de tali Imperante* intelligenda sunt, *qui Majestatis jura solus exercet.* vid. *supra c. 4. §. 7.* Cum in *Principe limitato* potestatem suam egrediente, sæpius evenire possit casus, in quo Magistratus inferioris mandatum Ipsius imperio præferendum est; Quamvis tamen in rei veritate tunc inobedientiæ impunitas, *non ex concursu Inferioris, sed ex nullitate aut injustitia mandati, quod à Principe emanavit,* derivanda sit. Hinc *inter concurrentia Imperatoris & Statuum Imperii mandata*, horum subditi illorum mandatis regulariter obsequi debent, cum illis fortius ad obedientiam, quam Imperatori obstringantur Tabor. *De Jure obstag. c. 4. §. 8. & ibi all.* Nec etiam Imperatori causas ad Cameram devolutas ad se avocare volenti, parendum, sed nihilominus in Camera lis peragenda erit; Rodingi *pand. Camer. L. 1. T. 3. §. 2. seqq.* Quæ tamen omnia secus se habent, si *Imperator ac Imperium simul,* (apud quos junctim exercitium Majestatis residet,) *cum aliquo Statu Imperii* concurrant. vid. Mev. *p. 1. D. 249. n. 12. & 13.* & Bluhm. *in Proc. Camer. T. 25. n. 24.*

§. 6.

Cœteros *Superiores Magistratus* quod attinet, distinguendum videtur, an *cum Inferiori in illis* concurrant, *quæ privative ipsi concesserunt*, ubi Magistratus Inferioris mandatum præferendum, an vero *in aliis*, ubi postponendum regulariter erit. Unde facile apparet, quid de illorum sententia dicendum sit, qui *præsente Superiore inferioris potestatem cessare* asserunt; Quod licet procedat, si inferioris potestas aut *jurisdictio temporalis*, (ut mandata vel delegata, Carpzov. *P. 1. C. 27. D. 11.*) vel *ad beneplacitum concessa, ac pro lubitu revocabilis* sit, Coler. *de Proc. Execut p. 2. c. 1. n. 141.* Secus tamen est, si *in perpetuum, privative, aut jure feudi sit concessa*, Carpzov. *all. l.* Mev. *ad jus Lubec. quæst. prælim. 3. n. 53. & 55.* indeque nec Imperatore præsente Statuum Superio-

perioritatis Territorialis cessabit. Dn. Lyncker. *de Super. Territ. p. 43.* Dn. Stryk. *de j. præs. circ. neg. imp. c. 2. n. 73. sqq. & ibi all.* Klock. *Vol. 1. cons. 22. n. 90. sqq. & cons. 29. n. 286. seqq. ibiq. all.* Et quamvis mandata Superiorum etiam subditos mediatos obligent, executioni tamen absque ministerio inferioris, privative jurisdictionem concessam habentis, mandari non debent. Mev. *p. 2. D. 306.* Hinc *Superiore judice, cum inferiore, cui jurisdictio privativè acquisita, in prima instantia concurrere volente*, inferior judex præferendus erit; vid. Klock. *1. cons. 13.* Nec *inhibitio Superioris absque appellatione facta, præsertim si ab illa appellatum*, vel judicem, quo minus causam incœptam peragere, nec partem, quo minus litem in inferiori judicio prosequi possit, obligabit, Mev. *P. 2. D. 394.* adeo ut Superior etiam contra sententiam Inferioris apparenter injustam, nisi legitime appelletur, nihil decernere possit. Idem *P. 6. D. 281.* Adsunt tamen aliqui casus, in quibus *pars in prima* etiam *instantia* vel *electionem habet*, an Superiori, an vero inferiori judici parere velit, vel *Superioris mandata necessario præferre* obligatur. Ad *prius* pertinet, si pars adversa aliquem coram Superiore conveniat, & hic Reum citet, judex vero inferior illum mandatis pœnalibus ad primam instantiam revocet, ubi in Rei arbitrio erit, an beneficio primæ instantiæ se tueri, an insuper habita Inferioris judicis revocatione coram Superiore comparere velit. Brunn. *Cent. 1. D. 43.* Ad *posterius* spectant omnes illi *casus*, quibus Superiori *causam ab inferiori judicio avocare* permittitur, ubi per avocationem Inferioris jurisdictio suspenditur, Richter. *D. 15. n. 13.* modo tamen inferior *ab avocante jurisdictionem* suam habeat, vid. Wagenseil. *in Diss. de Leg. a. lat. §. 16. & ibi* exemplum. *Causæ* autem *avocandi legitimæ* potissimum sunt (1) *Continentia causarum* vera ac notoria Br. *ad. L. 54. de judic.* (2.) Si aliquid incidat, quod *non nisi coram Superiori judicio* tractari potest, Mev. *P. 6. D. 101.* e. g. si de privilegii à superiore concessi confirmatione aut interpretatione agatur; Idem. *P. 5. D. 305.* Dn. Lyncker. *De caus. jud. Cam. fund. c. 2. §. 5.* (3) Si *Judex inferior suspectus* fiat, ac amplius judex esse nequeat.. Dn. Textor. *in Dec. Elector. Pal. D. 8. n. 1. in not.* (4) Denique interposita à parte *denegatæ justitiæ Querela*, Mev. *ad jus Lub. P. 5. T. 3. a. 4 n. 24. & 25.* modo tamen justitiæ denegatio idoneis documentis probetur. Richter. *D. 103. n. 31. & 32.*

§. 7.

Sed discipiendum jam erit de *concursu plurium judicum inferiorum*, & separatim exponendum, cuinam ex concurrentibus, tam *in Civilibus* quam *in Criminalibus* obsequium præstandum sit. Quoad *Processum Civilem in concursu judicis competentis & incompetentis* inobedientiam adversus hunc impunem censeri facile patet: Quod tamen exceptionem patitur, nisi partes judicis incompetentis jurisdictionem in se ex libera Voluntate *prorogaverint. L. 1. ff. De judic.* Verum, sicuti hodie *prorogationem expressam* invito judice competente non procedere; sed hunc litigantes mandatis pœnalibus ad se revocare posse, illosque hoc casu judici prorogato impune non parere plerique volunt; vid. Dd. plena manu all. à Dn. Stryk. *in U.M.ff. ad. t. de jurisd.* Ita quoque hæc prorogatio ex communi sententia locum non habet, si Lex de foro non tam *in favorem* privatorum, quam *ipsius Superioris* disponat. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 97. n. 22. & 26.* Dn. Elias Aug. Stryk. *De lic for. renunc. hod. Membr. 2. §. 9.* Quod si autem *plures judices competentes* concurrant, *in actoris* quidem *arbitrio* est, quemnam ex pluribus Rei judicibus adire velit, ita tamen, ut postquam citatio à judice emanavit, *Clem. ult. ut. lit. pend. nil. innov.* vel in summis Germaniæ judiciis libellus ipsi oblatus est, Br. *ad. L. 1. C. quand. lib. Princ. obl.* ejus jurisdictio fundata sit, nec illi amplius impune non pareri possit. Reus autem *illum judicem, quem actor elegit*, agnoscere tenetur, ubi tamen *in concursu Creditorum* exceptionem statuunt, & Reo Debitori, si plures judices habeat, electionem concedunt Dd. vid. omn. Dn. Stryk. *ad Brunn. de conc. cred C. 1. §. 2.* Hinc *in concursu judicis domicii & alius judicis competentis*, illi, qui prius ad instantiam Actoris citavit, Reus obsequium merito præstabit, nisi vel in hac causa *forum privilegiatum* habeat, quo casu judici Domicilii, licet ille judicem privilegiatum præveniat, impune non paret. vid. Dn. Stryk *in introd. ad pr. for. c. 5. §. 19. & 20.* Vel judex Domicilii *privilegio de non evocando* gaudeat, ob quod regulariter inobedientia adversus extraneum competentem judicem, citantem impunis habetur. vid. Mev. *ad jus Lubec. P. 5. T. 3. art. 4. n. 14.* Struv. *De jure revoc. domum c. 2. §. 5. seqq.* Si denique *plures judices inferiores de competentia, & jurisdictione in hac causa litigent*, illi, qui in *possessorio* obtinuit, *arg. L. 2. C. de probat.* vel si in hoc judicio controversia nondum decisa sit, *neutri*, Mev. *P. 4. D. 114.* aut in illis, quæ

quæ dilationem non patiuntur, *judici Superiori*, juris dictionem interim exercenti, parendum. Idem P. *4. D. 160.*

§. 8.

In Criminalibus interdum evenit ob causæ qualitatem, ut judex *Fiscalis & Criminalis* concurrant, quo casu, si res adhuc sit integra, solum Criminalem cognoscere, ac judicare, ejusque sententiam à judice Fiscali expectari debere, sed post motam jam fisci nomine actionem, fiscalem judicem de interesse fisci, Criminalem de crimine cognoscere, testatur Mev. *p. 5. D. 380. Ipsi* vero *judices Criminales* inter se admodum frequenter concurrunt, cum delinquens *triplex forum*, ex *loco* scilicet *deprehensionis, delicti commissi, & domicilii* sortiatur. Hahn. *ad W. tit. de judic. num. 16.* Quamvis tamen hoc ultimum, quoad jus Civile non extra dubitationem sit. vid *L. 2. C. ubi de Crim.* & Dn. Coccej. *de fundata Territ. pot. T. 4. §. 9.* Sicut autem hic inter hos tres judices *præventioni* locus est, Brunn. *in Proc. Crim. c. 3. num. 21.* ita idem quoque dicendum si *judices locorum, ubi delictum incohatum & consummatum est*, concurrant. *L. 1. C. d. t.* Brunn. *all. l. num. 14. in f. & ibi all.* Ubi tamen insignis Dd. oritur disputatio, quid illo casu statuendum, *si in Titii territorio stans, alium in Mevii territorio consistentem, globo trajecerit*, ubi alii solum Mevium, vid. A. all. à Mattheo *de Crimin. ad Lib. 48. t. 13. c. 5. num. 8.* & Carpzov. *Q. 110. num.* 18. alii solum Titium, Dn. Coccej. *all. l. §. 19.* alii denique (quorum sententia receptior & communior) utrumque judicem competentem, & præventioni locum esse, statuunt, Brunn. *ad L. 1. C. d. t.* Mattheus *de crim. all. l.* Quod quoque de hoc casu affirmant, *si in uno loco cædes mandata, in altero perpetrata fuerit.* Dn. Coccej. *all. l. §. 21.* Mattheus *all. l. num. 10. & 11.* Illud tamen notandum, ex concurrentibus judicibus illi in Criminalibus *præventionem* tribui, non qui prius citavit, sed *qui prius apprehendit*, Brunn. *in Proc. Crim. num. 20.* nisi Reus post citationem factam, *ad citantis jurisdictionem eludendam*, se studio in alterius manus dederit. *Idem ibid.* Post apprehensionem vero & judicium cœptum, solius *judicis apprehendentis jurisdictio fundata* est, Mev. *p. 4. D. 177.* ita ut Reus fugitivus vel ex carcere exemtus, ad primum judicem iterum remitti debeat, dubio vero super remissione orto, custodia interim judici loci, ubi degit, injungenda sit. Idem *p. 9. D. 109. & 110.* Denique notabilis hic occurrit casus, in quo diversi judices in juris-

dictione Criminali *cumulative*, si ita loqui fas est, *concurrunt*, si scilicet *delictum in confinio commissum*, nec in quo territorio perpetratum, ex conjecturis constare possit, ubi ad utrumque judicem cognitio pertinebit, & *ne quidem præventioni* locus erit. Brunn. *ad Auth. qua in provinc. C. ubi De crim. n. 8. seq.* Carpz. *all. l. n. 37.* Dn. Stryk. *De Jure sens. Diss. 1. c. 1. n. 18.*

§. 9.

Prætermisso *Statu Sagato*, quoad *personas Ecclesiasticas* notamus, *Episcopos* & *cæteros Prælatos* in Germania, quoad bona feudalia & Regalia, nec non ut violatores pacis publicæ, & generaliter in omnibus, in quibus Papæ transactione vel pacto aliquid indultum esse non apparet, respective *Imperatori* & *Imperii Statibus* subjacere, nec *ad Pontificem*, sed *ad Cameram* provocare; Ratione personæ vero, & quatenus considerantur, ut Ecclesiastici, *Papæ Romano* subjectos esse, & inde diverso hoc respectu, ipsorum inobedientiam vel adversus *Imperatorem*, *vel Pontificem inter se concurrentes*, impunem censeri. Comes de Wurmbr. *De foro S. R. J. Princ. c. 2. §. 4.* Dn. Stryk. *De stat. Provinc. c. 2. num. 25. seqq.* In *societatibus Arbitrariis* notari meretur *concursus inter Statuta diversorum collegiorum*, quibus, quanquam *utriusque collegii Collegiatus*, modo illa invicem secumstare possint, firmiter obligetur, Carpz. *p. 3. C. 18. D. 26 num. 12.* in concursu tamen & collisione horum statutorum, *antiquioris* Collegii Leges præferendas esse, ex eo quis non inepte argumentabitur, quod concurrentibus diversis domiciliis, antiquioris statuta semper prævaleant. Dn. Coccej. *in sup. all. diss. T. 8. §. 8* Præsertim vero *in Societate Feudali* varia concursus obveniunt exempla, ad quæ eo distinctius proponenda, tam *de concursu Domini Feudi cum Vasalli Patria & Patre*, quam *de concursu plurium Dominorum Feudi inter se* agendum erit. Sane *Patri cum Domino feudi concurrenti* filium impune obsequium denegare, sat clare asseritur *2. F. 28. §. fin.* Quod tamen non immerito ad *Patrem injuste Dominum feudi offendentem*, communiter restringunt Feudistæ, & hoc casu Vasallo facultatem *per substitutum* serviendi concedunt; Dn. Stryk. *in ex. J. F. c. 18. §. 26.* cum alii contra, nisi Vasallus simul sit subditus, plane illum contra Patrem servitia præstare non debere, velint. Schultz. *De Vas. adjut. cap. 2. §. 12.* *Patria* vero *aut Magistratu cum Domino Feudi concurrente*, huic servitia non debentur: Rosenthal

thal. *c.8. contl.11. n.3.* Cum in juramento fidelitatis patria Vasalli semper excepta videatur, Glossa *in c. de forma 18. Cap.22. Q.5.* adeo, ut, si Dominus sit proditor Patriæ Vasalli, ipse à Vasallo impune accusari possit. Vultej *de feudis Lib.10. n.31.*

§. 10.

Circa *ipsos Dominos Feudi* occurrit *I. Concursus Domini mediati, & immediati*, ubi *imr tus* tam in requisitione consensus ad alienationem & præstatione laudemii, Richter. *p.2. D.38. n.5.* quam in investitura & ejus renovatione petenda, nec non in servitiis præstandis, regulariter præferendus erit; Dn. Stryk. *in ex. J. F. c.19. Qu.30.* ita tamen, ut nec *Dominum mediatum*, licet *jubente subinfeudante* impune offendere liceat. 2. *F.55. §. illud quoque II. Concursus plurium Dominorum respectu unius feudi*, inter quos, si *de ipso feudi directo Dominio* litigent, Vasallus in dubio illum, qui *in possessione* est, agnoscere, apud illum investituram petere, & ipsi servitia præstere tenetur. Struv. *in S. J. F. c.11. Th 7. inf.* Quod si vero *duo Con-Domini*, qui Vasallum simul de feudo investierunr, *inter se* in bellum exardeant, Vasallum *neutralem* se gerere debere, asserunt Dn. Stryk. *de J. primi c.2 m.1. n.17. seqq.* & Dn. Franckenst. *de Neutral. Th.9.* Cum contra illis *separatim contra alios* bellum gerentibus, ex *feudo dividuo* singulis pro rata, ex *feudo individuo* primo interpellanti, & *omnibus simul interpellantibus*, uni quem Vasallus elegerit, serviendum esse velit Schultz *de Vasallo adjut. c.2. § 11. inf.* III. Huc spectat *concursus inter diversos diversorum feudorum, sed ejusdem Vasalli Dominos*, quibus omnibus, *si contra alios* litigent, servitia ex ipsorum feudis præstare tenetur Vasallus, ubi tamen, si ob inopiam omnibus servire non possit, *antiquiori*, vel si de illo non constet, *primo interpellanti*, & si nemo quoque hic prior fuerit, iterum *uni pro arbitrio* auxilia subministranda esse, monet Idem *all. l. Ipsis* autem *diversis Vasalli Dominis inter se* collisis, *antiquiorem* præferendum esse expresse statuitur. 2. *F.28. inf.* Si uterque vero *tempore par sit*, *neutri* iterum, serviendum esse vult Bodinus *de Republ. L 1. c 9. p.185.* Quid autem, si quis forsan *ex post facto duorum Dominorum Vasallus* quodammodo *Ligius fiat*, faciendum sit? exponit Dn. Stryk. *all. l. n.35. & 36. priori Domino* hoc casu *in persona*, *posteriori vero per substitutum* serviendum esse, asserens. Et hæc sunt, quæ DE INOBEDIENTIA IMPUNI conscribere mihi volupe fuit. Possent quidem de fertilissimo hoc Themate multo plura in me-

 dium

dium produci, sed instituti mihi ratio habenda, nec hæc tractatio, quæ jam præter opinionem excrevit, nimium ultra dissertationis Academicæ cancellos extendenda fuit: Quod si hæc quoque quæ hactenus tradidi, vel apte minus ac concinne proposita sint, vel errores quidam forte incauto obrepserint, id benevolum Lectorem tam communi humanæ sorti, quam juvenili Autoris ætati facile condonaturum esse, nullus ambigo Deo interim ter. opt. Max. pro infinita ipsius gratia, qua me cum semper, tum in præsenti præsertim labore adjuvit, devota mente submissas persolvo gratias, Divinæ ipsius opi studia & actiones meas in posterum quoque commendans.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM

Cujus numerus primus paginam, paginæ numerum marginalem, Thesin aut Paragraphum secundus, si adest denotat.

A.

ABusus *juris ejus privatione punitur.* 291. 208 *seqq.*
Absens *contra Usucapionem restituitur.* 715.3
Abscondens *quid in terra possessionem ejus non amittit, utut loci memoriam non repetierit.* 17.34
Accidens *per evenientia non imputantur agenti.* 163.44
Actio *Nativa & Dativa.* 83
Hypothecaria pro Legatis competens. 733.2
mandati advocato non competit, si principalis jussu adversarium convitiis exceperit, 967.7
negotiorum gestorum interdum contra invitum competit. 274.103. *seqq.*
Adamas *gemmarum princeps.* 67.1
Adamantes *devorandas præbens an & quatenus puniatur.* 70.22 *seqq.*
Adulterium *non rumpit ipso jure matrimonium.* 938.87
in Duplicatum & Simplex dividitur. 454.32
Duplicatum *punitur gladio.* *ibid.* 33
In fœmina extra Electoratum Saxoniæ mitius punitur. *ibid.* 34
Causæ quænam? 504.110 *seqq.*
Ob innocentis intercessionem pœna hæc mitigatur. 505.118. *seqq.*
in Electoratu Saxoniæ intercessio 121.
in duplicato nihil operatur. *ibid. seqq.*
Idem est in Borussia & ubi viget jus Culmense. 697.4
Simplicis *pœna ejusque mitigatio.* 457.54 *seqq.* & 506.124. *seqq.*
eo casu, quo solutus cum conjugata rem habuit, ob puellæ intercessionem pœna non mitigatur. 456.46 *seqq.*

Rrrrrrr 3 quid

quid si uterque conjugum adulterii reus. 507.130.*seq.*
A desponsatis *commissi pœna ejusque mitigatio.* 457.57.*seqq.* & 508. 139.*seqq.*
Advocatus *ad patrocinium invitus cogi potest.* 287.184.*seqq.*
Ædificans *scienter in alieno donasse præsumitur.* 238.229.*seqq.*
Ædes *ruinosas cives inviti reficere tenentur.* 275.106.*seqq.*
An in hortum convertere liceat? 276.111.*seq.*
Ætatis *major favor, quam sexus.* 892.30.
Agathes *nonnunquam admirandas figuras exhibet.* 9.33 *seq.*
Aoronis rationali insertus fuit. 10.35.
Aggratiandi *jus cui competat?* 436.5.
Alimenta *à patre donata præsumuntur.* 204.17. & 207.25.
Idem obtinet in avo reliquisque ascendentibus masculis. 210.38.
idem in matre & avia. *ibid.* 42.
quatuor casus quoad has excipiuntur. 211.44.*seqq.*
Alabastrum *ad gemmas non pertinet.* 10.39.
Alienare *quid?* 322.83. & 340.81.
Alienatio *illicita ex necessitate convalidatur.* 300.45.
Alternatio *locum invenit, quoties res commode dividi nequit.* 853.45.*seqq.*
maxime in Principatibus. *ibidem.*
Amicos *inter donatio interdum præsumitur.* 227.149.
Annulus *signatorius rebus expeditoriis accensetur.* 46.25.
Annulus *solus sponsalia non probat.* 61.8.
licet Præsumtionem faciat. *ib.*9.
à Sponso Sponsæ missus donatus an commodatus in dubio præsumatur. *ib.*10.*seqq.*
Annulorum *usus perantiquus* 61.5.
Annulos *quare Sponsi Sponsis dent, & quarto digito inserant.* *ib.*7.& 362.8.
Appellatio *est Juris Nat.* 632.64.
pro eo, qui ad supplicium ducitur cuivis licita. 298.30 *seq.*
fieri debet ad immediate proximum 6:8.9 *seqq.*
limitatur. *ibid.*16.*seqq.*
Judex inferior eam recipere tenetur. 628.38.*seq.*
est remedium Cognitionis devolutivum & Executionis suspensivum. 625.18 *seqq.*
Judex inferior faciliorem ejus exitum promovere potest. 627.31.*seqq.* & 630.56.*seqq.*
non pro deserta habenda, si appellans superioris inhibitionem intra terminum non impetraverit. 651.14.*seqq.*
Appellationis *abusus, usus, frivole appellantium coercitio.* 610.*seqq.*
Appennagiati *plenum titulum &*

omnia insignia gentilitia retinent. 820. 6.
Superioritate Territoriali non gaudent. 821. 7.
fallit in Appennagio improprio. 1404. 8.
an Primogenito obedire teneantur? ibidem.
ab his differunt Abgetheilte Herren. *ibid.*
Apprehensione *delinquentis jurisdictio fundatur.* 1417. 8.
Arbiter *ultra partium conventionem & compromissum nihil facere potest.* 1408. 12.
Arbitri *sententia iniqua ad boni viri arbitrium reduci potest.* *ibid.*
Argumentum *à paritate rationis ad paritatem dispositionis.* 915. 57.
à Contrario Sensu. 944. 126. & 946. 159. *seqq.*
à Rubro ad Nigrum. 966. 1.
à Spolio ad attentata. 657. 10.
à Raptu ad stuprum violentum negative procedit. 463. 109.
Arma *decretoria.* 149. 37.
Artifex *quisnam?* 993. 101.
Artifices *gemmarij quid gemmæ Domino præstare debeant* 29. 20. *seqq.* & 37. 76. *seqq.*
tenentur de levissima culpa, in iis, quæ artificium concernunt. 30. 27. *seqq.*
à Culpa immunes sunt, si gemma materiæ vitio rupta sit. 33. 49.
vitium materiæ, vel exactissimam diligentiam probare debent. 35. 61.
quid si id, quod singulare est in aliqua gemmarum specie ignorent. 34. 52.
Artifici *in arte credendum.* 35. 63.
Artifices *alios erudire tenentur.* 40. 99. & 282. 153. *seqq.*
quomodo pueros suos castigare possint. 40. 100.
strepiferi suis ædibus nonnunquam cedere coguntur. 296. 18 *seqq.*
Artificum *libri semiplene probant credita intuitu officii contracta.* 992. 99.
Artificii *professio omnem imperitiam excludit.* 30. 29.
Attentatum. 604. 49. *seq.*
ex officio revocandum. 632. 65. *seq.*
quatenus à Superiore confirmari possit? 630. 50.
Avocatio *causæ.* 1414. *circa fin.*
Aurum *adulterinum.* 22. 69.
Ausreuter. 679. 45.
Austregarum *judices ut suspecti recusari possunt.* 545. 85. *seqq.*
Autoritas *ratione officii competens non debet ultra naturam officii operari.* 1006. 60.
Autoritate *judiciali nemo decipi debet.* 951. 206.
Autochirum *pœna & sepultura.* 1254. 36 *seqq.*

B.

Bannum *in Imperii membrum.* 1103 191. *seq.*
Barbari *ipsi Imperii Principes Regibus comparant.* 806 15. *seq.*
Barbierer. 168. 20. *seqq.*

Ba-

Bargegeld 17.33
Besoldus *notatur.* 793.28.*seq.*
Bigamiæ *autor est impius Lamechus.* 926.1
pœna est gladius, utut conjux intercedat. 927.8.*seq.*
Bigamia *adulterii speciem præ se fert.* 928.12
sine dolo non committitur. 931.39
Bilantiæ. 1014.114
Blasphemiæ *pœna.* 1252.18.*seqq.*
Bona *vacantia Imperii ipsi Imperio incorporanda sunt.* 1100.171.*seqq.*
receptitia pleno jure ad uxorem pertinent. 1326.5
Bonis *cessuro an ex singulis rebus mobilibus una relinquenda?* 50.52 *sq.* & 134.1
Bonorum distinctio. 718.7

C.

Cadaver *unde dicitur?* 1228.11.*seqq.*
Quid significet? 1229 16.*seqq.*
Cadaveris *occisi inspectio.* 166.2.*seqq.*
Cæcus *an inter illos referendus, qui legem non capiunt.* 1305.10.*circa fin.*
quomodo Testamentum faciat? 724.7
Camera *Imperatoria suspicionis argui potest.* 542.67.*seqq.*
Cameræ *Assessor ut suspectus recusari potest.* 541.58
Captivitas *hodie non tollit Matrimonium.* 936.84.*seqq.*
Captivi *an aufugere possint?* 1397.2
non occidi possunt. *ibid.*
hodie lytro soluto dimittuntur. 1398.3.
limitatur. *ibid.*
Captivis *ob capientis sævitiam resistere licet.* 1397.2
Carolus IV. *dissipator & vitricus Imperij.* 1102.184
Carceris *effracti crimen.* 770.6
Carnificis *officium inter sordida munera non recte refertur.* 265.48.*seqq.*
funus cives infimi ordinis efferre coguntur. 267.63
Caupones *hospites inviti recipere tenentur.* 287.187.*seqq.*
Causa *Matrimonialis nobilitate est favorabilior.* 445.47.
Causa *in pari melior conditio possidentis.* 849.7. & 850.11.*seqq.*
præsertim in probationibus. 849 9.
regula hac universalis non est. 873.12.*seqq.*
Chirurgi *hodie veniunt nomine* der Barbierer. 168.24
Cicatrix *in vulnerato.* 764.7
Circulorum *membra quibus casibus eorum Directoribus & Ducibus impune non parere & resistere possunt?* 1403.7
Clausula *Codicillaris quem effectum habeat?* 361.2
Clericus *ad dicendum Testimonium cogi potest.* 270.78.*seqq.*
ad confessionem sibi factam edisserendam cogi nequit. *ibid* 81.*seqq.*
Clerici *sunt subditi Domini territorij.* 1389.5
in personalibus coram Consistorijs conveniendi. 1391.7
quatenus eorum inobedientia impunis sit. 1389.5.*seqq.*

impo-

imponi potest. 276.16.*sqq.*
Clientes *quatenus subditis æquiparentur?* 140.9.
an jus Protectionis exeutere possint? ibid.
quatenus Protectori impure non obediant. ibid.
Cloacæ *servitus invito imponi potest.* 276.11 *seqq.*
Cœlibatus *pœna.* 444.65*seqq.*
Collatio *in quibus rebus cesset.* 140.10
Collegia *statuum quatenus illis, qui jus convocandi & præsidendi habent licite non pareant.* 1403.7
Collegiorum *JCtorum ut suspectum recusari potest.* 548,118 *seqq.*
Collegium *integrum ut suspectum recusari potest.* 546.97.*seqq.*
quid si lis cum collegij capite intercedat. 547.108.*seqq.*
Collegiorum *concessio ad Principem pertinet.* 1407.11
Eorum jura ibidem
Collegiis *Jurisdictio respectu ordinarij Magistratus cumulative competit.* ibid.
Collegiati *quandoque collegij placita impune spernere possunt.* ibid.
à Seniorum suorum injusta sententia licite appellant. ibid.
Comes *Palatinus an Imperatoris judex competens.* 540.5..*seqq.*
ut suspectus recusari potest. ibid 52. *seqq.*
Commendatitia *verba inter Mercatores Fidejussionis vim habent.* 974
Commercia *firmissimum Reipubl. fulcrum.* 664
necessitas introduxit. 676.6.
Commerciorum *favor.* 972.*seqq.*
libertas ob utilitatem publicam limitari potest. 278.124.*seqq.* & 345. 122.*seqq.*
Commissarius *Cæsaris ut suspectus recusari potest.* 538.35 *seqq.*
etiam datus cum clausula: omni recusatione cessante. ibid.41 *seqq.*
Comitia *Imperii universalia absque præscitu & consensu Electorum Imperator indicere nequit.* 094.138 *sq.*
Commodatum *irregulare.* 11.106.
Commodans *an rem commodatam deterioratam oblato deteriorationis pretio recipere tenatur?* 307.2.
Commodatarius *ad quid teneatur?* 641.2
Communio *bonorum inter conjuges an & ubi vigeat?* 694.10
Compendium *facere quid?* 901.36. *seqq.*
Compensatio *ex libro mercatoris utramque paginam continente elici non potest.* 1011.92.*seq.*
Competentiæ *beneficium quid?* 134.2
adhuc hodie in viridi observantia. 135.5
& personalissimum. ibid.6.
quibus detur? 136.9 *seqq.*
ejus effectus. 140.29.
In delictis locum non habet. ibid.30
Conatus *an & quatenus puniatur?* 70 25.*seqq.*
Conclusionem *causæ an judex retractare possit?* 1030.81 *seqq.*
Concubinatus *hodie sublatus.* 195. 124.

Condominorum *indivisi Territorii neutri sine altero aliquid statuere licet.* 1404 8. *circa fin.*
neutri in alterum licet delinquentem imperium aut jurisdictio competit. ibid.
nequidem eo casu, quo Seniori jurisdictionis administratio concessa. ibid.
Consuetudo *Testatoris observanda.* 48. 39.
Copiæ *instrumentorum nihil probant.* 103. 102 *seq.*
Coriarii *cogi possunt, ut corium humanum cadaveris ad Anatomiam concessi concinnent.* 166. 62
Correctoria *Legis extensionem non admittunt.* 136. 8
Correlativorum par conditio 940. 106.
Cothmannus *laudatur.* 368. 5
Creditor *in judicio scienter & falso asserens debitorem sibi non debere donasse præsumitur.* 236. 216 *seqq.*
idem est, si chirographum reddat. 237. 219. *seqq.*
ad pignus redditum non extendendum. 238. 225. *seqq.*
Credens *pecuniam alteri ad aliquid faciendum, quod alioquin accipiens facturus non erat donasse præsumitur.* ibid. 228.
Crystallomantiæ *pœna.* 72. 38 *seqq.*
Culpa *ex actu, qui absque culpa committi non solet, præsumitur* 34. 58.
Culpa *levissima in Locatione & Conductione regulariter non præstatur.* 29. 26.
nec in societate. 58. 109.
lata an pacto: artificem non suo periculo facere remissa sit? 39. 89. *seqq.*
Cura *infirmo invito adhiberi potest.* 298. 32. *seq.*
Curam *invitus quis suspicere tenetur.* 262. 36 *seq.*
Curatorum *consensus ad Nuptias necessarius non est.* 694 9

D.

Damnum *nonnunquam in jure ipsum lucrum reputatur.* 900. 9. *seqq.*
injuria datum. 764. 7.
ab animali factum. ib. *circa fin.*
Legatis in legatione factum Civitas restituit. ibid.
Daniæ *Rex.* 17. 32.
Decreta *an vim legis habeant.* 1292. 1.
Delictum *unde dicatur, ejusque homonymia.* 1130. 31. *seqq.*
quoad mandantem impunibile nec in mandatario puniri potest. 968. 8.
limitatur. ibid.
Depositum. 743. 3.
Depositarius *ad latam culpam obligatur.* ibid.
Desertionis *malitiosæ pœna, ejusque mitigatio* 470. 173. & 515. 190.
Describitur. 953. 223. *seqq.*
Dividitur. 952. 220.
Desertio *malitiosa est justa Divortii causa.* 953 222. *seqq.*
quantum tempus ad eam requiratur, judex determinat. 956. 253. *seqq.*
Desertionis *Processus ad præscripta*

Con-

Consistoriorum formandus. 938.
89. *seqq.* & 952. 216. *seqq.*
ejus requisita. 953. *seqq.*
effectus. 937 97.
Desertor *malitiosus quisnam.* 937.
94. & 938 90.
Diatretarii & *Diatretum quid?*
26.4.
Dies *unde dicatur.* 147. 9. *seq.*
ejus partes. 148 24 *seq.*
dividitur in Criticum & nec Criticum. *ibid* 26.
Critici *derivatio & Synonyma. ibid.*
27 *seqq.*
Computatur à media nocte ad mediam noctem sequentem. 147.
12 *seqq.*
quare? 148 18. *seqq.*
descriptio. 150. 44.
Dierum *Criticorum determinatio nonnullis impossibilis visa fuit.*
152 9.
est maxime necessaria. ib. 10. *seqq.*
eo casu, quo dubium est an vulneratus ex vulnere an vero ex alio symptomate mortuus fuerit.
159. 9.
in aliis casibus non necessaria. 158.
5. *seqq.*
eorum terminus ad quem aliis brevior est, aliis longior. 153. 21. *seq.*
Alii tertium diem Criticum ponunt.
ibid. 28.
Alii alios. 154. 30. *seqq.*
adeo, ut sint qui integrum biennium constituant. 156. 44. *seq.*
Dierum *Criticorum termini dijudicatio judicis arbitrio, Medicorum relationi conformando, rectissime committitur.* 159. 9. *seqq.*
Digesta *Templum justitiæ sunt.* 76.
4. *in fin.*
divisa tempore Bulgari & Azonis in Vetus, Infortiatum & Novum.
83.
Divortii *legitimi effectus.* 951. 204.
Doctores *ad consulendum inviti cogi possunt.* 287. 183.
militibus præferendi. 969. 11.
Legibus vestiariis ibi latis, ubi domicilium constituerunt, an teneantur? 1173. 10. *seqq.*
à Dolo *etiam fatua causa excusat.*
931. 40.
Domanialia *bona ex necessitate licite alienantur.* 300. 44.
quodnam jus in iis princeps habeat.
968. 9.
Domini *nomen olim Principibus exosum.* 92. 28.
Domino *Feudi mediato & immediato concurrente immediatus quatenus præferendus.* 1419. 10.
Dominium *unde dicatur* 90. 2. *seqq.*
quot modis sumatur. 91. 11 *seqq.*
de rebus incorporalibus improprie dicitur. 94. 42. *seqq.*
describitur. *ibid.* 40.
Est vel Quiritarium vel Bonitarium. 96. 52 *seq.*
vel Verum vel Præsumptum. ibid.
54. *seq.*
vel Plenum vel Minus plenum, & hoc vel Directum vel utile. 97.
56. *seqq.*

vel Proprietatis vel Possessionis. 99. 69. *seq.*
vel Perpetuum, vel Interimisticum ibid. 71. *seq.*
Perpetuum quid. 100.75. *seqq.*
Interimisticum quid. 101.80. *seqq.*
ejus forma & requisita essentialia. 107.2. *seqq.*

Dominio Interimistico *gaudet.*
(1) *Maritus Prædii dotalis.* 107. 10. *seq.*
(2) *Bonæ fidei possessor fructuum ex re aliena perceptorum.* 108. 12. *seqq.* & 126.89. *seqq.*
(3) *Heres rei sub conditione legatæ.*
(4) *Emtor rei venditæ & in diem addictæ.* 109.24. *seqq.* & 130. 126. *seqq.*
(5) *Emtor rei sub lege Commissoria.* 110. 36. *seqq.* & 130. 126. *seqq.*
(6) *Heres statu liberi.* ibid.
(7) *Creditor qui fundi oppignorati recens jus dominii impetravit.* 111.53. *seqq.*
(8) *donatarius, cui res mortis causa ita data, ut nunc haberet, redderet, si donans convaluisset.* ibid. 62. *seqq.*
(9.) *Libertas rei à Patrono ex supervenientia liberorum revocatæ.* 112.68 *seqq.*
(10.) *Omnis possessor rei restitutioni obnoxiæ.* ibid. 73. *seqq.*
(11.) *Quilibet, cui dominium utile competit.* 115.103. *seq.*
(12.) *Proprietarius fructuum à fure decerptorum.* 116.117 *seq.*

Effectus iidem sunt, qui dominii in genere, nisi specialis legis prohibitio obstet. 132.138
inter hos etiam refertur oppignatio. 124.59. *seqq.*

Donatio 500. *solidos excedens insinuanda.* 43.6 *seqq. add.* 719.8.
trifariam in jure sumitur. 184.5. *sq.*
describitur. 185.9. *seqq.*
In dubio regulariter non præsumitur. 178.1. *seq.*
Nequidem ob sanguinis vinculum. 202.6. *seqq.*
rerum hereditariarum. 718.7
immobilium. 719
inter conjuges prohibita. 720.9
dividitur in Expressam & Præsumtam. 187.37. *seqq.*
præsumta 500. solidos superans etiam insinuanda. 195.128. *seqq.*

Donatio *præsumitur.*
(1.) *Ob pietatem donantis.* 203.12. *sq.* & 204. 16.
inter parentes & liberos 204.17. *sq.*
inter conjuges 223.118. *seq.*
non inter vitricum & privignos. 226.133
nec inter Collaterales. ibid. 142. *seq.*
quod limitatur. 227.145. *seqq.*
(2.) *Ob favorem dotis, ab extraneo constituatur.* 228.150. *seqq.*
(3.) *Ob conditionem dantis & accipientis.* 229.162. *seqq.*
(4.) *Ob concursum plurium causarum.* 230.174. *seqq.*
(5.) *Ob casum Remunerationis.* 232 186. *seqq.*
(6.) Ob

(6.) *Ob causam pietatis.* 233. 191. *seqq.*
(7.) *Ob defectum alterius tituli.* 234.203.*seqq.*
hæc præsumtio admittit probationem in contrarium. 240.243
effectus alios vide sis ibidem.
Dormientes *legem non capiunt.* 1304.10.
Dotem *pater invitus constituere tenetur.* 271.87.*seq.*
in Dotis *repetitione locus domicilii mariti inspiciendus.* 899.14.*seq.*
Duarenus *laudatur.* 375.48

E.

Ebrius *innoxie ab omni pœna liberatur.* 1304.19.*in seq.*
Electores *dividuntur.* 1080.1
Cæsarea Majestati arctissime junguntur. *ibid.*3.*seqq.*
Præ reliquis Imperii statibus XVII. prærogativis hodienum fulgent. 1081.12.*seqq.*
nonnulla jura cum reliquis Imperii ordinibus habent hodie communia. 1110.241
singulorum officia in Imperio illustrissima. 1089.82.*seqq.*
quibusnam prærogativis inter se ipsos gaudeant. 1124.1 *seqq.*
Emtio *venditio.* 759.9
Emere *quis invitus cogi potest.* 279 137.*seq.*
Error *quid.* 895.63
matrimonium non dissolvit. 930.32
non esse *& non apparere paria sunt.* 851.22.& 854.57.*seq.*
Eventus *felicior an inobedientiam reddat impunem.* 1290.9
Executor *sententiæ an ut suspectus recusari possit?* 552.155.*seq.*
Executio *ad pœnam & saccum usque fieri potest.* 134.1
nec debitoribus alimenta relinquenda. 135.4
Executio *in cadavere delinquentis.* 1230.39.& 1234.70.*seq.*
nonnullis injusta videtur. 1236.3.*sq.*
sed justitia non caret. 1238.16.*sqq.*
dissentientium rationes resolvuntur. 1242. 41.*seqq.*
requisita quænam. 1245.74.*seqq.*
obtinet in delictis atrocioribus. 1250 1.*seqq.*
quid si mortuus jam capitali supplicio ob aliud crimen affectus. 1256.44.*seqq.*
variis exemplis & præjudiciis confirmatur. 1257.1.*seqq.*
Exheredatio *liberorum.* 966. 3. & 967.4.
Exempla *quoad similia non restringunt, sed declarant.* 9. 29. & 46. 26
Utilia sunt. 799.84.*seqq.*
Exemti *jurisdictioni quinam.* 1303.9
Exceptione *non usus donasse præsumitur.* 239.235
Exceptio Excusionis *inter mercatores non admittitur.* 973
Divisionis, non Numeratæ Pecuniæ *&* Reconventionis *itidem inter mercatores cessant.* 974
Exculpatio *moribundi.* 377.54

enervat omnes præsumtiones & indicia. 422.5 *seqq.*
modo non affectu facta. 424.12 *sqq.*
licet fuerit implicita. 425
aut moribundus jamjam exculpatum prius inculpaverit. 426.18. *seqq. jung.* 427.23. *seq.*
contrarium statuentes refutantur. 429.31. *seq.*
effectu hoc non gaudet, si (1.) delictum vulnerationis plene probatum. 430.40. *seqq.*
aut (2.) exculpatus urgentissimis indiciis gravetur. 431.44. *seqq.*
Expositio *infantis quomodo puniatur.* 770.8. *in fin.*

F.

Falsum *quot modis committatur.* 71. *seqq. &* 772.9.
Falliti 1003.36 *seqq.*
Famulus *ante conventum tempus finitum aufugiens salarium perdit.* 691.5
Famuli *cum servis quatenus comparandi.* 1336.13
quibus casibus domino impune non obediant. *ibid.*
an verberibus castigari possint. 693.7
Fidejussores *gaudent beneficio ordinis.* 747.6.
Divisionis & cedendarum actionum 748.7
Reum judicio stiturum caventes morte rei liberantur. 750.8
fallit in causa criminali. *ibid.*
Filii *illustris intra limites paternæ ditionis delinquentis forum.* 788.41. *seq. add. lit. P. verb. Pater.*
Fodinas *princeps sibi omnes arrogare potest.* 2.67. *seqq.*
Fœminæ *appellatio homini & bruto communis.* 891.13
derivatio. *ibid.* 14. *seq.*
Fœminæ *ab officijs removentur.* 884.18
dignitatem à maritis habent ibid. 19
à feudorum successione excluduntur 885.23.
ad fideicommissa familiæ conservandæ causa relicta non admittuntur. *ibid.* 24
in solenni testamento testes esse nequeunt. *ibid.* 25
nec in testamento rusticorum ibid. 26
nec in hypotheca publica & investitura feudali. *ibid.* 30. *seq.*
testes esse possunt in testamento militis, ad pias causas, tempore pestis condito, parentum inter liberos & Codicillis ibid. 27. *seqq.*
quando à cura liberentur. 705.1
Fœminarum *partes favorabiliores, quam masculorum in negotijs, ubi illarum imbecillitas ac partus periculum attenditur.* 886.32
Fœminæ *ex Fidejussione non tenentur* *ibid.* 33.
ita errore juris solutum repetunt. *ibid.* 5
ratione dotis omnibus creditoribus hypothecariis præferuntur. *ibid.* 36
in non nullis delictis mitius puniuntur. *ibid.* 37
jure civili carceri mancipari non poterant, quod hodie mutatum. *ibid.* 38. *seq.*

juris.

juris ignorantia eis in casibus à jure expressis non nocet. 887.40.*seqq.*
modo non versentur in illis, quæ ad formalem alicujus actus substantiam pertinent, vel ordinis judiciarij solennitatem aut rigorem juris observandum respiciunt. 900.22. *seqq.*
add. lit. I. verb. Ignorantia.

Forum *vel venale vel judiciale.* 785.4. *seq.*
Competens ex delicto triplex. 1417 8
hoc etiam in illustris personis obtinet. 776

Fornicationis *pœna ejusque mitigatio.* 470.177.*seqq.* & 514.187.*seqq.*

Forenses *propter ignorantiam statutorum à pœna absolvuntur.* 24 86
Per delicta jurisdictioni se subjiciunt. 1301.7
quam diu in loco degunt, subditi sunt. 286.176
hinc statutis obligantur. 1301.7

Forma *à lege tradita ad unguem observanda.* 901.31

Fortalitium *in Vasalli inviti prædio à domino extrui potest.* 299.37.*seq.*

Fructus *quotuplices.* 127.95.*seqq.*
in vicini fundum delapsi ei relinquendi. 307.4

Fur *interdum furti agit.* 51.64

Furti *divisio & pœna.* 761.5
ad eam minuendam nihil facit ignorantia domini rei furtivæ. 17.35
pœna nec ad puellæ intercessionem mitigatur, 471.18.*seqq.*
nec ad meretricis intercessionem. 471.196.*seqq.*

Furiosi *an puniri possint?* 1304.10. & 1319.19

G.

Gemmæ *unde dicantur.* 5.6
varie accipiuntur. *ibid.* 7. & 6.12.
describuntur. 5.5
quam habeant materiam? 6.9 *seqq.*
varie distinguuntur. 6.13. & 7.1. *seqq.*
ubi inveniantur. 11.45.*seq.*
in jure inter res pretiosas nec merces minutatim vendendas referuntur. 6.12
quatenus pro immobilibus rebus habeantur? 47.34. & 63.15.*seq.*
acquiruntur inventori, quocunque in loco inveniantur. 13.4.*seq.* & 14.6.*seqq.*
etiam in foro conscientiæ. 19.52
modo apprehendantur. 14.15.*seqq.*
inventas lucri faciendi causa celans furti tenetur. 17.35.*seq.*
arbitrarie tamen tantum punitur. *ibid.* 37.
limitatur. *ibid.* 38.*seqq.*
quomodo caute à muliere ad maritum transferendæ. 63.13.*seq.*

Gemmarum *hodie lectio regaribus annumeratur.* 20.53.*seqq.*
& juste prohibetur. 22.70.*seqq.*
qua à pœna trasgressores puniendi? 23.78.*seqq.*
præcipua utilitas in ornando consistit. 61.1.*seqq.*
quod per ordinationes politicas restrictum. 64.18.*seqq.*

usu prohibito, an puniantur portantes adulterinas, 85. 28. *seq.* & 1176. 32. *seqq.*
sunt magnatum deliciæ. 20.59
adulterinas pro veris vendens quomodo puniatur. 67.3. *seqq.*

Gemmarius *consultus gemmas falsas pro veris pronuncians an consulenti teneatur.* 69.12. *seq.*

Gemellis *masculo & fœmina editis, in dubio masculus primus in lucem exiisse præsumitur.* 857.82. & 879. 81. *seqq.*

Gerada *quid contineat.* 48.41.

Gratificationi *in dubio ob incertitudinem ac rei individuitatem l... us est.* 856. 68. *seqq.*
in causis à jure expressis. 877. 62

Grossi & Grossolarii. 336. 42

H.

Hæreseos *pœna.* 1251.9. *seqq.*

Heres *an teneatur venditionem à defuncto factam adimplere.* 349 154
mortem occisi non vindicans hereditate non privatur. 405.101. *seq.*
mortem occisi hodienum denunciare tenetur. 406.105. *seq.*

Hereditatis *deferendæ tria fundamenta.* 966.2
petitio quo tempore Jure Saxon. præscribatur. 43 5

Hermaphroditis, *in quibus sexus fœmineus prævalet, juris ignorantia non nocet.* 892.31

Homagium *secundum naturam actus super quo concipitur intelligendum.* 824.16

Homagii *receptio jurisdictionis, imperii & superioritatis quasi possessionem valide arguit.* 823.19

Homines *proprii de rebus ad glebam non pertinentibus disponere & fidejubere possunt.* 690.2
possunt vindicari. 691.4
quatenus Dominis resistere possint. 13.8.14

Homicidii *dolosi pœna est gladius.* 768.1
ab hac pœna quidam excusentur. ibid. 2
culposum nunquam puniitur gladio. 769.4
qualificati species. 769 5

Honoris *conservandi studium cum humilitate non pugnat.* 1069 65

Horrea & *Horrearius.* 57.101. *seq.*

I.

Ignorare *jus civile in masculis lata culpæ annumeratur.* 887.2

Ignorantia *an & quatenus differat ab Errore & Nescientia* 895.89. *seq.* & 896.68
est vel juris *vel facti.* 893.35 *seq.*
juris in damno *rei suæ amittendæ nemini nocet.* 899.10 *seq.*
in compendiis *i. e. acquirere volentibus nec fœminis prodest.* 902 42. *seq.*
modo peritiores consulere potuerint. 906.91
quatuor casus excipiuntur, quibus mulieribus nec in compendiis faciendis nocet. 904.65. *seq.*
utut peritioers consulere potuerint. 906.89. *seq.*
in delictis *ad lucrum faciundum nemini*

nemini prodest, facit tamen ad remissionem pœnæ. 905.79.*seq.*
facti proprii *veniam non facile meretur.* 893.38
alieni *regulariter excusat. ibid.*40
eam allegans non probat in casibus, quibus jus ignoranti specialiter adsistit, sed tantum in illis, ubi non assistit. 909.2.*seqq.*
Probatur per juramentum. 910.15.*seqq.*
& præsumtiones. 911.21
Illicito *dans operam de eventu etiam præter intentionem tenetur.* 163.42
Illustris *vocabulum varie accipitur.* 786.10.*seqq.*
Illustres *personæ in alieno territorio delinquentes ibi puniri possunt.* 776
Impensæ *à marito in rem uxoris factæ an donatæ præsumantur.* 225.129 *seqq.*
donatæ præsumuntur in eo, qui sua impensa immaturos fructus collegit è fundo alieno, quem non possidet. 239.231
funeris creditorum æri alieno anteponuntur. 734.3
Imperator *imperii suspicionis argui potest.* 536.26 *seqq.*
bona imperii absque Electorum consensu alienare nequit. 1102 180
Imperans *summus peccans ab alio æque summo puniri nequit.* 1397.1
Imperium *fulcrum Reipubl.* 66.4
publicum privato præferendum. 1411 3
Romanum sacrum cur dicatur. 1065 29.*seqq.*
Imperitiæ *nomine in artificibus quid veniat.* 31.37
In particula vocibus privativè & augmentative jungitur. 372.26 *seqq.*
Inædificata *soli domino acquiruntur.* 710.3
Incendiariorum *pœna.* 770.7
Incertitudo *semper vitiat dispositionem.* 854.55.*sqq.*
Incestus inter consanguineos *in linea ascendentium & descendentium pœna est gladius,* 451.9.*add.* 696.2.
non mitigatur favore matrimonii neque contrahendi neq; contracti. 452.11.*seqq* & 484.31.*seqq.*
inter affines *ascendentes & descendentes punitur fustigatione.* 452.15
quæ favore matrimonii cum alia in relegationem convertitur, *ibid.*17.*seqq.* & 485.35.*seqq.*
utut concurrat adulterium. 453.22 *seqq.* & 486.39
inter Collaterales *sive consanguineos sive affines primi gradus coercetur fustigatione.* 452.20
quæ ob matrimonium in solam relegationem mutatur. ibid. 21. & 487.42.*seq.jung.* 494.48.*seqq.*
licet concurrat adulterium. 495.51.*seqq.*
Consanguinei secundi gradus lineæ inæqualis fustigantur, 453.26.

sed ob sponsæ postea quæsitæ simul abituræ intercessionem tantùm relegantur. ibid. 27. & 499. 79
Affines bujus gradus & lineæ perpetuo tantum relegantur. 454. 28.
favore matrimonij ad tempus relegantur vel carcere puniuntur. ibid. 29. & 498. 67 *seqq.*
Consanguinei & Affines tertij gradus, inter quos parentelæ respectus perpetuo relegantur. 499. 80. *seq.*
reliqui, ubi hic respectus cessat ad tempus relegantur, vel pœnam pecuniariam incurrunt. 500. 82.
accedente matrimonio cum alia mitigatio obtinet. ibid. 83. *seqq.*
Consobrini puniuntur in Saxonia perpetua relegatione, alibi pœna pecuniaria. 454. 30. *seq.* & 500. 86. *seqq.*
favore matrimonij cum alia itidem mitigatio obtinet. dd. loc.
Inclusio *gemmæ in aurum usucapionem non interrumpit.* 43. 3 *seq.*
Inculpatio *moribundi, quid?* 375. 99. *seqq.*
Ad eam requiritur *inculpantis.*
(1) *Bona fama vitaque bene ante acta.* 386 15. *seqq.*
(2) *Plenus intellectus.* 391. 36. *seqq.*
(3) *Perseverantia.* 394. 60. *seq.*
(4) *defectus contrariarum circumstantiarum ac probationum.* 395. 62.
singulis his requisitis stipata operatur effectum
(1) *Generalis inquisitionis.* ibid. 64. *seqq.*
(2) *capturæ & incarcerationis.* 398. 76. *seqq.*
(3) *Specialis inquisitionis.* 403. 95. *seqq.*
effectus ratione heredum est, quod inculpatum ad judicem deferentes à temeritate sint excusati. 404. 99. *seqq.*
non operatur effectum
(1) *torturæ.* 408. 5. *seqq.* & 414. 25 *seqq.*
licet inculpans fuerit probatissimæ vitæ. 412. 15. *seq.*
licet inculpationem juramento confirmaverit. ibid. 17. *seqq.*
licet sacrosanctam Eucharistiam jamjam assumturus sit. 413. 22. *seqq.*
(2) *Condemnationis.* 418. 43. *seqq.*
Indicia *totius fere praxeos criminalis sunt fundamentum.* 368. 1.
describuntur. 369. 8.
dividuntur. 370. 11. *seqq.*
sunt maxime necessaria. 368. 3.
per se condemnationem ad mortem non operantur. ibid. 2.
Indiciorum *determinatio judicis arbitrio relinquitur.* 369. 6. *seqq.*
Indigni *hereditate quinam?* 739. 9.
Infantes *nequidem arbitrarie puniri possunt.* 1304. 10.
Inhibitio *varie accipitur.*

ad

ad præterita proprie non pertinet. 629 44.*seqq.*
fit à superiore. 639.20.*seq.*
Impunis *vocabulum quomodo accipiatur.* 1284.3.& 1285.4
Inhibitio *in causis appellationum* 624 14.*seqq.*
dividitur *in generalem & specialem.* 632.67.*seqq.*
judicialem & extrajudicialem. ibid. 71.*seqq.*
tacitam & expressam. 633.74 *sq.*
simplicem, arctiorem & ulteriorem. ibid. 76.*seqq.*
canonicam & non canonicam. ibid. 79.*seq.*
decernitur *à* competente *ratione appellationis.* 637.4.*seqq.*
immediate proximo. 638.11.*seqq.*
limitatur. ibid.16.*seqq.*
& superiore. 639 20.*seq.*
parte non citata. ibid.22.*seqq.*
etiam commissario cum clausula: remota appellatione. 640.28.*sq.*
aut: sententiam statim exequendi: delegato. 641.37.*seqq.*
in causis, ubi appellatio quoad effectum suspensivum & devolutivum admittitur. 654.74.seqq.
cessat *in causis ubi appellatio est*
(1.) *plane illicita.* 645.3.*seqq.*
(2.) *non facile admittitur.* 650.45. *seqq.*
(3) *non admittitur quoad effectum etiam suspensivum.* 651.52.*seqq.*
an possit decerni in appellationibus extrajudicialibus. 654.77.*seqq.*
operatur *faciliorem appellationis exitum, appellantiq; jus suum conservat.* 652.2.*seq.*
judicem & appellatum ab omni innovatione arcet. ibid.4
omnia attentata revocat. ibid. 6. *seqq.*
attentantibus pœnam infligit. 658 12.*seqq.*
quam nec transigendo evitant. ibid. 17.*seqq.*
expirat *per (1.) expressam inhibentis cassationem* 660.3.*seq.*
(2.) *finalem causæ decisionem.* 661.5 *seq.*
(3.) *appellationis desertionem.* ibid. 7.*seqq.*
Injuriarum *coercitio.* 765.8
an teneatur, qui alicui sub conditione injuriam infert. 970.12
an exceptionem suspecti judicis opponens. 605.62.*seqq.*
Inobedientia impunis *describitur.* 1286.5
dividitur (1.) *in impunem ex jure præceptivo & permissivo.* 1287.6
(2.) *plene & minus plene talem.* ibid.
(3.) *illam, quæ ex abusu imperii & illam, quæ ex concursu majoris potestatis oritur.* ibid.
(4.) *erga legem & erga hominem.* 1288.7
(5.) *commissionis & omissionis.* 1289 8
(6.) *simplicem & cum resistentia conjunctam.* ibid.

erga legem ab initio *impunis oritur.*
erga hominem. *1321.1.seqq.*
in concursu plurium eam exigentium. 1410.1
(1.) *ex persona legislatoris, si legem condere nequeat.* 1294. 2. & 1296. 4.
(2.) *ex persona eam committentis, quo spectant Principes.* 1297.5
Imperator. 1299.6
status Imperii. *ibid.*
advena & forenses. 1301.7
patria ejecti. 1302.8
jurisdictioni exemti. 1303.9
qui legem non capiunt. 1304.10
qui jus ignorare possunt. 1306.11
(3.) *ex legis qualitate, ut si non publicata, permissiva, suadens, injusta, aut nunquam in usum deducta fuerit.* 1307.12 *seqq.*
(4.) *ex inobedientiæ qualitate, ut si nondum perfecta & consummata.* 1315.16
ex postfacto *impunis fit ob dispensationem, pœnæ remissionem & furorem supervenientem.* 1318.18.*seq.*
uxoris erga maritum. *ibid.*
liberorum erga parentes. 1327. 6. *seqq.*
servi erga dominum. 1335. 12.*seqq.*
subditorum erga magistratum summum. 1341.1.*seqq.*
subalternum. 1363.1.*seqq.*
judicem. 1367.4 *seqq.*
militum erga bellicos magistratus & Duces. 1375.1.*seqq.*
ecclesiasticorum erga seculares. 1383. 1. & 1389.5
secularium contra ecclesiasticos. 1385 2. & 1393.9
ecclesiasticorum adversus se invicem. 1386.3. & 1395.10
captivorum erga capientes. 1397.2
legati adversus territorii dominum. 1400.5
fœderatorum erga socios. 1401.6
membrorum in collegiis Electorum, Principum, Comitum ac civitatum, adversus illos, qui jus convocandi aut præsidendi habent. 1403.7
circulorum adversus eorum duces ac directores. *ibid.*
appanagiatorum adversus primogenitum. 1404.8
condominorum ejusdem territorii adversus condominos. *ibid.*
clientum adversus Protectorem. 1405.9
vasallorum adversus feudi dominos. 1406.10
collegiatorum adversus collegas. 1407.11
compromittentium adversus arbitros. 1408.12
plurium rescriptorum. *ibid.*1
potestatis maritalis & paternæ. *ibid.*2
imperii dominici & paterni. *ibid.*
paterni & materni. *ibid.*
privati cum publico. 1411.3
diversorum summorum imperantium. 1412.4

summi

summi imperantis cum magistratu inferiore. 1413.5
magistratus superioris cum judice ac magistratu inferiore. 1414.6
plurium judicum inferiorum incivilibus. 1416.7
in criminalibus. 1417.8
potestatis secularis & ecclesiasticæ in prælatos germaniæ. 1418.9
plurium statutorum in Collegiis diversis, quorum quis est collegiatus. ibid.
domini feudi cum patre vel patria vasalli. ibid.
dominorum feudi inter se 1419.10
Innocentia *uno ac singulari teste plene probatur.* 424.9
Innoxius *unde dicatur.* 890.4 *seqq*
Inquisitio *hodie est remedium ordinarium.* 405.104
Inspectio *occisi vide* Cadaver.
Institor *mercatoris nomine non venit.* 993.102.*seqq.*
an & quatenus ex contractu teneatur? ibid.
Instrumentum *diem non continens an probet?* 1015.122.*seqq.*
Iratus *an à pœna liberetur?* 1304.10 *in fin.*
Interim *particula est temporis intermedij limitativa & pendentiam importat.* 103.100
Intercessio *conjugum in delictis carnis sibi præcipuè locum vindicat.* 451.2. & 472.194
pro conjuge adultero facta personæ solutæ non prodest. 506.126.*seqq.*
an prosit, si uterus conjugum adulterij reus. 507.130.*seq.*
prodest utut jam ante ob aliud adulterium facta. ibid. 132. *seq.*
semel facta revocari non potest. ibid. 134
ab adultero necessario acceptanda. 508.135.*seq.*
sub conditione in loco commorandi facta pro pura habetur. ibid. 137. *seq.*
in stupro violento à marito commisso nihil operatur. 512.170. *seq.*
in raptu quatenus obtineat ibid. 164. *seq.*
Inventus *an intelligatur qui visus fuit?* 15.21 *seqq.*
Inventor *significare debet se invenisse.* 18.43.*seq.*
rem inventam malitiosè celans arbitrarie punitur. 712.8
unde de ipsius animo constare possit? 18.41.*seq.*
quid si proclamatione facta rei dominus non compareat? 19.45. *seqq.* & 711.7
Inventionis *præmia non probe petuntur, sed sponte data juste retinentur.* 18.40. & 711.7
Inventiarum *quomodo conficiendum* 730.9
ejus utilitas & effectus. 731.10
interdum juramento corroborandum. 731.1

quando ejus beneficium amittatur. *ibid.*
Investitura *simultanea quid tribuat?* 822.14 *seqq.*
Invitum *unde dicatur?* 245.4.*seq.*
describitur. *ibid.*
variè accipitur. *ibid.*
dividitur. 247.17 *seqq.*
Invitis *magistratus obtrudi an Reipl. expediat?* 260.22.*seqq.*
Judæi *sunt cives Romani & juxta leges civiles judicantur.* 893.32 *seq.*
ubi tolerantur civium privilegijs utuntur. *ibid.*34
Christianum arrogare aut adoptare nequeunt. 1317.6.
filiabus ad Christianismum conversis legitimam vivi dare tenentur. 967.5
à quovis Imperij statu recipi possunt. 1110.242.
Judæis *mulieribus juris ignorantia non nocet.* 893.32 *seqq.*
Judæorum *infantes an invitis parentibus possint baptizari?* 306.95. *seqq.*
Judex *ubi partium jura sunt dubia, utrique rem adjudicare debet.* 851.29
Competens esse debet. 637.2
suspectus quis? 526.53.seqq.
quinam ut suspecti recusari possint? 532.1 seqq.
an Ordinarius & Delegatus? 549.128.seqq. & 530.131.seqq.
an in causa criminali judex suspicionis argui possit? *ibid.* 137. seqq.
Superior cum inferiore in prima instantia concurrere non potest. 1414.6
Judicialis *verbum quid significet?* 318.42.seq.
Junckherrn *unde dicantur?* 794.36
Juramentum *mulieri deferri potest non in casu ubi pro ea militat juris ignorati præsumptio.* 911.24.seq.
pacto commissorio adjectum quid operetur? 52.69
recipit omnes conditiones actus, super quo interponitur. 824.27
ab initio demandati officij præstitum se ad omnes actus extendit. 171 44.
Purgatorium *præstans definitive absolvendus.* 1004.48.*seqq.*
Perhorescentiæ. 607.84
in litem *in bonæ fidei judicijs an & quando deferatur.* 36.73.*seq.*
dandorum & respondendorum. 911.25
suppletorium *quo tempore à judice deferendum sit?* 1039.25
quomodo & cui deferendum? 1041.39 *seqq.*
non potest referri neque recusari. 1041.46.*seqq.*
tres ejus comites. 1046.97
cautus in ejus delatione judex sit. *ibid.*
an ad hoc lapso termino probatorio petens admittendus. 1040.35. *seqq.*
ubi locum non habeat? 1017.144.
Jure consulti *definiuntur.* 75.3
sunt sacerdotes justitiæ. 74.2.& 76.4.*seq.*
Juris *in re* 5. *species.* 93.36.*seqq.*

privatio sine expressa lege non habet locum. 662.17

Jurisdictionis *contentiosæ actus quinam?* 320.56

Justitia *gentilibus Dea fuit.* 77.5

varias apud Romanos habuit notiones. 76.3

K.

Kleinod *unde dicatur.* 48.40.

L.

Lapides *medicinales gemmis non accensendi.* 11.44.

quinam inter gemmas referantur? 9.30.*seqq.*

pretiosi invito domino in ipsius agro investigari possunt. 14.14. & 277.120.

Legatus *delinquens à territorij domino puniri potest.* 774. & 1399 5.

eum remittere est liberrimi arbitrij. 775.

principis mandatum impune quando negligat? 1348.6.

Principis cedit Electoris legato primi ordinis. 1284.42.

Electoris cedit exterorum Regum legato. *ibid.* 71. à 37.

damnum in legatione ipsi obtingens àmittente recuperat. 764.7.

Legatorum *immunitas à nonnullis ad ipsorum domesticos extenditur.* 1400.5.

domibus jus asyli conceditur. *ibid.*

Legationis *munus invitus quis obire debet.* 162.27.

Legatum *gemmarum quid contineat?* 45.16.*seqq.* & 49.45.*seqq.*

ornamentorum gemmas includit. 45.25.

ut & mobilium. 46.31.

Kleinodiorum. 48.40.

& Supellectilis. 47.36.

dactyliotheca an annulos complectatur? 48.38.*seq.*

Legati *puri dominium ipso jure statim à morte defuncti in legatarium transfert.* 108.19.*seq.*

Leges *Prisciano non subjacent, quatenus procedat.* 146.3.*seqq.*

Lege *speciali derogatoria adhuc dubia insistendum juri communi.* 1410.1.

Legitima *qua talis statuto tolli potest.* 361.3.

vivis parentibus liberis non debetur. 1067.5.

quanta? 698.6. & 721.1.

Legitimæ *supplementum.* 1334.11.

Legitimatio *quid requirat?* 1327.6.

Lenocinii *pœna.* 770.8. *circa fin.*

Lex *quid notet?* 1157.3.*seqq.*

ante promulgationem non obligat. 1301.12.

definitur. 1297.1.

prohibitiva & præceptiva. 1289.8.

permissiva. 1309.13.

universalis *ab imperatore & statibus conditur.* 1296.4.

Provincialis *à quolibet statu fertur.* *ibid.*

an extra territorium valeat? 1294.2.*seq.*

ad accusandum cogens est nutritiva peccati. 405.104.

Vestiaria *maxime necessaria.* 1165.92.*seqq.*

fertur à merum mixtumque habente imperium. 1169.2.*seqq.*

jurisdictioni subjectis. 1172.2 *seqq.*

an ea teneantur Doctores qui ibi domicilium constituerunt. 1173.10.*seqq.* & 1174.20.*seqq.*

ad vestitum à Superiore donatum non pertinet. 1177.49.

quomodo feratur ejusque autoritas conservetur? 1182.31.*seqq.*

Legum *multitudo an prosit?* 1292.1.

Legem *non capientes quinam?* 1304.10.

Liberi *uni cum patre.* 792.9.*seqq.*

illustres patris eminentia gaudent. ibid. 8 *seqq.*

sine parentum consensu nuptias contrahentes possunt exheredari. 693.8. & 1330.8.

idem est in illis, qui patrem testari prohibuere. 966.3.

parentum voluntatem etiam minus plenam servare tenentur. 1334.11.

limitatur. ibid.

quando parentibus impune inobediant? 1327.6. & 1330.8.

an parentum crimina relevare teneantur? 1411.3.

an criminosis parentibus assistere possint? ibid.

ex putativo matrimonio nati eodem censentur jure, quo nati ex vero matrimonio. 949.182.

ex bigamis nati sunt legitimi. 948.170.*seqq.*

modo concepti à parentibus absentem vivere ignorantibus. 949.178.*seq.*

à patre alendi, etiamsi posterius matrimonium annulletur. ibid.180.*seqq.*

Libertas *favorabilis.* 289.199.*seqq.*

Libri *filio studioso à patre dati donati præsumuntur.* 207.25.*seqq.*

modo non ex Bibliotheca subministrentur. 208.31.

Mercatorum *dividuntur.* 987.31.*seqq.*

Probant. 1021.8.*seqq.*

modo scribens sit.

(1) *Mercator.* 1000.4.

(2) *integræ vitæ, fidei & famæ.* ibid.5.*seqq.*

quid si juramentum purgatorium præstiterit? 1004.45 *seqq.*

falsariorum & infamium non probant. 1001.16.*seqq.*

nec Fallitorum culpa talium. 1003.38 *seqq.*

(3) *creditum inscriptum mercaturam concernat.* 1005.56.*seqq.* & 1008.65.*seqq.*

limitatur. 1007.63.

(4) *liber contineat verisimilia.* 1008.73.

(5) *data & accepta.* 1010.81.

(6) *causam debendi claram.* 1011.94.*seqq.*

(7) *habeat inscriptionem.* 1013.107.

(8) *mercatorum more sit compactus & confectus,* ibid. 108. *seqq.*
(9) *vacuus omni cancellatione & contineat annum, diem & mensem.* 1014.115. *seqq.*
an mercatoris manu scriptus esse debeat? 1016.132. *seqq.*
an summa debeat esse modica? 1017. 142. *seqq.*
quid si unum horum requisitorum deficiat? 1018. 147. *seq.*
plene, si statuto caveatur. 1024. 33. *seqq.*
modo in loco statuti scripti. 1025. 42.
aut statutum de alibi scriptis simul loquatur. ibid. 43.
etiam extra statuti locum hoc effectu gaudent. 1026.45. *seqq.*
An extranei mercatoris liber in loco talis statuti plene probet? ibid. 47. *seqq.*
admittunt probationem tali etiam statuto vigente in contrarium. 1028. 63. *seqq.*
Extra casum talis statuti tantum semiplene. 1028. 66. *seqq.*
licet nonnulli alios casus afferant. 1022. 20. *seqq.*
an edendi in originali, an sufficiat extractus. 1031.99. *seqq.*
ubi edendi & an sæpius? ibid. 118. *seqq.*
Litis *exitus consistit in probatione.* 980.1. *seqq.*
Locatio Conductio. 755.1.
quotuplex? 281.148.
an si artifices ad locandas operas compellantur? 27.9. *seqq.*
uno nummo facta præsumitur donatio. 239.236. *seqq.*
Locator *quando conductorem expellere possit.* 291.213. *seqq.*
Sponsam cui inter modeste saltandum gemma de corona conducta decidit, convenire nequit. 55.93. seqq.
Loca ruinosa *ab invitis reficienda.* 275.110.
Ludi *prohibiti.* 767.9.
Ludo *deperditum an repeti possit?* *ibid.*

M.

Magistratus *inferior pœnam arbitrariam minuere potest.* 438.20. seqq. & 441.36. seqq.
an teneatur causas mitigationis in sententia exprimere? 442. 48. seqq.
an liceat post sententiam à Collegio JCtorum latam? 443.54. sq.
an & quatenus magistratui summo impune inobediat? 1348. 6
Magiæ *atrocitas.* 1188.1. seqq.
Majestatis *læsæ criminis pœna.* 767. 10. & 1250. 5. seqq.
in Electores & reliquos Imperii principes commissi. 1108. 230 seqq.
Majorennitas *quando incipiat?* 706.2.

Electorum aliorumque Imperii Principum. 1107. 25. seqq.
Mandatum *principis in conscientia obligat.* 23. 79
paternum præferendum materno. 1410. 2
limitatur. ibid. circa fin.
Superioris præferendum inferioris mandato. 1413. 5
Manuale *mercatorum an probet?* 1014. 112. seq.
Margarithæ *ad gemmas non pertinent.* 10. 38. seq.
nomine der Kleynod *non veniunt.* 49. 43
Maritus, *bona cum mulieris gratia in militiam qui abit, pro malitioso desertore non habendus.* 931. 44
Prædii *dotalis dominus est.* 120. 7
id alienare prohibetur. ibid. 9 seqq.
utut mulier consentiat. 123. 44. & 298. 34.
quod moribus hodiernis in plerisq; fere Germaniæ locis mutatum. 721. 1
nisi æstimato in dotem datum fuerit 123. 59. seqq.
aut necessitas urgeat. 124. 58
quid si mulier juraverit se alienationem ratio habituram? 121. 28. seqq.
res mobiles *dotales an & quatenus alienare possit?* 123. 46. seqq.
effectus hujus dominii quinam? 125. 73. seqq.
uxorem moderate castigare potest. 1325 4
gaudet imperio in uxorem. 1321. 1
jure circa uxorem, directo in ejus vel corpus, vel personam, vel bona. ibid. & seqq.
pro desertore habetur, qui valens debitum conjugale sine justa causa denegat. 947 167
uxorem ex errore ab alio cognitam ut & per vim compressam retinere debet. 946. 151
post longum tempus reversus an uxorem alii copulatam recipere teneatur? distinguitur. 944. 129. seqq.
Marmor *ad gemmas non pertinet.* 10. 39
Masculus & *fœmina ubi dispar ratio sexus non apparet, pari jure fruuntur.* 883. 1. seqq.
Masculorum *conditio melior in negotiis, ubi præstantia sexus attenditur.* 884. 14. seqq.
in muneribus. ibid. 18.
quod uxoribus dignitatem tribuant ibid. 19.
in feudorum successione. 885. 23
in Fideicommissis familiæ conservandæ causa relictis. ibid. 24
in testimonii dictione in certis casibus, quos vide. ibid. 25. seqq.
Masculinus *sermo fœmineum continet.* 884. 8. seqq.
in contractibus. ibid. 9
Testamentis. ibid. 10
interdictis. ibid. 11

sententiis, statutis & Rescriptis. *ibid.* 12.
odiosis & pœnalibus. *ibid.* 13.
Massaritiæ *quid?* 47. 36.
Materiæ *pellucidæ aut semidiaphanæ an gemmis accensendæ?* 8. 25.
Matrimonium *hodie nonnisi adulterio & malitiosa desertione rumpitur.* 929. 21
fratrum & sororum. 486. 494. 48. 41
cum defunctæ uxoris sorore. 487. 47. & 494. 48.
cum sororis vel prædefunctæ uxoris sororis filia. 498. *69.* seqq.
primum in concursu duorum *præfertur posteriori, quoties nondum rite & judicialiter dissolutum est.* 929. 19. seqq.
an maritus ad id cogi possit? vid. Maritus.
posterius annullatum non tribuit licentiam ad reversum thori socium propria autoritate redeundi 950. 195. seq.
Secundo ita separato conjugi nuptiæ permittuntur. *ibid.* 197. seqq.
Posterius *priore legitime dissoluto contractum, sustinetur.* *ibid.* 200
nisi prius ob præsumtam, sed à marito purgatam malitiosam ex postfacto desertionem dissolvatur. 964. 326. seqq.
Matrimonii *magnus favor.* 444. *6*0. seqq. & 445. *69.* seqq.
Mauritius *laudatur.* 826. 37.
Medicus *per imperitiam nocens L. Aquilia tenetur.* 764. 7.
Memoriæ *infirmitas possessioni damnum non infert.* 17. 34
Menochius *laudatur.* 202. *6*
Meretrix *quænam?* 470. 178
in lupanari existens ad venerem cogi non potest. 28. 15. seqq. & 228. 192
pro fure frustra intercedit. 472 196. seqq.
Mercatores *describuntur.* 988. 44 seqq.
jus positivum ignorare possunt. 972
interesse ex mora petunt. 975
in Republ. utilissimi. 664. seqq. 678. 34. seq.
aliquibus gentibus contemtui fuerunt. & 678. 28 seqq.
sed minus rectè. *ibid.* 34. seqq.
differunt ab usurariis, 988. 47. seqq.
artificibus. 992. 96. seqq.
Fortunæ injuria bonis lapsi personis miserabilibus annumerandi. 1003. 42
gaudent processu summario. 975
minores læsi non restituuntur. 973
Merces *in nundinis vendendæ sint boni commatis.* 678. 24
falsæ publicantur. *ibid.* 25
Messen *unde dicantur?* 673. 8. seq.
Metalla *in alieno agro invito domino quærere licet.* 277. 120
Milites *jus impune ignorant.* 887. 44

Ducibus impune quando resistant? 1378.4.seqq.
Voluntarij. 1375.1.
ad Militiam *invitus civis cogi potest.* 269.71
Ministri *Principum quando mandatum impune negligant?* 1348.6
Minor *in integrum restituitur.* 887 44
res immobiles sine decreto alienatas vindicat. 703.8
invitus Curatorem accipit.
Mitigatio *pœnæ ob quas causas locum inveniat?* 443.57.& 471.185.seqq.
Mobilia *preciosa quatenus pro immobilibus habenda?* 47.34.seq.
Moderamen *inculpatæ tutelæ adversus principem exulat.* 1344.3
Monarchiæ *absolutæ vitia.* 1276.3
Monogamia *bigamiæ præferenda.* 926.1.*seqq.*
Moratoriæ *literæ invitis licet creditoribus à principe dari possunt.* 298. 36
Morgengabe *quid?* 44.12
an rei alienæ ita sponsæ datæ pretium mariti heredes debeant? ibid. 13.*seqq.*
Moriturus *an donare possit?* 718.7. *in fin.*
Mors *omnia solvit.* 1237.6
non minorem facit fidem, quam corporale juramentum. 419.49. *seqq.*
conjugis unico teste probari potest. 933.54.*seqq.*
accusati in crimine publico extinguit pœnam etiam pecuniariam. 659.22
Moribundus *quisnam?* 379.67.*seq.*
Mulier *vox soli homini propria.* 891. 13
dicitur à mollitie. *ibid.*16.*seq.*
avaritiæ deditissima. 193.95.*seqq.*
generaliter & specialiter accipitur. *ibid.*18.*seqq.*
contra juris ignorantiam ob solum sexum non restituitur. 911.27. *seqq.* & 913.39.*seqq.*
etiam in iis locis ubi in perpetua est cura. 916.68.*seqq.*
curatorem habens non minori, sed majori æquiparatur. *ibid.*70.
Mercatrix *sine curatoris consensu contrahens valide obligatur.* 973
SCto Vellejano & authentica Si qua: non utitur. *ibid.*
æs alienum à marito conflatum solvit. *ibid.*
Munera *invitus quis suscipere cogitur.* 259.8 *seqq.* & 264.47
Muros *transcendentium pœna.* 709.1
Mutuum *in quo consistat.* 741.1
gemmas non respuit. 49.50
Mutus *an & quatenus referendus inter illos, qui legem non capiunt?* 1305.10
Mutschierung *quid & unde dicatur?* 853.40.*seq.*
Mylerus *ab Ehrenbach laudatur.* 791.3.*seqq.*

Nau-

N.

Naufragorum *bona nonnullibi in commissum cadunt.* 16.29
quod non obtinet in Imperio Romano. ibid.30
spolium jure Canonico excommunicatione punitur. ibid.

Navis *ex alienis tabulis nondum præparatis facta acquiritur specificanti.* 709.2

Nauta quando de recepto teneantur? 1006.61

Necessitas *quotuplex?* 284.163.*seqq.*
in omnibus dispositionibus ac legibus excepta. ibid.166.*seqq. add.* 299.37 *seqq.*
imperium in exteros etiam concedit. 286.176 *seqq.*
privatis etiam dat jus in res alienas. 300.46.*seqq.*
certis requisitis concurrentibus. 301.54.*seqq.*

Negotiatio *separata à filiis patre permittente exercita à patria potestate liberat.* 673

Nemesis *justitiæ filia.* 74.2
facinorum impiorum ultrix; bonorum præmiatrix. ibid.

Nescientia *quid?* 895.61

Nobiles *cur mercaturam exercere prohibeantur?* 679.38 *seq.*

Nobilitas *competit mulieribus non nobilibus, si nobili nupserint.* 885.20

Nonius *Senator quare proscriptus fuerit?* 61.6

Notarius *ad instrumentum conscribendum invitus cogi potest.* 287.181
suspectus solo juramento recusatur.

Nullum & *inutile ex pari judicantur.* 930.28

Numeri *decretorii quinam.* 149.36

Numismata *ad gemmas non pertinent.* 10.42
limitatur. 45.23.*seq.*

Nunciatio *novi operis quid efficiat?* 623.7

Nundinæ *unde dictæ?* 673.4.*seqq.*
unde ortæ? 676.1.*seqq.*
varie accipiuntur. ibid.11.*seqq.*
dividuntur in solenniores. 674.19.*seqq.*
minus solennes. ibid.
solenniores describuntur. ibid.22
exempla recensentur. ibid.23.*seqq.*
permittendæ à superiore. 677.13
in Imperio Romano ab Imperatore. ibid.12
Rege Romanorum, nondum coronato, mortuo tamen Imperatore electo. ibid.14
civitatum vicinarum consensu accedente. ibid.19.*seqq.*
certo tutoque in loco celebrandæ. 679.41.*seqq.*
nec in templis. ibid.46.*seqq.*
finis est utilitas societatis humanæ. 681.1.*seqq.*

Nundinarum *effectus est in privilegio; quod mercatores non debeant arrestari.* 682.5.seqq.
amittitur (1.) expressa renunciatione. 684.30
(2.) non usu voluntario. ibid.31
(3.) revocatione concedentis. 685.32.

cessat (1.) *nundinis finitis. ibid.* 33. seq.
(2.) *in debito publico*, *ibid.* 35
(3.) *in delinquentibus, ibid.* 36. seq.
(4.) *in fugitivis.* *ibid.* 38
Nuptiæ *secundæ quando permittantur?* 938. 85. seqq.

O.

Obedientia *societatis vinculum.* 1166.
Obligatio *erga Patriam.* 1412. 4
Obstagium *est prohibitum.* 361. 5.
in Holsatia observatur. *ibid.*
Occidens *filiam & adulterum in adulterio deprehensos punitur, etiamsi ad patris mandatum fecerit.* 968. 8
Officialis *ad vendendum cogentis pœna.* 277. 123
Officium *publica authoritate exercens invitus cogi potest, ut operam suam petentibus impendat.* 286. 180 seqq.
Operas *suas rustici inviti an locare teneantur?* 281. 149. *seq.*
Subditorum. 1339. 15
Ornamenta *ex feudo præstanda an legari possint?* 46. 29. *seq.*
Soluta cui cedant. 49. 45. *seqq.*
cum corporibus condi probibentur. 66. 31. *seqq.*
divinis usibus dicata auferens quomodo puniatur? 69. 16. *seqq.*
Osculum *invitæ virgini rapiens injuriarum tenetur.* 967. 6
extraordinarie punitur. *ibid.*
luxuriosum domini feudalis uxori etiam volenti figens feudo privatur. *ibid.*

P.

Pactum *artificum: ne alter polituram ab altero inchoatam perficiat, sustineri non debet.* 28. 19
Commissorium illicitum. 52. 66 *sq.*
licitum. 110. 35 *seqq.*
nudum producit actionem. 746. 5
dotale per modum ultimæ voluntatis initum ab uno conjugum altero invito revocari potest. 308. 6
contra publicam utilitatem nihil operatur. 235. 207
Papinianus *martyr justitiæ.* 78. 7
Parochiani *quando Patrono impunes non obediant?* 1392. 8. *circa fin.*
Pater *injuriam filio illatam remittere non potest.* 307. 1
an filii operas alteri cedere possit? 363. 68
an liberos occidere possit? 1328. 7
an emancipatos castigare? 1332. 9
inter naturales minus solenniter testari nequit. 1327. 6
rem simpliciter filio tradens donasse præsumitur. 238. 230
filio inter vivos emancipato peculium non auferens donasse præsumitur. 239. 234
in castigatione verbali impune excedere potest. 1332. 9
limitatur. ibid.
excedens in reali, ad liberos emancipandos invitus cogi potest. ibid.
Illustris an filium delinquentem punire possit? 791. 1. *seqq.*

In-

Insignes JCti negant: quia
(1.) *filius cum patre eminentia pari resplendet.* 791.7.seqq.
(2.) *ob legem fin. C. ub. Senat. vel Clariss.* 797.63.seqq.
(3.) *ob investituram simultaneam.* 799.78
(4.) *quia leges Naturæ violari videntur à patre filium capitali pœna feriente.* ibid.79 seqq.
(5.) *ob exempla & regnorum jura specialia.* 800.91.seqq.
rectius affirmatur: quia
(1.) *filius illustris patre est inferior.* 804.5.seqq.
(2.) *ea regni est sanctitas, ut nemo in illo, cui Rex non sit Rex. ibid.* 8.seqq.
(3.) *Superioritas territorialis ad omnes in territorio deprehensos & delinquentes se extendit.* 805.11.seqq.
(4.) *id patri privato licet.* 808.18.seqq.
(5.) *hæc praxis exemplis non caret.* 809.24.seqq.
Rationes in contrarium allatæ refutantur. 820.2.seqq.
Patriæ *magis parendum, quam parentibus.* 1411.3
Patria Potestas *adhuc viget.* 303.68
unde oriatur? 1327.6
quid operetur? 1328.7.*seqq.*
Patrini *munus invitus quis subire cogitur.* 308.12
Patronus *nuptiis Libertæ consentiens, jus operarum eidem donasse præsumitur.* 239.34
Pecunia *ad reficiendam aut fabricandam navim credita prælatione gaudet.* 974
Peritorum carentia *justa est restitutionis in integrum causa.* 914.46
Perjurii *pœna.* 772.10
Permissio *plena vel minus plena.* 1287.6
Philosophia *vera & simulata.* 75.3
Pietatis *favore subditi ad sabbathi celebrationem cogi possunt.* 289.198
Pignus. 741.4
in Pœnam *defuncti, qui contra inhibitionem attentavit, an heredes declarari possint?* 659. 21. *seqq.*
Pœnarum *finis.* 1238 17. *seqq.*
Pœnitentia *Ecclesiastica desponsatis concubitum anticipantibus in matrimonii favorem remittenda.* 466. 138.*seqq.* & 514.148.*seqq.*
Politores *quinam, & quomodo à fullonibus differant?* 26.2
Polygamia *adulterio est gravior* 501. 90
quo jure prohibita? ibid 91.*seq.*
in Imperio Romano punitur gladio. ibid.93.& 696.1
etiam in Judæis. 502.95
limitat Brunnemannus. ibid.96
pœna non remittitur ob conjugis prioris intercessionem. ibid.97
nec ob ætatem grandæviorem. 696.1
Superior tamen ob justam causam dispensare potest. 502.98.*seqq.*

Pon-

Pontifex *Pater sanctissimus vocatur.* 532 3.*seqq.*
tanquam suspectus judex recusari potest. 534.12.*seqq.*
Possessor *immobilium satisdare non tenetur.* 750.8.*in fin.*
Bonæ fidei fructus & naturales & industriales interim *suos facit.* 127.94.*seqq.*
quosnam re evicta restituere teneatur? 129.108.*seqq.*
differt ab usufructuario. 116.117
Possessionem *continuans non attentat.* 631.59.*seqq.*
pro Possessore *in dubio facienda interpretatio.* 849.8
Potestas *paterna maternæ præferenda* 140.2.
limitatur. ibid.
maritatalis præferenda paterna. ib.
Præcedentia *inter Reges disputata.* 1056.2.
inter Imperii status aliosque Magnates. 1057. 4.*seqq.*
Præceptor *discipulos immodice castigans L. Aquilia tenetur.* 764. 7
Prælati *Germaniæ.* 1418.9.
Prærogativa *varie accipitur.* 106. 24. *seqq.*
Imperii Princibus competens describitur. 1066. 42.
controversa à Solo Imperatore deciditur. 1069.68.*seqq.*
exclusis Imperii Proceribus. 1070. 76.*seq.*
Præsentia *Superioris an et quatenus cessare faciat potestatem inferioris* 1414.6
Præsumtio *describitur.* 188.43.
est vel Hominis. *ibid.*45.
vel Juris. *ibid.*44.
Juris & de Jure. 189.47.*seqq.*
in claris non occupatur. 217.76
dedicti exclusiva fortior est delicti inclusiva. 423.8
de præsenti in præteritum capienda. 1002.38
validior, quæ verisimilitudini convenientior. 858.87
Prætextu *Christianismi bellum contra barbaros non suscipiendum.* 1397.1.
Præventio *in causis criminalibus cuinam judici in concursu plurium tribuenda?* 1417.8.
Preces *à Principe profecta mandato æquipollent.* 1288.7
Pretiosa *uxori à marito data non præsumuntur donata.* 224.120.*seq.*
Primus *quis?* 841.37
Promogenitus *quis?* 840.32.*seqq.*
est talis ratione utriusque parentis. 841.44
solius patris. 842.45
solius matris. *ibid.*46
Totus ex utero prodeat necesse est. 842.50.*seqq.*
Primogenitura *quid?* 839.22
ubi obtineat? 831.6.*seqq.*
quare introducta? 832.19.*seq.*
non caret justitia & privilegiis. 838 15.*seqq.*
vel naturalis vel Legitima. 839.23.*sq.*
si dubia, 833.25.*seqq.*
quisnam præferendus? 848.1.*sqq.*

Ardua

Ardua hujus quæstionis decisio. 851. 30, *seqq.* & 861. 1.
Octo opiniones recensentur. 848. 2. *seqq.*
Prima prærogativam tribuit possidenti. *ibid.* 2. *seqq.*
Secunda utrumque admittit. 850. 18. *seqq.*
Tertia utrumque alternis vicibus admittit. 853. 39 *seqq.*
Quarta neutrum admittit. 854. 53. *seqq.*
Quinta patris arbitrio relinquit. 855. 66. *seqq.*
Sexta robustiorem præfert. 856. 79. *seqq.*
Septima pulchriorem admittit. 858. 91. *seqq.*
Octava sortem judicem eligit. 859. 101. *seqq.*
Octava & ultima approbatur. 861. 2. *seqq.*
Rationes aliarum opinionum resolvuntur. 872. 1. *seqq.*
Princeps *quid significet?* 1064. 63. *seqq.*
Legibus solutus. 1297. 5.
alienum territorium ingressus an fiat subditus? 1399. 4.
quando exauctorari possit? 1353. 8.
Regnans fratres ac filios delinquentes punire potest. 776.
ut suspectus judex recusari potest. 543. 78. *seqq.*
gaudet patria potestate. 808. 22
Privilegium *Principis in aliorum injuriam tendere non debet.* 678. 2
Doctorum in Rec. Imp. de A. 1500. Tit. 22. §. 7. ad Theologiæ Doctores non pertinet. 1163. 75. *sqq.*
Probatio *litis virtus & pondus.* 980. 1. *seqq.*
quid? 985. 10
quotuplex? *ibid.* 11. *seqq.*
qualis? 1031 95. *seqq.*
Obscura contra producentem interpretatur. *ibid.* 96
Per *libros mercatorum intra terminum probatorium, ut alia quævis peragenda.* 1029. 78. *seqq.*
si per statuta libri mercatorum plene probent, hæc sententiam vel condemnatoriam vel absolutoriam producit. 1037. 4. *seqq.*
Extra hunc casum effectus semiplenæ probationis in genere sortitur. 1038. 9. *seqq.*
locum facit Juramento Suppletorio *ibid.* 10. *seqq.*
quo præstito judex secundum eam pronunciare debet. 1043. 70. *seqq.*
cum alia semiplena probatione conjungi potest. 1047. 118. *seq.*
Processus *matrimonialis summarie tractandus.* 445.
Procurator *ordinarius invitus cogi potest ad viduæ aut adulti litem curandam.* 264. 46.
Prodigi *accipiunt curatores.* 706. 4
quatenus testamenta condant? 723. 4
Prohibitum *in termino, prohibitum est in via.* 323. 85
non expresse, eo ipso in jure censetur permissum & concessum. 868. 47

Prorogatio *Jurisdictionis expressa hodie invalida.* 1416.7
Pupillus *an naturaliter obligetur.* 53. 72.*seqq.*
Puteus *publicus à civibus invitis reficiendus.* 276.113.*seqq.*

R.

Raptor *gladio punitus rota imponitur* 441.37
Spolians illum, à quo prius deprædatus erat fustigatur. ibid. 38
Rapina *furto gravior est.* 764.6
Raptus *pœna capitalis ob* raptæ *intercessionem in relegationem potest converti.* 461.96.*seqq.* & 511.159.*seqq.*
Rationes *quid?* 1011.87
Reatus *omnem exuit dignitatem.* 776 & 821.8
Refectio *ædium ruinosarum dominum invitum obligat.* 275.106
Regni *alienatio ob necessitatem licita est.* 299.40 *seqq.*
ejus sanctitas. 804.8
Religionis *favore à communibus juris regulis receditur.* 288.193.*seqq.*
adversæ subditi emigrare possunt. 302.61.*seqq.*
Reliquiæ *hominis non malefici in via aut alibi deprehensi ab infimi ordinis civibus humandæ.* 267.63
Reorum *proprium est fugere.* 399.80
Repressaliæ. 297
Res furtivæ *in solennioribus nundinis emtæ domino absque pretii refusione restituendæ.* 686.40.*seqq.*
quo tempore præscribantur. 717.6
nullius cedunt occupanti. 13.1
quot modis dicantur. ibid.3
mobilium & immobilium præscriptio. 14.1.*seq.*
Restitutioni obnoxiæ quot modis? 113.74.seqq.
Rescriptum *quodnam in concursu plurium præferendum.* 1410.1
Resignare *unde dicatur?* 316.19
quot modis accipiatur? ibid. 20. seqq.
Resignatio *judicialis quid?* 318.45
actus contentiosæ jurisdictionis. 320.56.seqq.
in rerum immobilium alienatione necessaria. 322.78
natura & juris intellectu talium. 345.125. seqq.
an fieri possit per Procuratorem? 324.95.seq.
quotuplex? 327.127.seqq.
non est species Mancipationis. 328.139
jure saxonico primitus adinventa. ibid.
fit ab eo, *qui res immobiles alienare potest.* 332.3.seqq.
in illos, *qui dominium acquirere possunt.* 344.118.seqq.
quomodo? 346 134. seqq. & 326.118.seqq.
neglecta *dominii translationem impedit.* 347.143.& 711.6
contractu tenente. 348. 144. seq.
quid de heredibus. ibid.
efficit *ut* (1.) *contractus habeatur pro judiciali.* 352.4.seqq.
(2.) *fa-*

(2.) *facit locum Processui Executivo.* ibid.9
(3) *Dominium in accipientem valide transfert.* ibid.10.seqq.
(4.) *prædio duobus vendito & tradito illum præferri facit, qui prævia resignatione judiciali consensu domini possessionem adeptus est.* 355.32.seqq.
(5.) *cessare facit Retractum linearem.* 356 43
(6) *inducit præsciptionem.ibid.*44. seqq.
(7.) *Evictionem excludit.*360.77. seqq.
(8.) *concedit facultatem rem occupandi.* ibid.81
Resistentia *varios habet gradus & modos.* 1289.8.*in fin.*
Respublica *optima quænam?* 1274.1
Germanica. 1276.3.
Restitutio *in integrum est remedium extraordinarium.* 913.41
Retorsio *injuriarum an locum habeat adversus vasallum.*1406.10
an contra Patrem? 1332.9
Retractus *consanguinitatis.* 753.10.
*in gemmis non obtinet.*54.85.seqq.
Reus *quando eligere possit, coram quo judice conveniri velit?* 1416.7
ad mortem condemnatus an testari possit. 724.6
Rex *Romanorum jus nundinarum concedere potest.*677.14. *vid. Nundinæ.*
cuivis in Regno Rex est. 804.8
Robustior *in dubio ultimus videtur mortuus.* 857.81
Rosbachius *notatur.* 422.6
Rusticorum operæ. *vid. Operæ.*

S.

Sacerdotes *quinam?* 74.2
duplicis generis apud Romanos. 76.4
Sal gemmæ *inter gemmas non referendum.* 10.43
Salarium. 966.1
Salomon *de Simejo juste supplicium sumsit.* 23 8
Sata *solo cedunt.* 710.4
Satanas *cum lamiis actum venereum vere exercere potest.* 1193. 8. seqq.
rationes dissentientium adducuntur. 1198.31 *seqq.*
sed ex hoc coitu vera proles humana nasci non potest. 1211.22.*seqq.*
dissentientes refutantur. 1227.94. *seqq.*
Scaligerus *mirus verborum fictor.* 80
Sciens *contra prohibitum faciens in pœnam consentire videtur.* 23.81.
Scientia *juris quomodo contra eum, pro quo militat juris ignorati præsumtio, probanda?* 911.22.*seqq.*
Scontra *quid?* 1014.114
Sculptores *celebriores.* 26.3
gemmarum, qua actione teneantur? 276.*seqq.*
Scriptura *privata pro scribente nihil probat.* 1021.4.
Seculares *vestitu Clericorum uti non debent* 1163.80.*seqq.*
Sententia *ex Semiplena probatione juramento corroborata, quando tran-*

transeat in rem judicatam? 1043. 72. *seqq.*
lata ex falso testimonio reperto errore corruit. 933. 51
ipso jure nulla non transit in rem judicatam. 963. 315
nec lata contra Matrimonium 961 297. seq.
Sequelæ *Jus cui competat?* 268. 69
Sequester *quidnam præstet?* 743. 3.
Sequestrum *quid?* *ibid.*
Sequestratio *uxoris & sponsæ quando facienda?* 965. 339. seqq.
Servus *quibus casibus domino impune inobediat?* 13. 5. 12
de domini delictis interrogatus ea Magistratui detegere tenetur. 1411. 3
Servitus *ultra modum conventum non amplificanda.* 713. 9
ab invito nonnunquam constitui debet. 277. 121. seq.
quo tempore præscribatur? 713. 10
Societas *quomodo contrahatur & finiatur?* 757. 2
Sodomia *gladio vel igne punitur.* 451. 3. seq.
hac pœna favore matrimonii neque contrahendi neque contracti mitigatur. *ibid.* 5
cum Judæa non committitur. 482 11. seqq.
Solitum *fieri faciens culpa carere videtur.* 33. 51
Solvens *pro invito donasse præsumitur.* 234. 204. & 303. 69
scienter indebitum donasse creditur. 235. 208. seqq.
limitatur. 236. 211. seqq.
Solutio *particularis à creditore invito regulariter non admittenda.* 304. 75. seqq.
nec alterius quam quod delebetur. *ibid.* 80. seqq.
totius debiti obligationem tollit. 760. 4.
Sonsbecii *Commentarius Feudalis laudatur.* 792. 18
Sors *est ambiguorum judex.* 862. 8
Dei quædam sententia voluntatisque divinæ declaratio. *ibid.* 9. seqq.
in re momentosa & gravi, & ubi omne deficit consilium humanum licita. *ibid.* 6. seqq.
ab ipso Deo in causis perplexis ac dubiis populo Israelitico præscripta. 863. 14. seqq.
etiam in jure civili commendatur. *ibid.* 26. seqq.
est permissa, quatenus non expressè prohibita. 868. 50
in facti quæstionibus non obtinet. *ibid.* 51. seqq.
ab invito judex non eligitur. 869. 61
limitatur. *ibid.* 63
Stadtkinder *quinam?* 706. 4.
Stapulæ *jus describitur.* 278. 125. seqq.
Status Imperii *quatenus jure civili & cæteris legibus privatis & publicis derogare possint?* 1299. 10. seqq.
sunt advocati Bonorum Ecclesiasticorum in suo territorio. 1392. 8
quate-

quatenus Imperatori impune non obediant? 1355. 10. seq.
an inter se de Prærogativis licite certare possint? 1067. 44. seqq.
à solo Imperatore Banni fulmine feriri nequeunt. 1103. 191. seqq.
Statuta *à Superiore sunt confirmanda.* 1296. 4
an in Successionibus Principum observanda? distingv. 1297. 5
vestiaria an Superioris confirmatione egeant? 1170. 14. seqq.
localia derogare non possunt privilegiis in Rec. Imperii certo ordini tributis. 1174. 24
libris mercatorum plenam probandi efficaciam concedentia an valeant? 1024. 35. *seqq.*
an de omnibus indistincte summis exaudienda? 1027. 55. seqq.
Collegiorum à magistratu ipsis invitis mutari possunt. 1410. 1.
de Statuti *vi & veritate si disputetur standum juri communi.* 1411. 3
Stipulatio *hodie num in usu.* 764. 5
Strandrecht *omni juri refragatur.* 362. 6
Studiosi *an legum academicarum observantiam juramento recte promittant?* 1307. 12. *in fin.*
Stuprum violentum *punitur gladio.* 463. 110. seqq.
ob favorem matrimonij cum vi stuprata relegatione. 464. 117. seqq. & 512. 166. seqq.
committitur etiam in meretricem. 464. 114.
sed hoc gladio non punitur. 516. 9.
Voluntarium *quomodo puniatur ejusque pœna favore matrimonij mitigetur?* 465. 132. & 513. 172. seqq.
Stuprata *stupratori nubere detrectans dotem petere nequit.* 513. 179. seq.
nec juvenem se ducens. 514. 182.
Subditi *an castigari possint?* 1340. 16
sunt vel mere privati vel eminentiores. 1341. 1.
Singuli *nonnuquam summo Magistratui impune non obediunt.* 1342. 2. seqq.
vim eidem inferre nequeunt. 1344. 3. & 1353. 8.
eminentiores quibus casibus resistere valeant? 1345. 4. seqq.
Universi *quando?* 1350. 7. seqq.
quomodo? 1353. 8
Tyranno quando resistere possint? 1354. 9
magistratui subalterno an licite resistere possint? 1363. 1. seqq.
judici an? 1367. 4. seqq.
an superiorem in bello sequi, ipsique assistere teneantur? 1376 2. seqq
Militares, *vel singuli vel universi an & quando resistere possint?* 1380. 6. seqq.
addat. Inobedientia.
Successio *Descendentium.* 734. 4. & 831. 3
Ascendentium. 736. 5.
Collateralium. 737. 6

Conjugum. 738.7
Fisci. ibid. 8
Succinum *inter gemmas non referendum.* 10.40
in littoribus Borussiæ legi prohibitum. 22.73
Summa *magna arduis causis annumeranda.* 1017.144.
Sumtus *studiorum à patre filio in dubio donati præsumuntur.* 205.18. seqq.
item ad honores erogati. 208.32
& peregrinationum. 209.34.seqq.
idem obtinet in avo. 210.39 seqq.
& matre. 215.70.seqq
limitatur quoad omnes. 216.75.sq.
Filio à patre invito suppeditandi. 271.89. seqq.
quid si filius invito patre se Musis consecraverit? 272.95.seqq.
Pro comparando Canonicatu dati conferendi. 223.115.seqq.
ab uxore marito ad dignitatem consequendam dati præsumuntur donati. 224.127
Superioritas *territorialis ad omnes in territorio commorantes se extendit.* 805.11.seqq.
Surdus *an & quatenus lege non teneatur?* 1305.10
Suspectus *varie dicitur.* 225.38.seq.
Suspectissimus *inter plures suspectos primum torquendus.* 526.45
Suspicio *judicem inhabilem reddens quænam?* 560.2.seqq.
quinque habet fontes. 561.21.seqq.
(1.) est amor respiciens vel judicis proprium, vel propinquorum commodum. 562 23.seqq.
(2.) imicitia vera & præsumta. 580.225.seqq.
(3.) Cupiditas. 583.275.seqq.
(4.) Timor s. metus alicujus potestatis. 584.286.seqq.
(5.) Judicis Imperitia. 585.239.seqq.
Suspicionis Exceptio *in scriptis opponenda.* 591.26.seqq.
Ante omnes alias dilatorias. 589.4.seqq.
exceptionem incompetentiæ. 590.12
nisi post L. C. demum supervenerit. ib.13.seqq. & 596.66.seqq.
Probanda ut alia quævis intra terminum probatorium. 194.49.
summarie tractanda. ibid.50.
an solo juramento probetur? ibid.52.seqq.
quid si à Procuratore omissa? 596.70.seqq.
ejus cognitio una cum causa principali ad superiorem devolvitur. 601.13.seqq.
sententia interim à suspecto lata est ipso jure nulla. 605.55.seqq.
Temere opposita actionem injuriarum producit. ibid.61.
Syndicus *ad res Collegii defendendas invitus cogi potest.* 287.182.

T.

Tabernæ *Mercatorum ab onere milites hospitandi sunt immunes.* 974.

Taci-

Taciti *eadem cum expresso virtus.* 189 57, seqq.
limitatur. 196. 130. seqq.
Terminus *probatorius est peremtorius.* 1030. 88. seqq.
Testamentum *quotuplex?* 727. 3.
Parentum inter liberos. 726. 1. & 1334. 11.
Judiciale firmius extra judiciali. 722, 3.
Adpias causas 2. testes requirit. 729.
Ab aliorum arbitrio non debet dependere. 728. 5.
solis verbis coram tot testibus, quot ad ordinandum requiruntur, revocari potest. 729. 7
Repetitione ab actis sola non infirmatur. 730. 8
Testator *sit habilis.* 723. 4. 725. 8 seqq.
legitimæ ætatis. 724. 5.
an heredis nomen propria manu scribere teneatur? 725. 9.
Testis *assertionis suæ rationem reddere debet.* 174. 64 *seqq.*
debet esse inculpatæ vitæ. 373. 31.
verisimilia non deponens fidem non meretur. 1009 76
affirmans præfertur neganti. 424. 10.
Testimonii *dictio quodammodo juris Publici est.* 269. 72. *seqq.*
invito injungi potest. *ibid.*
Thesaurus *cuinam acquiratur?* 710 5.
Thiel *impostor.* 942. 117
Transactio *quandoque ab invitis ineunda.* 283. 159. *seqq.*
Tuitoria *quando emanent?* 631. 60
Tutiora & *benigniora in dubio præferenda.* 851. 23. *seqq.*
Tutor *quando à tutela liberetur?* 263. 42. *seqq.*
hodie omnis confirmandus. 699. 10.
non civis à judicee dari nequit. 698. 8
in plurimis locis non cavet. 701. 3
singulis annis rationes reddere debet. 702. 4
sub se comprehendit Curatorem. 705. 10
Tutela *à quibus recusari possit?* 707. 5. *seqq.*
Tyrannus *à vicinis Regibus an puniri possit?* 1397. 1
& *quatenus ei resistere liceat?* vid. Subditi.

V.

Vasa *murrhina gemmis non accensenda.* 10. 41.
Vasallus *quando domino impune non pareat?* 1406. 10
quomodo se in concursu feudi dominorum inter se ipsos gerere debeat? 1419. 10
Vectigal *novum à solo Imperatore institui nequit.* 1097. 158. *seqq.*
Vendere *quando invitus teneatur?* 278. 124 *seq.*
Verba *valent sicut nummi.* 80
Intelligenda secundum communem loquendi usum. 84
Inaudita atq; insolentia fugienda. 81
Noviter reperta non statim barbara habenda. 82 *seq.*

ma-

maxime si ab interpretibus recepta. 83
Ad tempus, quo scripta aut pronunciata, referenda. 80
Verfangenschafft *quid?* 113. 90 *seq.*
Verisimile *quodnam?* 1009.80
additum aliis verisimilibus facit plenam probationem. 231.175
Vestis *dignitati congruat.* 1161.49
diversa ratione
(1.) Sexus. 1160 38. *seqq.*
(2.) Dignitatis. 1162.69. *seqq.*
(3.) Materiæ. 1164.90. *seq.*
pretiosa mulieri à marito donata non præsumitur. 224.120 *seqq.*
Vestiarium *quid notet?* 1158. 11. *seqq.*
Victi *an victori, an legitimo Principi obedire debeant?* 1412.4.
Vindicatio *gemmæ ex annulo alieno non procedit.* 43.3
Vir *muliebri vestitu uti prohiberi potest.* 1162.64 *seqq.*
Vitrum *ad gemmas non referendum.* 8.22
nisi statuti ratio id suadeat. ibid. 24
dissentienti Alciato respondetur. ib.
Ulpiani *encomia & officia.* 74.1
Usucapionis *requisita.* 715.4. *seqq.*
interruptio. 716.5.
Ususfructus *patri in bonis filii quãdiu & quatenus competat?* 721.2. & 1333.10
Utilitas publica *alia Principalis, alia minus Principalis.* 294.2
utraque quid operetur? ibid. 295.3. *seqq.*
Vulnera *quotuplicia?* 377.57. *seqq.*
per se lethalia dantur. 143
lethalia an sint, unde & quomodo dijudicandum? ibid. 5. *vid.* 1512.2 & 166.2. *seqq.*
Vulnerans *quomodo puniatur?* 158.5. & 142.1. *seqq.*
Vulneratus *in dubio ex vulnere mortuus præsumitur, si intra modicum tempus fatis concesserit.* 152.15. *seqq.* & 153.23
Uxor *qando marito corporis usuram denegare possit?* 1321.1
operas familiares ut & obsequium marito præstare tenetur. 1322.2
limitatur. *ibid.*
Maritum migrantem, imo relegatum sequi debet. 1323.3
limitatur. *ibid.*
Marito bona ipsius distracturo impune non paret. 1326.5
an castiganti marito resistere possit? 1225.4
an maritum è carcere liberare? 1411.3
an æs â marito durante matrimonio contractum solvere teneatur? 649.10.

W.

Wochen-Märckte. 674.11

Z.

Zachiæ *Pauli encomium.* 151.1
Zaum-Geld. 54.84
Zenonis *Imperatoris Dominatus & obitus notabilis.* 797.63. *seqq.*
Zuntatores *quinam?* 68.9
quomodo puniendi? *ibid.* 10

FINIS.

mit 1 T. K.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Klein, Johann von

Volumen dissertationum iuridicarum de selectis utriusque iuris materiis in acad. Rostoch. publ. ventilat. expositarum ; mit dem Portr. des Verf

Berolinum 1706

4 Diss. 1000#Beibd.1/26
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10670856-1
VD18 14968223-001